BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIX
F
11
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

VLYSSIS ALDROVANDI
PHILOSOPHI, ET MEDICI BONONIENSIS.
DE PISCIBVS LIBRI V.
ET DE CETIS LIB. VNVS.
IOANNES CORNELIVS VTERVERIVS
In Gymnasio Bononiensi Simplicium medicamentorũ
professor collegit.
HIERONYMVS TAMBVRINVS
in lucem edidit:
AD ILLVSTRISSIMVM, ET REVERENDISSIMVM
D.D. MARCVM SITTICVM
EX COMITIBVS IN ALTAEMPS
ARCHIEPISCOPVM, ET PRINCIPEM
SALISBVRGENSEM:
SEDIS APOSTOLICAE LEGATVM NATVM
Cum Indice copiosissimo.
SVPERIORVM PERMISSV.

BONONIAE.
Apud Bellagumbam. M.DC.XIII.
Cum Priuilegio S. CÆS. MAIESTATIS.

Digitized by Google

# AMPLISSIMO
# ET AVGVSTISSIMO
## SALISBVRGENSIS ECCLESIAE
## ARCHIEPISCOPO ET PRINCIPI
# MARCO SITTICO
## EX COMITIBVS
## IN ALTAEMPS
*SEDIS APOSTOLICÆ LEGATO NATO.*

Hieronymus Tamburinus. S.P.D.

*GRANDE opus ſum aggreſſus, Auguſtiſſime Præſul, vt immenſa magni Aldrouandi, quæ ſuperſunt volumina in lucem edam. Vir ille, vt probè noſti, perueſtigatione omnigena, naturæ, de vnaquaque re conſilia ſcrutatus, ſi quem difficultatis lapidem offendit, illum, vel ſtillicidio frontis cauauit, vel auro fregit, vel aduenarum manu remouit; cùmque diuitem intellectui ſuppelectilem ex eiuſdem naturæ pemu comparaſſet, illiusq; arcana vniuerſa ſibi communicata ſentiret, ea, ſcriptis ſuis, ſaluberrima proditione mortalibus manifeſtauit; res verò in eam excreuit molem, quæ tota ætatis legentis oculos, ne dum ſcribentis manus facilè fatigaret: neque dubiam reliquit poſteritatem, an, & veteres, & neotericos illius notæ ſcriptores vicerit; fertè enim, & vicit, & fortè illorum memoriam, annis progredientibus, abolebit. Ego verò ad hanc proiectus ætatem, ex qua vitæ occaſum video, ne dum cogito, vt reipublicæ literariæ, cui hucuſque vixi, extremis etiam temporibus viuam, vltima tanti ingenij, vt ita dicam, miracula in lucem efferre, & primùm ab hoc abſolutiſſimo de piſcibus*

*tractatu*

Digitized by Google

*tractatu exordiri decreui; quæ res si mihi ex voto non succesſerit, vel quia tantum hoc opus fortunarum mearum vires exhauriat, vel quia moles amorum naturæ robur proſternat, huiuſce tamen librariæ ſtructuræ fundamentis, iampridem ab authore iactis, columnas ſaltem ſuperimpoſuiſſe gloriabor. Dei verò prouidentia factum video, vt dum, & operi, & authori gloriam meditarer, venerit mihi ſtatim tua Celſitudo in mentem, ex cuius nomine, tamquam Sole frontem libri feriente, maxima & operi, & authori fieret ſplendoris acceſſio, ſicutique Plinij opera Veſpaſiano, Ariſtotelis Alexandro magno, ita magnum hoc Aldrouandi opus Marco Sitico conſecraretur: Tu enim ille es, qui, ſi gentilitia ſtemmata reſpicio, ex eorum non interrupta, ſed continua Heroum ſerie deſcendis, quorum, vel vnuſquiſque ſatis diuitem texendæ hiſtoriæ materiam ſuppeditaret; feliciſſimè enim tractauit ſemper & belli, & pacis artes Illuſtriſſima, & generoſiſſima Gens Altaempſia, militaribus ducibus, & viris prudentia ciuili conſpicuis, omni tempore fœcundiſſima: at conquirant, qui voluerint, illorum geſta ex annalibus vrbium, ex me ipſo, breuem, & rudem epiſtolam conſcribente, ſolum intelligent in vno Marco Sitico Patruo tuo, cuius nomen refers, & animum æmularis, artem hanc vtramque ſplendidiſſimè emituiſſe; hic cum diu in præfecturis bellicis victoriosè fuiſſet, militaris tandem gloriæ ſatur, mutata in Galerum galea, ab Auunculo Pio Quarto in purpureum Eccleſiæ Senatum, ſumma cum omnium acclamatione, cooptatus fuit; quo tempore tanta cum pietate res Chriſti tractauit, quanta cum fortitudine Martis negotia geſſerat; mitto Carolum Cardinalem Borromæum lectiſſimæ fœminæ matris tuæ fratrem, quem Deus inter Diuos relatum, laude humana fecit maiorem, vt hinc ab eo cœleſtia auxilia, ab alijs humana mihi imploranda videam. Ad te verò, vt redeam, Ampliſſime Princeps, & dulci ſatisfaciam recordationi illius temporis, quo iuuentutis florem, tanto cum literarum fructu Bononiæ tranſegiſti; quis vnquam, & vultus, & morum grauitatem, & maieſtatem tantam, humanitati tantæ coniunctam cognouit? ex media maieſtate indeficientes humanitatis radij effluebant, in media humanitate maieſtatis iubar perpetuò refulgebat; in te vno pietatem, literarum omnium amorem, ſapientiam, prudentiam, liberalitatem, magnitudinem animi, vitæ candorem, & innocentiam vſque ad miraculum ſuſpiciebant Bononienſes, qui ſimilem gemmam ex ditiſſimis Germaniæ ærarijs nunquam Italiæ affulſiſſe, & dicebant, & prædicabant; patebant fores amicis, patebat animus ad officia; luſtraſti eo tempore, immò illuſtraſti authoris noſtri Muſæum, viri virtutem, & induſtriam admiratus, vt propterea duplici nomine glorietur hæc Ciuitas, & quod authorem genuerit, & quod authoris Patronum in delitijs, & ſinu cariſſimè habuerit, & fouerit: talem te ſeptennio toto vidit Bononia, talem paulo poſt agnouit Roma. Roma, quæ te purpureis vinculis detinere neſciuit, vt te fortè ad iſta præſeruaret. His, & maioribus acceſsit natiua mihi quædam, & neſcio qua ſtella duce, ingenita propenſio in te ipſum, & iſtam Gentem, apud quam, liceat liberè,*

*& verè*

Digitized by Google

*& verè loqui, nobiliſſima eſt Nobilitas, & corda non minus ingenuitate culta, quam culta literis ingenia conſpiciuntur, quo factum video, vt non ex ingenio ſolum, ſed & ex Genio, librum hunc præclariſſimo Nomini tuo nuncupauerim, nuncupationi verò benè auſpicari me poſſe video, quod in illa inciderit tempora, quibus ad Salisburgenſem Eccleſiæ Principatum, tanto cum applauſu, fauſti euectus: quæ tua dignitas vniuerſam Ciuitatem noſtram incredibili perfudit lætitia, perinde ac ſi dilectiſſimus ipſius ciuis ad maximos gradus fuiſſet promotus: o cur mihi non licet, hiſce literis, publico nomine, publicum teſtari gaudium, noſtrorum enim ciuium omnium in te amorem, & obſeruantiam in ipſa lætitia expreſſam intelligeres. Eas ergo fortunate liber, & quod quinque alijs eiuſdem authoris antea impreſſis tibi non ſit inuidendum, lætare; fuere, & illi ſummis Principibus dicati; primus Clementi Octauo ſummo Pontifici; ſecundus, & tertius Alexandro Cardinali Montalto literatorum, & literarum omnium optimo Mecœnati, Apoſtolicæq; vitæ exemplari; quartus Sereniſſimo Vrbinatium Duci, cuius rerum omnium ſcientiam, alta voce, tota teſtatur Europa, & politicam gubernandi rationem, ſubiecta gens, tranquillo prædicat ſilentio; quintus Illuſtriſſimo ſimul, & prudentiſſimo Bononiæ Senatui: tu tandem ſextus ſub glorioſiſſimi Salisburgenſis Principis vmbra, quem Deus Eccleſiæ ſuæ diu incolumem ſeruet, feliciter recumbes.*

Digitized by Google

EGo Don Marcellus Baldaſſinus Clericus regularis Congregationis S. Pauli Decollati, & Rector ſacræ Pœnitentiariæ Cathedralis, atque pro Archiepiſcopali Curia Bononienſi reuiſor deputatus, opus hoc Excellentiſſimi, & celeberrimi Vlyſſis Aldrouandi, quod de piſcibus inſcribitur, diligenter legi, & quod nihil contra ſanctæ fidei dogmata, vel probatos mores, vel ſacri Indicis regulas contineretur, vt typis mandaretur probaui.

*Idem qui ſupra Don Marcellus Baldaſſinus.*

Imprimatur.
Fr. Paulus de Garrexio Inquiſitor Bononiæ.

---

# Summa Priuilegij S. Cæſareæ Maieſtatis.

PRiuilegio Sacræ Cæſareæ Maieſtatis cautum eſt, ne quis aliquam hiſtoriarum Vlyſſis Aldrouãdi Bonon. quæ agunt de animalibus, & per conſequens, etiam de Piſcibus, qui ſunt animalia aquatilia, in toto, vel in parte abſq; voluntate, & proprio authoris, aut eius hæredum conſenſu, intra decennium, à die quo abſolutum fuerit volumen inchoandum, recudat, aut alibi recuſam vendat, ſub pœna, quotieſcunque deprehenſus fuerit, priuationis omnium librorum, & decem marcharum auri puri, prout latiùs patet in dyplomate Cæſareo dato in arce regia Pragæ, die prima Aprilis, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono.

## Rodulphus Imperator.

*Rodulphus Coradutius.*

*Ad mandatum Sacræ Cæſareæ Maieſtatis proprium*
*Io. Barnitius.*

Digitized by Google

# IOAN. CORNELIVS VTERVERIVS DELPHENSIS
## *Lectori benevolo S.*

PRæfaturo mihi in hoc opus, nihil visum est necessarium de authore quicquam dicere, cùm alioqui multa de incredibili ipsius eruditione, ac diligentia dicenda forent, deque celeberrimo illo musęo, in quo præter pisces, de quibus hic agitur, nullum non aliud animal, vel naturale, vel depictum cernitur, atque omne insuper plantarũ, ac fossilium genus, & quod omnes admirantur, de singulis sua manuscripta commentaria. Quorum omnium, vt Illustrissimos inclytæ huius vrbis Senatores institueret hæredes, non pauca eum impulerunt, beneficiorum in primis, quibus sæpenumerò eum prosecuti fuerant, memoria, spesque, & fiducia, fore, vt qui verè libertatis conseruatores vulgò appellantur, ea similiter omnia incorrupta conseruarent. Quò fit etiam, vt Lector humanissime non tam authori, quàm Senatui hosce de piscibus labores, & si qui alij deinceps prodierint, acceptos referas. Hic enim testatori morem gesturus, simulq; literariæ reip. consulturus, mihi author fuit, vt quam viuenti intra proprios parietes nauaueram, eandem etiam mortuo, præceptori scilicet optimè de me merito, operam præstarem, & in euulgandis eius monumentis omne illud tẽpus, quo à publicis lectionibus vacari solet, impenderem voluit, honestumq; ad id stipendium laboribus meis opitulaturus constituit. De piscibus autem, & cetis omnino nunc erat dicendum, animalibus nempe aquatilibus sanguine præditis, cùm in nouissimo edito opere de exanguibus actum esset. Quos quidem labores, si tibi Lector humanissime gratos fuisse intellexero, ad alios subinde, atque alios alacrius me accingam. Quin autem grati sint futuri, non est quod dubitem, cùm omnibus numeris absolutam eam eorum animantium historiam pertractent, quæ tam grata olim fuit Antonino Imperatori, vt Oppiano eam carmine explicanti, & patris sui exilium remiserit, & pro singulis versibus, quibus eam conscripserat, singulos iusserit annumerari aureos. Iucunda enim est, apprimèq; vtilis, si quæ alia cùm professoribus omnibus, tùm maximè medicis, qui quo piscium, aliorumq; in aquis viuentium naturas, facultatesq; nouerint accuratiùs, eò quidem suæ professionis nomine digniores fuerint, cùm non semel victus rationem ex ijs instituere, remediaque, quæ haud vulgaria suppeditãt, hinc accipere cogantur: quorum neutrum ritè præstabunt, nisi exactè & pisces ipsos, & succi, atque alimenti ex ijs discrimina noscant, & singularum præterea pastium vires probè exploratas habeant. At in mensis quidem qualem olim habuerint prærogatiuam, Acipenseris exemplo docemur, qui non nisi coronatus, à coronatis inferebatur: ac Mulli in primis, quem argenti pari pondere à priuatis etiam Quiritibus emptum fuisse ex veterum scriptis notissimum est: nec scio an in vllo ciborum genere vnquam fuerit vel voluptas maior, vel luxuria: vtramq; sanè fuisse vel inde constat, quòd non paucos piscium, deorum nomine dignati sint, nonnullos etiam ἀνθρωποφάγους, quasi hominum deuoratores nuncuparint, quòd maximæ etiam facultates, nimio in eos luxu, sumptuq; consumerentur. Tametsi verò extent eiusdem argumenti lucubrationes Rondeletij, Bellonij, Saluiani, Gesneri, aliorumque eruditæ quidem & nunquam satis laudandæ, quibus, ne quid desiderare quis posset, quod ad exactissimam piscium historiam pertinet, author noster frequentissimè vtitur, quæq; per eosdem didicit, ingenuè suis quibusq; locis profitetur: nihilominus quàm longis eos superarit parasangis, boni omnes, qui hæc legere dignabuntur, facilè intelligent; atq; mihi id præ cæteris affirmare liceat, qui vtrorumq; scripta, non sine immenso labore non semel conferre inuicem sui coactus. Quod tamen non eò dictum quis accipiat velim, quasi nihil huius nostri authoris lucubrationibus queat adijci amplius: etsi enim omni animi contentione in eo elaborarit, vt vltimam eis manum imponeret, nec alijs, quod adijcerent, indagandi campum relinqueret, quemadmodum ex tot piscium iconibus, nunquam antea ab aliquo alio expressis cuiq; licet intueri; multa tamen etiamnum incognita in maris profundo abdita latere cur mihi persuadeam, facit humoris luxuria, naturæq; in generando promptitudo, vt vera fiat vulgi opinio (Plinij verba sunt) quicquid nascatur in parte naturæ vlla, & in mari esse, & præter hæc multa, quæ nusquam alibi. Fatetur Oppianus non paucos sibi pisces incognitos esse; immò verò illum solum omnes nosse, qui procreauit eos, & in inaccessis homini locis habitare voluit: sed & Homerus omnium scientiarum fons, omnia in æquore perscrutari posse, humanum esse, minimè credidit, cùm id soli Protheo, quem propterea immortalem fingit, & Neptuni maris præsidis famulum, id contigisse nobis scriptum reliqueris, inquiens:

Ἀθάνατε Πρωτεῦ Νηρήϊε, ἦ τε θάλασσης
Πάντα βίβυα οἶδ' ἠδὲ Ποσειδάωνος ὑπάρχεις.

De meo modo labore Lector æquus æquè iudicabit. Haud exiguum profectò fuit tot pisces corporis tegumento, loco, vita, moribusq; inuicem differentes, in suas quosq; classes referre. Id enim author morte præuentus necdum præstiterat: Quamobrem & ratio huius methodi erat reddenda, id quod in proœmio operi præmisso præstiti: Ad hæc authori nonnulla adscripsi, quæ planè mea sunt, vt suis passim locis prudens Lector facilè aduertet. Iam verò dissimulare nolo, futurum fortasse, vt errata compluscula in his libris deprehendantur, quæ peto, vt mitius damnentur, cum & obseruantissimis, & cautissimis vix hæc delicta euitari posse, vel illis notum est, quibus aliquando cum prælo typographorum res fuit. Ego quidem totis viribus nixus sum, vt admitterentur quàm pauciſsima.

**Vale Lector humanissime, authoriſque nostri manibus, mihique bene precare.**

# AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISSIMVM D. D. MARCVM SITTICVM ARCHIEPISCOPVM, ET PRINCIPEM SALISBVRGENSEM

Sedis Apoſtolicæ Legatum natum.

## DISTICHON.

Hæc præda omnigeni piſcis, quid SITTICE monſtrat?
RETIA fortè TIBI nunciat illa PETRI.

Digitized by Google

# VLYSSIS ALDROVANDI PATRITII BONONIENSIS, DE PISCIBVS LIBRI I.

QVI EST

## DE SAXATILIBVS. Cap. I.

IN QVO

## ORDINIS RATIO.

AQVATILIVM animalium alia exanguia sunt, alia sanguinea. De exanguibus, peculiariter ipsis dicato opere pro ingenij nostri modulo egimus, & Zoophyta quæ inter animalia & plantas mediam naturam habent, anneximus. Nunc, ne quid in toto hoc Neptuni imperio intactum relinquatur, ordo postulat, vt sanguineis manus admoueamus; cæterùm ijs tantùm quę nullibi sine humore degere possunt, vel exiguas saltem in sicco moras trahere. Sunt enim nonnulla, quæ licet in fluido degant, & victum quoq; inde emoliantur, cùm in siccum tamen exeant, & in terra, terrestrium more pariant, amphybia potiùs, quàm simpliciter aquatilia iudicio meo sunt nuncupanda; sicuti ex quadrupedibus lutra, fiber, crocodilus, ex serpentibus natrix &c. Eorum modò quæ verè aquatilia sunt, duo duntaxat genera [a] reperimus; vnum cui natura, quas nullis alijs, branchias; alterum cui pulmones tribuit, idq; ratione recta, nam vt branchiatis ob sanguinis paucitatem frigidiusculis sola aqua ad refrigerationem sufficit; ita quibus pulmo est, ob eiusdem vbertatem calidioribus, aërem trahere, aliorumq; sanguineorum more spirare par est: atq; hinc est quòd illa vbi volunt, diutissimas sub aqua moras trahunt, sine vllo suffocationis periculo: hæc verò, sicuti & vniuersa alia spiritali hoc viscere prædita, si quis cogat, diutiùs quàm res postulat, sub aqua esse, (vt cùm retibus capta vi retinentur,) suffocantur, atq; examinantur, quippe quæ spirandi facultatem amittant: nec aliam ob causam fluitantia cernuntur, & erecto capite dormiunt, quàm ob spirationis commoditatem. Nouissima illhæc Aristoteles Cete; branchiata quia plurima, voce cum exanguibus etiam communi, ἰχθῦς, id est pisces appellauit. Piscium, de quibus primùm, vtpotè salubrioribus, palatoq; gratioribus dicemus, differentiæ sunt plurimæ: binæ tamen præcipuę: à corporis tegumento vna: à loco quo degunt, altera. Teguntur vel [b] squamis, qui plurimi; vel cute, hacq; vel aspera qui pauci, vel læui qui pauciſſimi. Locus eorum conueniens ac commodus, aptaq; habitatio, & proprium velut elementum, aqua est. Vtramq; differentiam ad expeditiorem facilioremq; methodum ceu ducem sequi animus erat; ne quos Natura distinxit, & toto quodammodo genere inuicem differre voluit, confunderentur: sed per authores non licuit, qui squamosos sæpenumerò cum aspera lęuiq; cute prædictis implicant. Aqua piscibus destinata vel salsa est, vt marina: vel dulcis, vt fluuiatilis, vt lacustris. Ab illa θαλατίους .i. marinos: ab hac quosdam ποταμίους .i. fluuiatiles, quosdam λιμνάίους .i. lacustres Græci nuncupârunt: quibus prętereà addendi erant, qui vitam viuunt quodãmodo amphiguam: quorũ rursus alios ποταμοθαλατίους vocare liceret, quòd flumina a què ac mare incolant: (quorum duo genera, vnum Græcis ἀνάδρομον dictũ, quod relicto mari dulces fluuiorum aquas subit: alterum quod ex dulcibus aquis, ad mare descendit, eamq; ob causam

*Amphybia quæ.*

*Aquatilium sanguineorũ genera.*

[a] *Arist. lib. de respiratione.*

*Cete & pisces vt differant.*

*Piscium potiores differentiæ.*

[b] *Aristo. 2. Hist. ca. 13.*

*Differentia à loco.*

κατάβροχον dici queat:)alterum flumina ſimul atq; lacus frequentans, λιμνοποταμίαν appel- E
landum. Marinos in prima acie loca bimus, ſubinde annexuri, qui è mari flumina ſtagnaq; in-
trant: tertium locum obtinebunt, qui ſolis contenti ſunt fluuijs: quartũ lacuſtres: quintum ac
poſtremum qui modò flumina, modò lacus habitant. Marinos equidem veteres, quorum au-
thoritate ſæpe nitemur, celebrant, de eorum alimenti facultatibus diſputantes, nulla qui in a-
quis dulcibus degunt, facta mentione (niſi qui oſtia forte fluuiorũ e mari ſubirent, ideoq; ma-
rinis item accenſendi) ſiue quòd fluuiatilium maritimis vrbibus in tanta marinorum copia, cu-
ra eſſet nulla, ſiue quòd mediterranei capturam piſcium haud ſatis perſpectam haberẽt, præ-
ſertim cùm fluuios conſtet nõ admodum piſcoſos eſſe in locis calidioribus, in quibus circa ixerunt, qui de piſcibus ẽgere, ſiue quòd ſponte ſua cæteros qui marinis non eſſent, omittere in
totum ſalubritati conſulentes, tanquam alimentum eorum penitus damnarent. Marinos eram
vel ideo ſalubriores quòd marinæ aquæ ſalſedine frigiditatẽ, & humiditatem piſcibus en ni-
bus communem quodãmodo obtundant. His fluuiatiles, & ſapore, & carnis ſalubritate pro-
ximi ſunt, cùm quòd fluminum curſu, & ſæpè etiam aduerſo lecto excrementa defatigentur, ac
in perpetuo ferè motu ſint, tum verò maximè quòd cibum ex limpidiſſimis amnium aquis, aut
fontanis fluuiorum minimè ſtagnantibus, fontiumq; ſubter eorum pertium ſcaturigine terpe- F
ratiſſimis, lucidiſſimiſq; capiant. Illorum verò peſſima eſt conditio qui aut in ſtagnis, aut la-
cunis degunt, nam & motus exercitijvé & cibi ratione à marinis & fluuiatilibus quamma xi-
mè degenerant, frigidi nimirum, humidiſſimiq; & palato noſtro non ſolùm ingrati, ſed etiam
neſcio qua extranea qualitate afficientes, quandoquidem carnum limoſamq; reſecis, & ſen i-
corruptæ aquæ eſcam depaſcuntur[c]. Marinorum Græci alios quòd in alto mari degant, πε-
λαγίους, alios πετραίους, ſiue ſaxatiles, alios denique, ἀιγιαλώδεις, id eſt, litoreos, ſiue litorales,
Ariſtoteles alicubi eodem etiam προσγείους, quaſi terræ proximos, nominarunt. A petraeis ſiue
ſaxatilibus exordiemur, non tam authoritate moti medicorum omnium dictatoris[d] Galeni,
qui præ cæteris meliori victu pabulo eos ſcripſit, ſemperq; in puriſſimo humore degere, aeremq;
que dulcem, & quæ exiſtimſmodi & marina permixta eſt, fugere, ideoque carnis facultate
omnibus præcellere: quam ipſiuſmet rerum omnium parẽti. Naturæ myſterijs, quæ tam pul-
chellos eos fecit, tam ocios & tam iucunda colorum varietate depinxit, nec ſq; velut ad exquiſi-
tiſſimas quaſdam epulas, quibus in omni valetudine commode vteremur, inuitauit. Eorum
autem bina genera ſunt: vnum quod in ſaxoſis tantùm promontorijs, & vbi ſaxa ſunt, naſci-
tur, vitamq; omnem traducit, nunquam vel locum vel alimentum mutans; ideoque teſtante G
eodem Galeno, ſemper extra omnem culpam: alterum quod licet iuxta ſaxa perlubẽter ob-
uerſetur, nihilominus modò huc, modò illuc per mare vagatur, lucci bonitate & præſtantia
non parum inferius. De quo poſtremo genere[e] Ariſtoteles (ni fallor) intellexit, cùm om-
nes ſaxatiles προσγείους, hoc eſt, vt Theodorus vertit, litorales eſſe dixit: atq; ita multi ab Op-
piano, Athenæo, aliiſq, inter ſaxatiles numerantur, & a nobis etiam numerabuntur, qui ta-
men verè ſaxatiles non ſunt. Litoralium longè maior copia ac diuerſitas: cùm ſit & literum
haud vna ratio. Quædam enim arenoſa; quædam limoſa. Aliquibus ora terreæ ſunt, aliis
ſaxeæ. Nonnullorum fundus longè à ſuperficie diſtat: alijs vadoſus eſt. Item ſolum quod
ſubeſt, alicubi herboſum, alibi nudum. Quamobrem Græci Philoſophi, qui gnauiter, atque
ſubtiliter in hac natura verſati, ſunt, aliud ἕρια dixerunt, aliud ἀιγιαλόν. Pelagios ſub ſtre-
mam claſſem reiecimus. De his diuerſa opinio eſt, nam[f] Ariſtoteles litoralibus deteriores
eos facit his verbis: *Præſtant pelagicis litorales: quippè qui cibo copioſiore meliorẽq; fortiantur.*
*Quòd enim Sol maturet, plura exeunt, vt ſit in hortis: nam & litoreus niger propiùs terram oritur, al-*
*ter ſimilis erraticis eſt. Tum etiam bene ex calido, frigidoq; temperata ſint loca maris terrena.*
*Quò fit vt & caro eorum piſcium magis conſtet, cùm pelagiorum humida, mollis, ſolutaq; ſit.* Quo H
loco Gaza litoralem herbam, quam Ariſtoteles ἕρια vocat, quaſi litus oleat, lituum vertit;
cùm clarius algam. ut phycum marinum poſuiſſet, licet fieri poteſt, vt litus ipſum & eder
eius, in eo vocabulo accipiẽdus ſit. Cõtrà[g] Galenus piſces qui in mari verſantur dulcis aquæ
experte, pelagios vocari, ſimiliterq; ipſis ſaxatilibus culpa propè omni vacare teſtatur: [h] pela-
giorum, vt apparet, illos potiſſimùm intelligens, qui fluuiorum oſtia fugiunt; nam cui non tà
fluuies vicitant, ſi hi vrbi proximi fuerint, propter latrinas, coquinarumq; ſordes, ſimiliaq;
quæ abluunt alia, odorem acquirunt ingratum, inſuaueſq; ac inſalubres euadunt. Nos itaq;
cui bina forent pelagiorum genera, laudata videlicet & illaudata carnis, eodem cuidem de
gurgite; libro agemus, attamen Ariſtotelem potiùs ſequendum, putamus, eoſq; potiſſimùm
appellandos pelagios, qui ob carnis ſuæ ingratitudinem ac inſalubritatem apud medicos fa-
moſi ſunt, quales ferè ſunt cartilaginei, & qui ob magnitudinem cetacei paſſim nominan-
tur.

*Piſcium marinorum differentiæ.*
*[a] Ariſt. lib. 1 Hiſt. c. 1,*
*[b] Lib. 2. Hiſ. cap. 13.*
*[c] Lib. 3. de Alimen. facult.*
*Saxatilium dup'ex genus.*
*[d] Lib 8. Hiſtor cap. 13.*
*Litorales piſces. Scaliger Exerc. 344.*
*[e] Lib. 8. Hiſ. cap. 13.*
*Herm. Barbar in corol. lib. 4. in Dioſcor. cap de phyco.*
*[g] Lib. de ſuc. bonit & vitio, Pelagij, qui Galeno. Pelagij. qui potiſſimum authori.*

DE

A

# DE SAXATILIBVS SQVAMOSIS, Et primùm de Scaro, Cap. II.

SCARVM inter Saxatiles veros primo loco recenſuit Galenus, idque iure omni merito: nam pręterequam quòd ſalubritate nulli cedit, ita & ſaporis gratia facilè omnes vincit. [a] Plinius author eſt ſuis temporibus principalem habitum fuiſſe, cùm paulò antè nobiliſſimus cenſeretur Acipenſer; fortè quòd tunc Scaris carerent: alio enim ex orbe Romam deferebantur, etſi Optatus Tiberij Cæſaris libertus prętectus claſſis Romanos facere ſtuduerit, copioſiſſimè eos inter Oſtienſem & Campaniæ oram ſparſos diſſeminãdo, cura toto quinquennio addita, ne capti ad menſam raperentur, ſed redderentur mari, *admonitq;* (inquit Plinius) *ſibi gula ſapores piſcibus ſatis, & nouum incolam mari dedit*. Cuius ſationis diligentiùs meminit [b] Macrobius, inquiens. *Octauius (alij Optatum vocant) prætectus claſſis, ſciens Scarum adeo Italiæ litoribus ignotum, vt nec nomen latinum eius piſcis habeamus, incredibilem Scarorum multitudinem inter Oſtiam & Campaniæ litus in mare ſparſit, miroq; ac nouo exemplo piſces in mari, tanquam in terra fruges aliquas ſeminauit. Idemq; tanquam ſumma in hoc vtilitatis publicæ vertereturquinquennio dedit operam, vt ſi quis inter alios piſces Scarum fortè cepiſſet, incolumem confeſtim & inuiolatum mari redderet*. Erat verò tanto in luxu Scarus, vt non hominibus tantùm, verùm & deorum immortalium palato dignus haberetur; quod non obſcurè innuit apud Athenæum Philemon his verbis: *Quòd ſi illi qui vilioribus veſcuntur piſcibus, Scarum haberent, aut ex Attica Glauciſcum &c. omnes ſanè qui guſtaſſent, fierent dij*. Sic & Ennius Scarum *cerebrum Iouis ſupremi* nuncupare videri poteſt; vt non ſit mirandum, ſi [c] Horatius in deteſtandos gulæ proceres inuectus, dixerit:

*—— ſinguem vitijs albumq;, nec Oſtrea*
*Nec Scarus, aut poterit peregrina iuuare lagois.*

Et [d] aliàs: *Nec me lucrina iuuerint conchylia, Magiſve Rhombi, aut Scari*.

Et Petronius Arbiter peregrina, & ex alieno orbe allata, non domeſtica placere iſtis popinonibus Scari & Phaſiani exemplo eleganter oſtendit hoc epigrammate:

C *Ales Phaſiaci petita Colchis,*
*Et picta Atagen opaca penna,*
*Atq; Aue volucres placent palato,*
*Quòd non ſint faciles, at albus Anſer*
*Plebeium ſapit: vltimis ab oris*
*Attractus Scarus eſt: & Afra Syrtis*
*Quicquid naufragio dedit, probamus.*
*Mullus iam grauis eſt: amica vincit*
*Vxorem: roſa cinnamum veretur.*
*Quicquid quæritur, optimum videtur.*

Cùm verò inquit [e] Martialis:

*Hic Scarus aquoreis qui venit obeſus ab vndis,* *Viſceribus bonus eſt, cætera vile ſapit*

Scari prærogatiuæ ne hilum quidem derogat, quando hîc comparatio fit viſcerum Scari ad ipſius carnem: quæ licet optima ac ſapidiſſima per ſe ſit, iecinori tamen & inteſtinis poſtponebatur. Illud enim in maximo erat pretio atq; honore, ſicut ex [f] Tranquillo præ ceteris notum eſt: qui in Vitellij principis perditiſſimi, & in curanda cuticula velut alterius Apicij patina Scarorum iecinora inter lautiores ciborum primitias enumerat: & apud [g] Athenæum Epicharmus in Hebes nuptijs Scarorum laudaturus inteſtina, inquit:

Τὼν ἐδὲ τὸ κωὶρ θεμιτὸν ἐκβαλεῖν θεοῖς. id eſt. *Quorum nec ſtercus quidem fas eſt dijs reijcere*.

In quo verſu, non contemnenda, inquit Iſaacus Caſaubonus in eruditiſſimis ſuis animaduerſionibus, Excerptorum lectio, θεοὶ, pro θεοῖς. nam ita etiam Euſtathius. θεοὶ, exclamationis vox: vt *Dolitis Iupiter, & laboriosis*. Poſtremò cùm cæteri ſquamoſi piſces pollucerentur, ſolum Scarum pollucere, Numæ regis lege non licebat; idque non propter raritatem, vt [h] Ioſephus Scaliger arbitratur, quoniam in Laurenti litore, atq; adeo in ora Tyrrhenica, vt oſtendimus rariſſimus eſſet: ſed per religionis cauſam, ne ſcilicet in peregrino piſce immoderatas facerent impenſas, parſimoniam etiam dijs immortalibus gratam innuente Numa; ſicuti ex Caſſij Heminæ verbis apud Plinium, quæ citat Scaliger, licet colligere: *Numa conſtituit, vt piſces, qui ſquamoſi non eſſent, ni pollucerent, parſimoniæ commentus, vti conuiuia publica & priuata, eaq; ad pulmenaria facilius compararentur: ni qui ad pollictum emerent, precio minus parcerent, aq; premerentur*. Quare Seruius ait in libris Veterum legi, à maioribus ſacrificando parſimoniam obſeruatam. Conijcit autem Scaliger legem his verbis conceptam eſſe: PISCIBVS, QVEI SQVAMOSI NON SVNT, NEI POLLVCETO. SQVAMOSOS OMNEIS PRAETER SCARVM POLLVCETO.

[a] *Lib. 9. cap. 17 & li. 32 cap. 10.*

[b] *Lib 3. Saturnal.*

*Scari prærogatiua.*

[c] *Li. 2. Serm. 2.*

[d] *In Epod.*

[e] *In Dipticis.*

*Scari viſcera optima.*

[f] *In Vitellio.*

[g] *Lib. 7.*

*Athenæi locus animaduerſus.*

[h] *In caſtigat. in Feſtum.*

*Parſimonia dijs grata.*

E

# SYNONYMA. ETYMVM.

[a] Lib 7.

Σκάρον ἀπὸ τῦ σκαίρειν dici Athenæus & Eustathius testantur, Σκαίρειν autem tripudiare est & saltare. Attamẽ [a] Athenęus ita vocari Scarum voluit, quòd inclusus nassis, crebris caudæ ictibus qui σκάρθμοι, seu σκαρισμοὶ vocantur, auersus fores laxet, atq; ita retrorsum erumpat, vt Plinius ex Ouidio ait. Cui aduersatur Rondeletius, quòd τὸ σκαίρειν aliquando idem sit apud veteres, quod τὸ νέμεσθαι, id est depasci, sicuti ex Theocrito (inquit) docet Phauorinus, quamobrem à depascendo dictũ arbitratur, cùm Scarus algam, aliasq; herbas depascatur, vt suo modò loco patebit. Cæterùm cùm & alijs id quoque conueniat, ego Athenæo potius acquiescerim. Ineptissimè verò Isidorus Escarum dici contendit, eò quòd escam ruminare perhibetur. Dupliciter enim errat; primò quòd Græco vocabulo etymum originemq; tribuat latinam: secundò quòd ignorauerit Escharum apud Græcos animal marinum esse, longè à Scaro diuersum. Reperitur & σκαρὶς, (fortè vt pro Trigle Triglis) apud Athenæum his verbis: Σκάρος δὲ ἀπὸ τῦ σκαίρειν καὶ σκαρὶς. Sed Casaubonus, etsi totidem hæc literis etiam apud Eustathium scribantur, quia tamen Scaridis piscis veterum nemo meminit, scriberet, καὶ καρὶς ἧον σκαρὶς: quoniam in Etymologo, vbi multa sæpè ex Athenæo descripta obseruauit, legitur κάρις παρὰ τὸ σκαίρω, σκαρὶς καὶ καρὶς: alioquin vulgarem lectionem interpretandam putat de lumbricis quos vocant σκαρίδας. In multis Festi codicibus Squarus: apud recentiores quosdam corruptũ; puto, Columellæ codicem sequentes, legitur Scaurus. Cretensium vulgus, vt Petrus Bellonius refert, hodieq; veterem nomenclaturam reseruat, imo fortè cæteri etiam Græci. Hoc enim Rondeletius, & ante ipsum Franciscus Massarius innuunt. Gallorum alij eodem testante Rondeletio communi saxatilium nomine Rechau dicunt: alij Auriol, seruatis, vt verisimile est antiquis τῦ διόλου vestigijs, quo nomine alterum Scari genus olim audiebat. Canariarum insularum incolæ, vt in nauigationum in nouum orbem libris legimus, Brechos appellant. Chrachoron Alberto alibi piscis est ruminãs fluminibus & maribus suis ignotus: nec alium videtur intelligere quàm Scarum; nam & Bellonius in Oceano reperiri negat. [b] Aristotelis alicubi de ruminantibus agentis animalibus, hæc verba sunt: Μηρυκάζουσι δὲ καὶ τῶν ἀμφοδόντων ἔνια, οἷον οἱ τυμπᾶνες οἱ Ποντικοὶ, καὶ οἱ ἰχθύες, καὶ ὃν καλοῦσί τινες ἀπὸ τῦ ἔργου μήρυκα. Quæ sic conuertit Gaza: Sunt etiã ex dentatis vtrinq; nonnulla quæ ruminant, vt mures Pontici, & pisces quidam, quem ab ea re ruminalem appellauere. Quam versionem improbat Rondeletius; & sic vertendum fuisse contendit: Ruminant & quædam vtrinq; dentata animalia, vt mures Pontici, & pisces quidam, & qui ab ea re μῆρυξ vocatur, id est, ruminalis: si verbum verbo reddere (inquit) voluerimus: vt μῆρυξ diuersum sit animal à piscibus ruminantibus, quanquam in quo genere animantium numerari debeat, mihi adhuc sit incertum. Hæc ille: quæ vt vera esse credat, bina Aristotelis adducit loca, in quibus solum Scarum inter pisces ruminare testatur. E contrario Gesnerus non dubitat, quin Meryx sit Scarus, eiusdem Aristotelis authoritatibus nixus, quibus præter Scarum alios pisces ruminare negat. Cui sententiæ lubens astipulor, sed nonnihil Philosophi textum muto, pro οἱ ἰχθύες καὶ (Gesnerus mauult ὡς) ὃν καλοῦσι, lego ὁ ἰχθὺς ὃν καλοῦσι: nam si in plurali legatur ἰχθύες, plures fuerint pisces qui ruminant, quod minimè Philosopho aduersatur. Eiusdem quoq; sententiæ fuisse Bellonium existimo, quandóquidem Scarum Ruminalem dictum fuisse scribit: item [c] Iacobum Dalechampium in Scholijs suis in Plinium, cuius ibi verba: Cùm Scari duo sint genera, alter ὀνίας, alter ἀιόλους: ἄνιας etiam μήρυκα epitheto peculiari vocauerunt, quòd latis vtriusque maxillæ dentibus solus ruminet.

*In Rondeletiũ animad. uersio.*

*Isidori de Scaro iacp tia.*

*Squarus, Scaurus.*

*Rechau.*

*Chrachorõ.*

[b] *Lib 9. Hist. cap 1c.*

*Meryx.*

*Piscis ruminalis.*

*Aristot. locus animad uersus.*

[c] *Lib. 32. c. 11.*

# GENVS. DIFFERENTIÆ. DESCRIPTIO.

[a] *Lib. 7.*

SCarum ex saxatilibus squamosis esse concedunt omnes. Monet autem lectores Rondeletius, duo dari genera, vnum quod ὀνίας vocetur, alterum quod ἀιόλος, vt profert (inquit) [a] Athenæus ex Nicandro Thiatireno: atq; vtrorũq; multas quidem cõmunes esse notas, esse tamen etiam proprias, quamobrem de vtroque seperatim agit. Ὄνιος Eustadhius nescio quàm bene Ὀνίσκος vocat, cùm sit Oniscus ex Asellis, vt ostendemus. Nunquid

vero

A verò & Oppiano vtrunq; genus notum fuerit, exeo dubitari poſſit, quòd Scarum aliquando σίκυον, id eſt, varium, item βάλιον & αἰόλον ἰχθῦν cognominet, niſi cum quibuſdam eruditis dicamus, epitheta, non differentiæ nomina eſſe. Recenſentur item à Mneſimacho Comico Myllus, Lebias, σπάρος, αἰολίας. vbi pro σπάρος forte σκάρος legendum eſſe conijciat quiſpiam, quoniam Scari ſpecies altera ob coloris varietatem αἶολος cognominetur, ac ſi æolias ſit epitheton Scari, ſublata diſtinctione, accipiaturq; pro αἰολος, vt ſit ab ἐρυθρὸς ἐρυθρίας, ab ὀχρὸς ὀχρίας, quomodo & αἰολίνη Coracinum Numenius dixit, & Turdum quidam etiam æoliam nuncuparunt, nimirum à varietate coloris. Sumi aut interdum & ſubſtantiuè, vt vna tantùm ſpecies ſit, videre eſt apud eundem Athenæum citãtem hos Platonis Comici verſus:
Ὀρφὼ, αἰολίαν, συνοδοντάτε, καρχαρίαντε Μὴ τίμων. ἀλλ' ὅλον ὀττύσας παράθες.
Item Epicharmi hæc verba in nuptijs Hebes: Μῦς, ἀλφηστάτε, κοραξὶν οἴτε κηρυκάδες, αἰολίαι, πλῶτίς τε, κυνόγλωσσοι τε. Cur modò ſpecies Scari altera ὀνίας vocetur, explicatum non inuenio. Conijcio tamen cum Rondeletio ſic dici, quòd τῷ ὄνῳ, id eſt, aſini inſtar quodammodo concolor ſit. Vtramque nobis exhibuit Rondeletius, Bellonius vnam tantùm, eam nimirum quam ille variam cognominat, & quin veterum celeberrimus Scarus

*Onias Scarus cur ſic dictus.*

B ſit, haud dubitat. Fuit autem hactenus omnibus fermè incognitus Scarus, neque eſt, cur id miretur quiſpiam, quando Romanis olim & toti Italiæ ſerò viſus fuerit, vt nec latinum piſcis habeatur nomen. Apud Athenæum, vbi tradit Ariſtotelis authoritate Scarum καρχαρόδοντα εἶναι, id eſt, ſerratos dentes habere, negantis voculam οὐ deſiderari, rectè nobis oſtendit Rondeletius. Sic autem nunc apud [b] Ariſtotelem legitur: καρχαρόδοντες πάντες οἱ ἰχθύες, ἔξω τοῦ σκάρου, hoc eſt, piſces omnes ſerratis ſunt dentibus, excepto Scaro. Vnde eſt quòd ſolus etiam piſcium ruminet, quemadmodum idem [c] Ariſtoteles teſtatum reliquit, cuius mentem non bene aſſecutus eſt Theodorus: *Genus piſcium* (inquit) *quoddam exiguum eſt, quod non ſerratos habet dentes vt qui Scarus vocatur, qui vnus & ruminare meritò ob eam cauſam creditur*; cùm ipſi vertendum fuiſſet, pauci admodum piſces ſunt qui ſerratos non habent dentes &c. nam Græcè legitur, γένος ὀλιγον ἐστὶ. Notandumque non ſolam dentium planitiem cauſam eſſe ruminationis in hoc piſce, vt innucre aliàs apparet Philoſophum, ſed & ventris peculiarem præterea concurrere conſtitutionem, quemadmodum ipſe quoque alicubi docet interprete eodem Theodoro his verbis: *Scaro diuerſa omninò ventris ſpecies eſt & ruminare ſolus piſcium, quadrupedum ritu creditur. Inteſtinum etiam ha-*

*Scari dentes quales.*
[b] *Lib. 2. Hiſtor. cap. 13.*
[c] *Li. 3. Part. cap. 14. In Gazam animaduerſio.*
*Cur ruminet.*

*Ventris conſtitutio.*

C *bet ſimplex, replicans ſe, quod in vnum continuumq; reſoluatur. Appendices ei complures ſupernè circa ventriculum exeunt*. vbi in quibuſdam codicibus mendoſe σπάρος pro σκάρος legitur. Similem planè ventris conſtitutionem priori ſuo Scaro Rondeletius tribuit. [d] Scaliger pater geminos eſſe ventriculos tradit auium more, quos alioqui multis piſcibus qui tamen carnuori, & crudiuori ſunt, natura negauit. Viderit itaq; Michael Epheſius, cur dentes ſolos ruminationis cauſam ſtatuerit, inquiens: *Scarus piſcis ſolus, cùm non ſit vtrinq; dentatus, dentes quoq; ſerratos non habet: nam cùm ſuperioribus dẽtibus careat, quo pacto pectinatim alternatimq;, vt in ſerratis fit, ſtiparentur? itaq; ſolus etiam ruminat; omne enim non vtrinq; dentatum animal ruminat*. Vbi item notandum ſine veterum authoritate ipſum ſcribere ſuperioribus Scarum carere dentibus. Equidem ſi Scarus, vt voluimus, idem eſt cum Meryce, ſiue ruminali piſce, vtiq; dentatus erit vtrinq;: ſicuti vtrimq; dentatus eſt Rondeletij vterq; Scarus, item quem ex Bellonij obſeruationibus excerptum, damus, necnon, & poſtremo loco exhibitus quem è Creta pariter miſſum nobis communicauit D. Antonius Gigas Foroſempronienſis vir & vitæ probitate, & rerum naturalium ſcientia conſpicuus. Athenæus cor Scaro παράλευκον, id

[d] *Exercit. 241.*
*Vtrinq; dentatum eſſe.*
*Cor.*

D eſt, ſubalbum tribuere Ariſtotelem teſtatur his verbis: καρδίαν τρίγωνον, παράλευκον, τρίβολον, quaſi hæc ſit peculiaris in eo nota: lege cum Rondeletio καρδίαν τρίγωνον, ἧπαρ λευκὸν, τρίλοβον hoc eſt cor triangulare, hepar album, in tres lobos diuiſum, quo modo iſthęc viſcera ſe habere in Onia Scaro obſeruauit. Et quid quæſo erit cor τρίβολον? nemo, puto, ſibi perſuaſerit cor dari figura tribulorum, vt quamcũq; in partem procubuerit, vnum aut duos aculeos ſemper protendat. Onias Rondel. ſquamis eſt magnis, tenuibus, colore ex cæruleo nigreſcente, ventre candido: Sargo ſimilis, corporis forma ad rotundam accedente, aculeorum pinnarumq; ſitu, & numero. His notis ab eodem ſecernitur, macula nigra in cauda, lineis nigris in dorſo ad ventrem ductis caret. Dentes planos hominis modo, maxillaſq; habet, imò propriè ſolus latos habet, pluraq; & maiora in maxillis oſſea tubercula, caudam latam in duas pinnas non diuiſam. Adhæc oculis eſt magnis, ſupercilijs coloris indici. Binas vtrinq; branchias habet alteras ſimplices, alteras verò duplices authore Arift. Cor angulatum: hepar in tres lobos diuiſum, à quo tellis veſica pendet, ſed inteſtinis alligata. Fel nigri coloris, & ſplenem: ventriculum paruum cum quatuor aut quinq; appendicibus. Quærendum num idem ſit Onia

*Onia deſcriptio ex Rondelet.*
*Vt à Sargo differat.*

Sapphirus piſcis.

Scarus Onias Rondeletij.



Scarus Onias, vt à vario differat eodem.

Scarus varius eiuſdem.



qui Romæ Sapphiri nomine à cyanco eiuſdem nominis gemmæ colore venditur, inter Auratas conſenſu piſcatorum longe lapidiſſimus. Scarum enim eſſe Ionius etiá conijcit. Differt à vario, quem αἰόλον dici oſtẽdimus, quòd ierè concolor ſit, Melanuro ſimilis: dorſo enim cęruleo eſt, ventre candido: αἰόλος verò ſiue varius oculis, ventris inferiore parte, in qua podex, purpurei eſt coloris, cauda coloris Indici, reliquum corpus partim ex viridi, partim ex nigro cæruleũ eſt, ſquamæ veluti notis obſcurioribus aſperſæ. Ore eſt mediocri, dentibus latis, in ſuperiore maxilla dẽſis: in inferiore raris & acutis. A dorſo & cauda ferè aculei tenui membrana connexi, & æquis interuallis diſpoſiti. In ſingulorum ſumma parte membranula pendet vexilli inſtar: pinnæ ad branchias ſitæ, latæ ſunt & veluti oui figura. In medio ventris notas duas purpureas habet. Intus ventriculum ſatis capacem, hepar ſubalbum, inteſtina lata & multa, tellis multum, ſplenem magnum. Formoſiſſimus ſanè eſt hic piſcis, ſi quis alius. De ſuo modò Scaro in Creta obſeruato, à præcedentibus ni fallor, diuerſo, Bellonius ſic ſcribit. Habet (inquit) vtrinq; appendices tranſuerſas atq; eminentes ad caudæ latera, quas in nullo piſce vnquam conſpexi. Corpus ex liuido rubet, vt Mullus. Squamis contegitur latis & tranſlucidis. Caudam & pinnas habet obtuſas, vt Coruus: branchias duplices, vtrinque quaternas. Phycidem marinam quodammodo refert: ſiquidem planum non habet corpus, nec prorſus oblongum. Caput vtrinq; compreſſum, vt Mullus: dentibus eſt obtuſis, quorum inciſorij noſtris ſunt perſimiles, quibus herbas quæ ſaxis inhærent, detruncat: rictũ non valdè magnum edit. Is verò quem in ſuo Muſæo conſeruabat D. Antonius Gigas, dentes habebat vtrinque quatuor, latos quidem in inferiori maxilla, ſerratos verò in ſuperiori.

Scari deſcriptio ex Bellonio.

## LOCVS.

[a] Lib. 5. NON *Elopem noſtro mari*, inquiens [a] Quintilianus, *nec Scarum ducas*, de mari Supero intellexerit, nam Romæ viuebat: fuiſſe autem Romanis peregrinum piſcem modò oſtendebamus Optati Tiberij principis liberti exemplo, quem inter Oſtienſem & Campaniæ oram ſparſos diſſeminaſſe fama eſt, vt incolæ fierent: idemq; præ cæteris teſtatur Columella his verbis: *Scarus* (in vulgaribus codicibus Scaurus legitur) *qui Aſiæ Græciæq; litoribus Siciliæ tenus frequentiſſimus exit; nunquam in Ligſticum, nec per Gallias enatauit in Ibericum mare. Itaq; ne ſi capti quidem perferantur in noſtra vitraria, diuturni queunt poſſideri.* Et ante Columellam Petronius Arbiter: ——*Siculo Scarus æquore merſus, Ad menſam vinus perducitur.* Eſt verò mari Carpathio quàm frequentiſſimus, vt Plinius notauit, & quòd miramur, promontorium Troadis Lecton nunquam ſponte tranſit. Frequentes quoq; ſe obſeruaſſe aſſerit Fran. Maſſarius in ſinu Hermionio ſiue Saronico aut Salaminio, in quo à dextris ſunt portus Piræus, nunc portus Leo nuncupatus & Athenæ in continenti ad nihilum deducæ, Si-



Scarus Cretenſis.



Digitized by Google

A ctæ, Sithines modò nominatæ, & in Helleſponto, qui hodiè ſtrictus Callipolis appellatur, & Cydoniæ, quæ nunc Canea vocatur, & alibi: nullibi tamen quàm in mari rubro frequentiores. E contrario Bellonius Scaros in Propontide, Ponto & Helleſponto capi inficiatur, in Creta verò plurimos. eiuſq; rei in obſeruationum in Oriente libris rationem reddit his verbis. Propontis, quod affirmo & Helleſpontus & Euxinus & Adriaticum hoc piſce carent, in Cretæ verò locis adeò frequens eſt, vt non alius capi crebriùs ſoleat, quamquam ad Orientem tantùm huius inſulæ eum inuenio: mare enim herbas quaſdam exiguas quibus veſcitur, non producit, niſi ab ea parte. Capitur autem præciputè circa eundem locum, vbi colligitur laudanum & eodem tempore plurimus. Rondeletius à Rhodijs quoque ſe accepiſſe tradit, Rhodi maximam eſſe copiam: ipſe interim non procul à Maſſilia capi affirmat, ac potiſſimùm iuxta Stœchades inſulas: & Iouius Sapphirum piſcem, quem cum Scaro eundem conijcit, nonnunquam Auratis permixtum venundari Romæ ait, vt credendum ſit tempeſtate nonnunquam in hoc mare propelli, quod Horatium non videtur latuiſſe, dum inquit: *Scari, & quos Eois intonata fluctibus — Hyems ad hoc vertat mare*.

*Cur in Propontide non capiantur.*

*Quando in mari Supero capiantur.*

Dixit autem Eois propter mare Carpathium, quod eſt in Oriente. Nam alioqui neque in B Galliæ litoribus, neq; in Mediterraneo mari, neq; in Oceano capitur, vt Bellonius teſtatur, niſi dicamus, de diuerſis vtrumq; (Rondeletium & Bellonium) Scaris loqui, & ipſe quoq; Iouius Scarorum, illorum quos Optatus Campaniæ litoribus inuexit, ſobolem vel penitus interijſſe, vel vt credi par eſt, longo patrij maris deſiderio abductam, in Græciam remeaſſe arbitratur. Negat verò etiam Ariſtoteles in Euripo capi: vt non ſit mirum, non reperiri in Oceano, cuius litora nuſquam non Euripis exagitantur. Ennius eum qui ad Neſtoris patriam, hoc eſt, ad Pylum capitur, magnumq; bonumq; celebrat: Archeſtratus verò famoſiſſimus popino maximum ait euadere, & laudatiſſimum circa maritimam Carthaginem; item circa Epheſum & Byzantium. Nunc Saxatiliſne ſit, vt ſtatuimus, examinandum. Negat id apud Athenæum Diphilus, omnium ſententiæ, & ſenſui ipſi repugnans. Gaudet enim aſperis cautibus & herboſis ſcopulis, quemadmodum Oppianus ait his verſibus ex Lippij verſione:

*Ubi melior.*

*Saxatilem eſſe.*

*Hic domus eſt Sargi, hæc ſtatio læta Scienis, Et Faber, & nigro cui nomina dicta colore*
*Hæc Coracinus habet, hæc Scarus ſaxa frequentat.*

Quodſi verò quiſpiam Oppianum ſibi ipſi refragari obijciat, vtpotè qui paullò antè inter C litorales eum enumerauerat, inquiens:

*Per molles tantùm ripas, herbaſq; virentes Smarides, Blenni, cum Scaris, Boces vtriq;*
*Menides & Tragi, ſimul Antherina vagantur;*

Reſpondet [b] Hippolitus Saluianus aduertendum eſſe, non ſolùm in latinum conuerſo Oppiano, ſed in Græco etiam impreſſo Scaris mendosè legi, quemadmodum ex antiquo manuſcripto codice cognouit, in quo σπάροι, non σκάροι habebatur. Cæterùm poteſtne etiam in dulcibus aquis viuere, vti [c] Columella videtur innuere? *Harum* (inquit) *ſtudia rerum maiores noſtri celebrauerunt adeo quidem vt etiam in dulcibus aquis marinos clauderent piſces: atq; eadem cura Mugilem Scarumq; nutrierunt, qua nunc Murena & Lupis educantur.* Nõ puto. Sed locum mendoſum eſſe non dubito; Squalumq; non Scarum legendum, ex multis intelligi poteſt. Primùm enim Columella veterum frugalitatem cum perdito ſui temporis luxu comparans, vti Mugilem ac Scarum eadem cura maiores nutriſſe, qua poſtea Muræna & Lupus educarentur, ait, ſic illos viliores fuiſſe innuit: quod quidem ſicuti de Mugile verè, ſic de Scaro nullo prorſus pacto dici poteſt, cùm communi omnium ſcriptorum conſenſu nobiliſſimus piſcis cenſeatur; vnde Squalum, quippè quem vilem habitum fuiſſe in ſua hiſtoria patebit, D rectè reſtituiſſe me arbitror; eoq; magis cùm eam ſententiam à M. Varrone mutuauerit [d] Columella. Illius hæc verba ſunt. *Quis habebat piſcinam niſi dulcem? & in ea duntaxat Squalos & Mugiles piſces.* Laudat autem & ipſe Varro veterum parſimoniam, vt qui dulces tantùm piſcinas, & in ijs duntaxat Squalos & Mugiles haberent. Quibus adde, quod paullò antè ex ipſo Columella oſtendebamus, ne in noſtro quidem mari viuere poſſe; tantum abeſt, vt in dulcibus piſcinis Scarum habitum fuiſſe dixerit. Non probo etiam quod ſcribit Hieronymus Fracaſtorius enumerans piſces ſalubritate commendabiles.

*[b] Cap. de Sparo. Oppiani locus correctus.*

*[c] Li. 8. c. 16.*

*Columellæ locus reſtitutus.*

*Mugil olim vilis.*

*Squalus olim vilis.*

*[d] Lib. 3. de re ruſt. c. 3.*

*Talis dulciſſuum fluuiorum Scarus ad ora Solus ſaxa inter depaſtus ruminat herbas.*

Qui enim fluuiorum oſtia petere dicat, præter ipſum inuenio neminem.

NATVRA.

*Congri, Channa, Thunni, Lupi, Synodontes, Amia, Orphi, Murenæ: Mulli verò nutriuntur alga,* E
*Ostreis, cœno, carne: Dascillus cœno & stercore. Scarus autem & Melanurus alga: Salpa stercore & alga.* Ecce herbiuorum duntaxat facit, carniuorum præterea facturus, ſi præter herbas carne quoq; vesci existimaſſet, vt de Mullo diſertiſſimè tradit. Nec aduerſatur his credendum, cùm ait Cephalum & Ceſtrum ſolos à carne omnino abſtinere, ideoq; & Scarum carniuoris accenſenſum innuere: nam eo loco à carne abſtinere, eſt & a proprio genere ſibi temperare, & ab omni deniq; alia carne. Sed ipſum audiamus. *Omnes ſeſe mutuo deuorant, dempto Ceſtreo; maximè autem Congri. Cephalus autem & Ceſtreus carne omnino non veſcuntur.* Cæterùm rurſus nobis aduerſatur Diphilus apud eundem [a] Athenæum, qui & ipſe Scarum carniuorum facere videtur, dum inquit, *Scarum recentem ſuſpectum eſſe, quoniam lepores marinos venatur, illiſque paſcitur.* De cuius animantis peſtilentiſſimo veneno, in volumine de Mollibus abundè dictum eſt. Hoc quoq; cùm præter ipſum nemo alius tradat, apud me quàm maximè ſuſpectum eſt; existimandumq; Athenæum, vel quem citat Diphilum memoria lapſum (quod magnis ſæpenumerò viris contingere ſolet) id quod Mullo præſtantiſſimo quoq; piſci aſcribere debebat, ad Scarum tranſtuliſſe. A Mullo autem Leporem marinum deuorari clariſſimus teſtis eſt [d] Plinius, vt ſuo loco oſtendemus. Ne verò quid temerè contra Athenæum citantem Ariſtotelem ſtatuiſſe videamur, adducemus aliorum quoque ſcriptorum teſtimonia, quibus herbiuorum faciunt Scarum, [e] Plinij in primis, Oppiani, ac Aeliani. Ille planè, carniuorum inficiatur, inquiens: *Nunc Scaro datur principatus, qui ſluxiſſium dicitur ruminare, herbiſq; veſci, non alijs piſcibus.* [f] Oppianus *in algoſo litore ſalutiferum herbis paſci* cecinit: & mox:

——*Et ſolus pallentes ruminat herbas* *Ac veluti pecudes reuocat ſub gutture paſtum.*

Aeliano *cùm alijs herbis, tum alga paſcitur.* Ouidius *in herbas, tum arena* verſatili dixit, malim in herboſis petris, Saxatilis enim eſt, non litoralis. Quod verò addit Rondeletius, ſe ex diſecto piſce didiciſſe, ventriculum pro corporis ratione habere exiguum, ideoq; herbiuorum dicendum eſſe, quoniam talem Natura dare ijs non ſoleat, qui integros piſces deuorant, id mihi non ſufficit, cùm vel eodem teſte Scarus varius ſatis capacem poſſideat, qui tamen & ipſe herbiuorus eſt. Sed proſequamur. Teſtatur Bellonius Scaros ſe turmatim conferre ad pabulum, redireq; diſtento ſtomacho: phaſeolis & piſis plurimùm inhiare, eamq; ob cauſam à Cretenſium vulgo phaſeolos Scarouotano nuncupari. Sed is priuatim ſcribit de Scaro vario, quærendumq; nunquid Oniæ etiam conueniat. Lilius [g] Gregorius Gyraldus certè Pi- G
thagoram author eſt præcepiſſe, ne quis Scarum ederet, quòd τρυγηφάγες, id eſt vuæ depopulator eſſet. Sed [h] Plutarchus hoc aliter videtur narrare, & Scarum ita vocari poſſe negat: *Neq; enim* (inquit) *licet Mullum frequentare, aut Scarum vuarum, aut Nigriles Latraceſq; Semimilegos appellare, quæ nomina terreſtribus imponimus, maleficia eorum accuſantes: in quæ minima etiam conſectantes de muſca aut ſele conquerimur, horum de nullo accerſ. reſpoſis, vel maximum piſcem. Idcircò Pythagorei non lege tantùm ab omnibus, ſed natura etiam ab omni innoxio abſtinentes, minimè aut omninò nequaquam vti ſint piſcibus pro cibo.* [i] Scaliger item thymo viuere Scarum ſcribit, quo authore neſcio. Oppianus verò adeo linozoſti, id eſt Mercuriali delectari, vt ea etiam capiatur.

[a] Lib. 8.
[d] L. 33. c. 1.
[e] Li. 9 c. 17.
[f] Lib. 1.
[g] In Symb. Pythagoræ.
[h] Lib. 8. Symp. q 8.
[i] In comm. l. 1. Arist. de plantis.

*Mullus Leporē marinum deuorat.*
*Pythagorei cur piſcibus abſtineant.*
*Scarouotano.*

# CAPIENDI RATIO.

*Salacitatis pœna.*

AD Venerem inflammatiſſimum eſſe Scarum diximus, idq; cum ſuo ſæpe vitæ periculo, quod fit hoc modo ex Oppiani, ac Aeliani teſtimonio. Piſcatores comprehenſa fœmina ſummum os ad tenuem funiculum alligant, eamq; viuam per ea maris H
loca trahunt, in quibus Scari habitant. Conficiunt etiam graue plumbum rotundum, longitudine trium digitorum, quo ex chordis appenſo trahitur Scarus fœmina captiua alter piſcatorum naſſa in piſcatorio nauigio accommodatæ os latè deducit, datq; operam, vt naſſa in Scarum captum conuertatur. Ea enim ſenſim demittitur, lapide ad certam menſuram ſtomachares autem non aliter quàm homines vita amica furore libidinis perciti, circa eam concurſantes, alius alium præuertere & contingere ſtudet, vt ſolent iuuenes amantes, aut oſculum, aut vellicationem, aut aliquod aliud furtum amatorium venantes. Piſcator ſenſim deducit fœminam rectà in naſſam, ac cum ea etiam amantes, libidiniſq; ſuæ dant pœnas. Bellonius hamis ac retibus pauciſſimos, naſſis verò plurimos capi ſcribit. Tarentinus tamen eſcas præſcribit, quibus in retia incidant. quarum prior conſtat Sepiolarum teſtulis cum Siſymbrio viridi, quod eſt, inquit, bryon, aqua, farina, & caſeo bubulo miſtis: hac eſca vti iubet cùm

*Scarus amātibus compatatus.*

A bet cùm naſſis operam nauamus: altera accipit ex phlœnis (φλοῖνος) fluuiatilis carne drachmas octo, holophaci torrefacti tantundem, caridum fluuiatilium drachmas tres, malabathri drachmam. Omnia contuſa albumine oui excipiuntur, confectiq; inde paſtilli vſurpantur. Iubet autem aquis inſpergi, monetque ob huius eſcæ in actione celeritatem, minutos piſces non confluere. Inuenio item apud [a] Aelianum Scaris eſcam demitti coriandrum & cárton. Sic enim nullo (inquit) negocio capi author eſt Leonides. [b] Martialis quoq; hamo capi meminit, in quo eſca muſca eſt. Purgat autem ſe Quinctiano quod in Saturnalibus nihil preter verſus miſiſſet, dona appellans doloſas artes, quæ imitantur hamos (inquit,) *namq; quis neſcit Auidum verſa decipi Scarum muſca?*

[a] *L. 12. c. 42.*
[b] *Lib. 5. Dona artes doloſa.*

# EPITHETA.

SCarum mitem dixit Ouidius, Martialis obeſum, Oppianus ἁπαλον, id eſt, mollem. Huic item φλαγόης, ideſt lacteus dicitur, fortè à ſuauitate, ſed & hepar album habere Rondeletius teſtatur: aliàs eidem Oppiano à colorum varietate σίκλος, βαλιὸς, αἰόλος,
B ἰχθῦς appellatur. ſed hæc non ſolummodo epitheta ſunt, ſed Scari alteram etiam ſpeciem diſtinguunt.

# COGNOMINATA. DENOMINATA.

NObiliſſimam Scaurorum familiam à Scaris cognomen inueniſſe Rondeletius ſcribit, fortè quòd in quibuſdam Columellæ codicibus pro Scarus Scaurus legebat, Quo enim authore id ſcripſerit, neſcio. Video autem Grammaticis Scauros eſſe, qui talos pedum tumentes, ac porrectos habent. Acron in hunc Horatij locum ——*Hunc Varum, diſtortis cruribus illum Balbutit Scaurum paruis fultum malè talis, Scauri* (inquit) *ſunt qui extantes talos habent, alij dicunt Scauros eſſe qui habent talos inuerſos.* [a] Plinius à vola in pedibus deriuare videtur his verbis: *Vola* (nimirum in pede) *homini tantùm, exceptis quibuſdam: namque & hinc cognomina inuenta, Planci, Plauti, Scauri, Panſe.* Meminit idem Plinius gemmæ quæ à Scaro Scarites vocetur, cæterùm dubitat, à colore ne an ab effigie Scari nomen inuenerit: Inquit enim: *Scorpites Scorpionis aut colore aut effigie eſt; Scarites, Scari piſcis.* Rondeletius
C verò a Scari varij colore potiùs quàm effigie ſic dici arbitratur, conijcitq; eandem eſſe cum Sapphyro, vt hinc fortaſſis eadem Scari ſpecies Romæ vulgo Saphyrus vocetur, vti ex Paulo Iouio dictum eſt, & Pierius Valerianus Scarum Sapphyri gemmæ radiolos imitari ait.

*Scauri vnde dicti.*
*Scauri qui.*
[a] *L. 11. c. 45*
*Scarites gemma.*

# VSVS IN CIBIS.

QVo in pretio ac honore Scarus apud veteres haberetur, in exordio huius hiſtoriæ oſtendimus. Quod verò ad carnis ſucciq; bonitatem attinet; cùm non ſolùm piſcis (inquit Rondeletius) ſit ſaxatilis, verùm etiam inter ſaxatiles primas teneat, conſtat mollis & friabilis eſſe carnis, vt ſcribit Diphilus: ſuauem, læuem, qui facilè concoquatur & diſtribuatur, quiq; facilem reddat aluum. Galenus quoq; Philotimum arguit, quòd cum durioris carnis piſcibus eum numerârit. Videtur autem priſcos credidiſſe Scarum ex duræ carnis piſcibus eſſe; nam & Cornelius Celſus grauiſſimus medicinæ author ita credidit: *Piſcium* (inquit) *eorum qui ex media materia ſunt,* (ideſt mediocriter alunt) *quibus maximè vtimur, tamen graueſcunt, ex quibus ſalſamenta quoq; fieri poſſunt qualis Lacertus eſt: deinde qui quamuis teneriores, tamen duri ſunt, vt Aurata, Corvus, Scarus: tum plani poſt hos etiam leuiores, Lupi, Mulliq; & poſt hos omnes ſaxatiles.* Idem Celſus Scarum minimè intus vitiari aliàs author eſt; contrà Xenocrates ocyus in ventre corrumpi. Alex. Trallianus in curatione epilepſię, ſuperfluitatis expertem eſſe aſſerit, & in hoc affectu tanquam valdè idoneũ præſcribit, & Actius in coli dolore ex frigidis & pituitoſis humoribus, ex cæteris piſcibus Scarum & Lupum ſecernit. Quod ad apparatum pertinet, in Creta Scaros aſſant, vèru per os
D cius transfixo, vt Bellonius tradit, ibidemque eorum ventriculos delicatioribus herbis refertos, piſcatores liguriunt, ipſaq; ſimul iecinora, quæ prægrandia (inquit) & ſine vllo felle Natura conceſſit, (aliter ſcribit Rondeletius) excrementaq; additis ſale & aceto conterentes. Inſipidum enim eſſe Scarum niſi cum ſuis edatur fæcibus. Hoc autem edulio bibaculos Græcos quaternos, interdum ſenos in lectulis ſedentes poſt frequentes panis taleas intinctas, octonas plerunq; vini Maluatici amphoras exiccare. Nos item à principio viſcera Scari celebrauimus ex antiquis. Rondeletius cùm qui Onias vocatur, apud ſuos aſſum in craticula

*Non duram carnem habere.*
*Apparatus.*



Digitized by Google

edi dixiſſet,vel in ſartagine,vel etiam elixum, vt Aurata edi ſolet. Varium quoq; paulò pòſt E
[a] Lib.7. ſic parari teſtatur. Archeſtratus in ſuæ Gaſtronomiæ altera parte citante [a] Athenæo aſſum commendauit,quidem,ſed farctum his verbis:

*Scarum in Carthagine mari vicina,magnum aſſa,*
*Prius lotum: præſtantem quoq; Byzantij videbis,*
*Sic amplum,vt rotundo ſcuto par magnitudine tergum ſit,*
*Illum nactus hoc integrum* (non exenteratum) *modo curato:*
*Caſeo & oleo rectè cùm omnia farcta fuerint,*
*In calido teſtu ſuſpende,& deinde peraſſa*
*Inſperſum ſale,cymino trito,& oleo glauco*
*Diuinum ſontem ſalientis modo infundens.*

## VSVS IN MEDICINA.

[a] Lib.4.de Comp. med. ſec.loc. c. 7. HAbet item Scarus partes quaſdam,quæ in medicinæ vſus cedunt. [a] Galenus enim ad oculorum ſuffuſiones fel eius commendat, inquiens: *Ad ſuffuſiones oculorum, prima ferè omnium compoſitionum eſt, quæ ex faniculi ſucco & Hyenæ felle & melle Attico conſtat: ſed fel alij aliud miſcuerunt: nunc quidem in pretio eſt pharmacum ex felle Scarorum*. Ibidem alijs quoq; compoſitionibus ocularibus fel hoc admiſceri videas ad incipientes F
[b] L.7.c.3. ſuffuſiones & omnem viſus hebetudinem & cicatrices: ſicut apud [b] Aetium ſimiliter. [c] Aelianus à piſcatoriæ artis peritis didiciſſe ſe ſcribit, fellis ſuffuſione ſiue ictero, & arquato morbo laborantes priſtinam recipere ſanitatem, ſi iecur Scari in cibo aſſumant. Ad parotidas eodem viſcere Plinio teſte, medici vtuntur.
[c] L.14.c.2. Iecoris vſus.

## DE TVRDO. Cap. III.

### SYNONYMA.

*Turdi & Merulæ piſcium etymum.*

TVRDVM inter piſces ſaxatiles laudatiſſimæ carnis Galen. ſecundo loco recenſet. Qui cùm & ipſe ſquamoſus ſit, Scaro optimo iure ſubiungetur. Sunt inter aues carnis laude celebres Turdi etiam, ac Merulæ; nõ tamen à ſaporis G
cùm illis, ſed à macularum ſimilitudine, piſcibus iſtis nomen inditum, vt M. Varro teſtatur his verbis: *Piſcem Aſellũ non à corporis ſimilitudine, ſed à colore dicimus, vt Vmbram, atq; Turdũ*. Varia profecto auium nomina piſcibus indidit facunda Græcia pro colorũ, quibus ipſas referrent, varietate, vtq; hoc pacto ſingulos rectiùs diſtinguere poſſent. In quo etymo notandum coloris nomine intelligi maculas quibus multi Turdi alioqui ab auium colore longè diuerſis inſigniuntur. Vt autem auis latinis Turdus dicta, Græcis frequentiùs κίχλη, ita & piſcis iſte apud eoſdem audit. A [a] Plinio medico Cyclas piſcis ad pleuriticos commendatur, quia molli carne ſit, & natura humidus & digeſtibilis, additq; & Ptiſanam marinam nuncupari. Bellonius Turdum intelligere conijcit: cæterùm Matthias Syluaticus non Plinium medicum, ſed Alexandrum citat & non Cyclas per y, ſed Ciclas per i ſcribit, ſed vtrobique legendum eſt Cicle; ſicuti etiam legiſſe apparet interpretem qui Turdum vertit. Apud [b] Pollucem quoq; κόχλη corruptè ſcriptum eſt pro κίχλη, quamuis vtrumq; ibi vocabulum legatur, hoc modo: Συνόδης, κίχλη, ἴλαψ, κόχλη, ἴλοψ, σάλπη. Credendum autem bina hæc nomina κίχλη & ἴλοψ, cùm à perito aliquo in margine, emendationis gratia, annotata eſſent; ab imperito poſtmodum alio, in textum aſcita: H
nam ἴλοψ, & κίχλη piſcium quidem nomina ſunt, ἴλαψ verò & κόχλη nihil ſignificant. Multis præterea alijs nominibus Turdum fuiſſe appellatum Pancrates apud [c] Athenæum tradit: & Nicander πολυώνυμον, id eſt, multis nominibus præditum cognominat. Nunc verò ſynonyma non inueniuntur. Pancrates quidem etiam σαῦρον & ἀιολίλω dici author eſt, nominibus equidem æquiuocis, cùm ſit σαῦρος piſcis ſui nominis, qui multis Lacertus appellatur: ἀιολὶν verò Numenio Coracinus, & Scarus Nicandro ἀιόλος, vterq; à varietate colorum, vt & Turdus ob eandem rationem id nominis obtinuerit. Berziticon & Verziticon Syluaticus Turdum exponit; ſed cuius dialecti, ea ſint vocabula, ignoramus. Auguſtinus Niphus in ſecundo hiſtoriarum Ariſtotelis, dum Turdũ piſcem à Liguribus Aſellum, à Romanis Scarmum, & Merluzum vocari ſcribit, quàm ineptiſſimè cum Aſello Turdum confundit. Rondel. apud ſuos (Mompelienſes) Prouinciales, Italos & Hiſpanos latinum Turdi nomen retinuiſſe; à cæteris verò Gallis Vielle dici ait, ipſe tamen duodecimum ſuum Turdum priuatim

Κίχλη. *Cyclas.*
[a] L.5.c.13. *Ptiſana marina.*
[b] L.6.c.9. *Pollucis locus caſtigatus.*
[c] Lib.7. *Saurus.*
*Coracinus.*
*Berziticon.*
*Niphi error.*
*Vielle.*

Digitized by Google

A tim Vielle nominat, & vndecimum quidam Durdo. Veneti teſte Mattario nunc piſcem Merulam falsò dicunt,& è contrario Galliæ piſcatores nonnulli Merulam piſcem teſte Rondeletio Tourd, hàud diſtinguentes à Merula Turdum,vti neque Maſſilienſes,quibus vterque piſcis referente Petr. Gillio Roquaudos dicitur. Rochau autem commune ſaxatilibus omnibus nomen eſſe in Scaro ex Rondeletio annotauimus. Veneti, vt Bellonius notauit, Turdum appellant, qui Maſſilienſibus falsò Vmbrina vocatur: Turdum tamen eſſe negat quoniam vndantes in tergore ac tranſuerſas lineas gerat,& Coruum duabus,quas in tergore & ſub mento habet,pennis referat. Eum verò qui inter Genuenſium Lagionos peculiariter Turdus dicitur,hunc reuera Turdum eſſe vocatum propter colorem,qui cùm ex rufo in melinum vergat,ad viridem tamen inclinet.

*Durdo. Peſce Merula. Rochau.*

*Turdus qui Bellonio.*

# GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA.

B SOlus Columella inter veteres complura Turdorum genera dari meminit: quot autem & quæ ea ſint, non declarauit. Præcauendum autem monet Saluianus, ne omnes picturatos piſces Turdos vocemus,quod ignarum (inquit)ichthyopolarum vulgus plerumq; facit,qui Percas,Hiatulas,Merulas,Pauones,ſimileſq; depictos piſces alios cum Turdis implicant:quem errorem facilè euitari poſſe autumnat, ſi Turdorum piſcium aluum Turdi auis inſtar,variam maculoſamvé eſſe aduerterimus;eoſq; quibus aluus maculoſa non eſt, & carne etiam minus ſuaui ſunt,hinc eximerimus. Cæterùm verorum ac genuinorum Turdorum cùm plura ſint genera,vt quot ſint,& quomodo internoſci debeant,nobis innoteſcat, primariam eorum differentiam à corporis figura atq; magnitudine deſumit, indeq; duo prima conſtitui genera ait:aut enim minorem & latum eſſe Turdum; aut maiorem & oblongũ: & quemadmodum (inquit) maioris diſtinctionis gratia, hunc maiorem, illum verò minorem Turdum appellare poſſumus, ita non ſolùm vterq; proprijs pingitur coloribus, ſed rurſus etiam maior colorum varietate ſubdiuiditur in viridem & rubrum: ita vt tria ſint Turdorum genera,minorum vnum:maiorum verò duo,viride ſcilicet & rubrum.Rondeletius verò duodecim ſpecies pinxit, nos & alios addimus. Non enim tria tantummodò genera dari arbitramur,cùm longè aliter præter allata Columellæ verba indicare videantur epitheta, quæ Turdo piſci veteres tribuêre. Athenæo ex Ariſtotele μελανόσιτλος, id eſt,nigris maculis varius,Erathoſteni πίρνας, id eſt, nigricans vel nigro diſtinctus, Pancrati ὀινώδης, quaſi vini colorem referens, Numenio ἁλιωδὴς, id eſt, purpureus vocatur,vt optimo iure Phauorinus ποικιλόσικτον vocauerit,quaſi varijs notis diſtinctum,cuiuſcunq; aut coloris ſint. Iouius Turdum definit ſubuiridi colore & frequentibus guttis variegatum atque inſignem. Videtur autem peculiarem quandam ſpeciem intelligere, vt illum qui vulgò Verdone appellatur, quem Saluianus exhibet. Lippius verò apud Oppianum κίχλαι ῥάδιναὶ, id eſt celerem, quo modo & Anacreon ῥάδινὸς πῶλος, id eſt celeres equos vocauit, Turdum viridem tranſtulit,colori tribuens, quod ad mores pertinebat. Turdos verò & Merulas alio in alium colorem mutati tradit Aelianus,ex Ariſtotele nimirum qui vére nigreſcere, deinde ſuam albedinem recipere aſſerit,hoc eſt,vt ego conijcio,ſuum nitorem,nam & Squillas ijs annumerat, quas ſaltem albas dari nõ puto. Saluianus id ſolùm intelligere Ariſtotelem arbitratur,quod cùm albos dari Turdos falſum eſſe, & experientia & piſcatorum conſenſu certum ſit, Turdi reliquo anni tempore ſubnigri,ſiue ex albo nigreſcentes, verno verò tempore nigriores appareant; quod (inquit) vt veriſſimum eſt, ita non dedecet illam ſubnigredinem huic nigredini collatam,largo loquendi modo albedinem appellari ab eo. Cui ſententiæ aſtipulari videtur [D] [a] Rondeletius, locum Philoſophi intelligendum eſſe inquiens ſic, vt Turdi & Merulæ ſuum quidem ſeruent colorem,ſed magis exaturatus ſit circa ver;æſtate verò magis dilutior, minuſq; niger:idemq; de Phycide & Mæna intelligendum. Idem Ariſtot. quaternas branchias Turdo tribuit,omnes autem duplici ordine excepta nouiſſima: quam notam in omnibus iſtis quos Turdi nomine exhibeo,piſcibus,vt ingenuè fateor, non obſeruaui. Manibus enim pertractare omnes non licuit. Omnes quidem ſquamoſos eſſe ex picturis patet. Qui priori loco pingitur,duas veluti apophyſes habet è mento depẽdentes,cutaceas, ſubflaui coloris. Totus aureo magna ex parte,item amethestino,cæruleoq; ac rubro variat. Oculi maximi ſunt,quorum auream pupillam circulus ambit niger,nigrum rurſus aureus, aureum cæruleus, hũc iterum aureus,ac tandem niger alius omnes ambit. Tres habet præ cæteris conſpicuas lineas ſanguinei planè coloris,denticulatas,vt icon oſtendit. Pinnæ ad brãchias omnino aureæ ſunt,pectoris verò totæ cæruleę,pręter earum neruos,qui aurei ſunt. Quę verò ab ano eſt,item quæ in dorſo,& cauda,qua vropygio iunguntur,aureæ ſunt, ſed maculis paruis ſan-

*Turdi vt inter alios pictos piſces diguoſcantur.*

*Epitheta.*

*Verdone.*

*Lippij error.*

*Quomodo colorem mutare dicantur.*

[a] *Cap. 3. de Merula.*

*Turdorũ ab authore obſeruatorum deſcriptio. Turdus primus.*






guineis reſperſæ : cætera cæruleæ . Caret dentibus. Os intus ruberrimum. Alter totus quoq; aureo,cæruleo, rubroq; variat, & ad latera præterea nonnihil candicat. Maculę quas toto corpore, tum vermiculares, vt in capite, tum rotundæ, vt reliquo deinceps corpore, cauda & dorſi pinnæ, icon oſtendit, cæruleæ ſunt. Circuli oculorum modò rubri, modò aurei. Pinnæ iuxta branchias totæ aureæ : quæ verò in pectore ſunt, & ab ano,in extremitatibus sũt cæruleæ. Tergoris pinnæ ex aureo rubet, ſicuti & caudæ quæ tamen in extremo cærulea eſt. Vtrinque dentatus eſt. Tertio caput pro corporis portione paruum, totum cærulei, ſed dilutioris coloris præter brãchiarum opercula quę candicant, maculiſq; oblongis, & ſemicircularibus, aureis conſpergũtur:cuius pariter coloris ſunt cæteræ lineæ per totum corpus decuſſatim,& tranſuerſaliter ductæ, ſed minus ſplendentes: eiuſdemque deniq; calami ſiue nerui pinnarũ. Hæ verò omnes in extremo cæruleæ, cætera ſubuirides, maculiſque inſignes rubicundis. Corpus item ſubuiret, magis in lateribus, minus in dorſo quod ex viridi nigricat : vẽter albicat. Squamarum extremitates cæruleæ sũt. Dentes habet maximos & acutiſſimos,ingentemque oris rictum. Quartus toto corpore,sãguineo aureoque diſtinguitur : dorſo excepto quod ex ferrugineo nigricat : ſicuti pariter quæ per corpus conſpiciuntur maculæ. Idem

*Turdus ſecundus.*

*Turdus tertius.*

*Turd⁹ quartus.*



Digitized by Google

A

Anthias tertius Rondel.



ſtis (Turdi auis more) inſignita conſpiciũtur: qua vna nota minori Turdo ſimiles ſunt, atque Turdi dicuntur. Differunt poſtremò à minori etiã magnitudine, nam cùm ille palmi menſuram non excedat; hi ad cubitalem ali quando excreſcunt.

ni Turdus (vulgò Tordo Romę) roſtro eſt ſatis acuto, ore mediocri, dentibus validis, recuruis atq; ſerratis, labijſq; craſſis: oculis magnis & aureo circulo pupillam ambiente inſignitis. Branchias habet vtrimq; quaternas, eaſq; duplices, nouiſſima excepta, vt [a] Ariſtoteles au-
B thor eſt. Pinnæ duæ ad branchias, & aliæ duæ in ventre, vna ſcilicet vtrimq;. In dorſo vna ſingularis ad caudam ferè vſq; deducta. Imo etiam ventri alia vna ſingularis & minor à podice ſubnectitur. Cauda quoq; in vnam & latam pinnam degenerat. Ventriculus carnoſus eſt & amplus. Inteſtina etiam craſſa & lata ſunt. Hepar pallet, eiq; aſſuta eſt fellis veſica. Squamis mediocribus tegitur, & latiuſculus piſcis eſt, minori Tincæ non abſimilis, atq; totus picturatus. Caput enim, dorſum, cauda atq; pinnæ ex cineraceo nigricant: latera verò cinereacea, & venter ſubalbidus liuentibus maculis nullo ordine inter ſe permiſtis, Turdi auis modo, conſperguntur. Prior modò Rondeletij Turdus admodum varius eſt, minus tàmen

*Turdus minor Saluiani.*

*[a] Lib. 2. Hiſt. cap. 2.*

*Turdus primus Rondeleti.*

Turdus Rondelet. primus.



C

quàm ipſius tertius. A plurimis, inquit, Turdo dicitur. Notas habet inſigniores, quibus à quouis nullo negocio diſcerni poteſt. Eſtq; nõ admodum Cinædo ſimilis, minor paulò & latior, ad Auratę figurã accedens,

dentibus recuruis (haud ſatis eos in figura exprimit) pinnarum ſitu, numeroq; cæteris ſaxatilibus ſimilis. Labra habet craſſa & rugoſa: cauda non in duas pinnas, ſed in vnam latam deſinit, quæ maculis nigris & ruffis inſignis eſt. In reliquo corpore colore eſt vario, vnde διόλος dictus. (Infrà vndecimum vulgò in Prouincia priuatim Auriol quaſi διόλον vocari ſcribit.) Dorſum fuſcum eſt, venter ex albo liueſcit. Pinnæ ad branchias aureæ ſunt: ad podicem
D & in tergo flauæ, nigris cæruleiſq; maculis aſperſæ. Oculi magni ſunt, rotundi, pars oculis ſubiecta varijs coloribus eſt illuſtris. Partibus internis ab alijs ſaxatilibus non multum differt. Carne eſt tenerrima & friabili. Ob inſignem teneritatem à multis negligitur. Optimus aſſus in craticula, vel in ſartagine coctus. Refrigeratus firmiore eſt carne. Ex aceto vel mali arantij ſucco edendus: priuſquam coquatur, ſale conſpergendus, vt gratioris ſit ſaporis. Secundi Turdorum generis altero loco pictum rectè cenſeri poſſe exiſtimat Rondeletius, videlicet qui à ſuis diſtinctionis gratia Pauo nuncupatur, priori ſimilis, maior tamen plerumque. Colore ex viridi cæruleo, vel Indico, colorem colli pauonis referente in pinnis omnibus, & in cauda. Hinc Pauonis nomen poſuit, veteres imitatus, qui Merulas & Turdos auium nomina piſcibus dederunt, cùm liceat cuiuis rebus anonymis & nouis noua nomina ponere. Cæterùm Pauonem piſcem etiam D. Ambroſius nominauit, & Iſidorus Hiſpalenſis, quem Saluianus eum eſſe conijcit, qui Romæ ex Turdorum etiam genere (ni fallor) hodieq; Papagallo, id eſt Pſittacus vulgò appellatur, de quo mox ſubinde à Turdis. Et Bellonius piſcem quem

*Caro eius qualis. Turdus Rondelet. ſecundus.*

*Etymol.*

in Gallico

Turdus eiuſdem ſecundus.



in Gallico ſuo libro Pauonem vocârat, in latino de Aquatilibus opere, ſimpliciter Turdũ nominat, & Romæ Papagallum vocari ſcribit; vt non alius ſit Bellonij Turdus quã Saluiani Pauo. Rondel. Pauo carne eſt molli, friabili, tenera: viſcidi tamen aliquid habere videtur inter ſaxatiles. Tertius eiuſdem Turdus à nonnullis Minchia di re, id eſt ferculum regiũ appellatur: ſuperioribus duobus ſimilis, colore verò diſpar. Eſt enim varius admodum, vixq; vllus eſt qui plures colorũ differentias habeat. Viridis eſt magna ex parte, ſed punctis purpureis, cæruleis, Indicis, & alijs confuſis coloribus conſperſus. Pinnæ ad branchias flauæ ſiue rufæ ſunt, aliæ omnes partim cæruleæ ſunt, partim virides, partim rufæ. Cauda rufa punctis cæruleis notata. Branchiarum opercula punctis & lineis rufis, ſinuoſis, certis ſpatijs diſſitis diſtincta. Adeò varijs & iucundis coloribus ornatus eſt, vt Pulchri nomine ſit digniſſimus. Carne tenera, friabili, delicata alijs non cedit. Frequens eſt Romæ & Antipoli & in Lerino inſula. Quartus varius etiam eſt, dorſo nigreſcente, pinna eius vireſcente: ventre & lateribus flaueſcẽtibus. A branchijs ad caudã lineæ virides ductæ ſunt. Pinnarum quæ in ventre infimæ cæruleæ ſunt. Hunc in Prouincia vel circa Monſpelium, vulgò Perroquet, id eſt, Pſittacum appellari tradit, quòd ea ſit coloris varietate qua auis illa Indica. Haud tamen idem eſt piſcis cum Saluiani Pauone, vt vtriuſq; deſcriptionem conferenti facilè innoteſcet. Similem ſuccum gignit cum cæteris ſaxatilibus. Facile concoquitur, quòd tenera ſit ſubſtantia & friabili. Quintus Gobionem flauum refert, hoc ab eo diſcrepãs, quòd lineam albam ductam ab oculis ad caudam habet. Deinde maculis nigris, quibus aſperſus eſt Gobius, caret. Pinna quoq; vnica in ventre, neq; diuiſa, quam habet Gobius. Turdus iſte colore aureo eſt, nec differt ab alijs carnis teneritate. Sextum genus quinto omnino ſimile, niſi quòd huic linea ab oculis ad caudã ducta non alba eſt, ſed cærulea, roſtroq; eſt longiore & aquilino. Septimum à Prouincialibus Cero dici, maximè Antipoli, & ſuos ſpeciem vnam Turdi ſimiliter vocare idem Rondeletius

Turdus eiuſdem tertius.



Tertius.

Pulcher.

Quartus.

Turdus eiuſdem quartus.



Cæruleus.

Quintus.

Sextus.

Septimus.

Cero.

A

Turdus quintus eiuſdem.



Turdus eiuſdem ſextus.

B



Turdus eiuſdem ſeptimus.

C



D letius tradit, conijciteq; eundem eſſe piſcem cum eo, qui Athenæo χηρὶς dicitur, licet aliquando ſuſpicatus ſit locum hunc mendoſum eſſe, & pro χηρίς legendum χίχλη, ea ratione adductus, quòd neminem vnquam ex his qui de piſcibus ſcripſerunt, piſcem ſic nominaſſe meminiſſet: tum quia hoc loco, cùm de Scaro dixiſſet, commodè χίχλαν, id eſt, Turdum ſubiunxiſſe videretur. Cùm verò quæ ſequuntur, accuratiùs conſideraret, omnia quæ hîc dicuntur, parum Turdis omnibus conuenire animaduertit, quæ cauſa ipſi fuit mutandæ ſententiæ. Locus ſic habet apud [b] Athenæum: ἡ δὲ καλυμένη χηρὶς ἀπαλόσαρκος, εὐχοίλιος, εὐστόμαχος. ὁ δὲ χυλὸς αὐτῆς παχύνει καὶ σμήχει, id eſt. Ceris quæ dicitur, tenerę eſt carnis, aluo facilis, ſtomacho grata, ſuccus ipſius incraſſat & abſtergit. Trallianus verò etiam χηρίδα præter Athenæum nominat, & in dyſenteria hepatica ex intemperie frigida præſcribit, & rurſus in colico affectu, & in eo Athenæo aduerſatur, quòd inter piſces duriore carne, Orphum nempe & Glaucum enumeret. Apparet autem à cereo colore nominari, & Turdus iſte Rondel. coloribus quidem varijs inſignis eſt, ſed dorſo aureo, viridibus maculis conſperſo, ventre candicante, lineis rufis & tortuoſis, nullo ordine diſpoſitis notato. Tales ferè cernuntur buxi,

*Ceris Athenæi.*

[b] *Lib. 8.*

vel

vel iaſpides, labra viridia ſunt, branchiarum opercula purpureum quiddam habent. Cauda E
*Scirrhis.* & pinnæ magna ex parte cæruleæ ſunt. Idem fortè cum hoc Vuotono Scirrhis vocatur, circa nuda ſaxa degens, inter ignotos ab eo numeratus. *Octauus.* Octauus à ſeptimo hoc non admodum differt. Eſt enim eodem ferè modo varius, ſed lineas multas habet in ventre ſeſe interſecantes. *Nonus.* Carne eſt alijs ſimilis. Nonum genus ſuperiori ſimile eſt, niſi quòd lineam candidam habet à branchijs ad caudam, alias multas confuſas, obliquas, vt Ceris, quæ aurei ſunt coloris: alioqui colore eſt vario, viridi & flaueſcente. A quibuſdam Gaian, ab alijs Bille dicitur, *Tibicen.* à Monſpelienſibus Meneſtrier, hoc eſt Tibicen, quia varijs eſt coloribus tibicinum ritu, qui *Decimus.* verſicolori habitu vti apud eos ſolent. Carne eſt tenera & friabili. Decimus colore eſt viridi. Extrema operculi branchiarum & pinnarum ventris purpuraſcunt: oculi rufi, venter ex *Vndecimus.* albo flaueſcit: ore eſt paruo, labriſq; paruis. Eiuſdem ſubſtantiæ eſt cum alijs. Vndecimus, quem Monſpelienſes Auriol quaſi ἀιόλον, id eſt varium, alij Gaian (ſic nonum quoq; vocari dixit) alij Durdo appellant, inter Turdos maximus ad Lupi cubitalis magnitudinem & craſſitudinem accedit. Colore eſt rubricæ, quæ pro terra Armenia vtuntur: multis nigris & liuidis maculis reſperſus eſt. Ventre eſt plumbei coloris, labris magnis. Colorum duntaxat *Duodecimus.* varietate à Turdo ſeptimi generis differt. Duodecimus iſte ac poſtremus in Turdorum genere F
nere referendus mihi (inquit idem Rondeletius) videtur, qui vulgò Vielle (ſuprà Turdum in genere, à Gallis Vielle vocari ſcripſit) dicitur. neque enim minus varius eſt quàm cæteri iam deſcripti. Capite eſt ceruleo, dorſo vireſcente. Linea viridis & tenuis à branchijs ad caudam ducta eſt, in cuius extremo macula eſt rotunda, paulò ſupra caudam: reliquo corpore,

Turdus octauus eiuſdem.



G

Turdus nonus eiuſdem.



H

rubeſcente;

Digitized by Google

A Turdus decimus eiuſdem.



B

Turdus vndecimus eiuſdem.



C

Turdus duodecimus eiuſdem.



D

rubeſcente. Pinnæ variæ, ſed maiori ex parte purpureæ. Quarto Rondeletij Turdo aut tertio noſtro cognatus videtur piſcis, cuius imaginem, qualem Venetijs (vbi Porga ſi bene, inquit, ſcribo, vulgo vocatur,) Geſnerus nactus eſt. Colores in pictura ad eum data, huiuſmodi ferè ſunt. Dorſum & laterum dimidia pars ſuperior, fuſci ſunt coloris, maculis crebris, ſubnigris variantibus. Lineæ tres aut quatuor cæruleæ à branchijs ad caudam tendunt. In oculis circuli duo aurei pupillam ambiunt, inter quos medius vnus fuſci coloris eſt. Caudę etiam maiori ex parte cæruleus eſt: qui color etiam pinnarum ad branchias, & in capite circa infra-

*Turdus à Geſnero obſeruatus. Porga.*

C que

## Turdus à Geſnero obſeruatus.



que branchias apparet. Eodem dimidia pars dorſi pinnæ anterior pulchrè pingitur, poſterior verò pars cùm flaua ſit, cærulei coloris maculis diſtinguitur. Laterum pars dimidia inferior flaua eſt & maculis ſubruſſis variatur. Pinnæ ad branchias fuſcæ, binæ in ventre, & vna à Podice, flauæ ſunt. Reliqua apparent.

LOCVS.

Digitized by Google

A

# LOCVS. MORES. CIBVS.

EX ſaxatilium numero Turdum eſſe ex Galeno diximus. Et Diocles apud Athenæum Turdos ſaxatiles facit: ité [a] Columella his verbis: *Saxoſum mare optimè ſaxatiles piſces nutrit; vt ſunt Merulæ & Turdi.* Item Matron Parodus, dum canit in deſcriptione conuiuij Attici:

[a] L. 8. c. 16.

Κίχλας δ' ἐξείης ἀβλῶπας ὑψιπετήας, Καὶ πέτρας καταβοσκομένας, θυάδας δ' ὑδατίνας.
*Deinde Turdos pubeſcentes, altiuolos Inter ſaxa cibum quærentes, aquatiles Thyadas.*

Quæ verò ſaxa amet, oſtendit Oppianus, non quælibet, ſed quæ muſco ac alga operiuntur, incolere inquiens; quo loco Lippius ὠιὰ imprudenter murices tranſtulit. [b] Ariſtoteles verò piſces marinos in pelagios & litorales (προσγείους) diuidens, Turdum inter litorales recencet; à citatis authoribus haud diſſentiens; cùm inter litorales omnes quoq; ibi alios ſaxatiles referat. Aliàs enim litora marium aut cœnoſa ait eſſe, aut arenoſa, aut ſaxoſa, in ſaxoſis autem degere Turdum: & alicubi rurſus diſertis verbis ſaxatilem vocat, & ex eodem Plinius. In nãdo fortis eſt & velox, vnde ὑψιπετήας, id eſt altiuolos & θυάδας, id eſt Bacchas κίχλας Matron Parodus dicebat, hoc eſt, qui leuibus & varijs & celerrimis in mari circa ſaxa natationibus veluti volare, & Baccharum inſtar diſcurrere videntur. Vagabundus tamen nõ eſt, nec longè à ſaxoſis domicilijs recedit, vt Saluianus refert, Galeni puto authoritate fultus, cui Turdus ex ſaxatilibus eſt, qui nunquam loca mutat. Teſtatur idem Saluianus non ſola viuere alga, ſoliſvé herbis, ſed & carniuorum eſſe, piſciculis enim, ſepiolis, loligunculis, minoribuſq; cruſtatis etiam veſci. Etſi verò Turdus in nullis non marium litoribus reperiatur, in Ponto tamẽ cum Merula, ſi [c] Plinio credimus, deſideratur. Clauſtra fert marinis incluſus piſcinis, quod meminit [d] Columella. *Turdi* (inquit) *complura genera, Merulæq; & anidas Mullelas, tum etiam ſine macula (nam ſunt & varij) Lupos includimus.* Hyeme reliquorum ſaxatilium more coniugatim latere aiunt & fœtificare. Quod verò Oppianus ſcribit Merulam & Turdum ſpecie non differre, Merulam verò marem eſſe, fœminam Turdum, ceu à vero alienum reijcimus: nam præterquam quòd cæteri authores ſpecie diſtinguunt eos, ita quotidiana experientia reclamat, cùm in vtriorumq; alijs oua, alijs ſemen verno potiſſimùm tempore obſeruemus. Impoſuit fortaſſis tanto Philoſopho formæ ſimilitudo, & nomenclaturæ terminatio quæ in Merula Græcis maſculina eſt, in Turdo fœminina, vnde fit vt hodieq; piſcatores horum piſcium nomina permutent.

*Lippij error.*

[b] L. 8. *Hiſt.* cap. 13.

*Litorum varietas.*

[c] *Li. 9. c. 15.*

[d] *Li. 8. c. 17.*

*Turdum & Merulã ſpecie differre*

# VSVS IN CIBIS.

IOuius Turdos & Merulas in aquatilium genere non eam ſcribit habere ſaporis nobilitatem, quam eiuſdem nominis auibus veteres tribuerunt: ſiquidem (inquit) & Turdi admodum inſulſi ſunt, & Merulæ (vt Athenæus ait) difficillimè concoquantur. Qua in re non parum decipitur Iouius. Quod enim Athenæus Coccygi id eſt Cuculo tribuit, ille ad Coſsyphum id eſt Merulam tranſtulit. Turdum autẽ ſaporis gratia apud veteres fuiſſe commendatum, præ cæteris haud obſcurè innuit Columella, inter præſtantiores (quorum pretia, vt ipſius verbis vtar, vigent) piſcinis includendos numerans: idq; Plinius confirmat his verbis: *Turdus inter ſaxatiles nobilis.* Hoc tamen Iouio concedit Saluianus, quòd hac noſtra ætate nuſquam ferè ſuauitate commendetur, aut in multa ſit exiſtimatione. Quamobrem, cùm multa Turdorum ſint genera, carnis bonitate inuicem differre credendum eſt. Galeni aliorumq; medicorum teſtimonio non ſolùm mollem, ac teneram, ſed friabilem quoque carnem Turdus habet, boniq; ſucci, & cor coctu facilem, valetudinarijs atq; ipſis quoque ægrotantibus, non minus quàm aliorum ſaxatilium, in cibo aptam. Alexan. [e] Trallianus de victu agens pleuriticorum: *Si æger* (inquit) *infirmus ſit & cibum faſtidiat, aſſumat licebit de piſce, præſertim Turdo, virium ratione habita. Eſt autem hic piſcis & tener & humidus, concoctu facilis; & ſi fortè Ptiſanam marinam ipſum nomines, non erraueris; adeo recrementi expers eſt alimentum, quod ex eo capitur.* Idem Trallianus in cura epilepſiæ κίχλαν, id eſt Turdum inter piſces numerat, qui ſuperfluitate vacant: quo loco latinus interpres imprudenter reddidit Sturnum. Gariopontus haud contemnendus ſuo ſæculo medicus inter alios piſces Turdos concedit in hydrope. Vbi verò apud Actium in colici affectus curatione à frigidis & pituitoſis humoribus legitur vulgò: *Scari, Turdi & Gobij tenerrimi quidem ſunt & facilè ſecedunt: alimentum autem plurimum, roburq; corpori addunt*, negandi vocula deſiderari videtur: nam & Oribaſius & Xenocrates molli quidem etiam carne eſſe teſtantur, probumq; creare ſuccum, ſed

*Iouij error.*

[e] *Lib. 8. c. de pleuriti.*

*Ptiſana marina.*

*Actij locus reſtitutus.*

*Apparatus.* qui per halitum facilè digeratur, neq; copiosè admodum nutriat. Saluianus ægrotantibus, in aqua vel albo iure elixum, aut assum apponi iubet: sanos verò etiam frixo vesci solere ait. Platina quouis modo coqui etiam scribit: assum tamen sinapium requirere. Antiquus coquus apud Sotadem Comicum referente Athenæo muria & origano condiebat ad prunas coctum, vt discimus ex his versibus: I

Τρίγλας καλὰς ἠγόρασα, καὶ κίχλας καλάς Ἐρρῖψα ταύτας ἐπὶ τὸν ἄνθρακ' ὡς ἔχει
Ἅλμη τι λεπαρᾷ παρατίθημ' ὀρίγανον, ideſt,
*Mullos pulchros emi, & pulchros Turdos, Conieci hos in prunas, vt decet,*
*Et muria bene condita addo origanum.*

# DE PAVONE SALVIANI. Cap. IIII.

## ORDINIS. RATIO. SYNONYMA.

*Papagallo. Budia.*

RISCIS iſte quem Romæ ob colorum varietatem Papagallo, & Luſitani Budiam appellant, inter Turdos etiam deſcribi poterat, cæterùm cùm de eo ſeparato loco agat Saluianus, cui eum lector acceptum referes, nos quoque Turdorum hiſtoriæ eum ſubiunximus. A D. [a] Ambroſio, & ab [b] Iſidoro Hiſpalenſi (propterea quod Paui auis colorem imitetur) Pauo vel Pauus vocatur, inquit Saluianus: ab alijs autem Latinis Græciſq; ſcriptoribus nullam eius mentionem eſſe exiſtimans, præterquam à [c] Philoſtrato, qui in Phaſide Indiæ flumine piſces quoſdam Pauones vocatos, reperiri teſtatur: ſed hunc à ſuo & DD. Ambroſij, & Iſidori Pauone diuerſum eſſe certiſſimum eſſe ait, quando, vt idem Philoſtratus refert, cæruleas quaſdam criſtas, ſquamas verſicolores, & caudam auream, in quamcunq; voluerit partem verſatilem habeat, quæ haud quaquam in hoc noſtro conſpiciuntur. Adhæc ille fluuiatilis eſt, noſter marinus tantùm; & nuſquàm in dulci aqua repertus: maximè autem circa ſaxoſa loca victitat, vbi etiam ineunte æſtate parit. Hunc Saluiani Pauonem Bellonius, vt in Turdorum hiſtoria etiam monui, in opere latino ſimpliciter Turdum vocat, nam in Gallico libro de piſcibus, Pauonis nomine exhibuerat, eundem Romæ Papagallum vocari ſcribens. G

[a] *Hexam. 5. cap. 2.*
[b] *L. 12. c. 6.*
[c] *Li. 3. de vita Apollonij.*
*Pauo Philoſtrati, vt à Pauone Ambroſij differt.*
*Locus.*
*Partus.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

*Os.*

PAuo iſte roſtro (inquit Saluianus) eſt extenſo, ſed non admodum acuto; ore mediocri & denticulato (in icone dentes non expreſſit) labijs craſſiſſimis, quorum ſuperius duplex etiam apparet: Capite craſſo. Oculis magnis & aureis. Branchias vtrimque

*Pinna.*

quaternas habet, & iuxta eas pinnas latas & rotundas, duaſq; alias minus latas in ventre: In dorſo vna ſatis longa erigitur, cuius anterior pars ſtricta & aculeis munita eſt: poſterior verò larior, & aculeorum expers; A podice qui in medio ferè ventre conſiſtit, vna quoque duobus aut tribus innixa aculeis, perimum ventrem ad caudam explicatur; Cauda verò in

*Figura corporis.*

vnam pinnam latam & ferè rotundam deſinit. Totius corporis figura lacuſtri Tincæ abſimilis non eſt. Squamis latis tegitur. Varijs & pulcherrimis adeo depicta eſt coloribus, vt ſicuti non minus quàm Iulis piſcium formoſiſſimus videri poteſt, ita eos omnes verbis exprimere difficillimum ſit; emitemur tamen eum pingere. Corpus ferè totum viret, ſed non H

*Color.*

æquali & conſimili viriditate. Ventris enim poſterior pars viret ex albo, anterior verò ex albo liuet: Dorſum & cauda ex viridi nigricant: Latera ex viridi partim flaueſcunt, partim liuent. Caput verò ex cæruleo viret, maculis quamplurimis rubentibus, cæruleiſq; nonnullis, piſcem totum, nulla habita ordinis ratione pingentibus: vnde iure ſupracitatis locis à D. Ambroſio atq; Iſidoro, Paui auis colorem æmulari, collumq; & dorſum vario colore pictum habere, dicitur: Ventris præterea pinnæ cæruleæ, quæ verò ad branchias ſunt, luteæ apparent: Dorſi pinna, anteriore, aculeata parte, ex flauo rubeſcens; poſteriore verò qua caret aculeis, partim virens, partim violacea exiſtens, vtraq; parte cæruleis maculis depingitur; Imi ventris & caudæ pinna violacea eſt, lineolis atq; maculis quamplurimis cæruleis inſignita. Ventriculum magnum habet, appendices multas, inteſtina ampla: hepar ſubalbidum, cui fellis hæret veſica; Lienem ſubatrum. Bilibris ſæpè, ad cubiti verò menſuram auctus perraro reperitur.

*Nominis ratio.*
*Partes internæ.*
*Magnitudo.*

Pauo

A

## Pauo Saluiani.

B



C

D



Digitized by Google

E

## NATVRA. MORES.

CArniuorus piſcis eſt Pauo,non ſolùm enim alga,atq; alijs maris purgamentis,ſed minoribus etiam piſcibus veſcitur. Gregalis non eſt, ſed ſolitarius & propterea fere ſemper ſinguli capiuntur: ſolentq; verno ac autumnali duntaxat tempore capi, eo quòd forſan,æſtate caloris,hyeme verò frigoris impatientes lateant.

## VSVS IN CIBIS.

*Carnis qualitas. Apparatus.*

VT pulcherrima ſuorum colorum varietate Pauo piſcis Pauonem auem egregiè æmulatur; ita ab eo plurimùm ſaporis bonitate degenerat. Non enim vt ille ſuauis, ſed inſipidus atq; ignobilis piſcis cenſetur. Carnem habet mollem potiùs quàm duram,cui & lentor aliquis ineſt. In craticula aſſus & aceto vel mali arancij ſucco conſperſus,palato minus ingratus eſſe ſolet. F

## DE LEPRADE, VEL PSORO Bellonij. Cap. V.

TERTIVM in ſaxatilibus locum apud Galenum Merula habet,eundemq; ei nos daturi eramus,niſi Pauo Saluiani & Bellonianus iſte ex Turdorum etiam (vt apparet) genere piſcis,ordinem inuertiſſent. Bellonius itaq; hunc ſaxatilem piſcem colorum varietate pulcherrimum, Gallis Vielle, Armoricis Poulle de mer:alicubi Roſſe dictum Græcis Pſorum & Lepradem, Latinis verò Leleprim vocari ait: Lepradem autem & Pſorum,quòd iiſdem præditus ſit ſigillationibus, quæ in pſora, & lepra laborantibus conſpiciuntur. Qua profectò nomina eorumq; etymologia viris doctis nequaquam ſatisfaciunt. Pſorus enim piſcis,cuius Numenius meminit apud Athenæum, vnde dictus ſit non ſatis clarum: non enim à pſora vt ille putat,nam pſora Græcis per o longum, Pſorus verò Piſcis per o breue ſcribitur: & pſora affectus corporis eſt turpiſſimus,& ſœda cutis aſperiaq; facies, cùm huius piſcis colorum varietate nihil pulchrius eſſe dicat. Lepradem quoq; qui ex Græcis vocet ex piſcibus aliquem, nullum inuenio, vti & neminem Latinorum qui Leleprim, neq; ille quenquam citat authorem. Ἀλεπρὶς quidem piſcis nomen eſt apud Heſychium, ſed is Græcus eſt, & Thycidi id nominis ſynonymum facit. Quamobrem cùm ob carnis bonitatem, à qua puto Poulle de mer,id eſt,gallina marina vocatur, tum ob commune cum primo & duodecimo Rondeletij Turdo nomen,Turdis potiùs ſuerit accenſendus,quàm nouum & inuſitatum, piſciq; incongruum nomen effingere.

*Etymum. Pſorus vnde dictus. Pſora quid. Lelepris.*

G

## DESCRIPTIO. MORES.

NIhil iſtius piſcis colorum varietate (inquit Bellonius) pulchrius. Vix palmo(dodrantem fortaſſis dicere voluit) longior in mari Adriatico excreſcere ſolet, cùm pedem & amplius in Oceano excedere compertatur. Proinde Lepradi nomen è re ipſa probe inditum eſt, quòd eaſdem ſugillationes habeat, quæ in pſora vel lepra laborantibus viſuntur: eundem Numenius etiam Ψόρον appellauit. Caudam & pinnas, quas vtrinq; ad branchias & ſub ventre habet,eodem modo rotundas eſſe videmus. Continuam tergoris pinnam geritq; ſedecim aculeis (plures autem pingit) munitam, atq; aliam ſub ventre ano vicinam. Multiplici colorum reſperſu diſtinctus eſt:omneſque pinnas tranſparentes habet,leues,molles,luteo,rubro,cæruleo,viridi,& alijs coloribus maculatas: totum denique corpus tam exactè polymitum,vt maculas nunc cancellatas,nunc rectas, nunc in obliquum ſperſas, in ipſo piſce comperias: quanquam omnes ferè ſquamas; ad oram rubore ſuffuſas habeat. Cæterùm os habet paruum,dentes albos,acutos, Cynædo breuiores & obtuſiores: maxillam ſuperiorem tubi in modum cranio infarctam, vt penè duo labia carnoſa eſſe credas.

H

*Pinna. Color.*

Digitized by Google

A

Lepras ſiue Pſorus Bellonij.



das. Squamas exerit latas,linguam albam,penè ſolutam. Spinea pinnula exterior brāchiarum carnoſa eſt. Linea quæ piſcibus vtrinque latera diuidit, nequaquam in hoc piſce rectà procedit,ſed à ſuperiori branchiæ angulo arcuata ſecundum tergus deducta eſt:mox vbi tergoris pinna deſinit,illuc quidem linea reflectitur, & quidem arcuatur: deinde recta per mediam caudam defertur. Caput ipſum non ita multis coloribus cācellatum eſt, ſed lineas hinc inde diductas,ex cæruleo,viridi ac rubro mixtas oſtendit. Oculos habet paruos, rotundos, quorum pupilla nigra eſt:iris verò atri ſimilis, quem ſi quando in gyrum contorqueat, cyaneum,deinde aureum, poſtremò argenteum circulum in criſtallini coloris fulgorem referre conſpicies. Quod autem ad internas eius partes attinet,peritonæum illi conſpicies eſſe albū: Cor exactè triquetrum:hepar ex pallido lacteum,ad ſiniſtram magis protenſum,tribus conſtitutum lobis,ſed vno tantùm longo & duobus breuibus,multis venulis rubicundis circumductum: Lienem planum,oblongum,minoris digiti magnitudine,rubrum, Fellis autem veſicula duos digitos longa eſt. Eſt omnium fere eius inteſtinorum eadem capacitas, vt propriè in eo ſtomachus videri non poſſit. Semel tantùm a ſtomacho ad anum reuoluūtur,multiſq; obducuntur omentis ac multa pinguedine perfunduntur. Lactes habet copioſas, vul-

C uam vtrimq; bicornem. Eius eſt naturæ,vt etiam omnes ſaxatiles deuoret, nihilq; in ſtomachum demittat,quod non aptè optimè dentibus attriuerit. Hucuſq; Bellonius,qui cùm apud Geſnerum Marzapanis vulgò alicubi vocati piſcis iconem aliquando videret, ſuæ Lepradi eundem eſſe iudicabat referente eodem Geſnero,qui ea in re Bellonio diſſentit, eūdem eſſe iudicans,vel maximè cognatum Scaro vario Rondeletij: ſed in hac ſententia non ſatis ipſe ſibi conſtat,nam Scarum varium Rondel. in capite de Scaro eundem ait cum eo,qui Bellonio Scarus ſimpliciter appellatur, à quo ſuam tamen Lepradem Bellonius diſtinguit, ſeparatis de vtroque capitibus tanquam de diuerſis piſcibus agens. Nunquid modò Marzapanis Lepradi idem ſit,vt Bellonius iudicabat,non habeo quod affirmem, Hic de Lepradis carne nihil. Cùm tamen ſaxatilem faciat,ſapore etiam non ingrato eſſe conijcere licet. Marzapani à gratiſſimo carnis ſapore,nomen inditum, nimirum quòd æquè in dilicijs appetatur, ac panis Martius vulgò dictus, qui ex amygdalis, ſaccharo, aqua roſacea &c. parari ſolet. Geſnerus Marzapanis caput maculatum pingit,Bellonius Lepradem ſine maculis in eadem parte, ſed vel apud hunc,vel illum pictor errare potuit. Ille de ſuo Marzapane ſic ſcribit:Pictura,quam habeo,quatuordecim ferè digitorum eſt:quanquam Bellonius in Adriatico vix palmo (do-

D drante) longiores excreſcere ſcribit. Pinna dorſi non ſedecim tantùm, vt Bellonius ſcribit, (quamuis ab illo quoq; exhibita figura plures oſtendat,) ſed pluribus aculeis munitur. Coloribus omnino multis & variè diſtinctis ornatur, ſed plurimum rubri habet: maculas rotundas pleraſq; cæruleas,præſertim ſuperiori corporis parte,quę dorſum verſus eſt;inferiore albicantes. Idem Geſnerus conſiderandum proponit,ſitne apud Athenæum Attagenus piſcis, alio nomine Dorioni Scepinus dictus;quoniam fortè à maculis,aut punctis, quibus ſimiliter ac auis Attagen diſtinguatur, nomen impoſitum fuerit, aut quòd inter piſces lautiſſimus ſit, vt Attagen inter aues. Hic quoq; ſaxatilis (vt intelligo) piſcis Marzapanis ſiue Roſæ nomine miſſus,totus rubet,maximè in dorſo, minus in ventre.

*Caput.*

*Partes internæ.*

*MORES.*

*Marzapan piſcis.*

*Marzapanis piſcis deſcriptio.*

*Attagenus piſcis. Scepinus.*

Marza-

## Marzapanis ſiue Roſa piſcis vulgò.



# DE MERVLA. Cap. VI.

## SYNONYMA. ETYMVM.

MERVLA

Digitized by Google

A MERVLA æquè ac Turdus ab aue eiuſdem nominis cùm Græcis,tùm Latinis nominatur,ideoq; Turdo erat ſubiungẽda, niſi Lepras Belloni ordinem inuertiſſet: adde quòd & Turdum & corpore & carnis bonitate quàm maximè referat, adeò vt Oppianus non fuerit veritus ſcribere Merulas mares eſſe, Turdos verò in eodem genere fœminas,opinione,vt in Turdo dictum eſt, inde nata,quòd & ſimillimi ſint piſces, & Merula Græcè κόσσυφος, ſiue κόττυφος genere maſculino, Turdus verò fœminino κίχλη efferatur, vnde Lippius Oppiani interpres Merulum fortè reddidit:niſi [a] Apicium in eo ſecutum eſſe dicamus,qui & ipſe Merulum appellauit. Suidas Merulam auem à Merula piſce diſtinguit,eam κόψυχον, hunc κόσσυφον appellans: cuius diſtinctionis authorem an ex antiquis quemquam habeat,neſcio:& nũquid rectè per υ ſcribatur κόψυχος dubito: nam apud Heſychium & Varrinum κόψιχος per ι ſcribi reperio pro eadem aue,quę κόσσυφος ab alijs vocatur,& pro piſce marino: & ipſe quoque Suidas proximè ſcripſerat κόψυχον eſſe genus piſcis. Iouius quoq; Coccygem id eſt Culum piſcem cum Coſypho ſiue Merula confundit,vel nominis ſimilitudine, vel quod potiùs credo,librarij culpa deceptus. Plinio medico, vti Bellonius ſcribit, Merula vocatur Piſcis Aſpratilis. Eidemq; vulgaris Merulę nomenclatura multo conſtantior, quàm Turdi eſſe videtur. Nam piſcatores maris Liguſtici, (inquit) Adriatici,& noſtri quoquè hoc eſt, Mediterranei,ad vnum,Merulam agnoſcunt,quam cum Phycidibus etiam confundunt. Romani tamen inter cæteros vnum ſibi conſtituunt piſcem, quem proprio nomine Merlo nominarũt, ſæpe etiam Canarellas, Canadellas & Phycides Merulæ nomine vocãt:Merulam Itali æquè atque Phycidem Tincam marinam. Hæc Bellonius. Maſſarius pariter Merulam Venetis Tincam marinam appellari dicit; cæterùm notandum eſt Tincæ marinæ vagum nomen eſſe:nam & Iulis alicubi ſic vocatur teſte Geſnero,& Romę Aſellus Callarias, vt Saluianus annotauit.

*Ordinis ratio.*

*Merulus.*

[a] *Lib 9. c. 9.*

*Iouij error.*

*Piſcis Aſpratilis.*

*Merlo.*

*Tinca marina.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

QVod ad colorem attinet, Numenius in libro de piſcibus apud [a] Athenæum, & [b] D. Ambroſius, item [c] Iſidorus, Merulam nigram cognominant, Oppianus αἰθώνα, (quamuis Lippius ardentem reddiderit, vulgarem ſecutus ſignificationem) à nigricantibus nimirum maculis,à quibus & Varrino μελανόσκελος dicitur. Maſſarius Turdo ſimillimam ſed nigriorem eſſe ait,loquitur autem de Tinca marina Venetis dicta,vt cùm à corporis figura,tum à colore ita illic appellatã eſſe quis ſuſpicetur: Tincæ enim etiam nigricant. Saluiani item & Rondeletij Merulæ nigricant, ſed ex colore Indico cæruleoq;. Rondeletius & ſexu diſtinguit,in mare colorem magis ad violaceum accedere,fœminæ ex vario nigreſcere inquiens. Admonetq; lectorem,vt meminerit,colorem Indicum aut purpureum exaturatum,nigrum vocari ab antiquis, argumento quòd purpuram nigram dicant,violam nigram,circæam (glycypicron videtur intelligere) flore nigro,qui tamen purpureus aut Indicus eſt:fieri itaq; poſſe, vt & ita Merulam nigram nominauerint. Quid itaq; Ouidio reſpondebimus,cui Merulæ virentes cognominantur? Reſpondet Saluianus,aut ex cæruleo nigricantem,licentioſo poëtarum loquendi more, virentes ab eo vocari, aut (quod potiùs ſuſpicatur) primam Turdorum (ſuorum) ſpeciem,quam viridem eſſe docuimus,pro Merula ipſum intellexiſſe,putandum eſſe. Nos verò Merulam totam viridem dabimus. Bellonius ſuæ Merulæ colorem ſubucet. Inquit verò non eundem ſemper colorem ſeruare. Omnes in eo conueniunt,quòd Merularum nomine piſces pinxerint, corporis figura Tincas referentes: Quamuis enim Bellonius ſuæ Merulæ caudam tribuat biſurcam, ſecus tamen icon quam exhibet, demonſtrat. Eum autem ſic delineat. Latiores habet, quàm Turdus ſquamas:pinnam in tergore multis ſtipatam ariſtis: quæ autem illi ſunt ad latera & ſub ventre,hæ aculeo muniuntur,vt Turdus. Caudam non habet biſurcam. Cæterùm hoc vnum mihi in Merulæ anatome dignum occurrit, quòd cùm hepar habeat album in duos grandes lobos partitum: fel tamen exerit tenui vaſculo incluſum, & reuolutionibus duplicatum, cuius longitudo eſt ſeſquipedalis,quod nuſquam niſi in hoc piſce obſeruaui. Quanquam Ariſtoteles Amiam (Bellonius cum aſpiratione haud rectè ſcribit) recẽſeat,veſiculam fellis habere ſuo inteſtino pari proceſſu annexam: ſæpe etiam replicatam reductamq; aliquatenus. Proinde Merula vertebras dorſi habet valde craſſas. Hæc Bellonius, figura diuerſa ab ea quam Rondeletius exhibet, appoſita, diuerſinè verò piſcis,dubitari poteſt: ſiquidem hunc ſuum piſcem Italis Tincam marinam vocari ait, & ſuum rurſus Rondeletius Tincæ fluuiatilis corporis habitu ſimilem facit:aitq; os dentibus acutis & recuruis munitũ habere:labriſq; oculis,

[a] *Lib. 7.*
[b] *L. 5. Exam.*
[c] *L. 12. c. 6.*

*Color purpureus, niger vocatus.*

*Merula ab virens dicta ab Ouidio.*

*Merulę deſcriptio ex Bellonio.*

*Anatome.*

oculis,pinnis,ſquamis, reliquiſque partibus, ſaxatilibus alijs ſimilem eſſe. A magno hepate fellis veſicam pendere. Inteſtina lata,ventriculum longum,ſplenem paruum,cor angulatum habere,branchias alijs ſaxatilibus ſimiles. Addit aliud præterea ſeſe Merularum genus inueniſſe,dorſo nigro,ventre Indico,quibuſdam partibus cæruleis,vt pinnis,cauda,& circa branchias. Subſtantia verò à ſuperioribus non differre. Merula Saluiani quam eandem puto, cum præcedenti,acutum roſtrum habet,os mediocre,labra craſſiſſima,dentes incuruos, oculos magnos & ſplendentes, quorum nigram pupillam ruber circulus ambit, & branchias vtrimq; quaternas:prope quas duæ ſunt pinnæ craſſiuſculæ,latę & rotundæ, duæq; aliæ minores in ventre. In dorſo vnica eſt, & longa, cuius anterior pars nouem aut decem tenuibus aculeis munita eſt, reliqua verò poſterior obtuſa, aculeorumq; expers exiſtit. A podice imo ventri vna etiam breuis ſubeſt. Cauda in aliam vnam latam & ferè rotundam deſinit. Corporis figura minori Turdorum generi (de ſuis Turdis loquitur,) ſimillima eſt. Squamis tegitur paulò latioribus quàm Turdus. Vnicolor ferè apparet. Tota enim ex cæruleo nigricat. Cum hac Saluiani Turdi deſcriptione conuenire videtur Tincæ marinæ nomine ex Italia à Dominico Monthiſauro Veronenſi medico doctiſſimo, & de bonis literis optimè merito Geſnero miſſa. Oculorum enim iris è fuluo (vt ille ſcribit) rubeſcit. Pars corporis ſuperior partim Indico,vel nigricante,partim cæruleo & viridante colore inſignis eſt:inferior,hoc eſt, laterum pars cum ventre, tota ferè lutea eſt. Contrà hiſce deſcriptionibus minimè conuenit Merula noſtra,tota nimirum viridis,magis in cauda, obſcuriùs in dorſo:pinnarum tamen extremitates ſunt cærulei coloris. Branchiarum opercula in fine rubent. Oculorum pupillam circulus ruber,rubrum cæruleus ambit. os hians,albicat, dentibus armatum egregiè acutis. Figura corporis proximè ad Merulam Rondeletij accedit. Tincam enim etiam refert, ſed duos habet in pinna caudæ proxima aculeos,quos nec pingit, nec meminit ille. Adhæc pinna dorſi etiam aculeata eſt,quam vereor ne pictor fortaſſis caudæ nimis expreſſerit vicinam. Ad picturam enim piſcem ipſum delineo.

*Ex Saluiano.* *Ex Geſn.* *Merula noſtra deſcrip.*

## LOCVS.

Saxatilibuſné an pelagijs Merulam accenſeat.[a] Ouidius, haud ſatis clarè indicat.[b] Plinij verò ac ipſius etiam[c] Ariſtotelis teſtimonio ſaxatilis eſt. Idemq; Galenus & Diocles apud Athenæum teſtificantur: clariſſimè autem Aelianus, domiciliorum & ſedicularum loco in petris & cauernis ſtabulari dicens: &[d] Columella his verbis: *Optimè ſaxoſum mare nominis ſui piſces nutrit, qui ſcilicet quòd in petris ſtabulentur, ſaxatiles dicti ſunt, vt Merulę Turdiq;, nec minus Melanuri.* Eodem authore Merula marinis incluſus piſcinis claustra patitur,vt in Turdo dictum eſt. Cæterùm cùm nullibi non ſatis frequens ſit piſcis, Pontum tamen non intrat,vt Plinius præcitato loco tradit.

[a] *In Halieutico.* [b] *Li.9.c.15.* [c] *Li.8.Hiſt. cap.15.* [d] *Li.8.c.16. Claustra ſert.*

## CIBVS. NATVRA. MORES.

Veſcitur iiſdem quibus Turdus. Guſtatura quicquã,primò id tentat & premit, deinde vt iaceat ſinit, ſi verò viderit hoc idem palpitare & iam mortuum eſſe, tunc deuorat,vt meminit[a] Aelianus;qui & marem in hoc genere cum multis fæminis tradit venereo complexu iungi,quod ego (inquit) genus matrimonij,luxurioſum,multarumq; ſtudioſum,delicatorum ad res venereas dicerem eſſe Barbarorum:& vt ioco aliquis de re ſeria dixerit,Medicam aut Perſicam vitam. Omnium autem piſcium eſt maximè Zelotypus in hoc genere mas,cum ſemper alias,tum maximè cùm eius vxores pariunt. Cùm enim parturiendi doloribus cæ tenentur,domi quieſcunt: mas autem, tanquam maritus, foribus incubans, cauet ne extrinſecus inſidiæ inferantur, metu paruulorum. Videtur is nondum genitos amare,metuq; paterno motus,his timere: & totos dies in eorum cuſtodia permanet, nihil guſtans; cura ipſum alit. Sub crepuſculum veſpertinum intermittit hanc cuſtodiẽdi neceſſitatem,cibumq; exquirit. Singulæ verò coniugum, quæ ſunt intus, ſiue ſint in partus doloribus, ſiue iam enixæ cubent, algas multas in cauernis & circum petras ad victus comparationem comperiunt. Hæc itaq; Aelianus,quæ ferè omnia ex[b] Oppiano tranſtulit. ſed quod ille Merulam marem ſub veſpertinum crepuſculum relictis fæminarum cuſtodijs ad victum ſibi parandum recedere ait, hoc Oppianus nocte fieri teſtatur, cuius verſus à Lippio latinè redditos aſcribere non piguit.

[a] *L.12.c.18* *Vita Medica, & Perſica. Zelotypia.* [b] *Li. 4. Halieut.*

*Peſtifero*

Digitized by Google

Merula authoris & Ouidij.



*Peſtifero ante alias Merulus cruciatur amore*
*Vxores ardet plures, vexatur oeſtro,*
*Vexatur zelo, Zelus grauis vrit amantes.*
*Non vnius lectus Merulo, non vnica nympha,*
*Non thalamus, multæ vxores, multæq; cauernæ*
*Semota occultant, numeroſa cubilia nymphæ.*
*Tota habitant curuis ſponſæ ſub luce cauernis,*
*Suntq; nouis ſimiles nuptis, quæ limine nunquã*
*Diſcedunt thalami, tantum ſub corde pudorem*
*Volunt, & tanto ſuffundunt ora rubore.*
*Sic in ſeceſſu ſcopuli gens iſta moratur.*
*Coniugis imperio parent & iuſſa capeſſunt.*
*Dilectas Merulus ſponſas non deſerit vnquam,*
*Obſeruatq; thoros, alio conuertere mentem*
*Non poteſt, ſcopulis ſemper verſatur ijſdem*
*Nunc iſtum quærit thalamũ, nunc circuit illum,*
*Contemnit paſtum, totus ſuſpirat in iſtas;*
*Zelotypo miſero tantùm cuſtodia curæ.*
*Nocte cibos quærit, paulùm quid nocte quieſcit.*
*Cum pariũt fœtus ſponſæ, tunc eſſuat igne,*
*Tunc furit æq; timet, nũc cõiunge pendet ab illa,*
*Nunc odit, dum paridũ credas, ſimilemq; timẽti,*
*Non aliter tantos voluit ſub mente dolores,*
*Mater cùm primum fœtum parit vnica nata.*
*Hanc timor excruciat, furit exagitata dolore*
*Per thalamũ quæritur, gemitus à pectore mittens,*
*Atq; preces fundens toto manet anxia corde,*
*Donec vagitus pueri pulſauerit aures*
*Sollicita eÿciens tantos à matre dolores.*

# CAPIENDI RATIO.

FLagrantiſſimus ille, quem diximus, amor, & zelotypia nõ ſolùm Merulam marem, ſed fœminas etiam ſæpe in vitæ diſcrimen agit, vt idem Aelianus præcitato loco teſtatur in hæc verba: Experiens piſcator cùm inſidias Merulæ molitur, hamum ſquilla implica-
*Vt Squilla capiatur.* tum deijcit, atq; is idem ſubmouet lineam, excitans & exacuens piſcem ad cibum: Squilla verò mota ſpeciem quandam ſui præbet ingreſſuræ in cauernas Merulæ, hoc enim ipſum capitaliter odit; Quamobrem cùm id fieri ſentit, inuadit, exiſtimans eam hoſtem eſſe; non enim tum cibus curæ illi eſt, cumq; Squillam dentibus lacerauerit, diſcedit, cibo præſtabiliorem & antiquiorem curam vigilandi ducens. Fœminæ verò quandiù marem vident propugnãtem, domi manent, formamq; tuendæ familiæ ſeruant: cùm verò perijt, cæ præ mœrore acquieſcere nequeentes errant: eas enim triſtitia foras educit, tumq; capiuntur Quę omnia ex Oppiano etiam mutuo accepit, qui ſic canit;

*Zelotypiæ mala.*
*Nil peius Zelo mortalia pectora carpit,*
*Cum triſti miſcens fœtu ſ ſuria multa.*
*Et rabiẽ ſeuã miſeris mala damna miniſtrat.*
*Exitus eſt illi mortis ſeuiſſima peſtis,*
*Et dulces Merulos, in triſtia funera pellit,*
*Qui triſtes dura capiunt ſera præmia tedæ.*
*Cum prædo videat Merulũ prope ſaxa profunda*
*Ex voluptate dolor.* *Sæpe volutantem, & pro coniuge multa timentẽ*
*Expediens hamum Squillam configit, in illo*
*Et nexam cubo plumbi ſubmergit in altum*
*Æquor, & occultis thalamos rimatur in vndis.*
*Atq; agitat circum ſaxoſa cubilia fraudem.*
*Erumpit Merulus thalamis, & Carida vinum*
*Hinalem punire ratus ſubit impia fata.*
*Nam prædo fixum mento mucrone coruſco*
*Traxit nitentem contra labiq; volentem,*
*Et carpens talis mouit conuitia voce,*
*Nunc ſerua lectos, nunc ſint connubia cura*
*Nunc ſponſis lætare miſer, nunc antra require,*
*Nunc thalamos, nõ vna Venus, nõ vna voluptas*
*Eſt tibi, ſed lectis ſolus multiſq; cauernis*
*Exultas, ſed ſponſe veni, tibi teda parata,*
*Ignis lucentis ſplendor, flammæq; corona.*
*At poſtquam tali ſublatus morte maritus,*
*Sponſi pallentes fato rapiuntur eodem.*

# VSVS IN CIBIS.

[a] *L. 32. c. 11*

MErula inter piſces laudata (inquit [a] Plinius) carne eſt tenera & molli, facilis concoctionis: parum nutrit, & bonum ſuccum gignit. Elixa febricantibus ſaluberrima: ſi coquatur in ſartagine, farina conſpergenda, vt partes contineantur. Trallianus in curatione epilepſiæ ex piſcibus exhiberi iubet, qui ſuperfluitate vacant, quibus Merulam annumerat. Idem in dyſenteria hepatica ex intemperie frigida inter alios piſces commendat Turdos, Merulam &c. & quàm maximè Mullum. Plinius medicus referente Bellonio in diſtemperantia hepatis, Merulam, Coſsyphum & Ceredam offerendos in cibo ijs eſſe
*Coſsyphus pro Turdo accipitur.* tradit, qui hepate ſunt calidiori: vbi Bellonius pro Coſsypho Turdum intellexiſſe arbitratur, argumento quòd aliàs Coſsyphus & Merula idem ſint. Apud [b] Athenæum quoq; piſcibus teneræ carnis aſcribitur, & à Galeno in ſaxatilibus habetur, ijs ex quibus alimentum non ſolùm ad concoquendum facile, ſed hominum etiam corporibus ſaluberrimum ſumi ait, &

[b] *Lib. 7.*

quod

Digitized by Google

A quòd ſanguinem mediæ conſiſtentiæ generet. Noſtri verò temporis palatis ſuam Merulam haud ſatis arridere Saluianus ait, omniumq; iudicio non admodum gratam exiſtimari. Rondeletius ſaporis qualitatem in ſua reticet. Iouius verò Turdos & Merulas in aquatilium genere non eam tradit habere ſaporis nobilitatem, qualem eiuſdem nominis volucribus veteres attribuêre: ſiquidem & Turdi admodum inſulti ſunt (inquit) & Merulæ, vt Athenæus ait, difficilè concoquuntur: in quarum conditura Archeſtratus cum caſeo, maloq; granato & ſale & oleo ſilphium admiſcuit. At primùm Iouius haud verè ex Athenæo refert Merulas difficilè concoqui, vti ex ſuperioribus conſtat: deinde falsò etiam id condimentum ex Archeſtrato citat; ſiquidem Athenæus ex Dorione tale tribuit condimentum Coccygi, id eſt Cuculo, non Coſsypho id eſt Merulæ: poſtremò imprudenter pro ῥοΐ, id eſt rhoe (ſumah vulgò dicunt) malum granatum legit, quod ῥοιὰ nuncupatur. Idem Athenæus ex Matrone Parodo in cœna Attica, cum Sparos, Mormyros, Hippuros, Sargos alioſque non ingratos piſces, ceu pauci momenti piſces mulierculis relinqui dixiſſet, addit

*Ἐξῆς κόσυφος ἦλθε μοῖρος, γύσασθαι ἕτοιμος — Οὐ μὴν ἀδ' ἄρ' ἀθίκτος ἦν, πόθιον δ' ἦ καὶ ἄλλοις ἓν*
*Post hæc ſola venit Merula, ad iſum parata — Quæ ſanè intacta non fuit, ſed alijs expoſita.*

*Iouij error.*

B Apud Apicium Merulæ apparatus. *Ius ex Merulis; Liquamen, porrum conciſum, cuminum, ſatureiam, vinum mixtum facies aquatius & ibi Merulas coques.* Saluianus valetudinarijs in albo iure elixam vel aſſam non aliter, quàm ſolet Turdus, apponi poſſe iudicat. A ſanis oleo frixam quoque mandi.

*Apparatus.*

# DE IVLIDE. Cap. VII.

## SYNONYMA. ÆQVIVOCA.

C Ἰουλὶς à Theodoro apud Ariſt. Iulia redditur, ſed rectiùs fortaſſis Græcam vocem retinuiſſet. Differt ab hoc piſce, qui Iulus appellatur, quem Hermolaus eum eſſe conijcit, qui balænis oculorum vice fungitur, quod Saluianus negat: cui facilè aſſentimur, Oppiano & * Aeliano Iulus piſcis eſt, os ſceleratiſſimi veneni refertum habens: licèt vtriuſq; interpres, nominis ſimilitudine deceptus Iulidem verterit. Iulus item ex inſectis eſt, (millepedam aliàs vocant) à quo piſcis iſte Iulidis nomenclaturam fortè acceperit, propter longam illam lineam quæ à capite ad caudam vſq; excurrit, haud abſimilis illi inſecto. Et Paulus Aegineta hunc piſcem Iulum videtur appellaſſe: nam apud eum ius *ἰουλῶν καὶ πέρκων* legimus, vbi Dioſcorides *ἰουλίδων καὶ περκίδων* habet, niſi mẽdoſum Pauli locum eſſe velimus: Sed & * Sineſius Iulum, hunc potiùs quàm alium quemuis vocauit, inquiens: *Piſcatores circa quoddam Africæ litus loco petroſo, adulti quidem capiebant Muranas & Locuſtas grandes: minores verò natu κωβίους ἰουλεῖς καὶ ἴουλος*, id eſt *Gobios viles & Iulos*. Rondeletius quibuſdam Iurelam, alijs etiam Iulam ſcribit nominari. Hermippus Smyrnæus alio nomine Hyccam vocat, quo nomine Hermolaus Sturionem intelligi arbitrabatur, ex teſtimonio Athenæi, hac coniectura adductus, quia Hycca etiam porcus eſt, & Sturio præſertim necdum adultus nobis porcelletto quaſi porculus dicitur. Ex Athenæo verò illud nequaquam colligas. Scribit enim Sacrum piſcem Callimacho, Erythrinum Cyrenæis, Iulidem Hermippo Smyrnæo Hyccam vocari, nec aliud addit: Idem Hermolaus Hyccam ab Hyſca non diſtinguit, cuius poſterioris vocabuli qui præter Simeonem Sethi meminerit, planè ignoro. Ipſe autem ſic Sturionem videtur appellare, vt ſuo loco declarabitur. Iulis hodie Græcis ζῆλος vocatur, teſte Geſnero, per aphæreſin, vt conijcit, à Donzella, quo nomine Venetijs potiſſimùm audit. Saluianus quoq; Rhodijs Zillo dici ſcribit, Cretenſibus Aſdelles. Bellonius verò in opere de piſcibus ait Rhodijs Aſdelles dici, nonnullos tamen Zillo malle nuncupare: ſed à vulgo Græcorum Illecam vel Iglecquam (Saluianus Igliequam ſcribit per i.) In ſingularibus verò obſeruationibus à Græcis hodie Sgourdelles appellari. Genuenſes Zigurellam hoc eſt, puellam dicunt; alia verò Liguriæ loca Girellum vel Girellam, vt refert Rondeletius. Illyrij quique Sclauonica lingua loquuntur, vt Sigiſmundus Gelenius Geſnerum per epiſtolam docuit, Knezik, id eſt puellum, ſiue pulchellum dicunt, fortè quaſi γνησίωτον, id eſt nobilem: ſed Knecht Belgis etiam puellus eſt: quorum nominum vna fermè eademq; cauſa eſſe videtur, quòd nimirum piſcis videatur cultior, aut formoſus velut paraſitus, aut aulicus aut puella aulica. Monendus interim lector eſt, alium item piſcem eſſe à Iulide, qui circa Monſpelium vulgò Donzelle vocatur, illum nimirum, quem Rondeletius Plinij Ophidion facit, de quo ſuo loco.

*Iulus.*
*Millepeda.*
*Iurela.*
*Iula.*
*Hycca.*
*Sturio.*
*Hyſca.*
*Donzella.*
*Zigurella.*
*Ophidion.*

D GENVS.

* *L. 11. c. 13.*
* *In epiſtol.*

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

*a Lib. de ſomniorum interpret.*

OPpianus Iulides ποικίλας, id eſt varias; item σῶμα ποικίλον Iulidis dixit, id eſt corpus varium, Lippius vertit, *varijs diſtinctis tergore ſignis.* Sic & [a] Artemidorus inter varios piſces Iulidem enumerat. Ob quam notam viri docti cum piſcem Iulidem eſſe iudicarunt, qui vulgò Venetis Donzella nuncupatur: quod ſe omnium primum aduertiſſe Gillius profitetur. Rondeletius tamen iam ante illum alios in ea fuiſſe ſententia inquit his verbis: Cùm Piſis Portius magni nominis Philoſophus hunc eundem piſcem affabrè atque egregio artificio depictum mihi (inquit) oſtendiſſet, ſciſcitatuſq; eſſem, quem piſcem exiſtimaret, ille Iulidem reſpondit, nõ vt aiebat, veterum deſcriptione aliqua perſuaſus, ſed ſuſpitionibus & communi conſenſu. Verùm cùm teſtante Bellonio non vna ſit Iulidum ſpecies, coloreq; cuarient (licet ſemper reuertantur ad ſuas notas, quibus ab inuicem diſcernuntur) ideoq; in deſcriptione authores euarient, lector haud ingratam rem tibi me facturum confido, ſi ex ſingulis deſcriptionem ſingulatim hic repetierim. Rondeletius itaque ſic eum delineauit. Digiti magnitudinem vix ſuperat: varius eſt: nimirum dorſo violacco: A capite ad caudam ſubauream lineam ductam habet, hinc inde roſtri modo dentatã, cui pars quæ ſubeſt, colore eſt cæruleo, venter candido flaueſcente. Squamis tegitur paruis; pinnarum numero, ſitu, labijs, dentibus recuruis, cauda, alijs ſaxatilibus ſimilis. Roſtro eſt acutiore, oculis paruis, rotundis. Podicem habet in medio ferè corpore. Interanis partibus à ſaxatilibus alijs non differt; corpore eſt breuiore ſtrictioreq;. Cum hac deſcriptione ſatis conuenit Belloniana, quæ talis eſt: Iulis vix excedit palmum longitudine. Habet enim corpus gracile & oblongum, vt Sphyræna; cuius craſſitudo rarò excedit, quantum pollex cum indice capere poſſit. Tanta eſt colorum in huius tergore varietas, vt in eo iridem depictam vtrimq; videas. Squamis enim contegitur tenuiſſimis multorum colorum, ſuper quibus ductæ lineæ rectæ, caruleæ, virides, melinæ, rubræ ac fuſcę apparent. Pinnam in tergore continuam, ac reliquas totius corporis, vt & rotundam caudam, habet, omnes verſicolores. Verùm linea quæ vtrinque corpus intercipit, haud rectà fertur, ſed ad caudam aliquantulum incuruatur. Oculos habet paruos, pupillam nigram, horumq; rubentem iridem. Dentes oſtendit albos, acutos, aduncos, vt veſpertilio, multò plures in inferiore maxilla, quàm in ſuperiore; labia quoq; craſſa.

*Species multæ.*

*Ex Rondel.*

*Ex Bellon.*

*Ex Aelian.* Aelianus quoq; diligentiſſimè hunc piſciculum deſcripſit. Iulis (inquit) roſtro eſt acuto: ore paruo, denticulis longioribus, atque craſſiuſculis labijs munito: capite tenui & rotundo, oculis paruis & rotundis, quorum nigram pupillam rubens ambit circulus. In dorſo vnicam habet pinnam, toti ferè dorſo longitudine æqualem. Ad branchias, quas vtrimq; quaternas gerit; pinnæ duæ paruæ ſunt: aliæq; duæ, etiam paruæ ſub ventre. Cauda in latam & rotundiuſculam pinnam degenerat. Piſcis totus, etſi palmi menſuram non excedat, ſi cum latitudine conferatur, longiuſculus eſt. Squamis tegitur tenuiſſimis. Colore eſt admodum varie, ita vt pulchritudine cum Pauone piſce contendat; piſciumque omnium formoſiſſimus videri poſſit. Venter enim ex albo purpuraſcit: latera ex cæſulco flaueſcunt, dorſum ex glauco nigricat. Linea præterea vtrimq; ſerrata ex rubeis & quadrangulis maculis, extremis ſolùm angulis ſe inuicem tangentibus, conflata à ſummis branchijs ſecundum dorſi ductum in caudam defertur. Sub qua in lateribus iuxta branchias nota quædam violacea, vtrimque cærulea linea clauſa, ſatis lata atq; duplo longior apparet. Ab oris rictu per caput, & media branchiarum opercula ad earum vſq; ſciſſuram cærulea etiam alia deducitur linea. Dorſi poſtremò, ac ventris pinnæ verſicolores ſunt: aliiſque lineolis & notis verſicoloribus etiam (quas verbis exprimere difficile eſt) nonnullæ aliæ partes eius pinguntur. Ventriculus paruus eſt; inteſtina gracilia; hepar pallidum, lien ſubrubens. Palmi (vt diximus) magnitudinem non ſuperat. Iulis mea ſupina parte, à capite ad caudam vſq; ex albo rubet: prona verò & ad latera, linea eſt ſubuiridis, veluti denticulata, tota aurei coloris. Maculæ quæ aureis lineę dentibus reſpondent, cæruleæ ſunt. Pinnæ ad branchias ex albo flaueſcunt. Pectoris rubent: quæ ab ano eſt qua corpori nectitur, alba, in extremo viridis: calami ſeu nerui ſubaurei: quæ verò in dorſo eſt expanſa, verſicolor, caput verſus vſque ad quartum neruum, primùm caerulea, mox aurea, in extremo rubra: cæterò tota aurea eſt, excepto medio, vbi ad cæruleum vergit, ſicuti & maculę, quæ ſunt verſus caudam. Cauda colore eſt amethęſtino, maculis aureis paucis reſperſa.

LOCVS.

Iulis authoris.

A



B

C

D

# LOCVS.

ROndeletius Antipoli & in toto Liguſtico ſinu frequentiſſimum haberi teſtatur, & Adriatico mari haud infrequentem eſſe, ex vulgari Venetorum nomenclatura innoteſcit.* Oppianus ſaxatilibus accenſet, ——*Scopulos quos alluit vnda* *Lib. 1.
*Alga conſperſos & multo murice* (muſco) *tectos Salpa habitant, variis diſtinctis tergora ſignis Iulides* &c. ——*Aſpera ſaxa colunt, imo defixa profundo.*
Et Galenus non ſolùm in piſcium cenſu, qui largiore loquendi modo, ſaxatiles à reliquis ſcriptoribus appellari ſolent, Iulidem recenſet.

# NATVRA. MORES. CAPIENDI RATIO.

*Lib.9.Hiſ. cap.2.

SIngulares in ſaxis viuunt, vt Bellonius ſcribit,* Ariſtoteles tamen inter gregatiles numerat. Bellonio aſtipulatur Saluianus, in Romani maris tractu non niſi rariſſime & ſolas ſemper ferè capi inquiens. Veruntamen ſolæ tortaſſis capiuntur, propterea quòd difficilis ſit eorum captura, vt Hermippus teſtatum reliquit. Carniuori ſunt; minoribus enim piſciculis veſcuntur; & in eorum inopia alga. Famelici ſunt, & vt Numenius apud Atheneũ ait μάγροι, id eſt voraces. Aiunt & vafras eſſe; ab hamo ſibi cauere, eſcam tamen haud impunè prærripere, ideoq; Philetam dixiſſe: Οὐδ' ὕπνῳ ἰχθῦς ἰσχαλὸς ἐξέφυγε, id eſt, *Nec Hyeras, vltimus piſcis effugit*, Athenæus arbitratur. Capitur nihilominus calamis ac hamis frequentius quam retibus, vt Bellonius teſtatur.

*Cibus.*

*Aſtus.*

*Vt capiatur.*

# VSVS IN CIBIS.

F

*De variet. rer. Cardani error.

CArdanus Iulidem author eſt, item Murænam & Colubrum, dentibus ac ſaliua venenum poſſidere, veneniq; in eis indicium eſſe coloris varietatem, deceptus, vt apparet, Oppiani & Aeliani interpretum verſione, qui (vt paullò antè etiam dicebamus) pro Iulo Iulidem reddiderunt. Eundem errorem Rondeletius (quod miramur alioqui) euitare non potuit. Inquit enim: Memorabile quod de hoc piſce Aelianus ſcribit: Iulides piſces ſaxatiles ſunt, quibus os veneno refertum eſt. Quemcunq; piſcem deguſtarunt, inhabilem ad edendum, pernicioſumq; ei, qui poſtea guſtauerit, efficiunt. Piſcatores cum ſquillam quam media ex parte Iulides exediſſent & conſeciſſent, ſine vllo precio parabilem offendiſſent, cumq; inopia preſſi guſtare cœpiſſent, illorum aluos vehementes cruciatus exceperunt. In piſcatu vrinatores & natatores infeſtiſſimè perſequuntur, ac vt terrenæ muſcæ mordicus premunt: ſimiliter Iulides frequentes in eos, quos dixi, incurrentes morſu affligunt, quas repellere neceſſe habent, aut ab his demorſi cruciabuntur, in quibus repulſandis totus vrinandi & natandi labor perit. Haud diſſimilia de ijſdem ſcribit Oppianus, Iulides hominibus ſaxa rimantibus ore venenato infeſtiſſimas eſſe: denſo enim agmine ſaxis erumpunt & circundant, nec morſu petere deſiſtunt, quamtumuis illi pedibus manibuſq; excutere à ſe conetur, eaſq; muſcis comparat, quæ meſſores feſſos & ſudore diffluentes cateruatim inuadunt, nec niſi ſanguine plenæ abigi poſſunt. Quod modò Iulidibus vterq; iſthæc tribuat, hoc experimento confirmat Rondeletius, quod cùm aliquando Antipoli & ſanitatis & voluptatis cauſa corpus in aqua marina lauare & piſciculos capere vellet, videret piſciculos iſtos non aliter quam fucos approperare & morſu tibias petere & ne calce quidem, etiamſi pars colloſa ſit & dura, abſtinentes. Idemq; ſibi narraſſe qui in comitatu erant. Cæterùm aliud eſt ad morſus procliuem eſſe, aliud morſum habere venenoſum. Geſnerus etiam, dum exiguum omnino putat hiſce piſciculis eſſe venenum, idq; non ex humore, aut ſaliua, ſed ſolo tantùm morſu prouenire, ita vt morſum moleſtia potius & breuis temporis dolor, quàm aliud veneni periculum conſequatur, ſicut ad apum & veſparum punctura, haud ſatis examinaſſe videtur, ijdemné an diuerſi ſint piſces Iuli & Iulides. Ego autem diuerſorum piſcium nomina eſſe non dubito. Venenatum enim os habere nullo modo Iulidi conuenire poteſt, cùm ex veris ſit ſaxatilibus, vt Galenus teſtatur, qui in cibo innoxij ſunt, & inculpati. Neq; eſt quod quiſpiam obijciat, viperam cuius venenoſiſſimum os eſt, eſculentam eſſe. Hæc enim niſi detruncato capite, in quo malitia venen eſt, in cibum admittitur, cùm integram paſſim innocuè Iulidem mandamus; neq; eſt ex antiquis aut recentioribus quiſquam, qui Iulidi caput amputare iubeat, quod tamen monuêre de vipera. Præterea etſi Aelianus (quod quidem nouerim) Iulidis mentionem non fecerit: Oppianus tamen, ex quo ille id tranſtulit, non ſolùm diuerſis in locis vtriuſq; meminit, ſed diuerſos etiam piſces feciſſe videtur, quod vel inde liquet, quia diuerſimodè de vtroq; ſcribit: [b] Alicubi namq; Hippuros Iulo, alicubi Loligines Iulide capi aſſerit. Quod itaq; ad ſalubritatem Iulidis, bonitatemq; attinet, Galenus, vt dictum eſt, ſaxatilibus annumerat iis qui teneram & triabilem carnem habent, adeo vt ægrotantibus tutò præſcribi poſſit. Hodiè tamen vilis & contemptus piſciculus eſt, & propter paruitatem neglectus. Scribit Rondel. qui litorum & portuum ſaxa frequentat, deteriorem eſſe, meliorem verò qui procul inde in ſaxis degit: parari vt reliqui ſaxatiles, ſed melius farina conſpergi in ſartagine. Saluianus verò ægris in albo iure elixari, ſanis in ſartagine frigi ait aut aſſari. Ex antiquis Dorion quoq; iubet coqui in muria vel aqua marina, aſſari autem in ſartagine.

*Iuli Muſcis comparati.

*Iulidis morſum non eſſe venenoſum.

G

H

[b] *Lib 1. Carnis qualitas.*

*Apparatus.*

VSVS

A

## VSVS IN MEDICINA.

Dioſcorides ex Iulidibus priuatim ius fieri teſtatur ad alui ſubductionem : Plinius [a] addit ad vrinę excretionem. *Omnium piſcium ius* (inquit) *aluum emollit, idem & vrinas ciet, è vino maximè : optimum è Scorpionibus & Iulide & ſaxatilibus, nec virus reſipientibus*. Vbi etiam notandum Plinium diſertiſſimè Iulidem minimè virus relipere ſcribere. [a] *Lib. 32.*

## DE PHYCIDE. Cap. VIII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

B Phycidi nomen eſt à phyco, quòd in eo ſola piſcium nidificet, vt Ariſtoteles teſtatur. Phycus planta eſt marina apud [a] Ariſtotelem, item [b] Theophraſtum & [c] Dioſcoridem, qui nobis quatuor eius genera propoſuit. In cuius vocis traductione Plinius valdè inconſtantem ſeſe geſſit: nam cùm [d] alicubi apertè dicat, *non habere aliam linguam nomen, quod Graci vocant phycos; algam enim herbarum magis vocabulum intelligi : phycon verò fruticem eſſe* : non ſemel aliàs pro phyco algam reddidit, vt [e] vbi algam maris theriacen à Nicandro vocari ſcribit, Nicander enim, quem citat, (quod & Dioſcorides facit,) in theriacis aduerſus Trygonis venenum inter cætera remedia algam marinam rubentem numerat hoc verſu :

Ἔτι καὶ φοινίσσον δὴ κατεβάλλετο φύκος :

Item vbi de Phycidis nidificatione agit, & nominis etymologiam eleganter exponit, *Piſcium ſolam ex alga nidificare* inquiens. Dicemus itaq; & nos cum eo, & recentioribus Phycidem inde nomen inueniſſe, & phycon optimè latinè algam verti. Theodorus pro Phycide Fucam, non Phucam, vt Rondeletius ſcribit, (cùm nuſquam in tranſlatione eius ſic ſcriptum ab eo reperias) conuertit, latinitatis nimis fortaſſis ſtudioſus : ſicut enim phycos herba marina à quibuſdam latinè fucus dicitur: ſic ab eodem herba denominatum Phycidem piſcē, Fucam,
C ſimiliter vt Græci, fœminino genere vocauit. At ſi verum eſt Phycidem Ariſtoteli aliquando etiam Phycon nominari, vt Maſſarius alijq; nonnulli tradunt, eadem ratione latinè Fucus nuncupari poterit. Ego tamen phycos pro piſce apud Ariſtotelem non reperio, & ſicubi fortè apud eum inuenitur, mendoſum locum arbitror. Quærit Rondeletius, ſitne idem piſcis φυκὶς, & φυκίδιον, φυκιὸν, & φυνίς. Ac primum Phycidion (inquit) nihil aliud eſſe quàm parua Phycidem nomen ipſum indicat, vnde [f] Gaza puſillam Fucam vertit : neq; ijs aſſentior qui Phycidem eum piſcem eſſe putant, qui à nobis Capellan dicitur (huius inter Aſcllos Oceani fiet mentio, item & Phycidis Rondeletij, quem vnà cum Saluiano Callariam eſſe remur) ideo quòd is veluti Phycis è mento pendentem barbam habeat. Sed qui diligentiùs verba Ariſtotelis expendet, falli iſtos iudicabit. Sunt autem hæc Ariſtotelis verba. *Piſces qui ova edunt, ſemel pariunt anno, præter puſillas Fucas, quæ bis pariunt anno. Differt autem mas Phycis à fœmina quod nigrior ſit & ſquamis amplioribus*. Atqui is qui vulgò Capellan nominatur, piſcis eſt lævis & minimè ſquamoſus. Ex quibus neceſſariò efficitur Phycidi ſiue diuerſa ſit à Phycide ſpecies, ſiue eadem, non poſſe eſſe eum quem Capellan dicimus. Ergò Phycidion
D à Phycide ætate tantùm & magnitudine differre puto: deinde φυκίνα (φυκῖνα potiùs à recto φυκιὸν) & φυκίδα diuerſos piſces facere videtur [g] Athenæus; cuius hæc ſunt verba : *καὶ τῶν πετράων ὁ φυκιὸν καὶ ἡ φυκὶς, ἁπαλώτατα ἰχθύδια ὄντα, ἄβρωμα καὶ ἰνφθαρτα ἔστι*, id eſt *ex ſaxatilibus Phycen & Phycis tenerrimi ſunt piſces, virus non reſipientes, & corruptu faciles*. Hactenus Rondeletius: cuius de Phycene & Phycide opinioni idem Athenæus aliàs item fauere videtur, apud quem nempe quidam ſcribit, ſe ad ſartaginem emiſſe φυκίδας, καρίδα, φύκιον, καβιὸν. Mihi tamen haudquaquam inter ſe diuerſi piſces eſſe videntur φυκιὸν & φυκὶς, ſed ſolo tantùm ſexu differre, vt ex Ariſtotele dictum eſt; & fortaſſis apud Athenæum vtrobique non φυκιὸν, vt nunc legitur, ſed φύκης legendum fuerit, ſicuti apud Ariſtotelem legitur. Maſſarius Diphili verba interpretans, à quo apud Athenæum ὁ φυκιὸν & ἡ φυκὶς nominantur, Phycænas vocat, tanquam à recto Phycena fœminini generis, triplici errore : Phycenas enim dicere debuit ſine diphthongo, à recto maſculino, & diſſyllabo Phycen. Actij codex alicubi φυκίδες habet pro φυκίδας : quo modo in vulgatis Dioſcoridis codicibus, capite de ſuco marino φυκίδων legitur pro φυκίδων, licet multi φυκίων reponant. Ἀλλεπὶς

[a] *Phyc. quid.*
[b] *Li. 6. Hiſt. cap. 13.*
[c] *Li. 4. Hiſt. cap. 7.*
[d] *Li. 4. c. 95. Plinij error.*
[e] *Li. 13. c. 25 Alga quid. Li. 32. c. 6. Alga maris theriaca dicta.*
[f] *Fucus.*
[g] *Lib. 8.*

*Phycidion. Phycen. Phycis.*

*Fucus.*

*Phycena. Maſſarij error.*

*Lepis.*



Digitized by Google

Heſychio & Varrino Phycidi idem eſt,vt in Leprade Bellonij etiam meminimus. Græci noſtri temporis Phycida, vt Gillius ait, Phocida, vt Rondeletius, Phyceam,vt Maſſarius, Pephycariſmenam, vt Hermolaus, Lampianam,vt Bellonius, qui alium quàm Rondeletius Phycidem pinxit, vt ſubinde patebit, nuncupant. Aliarum gentium nomenclaturas ſubticeo,quòd alij alium pro Phycide piſcem oſtendant,ſuas cuiq; mox additurus. E

# FORMA. DESCRIPTIO.

*Tenca marina. Peſce Fico. a Cap. de Callaria.*

RONdeletius Tincam marinam, & piſcem Ficum vulgò Romæ vocatum, veterem Græcorum φυκίδα eſſe contendit. Quam opinionem refellit Saluianus, conijciens [a] Rondeletium ita ſenſiſſe propter nominis vicinitatem: cùm aliter ſeſe res habeat. Ficus enim Romanis piſcis iſte appellatur,non quaſi Phycis, ſed quòd maturiſſimi & paſſi fici inſtar,mollis,flaccidus, & haud ſucci plenus ſit. Atqui Rondeletius non vulgari nomine, quod ne citat quidem,ſed veterum authoritatibus, vt credit, nixus in eam ſententiam venit, cùm quòd Ariſtoteles apud Athenæum Phycides ποικιλόχρως & ἀκανθοσιφῆ eſſe dixerit, F tùm verò maximè quòd eum piſcem in media alga nidificare obſeruauerit, id quod ſola Phycis facit,vel ipſo Ariſtotele teſtante, vt interim cæteros præteream. Idem Rondeletius ſuæ opinionis patronos habere videtur Iouium & Auguſt. Niphum, qui Phycides Tincarum viridium colorem referre & vulgò Ficos nuncupari ſcribunt. Mihi nihilominus Rondel. piſcis non placet,ſed Aſellis annumerãdus videtur: Neq; ab hac ſententia auellor,quòd ex alga nidum conficere obſeruauerit,cùm vel ipſomet teſte idem Gobius etiam faciat, & fortaſſis alij quoq; : ipſe Hippocampos addit,ſed hi ex genere ſunt exanguium, vt ſuo loco oſtendimus. Ad colorum quod attinet varietatem & ſpinas,quos ex Ariſtotele Athenæus Phycidi tribuit: reuera Ficus piſcis, neque variè depictus eſt,nec ſpinis vallatus,licet id Rondeletius aſſerat. Ad hæc nihil minus quàm Percæ & Channæ ſimilitudinem repræſentat, cùm tamen apud eundem [b] Athenæum Speuſippus Percam, Channam & Phycidem ſimiles faciat; & apud eundem Diphilus dicat,*Perca ſimilis cum ſit Phyceni & Phycidi,locis paululum differt.* Quamobrem non poſſum non approbare Phycidem Saluiani, qui ob multam cum Perca marina ſimilitudinem, hodieq; Percia nominatur, & pro Perca etiam venditur. Etſi verò vterq; piſcis a què repando ſit tergore,venter tamen non ita prominet Phycidi,vt Percæ: vnde neque G etiam huius figura ouata vt illius apparet. Extento & acuto roſtro conueniunt: Os tamen maius eſt Phycidi, maioribuſque dentibus,in ſuperiore maximè maxilla munitum, & caput etiam paulo craſſius: Pinnarum numero,ſitu & figura non diſcrepant; Phycidis tamen pinnæ paruis & ruffis maculis,quibus Percæ pinnæ conſperſæ ſunt,haud inſigniuntur: Color idem eſt,niſi quod in ventre & lateribus Phycidis dilutior apparet, caretq; Phycis tranſuerſis illis nigricantibus lineis,quibus Percæ latera notantur (quamobrem cum Phycis ἐρυθρὸν,id eſt,rubra vocatur in epigrammate Apollonidis,caue ne de intẽſa id rubedine intelligas.) Demum in Phycidis capite ac branchiarum operculis, lineolæ & puncta quædam carulea, quibus prorſus caret Perca,conſpiciuntur. Et propterea cùm tota varijs coloribus depicta ſit,Ariſtoteles citante (vt diximus) Athenæo (etſi nunc apud Ariſtotelem id non legatur) Phycidem ποικιλόχροα eſſe pronunciauit. Vt verò idem Ariſtoteles & Plinius teſtantur, colorem mutat, reliquo tempore candidam,vere variã eſſe: quod haud ſic intelligi debet,vt reliquis temporibus verè ſit candida,quando nullo planè tempore candida appareat: ſed ita potiùs quòd cùm verno tempore ſatur eius ſit color, temporibus reliquis dilutior reddatur, quemadmodum de Turdi ac Merulæ in albedinem mutatione intelligendum eſſe apud eundem Philo- H ſophum ſuis quibuſq; locis diximus. Sexus verò Phycides inuicem diſtinguit, ſicuti paulo antè quoq; ex Philoſopho oſtendebamus. Marem enim in hoc genere nigriorem & ſquamis amplioribus eſſe dixit. Poſtremò cùm & ἀκανθοσιφῆ, id eſt, ſpinis vallatam aut coronatam dixerit apud Athenæum, hoc de aculeis ſiue ſpinis, quibus dorſi vel imi ventris pinnæ horrent,intellexiſſe cum arbitror,quando præter illas, alias non habeat. Cæterùm cùm ſint alij longè ſpinoſiores piſces,mirari ſubit,cur Phycidem potiùs quàm illos ita appellauerit. Internis paribus, corporiſq; magnitudine Percis ſimillima eſt. nunquam enim palmi menſuram excedit;vnde etiam credendum eſt Ariſtotelem aliquando φυκίδιον diminutiua voce nuncupaſſe: Paruum autem debere eſſe Phycidem,etiam oſtendit Diphilus apud Athenæum, ἰχθύδιον, id eſt,piſciculum eſſe afferens. Bellonius Merulam Saluiani, ni fallor pro Phycide deſcribit. Ait enim Maſſilienſibus,Roquau,Venetis Lambenam (fortè à labiorum craſſitie, vnde & Cheloni,id eſt Labeoni in Mugilum genere nomen,) item Græcis, (iuxta iconem appictam

*Plſces nidũ conſtruẽtes. Color.*

*Phycis Chãnæ,& Percæ ſimilis. b Lib. 7. Phycis Saluiani. Percia. Vt à Perca differat.*

*Paruum piſcem eſſe. Phycis Bellonij.*

*Colorẽ mutat & quando. Sexu d ſtin gui.*

A

Phycis Saluiani.



appictam Lampina ſcribitur) Genuenſibus Lãgionum, Romanis vt plurimum Merlinũ (Merlo) nominari. Multorum colorum (inquit) piſcis eſt, fluuiatili Tincæ perſimilis. Non vnum tamen genus eſſe oſtendit, dum ſe meminiſſe teſtatur vidiſſe quaſdã Phycides omnino fuſcas, alias rubentes, alias virides, nonnullas miſtis coloribus varias. Omnes autem pinnam tergoris (vt Sparus) continuam gerere, duodecim aculeis (multò plures in icone exprimit) munitam: ac rurſus ad branchiarum latera vtrinq; vnam habere & ſub ventre duas: quarum ſingulæ ſquamis tegantur latis, firmis, ſæpe vliginoſis: Dentes illis in ore pares non eſſe: nam in ſuperiori maxilla vtrimque ad latus dentem vnum tantũ, aut ad ſummum duos connumerari: in inferiore autem maxilla multò plures, omnes quidem oblongos, albos & acutos: ſed retrò in maxillis multos molares habere. Quamuis verò externus color variet: interanea tamen perpetuò eadem in omnibus ſeſe obſeruaſſe. Voraces piſces eſſe, ideoque grandem atque amplum ſtomachum habere. Omnibus lacteum eſſe iecur, ad ſiniſtram magis extenſum. Fel tamẽ lateri dextro incumbere, oblongo folliculo incluſum, colore ſubluteum. Gregales non eſſe; verſari in ſcopulis, deniq; labia habere craſſa & carnoſa.

*Differentiæ.*

*Mores.*

*Partes interiores.*

B

C

D

## LOCVS. NATVRA. PARTVS. CIBVS.

IN verè ſaxatilibus habetur à Galeno. Ariſtoteli quoq;, Plinio & Diocli ſaxatilis eſt: & Oppiano circa ſaxa muſcoſa victitat. Suidas tamen ex epigrammate quodam Phycidem λιμνῆτιν vocat, id eſt litoralem, & Ouidius quoq; inter litorales eum recenſere videtur. Solam ex marinis piſcibus ex alga nidum ſibi conſtruere, & in eo parere, cùm ex Ariſtotele, tum ex Plinio dictum eſt, idq; præterea dicere voluit Ouidius, dum canit:

*Atque immunda Chromis, meritò viliſſima Salpa,*
*Atque animum dulces nidos imitata ſub vndis.*

*Nidus.*

Eſt enim

Eſt enim poſtremus iſte verſus, periphraſis Phycidis, vt Plinium, nuperrimeque Saluianum E
[b] Lib. 11. c. 11. hallucinatos eſſe conſtet, illum, quòd hunc Ouidij locum [a] alibi citans, nidificationem eam Chromidi aſcripſerit, his verbis: *Chromin, qui nidificet in aquis*: hunc quòd Plinium oſcitationis arguens, Ouidium dicat non Chromin ſed Salpam nidulari ſub vndis. Cur verò nidum ſibi adiecerit ſub aqua, rationem reddidit [b] Plutarchus, inquiens: *Peculiariter Phycides alga velut nido conſtructa fœtum circumdant, ac contra tempeſtates tuentur*. Vnde eſt, quòd hominem domeſticæ rei ſtudioſum, huius piſciculi pictura ſignificarent, vt refert Pierius Valerianus. Caterùm ſoli Phycidi non conuenire hanc nidificationem, ex Rondeletio dictum eſt. *Piſces qui oua edunt, ſemel* teſte [c] Ariſtotele, *anno pariunt, præter Phycides puſillas, quæ bis* (inquit) *anno pariunt*. Quem locum non ita intelligere oportet, vt Phycides maiores aliter parere innuere voluerit, quandoquidem veræ Phycides omnes, vt paulò ante oſtendebamus, paruæ ſint, ſed nihil aliud voluit dicere, quàm Phycides, etſi puſilli piſces ſint, bis tamen anno parere. Si itaq; pariunt Phycides, cur eſt quod [d] Oppianus eunuchos vocet his verſibus:

—— Καὶ φυκίδες ἄας, ἀλιῆες Ἀνδρος ἐπωνυμίῃσι θηλύφρονος ἠνδάξαντο,

id eſt, vt Lippius interpretatur:

*Phycides eunuchi vero de nomine dicta*. F

Saluianus cùm fœcundas eſſe non dubitaret, ac propterea locus iſte ipſi perobſcurus videretur, quatuor manuſcripta, eademq; veſtutiſſima Oppiani exemplaria Vaticanæ bibliothecæ conſuluit: primùmq; in eorum vno, in quo antiqui cuiuſdam Græci interpretis expoſitio extat, in eius loci explicatione, ita ſcriptum inuenit: *Hoc loco detrahit poëta cuidam eunucho, qui patrem ipſius ad regem detulerat, ob idq; in exilium miſſus fuerat*: in cæteris verò etiam tribus ſuper φυκίδες, gloſſematis loco λεπίναι habebatur: poſtremò in omnibus ἄασ' id eſt quaſque reperit & non ἄασα id eſt, quædam, vt nunc in impreſſis codicibus legitur: vnde vti hic Oppiani locus ſic ad verbum verti debet; Phycides quaſq; vel quas (nam in vno prædictorum exemplarium ſupra θ quod ἄας ſequitur, gloſſema erat παρίλκον, id eſt, abundat) piſcatores, viri cognomine mulicbris ſiue eunuchi, appellarunt: ita ſentiam (inquit Saluianus) eſſe arbitror, quòd Phycides à piſcatoribus λεπίναι appellatur: quod quidem cognomen vir eunuchus eis impoſuit, & non quòd Phycides viri eunuchi cognomine, eunuchi appellentur. Viuit teſte [e] Ariſtotele luto, alga, muſco & eo quod caulion vocatur, & enaſcente materie, & quanquam cætera abſtineat carne, tamen ſquillas ſæpenumerò appetit. Ex Apollonidis tamen epigrammate diſcimus ex Amiæ piſcis carne eſca etiam capi. Caulion autem quòd ſit, G non ſatis conſtat. Mihi non diſplicet, vt ſit marini phyci ea ſpecies, quam recentiores nonnulli phycum ferulaceum & rameſum vocant, vt καυλίον dicatur à καυλος, id eſt caule ſiue ramo. Gregalis eſt, gregatimq; natat, argumento quòd plures ſæpè ſimul capiantur.

[a] Lib. 11. c. 11. *Cur nidum faciat.*
[b] *Lib. de ſolertia anim.*
*Partus.*
[c] *Li. 6. Hiſt. cap. 13.*
*An eunuchos vocauerit Oppianus.*
[d] *Lib. 1.*
*Oppiani locus conſideratus.*
*Cibus.*
[e] *Li. 8. Hiſt. cap 2.*
*Caulio quid.*

# VSVS IN CIBIS, ET MEDICINA.

PHycis ab Antiphane & Archeſtrato nominatur inter alios lautiſſimos cibos, & in Cotyis Thracum regis conuiuij deſcriptione. Nunc verò teſte Iouio procerũ patinas rarò implet, quia ſit inſipidiſſimus piſcis, ſed is verum Phycidem non intelligit. Inſipidus tamen & hic exiſtit & vilis nunc vbiq; habetur, licet came ſit tenerrima, minimeq; viroſa, vt Diphilus & Diocles apud Athenæum ſcribunt, & propterea vt Galenus affirmat, ſaluberrimum hominibus alimentum præbet, ita & [a] Fracaſtorius in morbo Gallico fluuiatilibus, paluſtribuſq; ac lacuſtribus piſcibus interdictis, ſaxatiles & qui aduerſis nituntur fluminibus concedi poſſe exiſtimat, dum canit: H.

*Quod ſequitur, victus ratio tibi maxima habenda eſt,*
*Nec ſit cura tibi, neuè obſeruantia maior.*
*Principio, quoſcunq; amnes, quoſcunq; paludes*
*Quoſq; lacus liquidi paſcunt, quoſq; æquora, piſces*
*Omne genus procul amoueo. Sunt quos tamen vſus*
*Liberius, quum res cogit, concedere poſſit.*
*Omnibus his eſt alba caro, non dura, tenaxq;,*
*Quos petræ & fluuiorum aduerſa mariſq; fatigant.*
*Tales nanq; pelago Phycides, rutilaque per vndas*
*Aurata, Gebiq;, & amantes ſaxea Perca.*

Paratur vt Perca. Ius ipſius authore [b] Dioſcoride, modò per ſe, modò vini comitatu aluum mollit. Coqui debet ſimpliciter ex aqua, oleo addito & aneto.

*Phycis vilis eſt.*
[a] *Lib 2. de morbo Gall.*
*Apparatus.*
[b] *Lib. 2. c. 30.*

DE PERCA

A

# DE PERCA MARINA. Cap. IX.

## ORDINIS. RATIO. SYNONYMA. ETYMVM.

PErcæ marinæ Phycidem adeo aſſimilari dictum eſt præcedenti capite, vt pro eiſdem Romæ veneat: ijſdemq; fermè nominibus gaudeat: quocirca cùm ob hoc, tùm quod à Galeno inter verè ſaxatiles recenſeatur, & Phycidi annectatur, nos quoq; hoc loco de ea agemus. Pleriſq; Græcis Πέρκη dicitur, Dioſcoridi verò & Paulo Aeginetæ πέρκις: licet Plinius in piſcium catalogo pro diuerſis habuiſſe videatur, & vtriq; varia tribuerit, illam amni & mari communem, hanc mari peculiarem faciens. Apud Græcos enim veteres eiuſdem piſcis nomina eſſe, vel ex eo innoteſcit, quòd ſicuti Dioſcorides πέρκιδα, ita Ariſtoteles & Galenus πέρκλον inter verè ſaxatiles numerant. Apparet autem huic piſci id nominis impoſitum eſſe à colore, quem Græci πέρκον, nonnunquam & πέρκνον dicunt: quo modo apud Ariſtotel. accipitres quidam πέρκαι vocantur: quem colorem interpretantur docti nigrũ aut nigris maculis diſtinctum, qualem in hoc noſtro piſce & in illo Accipitrum genere videre licet: quo ſenſu Heſychius περκώματα exponit, τὰ ἐπὶ τῷ προσώπῳ ποικίλματα, id eſt maculas faciei. Apud Græcos noſtri temporis nomen hodieq; retinuit, vt Rondeletius teſtatur. Romæ Perchia dicitur, Gallis Perche de mer, id eſt Perca marina, ad differentiam alterius, qui in aquis dulcibus degit.

Πέρκη, & πέρκις non differunt.

*Etymum. Accipitres perci qui.*

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

C PErca non ſolùm reliquo corpore, ſed & capite vario eſt, vnde ἀιόλας dixit hos piſces Epicharmus apud Athenæum; vt interim taceam πέρκλον dici ab eadem varietate. Color ei viuax, à quo Matroni Parodo apud eundem ἀνθοσίχρως, quaſi florido prædita colore appellatur. Quia verò notam habet peculiarem, vel ſaltem cum pauciſſimis piſcibus communem, videlicet quòd lineis per tergus tranſuerſis conſpergatur, Ariſtoteli, citante eodem Athenæo γραμμαποικίλος, hoc eſt virgulis & lineis quibuſdam varia vocatur. Channæ quæ ſimiliter ποικιλόγραμμος dicitur, & Phycidi figura, magnitudine, ac fermè colore etiam ſimilis eſt. Ad multam magnitudinem non excreſcit: nunquam enim pedem ſuperat: vt inde περκίδιον diminutiua forma fortaſſis Antiphanes dixiſſe videri poſſit. Quibus autem notis à Phycide diſtinguatur, in Phycide diximus, quibus item à Channa, in huius hiſtoria dicemus. Iouius dum Athenæi authoritate ſcribit, ſpinis coronatam eſſe Percam, inſigniq; varietate conſpicuam, ſuminoperè decipitur. Hic enim de Phycide, non de Perca id ſcribit: eſt tamen varia etiam (vt diximus) Perca, & non minus quàm Phycis ſpinis vallatur. Duo eius genera, marinum vnum, quo de hîc agimus, fluuiatile alterum, de quo ſuo pòſt loco. Differunt non ſolùm corpore, ſed & pinnis. Marina enim vnam duntaxat, eandemque continuam in tergore habet: fluuiatilis verò binas: marina item ex colore veluti ſanguineo nigricat, cùm ferè cineraceo colore ſit fluuiatilis: nunquam deniq; ad eam, ad quam fluuiatilis magnitudinem excreſcit. Breuiter eam ſic delineauit Saluianus. Prominenti, acutiſſimoq; roſtro eſt, ore mediocri, dẽtibus exiguis, ſerratis, quales Mneſimachum ei attribuiſſe credendum eſt, cùm τῶν καρχάρων Percam eſſe ſcripſerit, hoc eſt, è numero piſcium, qui ſerratos dẽtes habent: capite tenui, branchijs vt [a] Philoſophus voluit, vtrimq; quaternis & duplicibus, nouiſſima excepta: pinnis iuxta eas binis, & totidem ſub ventre alijs: vna item longiuſcula tenuibus armata aculeis in dorſo; nec non alia parua à podice in imo ventre. Tergus & venter cùm æquè promineant, totus piſcis figura ouata efficitur. Cauda in vnam & latam pinnam degenerat. Squamis tergitur paruis: venter liuet, latera purpurant, tergus ex flauo nigricat, paucis quibuſdam ac rufis maculis nonnullas partes eius & maximè dorſi, ventris & caudæ pinnas pinguentibus. Eandem quidem Bellonium & Rondeletium depingere non dubito, licet haud ſimiliter pingant. Bellon. & Salu. pinnam dorſi totã exprimunt aculeis horridam. Rondeletius prope caudam abſque aculeis. In pinnæ, quæ ab ano eſt, principio Saluianus duos præpoſuit aculeos, quibus Bellon. & Rond. icones carẽt, neq; ille etiam in deſcriptione meminit,

*Color.*

*Vt à Phycide differat, & vt a Channa.*

*Perca duo genera.*

[a] *Li 2. Hiſt. cap. 13.*

Perca Rondelet.



meminit, nec in meis Percis eos videre eſt: vnum verò habet icon hîc propterea etiã addita, Genero olim Venetijs cùm alijs miſſa, qui tamen & ipſe, cùm vt aliàs, tum propter maculas tranſuerſas, ſuſcas, punctis nigrioribus notatas, vt pictura præ ſe fert, interualis rubicundis; item ex colore ad latera ex ruſo ſubflauo Percam- E

*Percarum authoris deſcriptio.*

marinam eſſe iudicaret, aculeum eum ipſi conuenire negat. Noſtrarum Percarum prior numero pinnarum, corporiſq; figura cum Saluiani Perca conuenit: colore non item. Caput, pinnæ, cauda ex rubro flaueſcunt, ſeu potius aureo perfunduntur. Oculi parui ſunt. quorum nigram pupillam aureus ambit circulus. Pinnarum tergoris nerui argẽteo colore, reliquarum & caudæ aureo. Supremum dorſum ferè ferrugineum, deinceps flaueſcit, mox per latera & ventrem albicat quidem, cæterùm maculæ quas icon oſtendit, amethiſtinæ albedinem operiunt. Os intus album, labra rubicunda, mentum album. Lineæ tranſuerſales quæ à dorſo per latera deſcendunt adinſtar labentis ex alto aquæ, argento emicant. Os quidem (vti & ſubſequentis) edentulum pictor expreſſit, verùm dentatum ne ſit an non, haud ſatis memini. Altera cognomẽto maioris miſſa, roſtro intus & extra rubet, in ambitu flaueſcit. Toto tergore color rufus: idemq; color, ſed remiſſior in tranſuerſalibus lineis. Latera & venter albicant: ſquamarum extremitates rubent. Dorſi pinna tota, & cauda ferè in extremo crocea: qua enim vropygio hæret, dorſo concolor eſt. Pinnæ pectoris rubent: quæ ab ano eſt, candicat: quæ ad branchias variæ, partim nempe albæ, flauæ ſeu croceæ & rufæ. Branchiarum opercula flaua, latis, vermiculatiſq; lineis cineritijs conſperſis fugillantur. Linea à branchijs ad caudam vſq; excurrens & corpus ceu per medium diſſecans, exilis, nigra. Tertia inſigniter G dentata eſt. Pinnæ & cauda nigricant. Tergus & caput ex cinereo flaueſcunt. Latera ferè cærulea, venter ad amethestinum inclinat. Lineæ laterales obſcurè rufeſcunt: quæ verò rectà à branchijs ad caudam feruntur, in dorſo rufæ ſunt, reliquæ virides. Nigram oculorum iridem circulus ambit ruber.

*Perca altera.*

*Perca tertia.*

# LOCVS.

OVidius Percam mari gaudentibus accenſet, ſed pelagijſné an litoralibus, an ſaxatilibus dubitari poteſt. Saxatilem autem eſſe ex Galeno, Plinio & Diocle clarum eſt. Degit autem circa ſaxa muſcoſa atque algoſa, vt Oppianus teſtatur, cuius verſus aliàs citauimus. Albertus cùm ad litora Oceani Germanici ſcribit reperiri, non ita eſt intelligendus, vt in quouis litore reperiri voluerit innuere, ſed aſpero tantùm ſaxis & petroſis promontorijs, vt alios omnes, qui propriè ſaxatiles dicuntur. Sic & Iouius, inquiens: Percas pelagias Romæ rarò videri, pelagias ſimpliciter pro marinis dixit. H

# NATVRA. MORES.

PIſcis gregalis eſt, carniuorus, & helluo. In piſcitia & cancellos graſſatur. More cæterorum ſaxatilium tam mas quàm fœmina conditur, quo tempore & fœtificat, vt [a] Ariſtoteles tradit, & Plinius quoq; Percam in ijs habet, qui per hyemen latent. Marſilius Ficinus laudari ſcribit piſces celerrimi curſus, eiuſmodique eſſe Lupum & Percam, ſed quo authore non video. Cur verò ſocium ſibi aſſumat Melanurum, mox inter prouerbia explicabitur.

*[a] Li. 8. Hiſt. cap. 15.*
*[b] Lib. de rat. victus ſalubris.*

PRO-

## Perca marina authoris prima.



Perca

Perca marina altera.



Digitized by Google



Perca marina Geſneri.



# PROVERBIA.

*Lib.7.

*Melanuri, & Perca amicitia.*

A*Thenæus ſe vulgatum in ore hominum adagium eſſe ſcribit, ἕπεται πέρκη μελανοῦρῳ, hoc eſt *ſequitur Perca melanurum*. Sed in quem vſum ſoleat vſurpari, non addit. Conijcit author adagiorum dici de improborum ſocietate, quaſi nimirum Percarum & Melanuri innata quædam ſit affinitas: quod idem Athenæus duobus in locis non obſcurè indicare videtur, ſemel non longè à præcitato loco, πέρκαισι, inquiens, καθηγεῖτὴν μελάνουρον, hoc eſt, *Percis ducem eſſe Melanurum*, iterum in obſcuro quodam gripho, vbi hæc Euboli verba refert.

Βυλαμίνῳ

Digitized by Google

A Βυλόμενῳ ἕπεται πέρκη μελανουρος, id eſt, *volentem ſequitur Perca Melanurum.* Familiaritatem autem & cognationem quãdam naturæ his piſcibus inuicem intercedere nihil mirum, cùm ſit vterque ſaxatilis, & ijſdem ferè locis degere ſoleat. Quoniam itaq; vtriq; à nigro colore nomen inditum eſt, nigrum verò infauſti vel improbi ſignum ferè habetur, improborum hominum familiaritatem, vel vitium aliquod alterum natura ſubſequens, vt ebrietatem, libidinem, vel contumeliam, ſignificare licere. Manutio verò & Rondeletio adagium videtur quadrare in prudentes homines & callidos, qui alieno periculo ſuis rebus cauent, aut ex vnius patrocinio & ſententia toti pendent, vnum obſeruant: natumq; ex ingenio vtriuſq; piſcis. Idem Manutius haud rectè de improborum ſocietate dici poſſe iudicat, quoniam ex Numenij verbis Melanurum præuium Percarum agmini ducem ſe præbere, eaſq; vt tutiores ſint, comitari illum, (inquit) liqueat, ſed Numenius quidem Percarum ducem facit Melanurum, ſed quod à periculis ſecuras tutaſve reddat, non addit. In eo verò ſummoperè lapſus eſt adagiorum author, quòd Melanurum ſepiam reddiderit, citans neſcio ex quo hoc hemiſtichium, *Comitem ſibi ducit Sepia Percam.* Sepia enim toto genere Melanuro differt. Ἀντὶ πέρκης σκορπίον, id eſt, pro Perca Scorpium. Adagium accommodandum (vt idem adagiorum author ait, ex Suida, vt apparet,) vbi quis optima captans, peſſima capit: nam Perca (inquit) piſcis eſt vel maximè laudatus: Scorpius lethalis eſt, quanquam eſt & piſcis huius nominis contempti ſaporis, de quo magis ſentire videtur adagium. Cæterùm eſt quidem Scorpius piſcis duræ carnis, haud tamen aſpernendus, ſiquidem à Galeno, vt patebit, in ſaxatilium penuria ſubſtituitur, quare non a carne, ſed ab ictu eius qui lethalis eſt, adagium ortum fuerit,

*Niger color infauſtus.*

*Adagiorum authoris lapſus.*

*Pro Perca Scorpium.*

B

## VSVS IN CIBIS.

DIocles medicus in libro de ſalubribus, Percam & Phycidem (vt Athenæo placet) inter ſaxatiles qui teneriores habent carnes, minimè viroſas, & corruptu faciles, multùm commendat, Diphili item ſententia Channis (Chamis legunt quidam) tenerior exiſtit; Channas autem carne tenera & friabili eſſe mox patebit. Vt itaq; ſalubritatis laude reſplendet, ita propterea ſaporis gratia valere nolim tibi lector perſuadeas, cùm communi omnium conſilio inſuauis potiùs habeatur. Aegrotantibus in albo iure; ſanis aſſatam aut in ſartagine frixam Saluianus conuenire tradit: Rondeletius optimam reddi ſi farinâ conſperſa in ſartagine frigatur, vel in craticula aſſetur, elixam verò totam diffluere: ita & quidam apud Athenæum, ad ſartaginem emi (inquit) Gobium, Percam, Sparum &c. Ius in Percam deſcribitur ab [a] Apicio ſapidum. *Piper, Liguſticum, cuminum frictum, cepam, pruna Damaſcena enucleata, vinum, mulſum, acetum, oleum, & defrutum coques.*

C

*Salubris eſt ſed inſuauis. Apparatus.*

[a] *Li. 10. c. 6.*

## VSVS IN MEDICINA.

FIt quoq; authore Dioſcoride ex Perca ius priuatim ad alui ſubductionem, ſiue per ſe, ſiue cum vino: Coquitur autem ſimpliciter in aqua addito oleo & aneto. [a] Plinius *cinerem è capite Percæ ſalſæ, addito melle, verendorum puſtulas diſcutere* tradit; & [b] alibi *eundem cinerem admixto ſale, cunila & oleo vulnus mederi, & ſuffitione ſecundas extrahere:* & mox, *coercere carcinomata Percarum ſalſarum capita efficaciùs, ſi cineri earum miſceatur ſal & cunilæ capitata, oleoq; ſubigantur.*

D

[a] *Li. 32. c. 9.*
[b] *Ibid. c. 10.*

## HISTORICA.

VT Perca ſacrificulo cuidam parca fuerit, breuem hanc apud recentiorem quendam reperio hiſtoriolam. Quidam ſacrificulus piſcandi & natandi peritiſſimus, cùm manu in quodam profundo gurgite Percam cepiſſet, oriq; mordicùs inſeruiſſet, vt ad ſodales enataret: Perca in gulam illapſa, miſerum ſacrificulum in manibus ſodalium, nihil non tentantium, exanimauit.

*Sacrificulus à Perca ſuffocatus.*



Digitized by Google

E

# DE CANNE. Cap. X.

## ORDINIS RATIO. SYNONYMA. ETYMVM.

CHannem, Phycidem & Percam Speuſippus apud Athenæum ſimiles faciens, nobis anſam præbuit, vt & ipſi horum piſciũ hiſtorias ſimul coniungeremus, quamuis [a] Ariſtoteles, quem aliàs vbiq; ſequimur, Channam pelagiam faciat; ſecus enim ſeſe rem habere mox apparebit. Cæterùm monendus eſt lector, Maſſilienſibus, vt notauit Rondeletius, Channem vocari piſcem a veterum Channe diuerſum licet ſimilem; item alium eſſe qui à Martegue vulgò vocati ſtagni accolis Cannadella ſimiliter appellatur. Græcè χάννη ſi fœmina, ſi mas χάννος recte dicitur, etſi in quibuſdam Ariſtotelis codicibus χάννη & χαύνος legatur, & alicubi etiam χάνη. Deprauatos enim hoſce codices eſſe, non ſolùm ex manuſcriptis Vaticanæ bibliothecæ, quos Saluianus conſuluit, cõſtat, verùm etiam nominis id indicat ſignificatio: Sic enim Euſtathius: à verbo χάινειν fit χλιὼ & χανδὸν & χανὸς piſcis, liquida Acolicè duplicata, vt ſciunt etymologi. Hoc & Gaza animaduertit, qui Hiatulam conuertit, nimirum ab hiando; ſed cùm & pro Chama hiatulam reddiderit, præſtiterit Græca vti nomenclatura (quod & Plinium & Ouidium feciſſe videmus,) ne res diuerſiſſimæ confundantur. Apud [b] Athenæum Diphilus χάννας pro his piſcibus dicit, quo loco in manuſcripto eiuſdem bibliothecæ Athenæo χάνναι, eodem Saluiano teſtante legitur. χάννα verò cum alpha in fine alias neſcio quàm bene dicitur. Interpres [c] Galeni qui χαυλιὼν hiatulam reddidit, non eſt arguendus, vt arbitratur Saluianus, ſed ille qui eiuſdem authoris libris annotationes aliquas in margine aſperſit, qui Channas coucharum genus eſſe annotauit, nominis, vt opinor, ſimilitudine falſus. Ab hiando autem nomen ei inditum, non quòd moriens tantùm hiet, vti Bellonius credidit, ſed quia mandibulas ita ferè conſtitutas habeat, vt perpetuò hiare videatur, vt Saluiano quoque & Rondeletio placet, qui hanc ob cauſam ab Epicharmo μεγαλοχάμωνας, id eſt multùm hiantes, dictas fuiſſe conijcit. Apud Venetos, & noſtri temporis Græcos vetus nomen, teſte Gillio, retinet, Bellonius verò in opere quidem de aquatilibus nunc Græcorum vulgo Channo, ſed in ſingularibus obſeruationibus in Lemno inſula Cano vocari ait, Genuenſibuſq; Boloſſos: contrà Saluianus his Serranas dici teſtatur: quo nomine & apud Hiſpanos, Maſſilienſes & Prouinciales audit. Incolæ portus Veneris Barquetas dicunt, vt Bellonius notauit, ruſtici apud Neapolitanos Orcannas, vt Niphus.

[a] *Li. 8 Hiſt. cap. 13. Aequinoctio.*

*Hiatula.*

[b] *Lib. 8.*

[c] *Lib 7.*

*Etymum.*

*Aliarũ gentiũ nomina.*

F

G

## FORMA. DESCRIPTIO.

CHanne cùm à Speuſippo Percæ & Phycidi aſſimiletur: Phycis autem & Perca piſces ſint colorum varietate inſignes, figuraq; inuicem ſimiles, idem quoq; de Channe ſtatuendum fuerit, & Speuſippum præter colores, de figura quoq; intellexiſſe: quod & Rondeletium, Saluianum item & Bellonium credidiſſe mihi videtur: Ille enim varium, hic Percæ ſimillimum piſcem exhibet, Bellonius verò propter ſimilitudinem ſummam, Channam pingere dedignatus eſt. Alioqui de Channæ figura apud veteres nihil inuenio. Ob colorum verò quæ in ea elucet, varietatem, Ariſtoteles citante Athenæo ποικιλόπτερον μέλαιναν appellauit, & ποικιλόγραμμον, quòd partim rubrò, partim ruſo, ſiue rubente colore varia ſit. Tantam autem Channæ cum Perca marina ſimilitudinem eſſe Bellonius tradit, vt piſces penè eoſdem eſſe credas, ideoq; pro eiſdem publicè vendi ſoleat: differre tamen, quòd maior ſit Perca, & lineis latis, tranſuerſis, ex ruſo nigricantibus tergora diſtincta habeat, Channe verò promiſcuè tranſuerſas & rectas lineas ferat. Saluianus quoq; Channen diligentiſſimè deſcribens, quomodo à Perca & Phycide diſcerni queat, docet his verbis: Channe vti roſtri acuitate, pinnarum ſitu, numero & figura; oculis, branchijs, cauda atq; picturato corpore, æquè vtriſq; ſimilis eſt; mediocritate verò oris, paruitate dentium, tenuitate capitis, exiguitate ſquamarum, atq; ouata totius corporis figura Percæ ſimiliter: Ita inferiore maxilla, branchiarum aculeis, atq; colorum varietate, ab vtriſque manifeſtiſſimè differt. Maxilla enim inferior, præter Percæ & Phycidis morem, non ſolùm rubet, ſed ſuperiore etiam prominentior eſt: quò fit vt Channe perpetuò hiare videatur; vnde forſan & nomen ei inditum

*Vt à Perca differat.*

*Cur hiare videatur.*

H

A Channe Saluiani.



B

C

ditum fuit. In poſteriore præterea branchiarum operculi parte, duo ſunt aculei albi & acutiſſimi; etſi non ſatis magni, quibus prorſus Phycis & Perca carent. Poſtremò differunt & pictura. Tergus enim Channæ ex rubro minus quàm illarum nigricat: venter & latera violacea quadā albedine notata ſunt; Pinna dorſi flauet, quæ verò in imo ventre eſt & cauda, rufis quibuſdam maculis inſigniuntur: Ab ore per branchiarum opercula atque latera, rubræ quædam lineæ, neque æqualis latitudinis, neq; æquis diſtinctæ interuallis vſque ferè ad caudam deducuntur. Hactenus Saluianus. Eundem piſcem pro Channe Gillium agnouiſſe conijcio: Channe (inquit) ſpinas in dorſo robuſtas & acutas habet. Eius labrum inferius & rubet & eminet. Exiguis eſt dentibus & acutis, itemque aculeatis branchijs: Verùm eundemne Rondeletius pingat, dubito. Huius enim Channæ figura caudam oſtendit lunatam: atq; ipſe aculeorum quas in branchijs eſſe ex Saluiano & Gillio diximus, in deſcriptione non meminit. Lupum (inquit) corporis habitu refert, & oris ſciſſura. Maxillam inferiorem ſuperiore prominentiorem habet: ob quam cauſam ore ferè ſemper eſt aperto. Dentes acutos, oculos paruos. Pinnis, cauda, aculeis, branchijs, interniſq; partibus cæteris ſaxatilibus eſt ſimilis, ſed ventriculo eſt maiore & laxiore. Colore eſt vario: dorſum ex rubro nigreſcit: lineæ à capite ad caudam ductæ rufæ ſunt. Cauda maculis rufis notata, item prima à podice ad caudam. Pinna dorſi rufa eſt. Channen genuinam eſſe ex eo affirmat, quòd in plurimis diſſectis vuluas ſemper obſeruauerit, quod de Channe Ariſtoteles prodidit. Addit Saluianus non ſolùm amplum Channæ ventriculum eſſe, ſed talia eſſe inteſtina. Hepar item ſubalbidum habere, lienem ſubrubrum. Gerit deniq; & calculos in capite, vt Bellonius teſtatur.

*Chãna Rondeletij.*

*Partes internæ.*

D

# LOCVS.

PElagijs accenſetur ab Ouidio & [a] Ariſtotele, quibus ex nouiſſimis Gillius ſubſcribere videtur, cùm in ſaxoſis potius locis eam degere piſcatorum experimento conſtet, idemque teſtetur Oppianus, ijſdem quibus Iulides, Percæ & Turdi, locis agere canens. Authoritatem eius aliàs citauimus.

[a] *Lib. 8. cap. 13.*

Eſt enim poſtremus iſte verſus, periphraſis Phycidis, vt Plinium, nuperrimeque Saluianum E
[a] L. 32. c. 11. hallucinatos eſſe conſtet, illum, quòd hunc Ouidij locum [a] alibi citans, nidificationem eam Chromidi aſcripſerit, his verbis: *Chromin, qui nidificet in aquis*: hunc quòd Plinium oſcitationis arguens, Ouidium dicat non Chromin ſed Salpam nidulari ſub vndis. Cur verò nidum ſibi adiecerit ſub aqua, rationem reddidit [b] Plutarchus, inquiens: *Peculiariter Phycides alga velut nido conſtructa fœtum circumdant, ac contra tempeſtates tuentur*. Vnde eſt, quòd hominem domeſticæ rei ſtudioſum, huius piſciculi pictura ſignificarent, vt refert Pierius Valerianus. Caterùm ſoli Phycidi non conuenire hanc nidificationem, ex Rondeletio dictum eſt. *Piſces qui oua edunt, ſemel* teſte [c] Ariſtotele, *anno pariunt, præter Phycides puſillas, quæ bis* (inquit) *anno pariunt*. Quem locum non ita intelligere oportet, vt Phycides maiores aliter parere innuere voluerit, quando veræ Phycides omnes, vt paulò ante oſtendebamus, paruæ ſint, ſed nihil aliud voluit dicere, quàm Phycides, etſi puſilli piſces ſint, bis tamen anno parere. Si itaq; pariunt Phycides, cur eſt quod [d] Oppianus eunuchos vocet his verſibus:

—— Καὶ φυκίδες ἄας, ἀλιῆες Ἀνδρες ἐπωνυμίῃ θηλύφρονος ἠνδάξαντο,

id eſt, vt Lippius interpretatur:

*Phycides eunuchi vero de nomine dicta.* F

Saluianus cùm fœcundas eſſe non dubitaret, ac propterea locus iſte ipſi perobſcurus videretur, quatuor manuſcripta, eademq; veſtuſtiſſima Oppiani exemplaria Vaticanæ bibliothecæ conſuluit: primùmq; in eorum vno, in quo antiqui cuiuſdam Græci interpretis expoſitio extat, in eius loci explicatione, ita ſcriptum inuenit: *Hoc loco detrahit pœta cuidam eunucho, qui patrem ipſius ad regem detulerat, ob idq; in exilium miſſus fuerat*: in cæteris verò etiam tribus ſuper φυκίδες, gloſſematis loco λεπίναι habebatur: poſtremò in omnibus ἄασ' id eſt quaſque reperit & non ἄασα id eſt, quædam, vt nunc in impreſſis codicibus legitur: vnde vti hic Oppiani locus ſic ad verbum verti debet; Phycides quaſq; vel quas (nam in vno prædictorum exemplarium ſupra θ quod ἄας ſequitur, gloſſema erat παράλλαξις, id eſt, abundat) piſcatores, viri cognomine muliebris ſiue eunuchi, appellarunt: ita ſentium (inquit Saluianus) eſſe arbitror, quòd Phycides à piſcatoribus λεπίναι appellatur: quod quidem cognomen vir eunuchus eis impoſuit, & non quòd Phycides viri eunuchi cognomine, eunuchi appellentur. Vi-
*Cibus.* uit teſte [e] Ariſtotele luto, alga, muſco & eo quod caulion vocatur, & enaſcente materie, &
[e] *Li. 8. Hiſt. cap. 2.* quanquam cætera abſtineat carne, tamen ſquillas ſæpenumerò appetit. Ex Apollonidis tamen epigrammate diſcimus ex Amiæ piſcis carne eſca etiam capi. Caulion autem quòd ſit, G
*Caulion quid.* non ſatis conſtat. Mihi non diſplicet, vt ſit marini phyci ea ſpecies, quam recentiores nonnulli phycum ferulaceum & ramoſum vocant, vt καυλίον dicatur à καυλος, id eſt caule ſiue ramo. Gregalis eſt, gregatimq; natat, argumento quòd plures ſæpè ſimul capiantur.

[a] *Lib. 1.*

*Oppiani locus conſideratus.*

[b] *Lib. de ſolertia anim.*

*Partus.*

[c] *Li. 6. Hiſt. cap. 13.*

*An eunuchos vocauerit Oppianus.*

[d] *Lib. 1.*

# VSVS IN CIBIS, ET MEDICINA.

PHycis ab Antiphane & Archeſtrato nominatur inter alios lautiſſimos cibos, & in Cotyis Thracum regis conuiuij deſcriptione. Nunc verò teſte Iouio procerũ patinas rarò implet, quia ſit inſipidiſſimus piſcis, ſed is verum Phycidem non intelligit. Inſipidus tamen & hic exiſtit & vilis nunc vbiq; habetur, licet carne ſit tenerrima, minimeq; viroſa, vt Diphilus & Diocles apud Athenæum ſcribunt, & propterea vt Galenus affirmat, ſaluberrimum hominibus alimentum præbet, ita & [a] Fracaſtorius in morbo Gallico fluuiatilibus, paluſtribuſq; ac lacuſtribus piſcibus interdictis, ſaxatiles & qui aduerſis nituntur fluminibus concedi poſſe exiſtimat, dum canit: H.

*Phycis vilis eſt.*

[a] *Lib 2. de morbo Gall.*

*Quod ſequitur, victus ratio tibi maxima habenda eſt,*
*Nec ſit cura tibi, nevè obſeruantia maior.*
*Principio, quoſcunq; amnes, quoſcunq; paludes*
*Quoſq; lacus liquidi paſcunt, quoſq; æquora, piſces*
*Omne genus procul amoue. Sunt quos tamen vſus*
*Liberius, quum res cogit, concedere poſſis.*
*Omnibus his eſt alba caro, non dura, tenaxq;,*
*Quos petra & fluuiorum aduerſa mariſq; fatigant.*
*Tales nanq; pelago Phycides, rutilæque per undas*
*Aurata, Gobiiq, & amantes ſaxea Perca.*

*Apparatus.* Paratur vt Perca. Ius ipſius authore [b] Dioſcoride, modò per ſe, modò vini comitatu aluum mollit. Coqui debet ſimpliciter ex aqua, oleo addito & aneto.

[b] *Li. 2. c. 30.*

DE PERCA

A

# DE PERCA MARINA. Cap. IX.

## ORDINIS. RATIO. SYNONYMA. ETYMVM.

PErcæ marinæ Phycidem adeo aſſimilari dictum eſt præcedenti capite, vt pro eiſdem Romæ veneat: ijſdemq; fermè nominibus gaudeat: quocirca cùm ob hoc, tùm quod à Galeno inter verè ſaxatiles recenſeatur, & Phycidi annectatur, nos quoq; hoc loco de ea agemus. Pleriſq; Græcis Πέρκη dicitur, Dioſcoridi verò & Paulo Aeginetæ πέρκις: licet Plinius in piſcium catalogo pro diuerſis habuiſſe videatur, & vtriq; varia tribuerit, illam amni & mari communem, hanc mari peculiarem faciens. Apud Græcos enim veteres eiuſdem piſcis nomina eſſe, vel ex eo innoteſcit, quòd ſicuti Dioſcorides πέρκιδα, ita Ariſtoteles & Galenus πέρκλω inter verè ſaxatiles numerant. Apparet autem huic piſci id nominis impoſitum eſſe à colore, quem Græci πέρκον, nonnunquam & πέρκνον dicunt: quo modo apud Ariſtotel. accipitres quidam πέρκαι vocantur: quem colorem interpretantur docti nigrũ aut nigris maculis diſtinctum, qualem in hoc noſtro piſce & in illo Accipitrum genere videre licet: quo ſenſu Heſychius περκώματα exponit, τὰ ἐπὶ τῷ προσώπῳ ποικίλματα, id eſt maculas faciei. Apud Græcos noſtri temporis nomen hodieq; retinuit, vt Rondeletius teſtatur. Romæ Perchia dicitur, Gallis Perche de mer, id eſt Perca marina, ad differentiam alterius, qui in aquis dulcibus degit.

Πέρκη, & πέρκις non differunt.

*Etymum. Accipitres perci qui.*

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

C PErca non ſolùm reliquo corpore, ſed & capite vario eſt, vnde ἀιόλας dixit hos piſces Epicharmus apud Athenæum; vt interim taceam πέρκλω dici ab eadem varietate. Color ei viuax, à quo Matroni Parodo apud eundem ἀνθοσίχρως, quaſi florido prædita colore appellatur. Quia verò notam habet peculiarem, vel ſaltem cum pauciſſimis piſcibus communem, videlicet quòd lineis per tergus tranſuerſis conſpergatur, Ariſtoteli, citante eodem Athenæo γραμμαποικίλος, hoc eſt virgulis & lineis quibuſdam varia vocatur. Channæ quæ ſimiliter ποικιλόγραμμος dicitur, & Phycidi figura, magnitudine, ac fermè colore etiam ſimilis eſt. Ad multam magnitudinem non excreſcit: nunquam enim pedem ſuperat: vt inde ποικίδιον diminutiua forma fortaſſis Antiphanes dixiſſe videri poſſit. Quibus autem notis à Phycide diſtinguatur, in Phycide diximus, quibus item à Channa, in huius hiſtoria dicemus. Iouius dum Athenæi authoritate ſcribit, ſpinis coronatam eſſe Percam, inſigniq; varietate conſpicuam, ſummoperè decipitur. Hic enim de Phycide, non de Perca id ſcribit: eſt tamen varia etiam (vt diximus) Perca, & non minus quàm Phycis ſpinis vallatur. Duo eius genera, marinum vnum, quo de hîc agimus, fluuiatile alterum, de quo ſuo pòſt loco. Differunt non ſolùm corpore, ſed & pinnis. Marina enim vnam duntaxat, eandemque continuam in tergore habet: fluuiatilis verò binas: marina item ex colore veluti ſanguineo nigricat; cùm ferè cineraceo colore ſit fluuiatilis: nunquam deniq; ad eam, ad quam fluuiatilis magnitudinem excreſcit. Breuiter eam ſic delineauit Saluianus. Prominenti, acutiſſimoq; roſtro eſt, ore mediocri, dẽtibus exiguis, ſerratis, quales Mneſimachum ei attribuiſſe credendum eſt, cùm τῶν καρχαράων Percam eſſe ſcripſerit, hoc eſt, è numero piſcium, qui ſerratos dẽtes habent: capite tenui, branchijs vt [a] Philoſophus voluit, vtrimq; quaternis & duplicibus, nouiſſima excepta: pinnis iuxta eas binis, & totidem ſub ventre alijs: vna item longiuſcula tenuibus armata aculeis in dorſo; nec non alia parua à podice in imo ventre. Tergus & venter cùm æquè promineant, totus piſcis figura ouata efficitur. Cauda in vnam & latam pinnam degenerat. Squamis tergitur paruis: venter liuet, latera purpurant, tergus ex flauo nigricat, paucis quibuſdam ac rufis maculis nonnullas partes eius & maximè dorſi, ventris & caudæ pinnas pinguentibus. Eandem quidem Bellonium & Rondeletium depingere non dubito, licet haud ſimiliter pingant. Bellon. & Salu. pinnam dorſi totã exprimunt aculeis horridam. Rondeletius prope caudam abſque aculeis. In pinnæ, quæ ab ano eſt, principio Saluianus duos præpoſuit aculeos, quibus Bellon. & Rond. icones carẽt, neq; ille etiam in deſcriptione meminit,

*Color.*

*Vt à Phycide differat, & vt a Channa.*

*Perca duo genera.*

[a] *Li. 2. Hiſt. cap. 13.*

Perca Rondelet.



meminit, nec in meis Percas eos videre eſt: vnum verò habet icon hîc propterea etiã addita, Genero olim Venetijs cùm alijs miſſa, qui tamen & ipſe, cùm vt alias, tum propter maculas tranſuerſas, fuſcas, punctis nigrioribus notatas, vt pictura præ ſe ferat, interuallis rubicundis; item ex colore ad latera ex ruſſo ſubflauo Percam- E

marinam eſſe iudicaret, aculeum eum ipſi conuenire negat. Noſtrarum Percarum prior nu- F

*Percarum authoris deſcriptio.*

mero pinnarum, corporiſq; figura cum Saluiani Perca conuenit: colore non item. Caput, pinnæ, cauda ex rubro flauescunt, ſeu potius aureo perfunduntur. Oculi parui ſunt, quorum nigram pupillam aureus ambit circulus. Pinnarum tergoris nerui argẽteo colore, reliquarum & caudæ aureo. Supremum dorſum fere ferrugineum, deinceps flauescit, mox per latera & ventrem albicat quidem, cæterùm maculæ quas icon oſtendit, amethiſtinæ albedinem operiunt. Os intus album, labra rubicunda, mentum album. Lineæ tranſuerſales quæ a dorſo per latera deſcendunt adinſtar labentis ex alto aquæ, argento emicant. Os quidem (vti & ſubſequenis) edentulum pictor expreſſit, verùm dentatum ne ſit an non, haud ſatis memini. Altera cognomẽto maioris miſſa, roſtro intus & extra rubet, in ambitu flauescit. Toto tergore color rutus: idemq; color, ſed remiſſior in tranſuerſalibus lineis. Latera & venter albicant: ſquamarum extremitates rubent. Dorſi pinna tota, & cauda ferè in extremo crocea: qua enim vropygio hæret, dorſo concolor eſt. Pinnæ pectoris rubent: quæ ab ano eſt, candicat: quæ ad branchias variæ, partim nempe albæ, flauæ ſeu croceæ & rufæ. Branchiarum opercula flaua, latis, vermiculatiſq; lineis cineritijs conſperſis fugillantur. Linea a branchijs

*Perca altera.*

ad caudam vſq; excurrens & corpus ceu per medium diſtecans, exilis, nigra. Tertia inſigniter G dentata eſt. Pinnæ & cauda nigricant. Tergus & caput ex cinereo flauescunt. Latera ferè cærulea, venter ad amethestinum inclinat. Lineæ laterales obſcurè rufeſcunt: quæ verò recta à branchijs ad caudam feruntur, in dorſo rufæ ſunt, reliquæ viridES. Nigram oculorum iridem circulus ambit ruber.

*Perca tertia.*

## LOCVS.

OVidius Percam mari gaudentibus accenſet, ſed pelagijſné an litoralibus, an ſaxatilibus dubitari poteſt. Saxatilem autem eſſe ex Galeno, Plinio & Diocle clarum eſt. Degit autem circa ſaxa muſcoſa atque algoſa, vt Oppianus teſtatur, cuius verſus aliàs citauimus. Albertus cùm ad litora Oceani Germanici ſcribit reperiri, non ita eſt intelligendus, vt in quouis litore reperiri voluerit innuere, ſed aſpero tantùm ſaxis & petroſis promontorijs, vt alios omnes, qui propriè ſaxatiles dicuntur. Sic & Iouius, inquiens: Percas pelagias Romæ rarò videri, pelagias ſimpliciter pro marinis dixit. H

## NATVRA. MORES.

PIſcis gregalis eſt, carniuorus, & helluo. In piſcitia & cancellos graſſatur. More cæterorum ſaxatilium tam mas quàm fœmina conditur, quo tempore & fœtificat, vt [a] Ariſtoteles tradit, & Plinius quoq; Percam in ijs habet, qui per hyemen latent. Marſilius Ficinus laudari ſcribit piſces celerrimi curſus, eiuſmodique eſſe Lupum & Percam, ſed quo authore non video. Cur verò ſocium ſibi aſſumat Melanurum, mox inter prouerbia explicabitur.

[a] *Li. 8. Hiſt. cap. 15.*
[b] *Lib. de rat. victus ſalubris.*

PRO-

## Perca marina authoris prima.



Perca

Perca marina altera.



Digitized by Google



Perca marina Geſneri.



# PROVERBIA.

*Lib.7.

*Melanuri, & Perca amicitia.*

ATHenæus ſe vulgatum in ore hominum adagium eſſe ſcribit, ἕπεται πέρκη μελανύρῳ, hoc eſt *ſequitur Perca melanurum.* Sed in quem vſum ſoleat vſurpari, non addit. Conijcit author adagiorum dici de improborum ſocietate, quaſi nimirum Percarum & Melanuri innata quædam ſit affinitas: quod idem Athenæus duobus in locis non obſcurè indicare videtur, ſemel non longè à præcitato loco, πέρκαισι, inquiens, καθηγεῖται μελάνυρον, hoc eſt, ***Perſis ducem eſſe Melanurum***, iterum in obſcuro quodam gripho, vbi hæc Euboli verba refert.

Βυλομένῳ

A Βυλόμενῳ ἕπεται πέρκη μελανουρος, id eſt, *volentem ſequitur Perca Melanurum.* Familiaritatem autem & cognationem quãdam naturæ his piſcibus inuicem intercedere nihil mirum, cùm ſit vterque ſaxatilis, & ijſdem ferè locis degere ſoleat. Quoniam itaq; vtriq; à nigro colore nomen inditum eſt, nigrum verò infauſti vel improbi ſignum ferè habetur, improborum hominum familiaritatem, vel vitium aliquod alterum natura ſubſequens, vt ebrietatem, libidinem, vel contumeliam, ſignificare licere. Manutio verò & Rondeletio adagium videtur quadrare in prudentes homines & callidos, qui alieno periculo ſuis rebus cauent, aut ex vnius patrocinio & ſententia toti pendent, vnum obſeruant: natumq; ex ingenio vtriuſq; piſcis. Idem Manutius haud rectè de improborum ſocietate dici poſſe iudicat, quoniam ex Numenij verbis Melanurum præuium Percarum agmini ducem ſe præbere, eaſq; vt tutiores ſint, comitari illum, (inquit) liqueat, ſed Numenius quidem Percarum ducem facit Melanurum, ſed quod à periculis ſecuras tutaſvè reddat, non addit. In eo verò ſummoperè lapſus eſt adagiorum author, quòd Melanurum ſepiam rediderit, citans neſcio ex quo hoc hemiſtichium, *Comitem ſibi ducit Sepia Percam.* Sepia enim toto genere Melanuro differt. Ἀντὶ πέρκης σκορπίον, id eſt, pro Perca Scorpium. Adagium accommodandum (vt idem adagiorum author ait, ex Suida, vt apparet,) vbi quis optima captans, peſſima capit: nam Perca (inquit) piſcis eſt vel maximè laudatus: Scorpius lethalis eſt, quanquam eſt & piſcis huius nominis contempti ſaporis, de quo magis ſentire videtur adagium. Cæterùm eſt quidem Scorpius piſcis duræ carnis, haud tamen aſpernendus, ſiquidem à Galeno, vt patebit, in ſaxatilium penuria ſubſtituitur, quare non a carne, ſed ab ictu eius qui lethalis eſt, adagium ortum fuerit,

*Niger color infauſtus.*

*Adagiorum authoris lapſus.*

*Pro Perca Scorpium.*

B

# VSVS IN CIBIS.

DIocles medicus in libro de ſalubribus, Percam & Phycidem (vt Athenæo placet) inter ſaxatiles qui teneriores habent carnes, minimè viroſas, & corruptu faciles, multùm commendat, Diphili item ſententia Channis (Chamis legunt quidam) tenerior exiſtit; Channas autem carne tenera & friabili eſſe mox patebit. Vt itaq; ſalubritatis laude reſplendet, ita propterea ſaporis gratia valere nolim tibi lector perſuadeas, cùm communi omnium conſilio inſuauis potiùs habeatur. Aegrotantibus in albo iure; ſanis aſſatam aut in ſartagine frixam Saluianus conuenire tradit: Rondeletius optimam reddi ſi farinâ conſperſa in ſartagine frigatur, vel in craticula aſſetur, elixam verò totam diffluere: ita & quidam apud Athenæum, ad ſartaginem emi (inquit) Gobium, Percam, Sparum &c. Ius in Percam deſcribitur ab [a] Apicio ſapidum. *Piper, Liguſticum, cuminum frictum, cepam, pruna Damaſcena enucleata, vinum, muſſum, acetum, oleum, & defrutum coques.*

*Salubris eſt ſed inſuauis. Apparatus.*

[a] *Li. 10. c. 6.*

C

# VSVS IN MEDICINA.

FIt quoq; authore Dioſcoride ex Perca ius priuatim ad alui ſubductionem, ſiue per ſe, ſiue cum vino: Coquitur autem ſimpliciter in aqua addito oleo & aneto. [a] Plinius *cinerem è capite Percæ ſalſæ, addito melle, verendarum puſtulas diſcutere* tradit; & [b] alibi *eundem cinerem admixto ſale, cunila & oleo vulua mederi, & ſuffitione ſecundas extrahere.* & mox, *coercere carcinomata Percarum ſalſarum capita efficaciùs, ſi cineri earum miſceatur ſal & cunilæ capitata, oleoq; ſubigantur.*

[a] *Li. 32. c. 9.*
[b] *Ibid. c. 10.*

D

# HISTORICA.

VT Perca ſacrificulo cuidam parca fuerit, breuem hanc apud recentiorem quendam reperio hiſtoriolam. Quidam ſacrificulus piſcandi & natandi peritiſſimus, cùm manu in quodam profundo gurgite Percam cepiſſet, oriq; mordicùs inſeruiſſet, vt ad ſodales enataret: Perca in gulam illapſa, miſerum ſacrificulum in manibus ſodalium, nihil non tentantium, examinauit.

*Sacrificulus à Perca ſuffocatus.*



Digitized by Google

E

# DE CANNE. Cap. X.

## ORDINIS RATIO. SYNONYMA. ETYMVM.

CHannem, Phycidem & Percam Speuſippus apud Athenæum ſimiles faciens, nobis anſam præbuit, vt & ipſi horum piſciũ hiſtorias ſimul coniungeremus, quamuis [a] Ariſtoteles, quem aliàs vbiq; ſequimur, Channam pelagiam faciat; ſecus enim ſeſe rem habere mox apparebit. Cæterùm monendus eſt lector, Maſſilienſibus, vt notauit Rondeletius, Channem vocari piſcem a veterum Channe diuerſum licet ſimilem; item alium eſſe qui à Martegue vulgò vocati ſtagni accolis Cannadella ſimiliter appellatur. Græcè χάννη ſi fœmina, ſi mas χάννος recte dicitur, etſi in quibuſdam Ariſtotelis codicibus χάννη & χαύνος legatur, & alicubi etiam χάνη. Deprauatos enim hoſce codices eſſe, non ſolùm ex manuſcriptis Vaticanæ bibliothecæ, quos Saluianus conſuluit, cõſtat, verùm etiam nominis id indicat ſignificatio: Sic enim Euſtathius à verbo χάινειν fit χλιὼ & χανδὸν & χανὸς piſcis, liquida Aolicè duplicata, vt ſciunt etymologi. Hoc & Gaza animaduertit, qui Hiatulam conuertit, nimirum ab hiando; ſed cùm & pro Chama hiatulam reddiderit, præſtiterit Græca vti nomenclatura (quod & Plinium & Ouidium feciſſe videmus,) ne res diuerſiſſimę confundantur. Apud [b] Athenæum Diphilus χάινας pro his piſcibus dicit, quo loco in manuſcripto eiuſdem bibliothecæ Athenæo χάιναι, eodem Saluiano teſtante legitur. χάινα verò cum alpha in fine alias neſcio quàm bene dicitur. Interpres [c] Galeni qui χαμλιὼ hiatulam reddidit, non eſt arguendus, vt arbitratur Saluianus, ſed ille qui eiuſdem authoris libris annotationes aliquas in margine aſperſit, qui Channas concharum genus eſſe annotauit, nominis, vt opinor, ſimilitudine falſus. Ab hiando autem nomen ei inditum, non quòd moriens tantùm hiet, vti Bellonius credidit, ſed quia mandibulas ita ferè conſtitutas habeat, vt perpetuò hiare videatur, vt Saluiano quoque & Rondeletio placet, qui hanc ob cauſam ab Epicharmo μεγαλοχάμμονας, id eſt multùm hiantes, dictas fuiſſe conijcit. Apud Venetos, & noſtri temporis Græcos vetus nomen, teſte Gillio retinet, Bellonius verò in opere quidem de aquatilibus nunc Græcorum vulgo Channo, ſed in ſingularibus obſeruationibus in Lemno inſula Cano vocari ait, Genuenſibuſq; Boloſſos: contrà Saluianus his Serranas dici teſtatur: quo nomine & apud Hiſpanos, Maſſilienſes & Prouinciales audit. Incolæ portus Veneris Barquetas dicunt, vt Bellonius notauit, ruſtici apud Neapolitanos Orcannas, vt Niphus.

[a] *Li. 8 Hiſt. cap. 13.*

*Aequiuocatio.*

*Hiatula.*

[b] *Lib. 8.*

[c] *Lib 7.*

*Etymum.*

*Aliarũ gentiũ nomina.*

F

G

## FORMA. DESCRIPTIO.

CHanne cùm à Speuſippo Percæ & Phycidi aſſimiletur: Phycis autem & Perca piſces ſint colorum varietate inſignes, figuraq; inuicem ſimiles, idem quoq; de Channe ſtatuendum fuerit, & Speuſippum præter colores, de figura quoq; intellexiſſe: quod & Rondeletium, Saluianum item & Bellonium credidiſſe mihi videtur: Ille enim varium, hic Percæ ſimillimum piſcem exhibet, Bellonius verò propter ſimilitudinem ſummam, Channam pingere dedignatus eſt. Alioqui de Channæ figura apud veteres nihil inuenio. Ob colorum verò quæ in ea elucet, varietatem, Ariſtoteles citante Athenæo ποικιλίρυθρον μέλαιναν appellauit, & ποικιλόγραμμον, quòd partim rubro, partim ruſo, ſiue rubente colore varia ſit. Tantam autem Channæ cum Perca marina ſimilitudinem eſſe Bellonius tradit, vt piſces penè eoſdem eſſe credas, ideoq; pro eiſdem publicè vendi ſoleat: differre tamen, quòd maior ſit Perca, & lineis latis, tranſuerſis ruſo nigricantibus tergora diſtincta habeat, Channe verò promiſcuè tranſuerſas & rectas lineas ferat. Saluianus quoq; Channen diligentiſſimè deſcribens, quomodo à Perca & Phycide diſcerni queat, docet his verbis: Channe vti roſtri acuitate, pinnarum ſitu, numero & figura; oculis, branchijs, cauda atq; picturato corpore, æquè vtriſq; ſimilis eſt; mediocritate verò oris, paruitate dentium, tenuitate capitis, exiguitate ſquamarum, atq; ouata totius corporis figura Percæ ſimiliter: Ita inferiore maxilla, branchiarum aculeis, atq; colorum varietate, ab vtriſque manifeſtiſſimè differt. Maxilla enim inferior, præter Percæ & Phycidis morem, non ſolùm rubet, ſed ſuperiore etiam prominentior eſt: quò fit vt Channe perpetuò hiare videatur; vnde forſan & nomen ei inditum

H

*Vt à Perca differat.*

*Cur hiare videatur.*

A Channe Saluiani.



B

C

ditum fuit. In poſteriore præterea branchiarum operculi parte, duo ſunt aculei albi & acutiſſimi; etſi non ſatis magni, quibus prorſus Phycis & Perca carent. Poſtremò differunt & pictura. Tergus enim Channæ ex rubro minus quàm illarum nigricat: venter & latera violacea quadã albedine notata ſunt; Pinna dorſi flauet, quæ verò in imo ventre eſt & cauda, rufis quibuſdam maculis inſigniuntur: Ab ore per branchiarum opercula atque latera, rubræ quædam lineæ, neque æqualis latitudinis, neq; æquis diſtinctæ interuallis vſque ferè ad caudam deducuntur. Hactenus Saluianus. Eundem piſcem pro Channe Gillium agnouiſſe conijcio: Channe (inquit) ſpinas in dorſo robuſtas & acutas habet. Eius labrum inferius & rubet & eminet. Exiguis eſt dentibus & acutis, itemque aculeatis branchijs: Verùm eundemné Rondeletius pingat, dubito. Huius enim Channæ figura caudam oſtendit lunatam: atq; ipſe aculeorum quas in branchijs eſſe ex Saluiano & Gillio diximus, in deſcriptione non meminit. Lupum (inquit) corporis habitu refert, & oris ſciſſura. Maxillam inferiorem ſuperiore prominentiorem habet: ob quam cauſam ore ferè ſemper eſt aperto. Dentes acutos, oculos paruos. Pinnis, cauda, aculeis, branchijs, interniſq; partibus cæteris ſaxatilibus eſt ſimilis, ſed ventriculo eſt maiore & laxiore. Colore eſt vario: dorſum ex rubro nigreſcit: lineæ à capite ad caudam ductæ rufæ ſunt. Cauda maculis rufis notata, item prima à podice ad caudam. Pinna dorſi rufa eſt. Channen genuinam eſſe ex eo affirmat, quòd in plurimis diſſectis vuluas ſemper obſeruauerit, quod de Channe Ariſtoteles prodidit. Addit Saluianus non ſolùm amplum Channæ ventriculum eſſe, ſed talia eſſe inteſtina. Hepar item ſubalbidum habere, lienem ſubrubrum. Gerit deniq; & calculos in capite, vt Bellonius teſtatur.

*Chãna Rondeletij.*

*Partes internæ.*

D

# LOCVS.

PElagijs accenſetur ab Ouidio & [a] Ariſtotele, quibus ex nouiſſimis Gillius ſubſcribere videtur, cùm in ſaxoſis potius locis eam degere piſcatorum experimento conſtet, idemque teſtetur Oppianus, ijſdem quibus Iulides, Percæ & Turdi, locis agere canens. Authoritatem eius aliàs citauimus.

[a] *Lib. 8. cap. 13.*

# NATVRA. MORES.

[a] *L.8.H.c.2*

CHanna ſolummodo carne veſcitur, vt [a] Ariſtoteles teſtatur, inquiens: *Aly enim carnivori tantùm ſunt, vt cartilaginei, vt Congri, Channa, Thunni, Murænæ, Lupi, Dentices, Amiæ, Cernuæ.* Quod verò paulò infrà ait, *Dentici & Channa plerunq; euenire, vt cùm piſces minores inſequuntur, venter procidat, propterea quòd piſcium venter iuxta os poſitum eſt, nec gula ſit beſt:* explicatione eget. Dicimus itaq; ſi carere gula; & propterea ori propinquum ventriculum habere, in cauſa eſſet, vt ventriculus procideret, id piſcibus ferè omnibus accideret, quando eodem [b] Ariſtotele authore, *gula paucis piſcibus ineſt, vt Congro & Anguillæ, iisque exigua.* quamobrem non ſolùm ventriculi cum ore vicinitas, ipſius ventriculi procidentiæ, ſufficiens cauſa eſt, ſed ſi vna cum huiuſmodi vicinitate, maxima cibi appetentia concurrat: vt idem ipſe Ariſtoteles ibidem explicatiùs docuerat his verbis: *Piſces enim magna ex parte gula carent, vt dictum eſt, vt qui annexum ſtatim ori ventriculum habeant: quocirca ſæpius euenit grandibus nonnullis, vt dum per impetum inſectantur minores, ventriculus in os procidat:* Vbi non ſolùm præter ventriculi cum ore vicinitatem, illã etiam impetuoſam ſectationem (quæ aliundè non prouenit, quàm à maxima cibi auiditate) ventriculi procidentiæ cauſam ſtatuit: ſed in os etiam procidere explicat: Vnde etſi loco ſuprà citato ventriculum ſibi procidere dixerit, neutiquam illum extra os etiam procidere ſolere credendum eſt. In eadem ſententia eſt [c] Galenus, Ariſtotelis verba aſcribens, ſed longè diffuſiùs quàm nunc in noſtris exemplaribus leguntur. *Ergò ex iam dictis* (inquit Galenus) *patet, internam gulæ & ventriculi tunicam: cui recta ſunt fibræ, quæ ab ore in ſe attrahat, eſſe conſtitutam, eoq; in deglutiendo operam ſuam nauantem. Clariſſimè ſubſcribit ijs quæ dicimus, & quod in Channis & quod in ijs qui Græcè σκύροδοντες appellantur, accidit, vt quorum ventriculus interim in ore inueniatur, veluti Ariſtoteles in libris de Animalium hiſtorijs prodidit, reddita etiam cauſa, præguloſitate id inquiens illis contingere. Ita enim ſcribit: In vehementiore appetentia, ventriculus omnibus animalibus ſurſum procurrit, adeo vt nonnulli cùm primùm incipere manifeſtè eum affectam ſentiunt, foras repere ſibi ventrem dicant: alij verò cibos quos adhuc mandunt, nec dum ſatis eos confecerunt, eripi planè inuitis. Ergò in ijs animalibus quæ natura ſunt guloſa, quibuſq; oris laxitas eſt multa, ac ventris ſitus propinquus, (veluti in Synodonte ac Channa cernitur) nihil mirum eſt, cùm in admodum vehementi eſurie, minorum piſcium aliquem proſequuntur, ac iam in eo propè ſunt vt comprehendant, ſi auiditate perurgente venter eorum in os ſurſum rapitur. Fieri autem id aliter prorſus nequit, niſi venter cibos per gulam, veluti per manum ad ſe trahat; ſicuti & nos præſtudio aliquando nos toto cum manu extendimus, quò promptiùs corpus quod petimus, apprehendamus: ita & ventriculus cum gula, veluti cum manu vnà extenditur. Proindè in quibus animalibus hæc tria ſimul incidunt, vehemens nutrimenti auiditas, gula parua & oris laxitas ampla, in his paulum extenſionis momentum, totum ventriculum ſurſum in os agit.* Hucuſq; Galenus ex Ariſtotele cauſam, quam quærebamus, reddens, cur ſcilicet Channis, & Synodonti ventriculus in os excidat.

*Ariſto locus explicatus.*

[b] *Lib.2 Hi. cap.17.*

*Piſcium ventriculus cur procidat.*

[c] *Li.3 de facult. natur.*

# SEXVS. PARTVS.

[a] *Li.4.Hiſt. cap.11.*

[b] *Lib.6.Hi. cap.13.*

[c] *Lib.9.c.16*

[d] *Li.9.c.52.*

[c] *Li.9.c.16.*

INTeſtaceis atq; ſtirpibus (inquit idem [a] Ariſtoteles) *quod pariat & generet eſt: quod autem maris ſungatur officio, deeſt: Sic etiam inter piſces genus Paſſerum eſt & Rubellionum & Hiatularũ.* (Channarum.) *Ova enim in ijs omnibus reperiuntur.* Et [b] alicubi in eadem ſententia. *De coitu piſcium ſatis dictum iam eſt: Sexu autem eos quoq; diſtingui apertum eſt. Pars enim piſcium maxima conſummatur mare & fœmina: de Rubellione & Hiatula* (Channa) *ambigitur: omnes enim grauida capiuntur.* Item [c] rurſus: *Nunc verò partim conceptacula habent ſeminis genitalis, partim vuluas, atque in omnibus (excepto Rubro & Hiatula) hoc diſcrimen eſt, vt aut conceptacula ſemini prolifici habeant, aut vuluas.* Ex quibus Philoſophi locis conſtat, apud [d] Plinium vbi habet: *Erythrini & Channa vulnas habere traduntur*, deſiderari, *omnes*: nam cùm omnes vniuſcuiuſq; piſcium generis fœminæ vuluas habeant, ſi ipſe, vt nunc legitur, ſcripſiſſet, nihil planè notatu dignum protuliſſet: Quod ſi verò legamus, *Omnes Erythrini & Channa vulnas habere traduntur*; non ſolùm aliquid animaduerſione dignum edocebit; ſed quod & Ariſtoteli, ex quo id mutuo accepit, & ſibi ipſi congruat: nam & [c] ante ſcripſerat: *In quodam genere non ſunt mares, ſicut in Erythrinis & Channis: Omnes enim ouis grauidæ capiuntur.* Atque hinc eſt quod Ouidio appelletur —— *Ex ſe Concipiens Channe, gemino, fraudata parente.*

Iam

Google

A Iam verò rem ita ſe habere Rondeletius in ſua Channa,ex plurimarum ſectione didicit: returque inuſitatum hunc conceptum plurimæ horum piſcium fœcunditati aſcribendum eſſe, [f] Ariſtotelis authoritate fretus qui ſimile quid de Perdicibus,& Phoxinis piſcibus ſcribit. *Formantur* (inquit) *ona per coitum in ijs,qui Venere vtuntur: ſunt & ſine coitu. Oſtendunt id fluuiatilium quidam: nam ſtatim atque nati ſunt, propè dixerim, & parui adhuc Phoxini ona habent. Iam verò perdices non ſolùm Cypenemia ona, ſed etiam fœcunda concipere aiunt ſi quo tempore gliſcunt, & ad Venerem incitantur, aduerſe maribus ſteterint, vento inde flante. Et equas quaſdas in Luſitania ſine coitu parere ſunt, qui affirment.* Quæ naturali, & inſigni animalium iſtorum fœcunditati tribuere oportet, inquit Rondeletius, nam ſunt & mulieres tam fœcundæ natura, vt primo ſtatim concubitu concipiant; vnde prouerbium, τίκτει κόρη, ὅταν κακῶς ἀνδρὶ πιρείᾳ, id eſt, *Parit puella, etſi malè adſit viro.* Ex quibus efficitur vt minus mirum videri debeat in mari, in quo fœcundiſſima ſunt animalia, Erythrinos & Channas ex ſe concipere, & ſine mare oua parere, quæ poſtea mare diuina & procreatrice ſua vi perficit, maſculique vicem gerit. Caterùm dicet fortaſſis aliquis Erythrinos & Channas vtroq; ſexu præditos eſſe, quod de Leporibus terreſtribus quidam tradunt quodq; in quibuſdam etiam piſcibus obſeruari aiunt, vt in Mugilibus, in quibus modò oua, modò lac videri ferunt, (ſemen autem

B lac vocant) idque ſibi affirmaſſe ait Rondeletius peritiſſimum & in piſcandi arte exercitatiſſimum quendam virum ſenem. Hanc autem ſententiam improbat, quandoquidem refragatur Ariſtoteli, qui oua ſemper in ijs reperiri affirmat. Si itaq; ſexu non diſtinguuntur, quomodo Channas libidinoſos piſces Aelianus dicere potuerit, haud percipio.

*Cur ex ſe pariat.*

[f] *L. 6. Hiſt. cap. 13.*

*Phoxini ex ſe generant.*

*Maris fœcunditas.*

# CAPIENDI RATIO.

PIſcem iſtum, inquit Bellonius, irretitum non capiunt, ſed calamo fallunt & hamo, & maximè ſi carcinis pro eſca vtantur, eos enim appetunt auidiſſimè; ſicuti rurſus Channis gaudet Phagrus, vt canit Oppianus:

— *Phagrus Channi ſeducitur eſca.*

# C VSVS IN CIBIS

TEnera carne eſt, duriori tamen quàm Perca, vt Diphilus [a] apud Athenæum teſtatur: Eſt itaque ſatis boni ſucci, haudque concoctu difficilis: cæterùm inſipida, & propterea nullibi non vilis cenſetur teſte Saluiano. Paratur vt Perca & alij ſaxatiles. Xenocrates ſartagine coctam ori gratam eſſe ait, ſed ſtomacho noxiam.

[a] *Lib. 8.*

*Apparatus.*

# DE CANADELLA, SEV POTIVS CHANNADELLA. Cap. XI.

D MOnuimus præcedente capite, alium eſſe piſcem Channæ ſimilem, ideoq; Maſſilienſibus ſimiliter Channam nuncupari; item alium qui Martegue ſtagni accolis Canadella vocatur, & Rondeletium reri id fieri propter ſimilitudinem, ideoque cum Channis genuinis confundi. Quamobrem antequàm è manibus elabatur, de Canadella agere oportuit. Huius nobis hiſtoriam tradidit Bellonius, hac appoſita piſcis icone. Liguſtico mari (inquit) cognitiſſima Canadella, elegantem ac varium habet colorem, bona tamen ex parte purpureum, neq; vnquam ad eam magnitudinem extuberat, ad quam alij piſces ſaxatiles. Sachetum Veneti vocant, qui dum viuus capitur, ſpinoſum quiddam è branchijs vibrat, quo manus contrectantium ferit. Labijs eſt magnis vt Cinædus, ſed dentibus ab hoc & à Phycide longè diſſimilibus; quorum cùm anteriores acutos, & ferè caninos habeat, poſteriores tamen obtuſos oſtendit. Pinnam dorſi continuam, & (vt in Scorpione marino) crenatam: reliquas branchiarum pinnas vtrinq; luteas; qui color etſi vt in alijs ſaxatilibus, vt plurimùm

*Deſcriptio.*

*Sachetus.*

Digitized by Google

mùm euariet, eadem tamen corporis moles, eadem forma huic permanet. Squamas habet lituris viridibus, cinereis, rubris & interdum caſtanei coloris variegatas, atque extremam branchiam (quæ illi oſſea eſt) crenatam, vt Lupus. Roſtro eſt acutiore quàm Lambena, optimumq; vt reliqui piſces ſaxatilles, alimentum præbet. E

Canadella vulgo Geſner.



F

# DE HEPATO. Cap. XII.

## ORDINIS RATIO.

## SYNONYMA.

*Sachetus.*

VIgus Venetorum hunc piſcem Bellonio Hepatum veterum putatum, indifferenter cum Canadella Sachettum appellat, ob ſimilitudinem; quæ tanta eſt, vt ipſe Hepatum non pinxerit, ſolius Canadellę icone contentus: quamobrem non incongruè, cùm de illius, tùm de Rondeletij Hepato agetur, maximè cùm vtriuſq; piſcis ſquamoſus ſit, & ſaxatilis. Græcis Ἧπατος aut Λεβίας appellatur, quanquam apud Athenæum λεβιὰς ſcribatur, librariorum incuria. Λέβια verò Heſychio & Varrino præterea ſunt piſces lacuſtres. Apparet autem Lebianos piſces intelligere, quorum mentio fit apud [a] Athenæum his verbis: *Euthydemus libro de ſalſamentis ait: Delcanum piſcem vocatum à Delcone fluuio* (Caſaubonus magis probat, à Delco lacu, quem Heſychius piſcoſum vocat) *in quo capitur, ſale inueteratum gratiſſimum eſſe ventriculo. Dorioni libro de piſcibus λεπτὸν λεβιανὸν ὀνομάζων, & quorundam ſententia eundem eſſe ait cum Delcano.* Sed Caſaubonus λεβιὰν legit, & temerè poſteriores duas literas addi putat; quoniam Lebiæ piſcis alibi mentio, Lebiani nuſquam. Lebiam dictum fuiſſe & Leptinum ſcriptũ alibi non eſt: ſed quamuis Hepatum & Lebian eiuſdem piſcis diuerſa nomina inueniri non ignorem, hic tamen quomodo Caſaubono conſentire queã, non video. Nam Dorion Delcano Lebianum eundem putat, Delcanus autem fluuiatilis eſt, Lebias ſiue Hepatus marinus tantùm. Hunc autem quo de nunc agimus, Bellonius λεβίαν vocari ait à colore rutilo & ſuboſcuro: Hepatũ verò a colore & magnitudine hepatis. Hermolaus modò Iecur marinum, modò Hepatum appellat, & Hepar pro piſce legitur apud Plinium in piſcium catalogo; ſicq; hunc piſcem Kiranidæ interpres vertit. Theodorus verbum è verbo reddens Iecorinum interpretatus eſt, Galeni interpres ſimiliter Iecorarium. Rondeletius & Bellonius Græcum nomen retinent, quod probamus. H

[a] *Lib. 3. Lebias eiuſque etymũ.*

*Iecur piſcis. Iecorinus. Iecorarius.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

APud Athenæum Ariſtoteles, Speuſippus item in ſecundo ſimilium, & Dorion, Phagrum, Erythrinum & Hepatum, ſimiles eſſe profitentur. Alicubi rurſus Athenæus tres hoſce piſces ſimiles eſſe tradit, Phagros verò breuiores eſſe roſtro. Alicubi Hepatum ſcribit ſine felle eſſe, vt mox patebit, & nigram in cauda maculam habere: cuius in ſuo Hepato

Bellonius

Digitized by Goo

A Bellonius non meminit, quod tamen in ſuo facit Rondeletius. Nos vtriuſq; & eiconem & deſcriptionem damus. Hepatus, inquit Bellonius & Canadella ſuo colore (qui paulò magis in Hepato fuſcus eſt) inter ſe differunt. Eius dentes obtuſiores ſunt, quàm Phycidis & pectinatim coëunt, vt in Cinædo: ſquamis integitur aſperis, colore cum Phagro aut Erythrino ſimili: Calculos in capite gerit, vt ſaxatiles omnes. Hæc ille ſine icone, quam nos ex Geſnero (capite de Turdis) excerpſimus, quandoquidem Bellonius hunc piſcem ſuis coloribus expreſſum apud eum cùm vidiſſet, Hepatum ſuum affirmaret. Ipſe verò Geſnerus cùm in Bellonij ſcriptis (antequam cum eo colloqueretur) legiſſet, Venetijs Sacheti nomine tum Hepatum, tum Chãnadellam appellari, & Hepatum magis fuſcum eſſe, alium ab eo piſcem, cuius hîc quoq; damus ex eo eiconem, Sacheti nomine Venetijs ſibi miſſum, quia ſubfuſcus appareret, Hepatum Bellonij eſſe ſuſpicabatur, quam ipſe poſtea ſuſpicionem in eo conuentu excuſſit. Colores (inquit Geſnerus) varios oſtẽdit, pinna ad branchias & cauda flaueſcit, ſed cauda innumeris etiam maculis ruſſis diſtinguitur. Pinnæ binæ in ventre Indici coloris ſunt: illa quæ podicem ſequitur, primùm Indica, deinde flaua, in extremo rubicunda &c. Idem Geſnerus deſcribit nobis Hepatum Bellonij his verbis: Piſcis eſt vndequaq; fermè rubicundus, magis quidẽ circa dorſum, circa ventrem albicat. Dorſum dimidia ſui poſteriore parte tribus maculis atris deinceps notatur, ita vt macula vltima caudã attingat. Oculorum pupillam nigram circulus ruber ambit, iſque rurſus includitur cæruleo, vt pictura præſefert. Reliqua ex Hepato Bellonij pete. An verò Turdorũ generis ſit, non habeo quod affirmẽ. Rondeletij tantùm Turdo vndecimo ſimilem aut cognatum vt putarẽ, ſimilitudo aliqua effecit, vt prominentia labra, color rubricæ, pinnæ conſimiles. Noſter tamen latior videtur, Rondeletij oblongior, qui etiam (vt ipſe ait) multis nigris & liuidis maculis aſperſus eſt, quas in noſtro non video, niſi quod dorſum ternis, vt dixi, atris maculis notetur. Itaq; iudiciũ illis relinquo qui piſces ipſos tractandi ad mare, & quantum voluerint, contemplandi occaſione & cõmoditate non deſtituuntur. Hæc itaq; omnia de Hepato Bellonij; cum quo non exiguam ſimilitudinem habet, quem nos damus totum ex ametheſtino ruffeſcentem, præter lineam a branchijs ad caudam vſq; ductam, quæ cærulea eſt. Habet tamen nonnihil cærulei in vertice capitis & tergoris; nunc de Ronde. Hepato dicamus. Piſcis eſt (inquit) Pagro ſimilis: oculis maioribus, quam pro ratione corporis,

Channadella. Sachetus Venetis.



B C D

*Ex Bellon.*

*Ex Geſn.*

*Hepati Bellonij alia deſcriptio.*

*Vt à Rond. Hepato differat.*

*Ex Rondel.*

# Vlyſsis Aldrouandi

Heparus Bellonij.



Digitized by Google



Digitized by Google

corporis,vt Melanurus;colore obſcuro,ſeu ex cæruleo nigreſcente,pinnarum numero, ſitu, aculeiſq; Pagro ſimilis, latiore maioreque cauda;nigram in ea maculam habet Melanuri modo, ad quam alludit ille,qui apud Athenæum dicit ſe bilem non habere, vt nec Hepatus habet, ſeq; ex iis eſſe qui μελανόπυγοι (μελάμπυγοι) ſunt. Dentes non latos,ſed rotundos, & acutos, ſerratos; ventriculum magnum cum appendicibus quatuor, inteſtina tenuia, hepar album ſine felle, cor angulatũ,branchias quaternas, vtrimque in cerebro lapides duos. Hunc piſcẽ veterum Hepatũ eſſe, notis omnibus diu multumq; conſideratis, & cũ aliis frequẽter collatis,mihi (inquit) perſuadeo, & æquos rerum æſtimatores mihi aſſentiri cogunt notæ omnes Hepato à veteribus tributæ: quarũ nulla omnino huic noſtro piſci repugnat. Primùm Pagro ſimilis eſt,deinde colore eſt nigro,poſtremò ſine felle, quæ tres præcipuæ ſunt Hepati notæ: quas ne comminiſci videamur, audiamus [a] Athenæum de Hepato loquentem: *Diocles hunc ex ſaxatilibus eſſe dicit, ſpeciem autem ſimilem Pagro Hepatum. Eſt autem ſolitarius, vt ait Ariſtoteles, carne neſcitur, ſerratis eſt dentibus, colore nigro, oculis habita totius ratione maioribus, cor trigonum, album.* Et [b] alio in loco Athenæus ex Archilocho ſcribit *eum felle carere*, ex Hegeſandro *duos lapides in capite habere*. Huc accedit, quòd paucas ventriculi appendices tribuit [c] Ariſtoteles,ſicuti in hoc quatuor tantùm inueninus,vt prius eſt dictum. Quod ſolitarius ſit,id ipſimet piſcatores fatebuntur,qui & rarò vel potius nunquã multos ſimul capiunt,quòd carniuorus,oſtendunt ea,quæ in ventriculo & inteſtinis reperiuntur. Dentibus eſſe ſerratis, colore nigro, oculis maioribus,ἀνατομία ipſa docet. Quod cor angulatum habeat, hoc illi cum multis commune eſt: quum verò album eſſe dicit, mendum ſubeſſe opinor. cùm enim in corde maximè abundet & perfectiùs concoquatur ſanguis, ne in candidiſſimis quidem piſcibus album eſſe poteſt, niſi partem ſupremam cordis accipias,quam ἀυλὸν φλεβοειδὲς vocat Ariſtoteles,quare legendum eſſe puto ὕπαρ λευκόν. Huic enim piſci hepar eſt huiuſmodi,vt prius diximus. Sed argutiùs quiſpiam fortaſſis hic obſtrepet,& nos noſtro iugulabit gladio: cum enim dicet in hepate ſit ſanguinis officina,cur non rubrum erit vt cor, vel qui candidum dici poterit? Animaduertendum eſt hepar in piſcibus nonnullis,vt in Muſtela marina, in Aſellis & alijs multis album ab authoribus dici, non certè quòd de candore cum niue poſſit contendere, ſed quòd cum aliorum piſcium vel animantium hepate collatum,candidum dici poſſit,& vt magis exprimamus,ex rubro albeſcat. Qui enim branchijs ſpirant,minuſq; calidi ſunt,ſanguinem magis pituitoſum & magis album gignunt, non aliter quam qui anaſarca laborant,quòd pituitam pro ſanguine gignant,candidiores fiunt. Quare in iſtis hepar minus rubeſcit. Cor verò multò calidius ſanguinem coquit, perficit, rubrumq; efficit: Splen verò quia ſanguinem atrum trahit, non poteſt non rubere,quouis ſanguine cum atro permiſto. Hæc omnia me impulerunt, vt apud Athenæum legendum putem, καρδίαν τρίγωνον, ὕπαρ λευκόν. Hactenus itaq; Rondeletius, qui huius ſui piſcis nullum vulgare nomen neque in Gallia neq; in Hiſpania, neq; in Italia potuit à piſcatoribus extorquere, ſed à ſolis Græcis huius temporis didicit Σείπυρον hodie vocari:cæteri omnes anonymum dicebant ob raritatem & pro Mæna vendebant,à qua tamen plurimùm oculorum magnitudine,corporis latitudine, & colore differt. Quibus omnibus rationibus moti nos, Rondeletij potiùs quàm vel Bellonii,vel noſtrum piſcem pro Hepato genuino accipimus,lectori interim ſuum relinquentes iudicium: quem item admonere non deſiſtemus,longè alium eſſe piſcem qui [d] Aeliano Hepatus vocatur. *Ille & parvus* (inquit) *piſcis Muſtela qui nullam cum Muſtelo dicto piſce communitatem habet. Hic enim cartilagineus eſt & pelagius & magnitudine præſtans, ſimul & Canicula piſcis ſpeciẽ ſimilitudinem gerit.*



*Piſcis Hepatum eſſe.*

[a] *Lib. 7.*

[b] *Lib. 3.*
[c] *L. 2. Hiſt. cap. 17.*
*Solitarium eſſe.*

*Athenæus correctus.*

*Hepatis color examinatur.*

*Branchiatorum ſanguis qualis.*

[d] *L. 15. c. 17*

A B C D E F G H

A gerit. *Muſtelam verò diceres eſſe Hepatum: nam piſcis eſt brevis & oculis conniventibus. Pupillæ oculorum ad cyaneum colorem accedunt. Eius barba quàm Hepati maior eſt & minor quàm Chremetis.* Alio verò in [c] loco ait in ſpecubus (ἐν τοῖς μύχοις τῆς θαλάττης) abditas latere maris incolas Oues & Hepatos, & à piſcatoribus Prépontes nominari ſolitos: & quanquam maximi videantur, tamen ad natandum ſegnes eſſe: non enim à ſuis latibulis longè aberrare: imo verò circum ea ipſa volutari, infirmioribuſq; piſcibus inſidias adnatantibus ſtruentes; longè alios intelligere videtur, eoſdem nimirum quos [f] Oppianus, qui & ipſe πρόβατον καὶ ἵππατον in fundo & ſaxis cauis delitescere ſcripſit. Simé modò is poſterior Hepatus, idem vel cum Hepato Bellonij, vel Rondeletij, vel noſtro, haud facilè iudicare licet. nullas enim notas appingunt quibus innoteſcat. Bellonius ſuum Hepatum ſaxatilem facit & in cauernis in alto mari latitare ſcribit, vti & Diocles apud Athenæum, & Rondeletio ſuus quidem piſcis etiam ſaxatilis eſt, at ijs annumerandum contendit, qui propriè ſaxatiles non ſunt. non enim tam molli carne eſſe, & friabili, vt illi ſunt quos medici propriè ſaxatiles vocant, qui ſunt omnium optimi. Aelianus itaque Hepati nomine duos diuerſos piſces agnouit, vnum cui id nominis ſit ab hepatis comendatione, alteri ab Hepatis colore quem Oppianus & fortaſſis etiam cæteri Græci intelligunt.

[c] *Li. 9. c. 38.*

*Hepatus Aeliani alius idem ch Oppiani.*

[f] *Lib. 1.*

B

# LOCVS. NATVRA. MORES.

QVæ maris loca incolat Hepatus, iam proximè dictum eſt. De natura eiuſq; moribus reperio nihil, niſi quòd moribus videatur eſſe inſulſis, & parum ad vindictam pronus; quod apud Athenæum facetè innuit Eubulus in Laconibus, his verbis: ——Οὐκ ὦν δὴ μὲ χολὴν ἴσχειν, ὡς ἱππάτῳ μοι διέλεγου. Ἐγὼ δὲ γ' εἰμὶ τῶν μελαμπύγων ἔτι, id eſt. *Rebaris carere bile me, nec mecum aliter quam cum Hepato piſce loquebaris. Ego verò nondum Melampygus eſſe desij.* quaſi diceret, Mitionem me putabas, qui adhuc ſum Demea. Melampygus nimirum pro homine duro, forti & ſeuero accipitur, vt leucopygus pro effæminato Si quis verò Melampygum feſtiuitatis gratia accipiat pro Melanuro, ego nequaquam reclamauerim, nam piſcis iſte, licet natura ſit timidiſſimus, in verſutia tamen & aſtu nulli alteri ſecundus eſt, vt modò patebit.

*Ignauia vim dicta.*

*Melampygus.*

# VSVS IN CIBIS, ET MEDICINA.

C

GAlenus Iecorarios (ſic interpres Hepatos reddidit) & Citharos ſcribit in medio eſſe carnis duræ & mollis: ijſque quoſdam in ſartagine frixis veſci; alios aſſare aut in patinis condire: cæterùm iſtos coquorum apparatus, cruditatis in totum cauſas eſſe. Illos verò celeris euadere coctionis, qui albo iure condiuntur, quod ad hunc modum fit. Copioſam aquam prius inijce, deinde olei quod ſatis eſt affundito, cum pauco anethi & porri; deinde cùm piſces ſemicocti fuerint, ſalis tantum inſpergito, quoad totum ius ſalſum nondum appareat. Hæc præparatio vel ægrotis ipſis eſt accommoda: quibus verò inculpata eſt ſanitas, ijs piſcium in ſartagine frixorum: ſecundo loco ſuper craticula aſſorum, præparatio eſt accommoda: verùm hęc ſanè oleum garumq; cum pauco vino expoſcit: frixis verò plus vini gariq; addere conuenit, minus olei. Quod ſi quibus id ſtomachum ſubuertat, paratum habeant acetum, modicum in ſe gari piperiſq; continens. Qui enim ad id condimentum tranſeunt, melius concoquunt; & deiectio nihil eis deterius procedit: cuius potiſſimùm gratia ex vino & garo quidam frixos piſces mandunt, pleriq; piper immittunt, pauci oleum. Nonnulli autem ex memoratis piſcibus (qui mediæ nimirum carnis ſunt) cum frixi fuerint pauco ſale inſperſi, in cibo ſũt ſuauiſſimi, præterea ad coquendum fiunt meliores, ac ſtomacho vtiliores, quàm ſi alio quouis modo eſſent apparati. Hepar huius piſcis teſte Kiranide tritum & emplaſtri modo impoſitum omnem tumorem & podagram ſanat: & capitis eius combuſti & triti cinis inſperſus antiqua vlcera & depaſcentem carnem ſanat. Fel cum melicrato potum, hepaticos ſanat, cùm tamen ex Athenæo conſtet, hunc piſcem felle carere.

[a] *Lib. 3. de Alim. fac. Vt eiso concoquantur.*

*Hepatis facultas, & fellis.*



Digitized by Google

# DE MELANVRO. Cap. XIII.

## ORDINIS RATIO. SYNONYMA. ETYMVM.

SEquitur Perca Melanurum, vt in veteri eſt adagio, quamobrem & ſubinde à Perca eius hiſtoria nobis erat pertractanda, niſi prius Hepatus ſeſe obtuliſſet. Eſt enim Melanurus etiam ſquamoſus, & quod nonnulli negant, ſaxatilis. Nomen ei à caudæ nigredine, quaſi dicas Nigricauda, vel Atricilla, vt Iouius interpretatur, Feſti exemplo, qui Melancoryphum aucm Atricapillam reddidit. Quamobrem Marſilius Ficinus, vt ſcribit Lilius Gregorius Gyraldus, quòd illum fugeret, Melanurum ex piſciũ genere eſſe, ſymbolum hocce Pythagoræ, μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων, id eſt, *ne guſtato Melanurum* haud rectè vertit, *Ab eo quod nigram caudam habet: abſtine*. Secutus videtur Marſilius Guarinum in Plutarchi libello de liberis inſtituendis, ſimiliter interpretatum. Marſilium & Guarinum eſt author adagiorum æmulatus & Reuclinus. Eſt & ſerpens, Melanurus vocatus, Dipſas nempe; vt videre licet apud Aelianum, item apud [a] Nicolaum Leonicenum, & [b] Cælium Rhodiginum, quem ſerpentem ſic dictum apparet, quòd cauda eius (vt ferunt) lineis diſtinguitur duabus nigriſque. Ad quod Melanuri piſcis etymum alluſit Oppianus. ——*Laude inſignis cauda Melanurus.* nam vocabulum laude, ſimpliciter pro nomine accipi debet, quod docet præ cæteris [c] Macrobius, inquiens: *Laudare ſignificat priſca lingua appellare nominare*que: & ſic in actionibus ciuilibus author laudari, id eſt, nominari dicitur, teſte Budæo, id eſt, nominatim citari. Theodorus Gaza, vt vulgare, quo apud Italos audit, nomen exprimeret, Melanurum interpretatus eſt Oculatam. Romæ enim Ochiata nominatur. Cornelius Celſus quidem & Plinius inter piſces Oculatę dicti meminerunt, cæterùm nunquid Melanurum intellexerint, nulla firma ratione affirmari poteſt. Vti enim ex [d] Corn. Celſo nihil colligitur certi dicente: *deinde qui quamuis teneriores, tamen duri ſunt, vt Aurata, Cerunus; Scarus, Oculata:* ita Plinius in ſuo piſcium catalogo diſertiſſimis verbis diſtinxit, & Melanurum ab Oculata ſeparauit his verbis: *Melanurus, Mæna, Meryx, Myllus, Myſtus, Murex, Oculata*. Quapropter ſi oculata Melanurus eſt, vt Theodoro placuiſſe apparet, videretur erraſſe Plinius, inquit Hermolaus, qui paulò pòſt de Oculata quaſi diuerſo piſce loquitur, vt alter eorum neceſſariò ſit lapſus. Cùm itaq; Celſus & Plinius veterum ſoli Oculatæ piſcis mentionem fecerint, nullamque omnino peculiarem in eo notam expreſſerint, qui piſcis iſte ſit, arduum fuerit iudicare. Alibi Hermolao Oculatus (ſic habet) is videtur eſſe piſcis, quem [e] Plautus Ophthalmiam appellauit; ſed quis tandem ille piſcis ſit, non ſolùm non exprimit, ſed rem ignotam per ignotiorem explicat. Sunt qui Oculatam Plinij Torpedinem eſſe cõijciunt, quoniam hæc Romæ ob quinas illas notas, quibus dorſum depictum habet, oculis ſimillimas, Ochiatella quaſi Oculata vocetur: quorum item coniecturam Plinius peſſundare videtur, Torpedinem in eodem catalogo paulò poſt Oculatam nominans, tanquam diuerſum etiam ab Oculata piſcem. Simè modò Ophthalmia Plauti, cuius meminit his verbis: *Pernam, Ophthalmiam, Heraum, Scombrum, Trygonem, Cetum*, eadem cum Oculata, vt Hermolaus opinatur, aut Torpedo, aut alius piſcis, vt ingenuè fatear, necdum didici, rogoq; eruditos vt ſi quid ſolidi habeant, id in medium proferant. Probè noui Rondeletium Oculatam & Ophthalmiam Melanuri ſynonymas appellationes facere, eò quòd Plinius alijs etiam piſcibus diuerſa diuerſis locis nomina tribuat: ſed is dum Ophthalmiam Plauto ab oculorum magnitudine dici putat, opinionis ſuæ authorem (quod equidem noui) non habet. dumque omnes Græcis exceptis ab oculis huic piſci nomen impoſuiſſe ait: non aduerit ſuo ſe gladio iugulare. Ophthalmia enim ab oculis quidem nomen obtinuit, ſed Græca, non Romana vox eſt. Hocinterim certum eſt Melanurum ab oculorum magnitudine Romanis nũc Ochiatam appellari, Siculis Ochiadam, Venetis Ochiam, Genuenſibus Oiam: quo modo & circa Niceam Oijatam nominari Bellonius teſtatur, & Auguyatam, nomine fortè à Germanis accepto, quibus Augh oculus eſt. Maſſilienſes Obladam, vel vt Rondeletius habet Obladum, & non Olhada, vt Gillius legit. Idem Rondeletius Nicenſibus Ibladam, Monſpelienſibus Nigr'oil, id eſt Nigrum oculũ dici aſſerit. Sed reuertor ad Plauti locum, in quo Dionyſius Lambinus alijs ſcribit Ophthalmiam intelligi carnem oculis vicinam, & oculos ipſos certo modo conditos. Præterea alios Ophthalmia legere numero multitudinis, alios Optaleam. Iam verò apud Plinium, inter alios ex Ouidio piſces Labrum cauda placentem nominantem, Geſnerus conijcit legendum eſſe Melanurum, quandoquidem Labrum pro piſce nemo alius dixerit, & Labrax Lupus ſit proximè ab eo nominatus: nec refert (inquit) quod hunc Ouidij piſcem ceu nouum proferat, prius quoq; ab eo nominatũ, cùm in alijs quoq; idem fecerit vel obliuione vel ignorantia, vt Orpho & Erythrino. Nominatur quidem ab Ouidio in eo, quod extat, fragmento, *Laude inſignis cauda Melanurus*, at Labrus nuſquam. Rondeletius tamen Labrum Ouidij (Plinij potiùs dixiſſet, aut corruptæ lectionis Plinianæ) Chelonem è Mugilum genere eſſe opinatur, quem Theodorus Labeonem tranſtulit, in qua ſententia quoq; Saluianus eſt.

*Etymum. Nigricauda. Atricilla.*

[a] *L. de Dipſade.*

[b] *L. 25. Antiq lect. c. 33*

[c] *L. 6. Satur.*

*Oculata.*

[d] *Li. 2. c. 18.*

*Ophthalmia.*

[e] *In Captiuis.*

*Torpedo.*

*Ophthalmia vnde dicta.*

*Optalea.*

*Labrus piſcis.*

FORMA.

A

# FORMA. DESCRIPTIO.

MElanurum cum Aurata proportionem habere apud [a] Athenæum tradit Diphilus. Quam proportionem de ſimilitudine intelligi oportere putat Saluianus: ſimilitudinem verò quæ ſit ad Coracinum à Speuſippo in ſecundo ſimilium apud eundem, adeo exiguam eſſe, vt propterea hunc locum mendosè nunc legi credat, vel ſaltem de ſolo colore accipiẽdam eſſe, eò quòd vti Ariſtophanes ob nigras alas μελανοπτέρυγον Coracinum, ita Melanurum ob nigras lineas latera eius pingentes Athenæus μελανόγραμμον vocat. Præterea ſicuti Coracinum ob varias ſuas lineas αἰόλλω vocauit Numenius: ſic apud [b] Athenæum Melanurus πολύγραμμος, id eſt, multarum linearum dicitur: vt Oppianus Coracinum à nigro colore cognominauit, ſic à nigra cauda Melanuro nomen eſt: poſtremò cùm Hiceſius apud eundem Sargum & Melanurum ſimiles faciat, hanc iterum ſimilitudinem tum ad eandem nigram caudæ notam qua vterq; inſignitur, atq; ad ſubnigras lineas vtriuſque latera pingentes, tum ad corporis figuram referri debere. Cognito itaq; Sargo, haud erit difficile Melanurum agnoſcere. Aduertit tamen lectorem Rondeletius, præter Melanurum & Sargum, ipſum præterea Sparum ὀρρωπυγόσιτλον eſſe, hoc eſt, notam in cauda habere, hacq; nota deceptos multos à ſimilibus neſciuiſſe diſtinguere, & propterea ex hac ſola nota non eſſe iudicandum Melanurum: verùm & alijs quoq; notis à reliquis ſecernendum eſſe: Aſſimilatur denique Melanderino ab eodem Athenæo, pro quo piſcem nobis exhibuit Rondeletius Melanuro non abſimilem. Nos quid de Melanderino ſentiamus, ſuo pòſt loco aperiemus. Melanurus autem ex diligenti Saluiani delineatione, paruum os habet, paruis item ſed robuſtis dentibus munitum: (Dentatum etiam eſſe Rondeletius & Bellonius teſtantur. Pictor itaque in noſtro dentes ob paruitatem omiſit). Oculos ſecundum magnitudinis ſuæ proportionem maximos, vnde omnes eius vulgares nomenclaturæ deductæ ſunt. Pinnarum numerus, ſitus & figura, branchiæ atq; cauda cum Aurata, Sparo & Sargo ei conueniunt. Ventre eſt ſubalbido, dorſo ex cæruleo nigricante. In cauda latam atque nigerrimam notam habet, vnde nomen. Lineis demum nigricantibus à branchijs ad caudam deductis, latera eius non ſolùm Sargi inſtar, ſed euidentiùs etiam pinguntur. Interanea Sargo ſimilia habet. Haud multùm augetur. Palmi namq; magnitudinem nunquam ſuperaſſe vidimus. quod item Rondeletius tradit, & Bellonius quoq; mediocri, aut eſſe magnitudine, nec amplius quàm vnam vel ſeſquilibram ad ſummum pendere. Interanea autem ex Rondeletij obſeruatione ita ſe habent. Hepar magnum eſt, ex quo fellis veſica pendet. Ventriculus medius, cor angulatum: in ventre veſica aëre plena, craſſa, denſaque. Toto corporis habitu item & colore ferè cum iam deſcripto Melanuro conuenit, cuius nos iconem damus. Totus enim ex cæruleo, amethestinoq; nigricat, præter ſquamarum extremitates, & extimum oculorum circulum, caudæq; initium, quæ auro reſplendent. Pinnæ nigricant. Vropygium ſupinum candicat, pronum intensè violaceum, & velut nigram maculam conſtituit.

[a] *Lib. 8.*

*Vt Coracino ſimilis dicitur.*

[b] *Lib. 7.*

B

*Macula nigra quibus in cauda.*

*Deſcriptio ex Saluian.*

*Partes interne.*

C

# LOCVS.

MElanurus Ariſtoteli ſaxatilis eſt, & prope litora in locis arenoſis, alga veſcitur. Ita & [c] Columella ſenſit, inquiens: *Optimè ſaxoſum mare, nominis ſui piſces nutris, vt ſunt Merula, Turdiq; nec minus Melanuri*. Idem etiam clariſsimum eſt ex veteri prouerbio: *Perca ſequitur Melanurum*. Perca enim niſi ſaxoſa incolit. Non puto tamen ex verè ſaxatilibus eſſe Melanurum, ſed ſaxatilem ob authoribus dici, latiore loquendi modo, nam & in arenoſis litoribus degere diximus, idq; conſtat ex hiſce Oppiani verſibus:

[c] *Lib. 16.*

*Non eſt verè ſaxatilis.*

D

*Nonnulli ſuluam piſces in litore arenam*
*Mandunt & terra quicquid nutritur in alta*
*Hippi, Coccyges celeres, flauiq; Erythrini,*
*Et Cithari Triglaq; ſimul, tenues Melanuri,*
*Trachurumq; greges, Bugloſſaq; & Platanuri*
*Teniaq; imbellis, pictus quoq; Mormylus, atq;*
*Scombri & Cyprini ſtabulantur litora iuxta.*

Imò verò [b] Aelianus, vt ex mox citandis eius verbis patebit, varias ſedes habitare tradit, vnde fortaſſis Ouidius ſimpliciter marinum piſcem fecerit. nam ex eo pelagijſne an ſaxatilibus, an litoralibus annumerari debeat, vix colligas. Bellonius in Oceano Gallico perraruin eſſe author eſt, in Adriatico verò & Mediterraneo mari frequentiſſimum. Iouius tamen Romæ rarum eſſe ait, contrà Neapoli frequentem. Ennius in carminibus, quibus qui piſces & vbi præſtantiores reperiantur, explicat, Melanurum quoq; nominat, citante [c] Apuleio, ſed codices noſtri ſunt deprauati, nec expreſſum regionis nomen.

[b] *Li. 2. c. 17.*

[c] *Apolog. 1.*



Digitized by Google

A

# CIBVS. NATVRA. MORES.

SIcuti de loco, ita quoq; de cibo quo paſcitur Melanurus, Oppianus & Aelianus cum Ariſtotele haud ſatis conueniunt. Hic enim alga veſci cum tradidit, illi cœno. *Cùm maris tempeſtates ſunt* (inquit Aelianus) *ex his viuunt cibis Melanuri, quos è ſaxis partim eruunt, partim è terra euellunt, nec tamen niſi ſordidis paſcuntur & abiectis, quibus non facilè alius piſcis, niſi fame oppreſſus veſceretur: Cùm maris tranquillitas viget, in ſolo ſabulo pabulum inquirunt, hincq; paſcuntur.* Oppianus verò hoc ſic breuiter attigit: ——*Semperq; guloſis*
*Abſtinet à cœnis*, nimirum ne in naſſas incidat, vt mox docebitur. Quamobrem cùm vagabundum piſcem eſſe ſtatuerimus, non vno etiam ſoloq; pabulo contentum eſſe veriſimile exiſtit. Panem etiam comedit, vt meminit [a] Plinius his verbis: *In Stabiano Campaniæ ad Herculis petram, Melanuri in mari panem abiectum rapiunt: idemq; ad nullum cibum, in quo hamus ſit, accedunt.* Quibus poſterioribus verbis Plinius aſtutiam ſagacitatemq; huius piſcis tetigit, quam tamen Oppianus & ex hoc Aelianus aliB ter narrant: Cùm enim ſua natura timidiſſimi & imbelles imbecilliq; ſint piſces, (vnde Oppianus eos ἀδρανέας & ἀραλιδας & ὀυλιδανας vocat, diuina prouidentia timiditatem & imbecillitatem ingenio aſtuque compenſauit. Nouit enim Melanurus, ſi vel retibus vel naſſa piſcator eum captat, & inſidias molitur, à ciborum illecebris ſibi eouſque temperare, donec ille ea abſtulerit, paratas ſibi præuidens inſidias. Eandemq; ſagacitatem præterea oſtendit, dum tranquillo mari in arena aut in petris deſes, & otioſus deliteſcit: turbato verò liberè ſecureq; ſpaciatur, perinde ac ſi intelligeret mare à piſcatoribus tunc non adiri. Quæ omnia ſic ſcriptis mandauit Aelianus: *Timidiſſimi piſcium Melanuri, ſuæ timiditatis teſtes habent piſcatores: neq; enim capiuntur naſſa, neque ad eam accedunt. Si quando verò ſagenam eis circundederis, imprudentes comprehenduntur. Idem cùm placidum & quietum eſt mare, ad imam maris ſedem in petris aut algis* (malim arenis, vt Oppianus habet, ex quo hoc Aelianus tranſtulit) *quieſcunt, tegumentoq; proteguntur, quocunque corpus occultari poteſt. Contrà cùm aduerſa tempeſtas eſt, piſceſq; alios vident in altitudinem ex fluctuum impetu deſcendere, hi tum fiducia implentur, ſimul & ad litus appropinquant, & ad petras adnatant, ſpumamq; ſuperfluctuantem, atque ipſos cooperientem ſatis eſſe ad ſe tuendum arbitrantur. Neſcio quomodo enim pernoſcunt eo die noctevè, cùm feritas maris & immanitas efferueſcit, tum à piſcatoribus non adiri mare. Ac cùm maris tempeſtates ſunt, ex his viuunt ci*C *bis, quos è ſaxis partim eruunt, partim è terra euellunt, nec tamen niſi ſordidis paſcuntur, & abiectis, quibus non facilè alius piſcis, niſi famè oppreſſus veſceretur. Cùm maris tranquillitas viget, in ſolo ſabulo pabulum inquirunt, hincq; paſcuntur.*

# CAPIENDI RATIO.

MElanuros ad nullum accedere cibum, in quo hamus eſt, ex Plinio diximus, ſicuti neque ad naſſam, ex Aeliano: quo teſtante ſagena capiuntur. [a] Oppianus verò ſic capi ſcribit: Cùm mare tempeſtatibus agitatur, & hi piſces profunditate relicta circa petras oberrant; piſcator ſuper ſaxo prominente, vbi vel maximè furit mare, caſeum mari permixtum influctus diſpergit, donec Melanuri complures huius eſcæ cupidi congregentur. Auertit autem corpus in obliquum, ne vmbra ſui vnquam in aqua comparens, piſcibus terrorem incutiat. Ijs collectis à parua arundine exilem & ſimplicem lineam multis inſtructam exiguis hamis eadem refertis eſca, in æſtuantis maris vndas demittit: illi adproperant, & ſuum exitium glutiunt. Subinde autem ille, nunquam ferè quieſcente manu è vorticibus hamos extrahit, ſæpe etiam vacuos: neq; inter æſtus maris facilè dignoſcit, piſcis ne aliquis hæreat, an temerè ab vndis agitetur linea. Quod ſi quis hamo transfixus inhæreat, repente extrahitur, ne dolo cæteri animaduerſo perterreãtur. Cùm itaq; Plinius ad hamum accedere Melanurum negat, intelligi debet, cùm mare eſt tranquillum. Tarentinus ad Melanuros capiendos eſcam præſcripſit hepar caprillum, additq; ſeſe & aliam inueniſſe, cuius ſit vſus tranquillo exiſtente mari. Aut dum capere varios piſces eſt animus, eam autem vngulam eſſe aſininam aut caprillam. Idem ad Thracitros & Melanuros capiendos: Vrticas (inquit) madefaciens ſucco viridis coriandri, ex eiſq; cum ſimila paſtas conficiens, vtitor.

[a] *Lib. 3. Halieut.*

*Eſca qua capiuntur.*

# PROVERBIA. SYMBOLA.

VEtus prouerbium: *Sequitur Perca Melanurum*, explicauimus in Perca. Inter Pythagoræ verò ſymbola legitur: *Μὴ γεύεσθαι τῶν Μελανούρων .i. Ne guſtato Melanuros.* Symbolũ ſic Plutarhc. explicat: Pythagoram eo monere voluiſſe auditores ſuos, ne cum improbis commertium haberent: quare & Antiphanes Poëta ſuo ænigmate à Melanuro & Mugile cauendum ſuaſit: & noſtri quoq; ſcriptores (inquit [a] Lilius Gregorius Gyraldus) malos & improbos, nigros & atros vocant, vt illud Catulli: *Albus an ater*: & Horatius: *Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto.* Quidam peſſimè ad Sepiam referunt, quin & Sepiam ipſam Melanuron vocatam autumant (Adagiorum authorem intelligit) quos inter Laërtij eſt interpres. Suidas certè alijq; nõnulli Melanurum piſcis genus eſſe aiunt, à quo abſtinẽdum voluiſſe Pythagoram, ſed ſecretiore occultioreq;, eo quem ſuprà diximus, ſenſu. Hæc itaq; Gyraldus, ſed apud Suidam ſymboli huius explicatio non reperitur & in Pythagoræ mentione ſimpliciter, ipſum nequis vel Erythrinum, vel Melanurum vel Mullum ederet, acerrimè interdixiſſe refert. Citat idem ſymbolum quoque [b] Cælius Rhodiginus his verbis: Monuit ſcienter Pythagoras, animal cauda nigra non attingendum: innuens eſſe declinandũ vitium, cui ſuccedat mentis nigredo, & voluntatis conflictatio moleſta: ſiquidem vitij facilitatem vitæ mox miſerabilis conſequitur difficultas. At Tryphon grammaticus Græcus, vt citat author adagiorum inter ænigmatis exempla, hoc quoq; commemorans, interpretatur hoc modo: Ne mendacem ſermonem protuleris: mendacium enim in extremis nigreſcit, obſcuraturq;.

[a] *In ſymbol. Pythag.*

*Nigri qui dicantur.*

[b] *L. 25. Antiq. lect. c. 33.*

*Mendacij natura.*

# VSVS IN CIBIS, ET MEDICINA.

MAtron Parodus in deſcriptione cænæ Atticæ apud [a] Athenæum non minus facetè quàm eleganter Melanurum ceu plebeium, vilemq; olim piſcem, & à popinonibus haud magni æſtimatum his verſibus ſignificat:

Πέρκη' ἀνθεσίχρως: καὶ δημότικος Μελάνουρος, Ὅς καὶ θνητὸς ἐὼν ἔπεστ' ἰχθύσιν ἀθανάτοισι, id eſt *Ac Perca floridacute*, id eſt *purpuraſcentibus lineis diſtincta: popularisq; Melanurus: Qui mortalis cùm ſit, id eſt vilis paruiq; pretij immortales piſces comitatur, id eſt, maximæ dignitatis, & numinis loco adorandos.*

Et [b] Hippocrates curationem præſcribens hominis laborantis tertio genere tabis: *Quarto menſe* (inquit) *obſonia eius ſint caſeus & carnes ouille &c. inter piſces autem abſtineat Mugile, Anguilla & Melanuro.* Rurſus Xenocrates Melanurum ſtomacho gratum facit, probiq; ſucci, & qui facilè digeratur, abundeq; nutriat, atq; haud difficulter excernatur. Et Hiceſius referente [c] Athenæo ſucci bonitate & ſaporis ſuauitate dum Sargo inferiorem eſſe ait, modiceq; aſtringere & nutrire, Melanurum non omnino aſpernandum eſſe innuit, cùm Sargus laudatæ carnis ſit, vt ſuo loco conſtabit. In qua ſententia etiam Diphilum inuenio apud eundem, qui Melanurum cum Aurata proportionem habere ſcribit. Huius diuerſitatis cauſa eſt locus & victus ratio: ſi enim in petris degit & alga veſcitur, laudatam: ſin cœno & ſordidis maris excrementis, illaudatam carnem habere ratio ipſa dictat. Paruus cùm ſit piſcis non elixatur, ſed Auratæ modo in craticula aſſus aut in ſartagine frixus comedi ſolet. Aſſus teſte Kiranide viſum acuit, ius verò colicos ſanat.

[a] *Lib. 4.*

[b] *Lib. de intern. affect.*

[c] *Lib. 7.*

*Carnis diuerſitatis cauſa.*

*Apparatus.*

# DE ALPHESTE SIVE CINÆDO. Cap. XIV.

# ORDINIS RATIO. SYNONYMA. ETYMVM.

NVmenius apud Athenæum ἀλφεστὴν, Diocles ἀλφεστικὸν appellat, item Ariſtot. apud eundem. In cuius verbis vitium ſubeſſe ſuſpicatus eſt aliquando Caſaubonus, donec non ſolùm Alpheſtam, ſed & Alpheſticum hunc piſcem fuiſſe nominatum ex Diocle didiciſſet, qui & ſaxatilibus accenſet: verùm ſquamoſuſne ſit, an lęui cute præditus, non addit. Cùm verò genuinum à Rondeletio & Bellonio exhiberi arbitremur, qui ſquamoſus eſt, hunc ei in opere iſto noſtro locum dedimus. Ἀλφεστὴς Græcis inuentorem ſignificat, eſtque hominum epitheton apud Homerum qui multa inueniunt, quæ ab alijs animalibus

*Etymum.*

A malibus inueniri nequeunt. Apparet autem hunc piſcem ita dictum, quòd ferè ſemper bini incedant; alter alterum à cauda ſiue natibus inſequens, tanquam quærens & inueniens. Quam inſecutionem cùm in malam partem interpretarentur alij, factum eſt, cur alio nomine Cinædum dicerent (quo vtitur Plinius) quaſi præpoſteræ libidinis ſtudioſum, ſiue ſodomitam: cuius etymologiæ meminit [a] Athenæus his verbis: *Eos fama eſt capi binos ſemper, & videri alteri alterum comitem eſſe ad caudam. Quod igitur ad nates alter comes alterius ſit, ex antiquis nonnulli Alpheſtas vocarunt incontinentes & ad Venerem propenſos.* Eodem modo Cinædus teſte Euſtathio dicitur παρὰ τὸ κινεῖν τὴν ἀιδῶ τὸ σωμάτιον μόριον, hoc eſt, *à mouendo partem corporis verecundam*, vt eos labi conſtet qui hanc vocem à principio ſcribunt per ypſilon. & Bellonius vim vocis haud quaquam aſſecutus eſt, hunc piſcem quòd firmis inſtructus ſit dentibus, à dentibus caninis Cynædum appellatum eſſe exiſtimans, nam ſi a caninis dentibus veteres nomen indidiſſent, non Cynædum dixiſſent, ſed Cynodonta, ſicuti ipſis alius eſt à dentibus Synodon nuncupatus. Monendus interim lector eſt, eiuſdem nominis auiculam eſſe, quæ & Iynx nominatur, in veneficarũ ſuperſtitionibus olim infamis, qua de in noſtra Ornithologia abundè egimus. Monſpelienſes communi ſaxatilium nomine Rochau quaſi ſaxicolam dicunt, peritiores verò piſcatores Canus teſte Rondeletio, & Maſſilienſes Canudo, corrupto vocabulo quaſi Cinædum.

*Cinædus, eiuſq; etymũ*

[a] *Lib. 7.*

*Bello. error.*

*Cinædus alijs.*

*Rochau.*

B Bellonius tamen Maſſilienſibus appellari ait vn Sanut. Quomodo autem in noſtris vocetur litoribus, necdum intellexi.

# FORMA. DESCRIPTIO.

PRo Cinædo eundem piſcem cùm pingant Bellonius & Rondeletius, ex vtroq; etiam eum deſcribemus. Saxatilis eſt, inquiunt: Color vt reliquis ſaxatilibus euariat; & peculiaribus quibuſdam notis ab alijs diſtinguitur. Dorſo eſt purpureo, cæteris in partibus luteo, quales colores Alpheſtæ aſcripſit Athenæus, dum inquit: Ἄλφηστα. τὸ μὲν ὅλον χρωμάδες, πορφυρίζοντες δὲ κατά τινα μέρη. id eſt: *Piſces quidam ſunt Alpheſtæ, omnino quidem carei coloris, purpuraſcentes tamen quibuſdam in partibus.* Bellonius ait, vt plurimùm totum lutei aut cerei coloris eſſe, quibuſdam tamen ſui corporis partibus admixtum rutilum colorem habere, & Plinius Cinædos ſolos piſcium luteos eſſe teſtatur. Cæterùm cùm Ariſtoteles citante Athenæo κίρρον, Numenius ἐρυθρὸν, id eſt, rutilum & rubrum vocet, Rondeletius κίρρον [a] Galeni authoritate Hippocrati idem quod ξανθὸν id eſt, flauum eſſe

C oſtendit, & Salpam ἐρυθρόγραμμον vocari, quę tamen non rubris ſed aureis lineis exornetur: eſſe autem hunc luteum colorem qualis in optima & minimè adulterata cera cernitur. Solam tamen Alpheſten ſiue Cinædum lutei coloris eſſe contra Plinium negat: quoniam & cancros, cancellos & leones alibi eiuſdem coloris inuenerit: quare Plinij locum ſic legendum eſſe credit: *Cinædi toti piſcium lutei.* Ego nihil moueo, nam præterquam quòd abſurdus videtur loquendi modus, Plinius piſcis nomine ſanguineos, non exangues alios, intelligere potuit, Piſcis enim propriè de branchiatis prædicatur ab Ariſtotele. Caſaubonus priori item loco ex eodem Athenæo allato pro χρωμάδες, χρυσομάδες, qua voce vtitur Dioſcorides, legi poſſe putat; tũ quòd ita ferè ſcriptũ ſit in Excerptis, nec aliter legat Euſtathius, tum quòd in eo ſenſu ſequitur ex Ariſtotele: quare ſuſpicor non eundẽ omnibus piſcem Cinædum eſſe. nam quem ego Cinędum eſſe conijcio, totus ferè Pagri modo rubet. Rondeletij Alpheſti corpus ſtrictius quàm vel Auratę vel Pagro. Figura Mænis ſimilis, alioqui maiore & ſpiſſiore corpore, pedali magnitudine, ore mediocri. Labra habet & dentes ſerratos, caninis ſimiles: nulli

*Cirrhus color qualis.*

[a] *Li. 5. de ſanit. tu.*

*Plinij locus cõſideratus.*

Cinædus Rondeletij & Bellonij.

D



nulli ex ſaxatilibus æquè firmi, ac Alpheſti, teſtante Bellonio. Squamas habet in gyrum crenatas multa horrentes ſcabritie: A ceruice ad caudam ſpinas tenui membrana connexas, non diuiſas, vnde μονάκανθος ab Ariſtotele, vt citat Athenæus, dictus eſt. Bellonius eundem quidem quem Rondeletius piſcem pinxit, ſed minus latum, craſſioribus labris inſigniter dentatis, corpore maculoſo & punctis diſtincto, non expreſſis ſquamis, cùm ſquamoſum tamen eſſe profiteatur, quamobrem iconem ex Rondeletio libentiùs accepimus. Cum hoc eundem aut ſimillimum piſcem Geſnerus iudicat, qui Veneti js, ſi bene meminit, Bruſola nominatur, à colore fortaſſis, & à Luſitanis Salmoneta, quem vero tempore optimum eſſe aiunt. Ruffus eſt piſcis toto corpore: cauda lutea maculis fuſcis diſtincta, extremitate, vt ſaxatilium ferè æquali, non arcuata, maculæ nigra ad pinnarum (quæ luteæ ſunt) iux-

*Bruſola.*

*Salmoneta.*

Ca gniza vulgò Alpheſtis authoris prior.



Alpheſtis Authoris alter.



ta branchias

Digitized by Google

A tu branchias initium habentur: alia in pinna podicis, alia in extremo dorſo prope caudam. Linea à branchijs ad caudam tendit ruffa, punctis intercepta nigris. Oculorum pupilla atra iride lutea ambitur, ea rurſus circulo albo. Ab hiſce Cinædis longè diuerſus eſt, quem nos hic damus. Totus Pagri modo rubet, aureis & argenteis maculis, exiguis, rotundis reſperſus. Caudæ nerui primùm argentei, mox aurei ſunt. Ipſa in extremo cærulea eſt. Quæ in tergore ſunt, lõgæ, & ſtrictæ maculæ, atræ ſunt. Superciliæ oculorum aurea, vt in Aurata. Cinædum autem eſſe conijci poteſt ex vulgari apud Sebenicenſes Illyrij populos nomenclatura. Cagnizam enim dicunt, quaſi catullientem aut libidine prurientem catellam, quam canes à tergo pertinaciſſimè inſequuntur, & auelli ab ea nequeunt. Altero loco pictus Cinædi nomine miſſus, toto tergore coloris amethestini, lateribus ferè cæruleis, ventre candicante, punctis cæruleis notato. Pinna tergoris & quæ retro anum eſt virideſcunt, illa etiam rotundas maculas habet omnino virides. cæteræ pinnæ & cauda ex aureo rubeſcunt. Roſtrum habet oblongum, os paruum & dentatum.

*Cinedus amboris.*

*Cagniza.*

# VSVS IN CIBIS, ET MEDICINA.

B

DE Natura & moribus huius piſcis, quod dicam, non habeo. Rondeletius carne & ſubſtantia eadem eſſe dicit, qua cæteri ſunt ſaxatiles, nimirum tenera, molli ac friabili, minimeq; glutinoſa. Ius ex eo ventrem lenire: coctum in ſartagine præferri aſſo in craticula aut elixo: hunc enim molliorem fieri, illum quia tener eſt & friabilis, in tenues partes facilè ſolui. Præparari autem ſic: Exemptis interaneis, ſale aſpergitur & farina quæ partes continet & ſolui prohibet, deinde in feruens oleum inijciendus. Refrigeratus cum ſucco mali Aurantij editur. Aegrotis ſalubre alimentum. Facilè enim coquitur, & temperatum ſanguinem gignit. Cinædiæ geminæ vt Plinius tradit candidæ & oblongæ, euentuq; mirandæ, ſi modò eſt fides, præſagire eas habitum maris nubiloſi colore aut tranquillitate. Kiranides hunc lapidem alio nomine Opiſianum & Draconiſium vocari tradit, eiuſq; vſum deſcribit ad philtra & ceſtrum Veneris.

*Caro eius qualis.*

*Apparatus.*

# DE CORACINO. Cap. XV.

C

## SYNONYMA. ETYMVM.

THeodorus cum κόραξ id eſt Coruum à Coracino diuerſum eſſe, facilè aduerteret, nihilominus vel quòd intellexiſſet Coracinum vulgò Coruum aut Coruulum nuncupari, vel quòd Coracinum diminutiuam vocem à Corace crederet, apud Ariſtotelem κορακῖνον Coruulum, alicubi etiam Gracculum tranſtulit, & in hoc poſteriori nomine inconſtans: [a] aliàs enim κόλιαν Gracculum reddidit, idq; rectiùs, nam & Plinius, dum Gracculo ſimilem Draconem marinum dixit, Colian Gracculi nomine intellexit. Eodem errore interpretes Galeni Coracinum Gracculum tranſtulerunt, vt Bellonius quoq; obſeruauit. Rondeletius Gazæ verſionem examinans, rectè quidem ſuſpicatur Coruulum reddidiſſe, quòd τῦ κόρακος hypocoriſticon eſſe crederet: ipſe interim, dum illius vocis hypocoriſticon non κορακῖνον, ſed κορακινίδιον eſſe contendit, in conſimilem planè errorem impegit, nam hoc non τῦ κόρακος, ſed τῦ κορακίνου diminutiuum eſt: nam à Corace deducuntur κοράκιον, κορακίδιον, κορακίσκος. Saluianus item alias Græcæ linguæ non imperitus, quòd Coracino legiſſet à nigredine nomen inditum; κορακῖνος adiectiuum eſſe retur, ideoq; Coruinum potiùs (quaſi atrum piſcem) quàm Coruulum Gazæ vertendum fuiſſe opinatur, ſed & ipſe imprudenter fallitur, nam κοράκινος adiectiuum, id eſt, coruinus, ater, proparoxytonum ſcribitur, κορακῖνος verò pro piſce ſemper penanflectitur, & ſemper penultimam producit. Piſcium enim nomina à colore impoſita mutant accentum, ſicut à γλαύκος γλαῦκος, à λεύκος λεῦκος. Adde quod licet Oppianus Coracinum à nigro colore dici tradat hoc verſu:

*Gaza error. Coruulus. Gracculus.*

[a] *Lib. 6. Hi. cap. 17.*

*Rond. error.*

*Salu. error.*

D

Καὶ κορακῖνον ἐπώνυμον ἄθροι χροιῇ, hoc eſt, vt Lippius vertit: *Et nigro cui nomina dicta colore Coracinus*, non ſatis conſtat, certumné ſit hoc etymum. Athenæus enim longè aliud, idq; ex peculiari piſcis natura depromptum prodidit his verbis: *Coracinis inditum nomen eſt, quòd aſſiduè τὰς κόρας κινῶσι*, id eſt, *pupillas mouent, nec vnquam ceſſant*. Ad hæc non omnes Coracini nigri ſunt. Poſtremò Κάρκινος id eſt Cancer, dictus eſt, quòd oculos totos habeat mobiles, quaſi κορακῖνος, vt in Cancro quoque monuimus. Video tamen pleroſque, ex quibus & Caſaubonus eſt, Oppiani potiùs quam Athenæi etymum probare, fortè quòd apud [c] Vitruuium Coracinum colorem pro nigro accipi legerint: nam quod Saluianus cauillatur, vix credibile eſſe, vt quiſpiam obſeruare potuerit, Coracinum crebrò adeo

*Etymum duplex.*

[b] *Lib. 7.*

[c] *Lib. 8 c. 3. Coracinus color.*

pupillas

pupillas mouere, vt inde nomen duxerit; leuiſſimum planè argumentum eſt, cùm id in recens capto piſce etiam à minus oculato præſtari poſſit. Quid ſi vtrumq; etymum approbemus, addita hac diſtinctione, vt cùm Coracinorum alij dulces, alij ſalſas aquas habitant, vt modò oſtendemus, Oppianus de marinis, (ſaxatiles enim eos facit) de Amnicis Athenæus intellexerit, de quibus proxime erat locutus. Athenæo, vt citat Rondeletius Coracinus etiam Σαπέρδης, & πλατισακὸς dictus fuit, & Nili item accolis πίλτα, Alexandrinis ἡμίτυρος. Arbitraturq; Rondeletius idem in hoc piſce vſu venire, quod in Aurata, vt pro ætatis ratione diuerſa nomina ſortiatur, maioreſq; Coracini πλατισακὸι, mediæ ætatis μύλλοι, minimi γναθίδια nominentur. At oſcitantiùs quàm decuit, Athenæi loca, percurrens examinauit. Σαπέρδης enim in primis quidem Coracino idem eſt, ſed illi tantùm qui in dulcibus aquis viuit, Sic enim [d] Athenæus: *Dorion in libro de piſcibus ex quorundam ſententia, Coracinum à multis Saperdam nominari, ac præſtantiſsimum eſſe ex omnibus piſcibus quos ſalſos mittit palus Mæotis:* Nec obſtat quod Euthydemus libro de ſalſamentis ſimpliciter Coracinum teſtetur apud [e] eundem à multis Saperdam vocari, idq; etiam tradat & Heracleon Epheſius, & Philotimus in opere de obſoniorum præparatione. non enim dubito quin & hi de amnico intellexerint, licet id non ſatis clarè oſtendat Athenæus, qui tamen ex Parmenone Rhodio libro primo de diſciplina coquinaria Saperdam à Coracino, nimirum marino diſtinguit, vtrumq; Platiſticum etiam nominari affirmante, & paulò etiam antè ex Archeſtrato Saperdam Ponticum obſonium vocauerat: Ponticum autem, propter paludem Mæotidem, vti item Perſius hoc verſu: *Et quid agam rogitas? en Saperdam aduehо Ponto.* Quo loco expoſitores quidam imperitè Saperdam interpretantur conchæ genus mali ſaporis, & nonnunquam pro ſterquilinio poni. Ad hæc quod & Apua ſalita, vt Hermolaus citat ex Photione, id eſt Etymologo, Saperda vocetur. Poſtremò Ariſtoteli Saperdis (σαπιρδὶς rectius fortè legetur σαπιρδὶς) à Coracino diuerſus eſt, & fluuiatilibus annumeratur, cum Coracino tamen conueniens, quòd vterq; cùm grauidus eſt, ſaporis gratia commendetur. Μύλλος item non ſolùm non eſt mediæ ætatis Coracinus, vt Rondeletius credit, ſed etiam à Coracino diuerſus, quod ibidē Dorion clariſſimè oſtendit: poſtquam enim de Saperda ſiue Mæotico Coracino locutus eſſet, & de optimis item Mugilibus, addit: *Quos autem Myllos vocant, à quibuſdam Gnotidia, ab alijs Platiſtacos nominari,* (ſubaudi Dorion ſcribit) *cùm ijdem ſint: euenireq; hoc ipſum in appellationibus Chellarie, quem & Oniſcum nuncupant, & Bacchum & Chellaren piſcem ſcilicet vnum, ſed adeptum multa nomina. Huius ergo generis maiores Plataniſti dicuntur, ætatis mediæ Myllis, parui autem & corporis mole puſilli Gnotidia.* Platiſticus itaq; cùm dicatur teſte Dorione maior ætate Myllus, ſi quis Saperdam & Coracinum iam proiectæ ætatis Parmenoni Rhodio Platiſticos appellari velit, ego illi non reclamauerim: quod tūc nimirum in latitudinem quàm debebant, excreuerint: quomodo Alexandrini Coracinos aquarum dulcium Plataces nominarunt, nimirum ἀπὸ τῆς περιέχοντος hoc eſt, vt Natalis de Comitibus vertit, à contingente: niſi cum Dalechampio periphraſticè vertere placet, ob rotundam & latam figuram qua ambiuntur. Πίλτης quoque & Ἡμίτυρος priuatim ad Niloticum Coracinum pertinent. A Tarentino rei ruſticæ ſcriptore κορακῖνος vocatur piſcis quidam, quem cum Coracino vt facilè eūdem eſſe credo, ita verò diſtinguo ab eo qui Heſychio & Varrino κορακῖνος appellatur, alijs verò κόραξ, id eſt Coruus. Vtrumque enim Plinius in ſuo Catalogo tanquam diuerſum recenſet, & Diphilus apud [f] Athenæum Miluum Cuculum & Coruum eodem ſimul loco nominans, eorum ſimilitudinem quodammodo oſtendit, Cuculo autem & Miluo alatis plurimùm piſcibus Coracinus diſſimillimus. Nec obſtat quod Coracinus hodieque Corax, id eſt Coruus in Græcia dicatur. Nam præterquam quòd vtrique nomen eſt à nigro colore, alicubi etiam teſte Bellonio Coralcidia nominatur.

*Saperdes. Platiſtacus. Pelie. Hemimeros. Myllus. Gnotidion.*

[d] *Lib. 3.*

[e] *Lib. 7.*

*Coracinis. Coracenus.*

[f] *Lib. 8.*

*Coralcidia.*

# GENVS. DIFFERENTIÆ. LOCVS.

*Rond. error.*

*Duo diuerſa Coracinorum genera.*

ROndeletius Coracinum in eorum piſciū genere reponit, qui mare ſimul & flumina frequentant, idq; Athenæi, Plinij, & Strabonis (quorum mox verba adſcribam) authoritate fretus: quos tamen minimè aſſecutus eſſe videtur. Eiuſdem ſententiæ fuit Bellon. Contrà Franc. Maſſarius ex ijs authoribus elicit, duplex eſſe genus Coracinorum, vnum mari, alterum Nilo fluminibuſq; peculiare; quo modo nimirum Percarum alia marina, alia fluuiatilis eſt. Maſſarij verba non aſcribo, quòd paulò fuſiùs, at dilucidiùs tractet Saluianus, in eadem cum nobis opinione. Plura eſſe Coracinorum genera, (inquit ille) [a] Athenæus teſtatur, inquiens: *Gignit autē Nilus & complura alia piſcium genera, eaq; omnium ſuauiſsima, & maximè Coracinorum: multa enim & horum genera ſunt.* Sed cùm quæ hæc Coracinorum genera ſint, nemo explicauerit, nitemur nos ea declarare. Cùm igitur authore [b] Plinio, *amni & mari communes ſint Coracini*, cumq; aliquod piſcium genus duobus modis mari & amni commune eſſe ſolcat: Coracini non quia aliquo anni tempore mare, alio verò flumina incolant, ſed quia eorum nonnulli prorſus marini, alij verò prorſus fluuiatiles ſunt, mari & amni communes

[a] *Lib. 7.*

[b] *Lib. 32. cap 11. Coracini fluuiatiles tantùm.*

A mnes eſſe dicuntur. Fluuiatiles autem Coracinos ex mari ad flumina non adnatare, ſed ibidem exoriri, ac eorum peculiarem quandam eſſe ſpeciem, ex Niliacis Coracinis clarè intelligi poteſt: nam, cùm Strabonis, Martialis, Plinij, Diphili, ac aliorum authorum teſtimonio, in Nilo Coracini reperiantur, Ariſtobuli verò authoritate teſtetur [c] Strabo, nullum piſcem ex mari in Nilum aſcendere, præter Mugilem, Aloſam, & Delphinum propter crocodilos: Niliacos Coracinos à marinis, ſpecie diſtingi, fateri oportet: quod non ſolùm Strabo innuere videtur, inquiens: *Piſces in Nilo permulti ſunt at diuerſi, qui propriam quandam & ſuam formam habent, ſed maximè noti ſunt Oxyrinchus, & Lepidotus & Latus, & Alabes, & Coracinus*: ſed [d] Plinius etiam ſcribens: *Coracini piſces Nilo quidem peculiares ſunt*: quibus verbis in ſolo Nilo reperiri, haud intellexiſſe credendum eſt, cùm præter alios ſcriptores, qui Coracinos marinos eſſe teſtantur, ipſe quoq; mari & amni, vt diximus, communes eos fecerit, ſed Niliacos Nilo peculiares eſſe, quippe qui à marinis diſtinguantur. Vnde hæc erit prima Coracinorum differentia, vt aliqui marini, aliqui verò fluuiatiles ſint: & cùm Diphilus ſcribat apud [e] Athenæum, *Coracinus autem Nili minor* (alij peior legunt) *niger albo*, Niliacos Coracinos in albos & nigros diuidit, quod non ſolùm in Niliacis, ſed in marinis etiam verum eſſe, quomodo Saluianus comprobet, mox patebit. Quibus omnibus adde, ſi fluuios ſubiret marinus Coracinus, vt Rondeletius credit, quomo-
B do ſaxatilis dicetur [f] Oppiano, & [g] Ariſtoteli, cùm ſaxatiles ſemper in eadem aqua, ac loco ferè eodem verſentur? Fluuiatiles præterea reperiuntur teſte Plinio in lacu non procul Oceano è monte inferioris Mauritaniæ originem trahente, ſtagnante, quam Nilidem vocant ac Nili ortum credunt: & nos ex Dorione oſtendimus paulò antè in Mæotide palude quoq; degere.

[c] *Lib. 17.*

[d] *L. 32. c. 5.*

[e] *Lib. 8. Coracinorũ Niliacorum differentia.*

[f] *Lib 1.*
[g] *Li. 5. Hiſt. cap. 9. Coracinus fluuiatilis non ſolùm in Nilo.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

C Oracinum Speuſippus Melanuro ſimilem eſſe dixit: cæterùm ſitne iſthæc ſimilitudo vel ad figuram, vel ad colorem referenda, ambigitur. Saluianus aut ſuſpectam debere cenſeri eam ſimilitudinem, aut de ſolo colore intelligi exiſtimat, propterea quòd vti & Ariſtophanes ob nigras alas Coracinum μελανοπτέρυγον, itaq; Melanurum ob nigras lineas quæ latera eius pingunt, μελανόγραμμον vocet: præterea ſicuti Coracinum ob varias ſuas lineas ἀιόλλω vocauit Numenius, ſic & apud Athenæum Melanurus πολύγραμμος dicatur. Poſtremò vt Oppianus Coracinum à nigro colore denominauit, ſic à nigredine caudæ Melanurus nomen inuenerit. Poſſit tamen ſimilitudo ad
C magnitudinem quoq; referri, nam & Coracinus ex minoribus piſcibus eſt, quod teſtatur [a] Ariſtoteles, inquiens: *ſed præcipuè Graculus* (κορακῖνος) *inter minora*. Atque hinc fortaſſis diminutiua voce à Pherecrate apud Athenæum κορακίνδιον appellatus fuerit. Quis itaq; genuinus veterum Coracinus ſit, haud ſatis tutum eſſe reor affirmare, ſuntq; diuerſæ ſuper hoc piſce recentiorum ſententiæ. Bellonius pro eo nobis exhibuit piſcem mari æquè ac fluuijs familiarem, ex Glaucorum, vt vult genere Maſſilienſibus Pes Carpa, Comenſibus qui lacum Lemanum incolunt, peſce Scarpa nominatum, de quo (quia huc non pertinet) ſuo dicetur loco. Rondeletius duos pinxit, magnitudine, ac reliqua, vt apparet, ſpecie diuerſos, vnicam interim deſcriptionem duntaxat ponit, & maioriſne an minoris, ex verbis eius haud percipias. Ipſe enim ſimpliciter tanquam de vno loquitur, hoc modo: Coracinus piſcis eſt marinus, maris ſtagna etiam aliquando ſubiens & Nilum fluuium & Mæotidẽ lacum, ex ſquamoſorum genere, Auratæ vel Melanuro quodammodo ſimilis, cubitali magnitudine, aliquando multò maior, dorſo repando, colore ſubnigro, circa caput vario, maximè enim cùm è mari extrahitur, caput ſubaureo eſt colore, ad purpureum exaturatum, vel ad nigrum accedente, ita vt aurum ſubeſſe videatur, colore ex purpureo nigreſcente perfuſam. Squamis tegitur magnis & latis: oculos magnos habet: prope hos duo foramina ad odorandum vel ad audiendum. Ore eſt mediocri, dentibus par-
D uis. In ſummo roſtro & inferiore maxilla foramina quædam parua apparent. Ad branchias pinnæ magnæ & latæ: in ventre maiores, nigræ, qua nota ab alijs ſquamoſis diſſidet. Podex magnus & rotundus: quem ſequitur pinna longa & nigra, aculeis nigris & robuſtis innixa. In dorſo alia longiſſima eſt, conſtans aculeis tenui membrana reuinctis, duas eſſe poſſis dicere. His maiores, pro corporis magnitudine nullas equidem vidi. Cauda in pinnam vnicam latam deſinit. Ventriculum magnum habet, cum appendicibus octo vel nouem. Omnia inteſtina tenuia, hepar magnum, fel in hepate, ſplenem oblongum & rubrum. In poſteriore capitis parte lapillos albos, veluti Lupus, quos ad morbos quoſdam vulgus vſurpat. Hæc ille cuius ob allatam rationẽm icones reliquimus. Totidem quoque pinxit & delineauit Saluianus, quorum primùs Romæ, vt teſtatur ſimpliciter & abſolutè Coruo & Coruetto, alter Coruo cognomento de fortiera nuncupatur. Prior roſtrum breue habet & retuſum. Os (quod ad ventrem vergit) mediocre & edentulum. Labrum vtrumq; quibuſdam conſpicuis foraminibus inſignitum, ex quorum inferiori carnea quædam appendix breuis, ſed craſſa & rotunda pendet: Oculos magnos & rotundos & ante eos auditui & olfactui inſeruientes meatus admodum patulos: bran-

*Vt Melanuro ſimilis dictus.*

[a] *Lib. 5. Hiſt. cap. 10.*

*De Coracino diuerſæ opiniones.*

*Scarpa peſce.*

*Ex Rondel.*

*Ex Salu. Coruo. Coruetto. Coruo di fortiera.*

chias

Coracinus Saluiani.



*Coracini alterius deſcriptio.*

chias vtrimque quaternas. In dorſo E
duæ ſunt pinnæ,& duæ ad branchias, vtrinq; ſcilicet vna;& rurſus binę aliæ in ventre,vna etiam vtrinq;: & poſtremò vna alia valido innixa aculeo, ab ano imo ventri ſubnectitur. Cauda lata eſt,& non lunata. In capite binos lapides gerit. Vētriculus magnus eſt: appendices eius octonę: Inteſtina mediocria,multa pinguedine obducta ac pleriſq; gyris conuoluta: Hepar pallidum,in duas diuiſum fibras, è quarū dextra exigua fellis veſicula longiori & tenui meatu appenſa eſt. Squamis tegitur latiuſculis. Ventre eſt argenteo. Dorſum & latera depicta ſunt la F
tioribus lineis, obliquis & vndātibus flauis quibuſdam,liuētibus verò alijs, à dorſo per latera caput verſus, ita alternis deductis, vt ſicuti quamlibet flaueſcentium,ſtatim liuentium vna ſequitur:ſic hæ,illarum vmbræ eſſe videntur. Extrema operculorum branchiarum pars valdè nigricat;atq; pinnæ quoque, & maximè quæ ad branchias quęq; in ventre ſunt,nigrę cōſpiciuntur. Vnde vti ob id iure apud Athenæum Ariſtophanes μιλανοπτέρυγον Coracinum,id eſt,nigras habentem alas; ſic ob pinnarum, branchiarum operculi, atq; liuentium linearū G
nigredinem,meritò Oppianus (vt citauimus) nigrum eum cognominauit: Nec etiam ab re apud eundem Athenæum Epicharmus dixit κηριόχροας κορακῖνος, id eſt cerei coloris Coracinos, cùm flaueſcētibus illis lineis, verè cereum colorem repræſentent: Poſtremò cùm totus piſcis varijs adeo depictus ſit coloribus,haud immeritò apud eundem etiam Athenæum, Numenius Coracinum ἀιόλον, hoc eſt, varium vocauit. Coracini dorſum repandum eſt, quapropter totius piſcis figura longitudinis ratione ſatis lata redditur: vnde forſan apud Athenæū H
Parmeno Rhodius Coracinum πλατυσακόν appellari teſtatur. De altero Coracino qui Coruo di fortiera vulgò Romæ vocatur,non minus diligenter idem Saluianus, quemadmodum (inquit) à Diphilo apud Athenæum

Niliaci Coracini in albos & Nigros diuidūtur:ſic etiam marinorum nonnullos albos,alios verò nigros eſſe aſſeueramus;etſi id veterum nemo (quod ſciam) notauerit vnquam. Nam cùm hic,de quo nunc pertractamus,in Coracinorum genere ſtatui debeat, (non ſolùm propterea quòd vt præcedens Romæ vulgò Coruo & Coruetto,ita hic Coruo di Fortiera vocetur,ſed etiam quia corporis forma adeo, vt infrà monſtrabimus conueniant,vt ambos eiuſdem generis eſſe,nemo non intelligat,)ſic ille (quippe qui multò minus nigricet) albus: hic verò (vt qui nigrior appareat) niger iure cenſendus eſt.

Etſi autem

## Coracinus niger Saluiani.





Digitized by Google

Etſi autem roſtro,ore,capite,oculis,pinnis,cauda,totius corporis figura,atq; interaneis omnibus,cum præcedenti conueniat,adeo, vt eiuſdem generis eſſe inficiari non poſſit,quibuſdam tamen notis ita diſcrepant,vt eiuſdem generis diuerſas eſſe differentias manifeſtiſſimè conſtet: Cùm enim ille cereus atq; varius ſit,hic totus ferè nigricat: Aculeus,cui ani pinna hæret, maior atque validior multò in hoc quàm in illo conſpicitur. Multò etiam minus hic excreſcit; pedalem enim magnitudinem nunquam ſuperaſſe vidimus. Saporis etiam ſuauitate, atque carnis teneritudine illo inferior eſt. Reliqua verò omnia vtriſq; ſunt communia. Hæc quoq; Coracini ſpecies videtur,colore ex albo nigricans. Geſnerus bis pingere videtur. Idem etiam Coruuli nomine ſibi in Italia pictum ſcribit, & à Cornelio Sittardo miſſum colore rubro, cuius effigies ſequenti pagina dabitur. E

*Vt à primi differat.*

Coracinus Geſner.



MORES

Coruulus Geſneri.

A



B

## MORES. NATVRA. PARTVS.

*Piſcium complures*, inquit [a] Ariſtoteles, *hyeme latent, ſed apertiſsimè Hipparus & Coracinus: nam hi non capiuntur niſi ſtatis diebus, eiſdemq; ſemper*. Quamobrem apud Plinium, vbi trascribit hunc locum, *praterquam aſtatis paucis diebus*, mendum irrepſiſſe videtur, & *ſtatis diebus* legendum. Ex quibus Rondeletius, piſcem quem depingit (depingit verò duos, nec intelligas, cuinam deſcriptio debeatur) verum veterum Coracinũ eſſe probat quod plerunq; in ſuo mari, nimirum iuxta Monſpelium capiatur, quoniã ea eſt, inquit, noſtra piſcandi ratio per ſagenam, vt omnes piſces qui in ijs ſunt locis ad quos ſagena pertingit, quouis tempore capi poſſint. Eodem [b] Ariſtotele teſtante gregalis eſt Coracinus: quod vel inde patet, quoniam ſemper, non vnicus, ſed multi ſimul capiantur, eſtq; haud vagabundus, vt Athenæus addit. De partu hæc inuenio apud Ariſtotelem. *Coracini nunquam meſſe Tritici pariunt*: Et rurſus: *Coracinus & Mullus pariunt autumno: ſed ille poſt Mullum, fœtificat inter algas, vtpotè qui locis ſaxoſis degat: fert vterum longo temporis ſpatio*: Et [c] alibi: *Coracinus præcipuè inter minora genera piſcium celeri incremento perficitur. Solet hic parere iuxta litora, algoſis* C *denſiſque locis*. Quem nouiſſimum locum Athenæus repetijt, ſed intereſt nonnihil. Συμβαίνει μὲν ἂν (Athenæus addit χιδὸν, id eſt prope) *πᾶσι ταχεῖαν γίνεσθαι τὴν αὔξησιν τοῖς ἰχθύσιν, οὐχ* (Athenæus negationem non habet) *ἥκιστα δὲ κορακίνῳ τῶν μικρῶν* &c.

[a] *Lib. 8. Hiſt. cap. 15.*

[b] *Lib. 9. Hiſt. cap. 2. Partus.*

[c] *Lib. 8. Hiſt. cap. 10.*

## CAPIE DI NRATIO.

AElianus Coracinos tradit, alioſq; piſces in Iſtro congelato, ſcrobe putei excauata, facilè capi: ſed hoc ad fluuiatiles Coracinos reducendum exſtimo. Eſca apud Tarentinum ad capiendos Coracinos, magnitudine tantùm præſtantes; recipit lenticulę torrefactæ ſcrupulos octo, cumini torrefacti drachmam vnam, vuæ immaturæ, betonicæ viridis, ana drachmas quatuor, coronopodis herbæ tantundem, anthyllidis amaricantis, hoc eſt, viridis, drachmam vnam, palmularum iam flaccescentium drachmas quatuor, caſtorei drachmam vnam. Omnibus probè contuſis addens ſuccum anethi, trochiſcoſq; fingens, eis vtitor.

## VSVS IN CIBIS.

D

COracinus Niloticus inter nobiliores piſces habetur, vt ſuo loco patebit: Contrà minus probatur marinus. Diphilus Niloticum marino comparans κορακῖνον (inquit) δ' ἐκ τοῦ Νείλου, ἥττων δ' ὁ μέλας τοῦ λευκοῦ, καὶ ὁ ἰφθὸς τοῦ ὀπτοῦ. ὅτος γὰρ καὶ εὐστόμαχος καὶ εὐκοίλιος. hoc eſt, vt vertit Natalis de Comitibus; *Coracinus è Nilo, peior niger candido, ac elixus aſſato. Hic ſiquidem ſtomacho ventriq; conducit*. Rondeletius verò pro ἥττων legit κρείττων, cui ſubſcribit Geſnerus, qui præterea pro δέ ſequente reponit καὶ, vt legatur ſic: κορακῖνος δέ ὁ ἐκ Νείλου κρείττων: καὶ ὁμίλας τοῦ λευκοῦ: vt ſcilicet ſic latinè vertatur: *Coracinus è Nilo præſtantior eſt* (quàm marinus) *& niger quàm albus, & elixus quàm aſſus. Elixus enim tum ſtomacho tum ventri conducit*. Niloticum marino anteferri dubium non eſt: elixo verò aſſum ſalubriorem eſſe, quoniam duriuſculæ carnis eſt (præſertim adultior paulò) & ventrem magis mollire (quod Diphilus εὐκοίλιον eſſe dixit, hoc eſt, bonam aluum facere, nemo etiam negauerit. Ἥττων etiam non modò minus & inferius magnitudine, ſed etiam bonitate, hoc eſt, deterius ſignificat, & in eodem ſenſu eadem voce vtitur idem Diphilus. Amphis igitur,

*Athenæi locus correctus.*



d by Google

cùm apud eundem Athenæum ſcribit, *haud ſanæ mentis eſſe, qui preſente Glauco Coracinum edit*, de marino intellexerit potiùs quàm de Nilotico; & Archeſtratus, dum ait: *Quantum Thunnus vilioribus Coracinis præfertur, tantundem Conger cæteris piſcibus præſtat*: nam & Galenus Coracinum marinum Mullo inferiorem facit, quem iam ex Athenæo Nilotico Coracino poſtpoſuimus. Vterq; autem teſte Ariſtotele, tum melior eſt, cùm vterum gerit. Seruabantur etiam ſaliti, quod de fluuiatilibus oſtendimus: de marinis non obſeruauimus. Rondeletius de ſuis loquens Caracinis: Monſpelienſes ait, cùm paruus eſt, preparare vt Auratam, vel in ſartagine frigere vel in craticula aſſare; magnum verò, elixum in aqua, aceto & vino albo apponi & cum ſucco oxalidis vel aceto edi. At ſi diutius ſit ſeruandus, aceto & pauco pipere condiri, additis folijs lauri, vel myrti, vel iuglandis. Saluianus ſic conſeruat: Feruente oleo ad mediam coctura mergit, extractos verò ſale acetoq; conditos, in vaſculis, myrti folijs certo ordine ſubſtratis reponit, hacq; induſtria aduerſus omnem caloris contumeliam per hebdommodas aſſeruari aſſeuerat.

*Quido melior. Apparatus.*

E

# VSVS IN MEDICINA.

*Lapidum in capite vſus.*

SCribit Rondeletius lapides in capite Coracini repertos valere ad nephriticum dolorem vel colicum à vulgo exiſtimari, ab alijs item ad morbum regium: ſeſe verò in nephriti id quidem verum eſſe, experimento didiciſſe, (comminuere ſiquidem renum lapides, vel pituitam, ex qua calculi gignuntur, & retinentur, exiccando, vel pondere ſuo pellendo, inſtar lapidis Iudaici, Indi, vel Lyncis.) qua verò ratione & facultate morbum regium curare poſſit, ſeſe ignorare, experientiam autem falſum id eſſe docere. Sed duos cùm pingat piſces, vnumq; tantùm deſcribat, deſcriptionemq́ue neutri priuatim applicet, præſtiterit, è Saluiani Coracino lapillos petere. Docent item veteres Coracini vſus aliquos medicos, ſed ij ad fluuiatilem quo de ſuo loco, pertinent.

F

# ANTIPATHIA.

*Pix Coracina.*

SCitu non indignum eſt, inquit Cælius Rhodiginus, ab eruditis obſeruatum, vbi Palladius ſcripſit, Coracinam picem aduerſus arborum formicas pollere, reponendum Coracinum piſcem & id ex agricolationum magiſtris in Gracorum ſcientia. At contrà Rondeletius ſe experiri voluiſſe tradit, num piſcis iſte antipathia quadam formicas ab arboribus arceat, quemadmodum cancer boues ab arboribus, ſed rem aliter ſe habere experientia comperiſſe: quare Coracinam picem, vt à reſina (inquit) quæ nihil aliud eſt, quàm pix alba, differat, legendum eſſe iudicat, vt & Vitruuius Coracinum colorem dixit pro nigro. Cæterùm Rondeletio reſponderi poterit, piſcem ſuum, in quo periculum fecit, genuinum Coracinum non eſſe; quare rurſus res in alio piſce diſcutienda fuerit.

G

# DE EXOCOETO, VEL ADONIDE. Cap. XVI.

# ORDINIS RATIO. SYNONYMA. ETYMVM.

H

*Etymon.*

EXocoetum ſiue Adonidem, quibus nominibus potiſſimùm audit, ſaxatilem eſſe, Athenæi quidem teſtimonio conſtat, ſed ſquamoſuḿne qualem Rondeletius pinxit, an læui & lubrica tantùm cute præditus, vt Bellonium apparet credidiſſe, qui talem nobis exhibuit, haud ſatis clarum eſt. Exocœti etymum tradidere Athenæus, Plinius atq; Oppianus: ab eo nomen inueniſſe dicentes, quòd in ſiccum ſomni cauſa exeat: Sic enim Oppianus:

Ἄλλοι δ' ἐξωκοῖτον ἐφήμισαν, ὕνεκα πόντας
Ἐκ τοῦ ἀλὸς τίθεται, μετὰ δ' ἐπὶ χέρσον ἀμείβει: id eſt,
*Multi Exocœtum dicunt, quòd proſilit vndis,*
*In littus, ſicco ponens tellure cubile.*

*Adonis cur dictus. Ciniris.*

Quia itaque mare & terram amicam habeat, ſimiliter Adonim, vt Aelianus arbitratur, dixerunt, ad Adonidis, qui Ciniræ regis filius fuit, fabulam alludentes, quem duabus in amore deabus fuiſſe fabulantur, alteri marinæ, alteri terreſtri. Κίρρις (fortè Κιρρὶς) inter alia apud Varrinum eſt apud Cyprios ὁ Ἄδωνις,

Digitized by Google

A Ἄδωνις, & apud Lacones ὁ λύγος. quod poſtremum nomen hodieq; in Arcadia retinet, vti ab Arcadiæ incolis didicit Maſſarius. Cirris verò à colore χίρρῳ qui ſubflauus eſt, qualis Adonidi tribuitur, dici potuit, & ipſe Varrinus in exordio Cirrhidis ſignificationum, Cirrhidem dixerat piſcem eſſe, ἀπὸ τῆς χίρρος ἐστὶ τὸ χροίαν, id eſt quòd colore ſit cirrho. Oppianus verò Adonim ſiue Exocœtum à Cirrhide diſtinguit. Κηρὶς apud Diphilum Siphnium & Alex. Trallianum piſcis nomen, a cereo vt apparet, colore, à quo & pruna quædã cæreola dicimus: qui color Adonidi quidem conuenit: non videntur tamen eundem piſcem intelligere: Diphilus enim molli carne Ceridem eſſe ſcribit, Trallianus verò in colico affectu aſſumi iubet piſces duriore carne præditos, vt eſt (inquit) Ceris, Orphus, Glaucus. Cerrhis (κίρρις) item Suidæ nomen piſcis eſt, vt & κίρρα Heſychio & Varrino. Κίρρυλος Varrino piſcis & auis: Κίρνις eidem & Suidæ piſcis, fluuius & proprium. Quæ nomina tam vario modo ſcripta, tutò pro Adonide vſurpanda non putamus.

*Ceris.*
*Pruna cereola.*
*Cerrhis.*
*Cirrhulus.*

# DESCRIPTIO. LOCVS. NATVRA. HISTORIA DENIQ. TOTA.

B A [a] Thenæus ex Clearcho multa de Exocœti natura prodidit in hæc verba: *Clearchum peripateticum libro quem inſcripſit de aquatilibus, non me latet, hac de Exocœto piſce tradidiſſe, huic piſci, quem & Adonin quidam appellant nomen indituin fuiſſe, quòd ſæpiſculè extra maris aquã dormitans quieſcat. Eum verò piſcem colore ſubruſſum eſſe: ab eius branchijs vtraq; parte corporis lineam albam vnam continuo tractu ad caudam vſq; duci, corpore minimè lato, ſed tereti, litoralis & puſilla Oeſtrei magnitudine, cui digitorum octo longitudo maxima eſt, piſciculo quem Hircum nominant, vt paucis complectar, omnino ſimillimum, præter nigram ſub aluo maculam quam hirci barbam vocant. Saxatilis quidem Exocœtus in ſaxoſis locis degit, & tranquillo mari cum fluctu exiliens, in paruulis cauibus iacet: ac in ſicco diu quietus ad ſolem obuertit ſe: deinde quod ſatis eſt, vt putat, quieniſſe, in mare ſe deuoluit, quoad exceptum fluctus reciprocus in altum rurſus deferat. Cum autem in ſicco vigilat, ab auibus quas Parendiſtas* (quæ placido mari circa litora paſcuntur) *quales ſunt Cerulus, Trochilus, ac Elorius ſimilis Creci, ſibi cauet. Eas namq; à ventis mare cùm ſilet, in litore cibum quæritantes & ſæpius inuadere ſolitas ſtatim ac proſpexerit, palpitans ſubſultim aufugit, quoad in mare ſe demergat.* Hæc itaq; Athenæus, quæ omnia in hunc piſcem, quem propterea ex eo (Bellonij Exocœto in alium locum reiecto) depingimus & deſcribimus competere Rondeletius teſtatur. Piſcis eſt, (inquit) ſemipedali magnitudine, forma tereti, ὑποπυρρὸς ſecundum Athenæum, ξανθὸς ſecundum Oppianum, id eſt, colore aureo: partibus quibuſdam vireſcentes, alijs magis rubeſcente. A branchijs ad caudam, lineam candidã continuam habet. Corpore ſimilis eſt Mænis iam fœtis aut Gobionibus. Paruas habet branchias. Huius piſcis nullum vulgare nomen apud ſuos comperi, ſed communi aliorum ſaxatilium nomine appellari. Et licet ceu rarus celebretur à Plinio, dum [b] inquit: *Miratur Arcadia Exocœtum ſuum*, reperiri tamen nonnunquam in litore Monſpeliano: ibique in ſaxis ſtertentem aliquando conſpexiſſe. Et ſunt certè piſces à peculiaribus locis celebres, qui tamen in alijs etiam reperiuntur. Sed obſeruandum eſt à Clearcho Exocœtum τράγῳ, id eſt Hirco aſſimilari, quem Rondeletius eum facit, qui Venetijs vulgò vocatur vn Gò, id eſt Gobius, Niger is eſt, & ſquammoſus, quamuis lubricus. Ariſtoteles tamen τράγον vocat Mænam marem quo tempore dat operam ſoboli: quare quæri poteſt, inquit Caſaubonus, an eundem piſcem Clearchus intellexerit. quod ille facilè ſibi perſuadet, propterea quòd ἰχθύδιον, id eſt piſciculum, Hirçum iſtum Clearchus appellet, & Mæna Gobione minor ſit. Adde (inquit) quod Clearchus Ariſtotelis fuit diſcipulus inter primos & γνησιώτατος; à quo didicerat & res & proprias rerum appellationes. Idem Rõdel. ſcribit Exocœtum Pauſaniæ Ποικίλον vocari, ſed in eo decipitur, vt modò ex adducendis Pauſaniæ verbis manifeſtè cõſtabit. Plinius Exocœtum ſcribit, circa Clitorium vocalem tradi, & ſine branchijs. Quod fieri non poteſt, inquit Rond. ſed qui brãchias breues, imperfectas nec valdè manifeſtas habent, iis carere exiſtimantur, veluti Hippocampo propter paruitatem & ſitũ deeſſe videntur: quam Rond. ſententiam quidem etiam approbo, exemplũ verò de Hippocampo improbo: hic

[a] *Lib. 8. c. 11.*

*Etymum. Deſcriptio*

*Hircus piſcis.*

*Parendiſtæ aues.*

C *Exocœti Rõdelet. deſcriptio.*

Adones ſiue Exocœtus Rondel.



[b] *Li. 9. c. 19.*

D *Pœcilus.*

namq; exanguis cùm ſit, branchiatus eſſe nequit; deinde cùm Pauſaniæ authoritate fabuloſum eſſe E
oſtendit, vocalem haberi Exocœtum, quia Pauſanias, vt ipſe citat, ſcribat ſe captos quidem Exocœtos
vidiſſe, vocem verò nullam audiuiſſe, cùm tamen illic vbi capiuntur, ad ſolis vſq; occaſum commora-
tus eſſet, quod eo maximè tempore vocales eos piſces dicerent: Pauſaniæ aſcribit, quod apud eum
*In Arcadicis.* neutiquam inuenitur. Ipſe enim nulla Exocœti aut Adonis facta mentione, ſic de vocalibus creditis
*Vocales piſces qui.* piſcibus loquitur: *Exonerat ſeſe Clitor in Aroanium, in quo piſces ſunt tum alij, tùm qui à varietate Pœcilia appellantur: hos vocem emittere tradunt, ſurdæ volucris ſimilem. Captos quidem vidi: ſonum autem nullius audiui, quanquam in ripa ad ſolis occaſum permanſerim, quo potiſſimùm tempore vocem edere dicebantur.* Vt non ſit dubitandum, quin Pœcilia piſcis, ſiue (vt ille citat) ποικίλας, (Pauſanias habet ποικιλία) ſit ab Adone ſiue Exocœto diuerſus, præſertim cùm fluuiatilem eum faciat Pauſanias, &
*a Li.9.c.19.* Exocœtus ſit marinus. Neque à ſententia mouere nos debet a Plinius, *Exocœtum ſine branchijs, & & citra Clitorium vocalem eſſe ſcribens*: Apparet enim imperitè vel ſaltem oſcitanter (vt aliàs non rarò) ex Græcis tranſtuliſſe. Nam Athenæus ex Clearcho cùm Exocœti hiſtoriam recitaſſet, mox tanquam de diuerſis piſcibus circa Clitorem vocalibus & ſine branchijs meminit, quorum nomen nullũ exprimit, quæ fortè in eodem quo Athenæus, ſcriptore, Plinius cùm ſic coniuncta legeret, ad eundem
*Cur in ſicco viuat.* piſcem pertinere exiſtimauit. In qua ſententia etiam eſt Caſaubonus. Cur modò Exocœtus in ſicco F
diutius viuat, in cauſa eſt (inquit idem Rondeletius) quòd magna aëris copia, à qua ſuffocari poſſit,
*b Lib.4.c.9.* affatim non trahatur ad branchiarum ſtructuram, hoc eſt, b vt aliàs exponit, ob rimæ branchiarum
anguſtiam (paruas autem branchias ſuo Exocœto tribuit,) idq; in primis Anguillæ exemplo comprobat, cui parua branchiarum rima eſt: diutiſſimeq; extra aquam viuit, & in riuulis exiccatis & in are-
*Hirudo cur extra aquã viuat.* na menſes aliquot, atq; etiam ſub terra, vnde & viua nonnunquam eruitur. Ita & Hirundinem extrà aquam volare poſſe, quòd branchiarum opercula arctiùs connexa habeat, ideoq; parum aëris attrahat, attractuſq; aliquantulum retineatur & coaleſcat.

# VSVS IN SACRIS.

*b Lib.7.* APud b Athenæum legimus Apollini κίθαρον, Mercurio Βόακα, Dioniſio ſiue Baccho κνιτὸν ſacrum habitum fuiſſe. Repetit hunc locum Maſſarius, ſed paulo aliter legit: Cittulum (inquit) Libero patri ſacrum fecerunt Græci. Geſnerus vocem corruptam putat, & aliàs Cantharum inter piſces Baccho potiùs conſacrandum ait, quia vt conijcio, cantharus item poculi genus G
ſit, Baccho ſacrum. Caſaubonus vulgi ſcripturam non ſolùm in antiquis Athenæi codicibus, & in Epitome, verùm etiam apud Euſtathium legi teſtatur, mendo tamen carere non dubitat, legitq; κιττάν: quo nomine piſcem veteres agnouiſſe Heſychianæ Gloſſæ arguunt. κίσσα (inquit) ἰχθὺς ποιός. Veteres Graminatici; ἀνάκεινται Διονύσῳ κίσσος κίσσινος ὁ ὄινος, ὁ δοτὴρ ὁ Διονύσος: id eſt *Baccho ſacra habetur hedera ſiue κίσσος, quia vinum cuius ipſe largitor, eſt κίσσινον unideq; expetitur.* Quæ lectio vt mihi maximoperè arridet, quia ſermo ibi eſt de animalibus, quæ occaſione nominis alicui deûm ſacra habita, ita contrà Bellonij coniectura à mente Athenæi omnino aliena videtur, qui legiſſe σκύμνιον videtur, nam Catulum vertit: item & Dalechampij, qui legit ἰξώκιλλον, cùm nemo veterũ aut Catulum, aut Exocœtum ſiue Adonidem Baccho ſacrum fecerit, & lectio longius nimio petita ſit.

# DE SCIÆNA, SIVE VMBRA.
## Cap. XVII.

H

## ORDO. SYNONYMA. ETYMVM.

*Vmbra. Lumbrina. Etymum.*

COracino haud malè hic pingendus & deſcribẽdus piſcis annectetur ob ſimilitudinem, quæ tanta eſt, vt ichthyopolæ cùm Romæ, tum alibi, Coracinum pro ipſo, ipſumq; pro Coracino vendant. Græci Σκίαιναν dicunt. Plinius hoc nomen retinuit, alij Romani Vmbram vocant, Græcum nomen Latinè exprimentes. Ex recentioribus verò Platina Lumbrinam, niſi mendoſus ſit codex, appellat, Saluianus & Ioann. Raſarius Xenocratis interpres Vmbrinam. A colore nomen accepit, vt Varro author eſt, colore autem nigreſcente, quem vmbroſum appellat Iſidorus, Ouidius liuentem, *Tum corporis vmbra liuentis.*

A *uentis*. Rondeletius verò ſic potiùs dictum arbitratur à lineis quibuſdam obliquis, à dorſo deſcenden tibus aureis & obſcuris, quæ aliarum (inquit) apparent vmbræ: vna enim manifeſta eſt, ſequens obſcura, & ſic deinceps à capite ad caudam vſq;: ſignificantiùs fortè Bellonius, quòd quippiam habeat inter Coruum & Lupum adumbratum; vel quòd dum mouetur, adumbrantem quendam oculis colorem, iridis in morem rutilet. Aliud deniq; etymum excogitauit Saluianus, Vmbram ſic dictam eſſe ſcribens, quia celeri ſuo natatu oculos effugiens vmbra potiùs, quàm verus piſcis intuentibus appareat, vt Auſonius (inquit) innuere videtur, inquiens:

*Effugiens oculos celeri lenis Vmbra natatu.*

Sed Auſonius Vmbræ fluuiatilis tantùm meminit, toto genere diuerſæ. Quid ſi ad piſcis nobilitatem ac præſtantiam referatur etymum. Σκιάι, id eſt vmbræ prouerbiali ioco olim dicebantur ij, qui venirent ad conuiuium non ipſi quidem vocati, ſed comites eorum qui vocati fuerant, ſic illos ſequentes velut vmbra corpus vltrò ſequitur, vt videlicet de hoc delicato piſce ederent, ſuper qua re luculenta narrabitur hiſtoria. Bellonius Græcis item Σκινίδα appellari teſtatur, Galenum puto intelligẽs apud quem σκινίδες per ſyncopem leguntur pro σκιανίδες. Σκιανὶς autem fit à σκίαινα, vt à τρίγλη τριγλὶς, à πίρκη περκὶς, ὑαίνα ὑανὶς. Vnde vbi Epicharmus Sciathidem vocat, cuius hæc verba citantur ab

B Athenæo: Αἰλίαι (aliàs ἀιόλιαι) πλῶτις τε, κυνοglωσσοί τε: ἰπλιάδες (aliàs ἰνλὼ δὲ καὶ) σκιαθίδες, Geſnerus legere mauult σκιανίδες: monetq; inſuper, ne Sciænam cum Syæna ob nominis vicinitatem lector confundas, cùm legatur apertè apud Oppianum diſtinctio. Sunt verò qui Sciænam & Scinida diuerſorum piſcium nomina eſſe velint: illamq; veram eſſe Vmbram, hanc verò Vmbræ ſimilem: ſed ſcrupulum (inquit Rondeletius) adimit Galenus, qui nimirum præcitato loco ſic habet: οὐ μὴν ὁμόιως μαλακὼν ἔχουσι σάρκα τέτοις, καὶ τοῖς πετραίοις ἰχθύσιν οἱ καβίοι, καθάπερ ἅδε σκινίδες ἢ σκιάιναι: διοσσῶς γὰρ ὀνομάζονται. hoc eſt: *Non ſimiliter mollem carnem habent Gobiones ac iſti (Aſelli) & ſaxatiles piſces: ſicut nec Vmbræ quæ Scinides & Sciænæ duplici nomine appellantur.* Appellatur item Σκίας vt Xenocrati, cui & Σκιαδὴς, & σκιαδῆα dixit hoc verſu Numenius:

Ἡ᾽ς φάγρον λοφίλω, ὁτὶ δ᾽ ἀγρόμενον σκιαδῆα.

Inuenitur & in Vartini lexico Σκιαδὴς. Græci noſtri tẽporis nunc Σκίον dicunt teſte Gillio, quod item Rondeletius affirmat, addens alicubi & Μηλοπόπιον, alicubi etiam Ouem marinam nuncupari. Italis Ombrina vocatur, licet Rondel Italis & Maſſilienſibus, & toto deniq; illo tractu qui eſt à Maſſilia Neapolim vſq; Vmbrino dici velut Venetis, vt Geſnerus ſeſe ait intellexiſſe, Nembrella, fortè Ombrella, quo nomine vulgo intelligimus vmbraculum quo ſolis feruorem arcemus, & vmbram inducimus.

C Bellonius author eſt minorem quandam ſpeciem, quę argentei coloris ſit, Vmbrinottam vocari. Alibi verò etiam ſcribit Glaucum prouectiorem adeo Vmbram marinam referre, (præſertim cirro quem ſub labro inferiore erectum habet, ipſe autem in ſuo piſce eum non exprimit) vt à pleriſq; alter pro altero ſumatur: ideoq; Maſſilienſes & Romanos Glaucum Vmbrinam nominare: alibi deniq; tradit Chromin ſimilem piſcem cum Vmbrina confundi; cum ipſemet Chromin & Vmbram videatur confundere. Idem mediterranei maris accolis ceu Damam vocari ait vn Daing: Pariſinis non alio quam macri nomine cognitum, du Maigre, à carnis (quæ in tranſuerſas talcolas, vt Sturionis & Salmonis, diſſecta venundari ſolet) candore atq; albedine, quam vulgus (inquit) maciem appellat; nullo enim ea eſt ſanguine colorata. Baionæ referente Rondoletio Borrugat dicitur quaſi verrucata à verruca, quam ei in mento eſſe dicemus, in Gallia verò Narbonenſi Daine; nonnullis Peis rei quaſi piſcis regius: peritiores autem Dainam à piſce regio & Coracino ſic diſtinguunt, vt Piſcis regius is ſit, qui Latus Rondel. dicitur, Daina verò σκίαινα, Coracinus deniq; Corb. Minus corruptè pro Daine quidam pronunciant Caine omiſſo σ: id quod Galli plerunque faciunt in nominibus quorum initium eſt ſ. qua litera ſublata & x in d mutando, Daine fecerunt.

*Scinis.* *Lib. 3. de Alimen. Sciathis.* *Syæna.* *Scias.* *Sciades.* *Sciadeus.* *Ouis marina.* *Glauci ſimilitudo cum Vmbra.* *Dama.* *Macer.* *Borrugat.* *Daine.* *Regius piſcis.*

D

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

VMbram in marinam & fluuiatilem diuidunt. De marina hîc tantùm. Huius color qualis ſit nomen ipſum indicat, Is vt ex Iſidoro diximus, fumoſus eſt, Ouidio liuens. Squamoſum piſcem eſſe ex Plinio diſcimus, qui eius ſquamis vtitur ad pannos diſcutiendos. Alias notas Vmbræ attribui apud veteres non reperio. Nam quod ſcribit Ariſtoteles, Vmbram *in capite lapides gerere, ideoq; frigus ipſi infeſtum eſſe*, nihil certi conſtituit, cùm id alijs multis quoq; ſit commune. Non dubito tamen, quin Saluianus genuinę Vmbræ iconem dederit: cæterùm eademnè ſit cum Belloniana & Rondeletiana, ſicuti affirmare non audeo, ita inficiari nolo: Video enim in deſcriptionibus, iconibuſq; conuenire multa, multa item diſcrepare. Rondeletius ſuam Vmbram dentibus carere tradit: Bellonius eoſdem ei attribuit, & in icone ſatis magnos exprimit. Dentatam ſuam quoq; facit Saluianus; ſed in icone dentes non appingit. Verrucam ſub mento Rondeletius & Saluianus euidenter exprimunt;

*Color.* *Squamarũ vſus.* *Piſcium Vmbræ diuerſitas.*

primunt;Bellonius eam omiſit & in deſcriptione non meminit: meminit tamen aliàs,Glaucum puſillum cirro,quem ſub inferiore etiam labro erectum habet, Vmbræ aſſimilari dicens. Rurſus Rondeletij Vmbra lineam oſtendit à branchijs ad caudam vſq; rectà ductam,qua Saluiani & Bellonij deſtituta eſt. Poſtremò Rondeletius ſuo piſci obliquas alias lineas aurei coloris tribuit,quarum neq; Bellonius neq; Saluianus meminere. Geſnerus in corollario ſuo Chromin Bellon. & eiuſdem Glaucum, præſertim cùm puſillus eſt,eundem eſſe arbitratur:in qua tamen ſententia non perſeuerat: nam mox eodem loco ſubiungit. Glaucus Bellonij Vmbræ cognatus eſt,vel ſpecies Vmbræ, à Rondeletio non deſcripta quod ſciam,quanquam à Venetis Corbetam quaſi Coruulum vocari ſcribat. Vmbra Rondeletij & Bellonij vnus eſt piſcis, & ijſdem nominibus ab vtriſq; nominatur, ſed non ſimiliter deſcribitur. Rondeletio enim dentibus caret, Bellonio dentes habet in oris ambitu raros, firmos, acutos. Et rurſus in capite de Glauco Bellonij: Hic piſcis (inquit) quamuis Vmbræ cognatus ſit,à Rondeletio tamen deſcribi non puto,nec Vmbræ,nec Coracini,nec Lati nomine,quos piſces tres cognatos & ſimillimos facit. Ne itaq; tam ſimillimi piſces, potiſſimùm Vmbra & Coracinus, (qui tam ſimiles ſunt Rondeletio, vt magnitudine potiùs quam alijs notis diſcernantur, & piſcatores aliqui ætate tantùm differre exiſtiment) inuicem confundantur, quod plerunque in nominibus fieri dictum eſt, nos hic Vmbram ex omnibus deſcribemus; mox Glaucum Bellonij, licet pelagius potius quam ſaxatilis piſcis ſit,ſubnexuri,Chromin verò cum conſimilibus alijs inter pelagios, Latum inter eos reijcientes qui fluuiatiles æquè & marini ſunt. Rondeletius itaque ſuam Vmbram ſic deſcribit: Vmbra in multis Coracino ſimilis eſt,verùm ab eo differt magnitudine. Coracinus enim ad cubitalem aut paulò maiorem magnitudinem peruenit, Vmbra in multò maiorem molem accreſcit, præſertim in mari Oceano:habet & verrucam in mento,qua nota à Coracino & Lato facile diſtinguitur. Cæterùm foramina duo ante oculos habet Coracini modo,in ſummo roſtro,& inferiori maxilla foramina aliquot parua, ſed manifeſta,quæ partes has aſperas reddunt. Dentibus caret. Pinnas quoq; ſimiles habet,ſed minus nigras & breuiores, maxime quæ in ventre ſunt, & dorſo,caudam ſimilem. Vmbræ alius eſt color quam Coracino ob lineas obliquas, quaſdam aureas manifeſtas, alias aliarum, veluti vmbras, vt dictum eſt. Corpore quoq; eſt minus lato,ſed longiore, dorſum minus repandum. Oculi in vtroque ſimiles. In Vmbra ſquamæ capitis multæ & paruæ. Operculi branchiarum extrema nigreſcunt. Partibus internis Coracino ſimilis,ventriculum ſimilem habet, totidem appendices, ſplenem, hepar, fel, ſimilia. Inſunt & in capite lapides. Hæc Rondeletius. Bellonius ſuam Vmbram deſcribit ſic: Cetaceus piſcis eſt, ſexaginta plerunq; librarum ponderis, quatuor plus minus cubitos longus, ſquamoſus, pro quo Glaucum Romani ichthyopolæ plerunq; ſupponere ſolent. Sed hoc à Glauco differt, quòd hic dentes habet in oris ambitu,raros, firmos, acutos, prominentes, teretes, caninis longiores, graciliores:quorum ſuperiores,inferioribus maiores, ſic maxillæ inhærent, vt ipſius pars eſſe videantur. Glaucus autem labra tantùm habet aſpera: præterea Vmbra in ea pinna,quæ ano proxima eſt, aculeo caret,caudamq; veluti in angulos deſinentem gerit, vt Scari & Iulides, non autem bifurcam vt Lupi,nec circinatam vt Rhombi. Cæterùm huius piſcis ſquamæ veluti obliquæ apparent,in Oceano nigriores & veluti opacæ: in Mediterraneo argentei, aurei, atq; interdum ab his varij coloris, iridem dum piſcis circumagitur, imitantes. Duabus in tergore pinnis præditus eſt, quarum anterior octonis præmunitur ſpiculis,poſterior nullis:ad branchias verò vtrimq; vnam, & duas ſub ventre, vt in Lupo. Calculos hic piſcis in capite gerit prægrandes, quos aurifices noſtri argento incluſos vulgo diuendere ſolent &c. Vmbra Saluiani roſtrum habet incuruum & retuſum potius quàm extenſum & acuminatum. Os mediocre & denticulatum. Caput ſatis magnum: In dorſo duas gerit pinnas, priorem octonis aculeis,alteram nullis,munitam: Ad branchias etiam (quas vtrimq; quaternas habet) vna vtrimq; enaſcitur pinna, duęq; alię in ventre conſpiciuntur;& poſtremò imo quoque ventri ab ano,vna alia hæret. Cauda lata eſt,& non falcata. Squamis latioribus & obliquis tegitur. Totius piſcis figura paulò longior eſt quàm lata ſit,aut craſſa. Ventriculum magnum habet & carnoſum: Inteſtina mediocria & pinguia;iecur pallidum,ex quo fellis veſica pendet: Lienem ſubatrum: Et [a] vt Ariſtoteles atq; [b] Plinius teſtantur, lapides in capite gerit. Dum parua eſt, argentea ferè tota apparet:maior facta,ventre argenteo, dorſo vero & lateribus ſubliuentibus, ac veluti opacis conſpicitur. Ad multam molem excreſcit: ſexaginta enim libras crebrò excedit. Cùm hac Saluiani Vmbra, noſtra quo ad corporis habitum ſatis conuenit, ſed ferè vnicolor eſt, tota videlicet ferruginea, in dorſo ſupremo capite,pinnis & cauda obſcurior color is eſt,dilutior in ventre & lateribus & in branchiarum oſſibus, vbi ad amethestinum inclinat. Oculi magni ſunt & ferè cærulei, ſicut & pinnarum quæ ſunt ad branchias,extremitates. Squamæ mediocres. Os magnum,palatum album. Pinna in dorſo vna tantùm, Verruca item ſub mento nulla, nulli dentes. Suſpicor autem haſce partes haud ſatis à pictore examinatas fuiſſe.

*Chromis & Glaucus Bellonij examinati.*

*Vmbra deſcriptio ex Rondel.*

*Ex Bellon.*

*Vt à Glauco differant.*

*Squamæ varietas.*

*Ex Saluian.*

[a] *Li.8.Hiſt. cap.19.*
[b] *Li.9.c.16.*

LOCVS.



Digitized by Google

# LOCVS.

[a] *Lib.8.c.16.*

MArinum piſcem eſſe Vmbram profitentur omnes ; ſed in quibus maris locis degat , diuerſimodè tradunt . [a] Columella de piſcinis loquens , arenoſos gurgites colere ſcribit his verbis : *Arenoſi gurgites,planos quidem non peſſimè;ſed pelagios melius paſcunt,vt Auratas,Dentices,Vmbras* . Ouidius pelagiamnè an ſaxatilem faciat,dubitari poteſt . Oppianus petræam, id eſt ſaxatilem cognominat , & ſaxa herboſa incolere aſſerit . Et Bellonius à Galeno inter ſaxatiles haberi ait:hic tamen minus mollem quàm ſaxatilibus carnem ei tribuit . Negant Saluianus & Rondeletius ad flumina adnatare . Iouius itaq; dum circa oſtia fluuiorum frequenter , & in alto etiam capi dicit , non ita intelligi debet,vt flumina etiam ingrediatur,ſed quòd dulci aqua aliquo pacto gaudeat , cùm circa fluuiorum oſtia marina aqua minus ſalſa perſentiatur : crediderimq; altum vocare non altum pelagus,ſed loca longè à fluuiorum oſtijs remota .

*Dulci aqua gaudet.*

# NATVRA. MORES. CIBVS.

SOliuaga potiùs eſt ( inquit Saluianus ) quàm gregalis : perrarò enim plures vnà capiuntur . In verſu hoc Numenij apud Athenæum Ἡ δὲ τράγος λοφίλη , ὅτι δ' ἀγρόμενον σκαδῆα , ἀγρόμενος non tam gregalem,quàm qui ad eſcam colligitur,interpretari licet . Apparet enim de eſcis piſcium ipſum loqui,id quod Natalis de Comitibus aduertens ἀγρινόμενον legit, & irretitum vertit . Iouius agilem eſſe tradit & voracem : Saluianus carniuorum . A frigore læditur , propter lapides in capite,ſicut ex Ariſtotele dictum eſt . In Struthionis & Phaſiani hiſtoria diximus , cùm metuunt, caput recondere,totoſq; ſe latere exiſtimare,idem de Vmbra retulit [a] Oppianus, ideoq; ſimiliter ac illæ volucres,facili negotio quin ipſiſmet manibus capi : Canit enim .

*Stultitia.*

[a] *Lib.4.Halieut.*

*Aſpera ſed poſtquam pauido ſub corde Sciana*
*Horrorem ſenſit, ſubit in ſpelæa recurua ,*
*Vel quærit luſtrum , vel molles carrit ad herbas*
*Penti,vel viles lympha ſe claudit in algas*
*Contemnit totum latebris abſcondere corpus ,*
*Et caput atq; oculos aliquos ſub tegmine claudens ,*
*Quàm ſtultè credit ſic cætera membra latere*
*Non aliter ſylua in denſa caput occulit ater*
*Bubulus immanem cernens à fronte Leonem,*
*Quadrupedi inſipido demens cuſtodia cura*
*Nam capite occulto ſperat non poſſe videri ,*
*A diro donec lanietur dente Leonis;*
*Et pecus alatum Libyæ quod colla repanda*
*In longum porrecta monet,ſub pectore vanos*
*Æſtus molitur,vanaq; eluditur arte*
*Sic ſpe fruſtratur piſcis,nam raptor ab alto*
*Emergit,piſcemq; canis ex æquore palmis*
*Attrahit,& cunctis fraudes oſtentat inanes.*

*Bubali ſtolidítas.*

*Struthionis.*

# VSVS IN CIBIS.

*Nobilem piſcem eſſe.*

[a] *In Apol.*

VMbram à veteribus nobilem piſcem habitum fuiſſe ( inquit Saluianus ) eorundem intelligi poteſt teſtimonijs . Ennius nanq; (vt ex [a] Apuleio habemus ) nobiliores piſces connumerans inquit : *Melanurum, Turdum, Merulamq;, Vmbramq; marinam.*

Et apud Athenæum Epicharmus in Nuptijs Hebes, *Aeolia,Flutaq; & Cynogloſſi,marina Vmbra* . Numénius verò apud eundem . *Quo cupidus veſci expeteres , vel magno Synodonte , vel vrinatore Hippuro,vel Phagro criſtato,vel capto Sciæna* , Vnde noſtris quoq; temporibus vbiq; ferè multi æſtimatur; Romæ verò ( dempto Sturione ) piſcium omnium communi ferè conſenſu ſapidiſſimus atq; nobiliſſimus cenſetur . Et licet omni anni tempore quo capi ſolet ſuauis ſit , canicularibus tamen diebus, vti pinguior capitur,ita ſuauior deguſtatur . Iouius tunc tempore pari ferè pretio cum Siluris ( Sturiones intelligit) venundari ſcribit Et quamuis qualibet ſui parte celebris ſit , abdomine tamen ex capite , maximè commendatur,ſicut & Sturiones , vnde etiam vtriuſq; capita triumuiris rei Romanæ conſeruatoribus, ( vt Iouius & Saluianus teſtantur , ) dono dantur . ( quemadmodum Delphinorum & Glaucorum capita Epiſcopo Monſpelienſi tributi nomine penduntur,vt refert Rondeletius . ) Super qua re Iouius elegantem hanc & lepidam refert hiſtoriam . Extat adhuc in ore quorundam facetorum ridicula fabula de T. Tamiſio,qui Romanis auliciſq; ſalibus erat inſignis , ſed gulæ adeo proſtitutæ,vt infamis haberetur . Is cùm per ſeruum , qui in foro piſcario in eam curam intentus excubare ſolebat,ingentis Vmbrinæ caput Triumuiris delatum eſſe cognouiſſet,in Capitolium protinus aſcendit,vt ſimulato apud magiſtratum negocio ſermoneq; de induſtria protracto,prandium captaret. Verum illud Triumuiri iam Riario Cardinali donandum decreuerant : ita Tamiſius cum limine curiæ ,

*Quo tempore melior.*

*Quæ partes præſtent.*

*Hiſt. de capite Vmbræ.*

ingenti

A ingenti coronataq; patina caput illud nobile perſpexiſſet, primo conceptus conſilio, illud ſubſecutus eſt, præmiſſo ſeruo, qui veſtigijs deferentium miniſtrorum inſiſteret : Nec multò pòſt, cùm Riarinis ædibus inferretur, benè habet, ſalua res eſt, inquit Tamiſius : opiparè excipiemur : erat enim in primis menſæ Riarianæ, quæ omnium ſemper lautiſſima fuit, familiaris : Riarius, vt erat natura munificus, maximum, inquit, hoc Triumuirale caput, maximo debetur Cardinali, ſtatimq; Federico Sanſeuerino proceritatis admirandæ Cardinali tranſmittitur ; colligit extemplò togam Tamiſius, Riarium intempeſtiuæ munificentiæ incuſans, in mulamq; reſilit, & munus ad Sanſeuerianam domum conſequitur. Idem pari liberalitate facit Federicus, caputq; ipſum ſplendidis exornarum verbis, aurataq; illatum patina Chiſio publicano ditiſſimo deferri iubet, quod ei multo ære alieno, grauibuſque vſuris obſtrictus eſſet ; Volitat tertia iam ſpe auidam fruſtratus gulam æſtuans Tamilius, feſtinabunduſq; incaleſcente iam die in tranſuberinos hortos quos ipſe Chiſius magnificentiſſimè extruebat ; contendit : ibiq; feſſus admodum, & multo ſudore madidus, quòd grauis erat abdominis, quartò à fortuna decipitur, quippe qui Chiſium caput illud recentibus floribus redemitum adamato ſcorto, cui ab forma, eruditiſq; illecebris Imperiæ cognomen fuit, vt extemplo deferretur, curantem reperit; Flectit indignabundus habenas retrò, nec tamen ſubiratus gulæ, quæ Herculeos labores attulerat, & ad Impe-
B riam iam multo ſole Siſtini pontis ſemitam exurente, adequitat; Ad extremum anhelantis gulæ ea vis atq; libido fuit, vt qui per totam vrbem fuerat raptatus, idem & togatus & ſenex cum ſcorto, admirante noui hominis aduentum, nullo pudore diſcubuerit. Hucuſq; Paul. Iouius. Tradit autem Saluianus, Vmbram quouis modo condiatur, ſuauem eſſe, elixam tamen & cum leucophago comeſtam, aut transfixam caryophylliſ, ac verubus aſſatam, frequente olei & omphacij conſperſione, dum aſſatur, irrigatam, ſuauiorem, gratioremq; multò reddi. Platina eodem modo quo Stirio (Sturio) coqui & condiri ait, minus tamen coctura, (quia tenerior eſt) requirere. Rondeletius ab alijs in ſartagine frigi, & cum ſucco mali arantij edi diuiſam quoq; in aſſulas & caryophyllis transfixam, in craticula aſſari, oleo frequenter irrigatam. Apud Pictones elixam ex aceto & cæpis minutim cõciſis edi : Conſeruari verò farina probè ſubacta concluſam, caryophyllis, cinnamomo, ſale conditam. Ex hoc item piſce ius album, optimũ paratur, item quæ gelatina vulgò dicitur. Caput edi ex aceto idẽ Rond. tradit, in aqua & vino deductũ. Iouius ſcribit Archeſtratum gulæ procerum ſuo tempore principem, apud Athenæum Vmbrini capitis nobilem quandam conditurã, multis carminibus expreſſiſſe, quem tamen locum apud Athenæum non reperio. Quod modò ad carnis pertinet ſalubritatem, idem Iouius eandem propè Vmbrinæ ac Sturioni carnium conditionem eſſe iudicat, vtraſq; enim non mediocre
C imbecillioribus ſtomachis negocium faceſſere. Iouio fauere apparet [c] Galenum, qui Philotimum, quòd Gobiones, Aſellos, & Vmbras piſcibus mollis carnis adnumeraſſet, ait non debuiſſe hos piſces cum ſaxatilibus confundere, quòd hi ſemper ſint optimi ; Aſellos verò, ſi probo vtantur alimento & mari puro, cùm ſaxatilibus quidem conferri poſſe, ſed variare pro locorum diuerſitate non mediocriter : Gobiones verò non perinde mollem ac Aſelli & ſaxatiles, carnem haberi, ſicut nec Vmbras. Attamen Xenocrates bonum ex Vmbra ſuccum generari, facilè digeri, ſaporis eſſe iucundi, nutrimentumq; præbere non admodum copioſum author eſt. Xenocrati ſubſcribit Saluianus, addens inſuper non admodum excrementitiam eſſe.

*Apparatus.*

*Kiarij Cardin. ſplẽdor.*

*Gelatina ex Vmbra.*

*Carnis ſalubritas.*

[c] *L. 3. Alim.*

# VSVS IN MEDICINA.

SCiænæ, id eſt Vmbræ, interanea & ſquamæ combuſtæ, pannos teſte [a] Plinio diſcutiunt. Lapides qui in capite ſunt, eandem facultatem quam Coracini habere dicuntur, nimirum ad dolorem colicum. In Gallia teſte Bellonio aurifices argentò incluſos vulgò diuendere ſolent, ap-
D pellantq; Piere de Colique, quaſi lapides colicis vtiles. Aiunt enim, inquit, geſtatos ac collo appenſos, non ſolùm colicos dolores abigere, ſed etiam vetare, ne amplius redeat, atque hoc præterea comminiſſi ſolere nullas (ſi dijs placet) eos calculos vires habere, ſi empti fuerint, ſed dono datos eſſe oportere.

[a] *Li. 32. c. 9.*

DE GLAVCO

Digitized by Google

# DE GLAVCO BELLONII. Cap. XVIII.

## SYNONYMA.

*Etymon.* *Fegarus.* *Corbetus.* *Vmbrina.*

DE Glauco ſuo (alios enim genuinos veterum Glaucos ſuo pòſt loco dabimus) Vmbræ cognato piſce hæc prodidit Bellonius. Glaucus pelagius piſcis, à ſquamarum colore dictus ex eorum piſcium numero, qui in partes diuiduntur, pluresq; patinas implent, Lutetiæ inuiſus, Genuenſibus frequens, apud quos Fegarus appellatur: Venetis Corbetus quaſi Coruulum dicerent: Maſſilienſibus & Romanis, nullo alio quàm Vmbrinæ nomine cognoſcitur: quamuis ab hac quibuſdam notis diſſideat, vti poſtea oſtendemus.

## DESCRIPTIO. HISTORIA RELIQVA.

PVſillus dum eſt, tranſuerſis atq; vndantibus lituris ſuggillatur: in quo Chromidi adeo ſimilis eſt, vt pro ea plerunq; diuendatur. Prouectior autem adeo Vmbram marinam refert (præſertim cirrho quem ſub labro inferiori erectum habet) vt à pleriſque veluti iam dictum eſt alter pro altero aſſumatur. Cæterùm huius piſcis color ex liuido in aureum effulget: roſtroq; eſt obtuſo, cuius labri pars inferior quinq; exiguis foraminibus, ſuperior tribus tantùm peruia eſt. Oculi magni & nigri, ſub quorum canthis, gemina ſunt vtrinq; foramina. Dentes in maxillis confuſi atque exigui: lingua rotunda: ad cuius radicem quæ ad fauces eſt, circa epiglottidem aſperitas quædam oſſea aliorum quorundam dentium formam præſeferat; atq; ob hoc magis expetitur Glauci caput, quòd in eo lapillos duos gerat medicamentis vtiles. Tergoris pinnam non habet continuam, vt Coruus (Coruum pro Coracino ſuo dixit) ſed diuiſam vt Chromis, & Vmbrina. Laterum quoq; pinnas acutas non habet, verùm quæ ab ano ad caudam fertur: ea certè robuſto aculeo vallata eſt, quo ſe aduerſus piſces defendat. Caudam gerit ſubrotundã, ani foramen magnum ac diſtentum: multas intus lacteas: omentum admodum pingue, circumfuſa ac multis in gyrum reuolutionibus complicata & nodulis intercepta inteſtina complectens. Hepar habet ſpõgioſum, in duos lobos diſtinctum, quorum ſiniſter latior eſt: à dextro autem lobo veſicula felis parua, piſi magnitudine, velut ex filo trium digitorũ longo dependet, atq; in fundo ſtomachi quandam apophyſin in nullo alio piſce à me conſpectam gerit, præter quinq; alias in pyloro ventriculum obſepientes. Porrò veſica non caret, vt nec etiam renibus; atq; ab his ad hanc productis vreteribus, filis tenuiſſimis haud abſimilibus. Veſcitur hic piſcis carcinis, ſcolopendris, caridibus & alga: quorum reliquiæ in eius ſtomacho nonnunquam reperiuntur. Hactenus Bellonius, cui neſcio ſitne fides habenda in eo quod de veſica dicit & renibus, cùm ex ijs quæ oua pariunt aues piſceſq; ijs partibus deſtituantur.

*Color.*

Glaucus Bellonij.



*Partes interna.*

*Cibus.*

DE AN-

Digitized by Google

A

# DE ANTHIIS. Cap. XIX.

## SYNONYMA. ETYMVM.

QVamquam pro certo & affirmato non habeam, num ex ſquamoſorum genere ſint quos Græci Ἀνθίας nominant, quia tamen tales ſunt, quos ego vel eos eſſe, vel ſaltem cognatos piſces conijcio, itaq; non incongruè de ijs hoc loco agetur. Anthias apud Græcos nomen accepiſſe volunt à corporis floriditate, id eſt pulchritudine. Sed quid ſi tum inde, tum verò etiam quòd in potentiorum menſis florerent, ac inter alios reſplenderent, tanquam roſa quædam inter alios flores, dictos dicamus? Erat enim in ſummo pretio Anthias: nam alioqui omnes floridos, pulchroſuè piſces Anthias dici poſſe non dubito: Sicque magna oriretur confuſio. Neutiquam verò Bellonij ſententiam probo, qui B omnes latos piſces Anthias Græcis appellari profitetur, nã præterquam quòd hoc ſine idoneo authore ſcribit, ita etiam non omnes lati tam pulchri ſunt, vt vel Anthiæ, vel Callichthydes vel Callionymi dici poſſint. Apparet autem Bellonium in hanc ſententiam veniſſe, ex his Plinij verbis: *Certiſſima eſt ſecuritas vidiſſe planos piſces, quia nunquam ſunt, vbi malefica beſtiæ, qua de cauſa vrinantes, ſacros appellant eos:* cùm videlicet de ſuo Anthia id ſcribat [a] Ariſtoteles inquiens: *Quo loco Anthias ſit, ibi nullam beluam eſſe confeſſum eſt, quo indicio vſi ſpongiarum piſcatores vrinantur, & ob id hunc ſacrum piſcem appellant.* Vbi præterea notandum Bellonium latos vocare, quos Plinius planos dixit, quos tamen alias ipſe ſic diſtinxit, vt plani ſint qui veluti in planum expanſa manu natant, latiore vocabulo Græcis (inquit) Pſettæ, id eſt, Paſſeres appellati; lati qui quanquam ipſo ſuper ſolo expanſi, ſitu quoq; plani appareant, tamen dum natant, ita quidem feruntur, qualis eſt in rectum contentæ atq; erectæ manus figura, pollice ſurſum eminente, reliquorum ſquamoſorum formam ac naturam retinentes; tales autem planos à Plinio intelligi, ex eo conſtat, quòd ipſe alibi planos nominat communi nomine Rhombos & Paſſeres, & cartilagineos, Raias, Paſtinacas. Credendum itaque Plinium alio quàm Ariſtotele authore vſum fuiſſe, cùm Ariſtoteles ſimpliciter Anthiæ tribuit, quod ille piſcibus planis, qui ſunt plurimi. Meminit tamen etiam Anthiæ, eiq; eandem quam alij naturam, & ingenium aſcribit. Suſpicari autem liceret non eundem Anthiæ nomine ab antiquis memorari: Oppianus enim ſuos Anthias ſaxatiles eſſe clariſſimè teſtatur; Ariſtoteles verò cùm quo loco Anthias eſt, ibi nullam eſſe beluam dicit, pelagium eſſe, & in alto mari degere innuit. Ibi enim degunt beluæ. Adde quòd tam inſignem, & omnino memorandam cum beluis antipathiam non erat taciturnus. Sed hanc ſuſpicionem tollit idemmet [b] Ariſtoteles, qui Αὐλωπίαν Anthiæ eundem facit his verbis: *τίλτα δὲ καὶ ὁ αὐλωπίας, ὃν καλοῦσιν ἀνθίαν τῇ θίρᾳ*, id eſt, *Paris & Aulopias quem Anthiam vocant, eſtate*: (Gaza ibi ſimpliciter Sacrum reddidit): nam & Oppianus vnum ex ſuis αὐλωπὸν vocari aſſerit. Scribit Bellonius Anthias ab alijs candidos piſces, ab alijs Pompilos, alijs Auratas nominari. Ego candidos piſces vocari non reperio: ſed Oppianus, vt modò patebit Anthiarum quatuor genera faciens, alterum ἀργυρὸν id eſt argenteum (interpres album reddidit) cognominauit. Pompilos verò nemo etiam Anthias (quod ſciam) dixit, ſed Pompilum ſui generis piſcem quidam ſacrum quoq; piſcem dicunt, nomine cum Anthia communi. Auratæ quidem Anthiæ dici queunt, tanquam floridi pulchriuè piſces; non ſunt tamen Auratæ Antijs eidem. Rurſus cùm dicit à nonnullis Græcorum ἰυώπας & αὐλωπὰς vocari, Anthijs tribuit vniuerſaliter, quod Oppianus D quarto eorum generi peculiariter. Dicitur verò Anthias teſte Athenæo, & καλλιχθυς, id eſt pulcher piſcis: item καλλιώνυμος, id eſt, pulchri nominis: quod poſtremũ nomen ei cum Vranoſcopo commune eſt. Vocarunt item alij ἰλλοπὰ: quanquam & alius ſit huius nominis piſcis, cui ſquamæ contra aliorum piſcium morem ad os verſus tribuuntur: & Epicharmus in Muſis apud Athenæum ibidem Ellopem commemoret, Callichthyn verò, & Callionymum, tanquam eundem tacet. Dorion Anthian & Callichthyn differre ait, item Callionymum & Ellopem. Sacri verò qui piſces ſint appellati, ibidem recitat Athenæus. Telchiniacæ hiſtoriæ author, ſacros ait piſces eſſe Delphinos, & Pompilos: Theocritus verò Syracuſanus in Berenice Leucun, id eſt, Album appellatum piſcem, Sacrum nominat his verſibus:

Σφάξαν ἀκρόνυχος ταύτᾳ θεῷ ἱρὸν ἰχθῦν — Ὅν λεῦκον καλέουσιν, ὁ γὰρ θ' ἱρώτατος ἄλλων
*Si veſperi immolet huic deæ ſacrum piſcem,* — *Quem Leucũ appellant, eſt aũt omniũ is ſacerrimus.*

Callimachus Auratam Sacri piſcis titulo dignari videtur, cùm ſcribit χρύσεον ἐν ὀφρυσιν ἱρὸν ἰχθῦν. Idẽ & Hyccam ἱρὸν ἰχχὺν nominat. Alij Sacrum piſcem interpretantur deo cuipiam dicatũ, quo modo & Sacrum bouem dicimus conſecratum: alij magnum, vt ſacrum robur Alcinoi, quidã aquæ fluentus

[a] *Li. 9 Hiſt. cap. 37.*

[b] *Lib. 6 H. cap. 17.*

*Etymum.*

*Bellonij error.*

*Lati & plani piſces vt differant.*

*Plani, qui Plinio.*

*Anthias an antiquis idẽ omnibus.*

*Sacer Genus.*

*Candidi piſces.*

*Callichthyes.*

*Callionymi.*

*Sacri qui dicti.*

*Bos ſacer.*

auidum, vel ſecundum aquam natantem. Patroclus apud Homerum [c] Theſtorem Troianũ Enopis filium haſta transfixum, ita è curru extrahit, A

[c] *Iliad.* Π.

——ὡς ὅτε τις φὼς
Πέτρῃ ἐπὶ προβλῆτι καθήμενος ἱρὸν ἰχθὺν
——*Sicut quando aliquis*
*Petra in prominenti ſedens Sacrum piſcem*

Ἐκ πόντοιο θύραζε λίνῳ καὶ ἴνδατι χαλκῷ
Ὡς εἵλκ' ἐκ δίφροιο τετυγμένα δόρυ φαεινῷ id eſt,
*Ex ponto foras trahit lino, & ſplendido ferro,*
*Sic traxit ex curru hiantem haſta lucida.*

Citat ibidem Athenæus poëtæ locum ex Dionyſio cognomine Iambo in opere de dialectis, qui ſe ex piſcatore quodam & remige, alijsq; multis piſcatoribus audiuiſſe ſcripſit, Sacrum piſcem Pompilum vocari, eumq; intelligi fortè apud poëtam, niſi fortè (inquit) alius ſit ſimiliter vocatus. Equidem Pompilum intelligere non potuit, vtpote procul à litore degentem, & magnum piſcem, Pelamydi ſimilem. Plutarchus verò *Anthiam Homero Sacrum piſcem* vocari author eſt, *tametſi magnum* (inquit) *quidam ſacrum intelligunt, quomodo os ſacrum magnum: & comitialem morbum magnum, ſcilicet, ſacrum vocant.* Cæterùm cùm & Aurata litoralis ſit, & ſacer piſcis etiam vocata, ſi quis hanc apud poëtam intelligeret, ego ei non reclamauerim: Poſtremò Hiceſius Anthiam à quibuſdã Λύκον vocari tradit. Rõdeletio locus videtur mendoſus, quia (vt putat) nemo alius λύκου piſcis meminit, quare ex præcitato Theocriti loco λεῦκον legit. Iſaaco verò Caſaubono mendæ ſuſpitione caret, putatq; Anthiam Lycum dici à violentia qua vtitur aduerſus alios piſces. Eſt enim (inquit) σαρκόφαγος, vt ex Ariſtotele refertur. Reuera quod Rondeletius affirmat, piſcem nullum Lyci ſiue Lupi nomine fuiſſe Græcis notum, perſpicuè falſum eſt: Nam Crates Comicus apud eundem [d] Athenæum poſt Teſtudinem & Cancros in mentione ſalſamenti elephantini ταριχηρὰς λύκας nominat. Quod ſi verò quis & hunc locum corruptum velit, is Heſychium inſpiciat, qui ἰχθῦν ποιὸν ſcribit λύκον appellari. Cùm modò qui Leucus ſit vocatus piſcis, hactenus tradiderit nemo, veteres critici ſuſpicati ſunt ſcribendum eſſe, γλαῦκος, vt in Glauco dicetur.

*Homeri locus de Sacro piſce.*

*Lycus.*

*Anthias cur Lycus dict.*

[d] *Lib. 3.*

*Leucus.*

B

# GENVS. DIFFERENTIÆ. DESCRIPTIO.

[e] *Lib. 1. Hal.*

SEcundum [e] Oppianum quatuor ſunt Anthiæ ſpecies: Canit enim

Τέσσαρα δ' Ἀνθείων μελανόχροα φῦλα νέμονται
Ξανθοί, ἀργυφόεις, τὸ δὲ τρίτον αἷμα μιλαινοῖ
Οἳ φρῦς ἠρόεσσα περὶ δρομὰς ἴσι φαεινὰς.

Ἄλλος δ' ἰνοπύς τις καὶ αὐλωπὸς καλέουσιν
Ἦνεκα τοῖς καθύπερθε ἑλισσομένη κατὰ κύκλον

id eſt; vt Lipius vertit.

*Quatuor Antheion ſpecies verſantur in vndis*
*Sunt flaua & nitea, ſunt atro ſanguine fuſca*
*Namq; ſupercilium circum reſcratur in orbem.*

*Enops atq; Aulops, alios hoc nomine dicunt*

Totidem pinxit Rondeletius, quorum tamen nullum probo, (licet interim nullum habeam quem verum ac genuinum in Anthijs affirmare audeam) quoniam omnes dentati ſunt, cùm edentulos faciat Oppianus duobus in locis, quorum alter modò citabitur, altero στόμα ἄοπλόν, id eſt os inerme habere dicit. Putabat verò doctiſſimus ille vir, Oppianum pugnare Ariſtoteli, quoniam hic Callichthyi qui idem (inquit) eſt Anthiæ, ſerratos dentes tribuat. ſed in eo fallitur, nam licet Callichthys etiam vocetur quibuſdam Anthias, Ariſtoteles tamen cùm ſynonymijs non vtatur, videtur alium ab Anthia piſcem intelligere; nam & Oppianus quoq; diſtinguit, item Dorion apud Athenæum. Geſnerus in primo eiuſdem Rondeletij Anthia obſeruat, quod is ſpinæ nomine non dorſum aut ſpinoſam eius pinnam accipiat, ſed aculeum (pingit enim ſpinam in eo longam & acutam in exordio pinnæ dorſi,) cùm Plinius, & Ouidius ſpinæ dorſi tantùm meminerint, quamquam in Plinio locus reſtituj debeat ex Ouidio: *Piteas* (inquit) *id tradit idem* (legendum, Anthiam tradit idem, nempe Ouidius) *infixam* (infixum) *hamo inuertere ſe, quoniam ſit dorſo cultellato, ſpinaq; lineam præſecare.* Ouidius namq; quem citat, ait:

*Anthias hos tergo, qua non videt, vtitur armis,*
*Vim ſpinæ nouitq; ſuæ, verſoque ſupinus*
*Corpore lina ſecat, fixumq; intercipit hamum.*

*Anthiæ edentuli ſunt.*

*Callichtys.*

*Plinius correctus.*

C

D

[b] *Lib. An terrena beſtiæ prudent.*

Meminit & [b] Plutarchus Anthiam captiuo Anthiæ ſuccurrere, reiectumq; in humeros funiculum ſurrectis aculeis reſecare, ſpinæq; ſuæ aſperitate refringere aſſerens. Iſtiuſmodi ſerrata ſpina in paucis piſcibus obſeruatur, talemq; in priore ſuo Anthia eſſe negat Rondeletius, neq; etiam ſerratam, ſed aſperam & acutam ſpinam habere ait. Apparet autem hunc Rondeletij piſcem ad imberbes Mullos referri poſſe. Totus enim, corpore ſcilicet & pinnis rubet, Pagri aut Cinædi modo. Id quod nomen eius vulgare apud Gallos etiam indicare videtur. Barbier enim vocant: Barbarim autem ipſis Mullus eſt. Alter etiam eius Anthias pro ſecundo, qui Oppiano ἀργυρὸς, ideſt argenteus, ſiue vt, ipſe vertit, albus & ſplendidus, vocatur, exhibitus, Aſelli non Anthiæ ſpecies eſt, id quod præter corporis figuram, etiam Gallica nomenclatura indicat. Capelan enim vocant, Belga maiorem

*Anthias prior Rõd. fortè Mulli imberbis ſpecies, alter verò Aſelli.*

*Capelan.*

Aſellum

A Aſellum Capeliau, nec obſtat, quòd ſuum piſcem neq; ſale neque exiccatum ſeruari poſſe profitea- *Capeliau.*
tur, cùm Aſellus maior vento copioſiſſimè induretur, & ſale condiatur, nam calidiori in Gallia
cœlo vel potiùs occultæ alicui rationi id adſcribendum videtur. Appinxit eidem à branchijs mox
infra pinnam aculeum, quo iſte piſcis omnino caret, neq; ipſe etiam Rondeletius in deſcriptione me-
minit. Tertium ad Turdos pertinere ſtellulæ quas in ea pinna gerit, quæ ad anum eſt, item corpo- *Anthias ter-*
*tius Turdi ge-*
ris forma teſtantur. Saxatilis eſt (inquit), totus purpurei coloris vel Indici, corporis forma Scaro va- *nus.*
rio ſimilis, corpore longo, cauda craſſa, ſerratis & acutis dentibus. Labra habet, oculos admodum
rotundos, purpureos & rubros. Podicem magnum, è quo inteſtinum rubro viridiq; diſtinctum ex-
cidit. Partibus internis cæteris ſaxatilibus ſimilis eſt: carne item tenera fragili, ſicca, optimiq; ſucci.
quod verò hæc verba Oppiani, *τὸ δὲ τρίτον αἷμα κελαινοί*, id eſt *tertij generis* (Anthiæ) *ſunt atro ſangui-* *Aulops, &*
*ne fuſci*, non ad piſcis ſanguinem, ſed ad totius corporis colorem referri oportere dicat, & per atrum *Euops cur*
ſanguinem, nigrum ſiue purpureum exaturatum ſiue Indicum intelligi, approbo. Rurſus cùm in *dictus quar-*
quarta ſpecie, quæ Oppiano, vt oſtendimus, *ἰνωπὸς* & *αὐλωπός* dicitur, *αὐλωπὸν* intelligi vult *κοιλό-* *tus Anthi-*
*φθαλμον*, id eſt, cauis ſiue profundis oculis præditum, quaſi acutùm cernentem, contrà ac facere ſolèt *as.*
quibus oculi prominent, quoniam Oppianus etiam *ἰνωπὸς* vocat, improbo, vti & explicationẽ Scho-
B liaſtis, cui *αὐλωπὸν* ſunt *μακρὸς ἔχοντες ὀφθαλμοὺς δίκην αὐλοῦ*, id eſt, *longos habentes oculos tibiæ inſtar*: *Lib. 2. lect.*
quamquã Cælius hanc interpretationem ſecutus videatur, inquiens Aulopis oculos eſſe cuiuſmodi *antiq.*
ſunt Pagurorum & Aſtacorum, quibus proprium eſt forinſecus oculos protrudere inſpectandi cauſa:
tales enim oculos in piſcibus non reperias. Mihi autem hęc Anthiæ ſpecies ſic vocata videtur, à pe-
culiari ſuperciliorum figura, quaſi pulchris prædita oculis, aut magnis, qualibus ſuum Aulopium
deſcribit Aelianus, tales autẽ Homerus bubulos eſſe canit, vnde & Iuno *βόωπις* vocatur, pro *ἰνοπὶς*, aut *Bubuli ocu-*
*ἰνοφθαλμος*. Εὖ enim in compoſitione & magnitudinem & pulchritudinem ſignificat. Ariſtoteles *li qualis.*
Aulopiam, alio nomine Anthiam dici ſcribens, de tertio Oppiani Anthia intelligere mihi videtur,
nec alium Aulopiam ab Aeliano deſcribi arbitror, licet cetaceum facit: & Oppiani Anthias magnæ *Ariſt. Op-*
molis piſces eſſe appareat, quòd eſcam eorum faciat Coracinos, & niſi magno robore è mari extrahi *piani & Ae-*
poſſe dicat, vt modo patebit in capiendi ratione. Vnde credidi aliquando magnos piſces eſſe, ſed cùm *liani Aulo-*
poſtmodum aduerterem Hieſio Pagrum, Chromin, Anthiã, Orphum, Synodontem, Synagridem *pias eoſdem*
& Acarnanem genere ſimiles eſſe, ſententiam mutaui: nam etſi de alimento quod præſtant potiſſi- *eſſe.*
mum intelligat, ſunt nihilominus & figura, & magnitudine ſimiles, vt patebit, ſed Aelianum audia-
mus. *Qui circum* (inquit) *inſulas Tyrrenicas nuncupatas in maritimis rebus verſantur, cetaceum*
C *quempiam piſcem Aulopiam appellant: cuius vim & naturam explicare non eſt alienum: magnitudine* *Aulopia ci-*
*maximum. Aulopiam maximi Thynni ſuperant: at robore Aulopias cum illis collatus primas fert. Quam-* *Tunnis pu-*
*uis enim Thynnorum natio fortiſſima eſt, aduerſary tamen Aulopiæ prompte repugnantis, ne primum qui-* *gnax.*
*dem impetum ſuſtinet, ſed ſanguine ei (per meatum) refrigerato cedit: vnde reſolutus mox timetur.*
*Aulopia verò cùm omni conatu ei reſiſtit, perdiu pugnam tolerat, ac nimirum contra piſcatores quoq; de-*
*certat, & ſæpiſſimè victoriam reportat, ſeſe premens: & capite in profundum nutans. Sua enim natura,*
*ore ac cervice eſt robuſtus. Cùm capitis eſt, eximia forma ſpectatur: oculis eſt patulis, rotundis, magnis,*
*cuiuſmodi Homerus bubulos canit: Maxillæ non ſolùm robuſtæ, ſed etiam pulchræ ſunt. Dorſum eſt cæruleo,*
*coloris ſaturati & ventre candido. A capite ad caudam aurea quædam linea in orbem deſinit:* Hæc itaq;
Aelianus. Apparet autem ipſum cetaceum & magnum aliquem piſcem Aulopium eſſe credidit,
quia Thunnis maximis piſcibus pugnat: ſed & Amia idem præſtat; aculeatus nimirum piſcis, vt &
Aulopius. Quod verò ore etiam robuſtum eſſe dicat, id haud vere intellexit: edentulus enim eſt
Aulopias. Nec propterea differre putem, nam eandem plane qualem Oppianus Aulopios capien-
di rationem memorat. Rondeletius pro quarto Oppiani Anthia piſcem pinguit ſquamoſum, latumq; *De quarto*
& vt apparet vel Sparo vel Pagro cognatum; ipſe autem eum non deſcribit, ſed ex vnica nota, quod *Rond. An-*
D nigra videlicet ſupercilia oculos ambiant, quin verus ac genuinus ſit Aulopias non dubitat. Habes *thia iudicio.*
hic humaniſſimè lector quatuor marinorum, & fortaſſis ſaxatilium vel ſaltem litoralium, ſquamoſo-
rumq; piſcium icones, mihi quidem Anthiæ nomine diuerſis è locis tranſmiſſorum, ſed quos tamẽ pro *Anthiæ au-*
genuinis tibi non obtrudo, ſed ijſdem quibus mihi miſſa ſunt, nominibus libenter impartior, gratiam *thoris.*
habiturus ei ſummam, qui veriores in medium attulerit. Principe itaq; loco piſcis pingitur cuius vẽ-
ter totus argẽteis ſquamis reſplendet, vti & latera, quibus tamen aureæ præterea intermiſcentur.
Maculæ quas icon præſefert traſuerſales cæruleæ ſunt. Dorſi color fuliginoſus: in quo vnica tantùm
pinna duodecim armata ſpiculis, magis nigricans, vti capitis item vertex. Branchiarum opercula ex
aureo & violaceo variant: Ventris pinnæ ad caſtaneum vergunt: minus verò quæ ſunt ad branchias,
minuſq; ipſa cauda. Notam habet peculiarem, quòd labrum inferius, tum intus, tum foris ex flauo
vireſcat. Oculorum ambitus violaceus: pupilla nigra, iris aurea. Altera icon piſcem oſtendit toto dor- *Anthias vi-*
ſo Pſittaci more & Merulæ noſtræ virentem, item pinnis duabus, videlicet dorſi & quæ retro anum *ridis ſiue*
eſt: quæ verò iuxta branchias ſunt, & in pectore & tota cauda nigricant: ſed pinnarum nerui albent, *ſecundus.*

## Anthias authoris prior.



Digitized by Google



## Anthias tertius.



Digitized by Googl



Digitized by Google



A caudæ verò virent. Maxillæ item nigricant. Vertex capitis aterrimus eſt. Oſſa branchiarum auro reſplendent. Ceruix & labrum inferius interna parte purpuraſcunt. Venter totus argenteus, purpura permixtus. Oculorum iridem nigram aureus ambit circulus. Qui modò tertio loco datur, inde tertium etiam Oppiani Anthiam eſſe conijcio, vel ſaltem affinem piſcem, quòd cum viridis quodammodo ſit, tam amplis tamen toto corpore violaceis maculis variet, vt violaceus quaſi totus videatur. Numero pinnarum cum ſuperioribus conuenit, figura verò non item. Quæ in ventre ſunt pinnæ colore cum ea conueniunt quæ eſt vnica in dorſo, ex nigro nempe ad ferrugineum vergẽte, quæ verò ad branchias vergunt ad violaceum, & in extremo roſeæ ſunt. Cauda pro corporis portione magna, leuiter purpuraſcit. Iris oculorum & mentum roſeo ſanguineove colore, ſpecificam & quam ob ſolam cæteris dignoſci poteſt, notam in eo conſtituunt. Ob oculorum ac præſertim pupillæ inuſitatam magnitudinem pulchritudinemq; (iridem enim ex aureo roſeoq; permixtam habet) cum qui quarto loco pingitur, quartum Oppiani Anthiam conſtitui poſſe puto. Differt à præcedentibus pinnarum numero, nam retrò anum, nullam habet. Cæteræ omnes nigreſcunt. Sicut & caput ſupra oculos, retrò enim eos & in ceruice, item ad branchias, amethęſtino, aureo, argenteo, cæruleoque variat. Os latum habet, intus rubicundum. labrum ſuperius ſubuiride, inferius cæruleum: lin-

B guam maximam candicantem. Dorſum & latera ex cæruleo violacea: ſed color intenſior eſt in dorſo, remiſſior in lateribus. Venter primùm viridis, dein argento reſplendet & auro ad podicem vſque, nam deinceps vſque ad caudam ſanguineus roſeuſvé eſt. Cauda verò coloris eſt amethęſtini. Pſittacũ vocant in Hiſpania. Anthijs hiſce noſtris cõgener eſt, nouiſſimo loco pictus. Ceruicem habet rubicundam. Dorſum ad caudam vſq; ex cæruleo viride. Venter pallidus eſt: Latera rubent: ſubcæruleis maculis varia, vt pictura oſtendit. Pinna dorſi & quæ retrò anum eſt, ſunt ferè ferruginei coloris: branchiarum & ventris nigricant. Oſſa branchiarum aurea. Caput pronum atrum eſt: ſupinum ferrugineum. Labrum inferius interna parte rubet. Cauda lata quidem ſed breuis nigricat & in vnam tantùm pinnam degenerat.

*Anthias tertius.*

*Anthias quartus.*

*Pſittacus Hiſpanicus.*

# LOCVS. NATVRA. MORES.

C ANthiarum genera in ſaxis habitare teſtatur Oppianus: ea tamen aliquando explendæ gulæ gratia deſerere: Voraces enim eſſe, dentibus tamen carere. Canit enim: *Veracitas.*

Ἔξοχα γὰρ περὶ πάντας ἀδηφάγος ὄρνος ἰλαίνει Κείνης, καὶ ναδόντιν ὑπὸ στόμα χάρον ἔχουσας,

id eſt, vt Rondeletius vertit:

*Supra alios omnes ciet inſatiata libido Ventris, non etiam munito dentibus ore.*

ναδὸς enim, inquit Suidas, eſt ὁ μὴ ἔχων ὀδόντας, id eſt, non habens dentes. Vbi Anthiæ ſunt, beluas non conſpici, antè dictum eſt, indeq; ſacros nuncupari, quod quidem peculiari antipathiæ adſcribendum eſſe vti non dubito, ita rurſus haud conſtare puto, beluęné illas, vt Leo Gallum, elephas murem, perthorreſcant, an illi beluas timore perculſi fugiant, nec cùm famelici ſunt, eouſq; in altum euagentur, vt in illas incidere queant, vt ſcilicet nauigantes cõſpectis Anthijs cognoſcant, ſeſe iam beluarum euaſiſſe pericula, & terræ appropinquare. Magis tamen inclinat animus in priorem ſententiam: nam ſimiliter ſerpens quidam ſacer vocatur, à quo fugiunt cæteri: & auis ſacra in Falconum genere, à qua reliquæ omnes ſibi timent: quanquam & Anthias Sacer dici potuerit, quòd piſcatores nauigantesq; alij ob præſtitum beneficium (quòd præſentibus illis iam in portu (quod dicitur) nauigare cognoſcant,) abſtinere etiam ab illo & pro ſacro habere voluerint: quo ſenſu & ἱερὸς ἰχθὺς, id eſt *Sacer piſcis* prouerbialiter dicebatur, cui nemo nocebat, ſed ſui iuris erat. In cuius prouerbij explicatione author adagiorum: Suidas (inquit) indicat eſſe apud Homerum. Quicquid enim ingens ac præclarum haberi volebant veteres, ἱερὸν appellabant: per iocum dici poterit in hominem prægrandem & in pretio habitum, cùm ſit ſtupidus & infans. Suidas verò id non tanquam prouerbium recitat. Mirum modò quod de hiſce piſcibus prodidit Aelianus, captos miſerabile præbere ſpectaculum: mortem nimirum fugere ſuam, & quodammodo ſupplicare videri: ac quemadmodum homines, qui in latrones immiſericordes & cædis auidos incurrunt, fugam tentant, ſic illos retibus inſultantes, inſidias tranſilire conari: eos autem qui hoc genus mortis euadunt in terram antea eis inimicam exilire, atq; ibidem mortem obire malle quàm gladio perire. Antè verò Ouidij ac Plutarchi authoritate oſtendimus aſperitate dorſi ſui lineam dilacerare, captiuoſq; ſocios ita libertati reſtituere: quod meminit etiam [a] Aelianus his verbis: *Vt homines fidi & commilitones veri, perinde piſces inter ſe vtiſcuntur, quos Anthias nominant: ex his quilibet cum noueris conuictorem ſuum captum eſſe, celerrimè adnare feſtinat, ac dorſi ſui mixu ad eum inhęreſcit.* Nouit item captiuus auxilium, auxiliantiq; vt res fœliciùs faciliùſque ſuccedat, ſeſe hamumq; offert, quod nõ obſcurè innuit [b] Plinius, inquiẽs: *Anthia cùm vnum (è ſuis) hamo teneri viderint, lineam ſecare traduntur, eo qui tenetur extendente, vt præcidi poſſit.* Meminit huius Anthiarum in

*Cur non ſint beluæ vbi Anthiæ.*

*Serpens ſacer vocatus.*

*Sacer piſcis qui dicatur.*

*Lugent mortem ſuam.*

*Aſtus.*

[a] *Lib. 11. c. 28.*

[b] *Li. 9. c. 59.*

rum in ſodales amoris etiam [c] Ioan. Tzetzes, ſed auxiliantes tradit lineam quidem conari ſecare, ſed cùm id propter dentium infirmitatem perficere non poſſint, pondere ſuo illum adeo grauare, vt à faucibus ita compreſſi hamus euellatur, aut linea rumpatur. Vt vt autem res habet, Oppianus raro ſic euaſiſſe captiuos concedit, imo dum iuuare cupiunt, dorſis ad eos coniunctis & temerè conglobatos, impedire magis: non rarò verò acutam ſupra ſpinam reſecta linea euaſiſſe. E

[c] *Lib. 3. Var. 126.*

# CAPIENDI RATIO.

*Gaudet ſtrepitu.*

IN patria mea (inquit idem Oppianus) ſupra litus Sarpedonis, quicunq; Hermupolin & Eleuſam habitant, Anthias hoc modo capiunt. Piſcator prope terram obſeruat petras cauernoſas quas incolere ſolent Anthiæ; & magnum orbibus ligneis inter ſe colliſis ſtrepitum excitat. Eo gaudent Anthiæ. itaq; emergẽti alicui, Percas aut Coracinos in aquam proijcit: epulatur ille raptim. Piſcator quotidie illic redit, & tanquam inuitatis conuiuis, qui ſemper plures apparent, cibum præbet. Manent illi eodem in loco, & nauim velut nutricem expectant, quam cùm appellere ſenſerint, mox omnes obuiam lęti & ludentes adnant: demum ita manſueſcunt, vt contrectantis etiam manum F & porrigentis cibum non refugiant: & quocunq; manum egerit, ceu ſigno dato, illuc ſtatim, tanquam pueri in gymnaſio morigeri magiſtro, ſe recipiant, continentem verſus, ante nauim, retro. Sic cicuratis illis, tandem hamum inijcit mari. primùm manu ſignificat omnibus recedendum, & ſimul lapidem proijcit, quem illi eſcam eſſe rati ſequuntur. Vni alicui relictõ hamum (eſca obtectum) ſupra mare porrigit: quo miſer ille vorato, mox ambabus piſcatoris manibus rapitur, vt reliquam turbam lateat. nam ſi cæteri captum aut viderent, aut ſtrepitum extrahendi audirent, nullis amplius eſcis reuocari poſſent, ſed fraudem atq; inſidias fugerent exoſi, quam ob rem piſcator validus & agilis ſit, oportet, aut etiam à ſocio adiuuetur. Alij non eſcis aut vlla ſimulatione, ſed ſuis freti viribus Anthias adoriuntur. Hamun ex ære aut ferro faciunt, dupliciter alligatum valido funi. hamo Lupum piſcem inſerunt viuum: aut in os mortui indunt plumbum, quod Delphinum vocant: cuius pondere caput ita inclinat & reclinat, ac ſi viueret: & remigantibus cæteris vnus à puppi, cùm iam apparent Anthiæ, hamun in mare leniter circumactum inijcit. Sequuntur illi certatim nauim & eſcam ceu fugientem. Piſcator verò obſeruans, Anthiæ quem præſtantiorem viderit, eam admouet. qui captus, vix magno labore & contentiſſimo niſu retinetur, remigantibus interim cæteris. Neq; ſocio capto deſunt gregales reliqui piſces, & dum iuuare cupiunt, dorſis ad eum coniunctis & temere G conglobati, impediunt magis. Aliquando & funiculum roſtro, ſed fruſtra præmordere conantur. dentibus enim carent. itaq; tandem ægrè defeſſum labore ac vulnere, & remigio nauis ſuperatum extrahit piſcator, qui ſi vel paululum ei concederet, non amplius attracturus ferret. adeo ingens eorum vis eſt. Nec rarò acutam ſupra ſpinam, reſecta linea euaſit Anthias. Eundem ferè Anthias capiendi modum ante Oppianum prodidit Plinius: *De Anthia piſce* (inquit) *ſileri conuenit quæ pleroſq; aduerto credidiſſe. Chelidonias inſulas diximus Aſiæ, ſcopulis maris, ante promotorium ſitas: ibi frequens hic piſcis, & celeriter capitur, vno genere, paruo nauigio & concolori veſte, eademq; hora* (aliàs ora) *per aliquot dies continuos piſcator enauigat certo ſpatio, eſcamq; proijcit. Quicquid in eo mittitur, ſuſpecta fraus prædæ eſt: cauenſq; quod timuit, cùm id ſæpe factum eſt, vnus aliquando conſuetudine inuitatus Anthias, eſcam appetit. Notatur hic intentione diligenti, vt author ſpei, conciliatorq; captura. Neq; enim difficilè cùm per aliquot dies ſolus accedere audeat, tandem & aliquos inuenit, paulatimq; comitatior, poſtremo greges adducis innumeras, iam veruſtiſſimis quibuſq; aſſuetis piſcatorem agnoſcere, & è manu cibum rapere. Tum ille paululum vltra digitos in eſca iaculatus hamum ſingulos inuolat veriùs quàm capit, ab vmbra nauis breui conatu rapiens, ita ne cæteri ſentiant, alio intus excipiente centonibus raptum, ne palpitatio vlla aut ſonus cæteros abigat. Conciliatorem noſſe ad hoc prodeſt, ne capiatur. Parcit piſcator fugituro in reliquum gregem. Ferunt diſcordem ſocium duci inſidiarum pulchrè noto cepiſſe maleficæ voluntatis: agnitum in macello à ſocio, cuius iniuria erat, & dati damni formulam editam, condemnatumq;, addidit Mutianus, æſtimata lite decem libris.* Sic Plinius, ſed eſcam qua alliciuntur non expreſſit, quod quidem præſtitit Aelianus, ſed peculiariter hanc capturam ad Aulopiam tranſtulit, & rem ipſam paulò aliter recitat inquiens: Aulopios quàm inſidioſis captionibus comprehendatur, mihi ſicut auditione accepi, exponendum eſt. Homines ad piſcandum prudentes, loca vbi domeſticas ſedes & commorationes arbitrantur Aulopias tenere, ex ſpeculatione præcipiunt & præſumunt. Deinde poſtquam permagnum piſcium Coracinorum numerum retibus ceperunt, & nauem ſuam firmauerunt, ſtrepitum quendam more veſparum faciunt, & Coracinos ad illitiones eos prætendunt. Vbi verò ij ſtrepitum exaudiuerunt, & eſculentam illecebram animaduerterunt; alij aliunde eò ire pergunt, & gregatim circum nauim piſcatoriam errant: atq; eatenus & plauſu & cibo ad piſcatores manſueſcunt ſiue meo iuditio eſcæ cupiditate capti: ſiue quemadmodum piſcatores inquiunt, ſuo

*Anthiæ robur.*

*Aulopij captura.*

E ſuo permulto robore nitentes, vt non ab hominum contactu refugiant. Nonnulli ex eis cicures ſunt,
» quos ſanè piſcatores vt beneficos ab alijs internoſcunt, fœdereq́; cum ijs deuinciuntur, pacemq; ſer-
» uant. Eos tanquam duces ſectantur alij feri Aulopiæ, quos vt piſcatores & capiunt & occidunt, ita à
» manſuetiorum (quos columbis allectricibus contulerim) captura ſe abſtinent, quaſi fœdus quod-
» dam cum ijs ſancitum habentes. Nec verò piſcator bene peritus quantalibet inopia prematur, man-
» ſuetum Aulopiam prudens & ſciens comprehendit. Quinimo ſi eum ipſum imprudens ceperit, non
» mediocri dolore afficitur. Capitur autem hamo transhxus, aut mortifero vulnere ictus. ſed & alijs
» modis hi piſces capiuntur.

*Aulopias Colũbę allectrici ſimilis.*

# VSVS IN CIBIS ET MEDICINA.

PRetioſos piſces ab aliquibus ἀνθρωπόφαγους id eſt hominum deuoratores appellari tradit Euſtathius, nempe propter magnitudinem ſumptus, qua ganeonum opes exhauriuntur, ab alijs verò etiam θεους id eſt Deos, quaſi pretioſiſſimos ac ſummo honore condignos: in quibus Anthiam quoq; recenſet. Equidem piſces à nobis pictos qui miſerunt, gulæ illecebras eſſe affirmabãt. Hiceſius author eſt, Phagrum, Chromin, Anthiam, Orphum, Synodontem, Synagridem, Acarnanem genere ſimiles haberi, nimirum quo ad nutritionem, vtpote dulces, modicè aſtringentes, multi nutrimenti, & vt par eſt, difficiles excretu; pluſq; alere ex ijs qui carnoſi ſunt, magiſq; terreſtres, & minus adipoſi. Eodem teſte Anthias χρυσώδης eſt, pro qua voce, vt apparet, corrupta Rondeletius legendum retur ἐρυθρώδης vel ἐρυθρος, vt ruber color intelligatur, nec putat χονδρώδης, poſſe legi, id eſt cartilagineus, quia Anthias ex cartilagineis non eſt: ſed non aduertit, impropriè cartilagineum dici potuiſſe, non vt cartilagineus ſit piſcis, ſed vt carnem voluerit indicare eſſe ſolidiuſculam, quo ſenſu nonnunquam ſolida apud alios etiam cartilaginea vocari cernimus, vt radicem paſtinacæ cartilagine placere. De vſu in medicina apud Kiranidem hæc reperio. Anthiæ fel cum melle inunctum exanthemata curat & floridum vultum facit. Adeps verò eius cum cerato carbunculos, ſteatomata, tubera, ſcrophulas & dothienas ſanat. Lapides capitis ad collum ligati cephalalgiam ſanant, & omnes capitis & colli paſſiones.

*Piſces hominum deuoratores, & dy dicti.*

*Athenæi locus conſideratus.*

*Fellis vſus. Adipis.*

*Lapidum in capite.*

# DE GOBIIS SQVAMOSIS, SAXATILIBVS. Cap. XX.

## ÆQVIVOCATIO. SYNONYMA. ETYMVM.

DE Gobijs multa inuenias inuicem pugnantia, vnde eſt quod eorum hiſtoriam multi non potuerint aſſequi. Error inde naſcitur, quòd cùm & loco quo degunt, & corporis tegumento differant, hæc huic, illa illi conuenire non aduerterent. Nos h c quæ potiſſimùm ad ſaxatiles & litorales (nam ſunt, qui ſtagna maris etiam habitant, item qui flumina & paludes) ſquamoſoſq; pertinere exiſtimamus, referemus, nominaq; quæ omnibus communia credimus, explicabimus, vt eſt apud Græcos κωβιος, apud
H Latinos Gobius ſiue Gobio, ſiue Gouius, vt apud Ouidium, ſiue Cobio, vt apud Plinium, Græcorum (vt videtur) imitatione, pro qua poſtrema voce in Garioponto medico Cubio ſcribitur, typographi puto incuria. Ita nobis quoq; Italis Go vel Guo, vel gouo ad omnes Gobios voces videntur eſſe communes. Numenius teſte Athenæo κώθον vocat, cæterùm generatim nè omnes Gobios, vt Geſnerus vult, an ſaxatiles tantùm vt Bellonius & Maſſarius, conſiderandum. Pro Geſnero ſtat Varrinus, cui κωθος, ſimpliciter κωβιος eſt: pro Maſſario & Bellonio Nicander & Apollodorus, qui ſaxatiles à Siculis Cothonas vocari tradiderunt. Marini omnes Genuenſibus teſte Bellonio Guigionies: Romanis Miſſori vocantur, quanquam Miſſoris vox (inquit) ad alios piſces transferatur.

*Cobio.*
*Cubio.*
*Cothus.*

GE-

Digitized by Google

# GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA. DESCRIPTIO.

GObij ſi qui alij loco viuendiq; ratione quàm maximè variant. Alij enim marini ſunt, & horum rurſus alij ſaxatiles, litorales alij, alij in ſtagnis marinis degunt: alij fluuiatiles, alij denique lacuſtres. Sumuntur item quędam differentiæ ab eorundem ſubſtantia, colore, & magnitudine, vt proinde patebit. Ariſtoteles Gobioni ſcribit complures appendices ſupernè circa ventriculum exire: ſed litoralibuſnè, an ſaxatilibus, an vtriſq; ex ſectione obſeruent, qui maritima loca habitant. Piſces quidam, referente Aeliano, purgendo venenum inferunt, vt Gobio (inquit) Draco, Hirundo, non tamen lethale. Apparet autem ex [a] Oppiano id mutuaſſe, apud quem ſic lego, interprete Lippio:

*Appẽdices circa vẽtriculum.*

[a] *Lib. 2. cap. 10.*

*Noxia labuntur ſtrigmenta è corpore toto, Gobius in ſalua nimium conterſus arena*
*Horrendus curuo qui gaudet Scorpius antro, Et Canis atq; Draco, volucriſq; per aequora Hirundo*
*Hi duris pungunt ſtimulis, fundunt q; venenum.*

Accepit itaq; vterq; venenum pro dolore, quamuis Draco, quem vna nominant, & Scorpius lethaliter vulnerent. Gobionem enim Ouidius innocuum vocat. *Lubricus & ſpina nocuus non Gobius vlla.* Iam verò aculei quibus percutiendo dolorem inferre poſſint, haud omnibus Gobijs communes ſunt, ſed quantum ex iconibus (omnes enim videre haud licuit) conijcere queo, ſaxatilibus potiſſimùm. Ridet Maſſarius eos qui Gobios pro ſquamis variam cutem & valde lubricã habere ſcripſerũt, (Niphum & Iouium intelligens,) ſed quàm bene & ipſemet omnes varios & ſquamoſos eſſe affirmet, ipſus viderit. Quod ad magnitudinem attinet, apud nos ſiue marini, ſiue alijs in aquis viuentes, ſemper parui ſunt, vti fortè & in Græcia. Inuenio enim κωβίδια Sotadi, κωβιδάρια Anaxãdri nominari, niſi velimus minores ab eis intelligi: Tzetzes author eſt tamã eſſe & cubitales & tricubitales etiã reperiri, ſed Aelianus, ex quo id fortaſſis excepit, id priuatim de ijs ſcripſit, qui in mari rubro generantur. Habes hîc primum Venetorum Paganellum, tãquam ſaxatilem Gobium partim ex Bellonio, partim ex Rõdeletio deſcriptum, deinde alium marinum à me obſeruatum, Bellonius itaq, Gobium album nominat, Rondeletius flaueſcentem, Græciſq; χλωρὸν & καυλίνιον vocari aſſerit. Saxatilis eſt (inquit hic) palmi lõgitudine, toto corpore rotundo, non compreſſo & ſpiſſo, ſquamis rotundis tecto, colore vario. Etenim χλωρὸς eſt & dicitur, id eſt flaueſcens ſiue pallidus, maculiſque nigris conſperſus, oculis ſurſum potius quàm deorſum ſpectantibus. Ad branchias pinnas duas habet, in ventre non duas caterorum modo, ſed vnicam (cui nijcio Rondeletium ad picturam deſcribere, vel non rectè expreſſerit Bellonius, in cuius Paganelli icone, duæ ſunt ad branchias, vtrinq; nimirum vna, tres in uentre, in pectore duæ, vtrinq; videlicet vna, ab excremẽtorum meatu deniq; altera) non diuiſam, qua nota Gobij maximè à reliquis piſcibus internoſcuntur, à podice aliam. In dorſo non vnicam velut alij ſaxatiles, ſed duas, quarum prior minor eſt, altera ad caudam vſq; extenditur. (Hoc rurſus non cõuenit cum figura Bellonij, nec cum ea quam Venetijs pictam exhibet Geſnerus, in quibus multò breuior eſt,) Caudam latam habet, non diuiſam. Labijs caret. (Hic quid dicere velit, neſcio,) Dentes habet paruos, (nullos in pictura expreſſit, vti nec Bellonius, nec Geſnerus.) Os magnũ, ventriculum ſatis capacem cum multis appendicibus: Hepar album & in eo fel. Bellonius Hiceſio albus vocari retur, non ſine manifeſto errore. Si enim præ cæteris magis ad ruſſum vergit, vt ipſe fatetur, non video qua ratione albus dici queat. Rondeletij ſententiam magis probo, qui Athenæo, vel quiſquis ille fuerit apud illum, χλωρὸν, id eſt pallidum aut flaueſcentem, non viridem vt nonnulli ſomniarunt, nuncupari non vna veterum authoritate demonſtrauit. Bellonius itaq; poſt nigri marini Gobij hiſtoriam, Cute (inquit) integitur ſcabriore, neq; vnquam ita adoleſcit, craſſioreq; eſt capite. Ac quod ad inſigne vtriuſq; diſcrimen attinet, aduertendum eſt, Gobios unicam in tergore pinnam gerere, Paganellos geminam (ſecus oſtendit niger Gobius Rondeletij, & qui quinto loco pingitur ab And. Matthiolo, qui ſex ſpecies pinxit, ſed more ſuo nullam deſcripſit, Priori autem loco uidetur Paganellum expreſſiſſe) Præterea vt Paganelli ſaxatiles ſunt, ſic magis ad ruſſum colorem vergunt, teneriorem q, habent carnem, vt Diocles prodidit. Hactenus Bellonius. Alter Gobius nobis quoq; Venetijs miſſus pinnas habet in tergore binas, coniũctas, quarum prior, vt in Paganello, aculeis riget, altera

*Nõ oſs ſquamoſi ſunt.*
*Magnitudo.*
*Cobidia.*
*Cobidaria.*
*Vbi cubitales & qui.*
*Paganelli Venetorũ deſcriptio.*
*Gobius album.*
*Gobius flaueſcens.*
*Vt à reliquis piſcibus diſcernantur.*
*χλωρὸς color qui.*

Gobius marinus Rondel.



Paganellus ſeu Gobius malor ex Geſnero.

Gobius niger Rondel.



Gobius alter ab authore obſeruatus.



Gobius albus Rondel.



altera verò leuis eſt: binæ item in pectore, totidemq; ab ano, omnes nigræ. Cauda etiam nigra eſt, & ſuperior pars corporis. Venter verò candidat. Non incongruè etiam hîc de nigro Bellonij, & Rondeletij Gobione, licet vterque litoralis ſit, dicemus, cùm ſaxatiles omnes litoralibus etiam eoſdē faciat

*Gobiorum litoraliū deſcriptiones.*

[b] Ariſtoteles, ne tribus pluribusvè locis de Gobijs agere cogamur. Eminētes ac tumentes ſupra caput (inquit Bellonius) oculos gerunt, cornea tunica, alba, & vt Serpētibus dura obductos: aduerſus aquarum impetum aut vt ſurſum faciliùs (quemadmodum Vranoſcopus) cernant. Vix excedunt duorum pollicum craſſitiem, aut palmi longitudinem. Rarò enim pedales & brachiales euadunt. Etſi autē lubrici ſunt, tamē ſquamis integuntur hirtis, pinnamq; habent vnam in tergore, continuam, mollem & ſine aculeis. Pinnas utrinq; quatuor, latas atq; obtuſas: ac præter has ſub ventre etiā duas: ſed ea quæ caudam conſtituit, rotunda eſt. Dentes præterea exerunt paruos, tenues & ſubrubros. Corpus teres eſt, paucis ſpinis refertum, color varius. Etenim qui Gobiones circa algas verſantur, ad viridem inclinant, alij ad cinereū colorem accedunt, nonnulli albicant: alij ex fuluo in nigrū degenerant. Oēs grandiore ſunt capite, & lata ceruice. Ac quod ad internas eius piſcis partes attinet: peritonæū Gobionibus foris album eſt, intus nigerrimū. Hepar dextro lateri magis incumbit, pallidum, de quo fel pendet, veluti ianthinū: inteſtina multis circumuolutionibus inflectuntur. Stomachus illi eſt oblongus, pylorus multis apophyſibus præditus: vulua vndecunq; ouis referta. Rondeletij verò niger Gobio is eſt, qui à Venetis Gò nuncupatur, à ſuis Boulerot. Digiti eſt magnitudine & craſſitie, corpore ferè rotundo, non compreſſo, priori ſimilis niſi minor eſſet & nigri coloris maximè parte anteriore. Loco binarū pinnarum, quæ cæteris ſunt in uentre, unicam habet nigram, barbam eſſe inquit dicetes: Quæ nota facit ut credat, hūc eſſe piſciculum quē [c] Athenęus τράγον uocat, id eſt, hircum, cui Exocœtum confert his uerbis: *Exocœtus omnino ſimilis eſt piſciculo qui Hircus dicitur, præter nigrū illud quod ventriculo ſubeſt, quod hirci barbam vocant.* Quòd hic [d] Athenæi Hircus non poſſit is eſſe qui ab Ariſtotele Męna mas dicitur cùm fœmina fœtu impleri incipit, perſpicuum eſſe ait, quæ de Mæna ſcripſit. Neq; enim Mæna barbæ (inquit) nigræ ſimile quid habet, ſed duas in uētre pinnas, cæterorum piſcium modo: neq; rotundo eſt corpore, ſed lato & cōpreſſo. At ſi ſimilis ſit hic Hircus Exocęto, rotundo corpore eſſe debet. quare diſtinctionis gratia, alium Ariſtotelis, alium Athenæi Tragum ſiue Hircum concludit. ſed cùm ſimilitudo illa piſcium ipſe ſit Clearchi, qui fuit ex Ariſt. diſcipulis, credi poteſt eundem quem ipſe Tragū intellexiſſe. Viuit niger iſte Gobius in litoribus & ſtagnis marinis. Depingit deniq; & alium marinum Gobium Rondeletius cognomine album (λευκὸν, Græcis vocatum, non tamen ita candidum, vt cum aliorum multorum piſcium candore poſſit contendere, ſed quòd cæteris Gobionibus candidior ſit.

[b] *Lib. 3. Hiſt. cap. 13.*

[c] *Lib. 8. Tragus ſiue Hircus Athenęo qui.*

[d] *Lib. 8. Hiſt. cap 20. Męna mas*

## LOCVS. PARTVS.

*Gobius Marinus albus Rondeletij.*

ARiſtoteles Gobios aliàs ſaxatiles, aliàs litorales facit: ſed fieri poteſt quod de diuerſis non de eiſdē intelligat, ſaxatiles enim dari & litorales iam oſtenſum eſt, ſingulorū additis iconibus quamuis [e] Galenus litorales tantū faciat, cuius verba modò recitabo. Fallūtur enim qui inſaxatiles & litorales, marinos Gobios diſtinxiſſe arbitrantur, Cùm enim de ſaxatilibus dixiſſet, mox Gobionem litoralē facit, aitq; loca frequentare arenoſa, glareoſaq; litorū aut ſaxoſa promōtoria cauteſq;, ideoq; eis qui aut amnes ſubeunt aut maris ſtagnantes aquas inhabitant, facilè præfert: quā bonitatis differentiam penes locorum diuerſitatem in ſaxatilibus reperiri negat, vt qui loca nunquam mutant. Comparat autem totum litoralium genus Gobionum exemplo cum ſaxatilibus piſcibus alijs vt vel ex eo cōſtat quod poſtquā litorales dixiſſet Gobiones, ſi comparatio fuiſſet ad ſaxatiles Gobios non comparaſſet πετραίοις ἰχθύσι, id eſt petræis piſcibus, ſed dixiſſet κοσβιεῖς ideſt Gobijs, vel ſimpliciter πετραίους. Idq; clarius aliàs oſtendit libello de renū affectibus: De aquatilibus (inquit) qui ſaxatiles nominātur comeſti, erunt tibi vtiles, erūt etiā Gobij, Mulli &c. piſces nimirū nō ſaxatiles, ſed horū vicē ſupplētes. Ipſe verò dū tradit Gobiones in ſalſis æquè ac dulcibus aquis viuere, de omnibuſnè an de ſpecie aliqua priuatim dicat, quęri, imo dubitari poteſt. Habemus & ex Ariſt. Gobios in fluuijs quoque pingueſcere, nec cōſtat fluuiatileſnè an marinos intelligat, nā hîc quoq; capi apud Galen. cōſtat. Quid ſi dicamus fluuiorum oſtia vtrumq; innuere. Ouidio litorales ſunt. Diocli ſaxatiles. Oppiano & Simeoni Seth in petris & arenis degunt. Sineſius etiam ſaxatiles facit his verbis. *Piſcantes circa Africę quoddam litus loco petroſo comeatu deſtituti nauigatione*, οἱ μὲν ἐντελεῖς, Μυράινας τι, καὶ καραβὶς ἐυμεγέτας ἠρῦντο: τὰ δὲ μυράινια Κοσβιὰς ἐυτελεῖς καὶ Ἴλλας, id eſt, *Qui adulti ſunt, Murenas & ingentes carabos capiunt Locuſtas: pueri verò lenes Gobios & Iulos.* Theophraſtus in libello de piſcibus, cùm de foſſilibus dixiſſet, qui in terra torpidi manent, nec mouentur, donec effodiantur, ſubdit: *Huic ſimile contingit circa piſces quoſdam in Ponto qui glacie occupati gelantur, neq; mouentur prius quàm in patinas coquendi inijciantur, quod vel in primis Gobio accidit:* de lacuſtri vel fluuiatili, potius quàm marino mihi loqui videtur: quamuis neutrum colligas ex Plinio, qui ſic vertit. *A Theophraſto proditur in Ponto regione apprehendi in glacie piſcium maximè Gobiones non niſi patinarum calore vitalem motū fatentes.* Idē Plinius recitante Marcello Virgilio Gobium paulò minus quàm in eo genere numerauit, in quo terre-

[e] *Lib. 3. de Aliment.*

*Pinguefiūt in fluuijs.*

*Gobij congelati patinarum calore mouentur*

*Gobio terreſtribus fermè annumeratus.*

A terreni piſces cenſentur, quoniã paluſtris & quaſi incola terræ ſit contra aliorũ piſcium naturam: cæterùm hic quoq; non rectè Gobio vniuerſaliter tribuitur, quod priuatim ad lacuſtrem pertinet. Pariũt iuxta litora, ſuaq; oua lapidum amplexibus mandant latiuſcula & arenida, vt Ariſtoteles prodidit. *Partus.*

# VSVS IN CIBIS.

MArcellus Virgilius ex hoc Iuuenalis verſu:

*Nec Mullum cupias cùm ſit tibi Gobio tantùm In loculis,*

Gobium viliſſimum piſcem eſſe iudicauit. Quod ſi id intellexerit poëta, de paluſtribus & cœnoſis loqui dicendum fuerit. Mihi comparatio videtur Gobij ad Mullum, qui ſummo apud gulæ proceres erat in pretio: ad hæc Mullus Gobio quintuplo ac ſextuplo maior eſt. Apparet itaq; iubere poëtam, vt ſi delicatum quis velit mercari piſcem, ſi non ita ſit nummoſus, vt Mullum magnum ſcilicet & pretioſum, palatoq; gratiſſimũ emat, is Gobium accipiat, ob paruitatem minoris quidem pretij, ſapore verò, & bonitate haud inferiorem. Docet enim ibi poëta in omnibus rebus ſeruandã eſſe menſuram, cùm ſuperfluas impenſas nulla non comitẽtur mala, ac ſit tandẽ, vt poëtæ verbis vtar, *morte magis metuenda ſenectus.* Fuiſſe autem Gobios apud veteres in honore, clariſſimè oſtẽdit [a] Martialis, inquiens. *Gobij comparatio ad Mullum.* *[a] In Xenijs.*

B *In Venetis ſint lauta licet conuiuia terris Principium cœnæ Gobius eſſe ſolet.*

Et Anaxandrides Gobios elixos nominat in Cotyis Thracum regis conuiuio. Antiphanes item in Timone Gobios laudat, & vnde optimi aduehantur apud [b] Athenæum docet, cuius verſus Græcos, adſcribam lepidiſſimos, quòd interpretes, vt Caſaubonus teſtatur, ſenſum eorum aſſequi non valuerint Inquit itaq; Antiphanes. *[b] Lib. 7.*

Ἡ κῶπολυτελῶς ἀγοράσας εἰς τὰς γάμους
Λίβανον τὸν ὀβολῷ τοῖς θεοῖς καὶ ταῖς θεαῖς
Πάσαισι, τοῖς δ' ἥρωσι τὰ ψαῦ' ἀποτέμων:
Ἡμῖν δὲ τοῖς θνητοῖς ἰχθῦς ἀνῃόμην.
Ὡς προσβαλεῖν δ' ἐκέλευσα τὸν ταριχοπώλην,
Τὸν ἰχθυοπώλιον προστίθημί σοι
Τὸν δῆμον αὐτῶν, εἰσὶ γὰρ φαληρικοί.
Ἄλλοι δ' ἐπῶλουν ὡς ἔοικ' ὀτρυνικούς

Vertit Dalecampius

*(ſunt nuptias,*
*Tam aduenio ſumptuosè mercatus ad hæc quæ opus*
*Obolo dijs ac deabus thura*
*Omnibus, mellita liba heroibus deſpertior.*
*Nobis verò mortalibus emi Gobios*
*Quos vt inſpiciendos admonere inſsi effractarium*
*Ac ſceleſtũ piſces qui vendebat: en, inquit, propono tibi*
*Illorum gentem ac populum: ſunt enim Phalerici;*
*Alij verò vt manifeſtum eſt, vendunt alienigenas.*

C Caſaubonus acutiùs Antiphanis mentem perſcrutatus in verbo προσβαλεῖν omnem ſententiæ venuſtatem ſitam eſſe monet: ſenſumq; eſſe: cùm in emendis Gobijs iuberem piſcarium, velut auctarij loco & ἐπιδόσεως aliud adijcere, vt fieri ſolet in foro: reſpondit ſceleſtus piſcarius: Ego verò, προσίθημί σοι τὸν δῆμον αὐτῶν, id eſt, auctarij loco adijcio tibi Gobionum quos emiſti patriam: ſunt enim Phalerici: quo nomine cariùs indicari debuerunt. δῆμον (inquit) accipe, vt in hiſtoria Attica paſſim. namvnus τῶν δήμων agri Attici Phalerum fuit, qui & Phalereus dicebatur. Alius etiam pagus Atticæ erat Otryna ſiue Otrineus, ſed obſcurus & præ illo altero ignobilis. Inter cætera quæ Phalareum nobilitabant, præter portum & alia multa, fuere etiam Gobiones Phalerici, qui tantùm cæteris præſtare credebantur, quãtum Otrynici Gobiones, ab alijs vincebantur: ideo ſubijcit: Ἄλλοι δ' ἐπώλουν ὡς ἔοικ' Ὀτρυνικούς. Putares, inquit, qui piſces emerat ſolum hunc eſſe piſcario foro, qui Phalericos Gobiones venderet, alios omnes vendere Otrynicos. Vt modò vnde digreſſa eſt, reuertatur oratio; in eodem ibi Athenæo quidam apud Menandrum in Epheſijs, *è piſcarijs* (inquit) *vnus nuper quatuor drachmis Gobios æſtimabat.* Reſpondet alter, *nimio*, nempe ob paruitatem. Non minus eleganter quàm iucundè Gobiorum laudem tetigit etiam Machon apud eundem Athenæum de Archephõte paraſito agens. quem ſcribit cùm à Ptolomæo rege inuitatus ad cœnam in Aegyptum nauigaſſet ex Attica, ſaxatili varioq; impoſito menſæ obſonio, admotis multis & grandibus Locuſtis, allataq; patina confertiſſima, in qua Gobiorũ fruſta erant tria, viſa non ſine ſtupore conuiuis omnibus; Scaris tamen Mulliſq; ac Phycidibus, valdè quidẽ libenter ſed auſtero vultu, Mænidibuſq; ac Membradibus & Apua ſe expleuiſſe Phalerica: Gobijs verò abſtinuiſſe pertinaciſſimè. Id autem cùm præter omniũ opinionẽ faceret, Rexq; Alcenorẽ interrogaret, an hallucinans Gobios minimè vidiſſet Archephon; reſpondiſſe gibbum illũ, contrà prorſus rem habeto Ptolomæe: primus vidit: ſed hoc obſonium, quia veneratur ac reuereretur, non attigit: præterea more patrio non licet, cùm cænat abſq; ſymbolo, ſine ſuffragijs ſciẽter alicui facere iniuriã. Ridet interim obiter comitia & ſuffragia Athenienſiũ, inquit Dalecãpius, vel de leuiuſculis rebus: & affectũ iri Gobionẽ iniuria dicit, ſi Archephon cibo tam exquiſito indignus eo veſceretur. Guſtu enim perſuauis eſt, & pingui teneritudine (vt Iouij verbis utar) delicatus: ad hęc ſiue litoralis ſiue ſaxatilis ſit, boni ſuęci & facilis cõcoctionis eſt, nimirum illis cõparatus qui in oſtijs degũt fluuiorũ. [c] Galenus eleganter diſtinguit: *Gobiorum caro* (inquit) *vt Aſellorum & ſaxatilium piſcium carne durior, ita mollior eſt quã Mullorũ: craſsitudine verò & tenuitate mediocrem ſuccum generat. Præſtantiſsimus autem eſt Gobio, tum ad voluptatem, tum verò ad concoctionem, digeſtionemq; & ad probum ſuccum*

*Archephõ paraſitus cur à Gobijs ſibi temperarit.*

*Suffragia Athenienſiũ. Suauitas.*

*[c] Lib. 2. de Aliment. Gobiorum carnis diſtinctio.*

*gignendum, ie qui in arenoſis litoribus aut inter ſaxa viuit: qui verò in fluuiorum oſtijs aut paludibus marinis degunt, diuerſam planè carnem habent ab ijs qui in puro mari vitam ducunt. Neque enim aquè iucundi ſunt ſaporis, neq; etiam ſuccum tam bonum præſtant. Quod ſi limoſa fuerit aqua, aut vrbem fluuius expurget, deterrimus euadet, qui in illa aqua gignitur Gobio.* Hiceſius, cui copioſum quidem ſed non bonum ſuccum generant, ſapore grati ſunt, facilè excernuntur, & non multùm nutriunt, candidos nigris gratiores eſſe tradidit, flaueſcentium (τῶν χλορῶν) autem carnem, ſubſtantia eſſe rariore, magiſq; putredinis expertem, ſuccum item præſtare tenuiorem, neq; adeo copioſum, obq; magnitudinem magis alere. Diocles etiam teneriorem ſaxatilibus carnem tribuit; nec non Mneſitheus ſaxatiles ait corporibus noſtris ſiccum præbere alimentum, ſed ἰσόγκους eſſe & τρόφιμους, hoc eſt ſolidioris nutrimenti & corpulentiæ ſatis addere. Aetius deniq; in curatione colici affectus à frigidis & pituitoſis humoribus Gobios teſtatur tenerimos eſſe, facileq; ſecedere, alimẽtum autem plurimũ roburq; corpori addere: vbi notandum tenerrimos dicere, facta comparatione ad duos piſces, nam alioqui tenerum eſſe & plurimum corpori robur addere non conueniunt, idq; ratio diſſuadet. [b] Hippocrates verò dum eandem ferè alimentariam uim Scorpio, Draconi, Cuculo, Callionymo, Gobio, uſum eorum in moribus pituitoſis & craſſis concedens, tribuere uidetur, ita intelligendus fuerit, quòd deficientibus Gobijs, cæteri etiam illi licet duriores, concedi poſſint.

*Candidi nigris præſtãt.*

*Vt robur addere dicantur.*

*[b] Lib. de intus affect.*

## VSVS IN MEDICINA.

*Ad aluum ſoluendã ius ex Gobio.*

PAulus Aegineta citante Marcello Virgilio Gobium in pila contuſum decoqui iubet in aqua ad aluum deijciendum: marinum videlicet: nam alijs ſal addendum: Kiranides: Gobij cocti in aqua & ſalibus donec ſoluatur, potum ius, maximè cum lacte, ſolutionem ventris facit. Aſſus & ſine ſale manſus, dyſenterias, lienterias & nimia egerendi deſideria, quæ cum dolore fiunt, ſanat Simeone Seth teſtante. Dioſcorides Gobium recentem ſuillo ventri inſutum decoqui iubet in aquæ ſextarijs duodecim, donec duo tantùm ſuperſint: dein percolatum & ſub dio expoſitum propinari, vt quis aluum leuiter molliterq; deponat: additq; hunc piſcem illitum, canum rabidorum ſerpentiumq; morſibus prodeſſe. Scholiaſtes Nicãdri quo authore neſcio, tradit Gobium ſimileſq; alios piſces qui in litore & marinis petris degunt, contra dorycnium iuuare ſiue crudi, ſiue elixi, ſiue toſti comeduntur.

*Ad dorycnium.*

## DE SPHYRÆNA SIVE SVDI. Cap. XXI.

## ORDINIS RATIO. SYNONYMA. ETYMVM.

*Cur in hunc locum reiecta.*

SPhyræna petroſis ſaxatilibusvè ab Oppiano accenſetur: in hunc autem locum meritò reiecta, quòd licet ſquamis ſit prædita, eas tamen toto (vt patebit) corpore præcedentium more non habeat, vnde nec ſquamoſa omnino, nec leui cute prædita rectè dici poſſe videtur, ſed inter vtroſq; quodammodo ambigere, ac ſi ſpurius quiſpiam ac nothus piſcis eſſet. Eius præter Ouidium, nullum aliũ meminiſſe Plinius dũ ſcribit, fallitur, nam inter Græcos, vt Athenæum præteream, Ariſtoteles, ex Latinis M. Varro meminere. Σφύραιναν ferè Greci dicunt, Attici verò priuatim κέστραν, vt [a] Athenæus affirmat his verbis: *Dorion Sphyrænam ait, quam vocant Ceſtram. Epicharmus autem in Muſis Ceſtram cum nominauerit, non iam Sphyranas dicit, vtpote quæ eadem ſint. Et Attici ſæpius Sphyrænam vocant Ceſtram, rarò autem Sphyræna nomine vſi ſunt.* Quorum nominum eandem inuenio etymologiam, ficq; appellari hunc piſcem à figura corporis. Κέστρα ſtimulus eſt aut ſtylus, item teli genus Perſico bello inuentum, pro quo & σφύρα ſumitur: Phauorinus: Κέστρα ἀμυντήριον ὅπλον, σφύρα, καὶ εἶδος ἰχθύος, id eſt *Ceſtra telũ quo vis repellitur, Sphyra & genus piſcis.* Apparet itaq; eadẽ ratione hũc piſcẽ Ceſtrã dici, qua aliũ in Mugilũ genere Ceſtreũ dicũt: à σφύρα fit σφύραινα. σφυρὰ verò Heſichio pro ipſo piſce ſumitur, ſed quã benè neſcio. Quã Sphyrę ſignificationẽ cũ nõ aduerteret Theodorus Gaza, eademq; vox etiã malleũ ſignificet, fabrile inſtrumentũ, pro Sphyræna Maleolum Latinè reddidit, niſi à σφύρα deduxerit, vt Hermolao placet, quod eſt malleolus pedis, à σφύρα deductũ. ſunt aũt malleoli

*Plinij oſcitantia. Ceſtra.*

*[a] Lib. 7.*

*Sphyra.*

*Malleolus.*

in

A in ima tibia, , qui ceu capitula duo in extremo malleo ad latera prominent: quod ſi aduerterit Gaza, minus fuerit ridendus, nam alioqui piſcis noſter nihil minus quàm malleum repræſentat. Significantiùs ex [b] Plinio Sudim vertiſſet, qui ſuæ item vocationis cauſam reddit his verbis: *Sunt præterea à nullo auctore nominati, Sudis Latinè appellata, à Græcis Sphyræna: roſtro ſimilis, numine, magnitudine &c.* Vocatur autem Latinis Sudis, ſimiliter ac Græcis Sphyræna, nempe à figura. Sudes enim, apud Latinos etiam teli militaris genus eſt, item paxillus, ſiue palus acutus, qui in terra defigendus præurebatur, vt vel robuſtior eſſet, vel vt tardiùs putreſceret, [c] Virgilius:

*Stipitibus duris agitur, ſudibuſq; præuſtis.*

Arq; hinc fortè eſt, quòd etiamnum Gallis vulgò vocetur vn Spet quaſi veruculum. Romæ ab ſimilitudinem quam aliquo modo habet cum Lucio, marinum Lucium dicunt, item in Græcia, vt Bellonius teſtatur. Lesbij verò Mitylenes incolæ velut antiquo nomine Sphyrnas, Aſiatici Græci Zarganes, cùm hoc nomen Bellonæ piſci debeatur. Idem Bellonius tradit eſſe qui putant appellari Oxyrinchum quia acuminato valdè roſtro eſt, quorum ſententiam improbat. Grauior verò error Gillij eſt, Sphyrænam Zygænæ eandem arbitrantis. Interpres verò ſeu Scolaſtes Ariſtophanis in Scholijs in Nubes Ceſtras exponens Murænas inde deceptus videtur quod apud Athenæum & Oppianum pro
B σμύραινα non ſemel σφύραινα legatur.

*Sudis.*

[b] *Lib. 9 c. 2.*

*Sudes.*

[c] *Lib. 7. Aeneid.*

*Spet.*

*Lucius marinus.*

*Sphyræna.*

*Zarganes.*

*Oxyrinchus.*

*Gillij error.*

# FORMA, DESCRIPTIO.

SPhyrænam ſiue Sudim longum & acutum piſcem eſſe, iam ex etymologia ipſius nominis oſtenſum eſt. Accedit veterum authoritas, Oppiani in primis, qui δολιχὸν, id eſt longum vocat, item Plinij & Speuſippi apud Athenæum: quorum hic acui aſſimilauit, longo & tenuiſſimo corpore piſci: ille, *Sudis* (inquit) *Latinè appellata, à Græcis Sphyræna, roſtro ſimilis nomine, magnitudine inter ampliſſimos rarus, ſed tamen non degener &c.* roſtri nomine partem in naui ſic dictam intelligens, cū qua ſuo quoquè roſtro (ſi ita vocare liceat) ſimilitudinem piſcis iſte habet. [a] Rondeletius apud Ariſtotelem vbi ex longis piſcibus eſſe ait, Anguillam, Acum & Zygænam: pro Zygæna (longo quidem & magno piſce, ſed tamen minimè cum Anguilla, & Acu nominando) Sphyrænam legit congruente ſenſu & re ipſa; attamen Smyræna ſimiliter legi poſſit, id eſt Muræna, piſcis nimirum etiam longus, & vt Anguilla, qua cum & aliàs ab Ariſtotele nominatur, lubricus. Placet tamen magis Rondeletij lectio,
C quia Acum Ariſtoteles proximè hîc nominauerat, cui Sphyræna, non Muræna ſimilis eſt. Pinxere, & deſcripſere Sphyrænam Saluianus, Bellonius & Rondeletius, ſed illi vnam tantùm, hic duas, tot ſpecies dari arbitratus, hiſce Oppiani verbis motus: Σκορπίος ἀλίπλην δίδυμον γένος, ἀμφοτεράς τε Σφύραινα, id eſt vt Lippius vertit, *Amba Sphyræna lõgæ*. Equidem præter Oppianum id nemo aſſerit alius. Rondeletij verò Sphyrænæ diſſimiles ſunt, & haud ſcio an ex eodem genere. Priori enim ſquamoſam à capite ad caudam vſq; lineam tribuit, alteri verò ſquamas omnino demit: prior item duas in tergore pinnas gerit, altera vnam dumtaxat. Bellonius quidem etiam duas ſpecies obſeruari ſcribit, quę tamen minimè (inquit) inter ſe diſſidere comperirentur, niſi vetuſtas indicio eſſet: altera ſiquidem Trachurum colore refert, atq; eodem modo ſub ventre albicat: altera autem ſeneſcens Mormyri laterales picturas colore aſſequitur. Habes hîc Sphyrænæ veræ exactam ex omnibus collectam deſcriptionem. Roſtro eſt foris cælato, in extremo nigro, cuneato, prominente & acuto: imo toto capite velut in mucronem deſinente, ore valde reſciſſo. Maxilla ſuperior, obtuſa, inferiori breuior: inferior contrà acuta & longior: vtraq; ſic coit, vt vix oris roſtrivè ſciſſuram vllam eſſe diceres, quam tamen magnam eſſe oportuit, tum ob roſtri tenuitatem, tum ob piſcis voracitatem. Eſt tamen in ipſo oris hiatu dens, cæterorum longiſſimus & acutiſſimus, qui ore clauſo in foramen anterioris, ac membra-
D naceæ partis, ita ſuſcipitur, vt extrinſecus etiam paululum emineat. Vtrimq; dentes habet, ſed in parte ſuperiori maiores, in inferiori minores; & ſi ſecus icon noſtra oſtendat, omnes acutiſſimos, & vt Murænæ in os recuruos, vt Rondeletius notauit, qui item addit in palato duos eſſe dentium ordines. Lingua teſte Bellonio ſcabra eſt, denticuliſq; aſpera, quod tamen in ſui piſcis icone non expreſſit: Saluianus quidem linguam euidentiſſimè pinxit, ſed ſine vlla aſperitate. Oculi magni ſunt, & vt Bellonius meminit, cæſij. Ante hos foramina dari Rondeletius ait vel ad audiendum, vel ad olfaciendum deſtinata, quorum nec Saluianus, nec Bellonius faciunt mentionem, nec ipſe etiam pictura oſtendit. Branchiæ vtrinq; quaternæ, ſatiſq; patulæ. Linea quæ à branchijs ad caudam vſq; per latus deducitur, non ſola, vt Rondeletius vult, ſquamis obtegitur, ſed dorſum præterea ſquamoſum habet, vt & Saluianus obſeruauit. Eſt verò ea linea ſquamulis mira arte contecta paruulis & duriuſculis, ſimiliter & dorſum non vt in alijs piſcibus, ſed ferè vt in Serpentibus, quod fortaſſis Rondeletius non examinauit. Pinnas quatuor pro portione corporis ſatis breues idem Sphyrænæ tribuit, plures tamē mox enumerat, & plures etiam pingit. Saluianus quinq; enumerat, totidemq; at non

*Pro roſtro ſimilis dicta.*

[a] *Lib. 2. Hiſt. cap. 15. Ariſtoteles correctus.*

*An duæ ſint ſpecies.*

*Sphyræna exacta deſcriptio.*

*Dentes.*

*Lingua.*

*Squamæ quales.*

*Pinnæ.*

eiſdem,vt in deſcriptione memorat,locis oſtẽdit. Duas enim ait ad branchias, vnam in ventre poſt excrementorum orificium: duas deniq; in dorſo, prioré in medio (hanc pictor in principio ventris poſuit) poſteriorem verſus caudã. Rurſus Rondeletius prioré dorſi pinnam quinq; ait conſtare aculeis, alteram verò ijs carere, Bellonius & Saluianus poſteriorem pariter ceu aculeatã pingunt,ita aculeatanè ſit, an nõ, in deſcriptione omittũt. Ab ijſdẽ aculeata pingitur quę ab ano eſt, cùm alioqui aculeis carere Bellon. profiteatur. Rei veritas ex mea icone eluceſcit.

*Color.* Quod modò ad colorem attinet: Aſellum,inquit Rondeletius æmulatur. Eſt enim ventre alba,dorſo nigricantem vel potiùs cinereo. Linea prædicta flaueſcit initio & oris interna pars. Earum autem quę crebriùs Romam deferuntur,quaternæ vix libram implent, inquit Saluianus, qui dorſum & quicquid in utroq; latore ſuperius eſt, ſubcineraceum eſſe ſcribit: ventrem verò, & quicquid eadem linea inferius eſt, candida. Vidit tamen etiam aliquando, ſed perraro bilibrem: quamobrem magnis piſcibus annumerari nõ poteſt,quod Plinius dixiſſe fortaſſis voluit his verbis: *Sphyræna piſcis magnitudine inter ampliſſimos rarus, ſed tamen non degener.*

*Põdus, magnitudo.* Noſtra verò Sphyræna per dorſum nigricat: cætera ad amethęſtinum vergunt: & eiuſdem coloris maculis, interſtinguuntur. Linea flaueſcit, ruberrimis infrà ſupraq; punctis exiguis notata eſt. Caput cæruleum eſt. Oculi & Pinnæ palleſcunt.

*Partes interne.* Cor oblongum eſt ex Bellonij obſeruatione, ſub quadã alba veſicula incluſum, quam multis piſcibus pro auriculis cordis ſubſtitutam eſſe ait. Pylorus a ſtomacho conſurgit,tam multiplici apophyſium ſeu cæcorum cæſarie inter textus,vt penitus ſtomachum contegãt,quos nemo numerari poſſet. Fel ab hepatis lobo dextro latere in folle oblongo dependet: reliqua inteſtina adnumerari poſſunt. Natura huic follem vẽto plenum, ne ad imum ſideret,donauit oblõgum, anteriori parte bifidum, vtrimq; in acutum exeuntem. Spina dorſi raris vertebris coagmentatur.

# LOCVS. NATVRA. MORES.

AElianus,vt in communi textu eius legitur, Sphyrænas pelagias eſſe ſcribit: verendum autem eſt non Sphyrænas,ſed Smyrænas ibi legi oportere, quæ pelagiæ ſunt, nam alioqui ſphyrænas Oppianus,ex quo pleraq; ipſe tranſcribit, ijs annumerat, quæ circa ſaxoſa & arenoſa loca vi-

[a] *Lib. 9. Hi. cap. 2.* ctitant. Gregatim degũt teſte [a] Ariſtotele, idq; piſcatores experientia ſua comprobant: numeroſas enim vnà capi dicunt. Captæ retibus euadere tentant, vt Saluianus, & Bellonius, ex hiſce Oppiani verbis colligunt.

*Si Sphyræna ſinu retis claudatur in amplo*
*Latum perquirit laqueum, quo lubrica terga*
*Serpentum in morem labatur retibus amplis.*

Sed hic quoque non rectè Sphyręna legitur,inquit Geſnerus, legendumq; Smyræna vel Muræna,quomodo in argumentis

*Oppianus correctus.* Halieuticorum authoris innominati quæ vitæ Oppiani ab initio editionis Aldinæ ſubijciuntur Græcè, rectè legitur. Lubrica enim membra & penetratio ſerpentis inſtar Murẽnę,nõ Sphyrænæ conueniunt. Error autem iſte in Oppiani poëmate antiquiſſimus, quem & [b] Aelianus euitare neſciuit. Plurima enim ille ab Oppiano mutuatur. *Sphyræna* (inquit) *piſcis eſt pelagius, qui cùm ſe reti incluſum ſenſit, circumquaq; natat, & quà euadat, vbi vel ratiores laxioreſue ſunt macula, vel etiam diſrupta,*

[b] *Lib. 1. c. 31.*

*callidi-*



A *eallidiſsimè queris. Vbi verò vna quæpiam ſic euaſerit, reliquæ etiam eiuſdem generis ſi quæ pariter capta fuerint, eadem elapſæ, illam ſeu viæ ducem ſequuntur.* Apparet autem Oppianum vel ex Ouidio, uel ex Plinio excepiſſe, quorum verba in Muræna recitabimus.

# VSVS IN CIBIS.

ROmæ Sphyræna ſiue Sudis, Saluiano teſte ceu vilis ac plebeius piſcis negligitur, nec peculiarem habet condituræ modum. Tamen κίστρας ὀσφῦς, id eſt Ceſtræ lumbus cum alijs laudatiſsimis obſonijs nominatur ab Antiphane, & Rondeletius carne ait eſſe candida ſuauiq; dura & ſicca, ſed quodammodo friabili, & Aſelli carnem referente, cui ſimul cum Lupo præcipuam authoritatem fuiſſe Cornelius Nepos, & Laberius poëta minorum tradidere. Miratur itaq; Rondeletius Hiceſiũ, qui apud [a] Athenæum σφυραίνας τροφιμωτέρας εἶναι τῶν γόγγρων, ἀπαθεῖς δὲ τῷ γεύσει καὶ ἀσόμους, ἰυχυλίᾳ δὲ μέσους, ſcribit, id eſt *pleniùs nutrire quàm Congros, guſtui tamen ingratos eſſe, eriq; inſuaues, ac ſuccum generare mediocriter laudabilem*. Quibus (inquit) apertè ratio repugnat. B Quì enim Sphyrænæ plus alimenti præſtare poſſent Cõgris, qui ex cartilagineorum ſunt genere, dura, ſicca, lenta, glutinoſaq; carne? vnde δυσκατεργαστέρας eſſe dixit Philotimus, quod approbat Galenus. Omnes autem non ſolùm piſces, ſed & carnes & quæcunq; alia quibus veſcimur propter duritiem & ſucci contumaciam difficiliùs conficiuntur: vt verò difficilioris ſunt concoctionis, ita plurimùm nutriunt. Non eſt itaq; vera hęc Hiceſij ſententia, neq; ἀπαθεῖς τῷ γεύσει, ſed ἀνδεεῖς τῷ γεύσει legendum, id eſt guſtui iucundas eſſe. Geſnerus locum reſtituit, pro σφυραίνας legens σμύραινας, quod rationi conſentaneum ſit Hiceſij comparationem eſſe in eiuſdem generis piſcibus, vt ſunt Smyrænæ, ſiue Murenæ, & Congri, quare culpam in librarios reijcit. Caſaubono verò Athenæi potius, vel Hiceſij fides ſuſpecta eſt quàm librariorum, quandoquidem ſtent ab edita lectione omnes codices, & quæ plurimi facit non iniuria, Auguſtana Excerpta. præterea quæ ſtatim ſubijciuntur, niſi de Sphyræna capiantur, ecquem (inquit) hic locum habebunt. Adde quod de Muræna ſuo loco in elemento M. tractatum eſt. Σμύραιναν autem & μύραιναν tanquam diuerſos piſces παρὰ ἰγγραμμα ſeparatim explicare cuius fuerit ſtuporis? Non igitur librarij culpam hîc vllam, ſed vel Athenæum minus fideliter alienam ſententiam recitaſſe autumat: & ſi quod de Muræna dixerat Hiceſius, aut deprauatum ſecutum codicem, aut aliud agentem Sphyrænæ tribuiſſe: vel Hiceſium ipſum contra aliorum ſen- C tentiam ſic ſenſiſſe perperam: quod in eo argumento nemo (inquit) mirabitur, qui fuerit in medicorum ſcriptis paulò verſatior. Extant quidem in ſuperioribus ex eodem Hiceſio verba hæc, τροφίμους τὰς μύραινας εἶναι φησὶν ὁ Ἰκέσιος ἐκ πολλοῦ τῶν ἐγχέλεων, ἀλλὰ καὶ τῶν γόγγρων. ſed ex iſtis non rectè colligas, quod voluit Geſnerus, dixiſſe Hiceſium, Murænas plus alimenti quàm Congros præſtare. Hucuſque ferè Caſaubonus. Ego & in librarios & ipſum quoq; Athenæum, non in Hiceſium culpam reijcio: in illos, quòd præter Hiceſij mentem Sphyrænas poſuerint pro Smyrænis, in hunc quod non animaduerſa librariorum, aut ſcriptorum incuria, quod Murenæ debebat, Sphyrænæ tribuat, id quod in octauo rurſus facit in Diphili Siphnij verbis iſtis: ἀλλὰ δὴ σφύραιναι τῶν γόγγρων ἰσοὶ τροφιμωτέραι. Diphilus enim eo loco ſimillimos inuicem piſces, inuicem etiam comparat, & ſubinde à Cõgro, Anguillam nominat. Errorem autem iſtum in Oppiani poëmate antiquiſſimum etiam eſſe Aelianumq; eum euitare non potuiſſe, antè oſtenſum eſt.

*Lumbi laudatus.*

*Athenæi locus examinatus.*

# DE ACV ARISTOTELIS. Cap. XXII.

D

# ORDINIS RATIO. SYNONYMA. ETYMVM.

ROſt Sphyrænam non incongruè ſequetur Acus, eadem teſte Oppiano, quæ illa loca incolens, & nonnullis ſine ſquamis & glaber, alijs ſquamoſus ex parte deſcriptus, & vt Sphyræna longus, tenuis, exiliſq; piſcis. Græcis Βελόνη appellatur, item Ῥαφίς, vt teſtatur Athenæus his verbis: *Dorion in libro de piſcibus Βελόνην, inquit, quam nonnulli ῥαφίδα vocant. Ariſtoteles Βελόνην appellat libro quinto de animalibus: at in opere* περὶ τῶν ζωίων *ſiue de piſcibus ῥαφίδα nuncupat*. In omnibus quæ nunc extant Ariſtotelis operibus ſolummodo Βελόνη appellatur. Oppianus quoq; aliquando ῥαφίδα nominauit. Eſtq; vtriuſq; nomenclaturæ eadem ratio. Vt enim Βελόνη apud Græcos, & acus apud latinos (fœminino genere

*Belone. Raphis.*

*Etymum.*

genere,nam Acus maſculino genere piſcis eſt, Martialis. *Et ſatius tenues ducere credis Acos*) inſtru- E
*In Gloſſis. mentum muliebre ſuendi,ſic ῥάφιον Hippocrati Subucula eſt* (Galeno κέντρον quoq; vocata à pungendo,) qua præpunguntur coria, vt filum inferatur, vulgus noſtrum Leſinam vocat. Vtriq; huic inſtrumento piſcis iſte ſimilis eſt cùm totius longitudine & tenuitate, tum potiſſimùm proceri roſtri
*Ablennus.* acie. Teſtante eodem Athenæo Ἀβλεννὴς quoque dicitur, ſed alio ſenſu, nimirum quaſi ſine muco, vt diſtinguatur fortaſſis ab Anguillis,Congris & Murænis,piſcibus nimirum ſimiliter longis ſed multa blenna ſiue muco referris. Sunt qui & βλαδὸν dicunt,vt Varrinus citat;item qui βελλὰς dici volũt, non βελόνας, vt Heſychius refert. Interpres Auicennæ modò Græcam vocem peruertit,modò Aculeum latinè interpretatur,Aculeatum potiùs cum Plinio nuncupaturus. *Belone,*(inquit) *quos Aculeatos*
*Aculeus. Aculeatus.* *vocamus*. Vocauit tamen & Acum his verbis: *Acus ſiue Belone vnus piſcium &c.* Platina Aciculam
*Acicula.* dixit,vt fortè magis corporis tenuitatem nomine ipſo exprimeret.

# GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA. DESCRIPTIO.

F

*Species quot.* VNam duntaxat Acus ſpeciem agnouit Saluianus: Bellonius & Rondeletius duas, ſed non eaſdem. Rondeletio verus ac genuinus Ariſtotelis Acus, ille piſcis eſt, quem Bellonius
*Typhline. Typhle.* Typhlinen vel Typhlen,vel Cæciliam marinam dici poſſe arbitratur ob corporis figuram,
*Cæcilia marina.* & Plinij Spondilem eſſe:aitq; nunc in Græcia vulgò Herophidiam dici, id eſt aquæ ſerpentem,Maſ-
*Spondile. Herophidia. Serpes marinus.* ſilienſibus Gagnolam, propterea quòd quoties piſcationi indulgent, vbi hunc alios piſces præcedere viderint, lucrum ſe facturos portendant. Fuit & Petro Gillio notus Acus iſte, ſed parùm peritè, & indiſtinctè ſerpentem marinum vocitabat. Cæterùm Saluianus verum Acum eſſe negat,ſed cur ne-
*Acus Ari. deſcriptio.* get,nullas rationes in medium affert. Pingitq; pro Acu,eundem quẽ Bellon. atq; ipſe etiam Rondeletius primo loco. Bellonius Acum maiorem vocat, pro minori exhibens alium longo quidem & tenui roſtro piſcem, ſed recuruo. Nos hic de Belona ſiue Acu Ariſtotelis priuatim dicemus, mox de alijs dicturi. Piſcis eſt longus, tenuis, cubiti longitudine, digiti craſſitudine. Magna eius eſt cum Tiphlope terreſtri (inquit Bellonius) ſiue Typhline ſimilitudo. Vterq; enim teſta tegitur dura, cui natura vtrinq; in lateribus rimam fecit cutilarem, cõtra aliorum naturam, ut eius aluus diſtendi poſſit in prægnantibus. Ambæ ſquamis carent. Rondeletius quoque non ſquamis,ſed ſerpentum modo ſcribit integi cortice pulchrè ocl ato & duro. Quod ſi tamẽ diligentiùs corium examinaſſent, ſquamas in
*Squamas haberi.* eo inueniſſent,quas & Saluianus vidit,eaſdemq; non vt in piſcibus,ſed vt in ſerpentibus ait comminiti. Caput habet exiguum,roſtrum oblongum durum,non tenue ſi cum reliquo corpore conferatur, nec acumiuatum, vt in Acu communi: extrema namq; ſiue anterior eius pars, latiuſcula exſtat: cuius quidem rictus non in tranſuerſum, ſed in altitudinem dehiſcit. Figura eius tubam æmulatur, vnde à
*Trompette.* Gallis Trompette nuncupatur. Vnicolor eſt, ſubflauus nempe. Branchias vtrinq; habet quaternas. Saluianus pinnas ei eſſe negat,præter vnam paruam ac tenuiſſimã,quę in medio dorſo apparet. Bellonius verò duas præterea ei tribuit in lateribus iuxta branchias vt in Congro. Has quidem pingit,in ter-
*Pinna.* go verò nullam. Idẽ & Rondeletius comfirmat,additq; inſuper eam quæ in tergo eſt, vix cõſpici, niſi cùm viuit, aut in aqua mouetur. Meus piſcis Saluiano ſubſcribit. Longitudo corporis cũ tenuitate,aliarum pinnarum vicem gerit. Cauda in tenuem & ſimplicem pinnã terminatur. Oculos habet adeo exiguos,vt vix grani milij magnitudinẽ æquent. Maris & fęminę diſcrimen ſuſcipit. Vtriq; corpus angulo-
*Gulam habere.* ſum,oblongũ,à capite ad meatũ excrementorum ſemper craſſeſcit,ſexangulumq; nõ quadrangulum vt Bellonius ait, deinceps verò vt tenuius efficitur, ſic pro ſexangula quadrangulam formam induit. podex in medio ferè corpore eſt. Gulam, qua plurimi piſces carent, ei ineſſe idem Rondeletius af- H
firmat, ventriculum paruum, oblongum, hepar magnum,inteſtina gracilia,recta,non in ſpiras cõtorta. Contrà Bellonius vnicum tantùm habere ait inteſtinum, idq; album & rectà ex porrectum, multaq; pinguedine circumſeſſum: addit item fel ſub hepate pallido, oblongo, parte dextra contineri, cæſium, grani hordei magnitudine: Cor vix milio quoq; maius eſſe:vuluam habere bicornem cæterorum piſcium more, ouis plenam grani ſeſami magnitudine,rotundis, rubris, tranſparentibus,
*Verum Acũ eſſe.* quę ipſo vêre excludat. Hunc modo inſolentis figuræ piſcem Ariſtotelis Acum eſſe conſtanter cum Rondeletio affirmari audeo. Ipſe enim in libro de Animalib. recitante Athenæo ἀνόδοντα eſſe dixit, id eſt, edentulum, quod huic noſtro piſci competit, vulgari verò ſiue Oppiani Acui minimè,qui nimirum admodum dentatus eſt: noſtro non modò nulli inexiſtunt dentes, ſed vix vllam etiam oris ſciſſuram habet,verùm foramen ſolùm veluti in extremo tubæ,tam puſillum, vt tum propter ipſius paruitatem, tum propter roſtri longitudinem anguſtiamq; ne minimus quiſpiam piſciculus ingeri poſſit.
*Oris anguſtia.* Eo autem foramine velut per fiſtulam quampiam ex humore alimentum trahit. Ad hæc rimam,

quam



quam sub ventre Acui esse Aristoteles prodidit, ipsi inesse modò ex Bellonio dicebam, moxq; iterum ex Rondeletij obseruatione ostendam. Serpentem marinum non esse ex huius, & Congri historia innotescet.

# PARTVS.

QVi autem Acus vocatur (inquit[a] Aristoteles, Theodoro interprete) *vnus tempore pariendi, vtero dehiscente ova emittit. Habet enim hic rimam quandam sub imo ventre, vt cæcilia serpentes. A partu autem viuit & vulnus coalescit.* Ita & Plinius: *Acus siue Belone vnus piscium dehiscente propter multitudinem ouorũ vtero parit. A partu coalescit vulnus, quod & in Cæcilijs serpentibus tradunt.* De eadem re in eodem pisce aliàs iterũ Aristoteles: *Acus verò appellata sero fœtificat, complureſq; eius generis disrupto ac dehiscente vtero pariunt, non tam multitudine ouorum, quàm magnitudine: & modo phalangiorum proles parentem offusa circundat: quippe quam discedere statim prolis amor nõ sinat, & si tetigeris, fugiũt:* In his verbis si conuersionem Gazæ conferat diligens lector cum verbis Aristotelis, intelliget postremam sententiam corruptam esse, atq; Gazam aliter legisse (inquit Rondeletius) quàm nos in vulgaribus nostris codicibus. Quì enim congruunt verba ista, *quippe, quam discedere prolis amor non sinit* cum ijs: ἐπεὶτα γὰρ πρὸς ἀυτῶν. Verùm vt mendosam esse hanc partem non est dubitandum, ita & ipse quoq; Rõdeletius nõ aduertit, Gazam Plinij versione, vt apparet, deceptum, vtero tribuisse, quod rimæ illi debebat, quæ sub ventre est, in qua oua reponi ille ipsemet autopsia edoctus scripserat. Cùm enim huiusmodi piscem hyemis initio aliquando secaret, in ea rima multa oua reperit, fideq; dignissimis viris ostendit. Aliasq; rursus cùm non procul ab Aquis mortuis locus in mari turris ædificandæ destinatus vndis vacuaretur, illicq; maris purgamenta diligentiùs perlustraret, duos istiusmodi Acus reperit diuersi coloris, viridem vnum, alterum pullũ, in quibus cum rimam illam inspiceret, oua vidit in eis iam excluſa, multosq; fœtus iam perfectos, quorum alij maiores erant ac mouebantur, partesq; omnes perfectas habebant; alij minores, alij tam exigui & tenues, vt oculi duntaxat & rostrum cernerẽtur; vnde fortassis est, quod nõnulli serpentẽ marinum esse crediderint, & quodammodo viperæ modo parere, cuius fœtus matre interempta ventrem in eruptione perrumpere veterum nõ pauci nugãtur, eoq; maximè cùm Acum viuiparũ faciat,[b] Aelianus his verbis; reddita etiam rei ipsius ratione: *Marini Acus* (inquit) *quod sint prætenues, minimè tortuosum & sinuosum vterum fœtumq; capacem habent, ideoq; catulorum suorum non sustinentes incrementum, disrumpuntur.* Non igitur pariunt catulos sed expellunt atq; eijciunt. Verùm præter id quod disrumpi Acum simpliciter dixit, nec vteri meminit, ita quoque vterum eius in partu disrumpi dehiscereq; posse credendum non est, etenim dehiscente vtero non extra sed in ipsam ventris capacitatem emitterentur oua. Cùm itaq; ad rimam illam quæ in ventre est, disruptio ista siue dehiscentia pertineat, etiam non ad vterum, causa huius rei quæ ipsi cum cæcilia serpente communis est, referenda est. Plinius, vt verba eius manifestè indicant, ad ouorum multitudinem refert, cùm tamen omnia quæ super hac re scribit, ab Aristotele accepisse videatur, qui tamen non multitudine quàm magnitudine ouorum

id

[a] *Lib. 6. Hi. cap. 13.*

*Gaza error.*

*Rimæ in vtero vsus.*

*Cur serpens marinus creditus.*

[b] *Lib. 11. c. 13.*

*Vterum in partu nõ dehiscere.*

id fieri teſtatur: Hic enim, *pro mulcis* (inquit) *mainſculos habet conceptus: quod enim natura numero ademerat, id magnitudini addidit.* Saluianus non omnes in partu diſrumpi arbitratur, ſed vt Ariſtoteles loquitur, eorum plurimos, illos videlicet, in quibus oua ad multam magnitudinem excreuerint, ſi tamen in vllis augeantur ita oua, inquit, nam cùm frequenti diſſectione id ſæpius experiretur, in omnibus ſemper plurima & pauca, nunquã parua & magna obſeruare potuit. Sed is de Acu Oppiani, non Ariſtoteles loquitur. Iam verò ſi magnitudinem ouorum rimæ cauſam ſtatuamus cum Ariſtotele: quærit Rondeletius cur in Hippocampi vẽtre rima non ſit, cuius tamen & plura & maiora ſint oua quàm Acus? quare & corporis tenuitati (quam & Aelianus refert, vt modò oſtendebamus) potiſſimùm verò corticis duricici aſcribendum quod diximus, iudicat: nam cùm vſq; adeo duro cortice integatur Acus, vt acuto gladio ſecari vix poſſit, fieri nimirum vt venter diſtendi nequeat, quemadmodum Hippocampi venter qui mollis eſt. Emittere itaq; Acum oua ſua, atq; in rima illa tamquam in alio ſinu fouere, donec excluſerit: quod in cruſta intectis quibuſdam videre eſt, velut in locuſtis, Squillis & Cancris omnibus: quæ omnia in appendicibus ad caudam poſitis oua ſua racematim compacta ſeruant & fouẽt, donec excludant. Natura itaq; ſagax & prouida (inquit) in Acu rimam poſt podicem dilatat, donec pepererit, quæ poſt partum ita coit, vt coaleſcere videatur, quanquam fieri poſſit, vt coaleſcat, vt Ariſtoteles & Plinius exiſtimaſſe videntur. Hoc qui Angliam peragrarunt, & facilius credere & alijs certius perſuadere poſſunt. Illic enim ichthyopolæ Lucios cultro diſſecant, vt pingues eſſe empturis oſtendant, quos non emptos rurſus in viuaria conijciunt, in quibus vulnus coit & coaleſcit: quod naturæ periti Tincis attribuunt, quia ijs ſi Lucios affricant, vt illarum mucum vulneri illinant, atq; ita eius labra in vnum conducantur. Sed idem in Acu euenire non poteſt ob cutis tenuitatem & ſiccitatem: verùm ſic rimæ oræ committuntur, vt propius etiam inſpicienti coaluiſſe videri poſſint. Hæc itaq; ille. Iouius cùm dicit Acum æſtate parere, de vulgari intellexerit: nam [c] Ariſtoteli hyeme parit. & aliàs ſerò fœtificare tradit. Quærendum item nunquid vulgaris æſtate pariat. [d] Rondeletius quidem æſtate ventrem ouis multis refertum conſpexit, quare & eo tempore parere coijcit, ſerò tamen & ſine vlla ventris ſciſſura.

*Corij durities.*

*Lucij cultro diſſecti ſpõtè coaleſcit.*

[c] *Lib. 5. Hiſt. cap. 11.*
[d] *Lib. 6. Hiſt. cap. 17.*

# VSVS IN CIBIS ET MEDICINA.

DIphilo apud Athenæum Raphis ſiue Acus difficilis eſt coctionis, humidus, ὑγρὸς, id eſt boni ſucci, timendum verò ne ἀχυλὸς potius ſit legendum, vt Hiceſius apud eundem habet. *Acus* (inquit) *& Triſſæ piſces ſunt* ἀχυρώδης, id eſt *aceroſi*, id eſt *ariſtis ſpiniſvè pleni, minimè pingues &* ἄχυλοι, id eſt *ſine ſucco.* Ale. Benedictus tempore peſtis inter piſces etiam Acum commendat, ſed huncne an vulgarem, quærendum. Eſt certè vulgaris Acus ſicca & dura carne, vt Rondeletius ſcribit. Ad ſtillicidium vrinæ [a] Galenus Raphida marinum comburi iubet & in potu cinerem offerri. Totus cum irino vnguento vehementer inſpiſſat (inquit Kiranides) & cinis (Peronæ hic habet, lego Belonæ) vulneribus inſperſus, omnes eorum putredines ſanat.

*An boni ſucci.*
*Ad ſtillicidium vrinæ.*
[a] *Lib. 3. Euporiſt. 77.*

# DE ACV VVLGARI SIVE OPPIANI. Cap. XXIII.

## SYNONYMA.

DVobus potiſſimùm argumentis, velut Aiacis clypeo munitus vnà cum Rondeletio Acum ſiue Belonen Ariſtotelis, ab Acu Oppiani diſtinximus, quòd edentulum ſuum Ariſtoteles, Oppianus, vt modò patebit, dentatum faciat ſuum, quòdq; rimam ſuo, in ventre tribuat idem Ariſtoteles, qua Oppiani aut vulgaris Acus caret. Hæc Acus ſpecies recentioribus Græcis hodieq; Belone appellatur, vel Aiulone. Rondeletius verò nunc corrupto nomine *βιλονίδα* vocari aſſerit. Bellonius, & Saluianus Zarganes, pro loci, vt puto, diuerſitate. Veneti non Aciculam, vt Rondeletius credit, ſed Anguſiculam dicunt, Romani Acucellam, Genuenſes Acuin, Hiſpani Aguillas vel Aguidas piſcado, Normanni, Lutetiani, & circa Rothomagnum Orphies. Nos Aguſellos dicimus.

*Acus Oppiani vt ab Acu Ariſt. differat.*
*Belone.*
*Anguſiculæ.*

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

BEllonius hunc Oppiani siue communem Acum in maiorem & minorem diuidit. Quærendum quem pro minori exhibet, an idē sit cum Sauro Rondeletij, vel saltem cognatus piscis, maximè propter pinnas illas paruas quas versus caudam ei appingit. Prior longus & tenuis piscis est, vt Oppianus ait, nō tantæ tamen lōgitudinis, vt Anguilliformes, ideoq; nō in spiras vt illi, colligere se potest. Rostrum habet acutum, tenue, longum, & durum, vt ait Athenæus. Caput triangulare, viride. Inferior maxilla superiori longior est, & in mollem quandam substantiam degenerans. Dentes vtrinq; parui & frequentes. Oculi magni, rotundi, lutei. Ante hos vt Rōdeletius obseruauit, meatus ad audiendum vel odorādum, trianguli figura, Branchię quaternæ duplices. Pinnæ duæ paruæ ad branchias, duæ alię breues sub ventre, quas rursus alia sequitur, longè à podice ad caudam se extendens: è cuius regione in dorso alia est, Rondeletius vtranq; ceu aculeatā pingit, contrà ac Saluianus. Mea icon huic fauet. Cauda breuis est in duas pinnulas terminata. Podex non admodum conspicuus. Saluianus rimam illam quam Aristoteles Acui tribuit circa podicem huius Acus foris conspicuam quidem esse, sed intus minimè videri author est, miraturq; quod in Aristotele Græcè legatur eam sub imo ventre esse ἴσω, id est, intus, quare cōiicit hanc voculam ab aliquo in textum accitam esse, quod etiam (inquit) censuisse videtur Theodorus qui eam in sua traductione omisit. Cæterùm apparet tamen Aristotelem hanc voculam necessariò posuisse, vt quæ foris oculis subijcitur rima, eā quoq; intus manifestam esse indicaret. Nunquid modò in hoc Acu rima ea conspicua sit, dubitari potest. Rondeletius enim diligentissimè quæ ad eam spectant, inuestigauit, & ex hac nota præcedentem piscem, verum Acum esse ostendit, eiusq; in præsenti pisce non meminit. Ait autem ventre plano esse, reliquo corpore quodammodo quadrato, ob lineam vtrinq; protensam è squamis contextam, reliquis partibus læuibus & sine squamis. Dorsum eius cœruleum ad viride inclinans, venter candidus, argenteusvé. Spina dorsi viridis. Partes interiores longæ, vt ventriculus, hepar, & intestina. Hæc appendicibus carent. Hepati vesicula fellis oblonga etiam adhæret. Cor angulosum. Haud excrescit in multam magnitudinem: ex illis enim qui crebro capiuntur, seni vix libram implent. Aliquando tamen etsi perraro eorum aliquem bilibrem, ac trilibrem se vidisse testatur Saluianus. Gesnerus aliam Acus figuram Venetijs acceptam exhibet, sine vlla descriptione. Habes eam sequenti pagina.

*Saurus Rō deletius.*

*De rima in ventre locus Arist. consideratus.*

*Partes interna.*

# LOCVS. NATVRA. MORES.

IN arenosis saxosisq; locis teste Oppiano degit. Vbi forte in retia incidit, eisque euasit, dum velut ira percitus, dentibus ea lacerare conatur, denuo in laqueos impingit, vt idem Oppianus indicat his versibus.

*Stultitia.*

Quin

*Quin etiam tali dicuntur mente Belona*
*Cùm ſunt erepta limo, duroq; periclo*
*In laqueos fundunt bilem, morſuq; reſcindunt*
*Inq; ſinus rurſus tentant irrumpere dente.*

# VSVS IN CIBIS.

*Apparatus:* CArne eſt dura & ſicca, vt Diphilum apud Athenæum de hoc Acu loqui minimè ſit dicendum, qui nimirum humidam carnem Acui tribuit, vt diximus. Frixus, & omphacio, vel ſucco mali aurantij irroratus edi ſolet, & haud ingratus palato eſt.

# DE ACV MINORI BELLONII. Cap. XXIV.

*Deſcriptio.* ESt aliud (Acus) genus, inquit Bellonius magnitudine tantùm à prioribus differens, tenuibus etiam veſtitum ſquamis: linguam exilem & dentes molares obtuſos in ore habens, non vt prædicta: branchias quoquè vtrinq; quatuor, ſeptem etiam vt in maioribus ſupernè ac infernè & in cauda propendentes pinnulas, caudam bifurcam habet nunquam digito craſſior eſſe ſolet, nec pede longior euadere. In inſula nomine *Vbi frequẽs.* Liſſa, olim Phana affatim capitur, qua indiginæ cùm multa dolia ſale condierint, & impleuerint, nauigio inde transferunt, vt externis maximo quęſtu diuendant. Eſt enim conditura admodum ſuauis: ſiquidem ſale inueterata, cruda cum pane edi ſolita eſt. Vnicam tantùm amborum dedimus effigiem, vt puta quòd ambobus notę eædem ferè conueniant, nec niſi magnitudine diſcrepent. Rondeletius verò hunc piſcem Lacertum vel Saurum Acubus ſimilẽ vocare videtur, aitq; à quibuſdam è ſuis vocari Aiguille, ab alijs Beccaſſe, à roſtri nempe longitudine. Piſcis (inquit) eſt marinus, pedis magnitudine, Acubus breuior & craſſior: Roſtro acutiore ſed breuiore, & ſurſum recuruo (Bellonius contrario modo pingit, in meo rectum eſt

*Lacertus ſiue Saurus Acui ſimilis.*

Acus minor altera Bellonij.

& longius, non dubito tamen quin ijdem ſint.) Huic dentium loco, maxillæ ſunt ſerratæ: branchiæ quaternæ: quibus & oculis & ante hos foraminibus, ventriſq; ſquamis ac lineis, quæ ventrem ferè quadratum efficiunt, firmantq;, Acubus eſt ſimilis: reliqua verò corporis parte à podice ad cau- *Partes interna.* dam, caudaq; ipſa Scombris par, ſiue partis huius, caudæq; figuram, ſiue eiuſdem pinnulas ſpectes. Ventriculo eſt oblongo, inteſtinis gracilibus, longis, in gyrum non conuolutis. Hepate longo, rubeſcentẽ: in eo fellis veſica eſt. Fel & ſplen nigricant. Carne eſt pinguiore quàm Acus, nec à Scombris differente. Quare cùm & carnis ſubſtantia & poſteriore corporis parte Scombris, qui etiam Lacerti dicuntur, ſimilis ſit, roſtro verò & priore corporis parte Acubus, exiſtimaui Acubus ſubiungendam eſſe, & ob ſimilitudinem Saurum nuncupandum. Rarus eſt admodum piſcis, & piſcatoribus noſtris veluti nouus aliquãdo ad me delatus. Hactenus ille. Ego Acus potius quam Lacerti, aut Trachuri genus fecerim. Is cuius ego picturam dedi: toto corpore ſubuiret maculis varians ex amethiſtino & ceruleo mixtis, in dorſo intenſiùs, remiſſius in pectore.

Acus Geſneri Venetijs miſſa.

DE

Digitized by Google

A

# DE FABRO. Cap. XXV.

## ORDINIS RATIO. SYNONYMA. ETYMVM.

DVbitauit aliquando Rondeletius, in quam piſcium claſſem, hunc quo de hîc agitur, piſcem referret. Neque enim (inquit) inter ſquamoſos, neq; inter cartilagineos, neq; inter beluas rectè collocari poteſt, quoniam ijs omnibus diſſimilis eſt; neque inter ψευδοσιδήρους, quippe qui vna parte candidus, altera nigricans non ſit, ſed corpore concolore dempta vnica macula. A planis verò oculorum ſitu differt. Cæterùm cùm plano tamen ſit corpore & figura, capite tenus Rhombo quodammodo

*Quibus piſcibus annumerandus.*

B ſimili, non incongruè retur planis annumerari poſſe. Ego verò hunc ei locum aſſignaui, quòd & ipſe inter ſaxatiles ſquamoſos & lęui cute præditos ambigere videatur, vt eius mox hiſtoria docebit. Quibus modò nominibus apud Græcos Latinoſque veniat, difficillimum eſt iudicatu. Varias enim ſuper hac re reperio recentiorum ſententias. Fuere in primis, qui Chalcidem (Gaza Æricam reddidit) eſſe arbitrarentur, vt Iouius refert: quorum opinionem erroneam eſſe Rondeletius, & Saluianus oſtenderunt, quòd Chalcis inter viles piſciculos à Collumela, ab Ariſtotele verò inter fluuiatiles connumeretur, cùm hic noſter piſcis marinus ſit, & carne præſtans. Ridenda verò omnino ac explodenda hæc Niphi verba: *Chalcidem* (inquit) *Theodorus Aericam interpretatur, alij Fabrum: ſed piſcis eſt ſpurius, ex diuerſis generibus genitus, ſicut Mulus.* Apparet autem eò dementiæ peruenisſe ex peruerſa acridicula Gazæ verſione, qui alicubi apud [a] Ariſtotelem Chalcides, non vt aliàs Aericas, ſed Spurias tranſtulit. Fallitur item Iouius, dum Acanthiam eſſe credit, nam etſi non parum ſpinoſus ſit hic noſter piſcis, cum veterum Acanthia ſiue Spinace, qui Galei, ſiue Muſteli ſpecies eſt, nullam planè ſimilitudinem obtinet: rotundi enim & cartilaginei Galei ſunt, hic figura quaſi plana. Idem Iouius addit ſeſe aliquando dubitaſſe, an ſit Citharus, quem ſæpius (inquit) Galenus cum Rhombis nominauit, aſſerens Rhombos ſapidiores, & meliores eſſe Citharis: cæterùm

*Niphi error.*
*Gaza error.*
*[a] Lib. 5. Hiſt. cap. 9.*
*Acanthiam non eſſe:*
*Citharus an ſit.*

C nec hic rem acu tetigit. Nam licet ob nomenclaturæ Cithari aut Citulæ (vt Romæ appellatur) affinitatem, & ob corporis item cum Rhombis quampiam ſimilitudinem, in eam ſententiam animus inclinare poſſet: res tamen aliter ſe habet. Piſcem enim Rhombo ſimiliorem, talemque cui omnia quæ de ſuo Citharo veteres prodiderunt, ſuo loco dabimus. Quod verò addit Iouius inuenire ſe apud Athenæum, Citulum piſcem dicari Libero patri, Citharum, Apollini, Triglam Hecati, Apuam Veneri, ideoq; ſi nominis coniecturam ſequemur, profecto Citulam Romanorum, Græcorum antiquorum Citulum eſſe poſſe: multò minus ei aſſentiendum eſt. Non enim Citulum [b] Athenæus, vt ille citat ſed Cyttũ Κύτθον, Baccho dicari ſcribit, ſiue vt nos ex Caſaubono emendauimus, Cittã. Fuere deniq; qui hunc piſcem teſte Rondeletio Orthragoriſcum Lacedæmoniorum, & Latinorum Porcum marinum eſſe putent, nec ſine ratione (inquit) nempe quòd grunniat, dum capitur. [c] Plinius: *Appion maximum piſcium eſſe tradit Porcum, quem Lacedæmonij Orthragoriſcum vocant: grunnire eum dum capitur.* Eandem ſententiam confirmant dorſi ſpinæ, quas idem [d] Plinius Porco marino tribuit. *Inter venena ſunt piſcium* (inquit) *Porci marini ſpinæ in dorſo, cruciatu magno laſorum. Remedium eſt limus ex reliquo piſcium eorum corpore.* Sed cùm Porcus marinus vel Orthragoriſcus in maximis piſcibus habeatur, is iuditio Rondeletij eſſe non poteſt, de quo nunc loquimur,

*Chalcidem non eſſe.*
*Orthragoriſcus.*
*Porcus Marinus.*
*[b] Lib. 7.*
*[c] L. 32. c. 2.*
*[d] L. 32. c. 5.*

D etſi ſatis magnum in Oceano captum Antuerpiæ viderit. Ipſe autem, vt & Saluianus hunc noſtrum piſcem, cum eſſe volunt, qui Oppiano & Athenæo χαλκεὺς appellatur, à Chalcide differens, vt hic oſtendit his verbis: *διαφέρει δὲ τῆς χαλκίδος ὁ χαλκεύς, περιφερὴς καὶ κυκλοειδής*, id eſt, *differt à Chalcide Chalceus, rotundus & orbicularis*: ſed Rondeletius qua ſuam ſtabiliat coniecturam, rationem adducit nullam. Saluianus verò id ſe non temerè ait aſtruere. Primùm enim (inquit) vt procedente hiſtoria monſtrabimus, ea paucula quæ Chalceo ipſi tribuunt, huic probè reſpondent: deinde cùm hic (vt iam iam declarabimus) à Latinis Faber vocetur, iure illorum χαλκεὺς creditur; cùm χαλκεύς Græcis propriè ærarium, aliquando verò ferrariũ etiam ſignificet fabrum. Cæterùm vt Salu. atq; item Rondel. & Bellonio facilè cõcedi poteſt, noſtrũ piſcem Latinorũ Fabrũ eſſe, ita argumentũ Saluiani, quod a conſimili quodammodo nomine ſumit, non ſufficit. Illis interim non reclamo, cùm & alijs argumentis eorum opinio confirmari poſſit. Athenæo Chalceus rotundus eſt & orbicularis, & noſter piſcis latus cùm ſit ac quaſi planus, vel ſaltem corpore admodũ compreſſo, reliquorũ

*Chalceum eſſe.*
*Fabrũ eſſe.*

ferè planorũ in morem rotundus eſt & velut orbicularis,nõ ſphæricus: adhæc Oppianus Chalcea in petris degere tradit, & noſter haud lõgè à litoribus capi ſolet. Latinorũ autem Faber um eſſe inde etiã conijcit Saluianus, quoniam hodieq; apud Dalmatas vulgo Fabro dici à multis intelxiſſet. Cauſam huius nominis cùm aliquando ex Dalmatis ſciſcitaretur Geſnerus, reſponderunt, inquit, quia omnia in eo fabrilia inſtrumenta reperiuntur, idq; verum eſſe ſe perichitatum didicisſe. Idem affirmat Saluianus, videlicet Dalmatas Fabrũ appellare propter multiformes dorſi ac ventris aculeos atq; varia capitis oſſa,quibus fabrilia omnia inſtrumenta repræſentãtur,vt ea propter Græcos quoq; χαλκιᾶ appellaſſe, arbitrari non ſit inconuenies. Faber vt Columella & [a] Plinius teſtantur, alio nomine Zeus nuncupatur: Collumelæ teſtimonium mox recitabo. [f] Plinius: *Faber ſiue Zeus*: & alias *Zeus idem Faber appellatur*. Quæ poſteriora verba cùm non bene perciperent,nonnulli,*Zeum cum Coracino,de quo proximè locutus erat Plinius,confuderunt,vt puta qui Plinij verba ſic legerent, *Coracinus in Aegypto. Zeus idem, ſcilicet Coracinus, qui & Faber Gadibus appellatur*: ſed ſenſus iſte peruerſus eſt, & præter intenſionem [g] Plinij,qui alias Coracinum à Zeo ſiue Fabro aperte diſtinxit. Verus autem ſenſus Plinij talis eſt: *Coracinus in Aegypto principatum inter piſces obtinet: ſimiliter Zeus qui & Faber appellatur, obtinet principatum Gadibus*: atque ita legi oportere Columella Plinio antiquior indicat his verbis: *Vt litorum, ſic & fretorum differentias noſſe oportet, ne nos alienigeni piſces accipiant: non enim omni mari poteſt omnis eſſe, vt Elops in Pamphylio profundo,nec alio paſcatur, vt Atlantico Faber, qui & in noſtro Gaditanum mancipio generoſiſſimis piſcibus adnumeratur, eumq; priſca conſuetudine Zeum appellamus*. Quibus verbis dum ſententiam noſtram aſtruere corroborareq; conamur, nos noſtro quodammodo gladio iugulare videbimur. Si enim Faber ſiue Zeus Atlantico & Gaditano freto proprius & peculiaris piſcis eſt: apparet diuerſum intelligi à noſtro, quem capiti præximus piſce,vt qui in nullo non mari capitur. Obiectioni reſpondent Rondeletius & Saluianus: verba Columellæ ſic accipienda eſſe,vt maximè in Atlantico mari & Gaditano freto reperiatur Faber, illicq; potius quam alibi principatum obtineat, non quòd nullo in alio loco naſcatur, idq; [h] Plinij authoritate confirmat:*Et hac natura vt aly alibi piſces principatũ obtineant,Coracinus in Aegypto; Zeus,idem Faber Gadibus.* Non inficiatur interim Rondeletius quoſdam piſces eſſe,qui quibuſdam in litoribus ſolum aut fluuijs aut lacubus reperiantur, ſed cùm plurimos alios piſces eſſe conſtet, certis locis a veteribus aſſignatos,qui tamen alijs in partibus maris & iam tum capiebantur, vel poſtea capti ſunt,non dubitat, quin ita ab antiquis proditum fuit, vel quia horum locorum piſces optimos & frequentiſsimos, alibi rariſsimos celebrare voluerint; vel quia indigenarum incuria aliarum maris partium ſiue aliarum aquarum quas ipſi non perluſtrarunt, piſces ignoti fuerint. Reperiri autem in Cyzicenorum regione etiam Athenæus teſtatur,dum modo Chalceus idem eſt cum Fabro, vt oſtendebamus. Cyzicus enim Bithiniæ non ignobile fuit emporium. Quod ſi tamen quiſpiam Columellæ verbis pertinaciter innixus, eorum vi, in ſolo Atlantico atq; Gaditano mari Fabrum reperiri, & propterea hunc noſtrum piſcem, quippe qui locis alijs vt diximus, per multis naſcitur, Fabrum non eſſe obſtinaciùs contendat: dicemus & nos (inquit Saluianus) neq; rei piſcatoriæ neq; locorum omnium tam peritum fuiſſe Columellam,vt in re adeo lubrica, labi non potuerit & vel maximè cùm eodem etiam loco Ellopen in Pãphylio profundo nec alio paſci aſſueueret; quem tamen Archeſtratus apud [i] Athenæum in Syracuſano mari natum ceu aliorum locorum præſtantiorem celebrat. Quod ſi deniq; Ouidium nobis aduerſari quis dixerit,qui rarum vocat,is quoq; parum profecerit; non enim rarum appellat poeta propterea quod vno aut altero ſolùm loco naſcatur, ſed quoniam rarò capi conſpiciatur. Quare cùm nulla ſatis firma ratio eſſe videatur, quæ præpoſitam ſententiam poſſit euellere, in ea cum alijs viris doctis permaneo. Videamus itaq; cur Zeus & Faber nuncupetur. Fabrum dici ab oſſibus quæ fabrorum inſtrumentis ſimilia habere fertur, dictum eſt. Fuere tamen qui ab atræ fuliginis colore, ac ſi nomen haberet à ſimilitudine fabri ferrarij,qui fuliginoſus eſt, etymologiam deduxerunt, id ab Oppiano indicari exiſtimantes his verſibus:

Πέτραι ἐπαργὸν ἴχνιον ἰρήσιον, ἠδὲ σιδήρου
χαλκίᾳ, καὶ κορακῖνον ἐτώνυμον ἄνδρασι χροιήν.

id eſt, vt Lipius vertit:

*Et Faber & nigro cui nomina dicta colore*
*Hæc Coracinus habet, &c.*

cæterum hæc verba non ad Chalcea ſiue Fabrum, ſed ad Coracinum referenda ſunt. Multæ tamen eius partes cùm nigricent, ea nominis ratio tolerari etiam poteſt. Zeus verò id eſt Iupiter, cur dicatur à nemine hactenus traditũ inuenio. Solus Geſnerus conijcit vocẽ eſſe detortã à χαλκιος, ablata priori ſyllaba,& κ in ζ mutato. Sed quid ſi ita dictũ diuinemus, quòd vt nunc fit, olim etiã in tẽplo Iouis ſuſpẽderetur,tanquã ſacer aliquis piſcis,hanc enim in tẽplis ſuſpenſionẽ neſcio quid antiquitatis ſapere aparet: etſi ideo in Chriſtianorũ tẽplis ſuſpẽdi ſit veriſimile,propter maculas eas pulcherrimas

quas

*Faber cur dictus.*

[a] *Lib. 8. Zeus.*

[f] *Lib. 32. c. 11.*

[g] *Lib. 9. c. 18.*

[g] *Lib. 32.*

[h] *Lib. 9. c. 18.*

[i] *Lib. 7.*

*Cur Faber, & Zeus dicatur.*

*Cur in templis ſuſpendatur.*

A quas vtrinque vnam, in latere ribus habet, digitorum D. Chriſtophori, vt aiunt, veſtigia, quæ Saluatorẽ noſtrum humeris geſtans fretumq; traijciens, in apprehenſo piſce reliquiſſe dicitur, vnde hodieq; Græci χριστόφορον nuncupant: vel quòd cum eſſe credant quem iuſſu Saluatoris D. Petrus cepit, opinione inde nata, quòd prædictæ illę maculæ numiſmatis illius quodammodo, quod ex ore piſcis tributi nomine pendendum extraxit, figuram elegantiſsimè exprimant: quare & piſcem D. Petri in multis Italiæ locis ac Romæ potiſſimùm vocant. Ζαὸς Heſychio & Varrino piſcis nomen eſt, nõ alterius puto quàm qui Zeus. Vocatur Romæ aliàs Citula ſeu potius Cetola quaſi vt conijcio Setola, ab erectis in dorſo ariſtis ſimilitudine ſetarum in ſuibus. Ligures Rotulam dicunt, Incolæ Lerini inſulæ & Antipolitani ſimiliter Rode, quòd rotæ in morem ferè rotundus ſit, roſtro non exerto, nec hiante, & in medio corpore ceu centro maculam habeat, eo nimirum loco quo in rota foramen eſt, per quod axis impellitur. Monet nos hic Rondeletius, ne propterea hunc piſcem cum Rota Plinij confundamus: vt quam hic inter vaſtiſſimas beluas commemorat. *Apparent* (inquit) *Rotæ appellatæ à ſimilitudine, quaternis diſtinctæ radijs mediolos earũ oculos duobus vtrinq; claudentibus*. Iouius verò Liguribus Zaphirum vocari tradit, cùm tamen de Aurata ſcribens, Scarumq; ei ſimilem faciens, apud Romanos Zaphirum appellari ſcripſiſſet. A Maſſilienſibus Truie dicitur quaſi ſcrofa cùm ob tergoris veluti ſe-
B tas, vt diximus, tùm quòd dum capitur, ſuum more grunniat. Hiſpanis & Monſpelienſibus Gal quaſi Gallinaceus, à dorſi ſpinis ſurrectis veluti ſunt gallinaceorum criſtæ, vel ab aureo atq; micante colore quem habet cum adulti galli maioribus plumis communem: à quo aureo colore alicubi etiã in Gallia Doree quaſi Aurata aut auratus piſcis nominatur. Santones & Baionenſes ſimiliter ac Mõſpelienſes Iau vel Cocq, id eſt, Gallum dicunt, item Hollandi ceu Zee haen quaſi marinum gallum.

*Chriſtopſarus.*

*Citula.*

*Rotula.*

*Rota Plinij.*

*Zaphirus.*

*Truie ſive Scrofa.*

*Gallus marinus.*

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

FAbrum noſtrum ex latis, non ex planis eſſe à principio dictum eſt. Eſt tamen inter alios latos corpore quàm maximè compreſſo, ac quaſi plano. Quo ad colores varius eſt, Caput & dorſum obſcura ſunt, pinnę nigricant: latera partim ex cæruleo virent, partim aurea ſunt. In medio corpore nigrã maculam habet, minoris alicuius numi magnitudine, orbicularem, vt ait Saluianus, in mea icone oblonga eſt & ouata, colore cæleſti, & in ea tres imagunculæ, figura quodammodo Hippocãpi, colore aureo. Squamis tegitur quidem, ſed tam exiguis tenuibuſq;, vt niſi inquit, Rondeletius) di-
C gito ſcalpas, vix appareant, læuiq; corpore eſſe videatur. Caput compreſſum, extenſum, oſſeum, oſſibus quàm plurimis varijs, anguloſis, tenuibus atq; perlucidis conſtructum, maculis quibuſdam exiguis, purpureis exornatum, quæ ibidem ad branchias non deſunt. Linea obliqua à capite ad caudam ducta eſt. Os latiſſimum, plurimùm hians, edèntulum, etſi quodammodo dentatum pinxerit Bellonius. Oculi magni, rotundi, aurei. Branchiæ vtrinq; quaternæ, quarum oſſea opercula in aculeos deſinunt. Pinnæ duę mediocres ad branchias; duæq; aliæ in anteriore ventris parte, paulò longiores, ac in quinos velut longos pilos aut potius ſetas porcinas degenerantes. Ab ano rurſus duæ aliæ quarum prior quinq; duntaxat aculeis conſtat; altera multò longior, & ad caudam ferè vſque extenſa, aculeis caret. In dorſo vnica tantùm, & magna, vt quæ paulò ante medium dorſum exorſa ad caudam ferè vſq; extenditur, figura huic piſci propria, & aliorum piſcium dorſi pinnæ diſſimilis. Primùm namq; in longiſsimos pilos, eius ferè modo quàm in anteriori ventris parte conſpici diximus, terminatur, deinde plurimis robuſtiſsimis aculeis intertextis, armatur: poſtremò alijs etiam aculeis oſſeis multo breuioribus, bifidis atq; recuruis, ſecundum eius exortum in dorſo præmunitur. Pars
D ventris vtrinq; oſsibus inſtar acuti cultri ſecantibus firmatur. Cauda in vnam pinnam deſinit. Ventriculum habet mediocrem, gulam manifeſtam: inteſtina parua tenuiùs in gyros conuoluta: inter quæ oua rubra latere Rondeletius ait: hepar candidum ſine felle, Lienem rubeſcentem, exiguum, meſenterio hærentem. Cordis pars infima rubet, ſuprema & media ex albo rubeſcit, quod in paucis piſcibus ſpectatur.

*Color.*

*Squama.*

*Pinnæ.*

*Partes interiores.*



Digitized by Google

Faber:



Digitized by Google

A

# LOCVS. NATVRA. MORES.

CHalcea, id eſt Fabrum Oppianus ijs accenſet piſcibus, qui in ſaxis degunt,

*Αλλαι δὲ ἀν πόιμεν ἐπιχλοοι ὑγρὰ μίτωπα*
*Πέτρας σάργω ἔχουσιν ἐφέζιον, ἠδὲ σιδαῖαι*
*Sunt vdæ cantes herbis à fronte virentes*
*Hic domus eſt Sargis, hæc ſtatio læta Scienis*

*χαλκία, καὶ κοραξῖνον ἐπώνομον αὐθοπι χροιῇ*
*Καὶ σκάρος*, id eſt, vt Lippius vertit,
*Et Faber, & nigro cui nomina dicta colore,*
*Hunc Coracinus habet, hæc Scarus ſaxa frequẽtat.*

Quomodo autem Atlantico & Gaditano freto celebretur Columellæ, ſupra indicauimus.[a] Ariſtoteles alicubi ſcribit *Chalcidem quamuis carne paſcatur, non tamen vagari*, quod ad Chalceum ſiue Fabrũ pertinere conijcio: vti & quod *Chalcidem vocem ſiue ſonitum edere* dicit, nam & Chalceus ſiue Faber inde Sus ſiue Scrofa nuncupatur, & Faber noſter vorax eſt & carniuorus, licet non ſolis piſciculis, ſed alga etiam atq; alijs maris purgamentis & ſordibus veſcatur. *Piſces* (inquit ille), *vocis quidem expertes ſunt, quippe qui neq; pulmonem, neq; arteriam aut guttur obtineant, ſed ſonos quoſdam ſtridoreſq; mouent, qui vocales eſſe exiſtimantur, vt Lyra, vt Chromis. His enim quaſi grunnitus quidam emittitur. Aper etiam quem amnis Achelous gignit, vocalis habitus eſt, & Chalcis & Cuculus. Alter enim quodammodo ſtridet, alter deinde vt Cuculus auis ſtrepit, vnde nomen accepit: quæ omnia creditam illam vocem emittunt, aut attritu branchiarum quas horridiuſculas continent, aut interioribus quæ circa ventrem habent. Spiritus enim incluſus in his eſt, quem dum attrunt, atq; agitant, ſonos illos eliduut.* Eodem modo apud [b] Aelianum, vbi χάλκις ſcribitur συρίττων id eſt ſibilare, lego χαλκὶς. Sunt enim Fabro branchiarum opercula adeo horrida, vt vehementius dimota, facilè ſonitum edere vero ſit conſentaneũ. Soliuagus, non gregalis piſcis eſt. Natat erectus, & non (vt quiſpiam fortaſſis ſibi perſuadere poſſet) Paſſerum more in latus conueſus.

[a] *Lib 4. Hiſt. cap. 9. Ariſtoteles emendatus: Piſces vocales.*

[b] *Lib. 10. cap. 11.*

# VSVS IN CIBIS.

ROndeletius Fabrum ſcribit carne eſſe minus dura, quàm Rhombus: Saluianus ſatis tenera & friabili, concoctu facili & ſatis etiam boni ſucci, ideoq; iure inter ſalubres piſces recenſeri poſſe, eſſeq; item ſuauem, & nobilem piſcem haberi, ac à principium menſis non aſpernari: C cum Rhombis nanq; ſapore & pretio non ſolùm contendere, ſed eos etiam multorum iudicio ſuperare: & reuera apud veteres in multa fuit æſtimatione, vt ex præcitatis Columellæ verbis conſtat, quibus generoſiſſimis piſcibus adnumeratum fuiſſe teſtatus eſt. Cùm verò ob corporis tenuitatem commodè aſſeri nequeat, aut fictum & omphacio aut Aurancij mali ſucco irroratum, aut in aqua & vino partibus æqualibus, oleo, ſale, beneq; olentibus herbis, atq; aromatibus additis elixum comedi Saluianis tradit.

*Carnis ſuccíq; qualitas.*

*Apparatus.*

# DE SAXATILIBVS LÆVI CVTE PRÆDITIS, ET PRIMVM DE ALAVDIS.

VErè ab Ariſtotele ſcriptum eſt, pauciſſimos piſces eſſe qui leui cute obteguntur. Ego ſaltem inter ſaxatiles ſiue in ſaxoſis aut petroſis locis degentes, præter ſubſequẽtes hîc ordine deſcribendos, qui planè ſquamis carent, nullos obſeruaui, nec ab alijs obſeruatos reperio. Qui D hoc capite exprimuntur, anonymi aliàs, Rondeletio Gallorum inuitatione, quibus Coquillade, Alaudæ appellantur: cùmq; alter ceu criſtatus eſſe videatur, alter verò criſta careat, illum Alaudã criſtatã, ſiue Galeritam; alterũ Abaudam non criſtatam nominauit; ſicuti nimirum inter aues Alauda eſt criſtata quam Galeritam dicunt, alia non criſtata, & ſimpliciter Alauda nuncupata. Poſſis etiam (inquit) optimo quidem iure eum qui criſta caret, Simiam appellare, quia capite ſimiam refert. Eſt enim capite paruo & rotundo; vel ſi noſtrorum (Monſpelienſium) appellationem ſequi velis, qui Percepiere nominant, non abſurdè Empetrum vocaueris, nam vt Empetrum herba marinis locis prouenit, & maximè ſaxoſis, imo nudo etiam ſaxo ſæpe exiſtit, ita piſciculus iſte in petrarum cauernulis degit, & illic confugiens, ſe in abditiſſimis earum rimis occulit, vt piſcantium inſidias fugiat, vnde Percepiere nomen impoſuerunt. Prior ſiue criſtatus piſciculus eſt Scorpioidi (ſic vocat litoralem & muco veſcentem piſcem, capite Scorpio marino ſimilem, Gallis Lebre de mer, id eſt leporem marinum vocatum) ſimilis admodum corporis ſpeciei. Digiti eſt magnitudine, aut paulò maiore: tenui corpore, læui, lubrico, ſine ſquamis, ore paruo, dentibus anterioribus ſerratis,

*Lęui cute pauci prędicti.*

*Alauda cur dicti.*

*Simia.*

*Empetrum.*

*Percepiere.*

*Criſtata deſcriptio.*

Alauda criſtata Rond.



poſterioribus exertis ( hi in icone non exprimuntur ) oculis paruis cæruleis : in vertice dum viuit, erecta eſt criſta, mollis, & cærulea. Pinnæ ad branchias latæ, ſed breues: in vētre paruæ & tenues. Cauda vnica pinna conſtās, breuis & rotūda (ſecus figura oſtēdere videtur). Pedex non procul à branchijs diſtat, à quo pinna ad caudam protēditur, alia in ceruice ad caudam continua. Corpus colore eſt fuſco, multis tamen maculis partim rotundis, partim oblongis, & tortuoſis notatur. Peritonæum ex nigro viride eſt. Cor angulatum. Hepar ex albo rubet, à quo fellis veſica pendet, perſpicuitate & coloris iucunditate ſmaragdū referens. Inteſtina lata ſunt, coloris lutei: ſatis diu extra aquam viuit ob paruam branchiarum ſciſſuram. Carne eſt molli, ſed ob paruitatem negligitur. E

*Partes interna.*

*Alauda nō criſtata deſcriptio.*

Alauda non criſtata ſuperiori ſimilis, capite paruo & rotūndo, ore paruo, oculis paruis, dentibus anterioribus ſerratis, poſterioribus longiuſculis, acutis, exertis. Pinnulas duas habet ad brāchias, duas in vētre, aliam ſtatim à capite ad caudam continuam, item aliam à podice ori ſatis propinquo ad caudā vſq; ductam. Cauda in vnicam definit ſaxatilium modo (aliter hîc quoq; figura monſtrat). Maculæ multæ mediæ corporis parti aſperſæ ſunt. Corpore eſt læui & lubrico. Aqua, muco, paruis Atherinis & Aphyis veſcitur. Carnis ſubſtātia & mollitudine Galeritæ terē par, & nullius apud nos (Monſpelienſes) pretij. Piſcatores mordet; vnde Iulidem eſſe, aliquando ſum ſuſpicatus, ſed cùm minimè venenatum eius morſum comperiſſem, veramque Iulidem tandem cognouiſſem vtrumq; piſcem rectè mihi videor diſtinxiſſe. F

Alauda non criſtata eiuſdem.



*Cibus.*

Ad criſtatam Alaudam pertinere videtur qui tertio loco exprimitur, cùm propter criſtā capitis, tum reliquā corporis ſpeciem ſimilem, Venetijs Gottoroſola quaſi Gutturoſam vocant a prominente opinor ſub faucibus tumore. Hunc cùm Geſnerus Gallo cuidam aliquando oſtenderet, Gallinam maris appellabat: alius Iulidē ſuſpicabatur. Nigricat ferè undiquaq; niſi quod pūctis diſtinguitur cæruleis, & color luteus viſitur, per totam ſuperiorē partem dorſi pinnæ & circa branchias & ſummo ventre: reliqua ex pictura apparent. Litoralis eſt, & ferè ſubit foramina lapidum aut parietum ædificiorum quę in litore extructa fuerint, vnde ſi quis ei Troglodytæ nomē affingere voluerit, quod nō tantùm nationi cuidam hominum, ſed etiā auiculæ caua ſubeunti tribuitur, non ineptè fecerit. Facile capitur, vel carne in vas impoſita mox extracta. A piſcatoribus ferè abijcitur, quoniam lubrica eſt, nullius ferè pretij, carne dura, & vilis in cibo. G

*Gutturoſus piſcis. Gallina maris.*

*Locus.*

Piſcis gutturoſus vulgò



*Exocetus Bellonij.*

*Cōgri vt facile capiantur.*

Huc itē pertinet Exocœtus ſiue Adonis Bellonij, quem Genuenſibus Bauecam, Comaſci incolis Folpe vel Volpe quaſi Vulpeculam, Maſſilienſibus vn Gauot, Conſtantinopolitanis Glinon vel Clinon nominari ſcribit, & à Romanis cum alijs minutis piſcibus confundi, modo Cernam, modo Miſſorem, ſed falsò nominantibus. Frequentiſſimus eſt Oceano, neq; quiſpiā eſt qui indigenis Oceani Congrorum piſcationi magis faueat. Nam cùm vruicis plurimum delectetur, atq; Vruicæ circa litora inter cautes hęreant, ille mari profundiùs mergi recuſat. Quamobrem recedente mari ſub petris & formaminibus aqua refertis contineri mauult. Agricolæ autem loca ſaxoſa adeuntes, H

Adeuntes, antequam æſtus reciprocetur, lapides dimouent, vt inter ſcopulos, in quibus deliteſcunt, Adonides capiant, & hamos quos chordis alligant, ineſcent, quibus ita ad cautem ligatis aduentantes cùm æſtu Congros ac Galeos illuc capere poſſint. Exocœti ſub lapidibus vel in cauis cautium quieſcentes, in rupibus Bononiæ penè innumeri reperiuntur: quos ſi quiſpiam manu imprudens attrectauerit, ſentiet horum dentibus magnam feriendi vim ineſſe. Species habet plures, quarum vna criſtata eſt, Maſſilienſi equęs primo aſpectu aliquatenus Gobium referens: cute enim glabra obducitur. Firmos dentes, vt Scarę habet. Colore eſt ſubrufo, vt ſcorpæna, multis aliis coloribus confuſo. Totus piſcis (vt Anguilla) lubricus eſt & ſine aliqua ſquama ac ſpina; præterquam ſpondylorum. Hinc vulgus Græciæ Glinos nominauit. Non excedit craſſitudinem quam pollex & index amplecti poſſint. Continuam habet tergoris pinnam, ac neſcio quid ſupra oculos, quod veluti à pellis laxitate procedit. Cæterùm laterum pinnæ reliquorum piſcium formam non ſeruant: nam hæ veluti inuerſæ conſpiciuntur. Pinnas quæ illi ſub ventre ſunt, duobus tantùm cirrhis radiatas habet: dentes ordine diſpoſitos. Sparo frequentiores & numeroſiores, maxillis firmiter inſertos. Interanea ad Scarum accedunt. Criſtati porrò Exocœti caput ad Chamæleonem accedit, in cuius cacumine pinnam videas Galli criſtam prorſus referentem. Caudæ pinnam & laterum rotundam habet, duas præterea ſub ſterno: alteram in tergore, continuam, admodum latam, quemadmodum & ea quæ illi ſub cauda eſt. Dentibus anterioribus acutiſſimis præditus eſt, quales ſunt canini noſtri: Cute integitur laxa, multis coloribus, vt Draco, variegata, vt primo aſpectu Draconem eſſe iudices. Viuax ſupra modũ eſſe comperitur: triduum enim vel quatriduum abſq; aqua vitit. Chamas quoq; conficit & conchylia, atq; interdum vrticas paſcitur. Branchias tectas habet, & paruo foramine peruias: ſed & detectæ vtrimq; quatuor numerantur. Tertium Exocœti genus & ſi Byſantinis piſcatoribus non alio quàm Glini nomine pernoſcatur, ac nonnullis Chelidonius appelletur: tamen à Glino ac criſtato Exocœto hoc differt, quòd rarò ſex digitorum longitudinem & duorum pollicum craſſitudinem excedat. Squamis caret; lituras per tergus melinas, cyanæas & fuluas habet, & continuam tergoris pinnam, mollem: caudæ autem latam; vti & laterum, omnes varij coloris. Branchias contectas vt Muræna, quam notam cùm ego ſemel piſcatoribus oſtendiſſem, id eos coegit proferre aliud quiddam à Glino eſſe. Spinea branchia exterior, vt in Dracone marino, duobus aculeis obfirmatur: ſed ab eo diſſidet, quòd quilibet aculeus duobus ſerratis denticulis ſurſum repandis & aduncis fulcitur. Caput multis coloribus polymitum habet, os grande, inferiorem maxillam latam & planam, dentes Glino priori aliquantum minores. Is dum ſcinditur, branchias non oſtendit integras ſed rudimenta coloris paulò magis rubro quàm in Muræna. Si quis modò criſtatos ac quodam modo coronatos piſces vel aliquem ex ijs ad Baſiliſcos [c] Oppiani quos circa petras leprades ſiue litorales degere ſcribit, referre velit, is meo iudicio, mihi nihil abſurdum ſtatuerit: Vt namq; à criſta ſuum piſcem Rondeletius Galeritam, & veteres auiculam quandam puniceis in capite ſurrectis plumulis decoram, Regulum ſiue baſiliſcum, nec non & ſerpentem candida in capite macula inſignẽ ſimiliter nominarunt, veriſimile itidem apparet ob ſimilem ferè in capite notam Baſiliſcos piſces appellaſſe.

Adonis ſiue Exocœtus Bellonij.



*Vbi frequẽs.*

*Glinus cur dictus.*

*Cibus.*

*Chelidonius.*

[c] *Li. 1. Hal. Baſiliſcus Oppian.*

# DE PHOLIDE. SYNONYMA. ETYMVM. A.

*Etymum. Myxus.*

PHolis nomen accepit à muco, vnde ſunt qui à Myxone, cui inde etiam nomen eſt, diſtinguere neſciunt. Sed Myxon ex Mugilibus eſt. Diuerſi modè item vtriq; à muco nomẽ eſt, Myxoni quod ſuo muco viuat: Pholidi quòd intra ſuum mucũ, veluti pholeum quendam id eſt latibulũ ſe contineat, id quod [a] Ariſtoteles inſinuat his verbis: Τῶν δὲ καλυμένων φολίδα, ἃ μύξαν ἀφίησι, περιπλάττεται περὶ αὐτὸν καὶ γίνεται καθάπερ θάλαμος, hoc eſt *Quæ autem Pholis appellatur, mucorem quem ipſa emittit, ſibi obducit, ita vt in eo quaſi cubili quieſcat.* φωλεύειν autem vel φωλεῖν nidificare eſt. φωλὸς item & θαλάμη ſynonyma ſunt. περιπλάττεσθαι verò eſt, vndiquaq; adhæreſcere emplaſtri aut reſinæ inſtar.

[a] *Lib 9. Hiſt. cap. 37.*

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

*Tinca Auſonij. Bauoſa.*

MVcoſus itaq; piſcis eſt. Rauiſius Textor è Rhomborum genere facit, ſed ſine authore. Pierius Valerianus dubitat, an is ſit qui & Auſonio, & nobis itẽ hodie Tinca appellatur, quòd plurimo obſita ſit muco, potiſſimum in limoſis paludibus, vnde etiam multis in locis contemnitur. Rondeletius verò, cui libenter ſubſcribo, eum eſſe conijcit, qui Antipoli etiamnum Bauoſa quaſi mucoſus nuncupatur. Baua enim ibi mucus eſt, & nos bauonem vulgò dicimus linteum quod mento ſubditur mucoſorum infantium, & coriza laborãtium, ad ſubiectarum veſtium, ne conſpurcentur, tutelam: Alaudæ (inquit) paulò maior eſt, dorſo fuſco, ventre pallido, cute læui & ſine ſquamis, ſed maculoſa; pinnis alijſq; partibus à ſuperioribus non differens. Moliſſima eſt carne & glutinoſa. Squamarum loco prouida rerum natura muco inuoluit, veluti multos alios non ſquamoſos lubricos effecit, vt lubricitas natationem adiuuet.

B

Pholis Rondeletius.

*Deſcriptio.*



*Cur lubrica ſit.*

C

# HIEROGLYPHICVM.

*Hominis frugi typus.*

HOminem (inquit Pierius Valerianus) qui quæ proprio ſudore compararit, ſruentem indicaturi, Pholim (Pholidem) piſcem pingebant. Ea enim mucorem quem ipſa emittit, ad altam craſſitiem ſibi obducit, vt tota viſco dilibuta videatur, ita vt in eo quaſi cubili conquieſcat, vnde illi nomen.

# DE SCORPIOIDE RONDELETII.

*Lepus marinus.*

HVc deniq; referri debet Scorpioides à Rõdeletio appellatus, vulgò apud ſuos Lebre de mer id eſt Lepus marinus, quia roſtrum terreni leporis πρόσωμ ſiue ſciſſura admodum ſimile habeat. Cæterùm cùm alius ſit & toto genere ab hoc diuerſus, qui antiquis Lepus marinus vocatur, vtpote inter Mollia, hoc nomine vocandũ minimè cenſuit, ſed Scorpioidẽ, quòd item capitis forma Scorpioni marino ſimilis ſit, totidemq; ſuprà oculos apophyſes licet molles habeat. Differt à Scorpio dentibus quos ſerratos quidẽ (inquit) habet, ſed tenues & denſos admodũ, & in ſuperiore maxilla duos exertos, cuiuſmodi Galeritę ſunt dẽtes. Pręterea differt à Scorpione & Galerita pinnę dorſi magnitudine, duabuſq; maculis nigris eiuſdem pinnæ. Cutis læuitate Galeritæ ſimilis eſt & carnis ſubſtantia, non autem Scorpioni. Litoralis eſt, muco veſcitur & aqua.

Scorpioides Rondl.

*Nominis ratio.*



D

Finis Libri primi.

Digitized by

A

# VLYSSIS ALDROVANDI
## PATRITII BONONIENSIS
## DE PISCIBVS LIBER II.
B QVI EST
## DE PISCIBVS LITORALIBVS SQVAMOSIS,
## Et primùm de Mullo. Cap. I.

## ORDINIS RATIO.

INTER saxatiles Scaro ceu omnium celeberrimo, ac pretioſiſſimo principatum dedimus, ſimiliter inter litorales Mullus, ſi pretia, honoreſq; , quibus apud veteres decantatiſſimus eſt, ponderemus, cęteris extra omnem controuerſiam fuerit præferendus. Equidem [a] Plinius cùm Scaris ſuo tempore principatum dari dixiſſet, ſubdit: *Ex reliqua nobilitate, & gratia maxima eſt & copia Mullis.* ſcribitq; [b] Galenus celebrari Mullum apud homines tanquam voluptate cibos reliquos ſuperantem. Fuit autem prodigo veterum luxu adeò inſignis & pretioſus, vt idem Galenus ingenti pecunia venundari ſolitum teſtetur; imo verò vt argenti puri pondere ſæpius à priuatis etiam Quiritibus (inquit Iouius) emeretur, cùm pedis longitudinem ſuperaret. Quid? nonne Plinius ibidem author eſt, Aſinium Celerem è conſularibus hoc piſce prodigum, Claudio principe, vnum mercatum fuiſſe octo millibus nummum, id eſt quadringentis plus minus Caroleis? Addit [c] Macrobius luxuriam illius ſæculi eò magis licere æſtimare, quòd Plinius ſuis temporibus neget facilè Mullum repertum qui duas libras excederet. [d] Iuuenalis verò etiam Criſpini illius Aegyptij, qui ex ſeruili conditione ad equeſtrem dignitatẽ Domitiani principis indulgentia euectus fuit, cùm alioqui nullo non vitiorum genere famoſus eſſet, adultor nempe, ſtuprator, gulæq; indulgentiſſimus, exemplo, Domitiani crudelitatem & gulam ſatyricis perſtringẽs aculeis, irridenſq; quòd infra imperatoriam dignitatem nimium contulerit ſtudium ad piſcem condiendum, ſuper quo etiam Senatorum conſilium tentatum fuerit, canit:

[a] *Li. 9. c. 17.*

[b] *Lib. 3. de Alimẽt. facult.*

*Mulli pretia apud Romanos proceres.*

[c] *Lib. 3. Saturnal. c. 16.*

[d] *Satyra 4. Criſpini & Domitiani gula.*

*Sed nunc de factis leuioribus, & tamen alter*
*Si feciſſet idem, caderet ſub iudice morum,*
*Nam quod turpe bonis Titio Seioq; decebat*
*Criſpinum, quid agas, cùm dira & fœdior omni*
*Crimine perſona eſt? Mullum ſex millibus emit,*
*AEquantem ſanè paribus ſeſtertia libris,*
*Vt perhibent, qui de magnis maiora loquuntur,*
*Conſilium laudo artificis, ſi munere tanto*
*Præcipuam in tabulis caram ſenis abſtulit orbi,*
*Eſt ratio vlterior magna ſi miſit amicæ,*
*Quæ vehitur clauſo latis ſpecularibus antro,*
*Nil tale expectes, emit ſibi: multa videmus*
*Quæ miſer & frugi non fecit Apicius: hoc tu*
*Succinctus patria quondam Criſpine papyro*
*Hoc pretium ſquamæ? potuit fortaſſe minoris*
*Piſcator quàm piſcis emi? prouincia tanti*
*Vendit agros, ſed maiores Apulia vendit.*

Senſus eſt, ſi Criſpinus Mullum emit, vt ſenis cuiuſpiam diuitis & ſine liberis hæreditatem captaret, vel amicæ dono mitteret; conſilij eius ratio non eſt damnanda: cæterùm ipſe (inquit) in gulam emit ſuam, in hoc Apicio, quem tamen omnium nepotum altiſſimum gurgitem Plinius vocauit, monſtruoſior, quòd tot in vnum piſcem profuderit ſeſtertia, quibus agri emi poſſent, qui integris ſufficiant familijs. Hæreditatis autem captatores, lautis aliquando cænis eos excepiſſe, quorum hæredes ſcribi optabant, diſcimus ex hoc [e] Martialis:

*Hæreditatis captatorum cœna.*

[e] *Lib. 12. Epig.*

*Bole-*

*Boletos, & aprum, ſi tanquam vilia ponis,*
*Et non eſſe putas hæc mea vota; volo.*
*Si fortunatum fieri me credis, & hares*
*Vis ſcribi propter quinq; Lucrina: vale.*
*Lauta tamen cœna eſt, fateor, lautiſſima, ſed cras*
*Ni l erit, immo hodiè, protinus imo nihil.*
*Quod ſciat infelix damnatæ ſpongia virgæ,*
*Vel quicunq; canis, iunctaq; teſta via.*
*Mullorum Leporumq; & ſuminis exitus hic eſt,*
*Sulfureuſq; color, carnificeſq; pedes.*

*Gulæ voluptatis exitus.*

Monet interim etiam poëta, gulæ voluptatem ſtatim finiri, omniaq; licet lautiſſima mox conuerti in ventris emiſſionem, quæ ab obuijs canibus lambitur, aut in lotium verſa funduntur in teſtam vię proximam; quodq; grauius eſt, hoc vnum in lautiſſima cœna manet, vt colore ſimus ſulfureo & podagroſi. Mullos item ſimileſq; gulæ illecebras amicis ſcortisvé miſſitatos fuiſſe docemur ex eodem poëta, qui [f] Phyllidi, omnia quæ poſceret, donans rogat, vt & ipſa quæ peteret, non negaret: Inquit enim:

[f] *Lib. 11. Epig. 50.*

*Nulla eſt hora tibi, qua non me Phylli furentem*
*Deſpolies, tanta calliditate rapis.*
*Nunc plorat ſpeculo fallax ancilla relicto,*
*Gemma vel à digito, vel cadit aure lapis.*
*Nunc vt emam grandemq; Lupum, Mullumq; bilibrẽ*
*Indixit cœnam diues amica tibi,*
*Sit pudor & tandem veri reſpectus & æqui,*
*Nil tibi Phylli nego, nil mihi Phylli nega.*

Sed vt ad pretia reuertamur, quibus a nepotibus Mullos veniſſe dicebamus: de alio quodam Mullo à Tiberio principe, in macello vænum expoſito, & quinq; ſeſtertijs ab Octauio empto, ſic legimus apud [g] Senecam: *Eadem res ſi gulæ datur, turpis eſt, ſi honori, reprehenſionem effugit. Non enim luxuria, ſed impenſa ſolennis eſt. Mullum ingentis formæ (quare autem non pondus adjicio & aliorum gulam irrito? quatuor pondo & ad ſelibram fuiſſe aiebant,) Tyberius Cæſar miſſum ſibi cùm in macellum deferri & venire inſiſſet: Amici (inquit) omnia me fallunt, niſi iſtum Mullum aut Apicius emerit, aut Pub. Octauius. Vltra ſpem illi coniectura proceſſit. Licitati ſunt. Vicit Octauius, & ingentem inter ſuos conſecutus eſt gloriam, cùm quinq; ſeſtertijs* (id eſt quinq; millibus ſeſtertijs, vt Budæus ex alijs colligit) *emiſſet piſcem quem Cæſar vendiderat, ne Apicius quidem emerat. Numerare tantum Octauio fuit turpe. Nam, ille qui emerat, vt Tyberio mitteret (quamquam illum quoq; reprehenderim) admiratus eſt rem, quæ putauit Cæſare dignum.* Idem imperator, referente Suetonio, tres Mullos triginta millibus numm m veniſſe grauiter conqueſtus, annonam macelli, Senatus arbitratu quotannis temperandam cenſuit, dato Aedilibus negocio, popinas ganeaſq; vſq; eò inhibendi, vt ne opera quidem piſtoria venalia finerent. Ineffabiles itaq; illorum fuerint impenſæ qui viuarijs piſcinisvé eos incluſerunt, cùm conſtet teſtimonio Columellæ, rarò vnum aut alterum de multis millibus clauſtra pati potuiſſe Caſſiodorũ quendam ridet [h] Epigrammatarius, qui vt benè lauteq; cœnaret, mille ducentis quibus ſeruum vendiderat, numis mercatus erat Mullum, & ſic in gulam eius inuehitur.

*Octauij Luxus.*

[g] *Epiſt. 96.*

*Sumptus in alendo.*

[h] *Lib. 10. Ep. g. 31.*

*Addixti ſeruum numis here mille ducentis.*
*Vt benè cœnares, Calliodore, ſemel.*
*Nec benè cœnaſti, Mullus tibi quatuor emptus*
*Librarum cœna pompa caputq; fuit.*
*Exclamare libet, non eſt hoc improbe, non eſt*
*Piſcis: homo eſt, hominem Caſſiodore voras.*

Quibus modò quantiſque cæremonijs in Mullo necando & eiuſdem apparatu vterentur Romani illi ganeones, aliàs [i] idem Seneca fuſiſſimè docuit in hæc fermè verba. *Quanto crudeliora ſunt opera luxuriæ, Quoties naturam aut mentitur, aut vincit? In cubili natant piſces & ſub ipſa menſa capiuntur, qui ſtatim transferatur in menſam, Parum videtur recens Mullus, niſi qui in conuiuæ manu moritur. Vitreis ollis incluſi offeruntur, & obſeruatur morientium color, quem in multas mutationes mors luctante ſpiritu vertit. Alios necant in garo, & condiunt vinos. Hi ſunt qui fabulas putant, piſcem viuere poſſe ſub terra, & effodi, non capi. Quàm incredibile illis videretur, ſi audirent, natare in garo piſcem, nec cœnæ cauſa occiſum eſſe ſuper cœnam, cùm multùm in delicijs fuit, & oculos ante quàm gulam pauit. Permitte mihi quæſtione ſepoſita caſtigare luxuriam. Nihil eſt inquis Mullo expirante formoſius. Ipſa colluctatione animam afficiente rubor, deinde pallor ſuffunditur, quàm æquè variatur, & in cateras facies inter vitam & mortem coloris eſt vagatio longa, ſomniculoſæ inertiſq; luxuriæ. Quàm ſerò experrecta circumſcribi ſe & fraudari tanto bono ſenſit. Hoc adhuc tanto ſpectaculo & tam pulchro piſcatores fruebantur, qui coctum piſcem & exanimem in ipſo ferculo etiam experirentur. Mirabimur tantum in illis eſſe faſtidium, vt nollent attingere niſi eodem die captum piſcem, qui (vt aiunt) ſaperet ipſum mare. Ideò curſu aduehebatur: ideo gerulis cum anhelitu & clamore properantibus dabatur via. Quò peruenere delicię? Is pro putrido iam piſcis affertur, qui non hodiè eductus, hodie occiſus eſt. Neſcio de re magna tibi credere. Ipſe oporteret mihi credam: huc afferatur, coram me animam agat. Ad hunc faſtum peruenere ventres delicatorum, vt guſtare non poſſint piſcem, niſi quem in ipſo conuiuio natantem, palpitantemq; viderint. Quanto ad ſobriam luxuriæ plures eunt, tanto ſubtilius quotidie, & elegantius excogitat furor, vſitata contemnens. illa audiebamus, nihil eſſe melius ſaxatili Mullo: at nunc audimus: nihil eſt moriente formoſius. Da mihi in manus vas vitreum, in quo exultet, in quo trepidet: vbi multum diuq; laudatus in illo perlucido viuario extrahitur, tunc vt quiſq; peritior eſt, monſtrat. Vide quomodo exarſerit rubor omni acrior minio. Vide quas per latera venas agat. Ecce ſanguinem putes ventrem, quàm lucidum quiddam cæruleumq; ſub ipſo tempore effulſit. Iam porrigitur & pallet, & in vnum colorem componitur. Ex his nemo morientis amico aſſe-*

[i] *L. 3. quæſt. nat cap. 17.*

*Cœremonia in occidẽdo Mullo.*

*Coloris in moriẽte varietas.*

*Recens quæritur.*

*Morientis commendatio.*

A *aſsidet: nemo videre mortem patris ſui ſuſtinet, quam optauit. Quotus quiſq; funus domeſticum ad rogum proſequitur? fratrum propinquorumq; extrema hora deſeritur: ad mortem Mulli concurritur: nihil enim eſt illo formoſius, Non ſunt ad propinam dentibus & ore contenti, oculis quoq; guloſi ſunt.* Hæc itaq; [i] Seneca, ex quo (vt apparet) ſic breuiter Plinius: *Mullum expirantem verſicolore quadam & numeroſa varietate ſpectari, proceres gulæ narrant, rubentium ſquamarum multiplici mutatione palleſcentem, vtiq; ſi vitro ſpectetur incluſus.* Huc quoq; reſpexit [k] Martialis, dum canit:

*Spirat in aduecto ſed iam piger æquore Mullus,* *Langueſcit, vinum da mare fortis erit.*

[i] *Lib. 9. cap. 17.*
[k] *Lib. 14.*

Quemadmodum verò Mullus tam inſanis emebatur pretijs, ita quoq; qui bene parare ipſum noſsent coci erant pretioſiſſimi, quod teſtatur Plinius: nam cùm dixiſſet Mullum octo millibus nummûm ab Aſinio emptum, ſubdit: *Quæ reputatio aufert tranſuerſum animum ad contemplationem eorum qui in conqueſtione luxus cocos emi ſingulos pluris quàm equos quiritabant. At nunc coci triumphorum præmia parantur & equorum piſces, Nulluſq; prope iam mortalis æſtimatur pluris quàm qui peritiſsimè cenſum domini mergit.* Mirari itaq; ſubit quod neq; Seneca neq; Plinius meminerint, quibus vaſis iam cocti piſcis iſte inferretur; nam tam monſtruoſi pretij piſcem, lance etiam haud vulgari inferre decebat, quòd non obſcurè docet idem [l] Martialis, Chryſendetum appellans hoc verſu, quo apponebatur:

*Cocorũ pauperia.*

*Vas quibus inferretur.*
[l] *Lib. 2.*

B *Immodicis tibi flama regunt chryſendeta Mulli,* *Concolor in noſtro Cammare lance rubes.*

Chryſendeta enim viri docti vaſa exponunt cruſtis aureis illigata & exornata: [m] Adrianus Tunebus verò gẽmata eſſe putat, quorũ gemmę auro cõſertę & cõteſtę tenerentur, id quod *Plutarchus ſatis indicat, inquiens: ἰδωρεῖτο χρυσίδητος σμαράγδοις τῶν πολυτελῶν.* [n] Plinius item hoc vaſorum genus innuere videtur his verbis: *Turba gemmarum potamus & ſmaragdis teximus calices, ac temulentiæ cauſa tenere Indiam iuuat, & aurum iam acceſsio eſt,* ſed & illud * Maronis:

*Chryſendetum quid?*
[m] *L. 14. c. 3.*
* *In Lucullo.*
[n] *Lib. 33. à principio.*
* *Georg. 2.*

*Vt gemma bibat & Sarrano dormiat oſtro.*

Cæterùm vti chryſendeton pretioſum quoq; calicem quo potamus, dici poſſe non negauerim, ita hîc propriè laux eſt, quo Mullus infertur; Idem Epigrammatarius quoticſcumq; huius piſcis meminit, cum alijs ſemper gulæ illecebris nominat, vt in [o] Cæcilianum inuectus, quod inuitatus ab ipſo, præ auaritia & ingluuie multa ex menſa ſubrepta, domum mitteret:

[o] *Li. 2. c. 37. Grecos Mullum in delicijs habuiſſe.*

*Quicquid ponitur hinc & inde verris* *Stillantemq; alica ſua palumbum,*
*Mammas fœminis, imbricemq; porci,* *Hæc cùm condita ſunt madente mappa,*
*Communemq; duobus Attagenam,* *Traduntur puero domum ferenda,*
*Mullum dimidium, Lupumq; totum* *Nos accumbimus ocioſa turba:*
C *Murænæq; latus, femurq; pulli.* *Vllus ſi pudor eſt, repone cænam*
*Cras te Cæciliane non vocabo.*

Ait poëta ſeſe non paraſſe haſce lautitias in ſequentem diem, ſed in præſenti menſa, & ſe velle eum conuiuam hodie, non cras. Cæterùm ne quis apud Romanos tantùm in delicijs habitum fuiſſe putet, Græci quoquè in Mullo fuere guloſi, vt ex Philoxeni poëtæ à Dionyſio rege ad cœnam vocati facetiſſimo, quod ſuo loco recitabitur, reſponſo notum eſt: & in Lampone vate voracitatem Comici notantes, Calias in vinctis, Lyſippus in baccantibus fœminis, Cratinus in fugitiuis his verbis:

*Lampan quem velaminorum ferueuti cana* *Arcere hominum decreta nequeunt:*

Mox ſubnectit: *Rurſum ille nunc ructat* (nimia videlicet ſatietate) *Nullum profectò edulium apponitur, quod non mordeat. Cum Mullo etiamnum pugnabit:* quamuis ſcilicet cibo deſtentus, Mullum tamen ſi adferatur, is inuadet. Ne verò in Mulli laudibus nimius fortaſſis ſim, & in ijs recitandis faſtidiũ tandem lectori pariã, & vt [p] Ligurinus ille apud eundem Epigrammatarium, qui cænam eius auerſabatur, licet lautiſſimis cibis refertam, quòd verſus ſuos intempeſtiuè recitaret, malè audiam, itaquè iam vela mihi contrahenda puto.

[p] *Li. 3. c. 45*

D *Fugerit an menſas Phœbus, canamq; Thyeſta* *Sed nil omnino te recitante placet.*
*Ignoro, fugimus nos Ligurine tuam,* *Nolo mihi ponas Rhombum, Mullumvè bilibrem*
*Illa quidem lauta eſt, dapibuſq; inſtructa ſuperbis,* *Nec vola boletos, oſtrea nolo, tace.*

Non ſubticuerim tamen gulam [q] Tongilij, qui vt lautè cænaret, Mullumque ederet, deceptis medicis ſeſe ægre habere ſimulabat, vt alibi apud eundem poëtam legimus facetiſſimum:

[q] *Lib. 2.*

*Vri Tongilius malè dicitur hamitritæo* *Cacuba ficcentur, quæq; annus coxit opimi,*
*Noui hominis fraudes æſuris atq; ſitit* *Condantur paruo fuſca Falerna vino.*
*Subdola tenduntur caſsis modo rete Turdis* *Omnes Tongilium medici iuſſere lauari,*
*Hamus & in Mullum tenditur atq; Lupum.* *O Rufi, febrem creditis eſſe? gula eſt.*

*Mullorum barba, pro obſonio appoſita.*

Quid? Heliogabalum etiam tacebimus inter altiſſimos gurgites altiſſimum? qui vt omnes prodigos ſuaq; dilapidantes ſuperaſſe videretur, palatinis ſuis inter alia quæ dedit, prodigioſa fercula, non integros Mullos appoſuit, ſed quod præcipuè ſtupendum eſſe Lampridius ſcribit, barbas eorum plenis diſcis. Quæ obſecro in barbis iſtis voluptas? Hoc non lautè cænare eſt, ſed totius velle orbis terrarum imperium dilapidare. Neſciunt noſtra quidem tempora, tam monſtruoſa obſonia, tamq;

infa-

*Pretioſum noſtro etiã ſæpore eſſe.*

*Maris regulus.*

inſana piſcium pretia. Quis enim octo millibus nummũm Mullum emat? Quis ſanæ mentis barbas tantùm apponat? eſt nihil nihilominus in tanta hodieque æſtimatione, vt propter pretij magnitudinem vulgari adagio dicamus, Non mangia la Triglia chi la piglia, hoc eſt, Non edit Mullum qui eum capit: quò alludens Marcellus Virgilius: lautioribus cænis (inquit) Mullum ſernari, quæ de eo iactatur vbiq; vox indicat, *non comedi à piſcatore Triglen*. Prudenter itaq; Hollandi Mullum, maris regulum nuncuparunt. E

# SYNONYMA. ETYMVM.

[a] *L.9.c.17. Mullus quid.*

[b] *L.7.Orig.*

*Mullei vnde dicti.*

[c] *Lib.43.*

FEneſtella authore [a] Plinio Mullum dictum fuiſſe ſcripſit à colore mulleorum. Erant autẽ mullei calcei quibus priores Albanorum reges, deinde patricij vſi ſunt, vt ex hoc Titinnij in Seciana aſſerit Feſtus: *Iam cum mulleis te oſtendiſti, quos tibiatis in calceos*: & [b] M. Cato: *qui magiſtratum* (inquit) *curulem cepiſſet, calceos mulleos alutatos, cæteri perones*. Cæterùm ſi Mullus a mulleis homen obtinuit, vt Feneſtella voluit: quæram ego, quo nomine piſcis iſte antè mulleorum inuentionẽ veniret? hoc enim erat explicandum. Quid ſi itaq; cum Turnebo mulleos à Mullo, & non à mullando id eſt fuendo, vt feſtus voluit, dictos fuiſſe dicamus, cùm teſte [c] Dione rubri eſſent, In qua opinione etiam Iſidorum fuiſſe idem Turnebus tradit. Mullumq; cum illo à mollitie deduxerimus, molliſſimũ hoc genus eſſe indicantes, non quidem in cibo, ſed ſeruitutis indignantiſſimum, Columella teſte; & in piſcinis nihil vel parum ſaltem creſcens. Non enim laudo quod indocti pleriq; & ex doctis Hermolaus, Perottus & Iouius Mulũ ſimplici l ſcribunt. Mullulum diminutiua voce M. Tullius eleganter dixit: *Et videant aliquem ſummis populi beneficijs vſum, barbatulos Mullulos exceptantem de piſcina & pertractantem*. Mulio piſcis eſt [d] Garioponto, non alius, puto quàm Mullus: Græcis τρίγλη, non τρίγλα dicitur, vt docet Athenæus quoniam fœminina nomina in λα deſinentia alterum λ. poſtulant, vt ὀκύλλα: quæ verò γ annexum habent, in ν. deſinunt, vt τρίγλη, ἄγλη, ξιφίγλη: Athenæo ſubſcribit Varinus, nullumq; fœmininum nomen in λα deſinens reperiri tradit, ſed omnia in λη, præter ea quæ λ. duplex habent, idq; Herodiano etiam placere. Suidas tamen ex epigrammate quodam citat hunc verſum. Τρίγλαν ἀπ' ἀνθρακιῆς, καὶ φυκίδα σοι λιμνῆτιν:

*Mullus quaſi mollis cur dicatur.*

*Mullus.*

*Mulio.*

[d] *Lib.7.*

& apud Oppianum legitur τρίγλα vltima breui: Καὶ κιθάρη, καὶ τρίγλα, καὶ ἀθρανὲς μελανοῦρος; poſtremò lego in indice in parecbolas Euſtathij τρίγλαν vocari communiter, Atticè verò τρίγλην. vt non malè apud Ariſtotelem τρίγλα legi ſit dicendum. Τριγλὶς Oppiano etſi diuerſus à Mullo videatur piſcis: nam à τρίγλα ſubinde ait Τριγλίδες ἐν πηλοῖσι, καὶ ἐν τενάγεσι θαλάσσης φέρβονται, id eſt Triglides in cænoſis, & arenoſis litoribus verſantur: nihilominus idem quod τρίγλη ſignificare poteſt, & ſexum peculiariter diſtinguere. Sunt enim non paucorum piſcium nomina, quæ præter terminationem propriam, aliam quoq; in ίς. fœminini generis cum accentu acuto accipiunt, vt Cantharus, Cantharis, Thynnius, Thynnis. Rurſus cùm τριγλὶς, per ſyncopen etiam dici poſſit à Τριγλίνης, & Triglitides Apuarum generis faciat Dorion, & alias quoq; τριγλίδας μίκρας vocet, ſuſpicandum, & Oppiani Triglides à Mullis diuerſas eſſe, præſertim cùm locus conueniat. Non enim Saluiani opinionem probo, Triglidem Mullum lutarium Plinij exponentis: nam hunc cum communi Mullo eundem eſſe, paulò infrà ex Ariſtotele oſtendam. Cur modò Mullus Græcis τρίγλη vocetur, docet ex eodem philoſopho Athenæus his verbis. *Scribit Ariſtoteles in quinto de animalibus Mullum ter parere, piſcatores id conijcere ex eo quòd quibuſdam in locis ter furtura appareat*. Ter autem parere teſtatur etiam [e] Aelianus, vt modò patebit: item & Oppianus, qui inde etymologiam nominis deducit, inquiens.

*Triglis.*

*Triglitis.*

*Triglis etymum.*

[e] *Lib.13.*

Τρίγλαι δὲ τριγόνοι εἰσὶν ἐπώνυμοι εἰσὶ γὰρ τρὶς τίκτουσαι. *Accipiunt Triglæ terno cognominia partu.*

F

Apud Artemidorum itaq; eandem Triglæ etymologiam ex Ariſtotele, & Ariſtophane Grammatico, qui in philoſophi libros eius argumenti commentarios ediderat, recitantem his verbis: Τρίγλη γυναῖκ' ἀτέκνοις ἔστιν ἀγαθή. Τρεῖς γὰρ τίκτει, ὅθεν αὐτῇ καὶ τὸ ὄνομα εἰκότως φασὶ κεῖσθαι καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς περὶ ζώων καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς εἰς Ἀριστοτέλην ὑπομνήμασι, lego τρὶς, non enim tres, ſed ter parit, vt Athenæus habet. Non igitur quòd triformis ſit, aut quòd Hecatæ quæ triformis eſt, dicetur, vt multi voluerunt, ſed quòd ter pariat, Trigle dicta: cæterùm ternus iſte partus quotanniſné, an ter tantùm tota vita in Mullo intelligendus ſit, ſuo põſt loco ventillabimus. Τριάτας Heſychius & Varrinus exponunt Mullos vel hircum. Sed cùm vtriq; barbati ſint, rectiùs fortaſſis ibi γενειάτας legemus licet Triglas Græci γενειάτιδας cognominant. Noſtri temporis Græci etiamnum Triglam dicunt. Romanis ſimiliter ferè Trigla, Maſſiliæ & in Liguria Triga appellatur, Nicenſibus corruptiùs Strilha: & [f] Platina neſcio quàm benè ſeparatis capitibus agit de Mullo & de Trillia tãquam de diuerſis piſcibus: quo poſtremo nomine tanquam Latino medici quidam & vetus Galeni interpres pro Mullo vtuntur. Inuenio in quobuſdã Italiæ locis Roſſignuolo quaſi Luſciniam, à colore nimirum nũcupari.

*Accipiunt Triglæ terno cognominia partu.*

*Aliarũ gentium nomenclatura.*

[f] *Lib.10. de honeſta diſc. c.3.& c.31*

G

H

Vene-

A Veneti à gemina, quæ à mento, pendet, appendice, Barbonem dicunt, Burdegalenſes Barbaeu; Galli item alicubi Barbetz, alicubi item Barbarin, quaſi barbatum piſcem: verùm cùm & fluuiatilis ſit, qui ſimiliter Barbaeu, & Barbel Anglis, Auſonioq; Barbus appellatur, rectè huic marini cognomen addetur, ne cum fluuiatili illo confundatur: rurſus cùm Mullus de marino Barbo tantùm vſurpetur, Alexander Benedictus vir alioqui doctiſſimus, & Adrianus Iunius, fluuiatilem Barbum, Mullum quoq; nominant. Volaterranus verò dum credit Mullum eſſe, quem alij hodie Barbum dicunt, rectè ſentit, ſe de marino intelligit: contrà ſi de fluuiatili. Alicubi præterea in Gallia Rouget nuncupatur à rubeo colore, quod nomen ei cum alijs quibuſdam eiuſdem coloris commune eſt. Galli, inquit Rondeletius, Cuculum Rouget appellant, non diſtinguentes à Mullis, quòd eiuſdem ſint coloris. Alibi etiam Mullum, Cuculum, Lyram à Gallis indiſtinctè Rouget vocari ſcribit, itemq; Lucernam: monetq; ne quis Gallica cum Græcis temerè confundens, illos Erythrinos, qui propriè à rubro colore nomen habent, eſſe putet. Pariſienſes itaq; vt Mullos à rubris alijs diſtinguant, Mullos Rougetos barbatos teſte Bellonio dicunt. Surmulet quoq; in Gallia alicubi Mulli nomen eſt, cæterùm maioris in hoc genere tantùm. Poſtremò eſt vbi apud Gallos Moil vocatur, quaſi Mullus, licet Rõdeletius Perdicem maris exponat. Στρυλημεταρπόυ Cretenſium vox compoſita eſt, partim ex Græca, partim ex veneta. Illi enim β per μπ efferunt. Amatus Luſitanus Hiſpanis Salmonetos vocari ſcribit. Atqui alij in Hiſpania Báruo de la mar dici volunt quaſi Barbũ marinum. Hollandis eſt een Zeeconinck, ideſt maris regulus, quaſi pretioſus alijſq; præferendus piſcis.

*Barbus fluuiatilis.*

*Salmonetus*

# GENVS. DIFFERENTIÆ.

MVllorum (inquit Plinius) *genera plura, nam & alga veſcuntur, & oſtreis & limo, & aliorum piſcium carne*: quaſi verò victus differentia, generis diſcrimen faciat. Rondeletius rectiùs ex Sophrone in barbatos, & imberbes diſtinxit, bonitateq; inuicem differre ait, videlicet non barbatis præſtare barbatos. Hos γυμνώτους vocat, illos ἀπώγωνας ſimiliter dici poſſe arbitratur. Barbatorum verò differentias inueniri quoq; tradit, à loco & ſucci bonitate: alios enim in alto mari degere, qui omnium ſint optimi, alios in marinis ſtagnis & cœnoſis litoribus, indeq; lutarios dictos, vel quòd lutum oleant, vel quòd luto veſcantur. Quam diuiſionem ſi admittimus, ordinem inuertemus qui Mullum (quo nomine barbatum intelligimus potiſſimùm, & quæ ab antiquis Mullo attribuuntur huic, non imberbi, tribuenda credimus) primo loco inter litorales piſces collocamus. Rondeletius profectò paulò pòſt longè aliter ſcribit. nam cùm Mullum à Galeno inter pelagios recenſeri videret; Ariſtotelem verò, Pliniumq;, & Oppianum inter litorales; barbatos inquit, in litoribus capi, imberbes in alto mari: quamobrem barbati non differunt inuicem loco, ſed & in hoc quoq; differunt imberbibus. Barbati verò inter ſe ſola ſucci bonitate, ſiquidem alij alga, alij cœno, alij carne veſcuntur, vt ex Plinio dictum eſt: qui Lutarium Mullum non tanquam ſpecie differentem, vt nonnulli arbitrantur, nominat: ſed oſtendit tantùm, aliquos eſſe, qui ſedem non mutant, ſoloq; cœno lutoué gaudent, & rurſus cùm litoralibus gratiam eſſe negat, eos intelligit qui litora nunquam deſerunt. Iam verò imberbes Mullos dari Saluianus negat: nam Sophron (inquit) etſi barbatum Mullum vocauit, non propterea imberbem reperiri ab ipſo innui opinandum eſt, quando, licet quiſpiam riſibiles homines aliquid feciſſe dixerit, non propterea irriſibilem etiam reperiri, inferri debet. Ego Rondeletij ſententiam probo, nec benè verba Sophronis examinauit Saluianus, quæ ſic ſe habent: ἐπεὶ τὸ γένειον ἔχουσι ἡδίονες εἰσὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων, id eſt, *quoniam qui barbam habent, cæteris ſunt ſuauiores*. Quid enim hoc aliud eſt dicere quàm barbatos Mullos ſuauitate præſtare ijs qui barba carẽt? Fallitur præterea Saluianus imberbium Mullorum præter Sophronem, neminem ex veteribus alium meminiſſe cùm dicit: nam & Xenocrates pelagios Mullos diſtinguens, inquit. *Mullus pelagius qui & optimus, perquã rubicundus eſt, igneoq; fulgore & veluti minio auroq; ſplendeſcens, quo à ſaxatili genere maximè differt: barbam quoq; gerit*, manifeſtè indicans ſaxatilem Mullum barba carere. Quem locum Rondeletius non viderit: cùm barbatum litoralem eſſe dicat, imberbem verò pelagium. Xenocrati tamen non ita adhæreſcendum exiſtimo, vt Rondeletij diuiſionem vt falſam refutemus: nam de loco quo degit, diuerſæ ſunt veterum ſententiæ, alij enim pelagium, alij litoralem, alij ſaxatilem faciunt Mullum, & licet Mulli ſimpliciter dicti nomine barbatos potiſſimùm intelligi non dubitem, tamẽ cum & de imberbis loco nihil certũ inueniam, vtroſq; incerta ſede vagari, & modò in hac, modò in illa maris parte viuere, capique exiſtimo. Imberbes hoſce Mullos ſunt qui τριγόλας Sophroni vocari velint, his verbis: τριγόλᾳ ὀμφαλοτόμῳ, καὶ τριγόλαι τὸν ἰυδιαῖον, id eſt *Trigolã vmbilico diſciſſo, & Trigolã tranquillũ*. Dalecãpius ὀμφαλοτόμον vocari conijcit, quòd ei vmbelicus, podexué quàm alijs congeneribus magis pateat, aut minus rotundus ſit: ἰυδιαῖον verò quod in ſummo mari natans trãquillitatem promittat. Equidem probabile eſt Sophronem, cùm ſuauiorem eſſe dicat, cui barba pro-

*Mulli, vt diſtinguẽdi.*

*Barbati vt inuicẽ differant.*

*Plinius explicatus.*

*Imberbes etiam dari.*

*Trigolæan Mullus imberbis.*

pendet, imberbem peculiaribus illis quæ citauimus, epithetis indicaſſe. Adde quod Trigola Cuculo adeò ſimilis dicatur, & forma & partium poſteriorum duritia, (quam indicat idem Sophron, cùm ait. τρίγλας γε πίονας, τριγόλων δ' ὀπισθίων, id eſt Mullos pingues & Trigolarum poſteriora,) vt Typhon in opere de animalibus, quibuſdam Cuculo eundem eſſe dixerit, Cuculo autem ſimilis quoque eſt Mullus, vt patebit, igitur & Trigolas, quem non incongruè Mullaſtrum quaſi degenerem Mullum dicemus. Huius rurſus duas ſpecies Rondeletius exhibet, quarum priorem Mullum imberbem nominat, alterum verò Mullum aſperum à ſquamarum, vt ait, aſperitate, quòd aliud nomen, imo ne mentionem quidem vllam huius piſcis, apud antiquos legiſſet. Saluianus verò barbatum in totidem genera diſtinxit: Et licet quis ex iconibus magnitudine tantùm differre iudicauerit, colore tamen præterea variare ait. E

*Mullaſter, & quot eius ſpecies.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

Sᵃ Peuſippus authore [a] Athenæo ſimiles eſſe tradit Cuculum, Hirūdinem & Mullum. Quam ſimilitudinem Saluianus improbat, quoniam Mullus neq; cum Cuculo, ſi modiculam (inquit) coloris conſimilitudinem exceperis, neq; cum Hirundine vllam habet ſimilitudinem. Mullus enim os paruum habet, ac edentulum: etſi Athenæus falsò ſerratos dentes tribuat. Quid ſi negantis voculam deſiderari hic dicamus? Duo cirri cutacei, albi, vt inquit Rondeletius, (in meo Mullo rubri ſunt) molles, rotundi, longi atq; barbę ſimilitudinem gerentes ex inferiori labro pendent, vt non ſolum [b] Plinius inquiens: *Mulli barba gemina inſigniuntur inferiori labro,* ſed etiam M. Varro, & Cicero, Sophron item & Xenocrates barbatum Mullum cognominantes teſtati ſunt. Capite eſt repando, multis veluti cancellis aureis exornato: in quo ſpinam reperiri ſcribit Marcellus Empyricus, cani ſimilē quæ renibus appoſita vel alligata, miro ſit remedio: ore paruo, edentulo, oculis mediocribus rufis. In meo piſce nigricant, qui ex Hiſpania miſſus eſt, vbi Salmonete dicitur. Squamis magnis & tenuibus tegitur, ſerratis, & vt Rondeletius aduertit, obliquo ſitu diſpoſitis, facilè deciduis alioqui, vt apparet, robuſtis: Author enim eſt Suetonius Tiberium Cæſarem piſcatori, qui ſibi ſecretum agenti grandem Mullum inopinanter obtulerat, perfricari eodem piſce faciem iuſſiſſe: non tamen ſupplicij cauſa quàm dehoneſtamenti, inquit Beroaldus, addens inſuper & ſquamas poſſe lacerare faciem, & concidere: quod Suetoniū intelligere ex eo conſtat, quòd ſubinde gratulanti dicat inter pœnam quòd non & Locuſtam quam prægrandem ceperat, obtuliſſet, Locuſta quoq; os lacerari imperaſſet. G

[a] *Lib. 7.*

*Dentes.*

*Barba.*

[b] *L. 9. c. 17.*

*Caput.*

*Squamæ.*

Totius piſcis figura oblongiuſcula eſt, dorſum repandum, vt vel inde fortaſſis Epicharmus in nuptijs Hebes τρίγλας κύφας, id eſt Mullos gibbos dixerit. Venter planus albicat, cætera purpureus: vnde tenui ſuffuſum ſanguine Mullum dixit Ouidius, & Oppianus Τρίγλη δὲ ῥοδόχροα φῦλα νέμονται id eſt

*His addas roſeo ſplendentes corpore Mullos:*

& Auſonius:

*Solus puniceis auſus contendere Mullis,*

*Figura.*

*Color.*

dixerunt: & Matron Parodus τρίλλω μιλτοπάρηον, id eſt colore miniatio. Expirantem verò verſicolori quadam & numeroſa varietate ſpectari, à gulæ proceribus narrari, rubentiumq; ſquamarum multiplici mutatione palleſcere, vtiq; ſi vitro ſpectaretur incluſus, ex Seneca Plinioq; diximus. Rondeletius ſcribit à capite ad caudam aureas eſſe lineas, quæ euulſis ſquamis euaneſcant: quarum & Maſſarium apparet meminiſſe. Inquit enim Mullum eſſe ſquamis pallentibus, ſeu ad viredinem vergentibus, virgis quibuſdam aureis paralellis; & ſi viuus deſquametur colorem ſanguineum recipere, vt hinc χρυσοπρὸς Plutarcho, & Nauſicrati ξανθοχρόος cognominetur: ita & Brodæus in epigrammate Theætetis ſcholaſtici Troglen ἀνθεμόεσσαν, exponit ſquamis vndiq; pallentibus, ſeu ad viredinē vergentibus. Branchias habet vtrinq; quaternas: ad quas pinnæ ſunt duæ aurei coloris: in ventre totidem candidæ: à podice rurſus alia: in tergore duæ prior ex firmioribus, poſterior mollioribus aculeis cōſtat. Cauda rubet, & in lunatam pinnam degenerat, ac propterea laterum pinnas veluti in acutum tendere Bellonius autumat. Gula parua eſt: paruus item ventriculus innumeris cū appendicibus. Hepar ex albo rubeſcit: Splen nigricat, exiguuſq; eſt; inteſtina mediocria; cor triangulare. [a] Scaliger author eſt Mullo, Fucę & Agono iecur ſiniſtro ventriculi adiacere lateri: Lienem ad dextram partē, quod ſi verum eſt, mirum cur nec Rondeletius nec Bellonius, nec Saluianus memine rint. Vt verò pleraq; quę diximus, minori Mullo Saluiani quoq; conueniunt, ita colore tamen & magnitudine, manifeſtè diſcrepat. Maior enim rubro, minor purpureo pingitur: & vt maior à capite ad caudā aureis lineis inſignitur; ſic iſte iſtiuſmodi lineis carens, lituris quibuſdam flauis atq; liuentibus notatur; quare haud abre Mullum Athenæus totū maculoſum eſſe ſcripſit: Huius præterea ſquamæ, vel modico contactu deciduæ ſunt, cùm illius firmius hæreant: poſtremò cùm hic nunquam palmum excedat, ille ad pedalē etiā magnitudinē excreſcit, vt nō abſurdè quis conijciat minorem iſtū, veterum Mullum eſſe, quādoquidem

*Morientis color.*

*Lineę aureę*

*Branchiæ.*

*Pinnæ.*

*Cauda.*

*Partes interiores.*

[a] *Exer. 226. 15.*

*Mulli minoris Saluiani deſcriptio*

*Squamæ.*



*Magnitudo* quidem mediocrem admodum magnitudinem illi tribuere videntur. Plinius enim author eſt binas libras ponderis rarò admodum exuperare, quod & Martialis comprobat, cùm ait: E

*Nolo mihi ponas Rhombum, Mullumvè bilibrem.* Aliàs & trilibrem vocauit, nec non Horatius: *Laudat*
[c] *L. 2. Serm.* *inſane trilibrem Mullum.* [c] Seneca verò qui quadrilibris & Iuuenalis qui ſex librarum, Mulli meminere, non aduerſantur, vel enim tales ceu rariſſimos ac monſtruoſos celebrarunt, vel aſſentatorum figmenta fuiſſe oſtendunt, tanti ponderis eſſe fingentium, vt bene pecuniam ſuam proceres illi impendiſſe viderentur, id quod Iuuenalis clariſſimè indicat, cùm ait:

*Vt perhibent qui de magnis maiora loquuntur.*

Quamobrem ſi verum eſt octuaginta librarum Mullum in mari rubro captum, vt Licinius Mutianus prodidit, referente Plinio, ſuſpicari ſubit alterius generis fuiſſe. Nam & Xenocrates inquit: *Mulli & Phagri ex India duri exiſtimantur, ſuntq; cetacei, nec inter pariores adnumerati.*

# LOCVS.

[a] *L. 9. c. 17. In Oceano eſſe.* NEgat [a] Plinius Septentrionali Oceano & proxima Occidẽtis parte, Mullos gigni. Secus verò F
ſeſe rem habere argumento eſt Hollandia, vbi non minus quàm alibi, copiosè capiuntur. Galenus pelagios facit; Seneca, ac Aelianus interprete Gillio ſaxatiles: Zenocrates Mullos ſaxatiles quomodo a pelagijs diſtinguat, oſtendimus. Oppiano modò circa humilia litora degunt,
[b] *L. 5. Hi. 9.* modò ſaxatilibus etiam annumerat: quod & [b] Ariſtotelem feciſſe quis ſuſpicari poſſet, vt qui interprete Gaza ſic habet: *Sarda quoq; & ſaxatiles bis pariunt, excepto Mullo*: ſed Ariſtoteles cùm fuſaneos ſemel anno parere dixiſſet, ſubdit, Trichias, & ſaxatiles bis pariunt; τρίγλα μίνπρὶς, id eſt: *Mullus verò ſolus ter &c.* Aliàs enim diſſertiſſimis verbis literalem eſſe ſcribit, & in arenoſis ferè litoribus viuere: attamen cùm idem [c] Ariſtoteles omnes ſaxatiles litorales eſſe dicat, Mullum quoq; extra omnẽ
[c] *L. 8. Hiſt. cap. 13.* controuerſiam, ſaxatilem eſſe intelligit, inquiat aliquis: hoc tamen non voluit dicere philoſophus, ſed omnes etiam ſaxatiles non longe a litoribus verſari: non quòd ſaxatiles propriè vocatos litoreis
[d] *L. 1. Hiſt. cap. 1.* eoſdem faciat, nam alibi litorales & ſaxatiles inuicem diſtinxit. Pro nobis eſt [d] Plinius, qui & ipſe à ſaxatilibus Mullum ſeparat, præcitatum philoſophi locum vertens his verbis: *Bis anno ſaxatiles pariunt*
[e] *L. 9. c. 51. Vt ſaxatilis Senecę dicatur.* *omnes: Mulli ter.* [e] Seneca verò inquiens nihil melius eſſe ſaxatili Mullo, in ſolis ſaxis, vt verè faciunt ſaxatiles, viuere non innuit, ſed qui ibi viuit, meliorem haberi, atq; ita etiam hoc Martialis accipio:

*Ad ſua captiuum quàm ſaxa remittere Mullum* *Viſus erit libris qui minor eſſe tribus?* G

quamuis aliter ſenſerit [f] Xenocrates, cui imberbis Mullus ſaxatilis eſt: & Galenus pelagios ideo vocare potuerit, quòd carnem habeat quàm multi alij litorales, ſolidiorem. Aelianus modò etiam ſaxatilibuſné an litoralibus accenſeat, haud ſatis intelligas: *Mullorum* (inquit) *nonnulli* λιτρώδες *appellantur, à locis quæ incolunt, nomen trahentes, quæ quidem loca habent minuta & rara ſaxa* (πέτρας λίπτὰς καὶ ἀραιὰς) *crebraſq; algas inter hæc interiectas ac intermedias, vbi ſubſidet limus vel arena.* Gillius
[f] *Lib. 10. Epig. 37. Vt Pelagius Galeno dictus.* interpres λιτρώδες ſaxatiles reddidit, Geſnerus aſpratiles quaſi aſperas petras incolentes, quales humiles eſſe canit Oppianus circa mare arenoſum, vbi de petris marinis loquitur: Ἄλλαι γὰρ χθαμαλαὶ ψαμαθώδεες ἄγχι θαλάσσης λιτράδες: Quales petras Aelianus de Cantharo agens, ὄστρεα videtur nominare: *Cantharos* (inquit) *pisces gignuntur in locis quæ ὄστρεα nominantur*: & Oppianus Cantharũ ſcribit ἐν πετρῆσι λιτρῆσιν degere; Cătharus autẽ Ariſtoteli litoralis, & in litoribus iſtiuſmodi petrę numeroſæ colliguntur. Λιτρὰς verò teſte Euſtathio ſaxum eſt, cui λιτράδες id eſt, Patellæ innaſcuntur. Vt vel hinc colligere etiam liceat litorales potius quàm vel ſaxatiles, vèl pelagios eſſe, & in litoribus frequentiùs quàm in alto, aut ſaxoſis promontorijs obuerſari. Adde quod & Ouidius Mullum inter eos piſces recenſet, qui in herboſa arena degunt: Quod ſi tamen λιτρώδες cum Gillio ſaxatiles vertere lubet, non erunt adhuc omnes Mulli Aeliano ſaxatiles, ſed quidam tantummodo, qui in ſimilibus H
locis ſaxoſis degunt. Ex hiſce itaq; omnibus clarum eſſe arbitror, Mullos cùm pro ſedibus ſuis habeant potiſſimùm litora marina, per alia etiam maris ſpacia vagari, adeo vt teſtante [h] Ariſtotele, in mari-
[h] *L. 8. Hiſt. cap. 31.* nis etiam lacubus procreẽtur. Incertæ autem ſedis piſcem eſſe mox ex eodem Ariſtotele rurſus oſtẽdam. Licet verò piſcis ſit marinus, & [i] Plinius inficietur in viuarijs, piſcinisué creſcere, clauſtra tamen, quamuis cum ſumma difficultate & multorum morte, pati, non obſcurè diſcimus ex hoc [k] Columellæ:
[i] *L. 9. c. 17. Clauſtra pati.* *Neq; enim ſi velimus, vt in mari nonnunquam conſpeximus: in vivario multitudinem Mullorum paſcere queamus, cum ſit moleſtiſſimum genus & ferentis indignantiſſimum: rarogi ita vnus aut alter de multis millibus clauſtra patitur.* [k] Clarus M. Varro: *Hortenſius* (inquit) *familiaris noſter cùm piſcinas haberet, magna pecunia ædificatas ad Baulos, ita ſæpe cum eo ad villam fui, vt illum ſciam ſemper in cenam*
[k] *L. 8. c. 17.* [l] *L. 3. de re ruſt. c. 17.* *piſces Puteolos mittere empturum ſolitum: neq; ſatis erat illum paſci piſcinis: niſi eos ipſe paſceret vltrò, ac maiorem curam ſibi haberet, ne eius eſurirent Mulli, quam ego habeo, ne mei in roſca eſuriant aſini.* Et aliàs: *Celeriùs voluntate Hortenſij ex equili educeres redarios, vt tibi haberes Mullos, quàm è piſcina barbatum*

*Mullum*

A *Mullum*. Clariſſimè [m] M. Tullius: *Noſtri autem principes digito ſe cælum putant attingere, ſi Mulli barbati in piſcinis ſunt, qui ad manus accedant*: Et rurſus: *Et videant aliquem ſummis populi beneficijs vſum, barbatulos Mullulos exceptantem de piſcina, & pertractantem*. Ad manus accedere Martialis, etiam innuit, & diſciplinæ quodammodo capaces, dum ait.

[m] L. 2. Epiſ. ad Attic. 16 In Paradoxis.

*Natat ad magiſtrum delicata Murena* *Nomenclator Mugilem citat norum,*
*Et adeſſe iuſſu prodeunt ſenes Mulli,*

Domitio placet, vt ſenes dicantur propter barbam, aut quia diu fuerant in piſcina, quod probo.

# NATVRA. MORES. CIBVS.

MVllus gregalis eſt, vt Ariſtoteles tradit, & ex eo Athenæus. Eodemq; Ariſt. teſte viget autumno. Pamphagus eſt, & nihil non attingit, quod his verbis Aelianus oſtendit: *Mullus piſcis edaciſſimus eſt, omnia ſibi obuia promiſcuè immodeſta quadam intemperãtia bellua-ri cupit*. Enumerat autem iſthæc [a] Plinius: *Mulli* (inquit) *& alga veſcuntur & oſtreis, & limo, & alio-*
B *rum piſcium carne*: ex [b] Ariſtotele nimirum, qui interprete Gaza ait: *Carne alga, concha, & cæno Mullus veſcitur*. Cæterùm etſi Plinius hunc Ariſtotelis locum de carne, priuatim interpreretur de carne piſcium, vt reuera interpretandum eſſe non dubito, humanis tamen cadaueribus etiam non abſtinere volũt, idq; ſubinde ab allatis verbis Aelianus aſſerit, *hominũ* inquiens *& piſcium cadaueribus veſcitur & ſordidiſſimis maleq; olentibus delectatur*: idq, iã ante Aelianũ etiã ſcripſerat Oppianus, hoc prçterea addito, quòd Mullus propterea fçtidis eſcis facilè alliciatur, ſed verſus ex Lippij verſione adſcribã:

[a] L. 9. c. 17.
[b] L. 8. Hiſt. cap. 2.

*Qua carne veſcatur.*

*Triglavorat fœdas ſordes & mergit in aluum* *Hinc illam prædo ſordem malè olentibus hamis*
*Omnes illuuies ponti, non vlla natantum* *Attrahit, & tetro ſemper conuellit odore.*
*Agmina tam turpi victus maculata pudore,* *Affectu ſimili porci Triglaq; trahuntur*
*Infectat & ſola eſcas malè gliſcit olentes:* *In ventrem, & paſtum tanta feritate ſequuntur,*
*Atq; hominum cupidè corrupta cadauera paſcit,* *Spurcitie cedunt Triglis, quantum agmina ponti*
*Obruta cùm vaſto fluctu voluuntur in æquor.* *Tantum terreſtres ſuperat ſus fœda caterua.*

Athenæus itaq; Mullum ſimpliciter carniuorum vocans, herbis alijſq; obuijs quibuſq; abſtinere non indicat. Apparet autem inter alios piſces, Orphos præcipuè proſequi, quod [c] Oppianus videtur dicere his verbis: Τρίγλη δ' ὀρφον ἴπιφρι καὶ ἰσπασι, hoc eſt: vt [*] Scaliger interpretatur. Prouehit ſeſe ad
C Orphi prædam, quem etiam interficit. Cæterùm ſi carniuorus quoq; eſt Mullus, vt tot fidelium ſcriptorum authoritate oſtẽſum eſt, cur eſt, quòd [d] Ariſtoteles Mullum ijs annumeret, qui cùm carniuori non ſunt, per mare tamen vagantur? ſed locum adſcribam quandoquidem Theodorus quædam reliquit: Cùm itaq; philoſophus dixiſſet, *Aquatilium tum ea quæ loco mouentur, tum ſtabilia ijs maximè locis paſci, in quibus nata ſunt*, ſubdit: πλανᾶται γὰρ μάλιϛα τὰ σαρκοφάγα, πάντα δὲ σχεδόν ἐϛι σαρκοφάγα (quę verba Gaza non reddidit) πλὴν ὀλίγων, οἷον κιϛρίας, καὶ σάλπης καὶ τρίγλης καὶ χαλκίδος; id eſt, *Vagantur maximè & oberrant piſcium qui carne alũtur: ſunt autem carniuori illi ferè omnes, præter paucos, vt Ceſtreum, Salpam, Mullum, & Chalcidem, ſiue Aericam*. Ceſtreum autem carne abſtinere & Calcidem quamuis in mari oberret, tamen non carniuoram eſſe, ſuo loco oſtendemus. Ariſtoteles itaque hoc loco Mullum ex ijs exemit ſarcophagis, qui præter carnes nihil aliud attingunt, quiq; viua tantùm maris animalia venantur, vt Mullum etiam oſtenderet per nulla non maris ſpatia oberrare, non ad inſequendos piſces, cùm mortuorum cadauera ad litora, vbi propria eius ſedes, propellantur, ſed loci mutandi tantùm gratia. Quod verò Oppianus, & ex eo Aelianus humanis etiam cadaueribus veſci Mullum dicunt, id à veritate alienum eſſe puto. Antiphanes enim in Butalione paruos piſces commendat, magnos quia homines deuorant, è contrario damnat; eoque
D Mullos ait & Mænas Helenæ fuiſſe cibos, quòd homines non infectarentur. Miratur Rondeletius, cur Plinius laudatiſſimos eſſe ſcripſerit, qui Conchylium ſapiunt, quòd conchylia multò duriore ſpiſſioreq; ſint teſta, quam vt Mulli (inquit) ea diffracta carnem internam vorare poſſint. Verùm ij apertis fortaſſis inſidiantur conchis: appareteq; Plinium id dixiſſe, Leporis mortiferi, id eſt marini cauſa, quem non ſolùm deuorat, vt Aelianus, & Athenæus tradunt, ſed conficit etiam, idq; vt ipſe [e] Plinius addit, piſcium ſolus; licet enim inde omnino noxius non euadat, nihilominus dicente eodem Plinio ingrarior viliorq; fit. Quia verò cœno etiam veſcitur, Sargus authore Ariſtotele eius reliquas ſequitur: nam vbi Mullus lutum excitat; fodere enim poteſt, Sargus deſcendit & paſcitur. Quem locum transferens Plinius non paucis errandi anſam præbuit. *Lutarium* (inquit) *ex ijs viliſſimi generis appellant. Hunc ſemper comitatur Sargus nomine alius piſcis, & cænum fodiente eo, excitatum deuorat pabulum*. Hiſce enim verbis nixi Lutarium Mullum ceu ſpecie ab alijs diuerſum diſtinguunt, cùm vnus idemque Mullus diuerſis pabulis vtatur, vt ex Ariſtotele eodemque Plinio dictum eſt. Inter herbas maximè folia appetit betæ, vt ijs ineſcatus facilè etiam capiatur.

[c] L. 3. Hal. [*] Exer. 222.
[d] L. 9 Hiſt. cap. 37. *Ariſtotelis locus emendatus.*

*Ceſtreus.*
*Chalcis.*

*Cadauere humano non veſci.*

*Leporẽ marinum deuorat.*
[e] L. 9 c. 37. *Sargus cur Mullum ſequatur.*
[f] L. 8. Hiſt. c. 2. *Mullũ lutarii ſpecie nõ diſtingui.*

# PARTVS.

*Vt ter parere dicatur.*

TEr parere Mullum, indeq; Τρίγλαν Græcis nominari, notauimus antea. Sed quomodo ternus iſte partus ſit intelligendus, ab alijs aliter traditum inuenio. Aelianus, Mullum vbi ter pepererit, ſterilem reddi ſcribit, ac ſi ter tantùm ventrem tota ferret vita; gigni enim illi in vtero vermiculos quoſdam qui ſemen eius deuorent. Verùm cùm hoc præter Aelianum nemo tradiderit alius, & contrà Athenæus Ariſtotelem interpretatus quotannis ter parere teſtetur, multi illud Aeliano nõ concedũt. *Ariſtoteles* (inquit ille) *in quinto de animalibus Mullũ ſcribit ter anno parere, cuius rei eo argumento vtuntur piſcatores quòd eius partus quibuſdam in locis ter parvus videatur*. Locum hũc Ariſtotelis paulò antè emendauimus, & ſic legimus. *Fuſanei ſemel anno pariunt excepto Lupo, qui ſolus eorũ bis parit. Trichias etiã & Saxatiles bis pariunt: Mullus verò ſolus ter, quod ex fœtu ipſo intelligitur: ter enim aliquibus in locis partus apparet*: Et ſic quoq;[a] Pliniũ legiſſe apparet, qui ſic tranſtulit: *Mulli pariunt ter anno: his certè toties fœtura apparet*: Et[b] rurſus: *Bis anno pariunt ſaxatiles omnes; Mullus ter*. Iã verò ſi ſic intellexerit[c] Ariſtot. videbitur ſuo ſe aliàs iugulare gladio, *Mullũ* inquiẽs, *& Coracinũ vltimos gregaliũ, & in autumno parere, diutius enim frigus contineri in limo*: nã licet hoc de tertio & vltimo partu intelligi velimus: quid attinebat à philoſopho addi, frigus diutius in limo contineri? ſi enim propter limi frigus partus tẽpus differtur, vt ipſe innuit, vêre quo tẽpore limus adhuc valdè frigidus eſt, parere non poterit, ſed cùm à ſolis calore excalfactus aër, rurſus temperiem quandam induerit: niſi dicamus hoc priuatim pertinere ad Coracinum, quem ibidem longo temporis ſpatio vterũ ferre ſcribit. Tetigit quidem iſthæc Rondeletius, cæterùm nihil definiuit. Mihi inclinat animus, vt ter quotannis quidem pariat, ſed bini partus propter limi frigus magna ex parte intereant, tertius autem ſuperſtens ſit.

[a] *L. 9. c. 17.*
[b] *L. 9. c. 51.*
[c] *L. 6. Hiſt. c. 17.*

*Ariſtoteles defenditur.*

*Coracinus quoties pariat.*

# SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

*Cum lepore marino.*

LEporem marinum qui nobis, alijſq; animalibus lethalis eſt (ab eo enim abſtinent) non ſine occulto aliquo naturæ priuilegio à Mullo deuorari conficiq; credendũ eſt: quo ſine etiam fieri non poſſe videtur, quod cùm hebetata aſpectu fæminarum quæ menſes patiuntur, ſpeculanitorem non recipiant, reſoluatur ea omnis vis, ſi ſecum habeant Mullum piſcem, vt Bythus Dyrrhachinus apud Plinium author eſt: addens inſuper contra omnia maleficia quæ menſtruis mulierum inſunt (ſi ineſſe credi poſſit) auxiliari Mullum. Eſt item peculiaris ei cum Torpedine antipathia; cuius meminit[d] Alexander Aphrodiſæus his verbis: *Nemo ignorat Torpedinem marinam per funiculum cerpori ſuperem inducere, cui Trigla contracta contraria vi reſiſtit*.

*Cum ſpeculis menſtruo infectis.*

*Cum torpedine.*

[d] *In præfat. lib. 1. probl.*

# VSVS IN CIBIS.

*Vbi laudatiſſimi.*

QVàm luxuriosè coleretur Mullus, ab exordio diximus. Vbi addendum etiam erat, quòd, licet vbiq; locorum natus in pretio haberetur, eſſent tamen loca quæ præcipuè laudatos darent. Celebranturq; prę cęteris apud priſcos teſte Polluce Ionici; ab Actio Syncero qui ad rupes caperentur Herculeas, vt indicat inquiens:

*Dat Rhombos Sinueſſa, Diarchi littora Pagros,* *Herculea Mullum rupes.*

Varrinus omnium optimos Aexonicos ſcribit vocari. Laudatq; hoſce Nauſicrates apud Athenæum his verbis: *Sunt inter Mullos, præſtantiores quidam, flavi coloris, quos Aexonicum mare omnium optimos in illis locis alit*. Cratinus contrà eorum eſum improbat. Aexonia Magneſiæ vrbs eſt. Archeſtratus cùm commendaſſet Mullos qui iuxta Tichiuntem capiuntur, ſubdit:

Κἂν Θαυφιὸν ᾖ πρίγλαν καὶ ψαίμονα λάβῃ  Ἐν δ' ἰρυθραῖς ἀγαθὰ θηρεύεται ἀγκυλῖτις.

Eſt Tichius caſtellum prope Tachinam Campaniæ oppidum. Erythræ verò ciuitas Aſiæ non longè à Chio. Corſica quoq;[e] & Tauromenitanæ rupes celebrantur à[e] Iuuenale:

[e] *Satyra 5.*

*Mullus erit domino quem miſit Corſica, vel quem* *Retibus aſſiduis penitus ſervante macello*
*Tauromenitana rupes, quando omne peractum eſt,* *Proxima, nec patitur Tyrrhenum creſcere piſcem,*
*Et iam defecit noſtrum mare, dum gula ſevit* *Inſtruit ergo ſuum provincia &c.*

Tauromenium Siciliæ vrbs erat. Nunc ſi Perrotto credimus præſtantiſſimi capiuntur in mari Tirrheno iuxta Corniculum & Tarquinios: Iouius verò etiam Romæ, hyeme & ſuburbano in mari captos maximè prædicari ſcribit, & Ligurticis Venetiſq;, ac Neapolitanis non eam ſaporis gratiam eſſe, quanquam multò ſæpè grandiores in conuiuia veniant. Rurſus quò longiùs à litoribus capitur, eò magis præſtat, argumẽto eſt corporis color rubicundus, igneuſq; fulgor & aureus. Illic enim purior

*Optimi color.*

aqua

A aqua eſt, mareq; haud herboſum, haudq; limoſum. contrà qui luto viuunt, ſiue vt Plinius vocat Lutarij, omnium peſſimi ſunt: damnanturq; à Galeno, vti etiam, qui cancellis victitant. *Optimi* (inquit) *Mullis ſiunt, vt & alij piſces omnes, tum propter mare purum; tum maximè propter alimenta, nã qui cancellos vorant, grauiter olent, & inſuaues ſunt, & ad coquendum difficiles, & mali ſucci. Dignoſcuntur ſi prius quidem quàm veſcare, ventrem reſeraueris: inter veſcendum verò ipſe ſtatim guſtus & olfactus iudicium adfert.* Laudatiſſimi, vt ex Plinio diximus, conchilium ſapiunt. Erat præterea reddenda ratio, cur gulæ proceres magnos paruis præferrent, cùm vel ipſo Galeno teſte paruis ſint inſuauiores, & ad coquẽdum difficiliores. Reddit eam Iouius, videlicet quòd maioribus & maiora capita, & ampliora iecinora ad condienda varia pulmenta ſint, Citat autem hoc Horatij. *Laudas inſane trilibrem Mullum, in ſingula quem minuas pulmenta neceſſe eſt.* Vt verò rationem à Iouio allatam non improbo, ita mihi tamen longè quid aliud poẽta dicere videtur: addit enim:

*Vbi peiores, & qui.*

*Cur maximi minoribus ſ tioſiores.*

*Horatius explicatur.*

*Ducit te ſpecies video. Quò pertinet ergò Proceros odiſſe Lupos? quia ſcilicet illis*
*Maiorem natura modum dedit: his breue pondus,*

Trilibrem itaq; Mullum dixit, non quòd magnitudinem iuuare iudicaret, ſed quia ſubtilioribus palatis & faſtidioſis ſtomachis, Mullus maior, Lupus verò paruus, vel mediocris delicatior videretur, li-
B cet vtriq; commune ſit, vt quo maior, eo durior euadat. Illud modò, *in ſingula quem minuas pulmenta &c.* Acron ſic intelligi vult, ac ſi diceret, totum ſuaue eſt quod finitur, quod in partes diuidi non eget: cæterùm cùm & ex hac interpretatione, quid certi vix intelligi poſſit, crediderim poëtam hoc dicere velle: Ideoné Mullum maiorem præfers, Lupum verò minorem, quòd natura ipſa hunc maiorem, illum minorem eſſe voluerit; vt ſcilicet ironia ſit, & gulæ iudicium plerumq; naturæ aduerſari oſtẽdatur. Caput autem & iecur maximi habita fuiſſe, Galenus quoq; teſtatur his verbis: *Mulli hepar propter voluptatem à guloſis ſummoperè expetitur:* & mox: *Guloſi caput quoq; laudant, & ſecundas poſt iecur ferre prædicãt:* & rurſus paulò inferius: *Cum quendam aliquando* (inquit) *interrogaſſem, qui ingenti pecunia pregrandes Mullos emerat, quid eſſet quòd illos tantoperè expeteret, reſpondit ſe primùm illos propter hepar tanti emiſſe, tùm autem & propter caput*; vt conijcere liceat, hinc Matronem Parodum, Mullum ἱπποδάμον, id eſt magnum (nam ἵππος in compoſitione auget, niſi dicamus ſic cognominaſſe, quòd in eius emptione nõ aliter, ac circa τῶν ἵππων, id eſt, equorum curam ingens eſſet ſumptus; vel equeſtrem dixiſſe pro magnifico, vt fieri videmus in nobiliorum hominum nominibus, vt ſunt Hipparchus, Hippocoon, Philippus.) κάκιον: id eſt malum, hoc eſt, emptoribus propter pretij magnitudinem noxium, & eorum ſubſtantiam vtcunq; magnam (qualis equeſtris cenſus erat) perdat
C atq; conſumat. Inuenio autẽ magnos voluiſſe eſſe Mullos, vt inexplebilẽ in pretioſiſſimo obſonio gulam explerent. Huc enim ſpectat illud Senecæ. *Quare autem non pondus adijcio, & aliorum gulam irrito?* idq; monet Philoxenus poẽta, piſcium delicias mirè appetens. Cùm namq; apud Dionyſium aliquando cænaret, Dionyſioq; magnum, & ſibi paruum appoſitum Mullum cerneret; auribus eum admouit, vt ex Phania recitat Athenæus: quærentiq; facti cauſam [f] Dionyſio, reſpondit, ſe cùm hoc tempore Galateam conderet, voluiſſe à piſce de rebus Nerei aliquid cognoſcere: illum verò reſpondiſſe, ſe natu minorem captum eſſe, neq; dum his de rebus aliquid nouiſſe: maioré autem [b] Dionyſio appoſitum, ex quo reſcire omnia poſſit. Tum ſolutus in riſum Dionyſius grandem ſuum Mullũ Philoxeno miſit. Idem etiam innuit Martialis inquiens,

*Philoxeni arguum differium.*

[f] *Lib. 1.*

[b] *L. 10. Ep. 37.*

*An Laurentino turpes in litore ranas,* *Ad ſua captiuum quam ſaxa remittere Mullum,*
*Et ſatius tenues ducere credis Acos?* *Viſus erit libris, qui minor eſſe tribus?*

Quod modò ad carnis ſucciq; qualitatem attinet: plus æquo ab antiquis celebratos fuiſſe hos piſces, vel ex eo cõſtat, quòd nec ſucci bonitate, nec ſaporis gratia cum plurimis alijs, vt Lupis, Vmbris, Sturionibus, ſimilibuſq; delicatis alijs, nulla ex parte comparandos eſſe Galenus cẽſeat, inquiens nequaquam ſibi tantæ videri ſuauitatis, neque tantam corpori vtilitatem adferre, vt tantoperè ſint concupiſcendi. Adde quòd non pauca etiam in ſe habeat nocumenta, quæ modò enumerabimus. Xenocrates verno tempore, ait præſtantiores eſſe, quòd tunc oua pariant. Aliàs Mullum obſoniorũ præſtantiſſimum eſſe dixit, & ſtomacho idoneum, & boni ſucci, & ori gratum, carne plana, difficilem ad corrumpendum, & mediocrem ad excernendum. Cornelius Celſus, Mullos, & Lupos, inter eos enumerat, qui medij ſunt inter teneras duraſq; carnes habentes: cæteri ferè probatiſſimi ſcriptores duram carnem Mullo tribuunt, vt Diocles apud Athenæum, Philotimus apud Galenum, qui (Philotimus) Mullos omneſque alios durioris carnis piſces non ſolùm concoctu difficiles eſſe ait, & craſſos ſuccos, ſed & ſalſos procreare, quod poſtremum tamen Galenus refellit. Pſello etiam difficilè concoquuntur, ſed multum alunt. Qualitatem autem carnis omnium diſertiſsimè indicauit [c] Galenus: *Mullus* (inquit) *omnium fermè aliorum piſcium carnem habet duriſſimam & valdè friabilem, quod idem ſignificat ac ſi dicas, nihil in eo lenteris eſt atq; pinguedinis: nutrit certè cùm probè confectus fuerit: diximus autem antea quod cibus durior, & craſſiorum partium, & (vt ſic dicam) terreſtris alimentum præſtat copioſius quàm humidior aut mollior, præſertim quando præter id ſubſtantiam habeat corpori alendo idoneam*

*Carnis qualitas examinata.*

[c] *Lib. 3. De alimentis.*

*Alimẽta copioſiora ex quibus cibis*

*ideoneam ac familiarem: qua ſubſtantia voluptate indicatur. Nam alimenta quæ tota ſubſtantia ab alendis animalibus ſunt aliena, ea aut non prorſus aut inſuauiter manducantur: ex familiaribus verò quemadmodũ humidius minus nutrit, ita coquitur facilius & deſtribuitur. ergò Mulli caro iucunda quidem eſt, vt quæ alimentũ quidẽ eſt hominũ naturæ accõmodum; & quanquã alijs piſcibus ſit durior, mandi tamen quotidie poteſt propterea quòd friabilis eſt, & pinguedinis expers cũ quadam acrimonia, nã pinguia & lenta cibaria ſtatim vt ſumpta ſunt, celeriter implent, & appetentiam euertũt.* Eadẽ fermè repetit Actuus, qui pariter in curatione colici affectus à frigidis & pituitoſis humoribus, Mullos, Scorpios, & Paſſeres, nutrimenti quidem & roboris gratia omnium ait gratiſſimos eſſe: grauiorem verò omnem habitum reddere, ideoq; frequentiorem eorum vſum vitari oportere. Diphilus; quoq; carnẽ Mulli ſtomacho gratam eſſe tradit, modicè aſtringentem, duram, & ſi aſſetur, aluum ſiſtentem; frixam verò grauem, & coctu difficilem. Alibi etiam Galenus Mullos, quòd dura ſit eorum caro, & excrementorum expers, negat ad talicẽdum idoneos eſſe, quia nimirum macri ſunt, vt mirari ſubeat cur Sophron pingues eos vocauerit. Suadet idem Galenus, vt niſi exenterati coquantur, non quòd ſordida depaſcantur, ſed quia item marinum Leporem: abiectis enim inteſtinis ventriculoq; minus periculoſos eſſe. Veneti cùm ſciant duriori carne eſſe, Mullos, vt Bellonius teſtatur, incoquunt, & in ſucco acido piperatoq; immergunt, quo modo incorruptos diutius conſeruantes per vrbem vænales circumferunt. Iouius ritè ſalubriterq; incraticula coqui ſcribit, futurumq; multò ſapidiorem, ſi petroſelini ſubfrixa folia atq; inſtillatus cum oleo arancinus ſuccus acceſſerint: quem apparatum commendari quoq; tradit Saluianus: frictos tamen & eodem ſucco irroratos etiam edi ſolere ait; Quod ſi verò fricti ſtatim in acetum aromatibus & croco conditos immerſeris, non ſapidiores ſolùm, ſed dies etiam aliquos duraturos reddi.[d] Platina captos & vulneratos ferula verberãdos monet, aliterq; percoqui poſſe negat: ſicq; elixari & aſſari: Vult autem vt elixentur, ſimiliter ac Thunnus ſolet: aſſos verò pipere, ruta, nucleis (allij nempe) tunſis, acetoq; aut agreſta perfundi. Aliàs verò Trilliam curti capitis piſcem eſſe ſcribit & groſsi, caudamque in acutum ducere: Integram nec exenteratam aſſandam eſſe, ac muria aſpergendã. Ad dies octo, aut decem duraturam ſi patina altera ſupra alteram poſita, ſalimola conſperſa fuerit. Bartholomæus Scappus cocus Pontificius, ſi lutarius fuerit, inteſtina per vmbilicum eximi iubet, iecur relinqui, quòd in hoc ſit ſumma piſcis gratia: ſin ex pura aqua gaudentibus, non ſolùm non vult exenterari, verùm etiam ne ſquamas auferri, integrumq; ſale modico, aceto, fœniculo conſperſum ſuper craticulam lento igne coqui, iiſdemq; rebus ſæpiuſculè irrigari, moxq; affuſo mali aurantij ſucco inferri. Squamis verò ſpoliari ſi in ſartagine coqui placeat. Antiqui ganeones, ac inter eos culinariæ artis ad omnem luxum archimagirus, Mullos in garo enecatos ſapidiores fieri docuerunt: quod meminit Plinius his verbis: *M. Apicius ad omne luxus ingenium mirus in ſociorum garo (nam ea quoq; res cognomen inuenit) necari eos præcellens putauit.* Saluianus arbitratur ſic legendum fortè eſſe, *ſiccare eos præcellenter.* Ego nihil moueo. Nam & ex Seneca dixi, alios necare Mullos in garo, & condire viuos, & in eodem ſenſu Plato Comicus, *ἐν σαπρῷ γάρῳ* (inquit) *βάπτοντες ἀποπνίξωσί με*, id eſt, *in putrido garo mergentes ſuffocant me.* Galenus item author eſt, quoſdam Mulli hepar, neper ſe quidem etiam mandere dignatos eſſe, ſed garulæum quod vocant, in vaſe cum paxillo vini præparantes, in eo viſcus ipſum tantiſper comminuere, quoad totum ſimul & humidis præparatis, ſuccus vnus fiat ſimplex ad ſenſum ac ſimilaris, & in ea tinctas Mulli carnes edere. Idemq; Apicius, vt ibidem Plinius refert, ex iecore Mullorum alecem excogitauit: & ipſe quoque inquit. *Alex pernenit ad oſtreas, echinos, urticas, Cammaros, Mullorum iecinora.* Ius in Mullo taricho conditaneo apud eundem: Piper, rutam, cepam, dactylum, ſinapi trito commiſcebis echino oleo, & ſic perfundes piſcem frictum, vel aſſatum ſalſum, ſine ſalſo. Aliter: ſine ſalſo, iecur coques, teres & mittes piper, aut liquamen, aut ſalem, addes oleum, iecur leporis, aut hædi, aut pulli, & ſi volueris, in formella piſcem formabis, oleum inſuper viride affundes. Aliter, vicem gerens ſalſi: Cuminum, piper, liquamen teres & paſſi modicum vel careni, & nuces tritas plurimas admiſcebis, ſimulq; conteras, & ſalibus imbues, fundes oleum quod modicè inſtillabis & inferes. Aliter: ſalſum in ſalſo: Cumini quantum quinque digitis poteſ tollere, piperis dimidiam eius quantitatem, & vnam ſpicam allij purgatam teres, liquamen ſuperfundes, olei modicum ſuper inſtillabis. Hoc ægrum ſtomachum valdè reficit, & digeſtionem promouet. Ius in Mullos aſſos ex eodem: Piper, Liguſticum, rutam, mel, nucleos, acetum, vinum liquamẽ, & olei modicum, calfacies & perfundes. Aliud ius in Mullos aſſos eiuſdem habet rutã, mentam, coriandrum, fœniculum, omnia viridia, piper, liguſticũ, mel, liquamen & olei modicum. Quod ſi verò quis hoc piſce careat, vt fit in locis procul à mari diſſitis, patinam Mulli vicẽ explentem ex eodem [f] Apicio accipiat. Salſos piſces radet, in patina nuda componet, & adijciet olei quantum ſatis videbitur, faciet vt ferueat: cùm ferbuerit, muſſum mittet aut paſſum, piper aſperget & inferet. Nunc quibus proſit, quibuſq; noceat, dicamus.

*Ad ſaliendi inepti.*

*Apparatus moderni.*

[d] *L. 10. c. 3.*

[e] *Cap. 31. Trillia.*

*Apparatus antiquus.*

*Hepatis præparatio.*

[f] *Lib. 4. c. 2.*

VSVS

## A VSVS IN MEDICINA.

AEtius frequentem, vt dictum eſt, Mullorum vſum interdixit in colico affectu à frigidis & pituitoſis humoribus. Noxius præterea eſt, qui hæmorrhoidas aliaſq; ſanguinis patiuntur fluxiones: ſanguinem enim teſte Diphilo attenuat, & hæmorrhoidum excretionem mouet. Aliàs tamen carnem Mulli modicè aſtringentem eſſe ait & aluum ſiſtentem, maximè ſi aſſetur. Ita & aloe ſua natura aſtringit cùm intra aſſumpta, tùm foris applicata: cùm multus & frequens eius vſus ora venarum, ac maximè hæmorrhoidum referet. Oculorum acies cibo horum piſcium hebetari Plinius author eſt, cæterùm hoc quoq; Dioſcorides frequenti eſui aſcribit, ex quo fortaſſis Plinius id acceperit. Inhiberi eo etiam libidinem inuenio. Terpſicles in libro de Venereis, vino in quo ſuffocatus fuerit Mullus, virum ad Venerea impotentem reddi tradit, mulieremq; non concipere: cuius maleficij in viris potiſſimùm cauſa videtur eſſe, quòd neruos lædat: lædere autem neruos Mullorum eſum, Plinius ſeſe apud authores inueniſſe aſſeuerat, vt è contrario quæ ad Venerem incitant, ea fermè neruos vel roborant, vel inflant & intendunt. Conceptus verò fœminarum à menſtruis dependet, quibus
B cùm Mullus naturali quadam vi aduerſetur, non mirum ſi item conceptum impediat. Huc ſpectat itaq; illud Platonis Comici, ſeu potius Philoxeni, ex quo id Plato, apud [a] Athenæum:

*Quibus noceat.*

*Aloës contraria facultas.*

*Veneri inimicus.*

[a] *Lib. 1. & 7*

Τρίγλαν δ' ἐκ ἐθέλει νεύρων ἐπιπάρος εἶναι
Παρθένε Ἀρτέμιδος γὰρ ἔφυ, καὶ σύμπατα μίσει.
*Iam Mullus nullo vult ſeſe fune ligari*
*Compreſſus odit caſtæ ſacer ipſe Diane*
*Scorpius in ventrem delapſus te ſatiato.*

cæterum prioris verſus aliis, qualem nimirum innuebam, ſenſus eſt. νεῦρα enim non funem, ſed neruum intelligit id eſt, vt Euſtathius exponit, membrum genitale, etſi interim cæteris quoq; neruis ſit inimicus, vt Plinius teſtatur. Tradit autem Albertus eos qui Mullis veſci conſueuere, ad libidinem refrigeſcere: eã enim extinguere, tantaq; vi homini cõmedent vim ſuam infundere, vt ipſum quoq; olere ſentiatur. Aliud deniq; nocumentum adfert in vino necatus, nam bibentibus vini tœdium inducere Athenæus affirmat, & ante eum Plinius, qui pariter inueteratos tritoſq; vomitiones concitare tradit. Atq; hæc de nocumentis: nunc de iuuamentis dicendum. Prodeſt in cibo ſtomachicis, vt [b] Archigenes meminit apud Galenũ: Aſsus peculiariter torminoſis, teſte [c] Marcello Empirico. Alex. Trallianus agens de dyſenteria hepatica ex intẽperie frigida, *ex piſcibus dare* (inquit) *conuenit præ cæteris*
C *Mullos: hi enim aſſi omnibus proſunt, magiſq; ſi in prunis aſſi ſint.* Garioponticus Sargos, & Mullolones, (Mullos interpretor) præſcribit hydropicis. Alex. Benedictus tempore peſtis commendat ex piſcibus Mullum barba inſignitum, & marinum, & fluuiatilem, cùm ſit longè diuerſa vtriuſq; natura, fluuiatiliq; ne nomen quidem Mulli conueniat. Cinis ſalſamentorum Mulli authore Plinio diſcutit. Galenus tamen Mullos ſalſamentis idoneos eſſe negat, Marcellus ſcribit carnes ex eorum capitibus decoctas, & cum melle ſubactas vitijs ani plurimùm prodeſſe. quidam etiam capite vtuntur cum melle ad cãbunculos diſcutiendos, vt Plinius refert, cui & cinis è captie dolores ſedis iuuat. Teſteq; [d] Dioſcoride Mullus recens diuulſus imponitur morſibus Draconis marini, Scorpionis, & Aranei: quem locum [e] Galenus citare videtur his verbis: *Animalia quædam viua diſſecta locis diſſecta imponi aiunt, vt Draconem marinum aduerſus ictum proprium, & ſimiliter etiam Mullum aduerſus Draconis ictum.* Plinius item meminit, ſed paullò aliter quàm Dioſcorides: *Auxiliatur* (inquit) *Mullus contra Paſtinacas, & Scorpiones terreſtres marinoſq; & phalangia illitus ſumptuſue in cibo*: Et alibi: *Percuſſis à Paſtinaca medetur Mullus, ac leſer.*

[b] *Lib. 2. c. 10*

[c] *L. 3. de cõp. med. ſec. loc. cap. 4.*

[d] *L. 2. c. 9.*

[e] *L. 1. de Simpl.*

## D VSVS IN SACRIS.

MVllum piſcem (inquit Hermolaus) Proſerpinæ, item Dianæ ſacrum fecêre Græci. Cur non etiam dixit Hecatæ? Erat enim Athænis, teſte Athenæo locus quidam Trigla, id eſt Mullus vocatus: vbi hîc piſcis Hecatæ Triglathenæ; aut vt communiter legitur, Triglanthenæ, ſacratus erat. Cæterùm ſunt vnius eiuſdemq; deæ nomina, nimirum Dianæ: quam in cælo Lunam vocari volunt, in terra Dianam; apud inferos Proſerpinam, ac Hecaten; vndè veteres cænam perparcam, & impendiò frugalem, Hecatę cænam appellabant, quòd apud inferos tenuiſſimo victu minimoq; cibo, eoq; viliſſimo viuitur, iuxta poetarùm theologiam. Cur modò hiſce deabus, ſeu huic potius deæ ſacer haberetur Mullus, alij aliter referunt, vti ex Athenæo conſtat, qui tres diuerſas ſententias recitat. Cùm enim ad declarationem Platonis Comici verſuum:

*Mullus quibus ſacer eſſet.*

*Dianæ nomina.*

*Hecate cæna quid.*

*Cur Diana ſacer.*

Τρίγλαν δ' ἐκ ἐθέλει νεύρων ἐπιπάρος εἶναι, Παρθένε Ἀρτέμιδος γὰρ ἔφυ καὶ σύμπατα μίσει.
*Mullus non vult neruorum amicus eſſe:*

*Eſt enim*

*Eſt enim Dianæ ſacer, propterea q; arrectam pudendum edit*: dixiſſet: *nam Hecatæ ob affinitatem nominis Mullus tribuitur*. Τριοδῖτις γὰρ καὶ τρίγλωσος, καὶ τριακάσι δὲ αὐτῇ τὰ δεῖπνα φέρουσι, id eſt, *Triuia enim eſt* (Hecate) *& tres oculos habet* (ſic cum Caſaubono aliiſq; eruditis τρίγλωσον verto, non autẽ a τρίγλη, id eſt Mullus, deduci puto vt Dalechãpius, qui vel a piſce, vel à loco in quo Triglantinæ Hecatæ ſacrificia fiebant, Hecatem ſic appellari annotauit. γλῆναι enim ſunt oculi. ſed cùm τρίγλωσος Hecate dicatur, γλωσσα eſt facies, à parte eius præcipua) *hæc trigeſimo ei cuiuſq; menſis die cænam apponunt*: idq; ex Apollodori libro de dijs confirmaſſet, qui & ipſe dixit Hecata ſacrificari Mullum lucr. Triglam ob nominis congruentiam, quia triformis dea ſit: addit item Melanthij & Hegeſandri Delphi ſententiam quorum ille in libro de myſterijs Eleuſinijs Dianæ Triglam, & Manda ſcribit immolari, quoniam etiam marina eſt Hecate. Et ſanè Diana etſi ſyluicultrix, marino tamen colebatur ſimulacro. Atq; huc refero Antiphanis ſententiam de Hecates epulis: E

*Mullo Dianæ immolatus.*

*Magnos enim hos omnes exiſtimans* *Anthropophagos? Qui enim homo comederet?*
*Anthropophagos piſces. Quid ais amiciſſime* *Profecto hæ ſunt Hecates epulæ,*
*Quas hic Manas, & Mullos vocat.*

Hegeſander verò in eiuſdem feſtis & ſacris Mullum ideo offerri, quòd illum exiſtiment venenatum & mortiferum leporem marinum ſtrenue perſequi, & conficere: quamobrem cùm ſalutis hominum F
cauſa id faciat, venatrici deæ venatorem Mullum dicari. Simile quid tradit etiam Plutarchus his verbis: *Mullum Dianæ ſacerdotes colere & Lunonis apud Argiuos antiſtitem ob animalis reuerentiam ab eo abſtinere: marinum enim leporem exitialem homini Mulli necant, comprimuſq; infeſtant: quare tanquã hominum amantia & ys ſalutaria animantia ſecuritatem obtinere*. Addit huic rationi aliam præterea Aelianus, quod ter anno pariat Mullus. Quid ſi & nos addamus, quòd Venerem extinguat, cùm ſit virginitatis ſtudioſa & amatrix dea. Pythagoram itaq; qui à Mullis quoq; abſtineri voluit, vt Suidas, & Laërtius tradunt, vel ad Hecatæ deæ ſacra, reſpexiſſe Lilius Gregorius Gyraldus autumat, vel quòd per eum ternionis numeri myſterium coleret, cùm eum numerum in ſacris adhibendum putauerit, vt ex Ariſtotele, Euſebioq;, ac Auſonio ipſe demonſtrauit.

*L. 9. c. 51.*

*Pythagoras cur à Mullis abſtineret*

# GRIPHVS.

A Enigma Antiphanis de Pinna, & Mullo recitatur ab Athenæo

Πίννα καὶ τρίγλη φωνὰς ἰχθύδι ἔχουσα, Οὐκ ἐλάλουν. ἦδη γὰρ ἐμάνθανον ὅστε πρὸς ἃν μὲν G
Πολλ' ἐλάλουν, περὶ ὧν δὲ πρὸς ὀλίγ' ἦν τί λέγειν, Ἦν αὐ ταῖς ὁ λόγος, πρὸς δ' αὖ τὰς
πολλὰ λαλήσας, Αὐτὰς ἀμφοτέρας ἡ Δημήτηρ ἐπιτρίψει.

Griphus eſt obſcurior, quam vt inde quicquam certi conſtitui poſſit. Difficultas in his potiſſimum verbis ἐλάλουν, ἐπιτρίψει, & δημήτηρ. Λαλεῖν Dalechampius interpretatur ſtridere, quia piſces cùm in ſartagine coquuntur, ſtridere ſolent: & δημήτηρ ἐπιτρίψει, farina obuoluentur, vt ſolent plerumq; qui in ſartagine friguntur. Ceres enim farinæ præſes eſt, legit namq; ἐπιθρίψει, & vertit, nutriet. Cæterùm hæc expoſitio ſenſum non habet. Nam piſces in ſartagine coquendi, priuſquam ſartagini injiciuntur, farina obuolui ſolent, deinde frigi: & Mullis quidem is coquendi modus conuenit: pinnæ verò non item: ex conchylijs enim eſt, ijſdemq; maximis, quæ in craticula coqui ſolent, vel elixari: nec ſtrident iſtiuſmodi Conchylia, nec deniq; farina obuoluuntur. Quamobrem in tam obſcuris tenebris, ſi Oedipi potius quàm expoſitoris partes egero, lector beneuolus boni cõſulet. Conijcio itaq; pro Πίννα legendum eſſe πῖνα, id eſt ſquatina (quanquam reuera omnes codices quos videre licuit habeant πίννα) vt ænigma ſit de duobus piſcibus, delicato, ac pretioſo vno, altero vili, & abiecto, qui in ſartagine ſtridentes, ceu fortunam ſuam deplorantes, quia iam proxima menſa ſint dilacerandi, quamuis ille Hecati ſacer ſit, & humano generi vtilis, vt qui leporem marinum venatur, & conficit; hæc verò ob H
carnis malitiam cibo ſit ineptus. lego enim etiam ἐπιπρίψει, id eſt conteret, vt ſit totius Griphi ſenſus: Squatina, & Mullus, cùm aliquando piſciculi eſſent voce præditi; Multa loquebantur; de quibus verò ſe putabant aliquid dicere, non dicebant: nec vllus intelligebat cùm quibus ſermonem haberent. Eos autem ambos, vtcunq; loquaces Ceres confeſtim atteret.

DE

A

Mullus Geſneri, qui minor Saluiani videtur.



B

# DE MVLLIS IMBERBIBVS.
## Cap. II.

IMberbis Mullus (inquit Rondeletius) is eſt qui à noſtris Imbriago dicitur ab inſigni rubore: ebrioſis enim, quos imbriagos noſtri vocant, ſæpius rubet facies. Ab hoc igitur exaturato, & ſplendido rubore piſci iſti nomen à noſtris datum eſt. Piſcis eſt marinus, rarus, Hirundini, & Cuculo corporis figura ſimilis, colore magis rubro. capite magno, ſtellulis celato. Oculis magnis. Ore paruo, cuius pars interna cinnabaris colore eſt, vt in Hirundine, ſine dentibus. Os branchias operiens in aculeos terminatur ad caudam ſpectantes. Ad branchias pinnæ ſunt duæ rubræ cum appendicibus aliquot, vt in
C Hirundine, & Cuculo diximus: in ventre duæ aliæ. Cute aſpera contegitur & rubra in dorſo & lateribus; nam ventre eſt candido, ad quem è dorſo lineæ multæ ductæ cernuntur. A capite ad caudam dorſo medio ſunt acutorum officulorum ordines cauum efficientes: è cuius medio pinna rubra aculeis conſtans erigitur, cuius pinnæ aculei parum ferrati videntur, id quod in nullo alio piſce præterquam in eo qui Sagittarius vocatur, comperi, quamquam Anthiæ idem tribuant veterum ſcriptorum nonnulli. Sequitur alia pinna veluti è mollioribus pilis conſtans. Cauda rubra eſt, Scorpionis caudę ſimilis. Ventriculum paruum habet cum appendicibus multis & longis. Deniq; partibus omnibus internis Mullo barbato ſimilis eſt. Vére ouis multis diſtentũ ventrem habet. Carne eſt dura ſiccaq;. Hunc piſcem ex Mullorum genere eſſe, certiſſimo ſunt indicio tum maxima cum Hirrundine, Cuculo, Mullo barbato ſimilitudo, tum inſignis ſplendiduſque rubor: nihilq; omnino reclamat,

*Nomen.*

*Deſcriptio:*

*Sagittarius piſcis.*

Mullus imberbis Rondel.



D

niſi quòd veteribus parum notus fuiſſe videtur, qui de ſolo Mullo barbato videntur ſcripſiſſe. Hæc ille; cuius Mullus imberbis alter, ſuis Cauillone dictus à lignei claui, qui cauille ipſis vocatur, corpore eſt breui, terete, digiti magnitudine: colore minij, vel valde purpureo. Capite, branchijs, pinnis, Mullo proximo deſcripto ſimilis: ſed ſquamas habet paruas, ſerratas, obliquè ſitas. A capite ad caudam lineam ex ſquamis contextam. Pinnarum quæ ad branchias ſunt, color eſt varius: nam parte exteriore candidæ ſunt, interiore ex viridi nigreſcunt, quemadmodum Milui pinnæ. Ventriculo eſt paruo cum appendicibus paucis. Hepar habet candidum, ſine felle longius quàm in alijs huiuſmodi piſcibus: ſplenem paruum ex rubro nigricantem. Branchias quaternas duplices. Carne eſt dura ſiccaq; à Cuculi carne non diſcrepante. A ſquamarum aſperitate Mullum aſperum nominauit.

*Alterius deſcriptio*

Ab

Digitized by Google



A

Mullus aſper Rondel.



Ab hoc aſpero Mullo plurimùm differt, piſcis noſter, quadruplo maior, capite Mulli barbati modo aureis cãcellis ornato, in cuius vertice aculeus eſt, ruber ité vtrumq; caput, totumque dorſum & pinnę omnes & tres poſteriores cutaceę appendices, nam anteriores purpuraſcunt. Latera & branchiarum opercula partim cæruleis lituris notãtur. Dorſum planum eſt, & aſperum. Venter candicat: in quo pinnam ab ano pictor reliquit. Pinnæ branchiarum cæruleis ſtrijs pinguntur, cætera flaueſcunt.

*Mullus aſper authoris.*

B

# DE HIRVNDINE. Cap. III.

# ORDO. HIRVNDO QVÆ ANTIQVIS.

C Hirundo Mullum, Hirũdinem Cuculus ſequatur. Hos enim tres ſimiles facit Speuſippus apud Athenæum. Nos Lyram, Miluum, & Coracem addemus, nam & his multa cum ijs ſunt communia. Corpore ferè tereti, capitibus craſſiores, poſticis partibus exiliores, aſperi & aculeati, præſertim circa caput & branchias, infra quas etiam cartilaginei cirri peculiares eis dependent, pleriq; etiam verſus binos ſpinoſos per dorſum habent, pinnas in dorſo duas omnes, quarũ prior breuior, altiorq; & maioribus munita eſt aculeis. Geſnerus omnes λυροειδεῖς, id eſt Lyriformes vocari poſſe exiſtimat, & Galli Rogeti (Rouget) nomine Mullum, Lyram, & Cuculum ob conſimilem ferè colorem (rubrũ) comprehendunt, vt in Mullo etiam monuimus. Cæterùm quis piſcis ſit Græcorum Hirundo, ſiue vt illi vocant χελιδὼν, nemo hactenus meo iudicio declarauit aptè; errore inde nato, cũ quòd haud ſatis authores ſcrutatus ſit quiſpiam, tùm quòd qui pro Hirundine piſces demonſtrant, vulgares nomenclaturas, quæ ſæpenumerò fallaces ſunt, ſecuti ſint. Rondeletius in primis longiſſimis latiſſimiſq; pinnis ceu alis præditum piſcem, Adriatici maris accolis ac Romanis; pariter & Maſſilienſibus Rondelam quaſi Hirundinem vocatum pro veterum Hirundine propoſuit, & Hirundinem cum Lucerna Plinij eãdem fecit, [a] Plinijq; verba de Lucerna nunc malè legi arbitratur: nam cùm in vulgaribus exemplaribus legatur: *Volat Hirundo perquam ſimilis Hirundini* (volucri.) *Item Miluus: ſubit in ſumma maria piſcis ex argumento appellatus Lucerna linguaq; ignea per os exerta tranquillis noctibus relucet*: iſta verba: *Item Miluus ſubit in ſumma maria*, loco ſuo mota eſſe ſuſpicatur; atque hoc pacto legendum. *Volat Hirundo perquam ſimilis Hirundini, piſcis ex argumento appellatus Lucerna*. Alij verò legunt ſic: *Volat Hirundo perquam ſimilis volucri Hirundini: item Miluus*: vt hîc ſit finis capitis, deinde alterius principium, *Subit in ſumma maria piſcis ex argumento appellatus Lucerna*: vt ſcilicet tres ſint diuerſi piſces, Hirundo, Miluus & Lucerna: quam lectionem improbant etiam Vuottonus, & Maſſarius, quoniam Plinius in catalogo piſcium, Lucernam nominet, Miluum ſubticens. Approbat verò eam Sigiſmundus Gelenius, qui ex vetuſtis codicibus ſummo iudicio in Frobeniorum Baſilienſi editione ab initio capitis 27. ſic annotat. Has voces, *item Miluus*, adiunximus fini præcedentis capitis, quas inde reſectas neſcio quis non ſuo loco affuit. Fefellit Rondeletium, quòd ſua Hirundo etiam noctu luceret: quæ tamen meo iudicio neque Lucerna Plinij eſt, neque etiam Chelidon ſiue Hirundo Græcorum, cùm Mullo, & Cuculo ſimilis eſſe debeat, vti ex Speuſippo diximus, cum quibus præter rubedinem, & pinnarum longitudinem nihil præterea commune obtinet. Ego ſimilitudinem hanc intelligo de appendicibus, quæ Mullo barbæ inſtar ex mento binæ cutaceæ, Cuculo, & Hirundini (vt in noſtra videre licebit) velut ex pectore ſub branchijs dependent vtrimque ternæ. Rondeletij itaque Hirundinem vnà cùm Bellonio, & Saluiano Miluum Plinij eſſe

*Piſces conſimiles.*

*Lyriformes, qui.*

*Hirundo veterum examinatur.*

*Hirũdo Rõdeletij.*

*Rondela.*

[a] *L. 9. c. 16. Plinij locus examinatur.*

*Hirũdinem Rond. nõ eſſe veterum.*

*Hirũdo Saluiani, & Bellonij explosa.*

non dubito: horum tamen etiam Hirundinem improbo. Quæ enim cum Mullo ſimilitudo huic? Mu- E
*Hirudo an-thoris.* gil eſt alatus Rondeletij. Mihi itaq; vera Græcorum, ac genuina Hirundo eſt is piſcis, quem pro Co-
race ſiue Coruo Saluianus, Geſnerus pro Lucerna, Bellonius ni fallor) pro Cuculo exhibuit: quãuis
longè breuiores alas habeat, quàm vel Miluus, vel Lucerna. Nec verundum deſtrui noſtram opi-
[b] *Lib.9.c.52. Piſcium volatus diuerſitas.* nionem ab [b] Aeliano, qui nimirum ex Oppiano de volatu Hirundinis ſic ſcribit: *Ex piſcibus volantibus Loligines ſublimiùs & longiore tractu per aërem feruntur: Hirundines humiliùs volant: Accipitres verò paulò ſupra ſummam aquam maris tolli ſolent, vt natentnè an volitent dubites.* Etenim ex his verbis non
ab re colligat quiſpiam alas Accipitris, ſiue Milui breuiores, contrà Hirundinis longiores, & ad vo-
latum exercendum aptiores eſſe: ſed pro nobis ſtat ipſa Loligo, quæ inter volantes hoſce piſces bre-
[c] *Lib.2.* uiſſimas habet, ſublimiùs tamen & longiore tractu per aëra fertur. Nobis verò non parum fauet [c] Op-
*Hirundo an duros habeat ſtimulos, quibus pugnet.* pianus, duris ſtimulis pugnare Hirundinem aſſerens, quos noſtra Hirundo cum Rondeletij Hirun-
dine communes habet, licet ipſe eos in icone non ſatis expreſſerit. Saluianus, cùm eos in ſua Hirundi-
ne deſiderari cerneret, Oppiani fide authoritateque ſtandum eſſe nequaquam autumat, quandoqui-
dem loco citato recenſurus piſces, qui duris dimicant ſtimulis, ijs quoq; Gobium annumerat: qui tan-
tum abeſt (inquit Saluianus) vt vllo armatus ſit ſtimulo, vt ſit etiam Ouidio authore
*Gobius an ſtimulis armatus.* *Lubricus & ſpina nocuus non Cobius vllis*, F
quamobrem fieri potuiſſe credit, vt & Hirundinem non benè ijs accenſuerit, eoq; maximè, cùm
[d] *Lib.1. Oppiani interpretis error.* ipſemet [d] Oppianus alicubi mitem Hirundinem cognominet, ſed non aduertit Ouidium cùm dicit
Gobium ſpinis nemini nocere, non propterea ſpinoſum eſſe inficiari: Oppiano verò Hirũdinem mi-
tem vocari falſum eſt; eam enim vocem interpres de ſuo addidit: quare & Bellonius deceptus fuiſſe
videtur. Piſcem (inquit) Romæ Nibio dictum (id eſt Miluum, & pro Miluo etiam exhibet) multi con-
tendunt vocari debere Hirundinem, ſed cùm ferat minaces aculeos & pinnas ſpinis munitas, non vi-
deo quod recte ita eſſe poſſit. Apparet enim hunc quoq; Hirundinem ſine aculeis intelligere ex falſa
Oppiani interpretis additione. Cùm itaq; aculei, qui in vterum Græcorum Hirundine requiruntur,
& noſtræ & Rondeletij Hirundini communes ſint, non propterea credendum illius piſcem æquè ac
noſtrum recipiendum eſſe, deeſt enim in illo præcipua nota, qua cum Mullo & Cuculo conuenire de-
bet, appendices nimirum illæ cutaceæ. Iam verò ſi hic piſcis etiamnum ex argumento Venetijs Lu-
*Lucernæ vocatus an idem cum Lucerna Plinij.* cerna, & modernis Græcis Chelidòn appellatus, ſit Græcorum Hirundo, vt ſtatuimus, vel Hirundo
*Hirudo Plinij.qui.* Plinij fuerit diuerſa, vel Lucernæ nomine alium ab eo qui nunc Lucerna vocatur, intellexerit; tres
*Lucerna Plinij.* enim volatiles piſces ſimul nominat, Hirundinem, Miluum, Lucernam. Mihi eò inclinat animus, vt
*Coruus vnde dictus.* Hirundo Plinij differat ab Hirundine Græcorum, illeq; nimirum ſit quem Rondeletius pro Mugile G
alato, Bellonius, & Saluianus pro vera Hirũdine oſtenderũt ex eo, vt apparet, inducti quòd hodieq;
peſce Rondine, ideſt Hirundo piſcis appelletur: Lucerna verò Plinio ſit, qui hoc eodẽ nomine Ve-
netijs & omnibus Adriatici maris accolis perquam celebris exiſtit, nobis Græcorum Chelidon, ſiue
Hirundo putatus, eſt Saluiano perperam Coruus, Corui etymologiam ineptè cum Iſidoro ex Latina
voce depromenti, à cordis nimirum voce, cùm dictum conſtet à nigro colore. Bellonius item non be-
ne Cuculum eſſe putauit, vt ſuo quoq; loco manifeſtabitur.

# SYNONYMA. ETYMVM.

*Lucerna vnde dicta.* VEneti cæteriq; qui litora incolunt maris Adriatici Lucernam vocant, antiquo nomine. Pli-
nius ſic dici tradidit, quòd lingua eius per os exerta tranquillis noctibus luceat. ſed hoc (in-
quit Gillius) piſcatores omnes negant: quin & linguam ab ea excri veritati conſonum non
[a] *Lib.2. De par. animal.* videtur, & [a] Ariſtoteli repugnat qui linguam piſcibus explanatam eſſe inficiatur, quod ceu ratum H
ex eodem ipſemet Plinius repetens aſtruit: Quamobrem conijcit Gillius, Lucernam potius appella-
tam fuiſſe, vel quòd pinnę verſicolores noctu fulgorem quendam mittunt, vel quia antiquæ Lucernę
ſpeciem ſimilitudinemq; gerit, cæterùm cùm certum ſit oculos eius noctu lucere, idq; non tantum
in viuo piſce, ſed in recens capto etiam, ego hinc etymologiam deduxerim. Græci quoq; antiquo no-
*Peſce Capone.* mine Chelidonem dicunt, Romani nomine cum Lyra & Cuculo communi Caponem, non quòd car-
*Beluga.* nem albam, & friabilem habeat, vt aui eius nominis aſſimilari poſſit, ſed à capitis magnitudine, ac
*Peſce voladòr.* potiſſimũ aſperitate: Maſſilienſes Belugam. Nomen Hiſpanicum Peſce voladòr huic æquè ac alijs vo-
lantibus attribui poteſt. Anglorum item Gyldempole non alius videtur piſcis quàm Lucerna no-
ſtra ſiue Hirundo. Pole ipſis ſynciput eſt, quo lucet noctu nimirum vt aurum quod gylde vocant.

GENVS.





A

# GENVS. DIFFERENTIÆ. DESCRIPTIO.

BEllonius, qui Lucernam ſeu potius Hirundinem noſtram pro Cuculo poſuit, duas eius ſpecies deſcribit, vnam tamen tantùm pingit. Habes hic vtriuſque iconem. Multa cum Cuculo habent communia, adeo vt ei congenereś non ab re dici poſſint: Ore namq;, roſtro, capite óſſeo, anguloſo, & cęlato aculeorum, pinnarum, cirrorum cartilagineorum numero & loco, totaq; demum corporis figura, exactiſſimè Cuculum repreſentant: Rebus tamen nonnullis ab eo differunt: binæ namq; roſtri eminentiæ, quæ in Cuculo longiuſculæ ſunt, in hoc vtroq; piſce vix ſunt conſpicuæ. Aculei etiam non ſolùm capitis & branchiarum, & prioris pinnæ dorſi, ſed illorum etiam priorum a capite pęr dorſum vſq; ferè ad caudam excurrentium longè minores quàm in Cuculo. Prętera pinna quæ vtriuſq; lateribus hæret, non ſubrubra, vt Cuculi, ſed primùm viridis, in extremo cęrulea. Poſtremò tergus, non vt in illo rubrum, ſed varium. Partibus reliquis tum externis, tum interB nis Cuculo admodum ſimilis. Magnitudo tamen etiam differentiam facit. Cuculus ſæpe trilibris, Hirundo ſaltem minor, nunquam ad binas libras excreſcit. Scribit Geſnerus, Lucernam pro ſquamis aſperam habere cuticulam: quod ſi verum eſt, ad hunc locum, vbi de ſquamoſis potiſſimùm agimus, non pertinebit: poſſitq; reuera inter non ſquamoſos rectiùs referri; attamen cum ijs ſit præditus licet valdè exilibus ac tenuibus, quod Bellonius quoq; animaduerit à Speuſippi ſimilitudine abire noluimus. Bellonius autem cùm dixiſſet Cuculum ſuum priorem, qui Hirundo, ſeu Lucerna noſtra maior eſt; membranaceo integi corio, ſquamis carente; ſubdit: niſi hæ ſint admodum ſubtiles, atq; in dorſo minus quàm in ventre: Duos habet ordines aſperitatum in tergore, veluti ſquamas in ſe inuicem incumbentes, inter quas duæ pinnæ tergoris continentur. Idem Bellonius Cuculum ſuum dentibus carere aſſerit, eorumq; loco aſpera tantùm habere labia, quod noſtro etiam piſci conuenit. Saluianus tamen dentatum pinxit, dentium tamen non meminit. Alter eiuſdem Cuculus latas habet pinnas ad latera cęruleas, quas vtrinq; (inquit) per medium ferè corpus expandit Miluinis breuiores: duas præterea in tergore. Corpore eſt craſſiore ac recuruo, ventreq; grandiore. Hæc item omnia in maiori noſtro piſce conſpicua ſunt: cæterùm quod dicit Anglis Gournautam vel Grandinum, Genuenſibuſq; Orgam vel Organum nuncupari; fallitur. Hæc enim nomina vero ac genuino Cuculo,C cuius pinnæ rufæ ſunt, competunt.

*Forma.*

*Cuculo in quibus ſimiles, & diſſimiles.*

*Squamæ.*

*Dentes.*

# LOCVS. NATVRA. MORES.

MArinus tantùm piſcis eſt vtraq; noſtra Hirũdo, ſiue Lucerna: neutra enim ad dulces adnatare hactenus obſeruata eſt: cùm litora potiſsimùm frequentent, ad profundum tamen etiam pelagus excurrunt: etſi Maſſarius ex Strabone ſcribat Hirundines in quodam Mauritaniæ flumine gigni ſeptenûm cubitorum. Hirudines enim, non Hirundines dicere debuit, βδέλλας enim Græcè legimus. Carne veſcuntur; piſciculos, cancellas, tellinas captantes. Solitários piſces eſſe inde cognoſcitur, quòd ſinguli ferè, aut perquam pauci vnà capi ſoleant. Inuenio tamen in nauigatione Hamburgenſis cuiuſdam, cùm inter Breſiliam, & Portugalliam nauigaret, inueniſſe paſsim plurimos volantes piſces, denſis agminibus, ita vt cateruæ aliæ circiter centenos, aliæ ad millenos caperentur: neq; eſt quòd hoc vel de Miluo, vel de Hirundine Plinij intelligendũ eſſe quis exiſtimet, ſiquidẽ nauigationis illius author, cùm volantium vnus aut alter in nauim incidiſſet, læui eos cute præditos fuiſſe aſserit; Miluus enim & Hirundo Plinij, vt patebit, ſquamoſi ſunt. quamobrem iuxta litoraD ſolitarij, in alto verò ac profundo pelago gregales fuerint. Quomodo & cur volatum exerceant, docet [a] Aelianus his verbis: *Accipitres marini, & Hirundines pelagiæ cùm quippiam metuunt, ex mari exilire dicuntur: ac Hirundines quidẽ pinnarum longiſsimo & ſublimi tractu gregatim more auium efferri: Accipitres verò paulò ſupra ſummã maris aquam, vt ad indicandum ſit difficile, patentnè aut volitent.* Accepit hoc vt plerãq; alia Aelianus, ex Oppiano, qui de hoc volatu interprete Lippio ſic canit:

*Loligo Milunſq; rapax & mitis (βυθὶν, id eſt marina) Hirundo.*

*Cum timeãt magnum venientem è marmore piſcem, Turmatim fertur ponto, geſtitq; volare.*
*Ex mare proſiliunt ſcindentes aëra branchis Inferius multò ſe tollit mitis (βυθὶν. Hirundo*
*Non volucrum ſpecies: non eſt Loligo natantum, At radunt ſummam Milui lati æquoris vndam*
*Hos nanti ſimiles dices, ſimileſq; volanti.*

[b] Ariſtoteles cùm ſublimes volitant, haud quaquam mare attingentes, ſtridere ſentiri teſtatur: vt verò per volatum auium ſtrepitus quem alæ excutiunt, nulla vox eſt; ita nec iſtiuſmodi ſonum, vocis

*Hirundines maximæ.*

*Cur volent, & quomodo*
[a] *L. 12. c. 19*

[b] *L. 4. Hiſt. cap. 9.*
*Stridentin volatu.*

nomine dignum iudicat. Volatilem hunc piſcem ſi quis aridum in naui ſecũ ferat, velociter iter confecturum pollicetur Kiranides, votiq; ſui in omnibus rebus comporem fore : cuius rei fidem penus ipſum eſſe volo. E

## VSVS IN CIBIS.

*Carnis qualitas.*

HIrundo noſtra vti corporis forma, ita etiam ſapore, & carnis qualitate Cuculo ſimilis eſt, Vterque autem neque omnino plebeius ac vilis, neq; etiam nobilioribus comparandus. Chelidonas tamẽ nominat Epicharmus in nuptijs Hebæ, & Diphylo Chelidon polypo ſimilis eſt, ſucco ſuo bonum colorem faciens, & ſanguinem mouens · ſed apparet hic de Heledone Diphilum loqui, vt videlicet duo congeneres piſces inuicem comparentur.

## DE CVCVLO. Cap. IV.

## SYNONYMA. ETYMVM. F

*Cocco. Coccygium.*

QVem Latini Cuculum, Græci pariter κόκκυγα nuncupant à ſono, quo auis eiuſdẽ nominis more obſtrepit, vt Ariſtoteles, & Aelianus atteſtantur, quanquã Rondeletius, cùm retibus capitur, voce κκ exprimere dicat. Siculis, & Neapolitanis velut antiquum Græcũ nomen exprimẽtibus Cocco dicitur, vel vt Rondeletius tradit, Cocchou. Pſellus κοκκύγιον diminutiua voce vocauit: ſicq; Iacob. Goupylus apud Trallianũ reſtituit pro κόγκιον, in curatione colici affectus. Cũ verò ſit Mullo ſimilis, id eſt τα τρίγλα, Typhon in libris de animalibus author eſt, referẽte Athenæo, aliquos putare τρίγολαν, eundẽ eſſe Cuculo piſcẽ cùm propter ſimilitudinẽ formę, tum verò etiam propter partiũ poſteriorum ſiccitatem. Nominat & Sophron Trigolã cum Trigla, ſiue Mullo, vt in Mullo oſtendimus, vbi quoq; quid de Trigola ſentiamus, aperuimus. Cuculum Romani, nec non & Lyram Caponem cur dicant, ſuperiori quoque capite dictum eſt. Saluianus Venetis Lucernam appellari arbitratur falsò, cùm ſit Venetorum Lucerna Hirundo Græcorum, & Lucerna Plinij, vt ibidem oſtendimus. Liguribus eodem Saluiano teſte peſce Organo vocàtur, ſicuti & maris Illyrici accolis, vt Rõdeletius ait, Monſpelienſibus Morrude, quia morre (inquit) vocant os cum prominentibus labris : Maſſilienſibus Galline (quod nomen ei commune eſſe ait cum ſuo Corace, ſiue Coruo) Santonibus Perlon, Agatenſibus Rondelle, à corporis, vt arbitratur, rotunditate : ſed quid ſi à ſimilitudine cum Hirundine ſic nominari dicamus, quaſi Rondinellam, quo nomine iſtiuſmodi volatiles piſces plerumq; audiunt. Pleriq; verò alij Galli nomine cum alijs etiam piſcibus rubris communi Rouget, ſiue Rouchet dicunt : alicubi tamen etiam Refait, quaſi dicas bene curatum ac ſaginatum, ac ſi πολυσαρκίαν ſignificare volentes, magnos enim & carnoſos habet muſculos: Angli, aut hũc, aut ſimillimum piſcem Gurnarde : cuius vocis homonymia deceptus Geſnerus, Belgarum Gaemart eundem eſſe credit, cùm hoc nomine Squillas gibbas intelligant, Cuculum verò appellent een Zeehaen, id eſt Gallum marinum, vt Adrianus Iunius quoq; teſtatur in ſuo nomenclatore.

*Trigola.*

*Caponem.*

*Organo.*

*Gallica nomina.*

## DESCRIPTIO. H

*Squama.*

*Caput.*

QVæ cum Hirundine, ſiue Lucerna noſtra communia habeat, & in quibus præterea differat, in illius hiſtoria demonſtratum eſt. Diphilus rebus pleriſq; Miluo ſimilem eſſe tradidit, videlicet pinnarum longitudine, corporis rubore, & carnis qualitate, imo & corporis ſpecie, ſi os, alarum magnitudinem, ſquamarum copiam excmeris: toto enim corpore glaber apparet, præterquam in medio latere, in quo virga protenditur, ex tenuibus ſquamis contexta, & in dorſo, vbi a capite ad caudam duo itidem ſquamarum ordines deferuntur. Reliquo deniq; corpore ſquamas quoq; habet, ſed adeo exiles, vt ijs carere videatur. Capite eſt magno, oſseo, toto cælato, anguloſo, alicubi etiam aculeis munito. Nam præter id quòd roſtrum in duas longiuſculas cuſpidatas ſemicirculum conſtituentes terminatur, ſuper vtrumq; oculum ſupercilij loco, vt in Lucerna, breuis quidem, ſed acutiſsimus ac duriſsimus aculeus extat, poſteriorq; ac ſuperior capitis pars duobus alijs conſimilibus aculeis horret : ac vtrunq; branchiarum operculum alio, ſed longiori aculeo armatur, ſtatimq; à branchijs alius omnium longiſsimus vtrinq; prominet. Aliquibus etiã capitis

partibus

A partibus argentum æmulatur, vnde Epicharmus ſplendidum Cuculum dixiſſe potuit. Oculi nigri ſunt. Os etiam latiuſculum, quod edentulum Saluianus eſſe ſcribit, cùm dentatum pinxiſſe videatur: maxillæ verò extrema ſui parte aſperiores dentium vice funguntur. *Oculi.* *Os.*

Cuculus Rondel.



B In vtroq; latere à branchijs ſub maiore illo aculeo pinna eſt ſubrubra, maior quàm in alijs piſcibus, minor quam vel in Hirundine & Miluo; ex cuius regione in ventre altera minor vtrinq; & minus rubra exoritur. Ante has vtrinq; terni cartilaginei cirri dependent. A capite per dorſum vſque ferè ad caudam duo acutiſſimorum aculeorum ad caudam ipſam ſpectãtium ordines deducuntur. In quorũ medio duæ pinnæ conſpiciuntur, vna capiti proxima, breuior ſed latior, non item latiſſimis aculeis horrida; altera longior, ſed ſtrictior, nulliſq; armata aculeis. Ventre eſt plano, Milui noſtri inſtar candido. Orificium excrementorum in medio ventre eſt, à quo alia exorta pinna ferè vſque ad caudam extenditur. Capite, dorſo, lateribus, & pinnis rubet, vnde rubrum Cuculum Numenius appellauit. Totus piſcis rotundus eſt, carnoſuſque. Branchias habet vtrimq; quaternas & duplices, ventriculum ſatis carnoſum cum multis appendicibus; inteſtina admodum lata, inter ſe conuoluta, & multa pinguedine obducta; hepar ſubalbidum, ſine felle, vt Rondeletius obſeruauit, ſplenem rubrum & paruum. Eorum quos vidit Saluianus, maximus tres libras haud exuperauit. *Pinna.* *Venter.* *Color.* *Figura.* *Branchiæ.* *Partes interne.* *Magnitudo.*

## LOCVS. NATVRA. MORES.

C Cvculum Oppianus litoralibus accenſet, Ariſtoteles verò & Aelianus, qui inter eos, & pelagios ambigunt, hoc eſt qui ex proprijs locis ad profundius etiam mare enatant. Eodem Oppiano teſte celeris eſt, pinnarum nimirum magnitudine in nando adiutus, quarum opera volatum inſuper exercere non ab re quiſpiam credat. Quomodo autem vocales iſtiuſmodi piſces dicti, vocem ſeu ſonum edant, ex præcedenti capite petes.

## VSVS IN CIBIS.

HAud inſuauis piſcis eſt, neutiquam tamen cum ſuauiſſimis conferendus. Carnem habet plurimam, eaudẽq; albam, duram, & ſiccam, quod Philotimus apud Galenum teſtatur his verbis: *Dracones & Cuculi omnibus ijs qui ipſis veſcuntur, duram habere carnem manifeſtè apparent.* Præfertur tamen tanquam minus dura Miluo, Diphilo apud Athenæum authore: & licet dura ſit eius caro, cùm tamen etiam friabilis ſit, haud temerè ſalubris à multis cenſetur: [a] Hippocrates eandem ferè vim alimentariam tribuit Scorpio, Draconi, Cuculo, Callionymo, & Gobio, in morbis craſſis & pituitoſis vſum eorum concedens. Ad apparatum quod attinet, Epicharmus, & Dorion diſſectos aſſari, & condiri iubent, dorſo nimirum aliquot per traſuerſum ſectionibus inciſo, condiri autem herba (χλάη, apio nimirum aut ruta) caſeo, rhoe, ſilphio, ſale, oleo, & inter aſſandum verſos inungi, & ablatos aceto conſpergi: quo loco Natalis de Comitibus pro rhoe, vertit malo punico, quem errorem ſequitur deinde Saluianus, qui nunc quoq; frixos, & arancij mali ſucco irroratos Romæ edi ſcribit; eſſeq; qui item elixos non aſpernentur. Rondeletius ſpiſſiora eorũ latera commodè in ſartagine frigi negat, ideoq; Italos in duas partes ſectos frigere, hancq; præparandi rationem per manus ab antiquis accepiſſe. Monſpelienſes in aqua & vino elixos ex aceto, vel ſucco oxalidis inferre, vel in olla coquere, omphacioq;, croco, pipere, folijs apij condire. *Carnis qualitas.* *[a] L. de intern. affect.* *Apparatus.*

D

DE

# DE MILVO. Cap. V.

## ORDO. SYNONYMA. ETYMVM.

*Miluus, qui auibus.*

RES volatiles piſces Plinius ordine numerat, Hirundinem, Miluum, Lucernam. Lucernam & Hirundinem Rondeletius ſynonyma facit, Saluianus cõtrà Lucernam, & Miluum. Nos verò Plinij Lucernam veterum Græcorum Hirundinem eſſe, à Plinij Hirundine diuerſam, cùm ex notis quibuſdam, tũ ex hodierna Græcorum nomenclatura oſtendimus: Nunc qui ſit Miluus eidem Plinio, deinde qui Hirundo, declarandum. Diximus itaq;, idemq; iterum affirmamus, genuinum Miluum eſſe eum quem doctiſſimus Rondeletius pro veterum Græcorum Hirundine propoſuit, eo (vt apparet) argumento motus quòd alicubi in Gallia Volant, alicubi etiam Rondole, Romæq; pelce Rondine, Hiſpanis Voladòr, alijs Papilio, alijs Ratte pennade, hoc eſt Mus alatus quaſi Veſpertilio nuncupetur, cùm ſint hæc omnia nomina volaciſſimo piſci potiſſimùm congruenria. Veruntamen cùm eadem, & Lucernæ, ſiue veræ Græcorum Hirundini; item Plinianæ, piſcibus nimirum æquè volatum exercentibus conueniant, Rondeletij argumentum non ſufficit. Plinius ſuam Hirundinem volucri eiuſdem nomi- *Hirundo Plinij conſideratur.* nis ſimilem facit, quæ ſimilitudo Hirundini Saluiani, & Bellonij, quam ipſe pro Mugile alato pinxit, meo iuditio longè exactiùs quadrat. Corpus enim habet lõgè exilius tenuiuſq; & alas longiores anguſtioreſq;, vt Hirũdinem volucrem toto corpore multò exactiùs referat exprimatq; quàm Rondeletij piſcis, qui multò eſt craſſiore, longéq; latiore alas, eaſdemq; pictas Milui auis inſtar obtinet. Adde quod Hirundo auicula eſt inermis planè; contrà è rapacibus Miluus, & vncunguis, ſicuti vnguium vice Hirundo Rondeletij ſpinis armatus acutiſſimis. Quid ni itaque Miluum dicamus? idem etiam eſt, qui aliàs [a] Plinio Miluago vocatur, Græcis verò Ἱέραξ, Oppiano etiam ἱέραξ, id eſt Accipiter, quia nimirum Accipitris ſpecies inter aues Miluus eſt. Alicubi in Italia etiam Nibio dicitur, id eſt Miluus. Bellonius Maſſiliæ Landolam vocari ſcribit, quod nomen Hirundini alij tribuunt.

[a] *L. 32. c. 2.*

## DESCRIPTIO.

*Caput.* PInnis caudaq; expanſis Miluum auem omnino refert, latis nimirum & maculoſis, Caput habet oſſeum, quadratum, durum, aſperum, cuius pars poſterior duobus, ijſdemq; magnis & robuſtiſſimis ad caudam ſpectãtibus aculeis armatur. *Branchiæ.* Branchiæ vtrinq; quaternæ, tectæ, quarum opercula quoq; oſſea ſunt, & in duos aculeos nõ minus acutos ac robuſtos deſinũt. Iuxta eas binæ sũt pinnæ, vtrimq; nimirum vna; longiſſimæ (vt diximus) latiſſimæq; ad caudam fermè pertingentes, *Pinnæ.* nigreſcentes, ſtellulis maculiſq; varijs aſperſæ, vt papilionum alæ: ante quas pendent veluti pinnarum appendices, quas cum præcedentibus duobus, & cum proximè ſequentibus communes habet. In dorſo alię ſunt duæ erectæ eiſdem coloribus notiſq; depictæ; anterior minor, maior poſterior. Cauda vnica atq; lata pinna terminatur. *Figura corporis.* Corporis figura rotunda. & oblonga eſt. *Squamæ.* Squamis oſſeis, aſperiſq; & triangularibus inter ſe ſerpentium more commiſſis tegitur: quæ cùm nõ æquè omnes aſperæ, & triangulares ſint, læuium ſquamarum ordinibus non ſecus quàm pleriq; ſerpentium) lineis quibuſdam piſcis pingitur; aſperarum ſtriatus, aſperrimarum verò anguloſus, & ferè quadrangulus efficitur. *Color.* Color totius corporis maiori ex parte ex nigro rubeſcit. Aliquando omnino ruber Romæ eſt referente Rondeletio, ſui verò, id eſt, qui circa Monſpelium capiuntur, magis nigricant, maioreſq; ſunt. Saluianus quoq; capite, & lateribus ſubrubere ait, dorſo verò ex rubro nigricare, ideoquè Ouidium dixiſſe: *Et nigro tergore Miluus.* Maculis præterea ex cæruleo virentibus dorſum, & grandiores pinnas notari. *Oculi.* Oculi magni ſunt, rotundi, rufi vel rubeſcentes. *Quibus partibus noctu luceat.* Lingua, palatum & reliquæ internæ oris partes item rubræ: coloris iucunditate, & ſplendore ſandaracam, vel cinnabarim ſuperãtes. *Partes internæ.* Hiſce partibus noctu lucere, viderique veluti candentes carbones ore cõtinere Saluianus, & Rondeletius teſtantur: ſed quàm bene inde Lucernam Plinij eſſe aſſerant, ipſi viderint. Ventriculus eſt mediocris, multis munitus appẽdicibus; hepar pallidũ, cui fellis veſica cõmiſſa eſt: Lien oblongus & ſubruber: vterus bifidus, ouis rubentibus refertus. Cor angulatum. Totus piſcis ſeſquipedalẽ menſuram vel maximè auctus, nunquam ſuperat. Cùm hoc Miluo meus piſcis Hirundinis nomine ex Hiſpania miſſus partim conuenit, partim non conuenit. Capite enim Mulli ferè inſtar cancellato eſt, vt icon oſtendit: vertice & branchiarum operculis aureis: ſub oculis ex violaceo albicat exceptis cancellis quæ ad aureum vergunt. Os intus ſanguinei coloris. Dentes albi, & acuti. Alæ longiſſimæ ac latiſſimæ ex cæruleo virideſcunt maculis plurimis rotundis cæruleis conſperſæ, quarum aliæ paruæ ſunt ac totæ cæruleæ

coloris





A coloris, altera maiores,& aureis punctis ambiuntur, oculorum, qui Pauonis caudam decorant ſimilitudine : reliqua puncta quę paſſim per alarum extremitates conſpiciuntur,etiam aurea ſunt. Pinnæ tergoris coloris ſunt carnei, rotundiſq; maculis ad ferrugineum vergentibus conſperguntur. Pinna quæ ab ano eſt,partim cærulea eſt, partim carnea. Apophyſes cutaceæ membranam habent interſeptam : minores planè rubram,maiores auream, maculis orbicularibus cæruleis. Venter vt Mullo rubet,latera ſubuirent,tergus quod aſperum eſt,partim aureo,partim ferrugineo colore eſt.

# LOCVS. NATVRA. MORES.

SOlo in mari degit, nunquam flumina ſubire viſus. Ouidio pelagius eſt dicenti :

*Deſcripſit ſedes varias natura profundi,* *Nam gaudent pelago, quales Scombriq; Boneſq;*
*Nec cunctos vnà voluit conſiſtere piſces :* *Hippuri celeres & nigro tergore Milui.*

Saluianus quòd Romæ in foro,(quod alias toto anno piſcibus abundare ſolet) vix deni quoquo anno conſpici ſoleant, alijs quoq; locis raros eſſe aſſerit, nec ſolitarios tamen propterea dicendos, quin- *Cur rarò capiantur.*
B contrà gregales eſſe. Quemadmodum enim quia pelagij ſunt, rariſſimè ad litora,(iuxta quæ maxima ex parte piſcantur piſcatores) ſinguliq; adnatant; ſic pleriſq; locis(inquit)per altum mare magno agmine volare videntur. Rondeletius quoq; vt extra aquam volare probaret, teſtes eius rei ait eſſe,qui *Vbi abundet* ad Herculis columnas nauigarunt, qui affirmant tantam nonnunquam, ibi volantium iſtorum piſcium turbam conſpici,vt non piſces,ſed aues aquatiles eſſe videantur. Cur autem, & quando volitent, in Hirundine ex Oppiano, & Aeliano dictum eſt. Saluianus tradit ad lapidis iactum volare conſueuiſſe,ex Gillio,(vt apparet) qui quatuor cubitis extra ſummam aquam piſcem hunc eminentem, in- *Volatus deſcribitur.* Gallico litore maris interni vidit ad lapidis iactum volatum proferre. Talem etiam ferè volatum Oppianus & Aelianus Accipitri ſuo tribuunt, paulò ſupra aquam maris efferri inquientes, adeo vt iudicatu ſit difficile, natetné an volitet. Nec eſt quòd quiſpiam ex hoc humili volatu ſuſpicetur, hunc quem depinximus, piſcem Miluum non eſſe, vt quem ex Rondeletio turmatim per aëra ferri auium more modò dicebamus, Vero enim conſonum eſt iuxta litora, vbi minor inſequentium piſcium timor eſt,humilem volatum,altum verò vbi maior is eſt, exercere. Volatu enim, vt ijdem (Oppianus & Aelianus) tradunt,vbi de piſce aliquo timent, ſaluti ſuæ conſulunt,etſi Trebius Niger * Plinio teſte *. L. 32. c. 2.*
C Miluaginem(Miluum (puto) intelligit, nullus enim alius præterea meminit,) quoties cernatur extra aquam volitans, tempeſtates mutari prodiderit. Quod ad cibum attinet, Miluus noſter, licet edentulus,tamen comiuorus eſt. *Cibus.*

# VSVS IN CIBIS, ET MEDICINA.

QVemadmodum ob pulcherrimam oculiſq; gratiſſimam corporis ſpeciem Miluus ab omnibus expetitur,ita è contrario ob carnis ſuæ ingratitudinem in cibo contemnitur: vnde etiam eſt quòd vt intuentium oculos potiùs quàm ventrem paſcat, exiccatus conſeruari conſueuit. Gillius author eſt à nautis templis offerri,ibiq; ob raram eius formam ſuſpendi. Cau- *Cur templis offerant.*
dam habet valdè paucam, valdeq; duram,vt verè Diphilus apud Athenæum Cuculo duriorem tribuiſſe videatur : ſi quis tamen edere volet, elixandus potius quàm aſſandus fuerit. Rondeletius huius piſcis fel contra oculorum ſuffuſiones efficax eſſe, experimento didicit.

# D DE HIRVNDINE PLINII. Cap. VI.

## SYNONYMA.

CHelidon, ſiue Hirundo Græcorum qui ſit, ex ſuperioribus habes. Nunc de Plinij Hirundine dicendum. Differre enim ibi quoq; oſtendimus. Eam itaq; illum piſcem eſſe non dubitamus, qui Romæ hodieq; peſce Rondine nuncupatur, Agatēſibus teſte Rondeletio Falco marinus, Maſſilienſibus, vt Bellonius ait, Landola, alicubi *Falco marinus.*
etiam in Gallia Arondelle de mer,quaſi Hirundo marina. Hic enim piſcis ſe Hirundini aui & alarum longitudine, & corporis tenuitate ſimillimus exiſtit.

DESCRI-

# DESCRIPTIO.

*Corporis figura.* ALis explicatis, imo verò & earundem longitudine, corporiſque exilitate vt Hirundinem elegantiſſimè refert, ita ſi alas auferas, ad Mugilis figuram, quam proximè accedit, quare alatũ Mugilem vocauit Rondeletius, cùm alioqui non conſtet, è mari flumina ſubire, quod Mugilem facere ſuo loco oſtendemus. *Caput. Branchiæ.* Caput habet rotundiuſculum, roſtrum acutum, os paruum, prorſus edentulum. Inferior maxilla, ſuperiore paulò eſt prominentior. Oculi rotundi ſunt & maximi. Branchiæ vtrimq; quaternæ, iuxta quas binæ ſunt illæ pinnæ quarum opera volatum exercet, latiſſimę longiſſimæq;, ita vt totum ferè corpus longitudine adæquent. *Pinna.* Ventris pinnæ inferiore loco quàm in alijs ſitæ, magnæ ſunt, ad caudam vſq; extenſæ. Alia eſt à podice parua, vt Rondeletius ſcribit, Saluianus verò quaſi valde proceram in ſua icone expreſſit, paruam tamen eſſe, in deſcriptione etiam aſſerit, eiq; quæ in dorſo eſt vnica, magnitudine æqualem. F

Hirundo Plinij.



*Cauda.* Caudæ pinna lata eſt, magnaq;, lunata, & ceu in duas pinnas definẽs, quarum inferior ſuperiore maior eſt. Linea quæ in cæteris piſcibus à brãchijs, vel à capite per latera ad caudã ducitur, in hoc piſce à pinnis ventris orta per imum ventrẽ ad caudam fertur. *Squama.* Squamis contegitur magnis latiſq;. Venter albicat; dorſum quod Mugilum more latiuſculum habet, ex cæruleo nigricat: Cubiti magnitudinem attingit; Ceſtreum autem ex Mugilibus pertiſſimùm habitu, colore, figuraq; refert: interne verò partes cum cæteris Mugilibus conueniunt. Quodſi verò quis hunc Rondeletij Mugilem alatũ pro Plinij Hirundine nolit recipere, is ſubſequentẽ accipiat, qui Milui alati, & Lucernæ nomine quoq; miſſus eſt. Duos in vertice capitis aculeos habet, cum ſuperioribus Lucernis cõmunes. Alæ itẽ rotundę ſunt: ſed colore plurimùm, oriſq; figura ab illis diſſidet. Alæ intus virent, extrà nigricant: Pinnæ pectoris & cauda fuſcę ſunt. Venter argenteus eſt, latera & branchiarum oſſa, item ſinciput auro reſplendent: cætera caput ferruginei coloris eſt. G

# LOCVS. NATVRA. MORES.

PIſcis eſt marinus: & vt Rondeletius teſtatur, litoralis: Haud tamen omnibus maritimis locis capitur: Romæque teſtante Saluiano rariſſimè conſpicitur. Carne abſtinet, alga & alijs maris quiſquilijs viuens. Volatu ſeſe extra aquam per aëra efferre, nemo eſt qui inficiari poſſit, idque nomenclaturæ apud diuerſas gentes atteſtantur, approbante pariter experientia. H

# VSVS IN CIBO.

SAluianus cùm Hirundinem à veteribus haud ſatis commendari ſciret, hunc quoque piſcem, vt quem non ſolùm Plinij, ſed veterum Græcorum quoq; Hirundinem eſſe arbitratur, inter ſapidos piſces habendum eſſe negat, prorſus tamen non contemnendum arbitratur. *Carnis qualitas.* Carnem (inquit) habet duriuſculam, & propterea non facilem concoctu, ſed vbi concoquatur, plurimùm nutrientem. Addit item elixam aſſæ præferri. Atqui Rondeletius, vt toto corporis habitu Mugiles, vt diximus, refert, ita quoq; ijſdem carne & ſucco ſimiles eſſe ſcribit. Mugiles autem, vt ſuo loco dicetur, haud illaudatam carnem habent. Subſequentis piſcis caro cum Lyriformibus alijs ferè conuenit.

DE LYRA



N DE

# DE LYRA. Cap. VII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Etymus.* A Lyra aliquot piſces λυροειδεῖς, id eſt Lyriformes dici poſſe, ſuprà à nobis dictum eſt, quòd haud pauca habeant inuicem communia. Nunc de eo agimus qui propriè Lyra nominatur. Cui nomenné cornuum figura, quibus ſumma roſtro bifurco, Lyram veterum quodammodo refert, an ſonus quem edit, fecerit, dubitari poſſit: parum tamen intererit, hinené vel indè quis nomen deriuet, cùm & cornibus anterioribus lyræ ſimilitudinem repræſentet, & veluti lyræ ſonum edat, vt mox ex Ariſtotele dicemus. Eſt autem ſonus ille ceu grunitus quiſpiam, vnde Monſpelienſibus teſte Rondeletio Gronau, vel Grougnaut appellatur quaſi grunniens piſcis Idem tradit Liguribus Organo vocari, fortè ab eodem ſono: Saluianus verò ibi, atq; etiam Maſſiliæ Malarmat vocari ſcribit. *Gallus marinus.* Addit etiam Rondeletius inferioribus Germanis Lechan dici, quaſi Gallum marinum, cęterum Lechan apud Belgas nihil eſt, & Gallus marinus ipſis Zechaen nũcupatur, quo nomine Cuculum, vt diximus, intelligunt: Lyra tamen non ab re etiam Gallus marinus dicetur propter pinnam in dorſo, Gallinacei criſtæ perquam ſimilem, vel etiam quòd iſtiuſmodi piſces aridi ſuſpendi ſoleant, vt pro vario corporis motu & capitis obuerſione ventos ac tempeſtatis mutationes, ſicut cantu Gallinaceus, vel item templorum ædiumq; vertici infixus, indicent. *Capite.* Galli pleriq; ob rubrum colorem, Rochettum dicunt, Romani Caponem à magnitudine, vt Iouius iudicat, capitis quaſi Capitonem: vnde fortaſſis argumentum ſumpſerint, qui hunc piſcem quem ſubinde pro Lyra deſcribemus, Cephalum ſiue Capitonem eſſe crediderunt, qui tamen ex Mugilibus eſt. Non defuere etiam qui teſte Rondeletio Orphum, itẽ qui Erythrinum eſſe crederent, ob corporis rubedinem; ſed hos Pagro ſimiles eſſe, nequaquam verò λυροειδεῖς ſuo loco oſtendetur. Aliqui deniq; videntes Lyram nomen obtinuiſſe à muſico inſtrumento, exiſtimarunt eundem eſſe cum eo qui Κίθαρος vocatur; quos conſtat etiam falli, cùm quòd Ariſtoteles, qui vtriuſq; meminit, ſynonymis vti non ſoleat, tum verò etiam quòd [a] Galenus Citharum ſcribit Rhombo ſimilem, qui ex planis eſt, & toto genere à Lyra diuerſus.

*Orphus. Erythrinus.*

*Citharus.*

*[a] Lib. 3. de Aliment.*

## GENVS. DESCRIPTIO.

*Lyræ veteris examinatur*

ROndeletius duas Lyrę ſpecies deſcribit, totidemque depingit Bellonius: Saluianus vnam tantùm; illius nimirum alteram, quam cornutam cognominat, & pro genuina veterum Lyra non habet: Talem enim primam eſſe exiſtimat, argumento quod roſtri cornua lyræ antiquæ figuram referant, vt comprobant (inquit) cùm multa antiquorum monumenta, quæ Romæ hodiè viſuntur, tum illud maximè quod vidi ibidem initio pontificatus Iulij tertij, in quo Atlas cæli globum humeris ſuſtinens, ſigna cæleſtia, & in his lyræ antiquorum figura expreſſa erant Lyram autem cornua habere, teſtiſeſt Plinius, de teſtudinib. loquẽs: *Troglodytæ cornigeras habẽt, vt in Lyra, annexis cornibus latis ſed mobilibus, quorum innatando remigio ſe adiuuant:* Deinde vocalis (ſonora) eſt, qualem Lyram eſſe affirmat [a] Ariſtoteles. *Piſces ſirepitus ſtridoreſq; edunt, quos vocales eſſe dicunt, vt Lyra & Chromis: hi enim veluti grunnitum quẽdam edũt.* Piſcis eſt marinus, teres, ruber, capite oſſeo, magno: in poſteriore eius parte in oſſe brãchias tegẽte & in dorſo aculeis magnis, & robuſtis armatus. Roſtrum in duo cornua lata protenditur, quibus Lyræ antiquæ formam refert. Squamis paruis & aſperis contegitur. Plus oſſium quàm carnis habet. Alteram modò Lyram, quam Bellonius, & Saluianus ſimpliciter Lyram vocant [b], Plinio cùm de volantibus loquitur, Cornutam dici aſſerit (licet item in-

*Lyram cornutam eſſe.*

Lyra prior Rondeleti j.



*[a] L. 4. Hiſt. cap. 9.*

*Lyræ prioris deſcriptio.*

*Lyra alterius deſcriptio.*

*[b] L. 33 c. 11 Cornuta Plinij.*

Ceta-

Digitized by Google



*Non eſſe veram Lyram.*

*Squama;*

*Caput,*

*Oculi.*

*Branchiæ.*

*Pinna.*

*Cauda;*

*Partes interne.*

[d] L. 9. c. 27.

in Cetaceis ei ſit alius eodem nomine appellatus) quæ cornua attollit è mari, & volare nititur. A noſtris (inquit) Malarmat, id eſt male armatus vocatur per antiphraſim, quamobrem ipſe cataphractum, vel ὁλόσιτον, quòd vndiquè armatus totuſque otioeus ſit, nominauit, quibus quoque nominibus dignum Bellonius adiudicauit. A Romanis peſce Lorca nominatur a cornibus, item Capone, vt Saluianus teſtatur. Sunt qui ſuperioris Lyræ marem eſſe arbitrantur, quod Rondeletius improbat, quoniam & in huius quoque ventre rubentia ouа ſæpenumero reperiũtur. Ipſemet quoq; Rondeletius veram antiquorum Lyram eſſe aliquando credidit, verùm cùm non ſit vocalis, etſi cornua maiora habeat, Cornutam recèns dici poſſe iudicat. Nec obſtare putat, quod de Cornuta ſcripſit [d] Plinius, ſeſquipedalia ferè cornua habere, cùm fit fortaſſis legendum ſemipedalia. In Plinij codice Baſileæ impreſſo ſeſquipedanea legitur. Caput habet oſſeũ, angulorum, aculeis & eminẽtijs plurimis aſperum, cuius anterior pars in duo longa, lata, & retuſa cornua degenerat: ſub quorum exortu os eſt ſatis amplum, rotundum & cõtulum. Ex inferiore maxilla cirri quidã breues, molleſq; & carnoſi dependent. Oculi magni ſunt, ſuperiore parte aculeis multis muniti. Brãchiæ vtrinq; quaternæ, quarum oſſea opercula, non ſolùm media ſui parte longa & aſpera oſſea eminentia armantur, ſed etiam poſteriora aculeis muniuntur. Ad branchias vtrimque pinnam vnam habet paruam & rubentem; è cuius regione in ventre etiam vtrinq; vna alia minor, & minus rubra exoritur. In dorſo duæ ſunt, quarum prior breuior eſt, ſed in longas & rubentes ſetas degenerans; poſterior verò longior: a medio enim dorſo ad caudam vſq; deducitur; vtraque inermis, nullaque munita aculeo. Sub ventre ab ano, alia eiuſdem penè magnitudinis & figuræ cum poſteriore dorſi, ad caudam perducitur. Cauda in vnicam pinnam eandemq; paruam deſinit. Oſſearũ atq; grandium ſquamarum (quæ media ſui parte acutiſſimo, recuruo, atq; ad caudam ſpectante aculeo muniuntur,) octonis ordinibus tegitur, vnde ſicuti aſper totus, ita etiã octangulus redditur, paucamq; admodum carnẽ habet. Ventre eſt ſubalbido, pinnis, cauda, & corpore ferè rubet. Rondeletius totum corpus rubrum eſſe ſcribit, dum viuit, extincto colorem euaneſcere. Ventriculum paruum habet, cum paruis pauciſq; appẽdicibus: Hepar magnum pro corporis ratione, album & in eo fellis veſi cam: ſplenem etiam paruum & ſubrubrũ. Carnis parum habet, quamobrem facilè exiccatur, fitq; leuiſsimus. Qui Romam deferuntur eiuſdem omnes ſunt magnitudinis, teſte Saluiano; ſicuti enim ſemper ad palmi (inquit) menſurã accedunt, ſic etiã excedunt ferè nunquã. Geſner. in paralipponis ſuis candẽ Lyrã ad ſceletõ effictã exhibet, qualẽ hic dedimus.

LOCVS

A

## LOCVS. NATVRA. MORES.

VTraq; Lyra peculiaris maris piſcis eſt, litora potiùs quàm altũ pelagus frequentans. Veſcitur maris excrementis; carneque abſtinet. Gregalis eſt, vnde plures vnà capi ſolent.* Ariſtoteles Lyram non ſolùm vocalibus dictis piſcibus adnumerat, ſed quo etiã modo ſonum grunnitui ſimilem, quem vocem nonnulli nuncupant, efficiat, docet, inquiens: *Piſces vocis quidem expertes ſunt, quippè qui neq; pulmonem neq; arteriam, neq; guttur obtinẽt: ſed ſonos quoſdam, ſtridoreſue monẽt, qui vocales eſſe exiſtimantur, vt Lyra, vt Chromis; his enim quaſi grunnitus quidam e mittitur. Aper etiam Aerica, & Cuculus &c. Quæ omnia creditam illam vocẽ emittunt aut attritu branchiarum, quas horridinſculas continẽt; aut ſuis interioribus quæ circa vẽtrem habent: ſpiritus enim incluſus in his eſt, quem dum atterunt, atq; agitant ſonos illos elidunt.*

*L 9. Hiſt. cap 9.

*Peſces vocales, vt ſonum edant.*

## VSVS IN CIBO.

B

PRior Rondeletij Lyra, carnem habet, vt ipſe teſtatur duram & ſiccam, attamen ſatis ſuauem, ſi elixa ex aceto comedatur. Vbi verò poſtea Lyram à Citharo diſtinguit, hũc ait carne eſſe dura & friabili; Lyram itidem dura ſed glutinoſa. Altera quoq; dura eſt & ſicca, adeoq; excarnis, vt ferè in cibis damnari ſoleat: cùm tamen ad cibum paratur, frigi (inquit Saluianus) atq; aurancij mali ſucco condiri debet: ſed feliciùs fortaſſis etiam elixabitur.

*Carnis qualitas.*

## DE PAGRO, SEV PHAGRO.
## Cap. VIII.

## SYNONYMA.

C EX rubris, & litoralibus piſcibus quoq; eſt qui Græci πάγρος, vel φάγρος nuncupatur: quod poſtremũ nomen Dalmatę ac Luſitani hodieq; retinent. Itali quoq; Pagro, ſeu potius, vt Bellonius ſcribit, Fagro, alicubi Fagorio dicunt. In toto quoq; Galliæ Narbonenſis litore Pagre vocatur teſte Rondeletio, etſi Bellonius apud Gallos propriam appellationem habere neget. Facit hoc (inquit) affinitas quam hic piſcis habet cum Bremma fluuiatili, qui latinorum, & Græcorum eſt Cantharus; vnde non Galli ſolùm, ſed & Angli quoq; Cantharum, & Pagrum (quamquam falsò, plurimùm enim inter ſe diſſident) Bremmam fluuiatilem appellant, ſed cùm Cantharum proprio loco marinum, non fluuiatilem faciat, quo argumento hæc probare poſſim, non video. Noſtri temporis Græcis, vt idem Bellonius tradit, Fangro dicitur, Hiſpanis quibuſdam Bezogo. In halieutico Ouidij Pagur legitur; fortè Pagrus, vel Pager legendum. Iſidorus autem non bene Fagrum nominauit. cùm alioqui παρὰ τὸ φάγειν dici inſinuet. Dicitur enim φάγρος, quaſi φάγος, id eſt, vorax, aut helluo, inſerendo ρ. quemadmodũ ab ὄφιον, fit ὄφριον: Quæ etymologia huius piſcis naturæ optimè conuenit. Quamuis autem Italorum Fagro ex Græco nomine detortum videatur, nihilominus Bellonius, ſic vocari in Italia piſcem arbitratur à colore fragorum; eſt enim ipſe etiam ruber, vt diximus. Inuenio apud Heſychium,

D & Varinum pro eodem φάγωρος.

*Cantharus.*

*Pagur.*

*Etymon.*

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

RONdeletius videns ab [a] Athenęo, & [b] Strabone Pagros celebrari inter Niloticos piſces, credidit eos ab eo quo de hic ſermo eſt, non differre. qua in re ſummoperè decipitur; nã neq; fluuios ſubit Pagrus noſter, neq; Niloticus Pagrus marinus eſt, cùm idem Strabo tradat ex Ariſtobuli authoritate, nullum piſcem ex mari in Nilum aſcendere præter Mugilem, Aloſam, & Delphinum. Tanta modò Pagro cum Erythrino, ſiue Rubellione ſimilitudo eſt, vt cùm eiuſdem ſunt magnitudinis, non ſolùm ab imperitis inuicem non internoſcantur, verùm etiam Ligures Rubelliones Pagros communiter nuncupent; totaque prouincia Narbonenſis, atque Hiſpania Pagellos quaſi paruos Pagros. Maior enim Pagrus eſt. Periti piſcatores alias addunt diſtinctiones;

[a] *Lib. 7.*
[b] *Lib. 17.*

*Pager Niloticus.*

*Similitudo cũ Erythrino.*



Digitized by Google

Pagrum enim inquiunt capite eſſe rotundiore, Rubellionem longiore. Hunc item tenuiore corporis habitu eſſe, & longiore cauda: extremáque parte attenuari, cùm illius larga ſit, ac admodum craſſa. Adhæc Pagri pinnæ in imam ventris partem inflexę, Rubellionis contrà in dorſum magis eminent. Bellonius Pagrum & magnitudine, & craſſitie Cantharo perſimilem eſſe ſcribit, & dentibus etiam ab Erythrino diſſidere: peculiaremque ipſi lituram eſſe, qua maximè à cæteris piſcibus atque Erythrino diſtinguatur, vtrinq; nigram, latamque in lateribus circa ceruicem, vbi linea eſt, quæ piſcium corpora interſecat; eam nigricantis coloris nonnihil obtinere, tactuque aſperam perſentiri. Addit inſuper Pagro tergori pinnam craſſiorem quàm Erythrino eſſe, Pagroq; oculorum pupillam criſtallinam, iridem verò rubram eſſe: è contrario in Erythrino iridem albere, nigreſcere verò pupillam. (Antea tamen dixerat Pagri pupillam nigram eſſe; iridem verò coloris aurei.) Pagrum Sargi inſtar recuruum eſſe, Erythrinum magis protenſum inſtar Auratæ. Rondeletius quoq; corporis forma, pinnis, earumq; numero & ſitu, aculeis, cauda, paruæ Auratæ ſimilem eſſe ſcribit, colore autem diſſimilem, vtpotè ruffo: qua nota (inquit) cum Erythrino conuenit, cum eo capitur, & pro eodem vēditur. Diſſidet tamen ab hoc, quia è ruffo ad cæruleum hyeme magis vergit, Erythrinus ſemper rubet. Pagrus roſtro eſt ſpiſſiore, rotundiore, ad aquilini naſi formam accedente, toto corpore latiore & rotundiore. Superiorem maxillam Bellonius cum labio in tubi modum ceruici veluti infarctam neq; cranio inhærentem habere ait, eamq; dum offitat, exerere, poſtea verò contrahere. Foramina vtrimq; duo eſſe ad oculorum fontes; dentes acutos, quorū quatuor anteriores, tenues quidē & parum falcati, caninos referrent, niſi breues (inquit) & ſerrati eſſent, quos vtrimq; alij tenuiores ſubſequuntur: ac poſtremò molares duplici ordine diſpoſiti, rotundi, obtuſi, ſed inferiores ſuperioribus breuiores; eſtq; illi in ore veluti linguæ rudimentū. Squamas gerit rotūdas, tenues, & vt Mullus latas. Caudā bifurcā, atq; ob id pinnas in acutum deſinentes. Ore ac faucibus adapertis totam eius partem internam ruberrimam ac ferè ſanguineam contemplari licet. Argenteam vtrinque inter oculos habet officulorum maculam: oculoſq; admodum grandes. Ventriculum maiorem, ſplenem minorem Erythrino habet, veſicam quoq; aēre plenam maiorem. Appendices, & inteſtina eadem quæ Auratæ: hepar ſine felle, cor angulatum, lapides in cerebro, quam ob cauſam frigus pertimeſcit, vt Lupus, Chromis, Vmbra, cæteriq; omnes quibus lapides ſunt in capite, vt philoſophus teſtatur. Numenius apud Athenæum Phagrum λοφίαν dixit, quaſi criſtatum, nimirum quòd ea corporis pars quæ ceruici reſpondet, alta ei & ſublimis ſit. Pagrus à nobis exhibitus, pinnis omnibus, tergore, caudaq; rubet ventre candicat. Branchiarum oſſa ſubuirent. Os intus item rubicundum eſt. Oculos habet maximos, quorū ambitus ruberrimus argenteis lituris conſpergitur. Iris aurea eſt, pupilla nigra. Lituram habet ad latera iuxta dorſum, non longè à brāchijs nigram argenteis maculis decoram. Ab ijſdem branchijs linea ad caudam vſque exturrit, aurea, ſerrata. Edentulus eſt, niſi fortè pictoris incuria dentes dicamus omiſſos.

*Cum Cantharo.*

*Vt Auratę ſimilis.*

*Os. Roſtrum.*

*Dentes.*

*Squama. Cauda.*

*Partes interna.*

*Cur criſtatus dictus.*

# LOCVS. NATVRA. MORES.

PIſcis eſt marinus, litoralis, & vt Bellonius & Rondeletius teſtantur, aliquando etiam pelagius, vt rectè ſcripſerit Ariſtoteles inter litorales & pelagios ambigere. Mneſitheus pelagium facit, inquiens: *Maiorum piſcium genus ab aliis τμητὸν, id eſt, diſſectum, ab aliis pelagium appellatur, vt Aurata, Phagrus:* ſed cùm Auratas etiam litorales eſſe conſtet, ego & de Pagris ita ſtatuo, ideoq; magis cùm & Oppiano in petris degant, & Numenius φάγρον πέτρη ἁλισόμενον dixerit, id eſt ad ſaxa captum. Haud me latet interim apud Oribaſium etiam legi, Phagros ex Indico mari afferri ſale conditos, duros & cetaceos: Apparet autem Oribaſium de alio quàm quo de nos, piſce loqui, cùm ex Rondeletio dixerimus Pagrum paruæ Auratæ ſimilem eſſe, tanquam non magnum & nequaquam cetaceum piſcem, & fortaſſis ille fuerit, quem Syenitæ in Aegypto ſacrū exiſtimant, eoq; abſtinent, quod vnà cum increſcente Nilo appareat, eiuſq; incrementum veluti nuncius ſua ſponte accedens, omnibus exoptatum denunciet, vt [a] Plutarchus ſcribit, de quo & Mneſitheum loqui dicerem, niſi vnà cum Aurata Phagrum nominaret, ſiquidem Phagrus tam magnus non eſt, vt in partes diſſectus in ſalſamenta, vt magni piſces ſolent, condiatur, niſi τμητὸν dixiſſe velimus quòd diſſectus in patinis miniſtretur, quanquam interim integer fermè inferri ſoleat. Actius Syneſius, ſiue Sanazarus Pagros celebrat ex Dicarchi litoribus,

*Dat Rhombos Sinueſſa, Dicarchi litora Pagros,*

quæ celeberrima olim vrbs in ora Lucanię, nunc Puteoli vocatur. Antiphanes verò Eretricos. Solitarius eſt & ſarchophagus, vt tradit Athenæus Ariſtotelis teſtimonio, in cuius tamen, quę nunc extant, ſcriptis, hoc non reperitur. Carniuorum quidem eſſe nemo ambigit: ſolitarium verò eſſe, vix quiſpiam credat, cùm non niſi multi ſimul capiantur, niſi quis παναγρῳ, id aſcribat, id eſt, retis generi quo omnia capiuntur, omnia nempe obuia, & ad quæ rete ipſum pertingit. Rondeletius luto veſci ſcribit, algaq;

*Pagrus, qui in Aegypto ſacer.*

*[a] Lib. de Iſide &c.*

*Vbi optimi.*

*Mores.*

*Cibus.*



algaq; & carnẽ, vt ſepiolis, ſquillulis, ſoligunculis & coclelis: eſſeq; qui & echinis veſci potent, ſed E
an propter aculeos poſsit attingere, dubitat, quamuis latas maxillas, & dentes anteriores acutos habeat. Iſidorus autem dentes Pagro tam duros tribuit, vt & oſtreis in mari ali queant. Ineſcatur chamis, teſtante Oppiano. Latet hyeme, cuius rei cauſam Plinius reddens: *Prægelidam* (inquit) *hyemem ſentiunt omnes, ſed maximè qui lapidẽ in capite habere exiſtimantur, vt Lupi, Pagri, cùm aſperæ hyemes fuere, multi cæci capiuntur. Itaq; his menſibus latent in ſpeluncis conditi.* Pagro Brinthum inimicum eſſe Philes tradidit.

*Ordium.*

# PARTVS.

*Athenæi locus correctus.*

ARiſtoteles, vt præcitato loco recitat Athenæus, Pagrum ſcripſit ἀκμάζειν τὶ ἔαρος, id eſt, vigere vêre: Quibus verbis quid ſibi velit, quidq; hoc ſit, ſatis (inquit Rondeletius) ambiguum eſt: num vere vigere dicit, vt ſignificet eo tempore edendum eſſe, quòd tunc ſit veluti in ætatis flore, ideoq; carnoſior, ſucci plenior, ſuauior, minuſq; excrementis abundãs ob crebras exercitationes, & natationes? At Archeſtratus ad omnem luxum ingenioſiſſimus apud eundem Athenæum ait exoriente Syrio edendum eſſe Phagrum. Quo fit vt mendoſum eſſe locum ſuſpicetur: cumq; F
piſcium alij uêre, alij autumno, alij æſtate, alij hyeme, alij vêre & autumno, alij vêre, æſtate & autumno, vt Mullus, pariant, ſitq; Pagrus ex his qui vêre pariant. (Certum eſſe enim ait, circa vêris finem parere) legendum eſſe putat, τίκτει δ' ἔαρος, id eſt vêre parit.

*Quãdo pariant.*

# CAPIENDI RATIO.

TArentinus eſcam ad Pagros marinos (dantur enim etiam Nilotici) hanc præſcribit: *Aeridas atq; lũbricos cum frumẽti polline, & decocto melanthij contundito: dein verò infundens aquam producito ad craſſitudinẽ mellis & ineſcato.* Oppianus (vt diximus) Chamis ineſcari ſcripſit.

# VSVS IN CIBO.

*Carnis qualitas.*

LIlius Gregorius Gyraldus Pagrum ex Simeone Seth piſcem teſtatur eſſe difficilis concoctionis, quique pituitam gignit; & quò natu maior, eò peior fit, & concoctu difficilior, ideoq; ſatius eſſe menſæ adhibere, qui ætate & magnitudine minores ſunt: cæterùm hoc in Græco Simeonis de alimentorum facultatibus libro, nunc non legitur: Duram interim carnem habere non negauerim: nam & Galenus & ante eum Philotimus Pagros durioris carnis eſſe prodiderunt. Hicesius verò de iiſdem, & conſimilibus alijs hæc prodidit. *Phagri, Chromis, Anthias, Acarnanes, Orphi, Synodontes, Synagrides, genere quidem ſimiles ſunt, ſiquidem dulces & aſtringentes, ſatis nutrientes, & pro ratione etiam difficilè excernuntur; magis autẽ nutriunt carnoſi, & magis terreni, minuſq; pingues.* G

*Dulcia non aſtringunt.*

Dulces quidem & ſuaues & palato gratos accipere oportet, inquit Rondeletius, nam quod dulce eſt, vt mel, ſapa, ſaccarum, tantum abeſt, vt aſtringat, vel aluum ſiſtat, vt potius leniat: conſtringentes verò non auſteri aut acerbi, ſed qui non facilè excernantur: Sunt itaq; Pagrus & ſimiles ſuaues, media carne, vel ſatis ſicca, vnde fit, vt aluum non cieant, vt molles & præhumidi, & ſatis nutriant. Gillius quoq; Pagrum inter laudatos, ac delicatos piſces habuit, inquiens: Quis ex noſtris, non tam lautus atque vrbanus, ſed etiam agreſtis eſt, qui poſt Acipenſerem ex omnibus piſcibus præcipuam authoritatem Aſellis, ſicut Plinius, daret? Ego potius Pagris alijſq; non paucis ſapientiùs attribuerem. Marinus fluuiatili præſtat, Diphilo authore.

R

# DE ERYTHRINO. Cap. IX.

## SYNONYMA. ETYMVM.

ETſi plures ſint rubri piſces, hic tamen, quo de nunc ſermo inſtituitur, peculiariter apud Græcos ab eo colore nomen inuenit, ἐρύθρινος, ſeu potiùs ἐρυθρῖνος nuncupatus, ſiue vt Oppianus, & Euſtathius habent, ἐρυθῖνος, ρ. in penultima ablato, euphoniæ cauſa: quam poſteriorem vocem Ouidius pariter Latinè vſurpauit, vt in Gryphij & Aldina editione videre licet. Maſſarius itẽ ſic legit apud Plinium, cùm in omnibus alias editionibus tere Erythrinus in eo legatur. Eſt tamen vbi Plinius Latinè Rubellionem vocet, Romano, vt

*In Halieut.*

*Rubellio.*

A vt apparet, nomine, quo nimirum Apicius eo antiquior etiam vſus eſt; & ſic Theodorus apud Ariſtotelem reddidit, quandoq; tamen etiam Rubrum. In vulgatis philoſophi codicibus ἐρυθρὸς legitur, ſed mendosè. Paulus Iouius Rubeculam vocat: ſed cùm Theodorus apud Ariſtotelem Rubeculam reddiderit Erythacum auiculam, præſtiterit euitata æquiuocatione, vel Rubellionem cum antiquis, vel Rubeonem, vel Rubrum, vel Rubellum nuncupare. Rubeonem autem quibuſdam dici Bellonius tradit. Niphus Rubellum piſcem vulgò Rubellam nuncupari ſcribens, haud alium quam hunc intelligere videtur. Ruburnus quoq; & Ruſcupa à Murmellio barbaris nominibus nominantur inter piſces, neſcio an hi. Græci noſtri temporis corrupto ab ἐρυθρῖνος nomine λίθρινον dicunt. Cyrenæi authore Zenodoto apud Athenæum, vbi ex profeſſo de hoc piſce agit, ὕαινλον vocarunt; authore verò Clitarcho, δίαινλον. Inuenio itidem ὖαος apud Heſychium pro hoc piſce, nec non apud Varrinum, qui primam circumflectit, verùm rectiùs fortaſſis hîc quoq; ὕαινς ſcribetur. In exceptis teſte Caſaubono deprauatiſſimè legitur in [b] Athenæo δίαινλον. Romani vulgò Frangolinum, vel Fragolinum, quaſi parum Pagrum dicunt: hincq; forſan in Hiſpania & Gallia Narbonenſi Pagel, ſine Pageau, vel Paget dictus fuerit, vel quòd impuberes pueri, vt Bellonius autumat, principibus ſeruientes Paggi dicantur. Maſſilienſes enim (inquit) Pagium intelligunt ad diſcrimen Pagri, quem etiam Pagre nominant: vt

B ſcilicet Pagro minorem eſſe indicarent, cæteraq; ſimilem. In Luſitania ſimiliter Pargo nominatur, & in Liguria Pagro, quod Iouio impoſuit, qui Pagros Romanis Frangolinos vocari ſcripſit: Liguribus verò antiquo nomine Pagros. Rondeletius monet, vt diligenter obſeruemus, ne Rouget Gallicam vocem, qua ruber color indicatur cum Græca confundamus, Erythrinum ea indicari arbitrantes peculiariter, cùm ſit ad rubros omnes communis. Venetijs Arboro & Albore appellãt, quam nomenclaturam Michael Sauonarola Latinam fecit, Arborem hunc piſcem nuncupans. Siculis Sarofano, Iſtriæ incolis Rybon dicitur.

*Rubecula.*
*Rubeo.*
*Ruburnus.*
*Ruſcupa.*
*b Lib 7.*
*Hycca.*
*Dyce.*
*Frangolino Iouij lapſus.*
*Arbor piſcis.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

ATheneus teſtimonio Ariſtotelis, (in cuius ſcriptis quibus nunc fruimur, id non legitur,) Speuſippi item in ſecundo de ſimilibus, ac Dorionis in libro de piſcibus ſcribit Erythrinum, Pagrum, & Hepatum inter ſe ſimiles eſſe. Pager (inquit Bellonius) Erythrino maior eſt: cætera ſatis inter ſe conueniunt. Quo modo autem inuicem præterea diſtinguantur, quibuſq; ſimiles

C ſint, in Pagro dictum eſt. Quod itaq; ad formam attinet & ad colorem: ruber eſt, vt Mullus; (in hoc tamen color eſt intenſior; languidior in Erythrino) latus eſt, vt Aurata. Roſtrum habet acutum, ſed non valdè extenſum: Os paruum, mediocribus dentibus munitum: Caput vtrimque compreſſum: Oculos magnos, & ante eos foramina patula: branchias vtrimq; quaternas, & iuxta eas pinnam vtriq; latere vnam longiuſculam & cuſpidatam: binaſq; alias & minores in ventre: in dorſo vnicam longam, & multis aculeis horridam: Bellonius duodecim aculeos eſſe ait: in Rondeletij icone quindecim numerantur; Geſnerus decem & nouem expreſsit, Saluianus viginti & duos: alia denique pinna eſt à podice, imo ventri hærens, breuior, tenuioribuſq; munita aculeis. Cauda in lunatã pinnam deſinit. Squamis tegitur mediocribus, frequẽtibus & firmiter inter ſe cõiunctis. Venter eſt ſubalbidus; caput argenteum, cætera rubeſcens, vnde rubentem dixit Ouidius. *Cæruleoq; rubet Erythinus in vndis.* Nec obſtat, quòd ξανθὸν eundem cognominarit Oppianus, id eſt, flauum; nam hunc colorem pro rubro quandoq; vſurpari in Alpheſte docuimus: adde quòd languida valde (vt diximus) ac diluta ſit in hoc piſce rubedo, vt quoquo modo flauus quoq; dici poſſit. Intus candidiſſimus eſt. Ventriculum habet mediocrem, appendices paruas: inteſtina magna, hepar album, cui fellis veſica commiſſa eſt: ſplenem magnum & ſubnigrum. Lapides habet in capite. Vulua in omnibus reperitur: quà de

D re mox: Palmi menſuram raro excedit. Altera icon piſcem oſtendit, totum rubri coloris, Rotfiſch propterea Germanis vocatum, ſed vereor ne dulcis aquę piſcis ſit. Id enim non ſatis memini.

*Quibus ſimilis.*
*Forma.*
*Color.*
*Caput:*
*Pinnæ.*
*Cauda.*
*Squamæ.*
*Venter.*
*Color.*
*Partes internæ.*
*Magnitudo.*

# LOCVS NATVRA. MORES. CIBVS.

PLinius [a] Erythrinũ inter piſces enumerat, qui maris peculiares ſunt ac proprij, hoc eſt, qui nunquam ad dulces aquas accedunt: vt alium intellexerit Simon Paulus Suerinenſis, Erythrinum in lacu Suerinum alluente nõ procul Oceano Germanico capi ſcribens: licet fluuiatilem quoq; [b] Ariſtoteles facere videatur, inquiens: *An in piſcibus quoq; fiat conceptus ſine mare, non æquè apertum eſt, ſ. d potiſſimùm in fluuiatil; genere Rubellionibus, id accidere viſum eſt.* Hic enim perperam ἐρυθρῖνος pro φοξῖνος legi, vel ipſa meridiana luce clarius eſt ex ijs quæ ſubſequuntur: Subdit enim Philoſophus, ἔνιοι γὰρ, id eſt, aliqui enim (& non, *etiam nonnulli*, vt vertit Theodorus) ſtatim videntur

oua

*[a] L. 32. c. 11.*
*An fluuiatilis.*
*[b] L. 3. de Gen. Animal. c. 1. Ariſtoteles correctus.*

oua habere, vt de his in hiſto-
[a] *L. 9. Hiſt. cap. 13.* rijs ſcripſimus.[a] Sicuti itaq; Rubelliones ab ipſo ortu oua habere nullibi, nec dum in hiſtorijs ſcripſit, ſic id de Phoxinis in ipſis hiſtorijs teſtatum reliquit his verbis: *Cõſiſtunt itaq; per coitum in his qui venerẽ norunt, ſed non in coitu tantum, verum etiam ſine coitu, quod cõſtat argumẽto nonnullorum fluuiatilium: nam Phoxini ſtatim propè dixerim cùm nati ſunt & admodum parui adhuc, oua habẽt.* Nõ itaq; fluuiatilibus Rubelliones accenſuit Philoſophus: imo verò alicubi pelagij ipſi piſces ſunt, repugnante tamen quotidiana experiẽtia, quæ litoralem potius eſſe demõſtrat, cui &[d] Oppianus aſtipulatur his verſibus.

*Phoxinorum ortus.*

[d] *L. 8. Hiſt. cap. 13.*

*Nonnulli flauam piſces in litore arenam*
*Mandunt & terra quicquid nutritur in alta,*
*Hippi, Coccyges celeres, flauiq; Erythrini.*

Conciliari poteſt Ariſtoteles cum Oppiano & experientia. ſiquidem hyeme, vt Rondeletius teſtatur, in alto mari degunt; æſtate verò terram petunt & circa litora capiuntur. Sunt item quædam profunda litora, in quibus & quouis anni tempore degere poſſunt, atq; hinc eſt quòd magis æſtate quàm hyeme capiãtur. Carniuori ſunt, cancelloſq; atque alios piſciculos venanturitem vt Bellonius tradit; cicadas & locuſtas, puta cùm paruæ adhuc ſunt. Gregalis eſt, quod & Athenæus Ariſtotelis authoritate meminit. Suntque ex ijs, qui nec vagantur, nec oberrant.

*Cur æſtate capiantur.*



A

Erithrinus Rotfiſch Germanis dictus.



B

C

D

## SEXVS. PARTVS.

SExu nõ diſtingui, ſed omnes in hoc genere fœminas eſſe [a] Ariſtoteles author eſt. *In teſtaceis* (inquiens) *atque ſtirpibus quod pariat, atq; generet, eſt; quod autem maris fungatur officio, deeſt. Sic etiã inter piſces genus Paſſerum, Rubellionũ & Hiatularum;* (Channarum.) *Ova enim in his omnibus reperiuntur.* Et alio in loco: [b] *Sexu antẽ diſtingui apertũ eſt: pars enim piſciũ maxima conſumitur mare & fœmina, de Rubellione & Hiatula ambigitur: omnes enim grauidæ capiũtur.* [c] Itẽ rurſus alicubi: *Si quod genus eſt, quod fœmina ſit & marem diſtinctum non habeat, id ex ſeipſo generare poteſt, quod etſi nondum fide digna exploratum habemus, tamen facit, vt in genere piſcium dubitetur. Eorum enim quos Rubros ſine Rubelliones vocant, mas nullus adhuc viſus eſt, ſed fœminæ omnes fœtu plenæ reperiuntur. Verùm de his nondum compertum habemus quod fidem faciat ſatis.* Ac rurſus: *Nunc verò partim cõceptacula habent ſeminis genitalis, partim vulvas, atq; in omnibus (excepto Rubro & Hiatula) hoc diſcrimẽ eſt, vt aut conceptacula ſeminis prolifica habeant, aut vulvas.* Plinius [d] iſthæc breuiter tranſcripſit, inquiens: *In quodã genere omnino non ſunt mares, ſicut in Erythrinis, & Channis, omnes enim ouis grauidæ capiuntur.* [e] Quamobrem cùm aliàs *Erythrinos, & Channas vulvas habere* dicit, locus mancus eſt, & ex Ariſtotele ſupplendus hoc modo: *Omnes Erythrini, & Channæ vulvas habere creduntur.* [f] Iouius itaq; hoc argumento motus ſummoperè dubitat, nunquid iſte piſcis, cuius iconem huic capiti inſeruimus, verus ſit ac genuinus Erythrinus, quoniam pluribus anni temporibus ſine vllo ouorum veſtigio comedantur: ſed non aduertit, ſeſe ex Ariſtotelis, Plinijq; verbis inferre, quod ne ſomniaſſe quidem videntur, videlicet quòd Erythrinos, vel Rubeculas (vtor eius verbis) grauidas & ouis plenas toto anni tempore capi aſſerant: hoc enim illi non dicunt, ſed ſexu non diſtingui, idq; ex eo cognoſci, quòd quo tempore vterum ferunt, nullum ſit inuenire, qui ouis non ſit prægnans.

[a] *L. 4. Hiſt. cap. 11.*

[b] *Piſces maſculino ſexu carentes.* *L. 6. Hiſt. cap. 13.*

[c] *Lib. 2. de generat. c. 4.*

[d] *L. 9. c. 16*

[e] *L. 9. c. 52*

[f] *L. 1. c. 13. Iouij oſcitantia.*

Quis

Quis enim tam fœcundus detur piſcis, qui omni tempore grauidus capiatur: ne Mullus quidem (inquit Rondeletius) quem ter quotannis parere oſtendimus. Pariunt autem Erythrini incunte æſtate, eoque tempore omnes in vtero habent. Idem Iouius Erythrinos, cùm ſeſquipalmi magnitudinem excesſerint, in Dentices, ſiue Synodontas abire, communi piſcatorum conſenſu credi aſſerit, quod etiam falſum eſſe Rondeletius oſtendit, errorem inde natum eſſe inquiens, quòd cùm maiores fiunt ad Denticis formam coloremq; accedant, minuſq; ſolito ruſſi ſint, ac veluti caneſcant: quem colorem (inquit) refert minium pauco candido dilutum. E

*Quando pariat. An in Dentices abeant.*

# VSVS IN CIBIS.

*Carnis qualitas.*

RVbelliones mirantur nonnulli à veteribus non celebrari, cùm recentiorum omnium iudicio ſuauitate carniſq; bonitate nõ parum commendetur, Inuenio tamen apud Xenocratẽ Erythrinum ſapore eſſe iucũdo, copioſumq; præbere alimentum. Mediam eius ſubſtantiã glutinoſi humoris expertem, ſi quis (inquit Rondeletius) conſideret & deguſtet, is Murænis & Eugloſſo, alijſq; permultis qui & apud veteres fuerunt, & apud nos ſunt nunc in magno pretio, præferet: nam neq; dura carne eſſe, vt Cuculus, Draco, neq; molli, vel diffluente, vt Aphya, neq; tenaci glutinoſoq; ſucco, vt Anguilla, ſed Auratæ, alijſq; mediæ ſubſtantiæ piſcibus ſimili, ideoq; bonum ſuccum generare, ſatis alere, nõ difficilè coqui, aluum nõ ciere, quia mediocriter ſicca eſt carne, inueniet. Iouius quoq; Phragolinos ex his qui aſſantur, piſcibus, longè ſapidiſſimos eſſe teſtatur, ſtomachoq; minimè moleſtos, vtpotè qui rationabiliter febricitantibus (inquit) conceduntur: nam præter id quod de omnibus ſaxatilibus Auicenna intellexit, Pagri (ſic Erythrinos vocat) nullam viſcoſi lentiq; humoris exuperantiam habent, qui etiam ipſo iure conceduntur; quoniam cùm vniuerſum piſcium genus frigidæ atq; humidę ſit naturæ, humida frigidaq; cibaria febricitantibus Hippocratis authoritate debentur, vt aliquando mirer quoſdam ſcrupuloſiores medicos, cùm febris adſit totum prope piſcium genus perdamnare. Hyeme autem longe ſapidiſſimos eſſe idem Iouius atteſtatur, adq; ſummam ſaporis gratiam accerſendam, ganeonum iudicio tres omnino conditiones requiri, vt videlicet ſint recentes, frixi & frigidi (*freſchi, fritti, & freddi*, ita tamen vt Arancij mali ſucco, ac modico pipere, torpeſcentes eorum pulpæ alia ex parte molliantur, & excitentur. Commendantur item aſſi ſiue ſubinde calidi comedantur, ſiue aceto atq; aromatibus conſperſi, dies aliquot conſeruentur. In Gallia, vt ex Rondeletio colligitur, paratur, vt Aurata, frigitur etiam, & aceto, ſolijs lauri, myrti, citri, iuglandis aſpergitur, diutiuſq; aſſeruatur. Idem tradit æſtate ex aceto roſacco ſuauiſsimè edi. Ius in piſce Rubellione ex [a] Apicio: *Piper, Liguſticum, careum ſerpyllum, apij ſemen, cepam ſiccam: vinum paſſum, acetum, liquamen, oleum, amylo obligas*. Xenocrati in cibo aluum ſiſtit, & ſi in vino ſuffocatus fuerit, Venerem ciet, ſi vinum illud ebibatur. Plinius verò etiam Erythrinos in cibo ſumptos Venerem quidem concitare aſſerit & aluum ſiſtere; in vino verò putreſactos ijs qui inde biberint, vini tædium afferre. F G

*Apparatus.*

[a] *Lib. 10. c. 7.*

# SYMBOLVM.

*Pythagoras cur Erythrinis veſci noluerit.*

DIogenes Laërtius author eſt Pythagoram ſuper omnia Erythrinos, & Sepias in cibo prohibuiſſe. Quid autem eo ſymbolo indicare voluerit, explicat [a] Lilius Gregorius Gyraldus, inquiens: Cùm Erythrinus piſcis genus ſit coloris rubri, nos à ſanguine & vindicta abſtinere monet Pythagoras, imitatus Hebræos quibus ideo præceptũ eſt, ne ſanguine veſcantur. Marſilius Ficinus hoc Pythagoræ ſymbolum, *μὴ ἐρυθρὸν ἐσθίειν*, haud rectè trãſtulit, Rubrum quid ne ſuſcipias. H

*[a] L. de ſymbolis Pythagoræ.*

# DE ACARNANE. Cap. X.

*[a] Capite de Orpbo.*

*[b] L. 32. c. 11. L. 8. c. 2.*

*[d] L. 8. c. 19.*

ICeſius apud Athenæum piſces aliquot eiuſdem generis enumerans, inter eos Acarnanen etiam recenſet, vt in Phagro diximus. Quam ſimilitudinem [a] Rondeletius ad formam corporis referre videtur, cùm de conſimili nutrimento potiùs intelligi debeat, licet forma etiam ferè ſimiles ſint, quare Rondeletij Acarnanen haud reprobo. Diphilo Ἀκαρνὰν vocatur, alicubi etiam apud [b] Athenæum ἄχαρνος ex Callia. Etymologo ἀχάρνα, Plinio in catalogo piſcium Acarne. [c] Ariſtoteles ſcribit Mugilibus infeſtum eſſe piſcem quendam: cuius nomen ob Græcorum exemplarium varietatem triplicite ſcriptum reperitur. In aliquibus enim exemplaribus ἀρχάνος legitur, & ſic legit etiam [d] Theodorus: in alijs autem ἀχάρνος; in alijs deniq; ἀράχνης. Vetat Saluianus in capite de Mugilibus, ne in tãta exemplarium

A plariũ varietate, legamus ἀράχνης, quoniam cùm aliàs apud eundem, vbi hunc piſcem æſtate laborare ac extenuari dicit, triplex rurſus in nomine ſit ſcriptura, & in aliquibus codicibus ἀρχάνας, vti legit & [d]Theodorus, in alijs ἀχάρνας in nullo autem (quod equidem viderit) ἀράχνης reperiatur. Idem Saluianus, cùm videret Mugilibus à [e] Philoſopho infeſtum dici huius nominis piſcem, alibiq; tradat Lupum & Mugilem mutuo odio flagrare, Lupus verò Heſychio ἀχάραξ nuncupetur, Archanum, cæteraq; quæ enumerauimus ſynonyma ad Lupum pertinere arbitratur, non ſine graui lapſu. Sicuti enim Ariſtoteles ſynonymis non vtitur, ita quoq; Hiceſius, vt oſtendimus Acarnanen inter eos recenſet qui marini tantùm ſunt, ac ferè litorales: Lupus verò & Mugil flumina è mari ſubeunt. Quapropter Rondeletij piſcem, donec quis alium oſtenderit, qui rectiùs reſponderit, accipiam, eoq; maximè cùm in eo obſeruauerit, quòd æſtate laboret atq; extenuetur; quod Ariſtotelem de ſuo tradere diximus, Adde quòd & carnis qualitate & corporis item ſpecie, Pagros, Orphos, Synadontas, &c. referat; marinuſq; & litoralis piſcis ſit. Pagrum autem & Erythrinum, potiſſimùm refert; colore verò differt. Cum Erythrino alioqui tanta ei ſimilitudo, vt Romæ pro eo vendatur; eodemq; nomine vocetur. Eſt tamẽ albus, ſquamis argenteis, ore mediocri, tenuibus dentibus, roſtro aquilino Pagri modo, ſpatio quod inter oculos eſt compreſſo, oculis magnis pro corporis ratione, aureiſq;: pinnis candidis. Ad primarum radicem macula eſt ex nigro rubeſcens, caudæ extrema rubeſcunt, linea recta à branchijs ad caudã protenſa, partibus internis à Phagro non differt: eiq; & Erythrino adeo ſimilis eſt, vt pro eiſdem vendatur, vt dictum eſt, horumq; trium nomina confundantur Romæ. Omnes enim Fragolini dicuntur. Capitur æſtate & hyeme. Carne eſt candidiſſima, media ſubſtantia, facilè concoquitur & diſtribuitur, & bonum ſuccum gignit. Hiceſius quoq; Acarnanem carnem habere ſcribit dulcem, & ſubaſtringentem, ſatiſq; alere & pro ratione etiã difficulter excerni. Apud Diphilũ itaq; cui δυσέκκριτος eſt, hoc eſt facilis excretu, lego δυσέκκριτος, id eſt difficilis excretu: nam quæ aſtringunt, quæq; multum alunt, ægriùs contrarijs & minus id efficientibus excernuntur.

[d] L. 8. c. 19.
[e] L. 9. Hiſt. cap. 2.

*Acarnanem Rondeletij cur pro bet author Deſcriptio.*

B

Acarnane Rondel.



*Carnis qualitas.*

C

# E E ORPHO. Cap. XI.

D

ĪNter piſces à Iulio Polluce nominãtur Ὀρφὸς, vel magis Atticè (inquit) ὄρφος. Quem locum corruptum eſſe neceſſe eſt, cùm Atticè dicatur ὀρφώς, oxytonum cum ω in fine. Cùm adhuc puſillus eſt, Dorioni Ὀρφανίνος vocatur. [a] Plinius inter eos piſces recenſet, quorum præter Ouidium, alij non meminerunt, cùm tamen quæ aliàs de eodem ſcripſerat, ex [b] Ariſtotele ſit mutuatus, in ijs Orphum collocans, qui hyeme conditi iacẽt in ſpeluncis. Theodorus Gaza Orphum, eum fortè eſſe credens, qui à Siculis Cernha, Maſſilienſibus Ernha, Venetijs, vt inuenio, Chergna nominatur, Latinè apud Ariſtothelem, Cernuam eſt interpretatus: quod & interpretes Galeni, Aetij & Pauli fecerunt; item Niphus, inquiens. Piſces, qui vulgò Cernuæ, Græcè Orphi dicuntur. Bellonius rectè quidem vetus Orphi nomen retinẽdum eſſe conſulit, ſed quàm benè Cernuam à Latinis ſcriptoribus fluuiatilis piſcis nomen eſſe affirmet, viderit ipſe. Fallitur item Rondeletius, qui Cernuæ ſcribit mentionem ab Auſonio factam in ſua Moſella.

[a] L. 32. c. 11.
[b] L. 9. c. 16.

*Cernua.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

*Tinca, Orphus paluſtris dicta.*

QVis modò veterum Orphus ſit, difficile eſt iudicare, quòd quæ ad cognitionem eius faciant, apud illos non reperias. Alexander Benedictus de victu agens podagricorum, Tincis ſimilem piſcem eſſe credidiſſe videtur, eas namq; Orphos paluſtres nuncupat. Galenus inquit) Orphos nominans, pelagicos puto intellexit, nec improbat, etſi duriores piſces habeantur, nam Orphi lacuſtres, quas Tincas vulgò vocamus, impuri & damnati ſunt alimenti. Alij Orphum, vt tradit Niphus, voluerunt eſſe Capitonem, ab oculorum aſpectu & rubro colore: alij verò quia Orphus (inquit) eſt maior Capitone, voluerunt Orphum eſſe piſcem ſui generis, quoniam vnica eſt traiectus ſpina, quod non accidit in Capitone: tardiſsimè etiam moritur, licet cultro medius diuidatur, vt veteres tradunt, quod nec ipſum Capitoni conuenit. Pet. Gillius ab eo, qui hodieque in Græcia Orphus vocatur, non diſtinguit. Rondeletius verò hunc à veterum Orpho diuerſum eſſe profitetur, argumento quòd longè maior ſit (ab eo, videlicet quẽ ipſe oſtendit) & viginti libras pondere æquet, nec item litoralis ſit, quod tamen de ſuo Ariſtoteles prodidit. Reuera magnus piſcis eſſe non poteſt. Deuoratur enim teſte Oppiano à Mullo: niſi dicamus duos piſces Orphi nomine apud authores intelligi, magnos enim contrà eos facit Tarentinus inquiens: *Eſca ad omnes piſces magnes in mari, quales ſunt Glauci, Galei, Orphi, atq; id genus alij*. Bellonius Gillio vt apparet ſubſcribens, pro Orpho piſcem oſtendit, quem nunc Græci Rophum (Orphum forte) dicunt. Nos & hunc, & Rondeletij etiam Orphum damus, incerti huicné an illi ſit aſſentiendum. Rondeletij Orphus piſcis eſt Pagro quodammodò ſimilis, colore ex purpureo rubente; vnde rubentem appellaſſe putat Ouidium, (ſed Bellonij piſcis etiam rubet) Oculis magnis, dentibus ſerratis, pinnarum ſitu, numeroq; & aculeis Pagro ſimilis, podice admodum paruo, vtpotè, qui paruam riuulam tãtùm habeat, quam vix animaduertas: ſeminis meatibus caret. Hunc verum veterum Orphũ eſſe inde Rondelet. colligit, quòd omnia ei conueniant, vt affirmat quę [a] Athenæus, & [b] Ariſtoteles ſuo Orpho tribuunt, breui ſcilicet tempore magnum fieri, carniuorum eſſe, ſerratis dentibus, ſolitarium: proprium huic eſse ſeminis meatibus carere, item hoc quod diſſectus diutius viuat; vnde ὀψιμόρων γένος ὀρφῶν, ideſt tardè morientium genus Orphorum [c] Oppianus dixit. Hæc ferè ille. Bellonius, cùm prius rubere ſuum Orphum dixiſſet, mox eum ſic deſcribit: Magis compreſsus eſt quàm teres, hoc eſt, plus in latum quàm in largum effuſus, vt Phycis. Os habet paruum, vt Canthatus: ſquamas quibus cõtegitur, aſperas, corpori firmiter inhærentes, ita vt vix poſſit deſquamari. Pinnæ tergoris, laterum, ventris & caudæ, variis coloribus inſignes ſpectantur. Pinnam aliam in tergore continuam, decem aculeis (innumeros ferè pingit) munitam habet: caudam minimè bifurcam, item laterum pinnas & ventris obtuſas: labra vt Scarus, carnoſa, dentes quoq; Scaro perſimiles (quos in icone vel non, vel ſaltem admodum obſcurè expreſſit)

*Non eſſe Capitonem.*

*Orphus, qui nunc in Græcia.*

*Magnum piſcem non eſſe.*

*Magnum eſſe.*

Orphus Rondelet.



*Orphi Rondeletij deſcriptio.*

*Verum Orphum eſſe.*

*[a] Lib. 7.*

*[b] L. 5. Hiſt.*

*[c] Lib. 2.*

*Orphi Bellonij deſcriptio.*

Orphus Bellonij.



A ſit) minores tamen, branchias vtrinque quatuor. A media ſui corporis parte ſecundum dorſum liuet,ac nigricat,albicat ſub ventre. Caput eſt illi penè rubeum, vt Charinæ. Herbis veſcitur, vt Salpa & Sparus. Maculam in radice caudæ, vt Melanurus, nigram gerit. Lautiores Græcorum epulas honorare ſolet,apud quos ſiue frigatur,ſiue elixetur, aut aſſetur, ſemper eſt magno in pretio. Vulgus Græcorum multa ei nomina imponit, ſed quia in litore Gallico videri non ſolet, nomen Gallicum non inuenit. Cretenſes Cheludam, alij Acheludam,pleriq; Petropſaro nominant. *Carnis boni tas.* *Cheluda.* *Acheluda.* *Petropſaro.*

# LOCVS. NATVRA. MORES.

ORphus Ariſtotelis, vt diximus,litoralis eſt,& Athenæus eiuſdem teſtimonio ſcribit magis litoralem quàm pelagium eſſe. Aeliano marinus eſt, & circa continentem libenter obuerſatur. Numenius thalamis & cauernis delectari eum innuit his verſibus:

Τοῖσι κεν ἐυμαρίως θαλάμης ἀπὸ μακρὸν ἀείρας Σκορπίον ἢ ὀρφὸν περιτρηχέα. τῶν γὰρ ἐπ' ἄκρης.

B *Hiſce* (eſcis) *facilè à ſummo cubili procul Scorpium aut Orphum vndequaq; aſperum ſublatum abduxeris.*

Fallitur Bellonius,Oppiano pelagium eſſe dum ſcribit: nam Ouidium dicere debuit,qui quidem pelagium facit; Oppianus autem in petris degere ſcribit cauernoſis,quæ plenæ ſunt chamis & patellis, quibus veſcitur. Carniuorum autem eſſe, ex Athenæo diximus: idem Amipſias quoque indicat hoc verſu: Ὀρφοῖσι, σιλαχίοις τι, καὶ φάγροις ἰσῃ βορά. *Cibus.*

Quem verſum ferè citat Plato comicus in Cleophonte:

Σὶ γὰρ γραῦ συγκατώκισαι σαπρὰν Ὀρφοῖσι σιλαχίοις τε καὶ φάγροις βοράν.

*Te namq; demum reduxit, ò anus, putrem, Orphis, Phagris, & Cartilagineis deuorandum.*

Hyeme teſte Athenæo,latet,& vt Aelianus ait,in ſpeculis ſe continet. Longiùs quàm in biennium huius vita non prorogatur,vt idem Athæneus ibi tradit. *Vitacitas.*

# VSVS IN CIBIS.

ORphum apud gulę proceres,ganeonesvè in ſummo olim honore fuiſſe reperio. Dorion opſophagus,id eſt piſcium helluo, cùm puer piſces aliquando non emiſſet,eum flagris primùm cecidit, mox iuſſit optimorum piſcium nomina dicere: cùmq; puer Orphum,Glauciſcum, *Praſentia.*

C Congrum & ſimiles alios commemoraſſet: piſcium iuſſi te (inquit) non deorum nomina dicere, atq; hi piſces veluti dij quidem inter alios haberentur. Apparet autem alios ex ijs Glauciſcum, alios Orphum prætuliſſe: quamobrem Lynceus Samius authore Athenæo piſces aliquos Rhodios Atticis comparans, Attico Glauciſco, Ellopem & Orphum Rhodios oppoſuit. Ariſtophanes Orphos indicat regios tantùm & tyrannicos piſces, Membrades contrà plebeios eſſe. Inquit enim in Veſpis:

Ἤν μὲν ὠνῆταί τις ὀρφῶς, μεμβράδας δὲ μὴ θέλῃ Εὐθέως εἴρηχ' ὁπτῶλον πλησίον τὼς Μεμβράδας,
Οὗτος ὁ φωνεῖν ἐμὲ ἀνθρωπος ἐπι τυράννιδι

*Orphos ſi quis emat, nolit autem Membradas, Statim propinquis dicit qui vendit Membradas*
*Tyranni modo obſonari videtur hic homo.*

nempe quòd regius piſcis Orphus ſit, Membras plebeia. De carnis ſucciq; Orphi ſalubritate hanc [a] Athenæi ſententiam: Ὀρφὸς ἔυχυλος, πολύχυλος, γλίχρος, δύσφθαρτος, πολύτροφος, ὑρπτικὸς: τὰ δὲ πρὸς τῇ κεφαλῇ αὐτῆς γλίχρα, ἰυπτιπτα. Τὰ δὲ σαρκώδη, δύσπεπτα, βαρύτερα: ἀπαλώτερον δὲ τὸ ὑραῖον. φλέγματος δ' ἐςι δραστικὸς ὁ ἰχθὺς, καὶ δύσπεπτος, id eſt *Orphus boni & multi ſucci eſt, glutinoſus corruptu difficilis: multum nutrit, vrinam ciet: partes circa caput glutinoſæ, faciles concoctu: carnoſæ verò difficiles concoctu, magiſq; grauant, tenerior eſt cauda: pituitam gignit piſcis iſte & difficilè coquitur.* [a] *Lib. 8. Salubritas.*

D Rondeletius cùm rationi philoſophicæ repugnãtem eſſe videret,(nam partes circa caput ſi glutinoſę ſunt: qui poſſint eſſe concoctu faciles? glutinoſa enim hærent inter ſe tenacius,& ob id maiore caloris vi,longiore tempore incidenda, attenuandaq;,quare & grauant magis & difficiliùs concoquuntur,) oſtendit quædam à loco ſuo tranſpoſita eſſe,legitq;: τὰ δὲ πρὸς τῇ κεφαλῇ, γλίχρα, βαρύτερα: τὰ δὲ σαρκώδη, ὑπτιπτα, hoc eſt, partes circa caput, glutinoſæ, concoctu difficiles: carnoſæ verò coctu faciles: arbitraturque ὑρπτικὸν eſſe, quoniam multam gignat pituitam, vt ſunt reuera multa alia,quæ ob ſolam humoris copiam,vrinas cient: alioqui cùm ſit glutinoſus, neque ſubſtantiæ tenuitate,neque acrimonia id præſtare poteſt, Ob eandem glutinoſi humoris copiam, vniuersè quidem difficilis concoctu rectè dicitur, etſi aliæ partes alijs collatæ concoctu ſint faciliores. Hicefius quoque apud eundem Athenæum Orphos, Phagros, & alios quoſdam genere ſimiles eſſe ait; nimirum dulces, ſubaſtringentes, multi nutrimenti, ideoque etiam difficiliter excerni: magis autem alere ex ijs, qui carnoſi ſunt, magiſque terreſtres, ac minus pingues. Philotimo apud *Athenæus correctus.* *Cur vrinas cieat.*



Digitized by G

[a] L. 3. Alim. cap. 30.

[b] Galenum Orphi, Glauci, Canes &c. omnes duræ carnis ſunt, difficiles concoctu, & craſſos falſoſq; ſuccos procreant: cuius cætera quidem verba Galenus approbat, ſed quòd piſces, aliaq; durioris nutrimenti, ſuccos falſos reddant, non item. Etſi enim duriora diutius coqui deſiderant, multa coctione tamen non cibus ipſe ſolidus falſior euadit, ius verò & liquor, in quo aliquid diu coquitur, falſius amariuſvè redditur. Galeno ſubſcribit Trallianus in curatione doloris oculorum ex bilioſo, & acri humore, veſci iubens ęgrum alimentis mitibus, incraſſantibus, minimè mordacibus, vt Orpho & alijs durioris carnis piſcibus, Glauco, Buccinis, &c. Item in colico affectu Ceridem, Orphum, Glaucum, Scorpium præſcribit, quòd duriore carne ſint præditi: & rurſus in diabete, ex piſcibus, inquit, dari poſſunt Orphus, aut alius quiſpiam dura carne præditus. E

# VSVS IN SACRIS.

ARchippus in piſcibus apud Athenæum, Orphum oſtendit eſſe piſcem ſacrum, inquiens.

Ἱερεὺς γὰρ ἦλθ' αὐτοῖσιν ὀρφος τῷ θεῷ. *Dei ſacerdos Orphus illi aduenit.*

*Vaticinãtes ex piſcibus.*

[a] L. 12. c. 1.

Euſtathius in Licia ait fuiſſe ἰχθυομάντεις, id eſt vates è piſcibus diuinantes, apud quos ſacerdos reſponſa dabat, cùm vel Orphi, vel Balenæ, vel Priſtides (Priſtes fortè) magnæ multaq; apparebant. Quam rem fuſiùs refert [a] Aelianus his verbis: *In Myrenſi Lyciæ ſinu Apollinis templum eſt, ad cuius ſacerdotem vitulinas caruncułas diſpergentem Orphi gregatim adnatant, & tanquam ſanè conuiuæ ad epulas inuitati carnes comedunt: & verò immolantes ex eo magna voluptate afficiuntur quòd piſces ſuæ ſacrificatione paſcantur: quod quidem ipſum res ſuas bene & feliciter caſuras eſſe ſignificare ſibi perſuadent: idcircoq; propitium ſibi deum eſſe dicunt, quòd ſuis cibis piſces expleãtur. Quodſi candis carnes in terram eũciant, tanquam ſordidas à ſe deteſtantes; inde ſibi iram dei portendi arbitrantur. Huiuſmodi ſanè piſcium genus ſacerdotis vocem & agnoſcit, & ſi ad eos à quibus appellatur, acceſſerit, ſic incredibilem ipſis lætitiam adfert, vt ſi contrà fecerit, magnum dolorem ijſdem inuerit.* F

# DE SYNODONTE, SIVE DENTICE. Cap. XII.

G

## SYNONYMA. ETYMVM. ÆQVIVOCATIO.

*Synodonte & Synodontis, vt differant. Dentex & Dentalis: Dentatus.*

VItanda hîc in primis homonymia, ne duo piſces toto genere inuicem differentes confundantur, Συνόδων, ſiue Συνόδης, nimirum Græcis dictus cum eo qui Συνοδοντίς nominatur. Συνοδοντίς enim piſcis eſt cetaceus, ex Pelamidis, ſiue Thunni ſpeciebus, vt ſuo loco pòſt patebit fuſiùs: Συνόδων verò doctiſſimorum virorum omnium iudicio, ille eſt, quo de nunc agitur, piſcis, παρὰ τὰς ὀδοντας, id eſt à dentibus nomen habens, vnde & Columellæ Apicioq;, eoſq; vt apparet, ſecuto Theodoro Gaza Dentex latinè appellatur, quibuſdam Dentalis, Alberto etiam Dentatus, Maſſilienſibus Dente, Italis & Platinæ Dentale. Plinius & Ouidius Græcam nomenclaturam retinuerunt. Monet nos Athenæus primam huius nominis etiam per iota ſcribi à Dorione & Archeſtrato: quo modo & apud [b] Ariſtotelem bis ſcribi reperio; nec deeſt cur ſic ſcribatur, ratio, videlicet παρὰ τὸ σίνεσθαι καὶ βλάπτειν τοῖς ὀδοῦσιν, quòd dentibus noceat, quod Platina non ignorauit: Dentale (inquit) noſtra ætate dictum putant, quòd dentes ferè exertos habeat, quibus & piſcatores aliquando lædere conſueuit. Senſêre Antiâtis cicatrices in digito acceptæ, à Dentali vulnera infligi: Συνόδης, verò ſiue συνόδων dici videtur quaſi κυνόδης à caninis dentibus: caninis enim ſimiles habere dicemus, vt mirum ſit cur non κυνόδοντα potiùs Græci vocauerint; ſynodon alioqui piſcem indicat, cui coniuncti denſiq; dentes ſunt: à qua dentium coniunctione, tùm item magnitudine Scarus alicubi vulgò Dente vocatur. H

[b] L. 8. Hiſt. c. 13. & lib. 9. cap. 2.

FORMA.

Digitized by Google

A Dentex, idem fortè cum Dentice aliorum.



B

C

D

# FORMA. DESCRIPTIO.

ETſi dicente Hicesio, *Phagum, Chromin, Anthiam, Acarnanen, Orphum, Synagrum & Synagridem genere ſimiles eſſe*, ad ſaporem, & nutriēdi facultatem (vt diximus) referri debeat ea ſimilitudo: Dentex tamen (inquit Saluianus corporis figura, ac partibus ferè omnibus Phagro ſimilis adeo eſt, vt non facilè ab inuicem internoſcantur. Suntq; qui credant eos ſola ætate, atq; magnitudine differre, ita vt vnus, & idē piſcis minor, & iunior exiſtens, Phagrus; ad ſeſquipalmi verò magnitudinem adultus, Dentex appelletur. Iouium videtur notare, qui Fragolinos (ſic Phagros nuncupat) cum ſeſquipalmi magnitudinem exceſſerint, in Dentices, ſiue Synodontes euadere communi piſcatorum conſenſu exiſtimari tradit. Qua autem ratione inuicem diſtinguantur, in hiſtoria ſeſe edoćturum idem Saluianus pollicetur. Haud mirum itaque ſi Albertus atq; author de naturarerum inuicem piſces iſtos confuderint. Ariſtoteles Synodōtes formā Auratis ait eſſe proxima ſed maiores. Platina item, & Bellonius Auratę ſimilem eſſe inquiunt, necnon Rondeletius: corporis (inquit) forma Auratæ, vel Erythrino ſimilis

*Vt Phagro ſimilis.*

*Aurata, vt ſimilis, & diſſimilis.*

eſt, pinnis quoq; & aculeis & ſquamis, & colore, nã ex albo rubeſcit, ſed maculis veluti punctis aſpergitur, & capite magis eſt compreſſo quàm vel Aurata, vel Pagrus. Bellonius ait diſcrimen inter Denticem, & Auratam mox apparere, nam exteriores branchias ſpinoſas percipi, præterea tegumentum Dentici perpetuò rubere, neq; cilia habere aurea: ſed notandum eſt iconem à Bellonio exhibitam cum ea quam pingunt Rondeletius, & Saluianus, ſatis quidem conuenire, ſi pinnam dorſi excipiamus, quam ipſe vniformem, qualem Geſnerus quoq; dedit, illi verò quaſi geminam, vel ſaltem iuxta caudam minimè aculeatam pinxerunt. Adhæc Bellonius in ſua deſcriptione venas, ſeu lineas in lateribus octo eſſe ait, rectas varij coloris, id eſt ex leui ruſſo nigricantes atq; in fuſcum elangueſcentes: quarum neuter illorum meminit: diuerſos tamen piſces eſſe non puto, nam quòd ad lineas iſtas attinet, fieri poteſt Bellonium hac in parte illis fuiſſe diligentiorem: pinnam autem in tergore Saluianus & Rondeletius haud rectè expreſſerunt. Saluianus enim viginti (quot nimirũ Bellonius quoq; tribuit) aculeis ferè munitam eſſe, in deſcriptione monet, duodecim tamen tantũmodò, reliquam partem ſine aculeis delineauit. Quibus ſic conciliatis integram nunc deſcriptionem afferramus. Dorſum habet repandum, latera ſatis compreſſa, vnde non oblonga ſed latiuſcula redditur corporis figura: Caput nonnihil faſtigiatum, roſtrum acutum, os ſatis amplum, valdeq; denticulatum: præter enim minores ac ſerratos dentes quibus maxillæ armantur, earũ ſuperior quinis alijs, inferior verò octonis permagnis, validiſſimis, caniniſq; ſimillimis, & non latis vt falsò aſſeuerat Iouius Albertum, & authorem de natura rerum, vt apparet, ſecutus, horret, vt Saluianus & Bellonius teſtantur, quamuis Rondeletius quaternos duntaxat vtrinq; eſſe, qui caninis ſimiles ſunt, dicat, non integrum fortè piſcem deſcribens. Oculi magni ſunt; branchiæ vtrinq; quaternæ. In dorſo pinna vnica, longa, viginti ferè aculeis munita, vt dictum eſt: Alia imo ventri ab ano hæret, binę item alia ad branchias, vtrimq; ſcilicet vna, in ventre deniq; alia: Cauda falcata, venter argenteus, vnde album vocaſſe Numenium credendum eſt: lateribus verò & dorſo ex albo rubet, vt hinc quoq; rubrum potuerit appellare Ouidius: ſicuti ἰοειδροτοχίλον Epicharinus, id eſt rubro varium quòd rubicundis præterea maculis ſit conſperſus. Linguam teſte Bellonio mollem habet, quam & Saluianus in ſua icone expreſſiſſe videtur. Lapides gerit in capite, qui Synodontites rectiùs quàm Synodontitæ, vt Saluianus, & Rondeletius loquuntur, dicentur; ſic enim [a] Plinius: *Synodontites gemma è cerebro piſcium eſt, qui Synodontes vocantur*. Ad partes internas quod attinet, nihil notatu dignum ac peculiare habet, ſed omnes ferè cum pleriſq; communes. Vulgarium pondus (inquit Bellonius trium aut quatuor librarum eſſe ſolet, & in tantam plerumque magnitudinem excreſcit, vt ſex libras pendat. Saluianus decem librarum pondere obſeruauit. Teſtatur item Rondeletius in Adriatico mari in inſignem magnitudinem excreſcere, ſuo verò (Monſpelienſi) in litore non ſuperare Auratam. Cum hoc Dentice corporis forma, pinnarumq; numero Dentex noſter prior conuenit, colere verò non item. Totus enim ferè viret, magis in tergo, minus in ventre, & lateribus, in quibus lituras habet nigricantes. Synciput aureum eſt, branchiarum oſſa ferè violacea ſunt. Oculi vt in Aurata aurei. Habes hîc & alterius piſcis iconem ex Illyrico Denticis nomine miſſi. Oris ſciſſuram magnam habet, dentibus inſtructam peracutis; Color ori intus atque extra ſubater, item pinnæ tergoris, quæ tamen caudam verſus rubet in extremitate; cæteræ pinnæ ad caſtaneum inclinant. Tergus quoque atrum eſt, retro tamen branchias, & ſub harum pinnis macula eſt inſignis purpuraceus aureis decorata ſquamis. Venter flaueſcit, ſed ſquamæ argenteæ ſunt. Super os macula eſt cærulea. Linea exilis, nigra à branchijs ad caudam vſque fertur. Cætera icon oſtendit: quam habes ſequenti pagina.

*Icones examinantur.*

*Deſcriptio integra.*

*Dentes.*

*Pinnæ.*

*Lingua.*

[a] *L. 37. c. 10* *Synodõtites gemma.*

*Magnitudo*

# LOCVS.

[a] *L. 8. c. 16.* Synodontem Ouidius ijs annumerauit piſcibus, qui pelago gaudent. Pelagiumque eſſe [a] Columella oſtendit, inquiens: *At arenoſi gurgites planos quidem non peſſimè, ſed pelagios melius paſcunt, vt Auratas ac Dentices*. Cæterùm cùm Auratas litorales eſſe conſtet, vt ſuo deinceps loco dicetur, & Denticem quoque litoralem faciat [b] Ariſtoteles, eique ſuffragetur Oppianus, qui in petris & arenis paſci Synodontes ait, cogor à Columella recedere, eoque magis cùm diuturna piſcatorum obſeruatio, vt Saluianus teſtatur, Ariſtoteli atque Oppiano calculum addat. Probantur ex Illyrico Dalmatiæque litore teſte Iouio, præſertim ex Salona atque Tragurio. Amalphis quoq; celebratur hoc piſce ab Actio Syncero Neapolitano, hoc verſu.

[b] *L. 8. Hiſt. ap. 13.*

*Herculea Mullum rupes, Synodontas Amelphis.*

Fretum Siculum ab Archeſtrato. Columella de piſcinis ſcribens Dentices Punicas, & indigenas nominat.

NATVRA.



# NATVRA. MORES. CIBVS. CAPIENDI RATIO. PARTVS.

E

[a] *L. 8. Hiſt. cap. 2.*

DEnticem carne tantùm veſci teſtatur[a] Ariſtotels, & μαλάκια, id eſt, mollia appetere, gulo-ſumq; ac helluonẽ eſse, vel inde conſtat, quòd & ipſi eueniat, quod alijs quibus dum nimia auiditate alios minores inſequuntur, venter in os procidit, vt ibidem dócet philoſophus.

*Polypo pugnat.*

Apparet autẽ inter alia mollia polypi carne præcipuè delectari. Scribit enim Albertus cũ polypo pugnare, & quoniam extra ſoueam (cubile) eum extrahere non poteſt, fluctuat (inquit) ante oſtium antri tanquam mortuus: quod incautus videns polypus ad eum extẽdit vnũ ex brachijs, vt attractum deuoret: id brachium ſubitò morſu corripit Dentatus. Bocc quoq; ineſcari[b] Oppianus author eſt, tan quam & huius carni inhiet. Graſſatur præterea in oſtrea & piſces innoxios, vt loquitur author de na-

[b] *Lib. 3.*

[c] *L 9 Hiſt. cap. 2.*

tura rerum, hoc eſt, inermes. Sunt tamen teſte Ariſtotele gregales; adeò verò, vt[c] Oppianus, & ex hoc Aelianus hanc ſocietatẽ pernitioſam ipſis eſſe ſcribant. *Dentices* (inquit hic) *tam congregatiles ſunt, vt nec ſibi eſſe à gregalibus ſuis æqualibus ſolitudinem & ſegregationem ferant. Solent autem iuxta ætatum diſcrimina degere; ac nimirum peradoleſcentes ſeparatim à reliquis natant, qui verò ſunt confirmatiore ætate, etiam inter ſe vitæ communitate, illo prouerbio coniungantur, Aequalis æqualem delectat, & præſentes præſentibus tanquam ijs quibus cum ſocietas, amicitia coniunctio ex conſuetudine vſq; frequẽtia ſocialeſcit, delectantur. Aduerſus piſcatores autem ſic machinantur, vt cùm piſcator in eos cibum demiſerit, congregati & in orbem conſiſtentes, inter ſe conſpiciant, atq; in hunc ordinem inſtructi permaneant. Si autem ſolitarius ex alio grege acceſſerit, hamumq; deuorauerit, ac ſuæ ſolitudinis præmio accepto ſubtractus fuerit, confidentiores efficiuntur, tanquam capi non poſſint: ſicq; præ nimia fiducia negligentiores facti capiuntur.* Pariunt circa ſaxoſa loca.

*Aequalis æqualem delectat.*

F

# VSVS IN CIBIS.

*Carnis qualitas.*

DEntex ab omnibus vulgò tanquam laudatæ carnis piſcis commendatur. Σκόμβρον ἐπιτηδεῖον ab Antiphane cum alijs recenſetur lautiſſimis obſonijs, & ab Hiceſio cum alijs palato gratiſſimis piſcibus, qui item modicè aſtringunt, copioſumq; præbent alimentum, ſed haud facilè excernuntur, licet Xenocrates recitante Vuottono facilè in corpus digeri, aluumq; mouere tradat: G eodemq; authore duram quidem carnem habet, ſed bonum ſuccum creat, mediocriterq; nutrit. Ego

*Apparatus*

Hiceſij potiùs ſententiæ ſubſcripſerim. Coquitur (inquit Platina, vt Stirio. In aqua verò, oleo & ſale iniectis elixi, aut etiam aſſi crebra olei, & aceti, vel omphacij inſperſione irrorati comedi plerumq; ſolent. Saluianus eſſe etiam dicit, qui eo condimento parant, quod vulgò amarinare dicimus, cuius pa-

*Amarinare, quid.*

randi modus talis eſt: Piſces recens capti, exteriùs à ſquamis, interiùs verò ab interaneis repurgati, ac modico ſale conſperſi, vbi ſic ſex, vel ſeptem horas permanſerint, optimo, & copioſo oleo in ſartagine friguntur: frixis verò ac in fictilem patinam diſpoſitis, priuſquam refrixerint, acerrimum acetum, in quo antea aromata & crocus bullierint, ſuperinſpergitur; & demũ poſt quatuor aut quinq; horas, in vaſe alio abſq; ſuperiniecto aceto, lauri, aut myrti, aut citri folijs, ſi libeat interpoſitis, cancellatim, ac decuſſatim componuntur. Ita quoq; Iouius, cùm Synodum (Synodontem potiùs) probari dixiſſet ex Illyrico, Dalmatiæq; litoribus & præſertim ex Salona, atq; Tragurio, eas gentes tradit conciſum in frusta & ſemicoctum multo croco & perſpicuo gelu condire, cadiſq; includere, ita vt toto fermè anno per omnem Italiam, & Romæ idem aduentitius, & recentiſſimus habeatur. Id autem genus obſonij medici (inquit) magnoperè deteſtantur, & ante alios Petrus Aponenſis. Is enim piſces ſemel coctos aſſeruatoſq; & præſentim vaſorum concluſos operculis mortiferam qualitatem acquirere, mandenteſq; certo plerumq; veneno inficere, ratione autem atq; experimento deprehendiſſe affirmauit. H

# DE SYNAGRIDE. Cap. XIII.

*Ordinis ratio.*

*An ſynodonte differre.*

DE Synagride etſi nihil habeam certi, hîc tamen omnino mihi agendum eſt, cùm quòd Hiceſius eiuſdem generis, quo ad nutrimentum, videlicet, vnà cum præcedentibus ſubinde à Synodonte nominet, tum verò maximè quòd cum hoc ferè confundatur. nam Theodorus Gaza in primis Synagridem æquè ac Synodontem, reddidit Denticem, vnius eiuſdemq; piſcis ſynonyma eſſe arbitratus, Maſſarius verò & Gillius, licet ſpecie diſtinguí à Synodonte facilè aduerterent, tamen adeò inter ſe ſimiles eſſe voluerunt, vt vix diſcerni

A ſcerni queant, ſed verba eorum adſcribam: Synodontes (inquit ille) Latinè Dentices vocantur:
» quorum alterum eſt genus ſimile Synagris Græcè vocatum, quam item Denticem Theodorus inter-
» pretatur. Hic verò: Synodontes, & Synagrides Latinè Dentices dicuntur: tam ſimiles ſunt, vt Ligu-
» res & Maſſilienſes vtroſq; Dentices: contra Græci eoſdem vtroſq; Synagrides nominent: Hiceſius di-
» cit Pagrum, Chromin, Anthiam, Synodontem & Synagridem ſimiles eſſe, ſed non aduertit nec for-
» ma ſimiles, nec magnitudine pares hoſce omnes piſces, ab Hiceſio dici, & non aliter inuicem cõparari
quàm ratione nutrimenti, vt ſæpius diximus. Solet enim ipſe non corporum formarumq; ſimilitudi-
nes tractare, id quod Speuſippus facit in libro ſimilium. Non me latet interim, imo id antè etiam in-
ſinuaui, & forma aliquo modo ſimiles eſſe, ſunt enim lati ferè, & loco non multum differre, ac in lito-
ribus ferè degere. Haud tamen ita ſimiles puto Synagridem & Synodontem, vt diſtingui non poſ-
ſint. Diuerſos autem piſces eſſe, præ cæteris indicat Ariſtoteles, qui diuerſis in locis, his duobus no-
minibus vtitur. Eiſdem enim de vna re vocabulis vti ſolet, ac nunquam ſynonymia aut copia vocabu-
lorum ludere. Idem docet quoq; Epicharmus his verbis: Συναγρίδας μαζὺς τι, Σινόδοντας ἐρυθροποικίλους. Adhæc nunquid Synodon nunc Græcis Synagris vocetur, & Synagris apud Ligures & Maſſi-
lienſis Dentex, vt Gillius ait, ſummoperè dubito. Etenim Bellonius natione Gallus, qui magnam
B Græciæ partem vidit, Græcos ſcribit Synagrides à Denticibus diſtinguere, negatque Synagridem
apud Latinos nomen habere, & nullum eam Gallicum, aut aliarum Europæ nationum nomen, vti
ſolet, addit, tãquam rarus admodũ ac ferè ignotus piſcis ſit. Quamobrẽ quomodo & Rondeletij (qui
& ipſe Gallus erat opinionem probare queam, non video. Cùm enim Synagridem & Synodontem
ſola differre ætate putat, vt Synagris dicatur minor & iunior, Synodon maior, ideoq; Synagridas
ab Epicharmo μαζὺς, id eſt (inquit) delicatas & teneriores vocari, quandoquidem minores piſces,
& qui ætate non multum proceſſerunt, molliores ſunt & delicatiores grandioribus, Synodontem
verò ἐρυθροποικίλον, id eſt cum varietate rufum ſiue rubrum, quem Numenius vocat μέγαν & λευκόν, &c. ſine authore μαζὺς delicatas reddit, μαζὸν enim pro adiectiuo ſumi non inuenias, quam-
obrem Geſnerus locum mẽdoſum eſſe ſuſpicatur, legendumq; μέζους, id eſt maiores, argumẽto quod
idem author alias etiam μειζονὶς pro μειζόνως recitante Athenæo dixerit. Apparet autem Rondeletium
credidiſſe μαζὸν adiectiuum eſſe ἀπὸ τῆς μᾶζης, id eſt placenta; nam licet [a] Athenæus ſcribat μᾶζαν initio vocatam fuiſſe vulgarem quendam, & communem cibum ex farina, cùm verò poſtea delica-
tiùs & maiori cum luxu pararetur, μαζίτιον appellatam, nihilominus nonnunquam pro delicata pla-
centa accipitur, vnde hodieque Mazapanes vocamus placentas ex amygdalis & ſaccharo confectas
C quæ in feſtis Natalitijs pro ſtrenis offerri ſolent, ſed à μᾶζα μάζινος nõ μαζὸς componitur, μαζὸς verò ſubſtantiuè acceptus, mamma eſt, & papilla, & ſic reddidit Natalis Comes, quo ſenſu, viderit ipſe. Ego
Bellonij obſeruationi acquieſcã, ita tamẽ ne quid Antonio Giganti viro doctiſsimo, ſimul & humaniſ-
ſimo præiudicẽ, qui mox deſcriptũ pictumq; Synagridis nomine cõmunicauit, eoq; maximè cùm Bel-
lonium præter vulgarem, qua nunc apud Græcos audit, nomenclaturam, nullum aliud argumentum
habere videam: Synagridem (inquit, nullam exhibens iconem; vulgus Græcum optimis notis à Sy-
nodonte diſtinguit. Dentex enim magis recuruo corpore, Synagris Cyprini in modum, veluti circino
ita circunductus, vt pro longitudine ac latitudine magis craſſus appareat. Caput vtrimque compreſ-
ſum habet, pro ſua craſsitudine planum ac latum, oculos quemadmodum in ſerpentibus elatos: ter-
gus aciei oculorum ſubiectum, quod huc atq; illuc, ſi quando commoueat, varios colores edit. Caput
habet veluti aurum & lineas verſicolores complures per ſquamas, quarum nonnullæ cæruleæ ſunt,
aliæ aureæ, deinde ſubnigræ, mox virides, vel his coloribus commixtæ. Verùm ea quidem linea quæ
latera interſecat, eo modo non variat. nigra enim eſt. Proinde ſquamis contegitur Corui, rotundio-
ribus & latioribus, ſed tenuioribus. Caudam gerit admodum bifurcam, & pinnas laterum valde in-
acutum deſinentes, Hirundinis alæ in modum oblongas. Pinnam aliam in tergore continuam gerit,
D vicenis ariſtis communitam, quarum quę capiti finitimæ ſunt, firmiores atq; acutiores conſpiciuntur.
Vmbilici pinna denis ariſtis conſtat: quarum duæ priores, alijs fortiores comperiuntur. Narium fora-
mina circa oculorum fontes illi ſunt peruia. Dentes canini vt Synodontis, in ſuperiori & inferiori ma-
xilla, quorum quatuor præcipui alijs longiores eminent. Quum autem maxillas coniungit, dentes
pyxidatim in alterutram coëunt. Linguam exerit albam, oblongam & modicè compreſſam. Cor
habet ſub branchijs anguloſum, diaphragmate interſeptum: hepar pallidum, in duos lobos diuiſum:
quorum dexter ſiniſtro maior eſt, ſub quo fel includitur, duos digitos longum, gracili veſicula inclu-
ſum. Lutea ſunt eius inteſtina præter rectum, quod inter cętera candicat. Stomachus quoq; illi eſt ob-
longus, per ventrem protenſus, ex cuius ſumma parte propter œſophagum tres tantùm appendices,
ſiue apophyſes numerantur. Lienem vt Iuniperi bacca, orbicularem habet, à ſtomacho dependen-
tem, firmis venis alligatum. Vuluam vtrinque bicornem, per longitudinem ſpinæ exporrectam, ouis
innumeris refertam. Synagrides circa Corcyram (qui in loco nomen antiquum apud vulgum reti-
nent) calamis decipi conſpexi Rarò enim naſsis decipiuntur, ſæpius tamen euerriculis. Synagridibus
veſicæ

*Vt Synagris nũc vocetur.*

*Rondeletij opinio impro bata.*

*Athenæus correctus.*

[a] *Lib. 14.*

*Maza quid Synagridis*

*Deſcriptio.*

*Pinna.*

*Partes inter na.*

*Capiendi ra tio.*



A veſicæ ventoſæ (quæ piſcibus datæ ſunt, ne mergantur) geniculo interceptæ comperiuntur: quod cæteris piſcibus marinis, aut ſaltem paucis, minimè accidit. Quum itaque Synagris latinum nomen non habeat, non eſt quòd eum Denticis nomine ob confuſionem nominemus. Hæc itaque Bellonius. Ab hoc Synagride planè differt, quem his verbis breuiter deſcriptum Antonius Gigas donauit. Piſcis eſt inſigniter dentatus (pictor paucos dentes expreſſit) & ſquamis tectus vndiq; latiſsimis & facilè deciduis. Colore variat. Pinnæ omnes & cauda ex caſtaneo ad amethestinum vergunt. Caput ſuperius ſanguineo colore eſt, inferius ex albo & cæruleo variat. Venter ex albo flaueſcit: latera candicãt, ſed ſquamæ in ijs in extremitatibus rubent, cùm cæteræ nigricent. Tergus ſub ipſa pinna cæruleum eſt. Linea nigra ab oſſibus branchiarum ad caudam vſq; defertur. Cætera icon oſtendit. Sic ille. *Veſica ventoſa.*

# DE CHROMI. Cap. XIV.

B χρόμις, χρίμις, κρίμις & χρι̃μψ, quamuis nomina ſint ſymphona, haud tamen omnia vni piſci conueniunt, vt nonnulli crediderunt: Bellonius licenter admodum Chromidem, Chremydem, Chremitem & Chempem latinè dixit: dicturus rectiùs Chromin, Cremyn, Chremetem & Chrempem. χρομὶς quidem ab Heſychio oxytonum ſcribitur, ſed ineptè: Chremps ſemel nominatur ab [a] Ariſtotele his verbis: *Sunt inter piſces, qui liquidius audiunt Mugil. Chremps* (Gaza hanc vocem reliquit, ſicuti & Plinius in huius ſententiæ tranſlatione,) *Lupus, Salpa, Chromis*: Cremyn verò nuſquam, licet eius teſtimonio Athenæus lapidem ei tribuat in capite. Quare cùm hoc de Chromi ſcribat Ariſtoteles, conijcere liceat tum ob hoc, tum ob nominum ſimilitudinem Cremyn & Chromin eundem piſcem eſſe. Chremetis meminerunt Oppianus atq; Aelianus, ſed qualis ſit piſcis ex Oppiano diſci nequit, ſolummodo enim de eo ſcribit, quod propter aquæ dulcis cupiditatem mare amet fluuijs proximum: quo loco interpres Lippius Chremetem placidam cognominat, cùm ſimpliciter Chremetem nominet Oppianus. Aelianus verò Muſtellæ ſimilem facit ac barbatum, liceatq; ſuſpicari à barba ipſi id nominis impoſitum eſſe. Chremes enim in comicorum fabulis barbatus introduci ſolet. Qui autem nobis Chremes iſte videatur, in Aſellorum hiſtoria aperiemus: hoc loco de Chromi tantùm acturi, cuius quater apud Ariſtotelem fieri mentionem reperio, terq; per o breue, ſemel per o magnum, ſed corruptè ſemper oxytonum ſcribi puto; nam licet genus quidem ex verbis philoſophi non comprehendatur, oxytonum tamen neceſſariò fœmininum foret, C cùm ſit apud alios maſculinum, vt conſtat ex hoc Archeſtrati: Τὸν χρόμιν ἐν πίλλῃ λείψῃ μίγαν. Ex quo etiam hemiſtichio, item ex hoc integro Numenij verſu:

Τ̓ηλω ἢ καλλιχθῶ, ἢ χρόμιν, ἄλλοτε δ' ὀρφῶ,

diſcimus primam corripi, ideoq; non bene per o magnum ſemel apud Ariſtotelem ſcribi. Haud me latet tamẽ Ouidium immundam Chromin dixiſſe, contra ſcilicet Græcorum authoritatem. Vnde modò Chromis nomẽ acceperit, authores nõ referunt: ſuſpicantur tamen nonnulli per onomatopœiam ſic appellari: Aiunt enim veluti grunitum quendam edere: & Bellonius ſuam Chromin hodieque Maſſilienſibus vocari teſtatur vn Chrom, vel vn Grau, vt hanc poſtremam vocem à grunitu quoque detortam ac deprauatam eſſe ſuſpicari liceat, eſſeq; Chromin eundem cum Coruo marino Iſidori, quem à cordis (fortè Corui) voce dictum eſſe ſcribit quia pectore grunnit. Nec alium intellexerit Iorath, inquiens: Piſces qui dicuntur Corui cum pariunt, voce ſua produntur, quia ſemper gemitus, vel grunitus proferunt. Quod ſi itaq; à grunitu Chromin dictum eſſe admittamus, Bellonij potius quàm Rondeletij piſcis pro Chromide fuerit accipiendus, ſin Hiceſij ſimilitudinem, quæ de conſimili nutrimento eſt, ad corporis quoq; formam referamus, Rondeletij Chromin minimè improbauerim. D Ego vtrumq; ex vtroq; dabo, ſuum cuiq; in re ambigua iudicium relicturus.

*Chromis. Chremes. Cremys. Chromys.*

[a] *L. 4. Hiſt. cap. 8.*

*Chremes Aeliani.*

*Etymon.*

*Corvus marinus.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

CHromis Rondeletij qui in ora Liguriæ, Antipoli, & in Lerino inſula quæ nunc à D. Honorato nomen habet, frequentiſſimus eſt, & à Liguribus à caſtaneo colore Caſtagno, ſiue, vt Bellonius habet, Caſtagnola, appellatur, ſicuti & Maſſiliæ, atque incolis portus Veneris, vt idem Bellonius teſtatur: piſcis eſt figura, pinnis, & ſpinis Melanuro ſimilis, ſed oculis minoribus, nota nigra in cauda caret, ſed totum corpus nigricat, lineas habet rectas à branchijs ad caudam, ore eſt paruo, ſquamis paruis. Interna omnia Auratæ ſimilia habet. Poteſt etiam non ineptè corporis figura & colore Cantharo aſſimilari, niſi quòd Chromis nigrior eſt. Lapides habet in cerebro: ob id hyeme malè habet. Hæc Rondeletius. Bellonius hunc piſcẽ non paruas ſed latas ſquamas habere ſcribit, & caudam longam & biſurcam, quam integram pinxit Rondeletius. Additq; branchias illi eſſe vtrimq; ternas,

*Caſtagnola.*

ternas, quarta dempta quæ clauicula ipſi corpori iungitur: hepar vnius tantùm lobi, ſtomacho incumbens: ſtomachum, rotundum & duodenum ſine apophyſibus inhærentem ieiuno: colon admodum gracile, ter tantùm cum alijs inteſtinis obuolutum: vêre & æſtate copioſiſſimè capi; nihili tamen à piſcatoribus fieri, vtpotè popularem. Rõdeletius item paruũ eſſe, & vilem haberi ait, humidioremq; eſſe propterea q; in craticula aſſandum. Piſcis eſt litoralis; qualem ſuum quoq; Chromin eſſe Bellonius aſſerit, ſed gratiſſimi ſucci, & qui non minus iucũdam exhibeat quam piſces ſaxatiles. Tenuibus ſquamis (inquit) veſtitur ex auro nitentibus ac cæruleum interdum colorẽ concinnè vibrantibus. Binas gerit pinnas in tergore, quarum anterior, quæ minor eſt, nouẽ obfirmatur aculeis: alias quoq; ad latera, etiam puſillas, ac acutas habet, atq; vnam etiam ſub ano ad caudam vnico aculeo roboratã. Huius item exterior brãchia ſpinea eſt atq; in gyrum nigra, &, vt in Lupo, denticulata. Caudam habet ſubrotundam, veluti Vmbra & Glaucus. Atq; hoc præſertim à reliquis piſcibus diſtinguitur quòd vndãtibus ac tranſuerſis veluti lituris ex cæruleo in cinereũ colorem abeũtibus ſit aſperſus, quas tamẽ (etiã) puſillum Glaucum habere diximus: nam hæ quidem in prouectiore Glauco euaneſcunt. Cæterùm caput habet obtuſum, maxillamq; in ſuperiore labro veluti infarctam, ac quoddam ceu linguæ rudimentum, dẽtiumq; loco ſcabritiam ſub labijs apparentem. Multis abundat lactibus circum inteſtina, ac folliculum tergori annexum gerit, medio geniculo interſeptum: Vuluam bicornem: ouis vtrinque plenam. Hepar ſubrubrum, in quod fel vaſculo tenui contentum, à duodeno incipiens, deferri videtur: Lienem ſtomacho inhærẽtem, oblongum, tenuem, rubrum. Cor triquetrum, albo pericardio contentum: Stomachum per tergoris longitudinem protenſum, cuius pylorus octonis apophyſibus, ſeu appendicibus ambitur. Hucuſq; Bellonius.

*Quando capiatur: Locus.*

*Chromis Bellonij.*

*Partes interne.*

Chromis Rondel.



Chromis Bellonij.



# LOCVS. CIBVS. PARTVS. MORES.

LItoralem piſcem Chromin eſſe habemus ex Ouidio, in herboſa arena degere ſcribente. Idẽ & immundã cognominat, fortè in cœnoſis alijſq; immũdis litorum locis etiam obuerſari innuẽs, niſi cõtrà ſic vocaſſe velimus à voce qua immundã ſuem imitatur. Bellonij Chromis herbis veſcitur virentibus, piſciſq; eſt litoralis ac fuſaneus. Fuſaneus (χυτὸς) itẽ Chromis eſt Ariſtoteli, & ſemel anno parit. Plinius haud rectè Chromin ex Ouidio tradit in aquis nidificare, & imprudenter eum ſequitur Bellonius. Sic enim Ouidius.

*Atq; immunda Chromis, meritò viliſſima Salpa,* *Atq; auium dulces nidos imitata ſub vndis.*

Qui poſterior verſus periphraſis eſt Phycidis, vt ibi quoque annotauimus: ſin minus, verſus idem ad Salpam (minimè ad Chromin) vtpotè ad vltimùm nominatum piſcem foret referendus. Aliàs quoq; Ariſtoteles Chromin inter eos recenſet, qui exquiſito ſunt auditu, quod Plinius ac Aelianus quoq; repetunt: aliàs deniq; grunitum quendam edere teſtatur, vt antea monuimus.

*Plinij lapſus.*

*Auditus.*

# VSVS IN CIBIS.

VT Chromis Rondeletij vilis eſt ac popularis piſcis, ita contrà Chromis Bellonij laudatiſſimam carnem habet. Equidem Hiceſius inter probatos piſces Chromin recenſet, quos ordine enumerauimus

A merauimus ; Haud tamen omnibus æquè locis probatur, nec eiuſdem eſt magnitudinis, quod indicat Archeſtratus lurconum popinonumq; princeps: *Qui, & vbi melior.*

Τὸν χρόμιν ἐν Πέλλῃ λάβε μέγαν, ἐσθὶ δὲ ποίων Ἂν θερίσῃς, ἢ καὶ ἐν Ἀμβρακίῃ. id eſt,

*Maiorem Chromin in Pella cape, tempore meſſis: Pinguis enim eſt, vel in Ambracia.*

# DE AVRATA.
## Cap. XV.

## SYNONYMA. ETYMVM.

B TOtius forma, & loco habitationis cum ſuperioribus conuenit, qui Græcis χρύσοφρυς, Latinis Aurata ſiue Orata nuncupatur à metallo præſtantiſſimo, quod illi χρύσον, hi aurum, & orum appellant ; vnde & orichalcum dicunt pro aurichalco, & oriculam pro auricula notante Feſto. Vindicauit autem hoc nomen, iſtiuſmodi piſcis, ab aureis, vt volunt ſupercilijs, ſeu potius quòd in ijs locis, vbi in cæteris animantibus ſupercilia eſſe ſolēt, aureo colore reſplendeat: piſces enim ſupercilijs & palpebris carēt. Ouidius Græco nomine Latinè vſus eſt, *& auri Chryſophrys imitata decus*: ex quo Plinius circa finem libri trigeſimi ſecundi Chryſon piſcem nominet, corruptè, vt apparet, pro Chryſophrys. Ab Epheſijs teſte Archeſtrato apud [a] Athenæum Ἰωνίσκος dicebatur. Ἱερὸν ἰχθῦν, id eſt Sacrum piſcem apud Homerum alij aliter interpretantur, vt in Anthia monuimus, quidam verò etiam Auratam, vnde Callimachum χρύσεον ἐν ὀφρύσιν ἱέρον ἰχθῦν, id eſt, aureum in ſupercilijs ſacrum piſcem dixiſſe apparet item Eratoſthenem: *Aurata. Orata. Chryſos. Ioniſcus. [a] Lib. 7. Piſcis ſacer Homero qui Pompilus.*

Ἢ δρομέα χρύσεον ἐν ὀφρύσιν ἱέρον ἰχθῦν,

niſi velimus ad Pompilum pertinere, quem χρύσοφρυν, id eſt Auratam quibuſdam etiam appellari inuenimus. Ἐτελὶς Heſychio idem eſt quod χρύσοφρυς, nimirum quo de hic agitur piſcis. Rondeletius inter ignotos ſibi recenſet, eoſq; ego authorem habere non puto, ex quo Chryſophryn exponunt. Meminiſſe eius ſolummodo reperio Ariſtotelem, cuius piſcis eſt ſquamoſus & ouiparus. Niphus ex his duabus notis eum eſſe non ſine eruditorum riſu eſſe iudicauit, quem ruſtici Cacalonem dicunt cùm ſint ſquamoſi ac ouipari piſces innumeri. Quod modò ad aliarum gentium nomina attinet, Romæ antiqua appellatione Orata dicitur : Venetijs detracta poſteriori ſyllabâ Ora, Hiſpanis Dorata, & alicubi Doradilla. Bellonius Galliæ hunc piſcem incognitum eſſe ſcribit, nihilque habere cum Dorada Maſſilienſium commune, quam inter Anthias ſuos Fabrum, ſiue D. Pietri piſcem eſſe dixerat. Idem teſtatur Saluianus. Rondeletius tamen Gallis Brame de mer, quaſi Cyprinum marinum appellari ait, eodemque nomine Sparum, Cantharum, conſimiliſque figuræ piſces alios venire : addens item in Gallia Narbonenſi pro ætatis differentia, quæ magnitudine, diffinitur, diuerſa nomina obtinere : qui namque palmi magnitudinem non attingit, Sauquene, qui ad cubitum accedit Daurade ; qui inter hos medius eſt, Meiane quaſi medium : ſuis denique piſcatoribus maximam Auratam, Subredaurade nuncupari, quaſi ſupra Auratam, quòd communem magnitudinem ſuperet. Aſſerit tamen in Oceano rariores eſſe melioreſque ex mediterraneo mari adferri. Gallos Belgæ imitantes Auratam appellant zen Zeebraeſſem, id eſt marinum Cyprinum, Angli verò ab eodem aureo capitis colore à Giltcheade vel Gildenpole.

*Cacalo vulgò. Dorada Maſſilienſium. Cyprinus marinus.*

D

## FORMA. DESCRIPTIO.

REpandiuſculum huius piſcis dorſum, valdeque compreſſa eius latera, latam potius quàm longam corporis figuram reddunt. Colore variat. Dorſum ex cæruleo (inquit Rondeletius) nigreſcit : latera argentea ſunt, venter lacteo colore. Partes oculis ſuperiores, quas ſupercilia in alijs animantibus vocari diximus, auro reſplendent, & vel maximè ei, qui adultior factus eſt piſcis. Roſtrum habet breue, & retuſum, os mediocre, maxillas latas & robuſtas, labra craſſa, dentes anteriores oblongos, rotundiuſculos, & ſerratos, internas verò vtriuſque maxillæ partes plurimis oſſeis tuberculis duris atque inæqualibus munitas, quibus vice dentium molarium Pectines, & Tellinas frangere Rondeletius ait. Oculi grandiuſculi ſunt, branchiæ vtrinq; quaternæ, duplices : quarum opercula oſſea alia parte purpureo ſunt, alia nigro colore perfuſa. Ariſtoteles

*Figura. Color. Branchiæ.*

P

Digitized by Google

*Pinnæ.*



*Pondus.*

*Partes interna.*

* *L. 3. Hist. cap. 17.*

ſtotel. & Plinius binas ei pinnas parte prona, totidẽque ſupina habere tradunt. Has Rõdeletius recte illas eſſe iudicat, quę ſunt ad brãchias, duæ lõgiores, & totidẽ breuiores in ventre, quas ſolas nominaſſe illi videntur, quòd harũ potiſſimùm opera natet: nam præter has quatuor, duæ ſunt aliæ, vna à podice ad caudam ferè deducta, duobus tribusvé armata aculeis: altera dorſum fere totũ occupat, anteriori parte plurimis, iiſdemq; acutis ſpinis horrens; cętera obtuſa, & minimè pungens. Cauda lunata eſt: ſquamæ latiuſculę & mediocres. A capite ad caudã lineę ſunt aliquot ſubobſcurę ductę. Ad dę nas libras cùm maximè adoleuit, vix peruenit vnquam. Ventriculũ habet amplum cũ paucis, vt [a] Ariſtot. notauit, appendicibus: inteſtina etiam ampla, pinguedine inuoluta: iecur magnum & pallidum, à quo fellis veſicula pendet, longa, pinguedine obducta, ſplenem ſubatrũ. Habes hic & alterius Auratę genus πολύγραμμον, cuius lineę partim aurei, partim argẽtei ſunt coloris. Cętera priori ſimilis eſt, niſi quòd ore intus ſit roſeo, eiuſdemq; coloris liturã habeat in branchiarum operculo.

LOCVS.

A Aurata vulgaris primo loco ponenda,



# LOCVS.

AVratam & Denticem, [a] Columela, vt oſtendimus, pelagios facit, inter quos & Ouidius numerat, & (vt apparet) Mneſitheus: contrà ac piſcatores quotidie obſeruãt, & Ariſt. atq; Oppianus teſtãtur: quorum ille littoralibus Auratã accenſet, hic in petris & arenis paſci ſcribit his verſibus:

*Cautibus & bubula multi pacuntur arena* *Aurata fulua ſplendoris nomine dicta.*

B Quamuis autem talis ſuapte natura ſit, naſcitur tamen etiam in lacubus marinis teſte eodem [b] Ariſtotele, vnde nobis Bononienſibus Comachium Auratas ſubminiſtrat; imo verò dulces quoq; aquas ferunt: Veteres enim Romanos Auratarum ſimiliumq; piſcium ſemina atq; viuaria in mediterraneos lacus detuliſſe legimus, idq; præ alijs atteſtatur Columella his verbis: *Sed etiam quos rerum natura lacus fecerat, connectis marinis ſeminibus replebant: inde Velinus, inde etiam Sabatinus, & item Vltimenſis, & Ciminus Lupos Auratasq; procrearunt, ac ſi qua ſint piſcium genera dulcis aquæ tolerantia.* Inuenio etiam apud Athenæum ex Ptolomæo Euergete circa Berenicem Libyæ, fluuium eſſe, qui λάθων dicatur, in quo Labrax, id eſt Lupus, & Aurata naſcantur, ſed de Lupo quidem id admittunt eruditi, vtpote qui flumina ſubit è mari, de Aurata verò dubitant. Notandumq; alium eſſe fluuiatilem, qui Ferrariæ alijſq; ferè Padi accolis Aurata nominatur.

*In Lacubus naſci.*
*[a] L. 8. Hiſt. cap. 13.*
*Dulces aquas ferre.*
*Lethon fluuius.*
*Aurata fluuiatilis.*

# NATVRA. MORES. CIBVS. PARTVS.

C SAluianus ceu Ariſtotelis teſtimonio æſtate latere Auratam ſcribit Plinius quidem ita ex [a] Ariſtotele reddidit, cùm tamen quo anni tempore lateat, ex philoſophi verbis haud colligas: *Piſcium* (inquit) *nonnulli æſtate etiam latent, vt Glaucus. Hic enim per id tempus ſe abdit circiter dies ſexaginta: Aſellus etiam latet, & Aurata plurimum temporis.* Quæ ſic tranſtulit [b] Plinius: *Quidam rurſus æſtus impatientia, mediis feruoribus ſexagenis diebus latent, vt Glaucus, Aſelli & Aurate*: Cùm inter eos, qui per æſtiuos calores latent, ſolum Glaucum nominet [c] philoſophus: qui & anteà ſcripſerat hyeme laborare, & alicubi æſtate parere circa fluuiorum oſtia. Frigore autem lædi mirum non eſt, cùm lapides habeat in capite. Iouius quidem æſtate rarò, hyeme frequentiſſimè capi ſcribit, quare licet æſtate latere non negem, Ariſtotelem tamen id dicere non conſtat. Idem [d] Ariſtoteles author eſt, tam profundo nonunquam ſomno Auratas interdiu premi, vt fuſcina etiam capiantur, cùm aliàs ſic capi poſſe non credatur. Timidiſſimus piſcis eſt, quámq; exitialis ſit ipſi timiditas, modò dicetur ex Aeliano. Venatur tellinas aliaq; parua conchylia, quæ robuſtis ſuis frangit maxillis. Cibus enim ei ſola carò, vt [e] Ariſtoteles teſtatur, Præter autem conchylia piſces alios etiam captat, authoremque habeo Oppianum, Mænide, tanquam huius eſu potiſſimùm oblectetur, capi ſolere. Rondeletius Auratam Scari modo ruminare aſſerit, ſed vt puto, ſine authore. Cur verò etiam Veneri ſacra ſit exiſtimata, vt Archippus apud Athenæum indicat his verbis: *ἱερὸς Ἀφροδίτης χρύσοφρυς κυθηρίας*, apud neminẽ quoq; inuenio, ſed ſi quis hinc Sacrũ piſcem vocatã fuiſſe velit, ei ego minimè reclamauerim.

*Quando lateat.*
*[a] L. 8. Hiſt. cap. 19.*
*[b] L. 3. Hiſt. cap. 3.*
*[c] L. 6. Hiſt. cap. 17.*
*Vbi pariat.*
*[d] L. 4. Hiſt. cap. 10.*
*Somnus.*
*Timiditas.*
*Cibus.*
*[e] L. 8. Hiſt. cap. 2.*
*An Ruminet.*
*Cur ſacer piſcis dicatur.*

# VSVS IN CIBIS.

NIceſius apud [a] Athenæum Auratam omnium piſcium ſuauiſſimam palatoq; gratiſſimam eſſe memoria prodidit, & Matron Parodus (apud eundem) in deſcriptione cænæ Atticæ κάλλιστον ἐν ἅλλοις, id eſt præ cæteris pulcherrimum: imò verò Eupolis apud eundem Lupis pretioſiores fuiſſe haud obſcurè innuit, inquiens: *Piſces centum drachmis emptos, ſolum octo Lupos, Auratas duodecim*: quanto autem in pretio honore Lupus eſſet, ſuo pòſt loco oſtendetur. Sergium Romanum patritium Oratæ cognomentum ſibi adſciuiſſe tradunt M. Varro, [b] Columella, [c] Valerius Maximus, & [d] Macrobius, quod cariſſimæ ipſi eſſent Oratæ: qua de re tamen dubitari queat. Etenim Feſtus Sergium quendam prædiuitem Oratã appellatum fuiſſe ſcribit, quòd duobus annulis aureis & grandibus vteretur: præterea Plinius Sergium Oratam, L. Craſſi oratoris ætate Oſtrearum viuaria, omnium primum inueniſſe ſcribens Auratarum mentionem non facit. Vt vt eſt, Aurata non in minori apud noſtræ ætatis proceres exiſtimatione habetur, vnde quidam Marianus homo facetus & perridi-

*[a] Lib. 7. Carnis laus.*
*Sergius Orata cur dictus.*
*[b] L. 3. de re ruſt.*
*[c] L. 8. c. 16.*
*[d] L. 3. Satur.*

*Mariani de Aurata di Ecrium.* culus,qui Leonis decimi ſummi Pontificis conuiuijs frequẽtiſſimè intererat, cùm piſces apponi vide- E
ret,arrepta ſemper Aurata,ſibiq; adiudicata,referente Saluiano,facetè dicere ſolebat. . . . . .
*Vbi melior.* Vt verò inter alias Archeſtratus celebrauit Epheſiam hoc verſu:
Χρύσοφρυν ἐξ Ἐφέσου τὸν πίονα μὴ παράλειπε. *Auratam ex Epheſo ne pretermittito pinguem.*
Et[c] Martialis ait:
[c] *L. 13. Epi. 92.* *Non omnis Laudem pretiumq; Aurata meretur, Sed cui ſolus erit concha Lucrina cibus.*
ita noſtro hoc æuo laudant, quæ hyeme capiuntur, quæque in mari, nam quæ in ſtagnis marinis degunt, licet pinguiores ſint, lutum tamen olent, vel quòd in luto degunt, vel quia conchulis piſciculiſque luto viuentibus veſcuntur, tum etiam limo lutulentaque aqua. Non ſunt tamen iſtiuſmodi etiam Auratæ aſpernandæ in marinarum inopia, ſed euiſceratæ coquendæ ſunt & fœniculi vel origani,vel alterius odoratæ herbę ramulis infarciendæ,vt viroſus ille odor euincatur. Rondeletius apud
*Apparatus* ſuos in pretio eſſe ſcribit quę capiuntur in ſtagno,vulgò Martegue nuncupato,item in eo quod Latera appellatur:omnium optimas quæ in ſtagno ad montem Ceſtium pingueſcunt: eligendas autem eſſe
*Nutrimenti qualitas. Lib. 8.* quæ in profundo & puro ſtagno vel in mari mediterraneo capiũtur; nam in Oceano rariores eſſe durioreq; carne. Nunc quale nutrimentum præbeat,dicendum. Mneſitheus Atheniẽſis teſte [f] Athenæo difficulter coqui Auratã voluit,ſed tamen vbi concocta fuerit,multùm alere. A Com. Celſo ſimiliter F
inter durioris concoctionis piſces ea recenſetur. Quòd verò multum nutriat,Hiceſius apud eundem
*Multum nutrit.* [g] Athenæum quoq; affirmat, Diphilus verò ait Melanuro proportionem habere. Melanurus autem
[f] *Lib. 7.* ſucci bonitate & ſaporis ſuauitate Sargo inferior eſt Hiceſio iudice, minuſq; aſtringit & minus nutrit: nec eſt quòd hanc proportionẽ ad figuræ corporis ſimilitudinem referamus,nam ad nutrimẽti rationem referendam eſſe, ex ſubſequentibus Diphili verbis clariſſimè conſtat. In hac itaque opinionum varietate Rondeletius ſic ſtatuendum eſſe iudicat,vt dicamus Auratam carne eſſe media,neq; molli, neq; dura,optimumq; ſuccum gignere, & laxatilium paulò eſſe durioré,nihilominus pro ratione ætatis locorumq; in quibus degit, ſucco eſſe diuerſo, nam quas medias ſuprà nominauimus, eas & ſucci
*Quæ melio- res. Apparatus.* bonitate,& ſuauitate cæteris præſtare: quare qui cõcoctu difficiles eſſe dixêre, eas quæ maiores ſunt & ſeniores,intellexiſſe. Quamuis vero inter cæteros piſces peculiari quadam dote,ſingularẽ & ſaporis,ſimul & ſalubritatis gratiã obtineat,tamen prę paratur & cõditur multifariam. In Gallia,teſte Rondeletio in aqua & vino elixatur,item in aqua & aceto,eſtq; palato grata;gratiſſima ſi elixetur in oleo,
*Vt elixetur.* pauca aqua,croco,pipere,aceto,vuis paſſis additis. Saluianus præterea herbas addit ſuauè olẽtes. Sale itẽ cõdita in aqua dulci elixatur & cũ aceto editur; Suntq; qui aqua maceratã ad minuẽdã ſalſuginẽ, in ſartagine frigunt,& ſapa,aceto,cepiſq; cõdiendo ſaporẽ optimũ ei cõciliant: ſapa enim ſalſuginẽ dul
*Vt aſſetur.* cedine ſua temperat,acetũ acorẽ iucundũ,cepa nidorẽ gratũ addit: Aſſatur etiã,ſed crebra olei & aceti, aut olei & omphacij cõſperſione irriganda. Platina ſi pinguis eſt, elixã, ſi macra aſſat,moretoq; viridi ſuffundit. Quod ſi vẽtri inferatur umbella fæniculi,vèl ramus Libanotidis coronariæ,fit odoratior & melior. Farinâ benè ſubacta & piſtâ concluſa,oleo,omphacio,aromatiſq; delicatioribus condita,optima etiam euadit, maximè ſi è maioribus ſit. Iouius rectè,& ex Galeni præcepto coqui exiſtimat, ſi in craticula ſubditis mitioribus prunis,oleo & ſale,acetoq; conſperſeris. *Condimentum in piſcẽ Auratam*
[h] *L. 10. c. 5.* (inquit [h] Apicius) *ſic facies: Piper, Liguſticum, careum, origanum, rutæ baccam, mentam, myrti baccã, oui vitellum, mel, acetum, oleum, vinum, & liquamen cale facies & vteris.* Condimentum in Auratam aſſatam,ex eodem: *Ius piſcem Auratam ſapidiorem* (inquit) *faciens, conſtat pipere, coriandro, menta arida, apij ſemine, cepa, vua paſſa, melle, aceto, vino, liquamine, & oleo.*

# CAPIENDI RATIO.

STagna marina vêre cateruatim ſubeunt Auratę, vt illic æſtatem tranſigant: deinde cũm in mare remeant,noſtri(inquit Rondeletius) ex tamaricum ramis ſepes contexunt,trianguli figura,cuius extremũ & acutum angulum ingredientibus aperiunt, regredientibus occludunt, naſſiſq; H
adhibitis vel retibus, vel verricũlo quo tempore carnium obſonijs nobis omnino interdictũ eſt,incredibilẽ Auratarum multitudinẽ capiunt: quæ piſcãdi ratio tertio quoq; anno tantùm repeti ſolet. Haud
[a] *L. 11. c. 14.* multùm diſsimilem Auratarum capiendarũ modũ ex vſu fuiſſe veteribus videre eſt apud [a] Aelianum, qui ſic ſcribit: Timiditatis ſummę eſſe fertur, nã ſub Arcturi tẽpus,cùm maris acceſſus & receſſus maximè fiũt,& eò altiùs exagerata arena,ad litus relinquitur,vt naues ſępè ab omnibus aquis nudę in terra manẽt: Tũ piſcatores poſtquã arborũ ramos frondibus cõueſtitos paxillorũ modo in mucrones acutos in arenam defixere,deſcẽdũt. Poſt autem rurſus accedens mare ſecum imbellem Auratarũ multitudinem attrahit: quę vbi æſtus reciprocauit & receſſit,in exigua aqua cõcauis locis retẽta relinquuntur,& verò ramorum mẽtu quieſcũt: Adèo nimirũ ramos vẽto agitatos exhorrẽt,vt ne loco quidem ſemouere audeãt: quãobrẽ primo cuiq; magnũ meticuloſorũ piſciũ numerũ capere & ferire licet: neq; modò ab vſu piſcãdi inſtructi,ſed etiã totius piſcationis rudes,atq; adeò pueri & feminę capere poſsũt.

DE

A

# DE SARGO. Cap. XVI.

## ÆQVIVOCATIO. SYNONYMA. ETYMVM.

σαργὸς, vt in vulgatis Ariſtotelis exemplaribus legitur, duos diuerſos piſces ſignificat, eum nimirum quo de hic agetur,& alium ex genere Mugilum,quem Theodorus Gaza Sargonem reddidit,ne cum Sargo cõfunderet,in hoc quidem cautus,ſed non aduertens, locum Ariſtotelis correptum eſſe ( vt mox ex Rondeletio oſtendemus ) & pro σαργὸς, σαργῖνος legendum, quam poſtremam vocem ille Sardiacum vertit. In catalogo Tarentini σάργιοι corruptè legi credendum eſt etiam pro σάργοι. Hiceſius apud [a] Athenæum Melanurum ait adſimilem eſſe σάρχῳ. quod vocabulum non ſolùm ſyncerum genuinumq; eſſe Rondel. arbitratus eſt, ſed piſcis huius etymologiam inde deducit, à multa carne nomen habere inquiens,quia σάρκος caro eſt, quod nimirum piſcis ſit pro corporis magnitudine ſpiſſus,& plus carnis habens quàm vel Sparus vel Cantharus. Putauerim tamen hîc quoq; σάργῳ pro σάρκῳ legi oportere. Veterem nomenclaturam vbiq; ferè locorum ſibi reſeruauit. Illyrij teſte Bellonio piſcium affinitate decepti, Aprum Chiergner dicunt,ſed ea vox (inquit) Sargo debetur. Aper enim Sargi modo corpus tornatũ habet. Monet etiam Rondeletius Scarum Romanis ſuiſque non ſatis notum eſſe, alioſq; ob ſimilitudinem cum Dentice, Dente,alios Sargo vocare,& à ſuis item piſcatoribus pro Sargo venundari.

*Sargo Mugilis ſpecies. Ariſtoteles correctus.*

[a] *Lib. 7.*

*Athenæus correctus.*

*Cum Scaro confundi.*

B

## FORMA. DESCRIPTIO.

C

NOtas cum Sparo, (inquit Bellonius) peculiares habet. Ambo enim tenuibus ſquamis contecte ſunt,planoque (lato potius) ſunt corpore. Linea ambobus à branchijs arcuata, vtrinque per medium corpus deducitur. Pinnam continuam in corpore, gerit: caudam bifurcam, in extremo, vt Melanurus, nigram. Eſt item Auratæ ſimilis. Diſtinguitur ab vtriſque quòd dorſo multò magis ſit repando,ventreq; prominentiore, vnde latior rotundiorq; eius figura efficitur: roſtro etiam acutiori,oreq; minori dentibus latis humaniſq; ſimillimis & non ſerratis quales illorũ ſunt, ordine diſpoſitis in ſuperiore & inferiore maxilla, numero octo, munito. Latera itẽ lineis quibuſdam ſubnigris,à branchijs ad caudam ductis pinguntur; & à dorſo ad ventrem aliæ ſunt itidem nigræ: ita diſpoſitæ,vt prima latiſſima ſit ac maxima, ſecunda minor,minuſque conſpicua, tertia primę ſimilis, quarta ſecundæ,& ſic deinceps ad caudam vſq; vt in Mormyro videre eſt; à quibus notis πολύγραμμος: ſicuti ob nigram iuxta caudam maculam μελανόγραμμος, & ὀρθοπυγόσιτος Ariſtoteli, vt citat Athenæus,dictus eſt,ſicuti & Melanurus,cui cùm ob hoc,tum ob conſimilem corporis figuram Hiceſius ſimilem eſſe dixit Priores lineas Ouidius quoq; notaſſe videtur, inquiens:

*Inſignis Sargusq; notis, inſignis & alis.*

*Similitudo cum Sparo.*

*Cum Aurata.*

*Figura.*

*Lineæ in lateribus.*

Colore alias eſt argenteo. Pinnæ quæ ad branchias ſunt,rubeſcunt & caudæ extrema, quæ in ventre nigreſcũt. Pinna quæ conſpicitur à podice ad caudam maior eſt quàm in Aurata, vnico inſtructa aculeo. Caudam habet lunatam, & velut in duas pinnas valdè à ſe diſtantes deſinentem. Branchiæ vtrinq; quaternæ, quarum exterius tegumentum ſpineum, nigrum eſt. Oculi magni, rotundi,cæſij.

D

Ventriculus ſatis magnus cum aliquot appendicibus: inteſtina mediocria: hepar ſubrubeſcens: à quo fellis veſica pendet; lien ſubniger. Quamuis autem Sparum magnitudine ſuperet, nihilominus non aſſolet ad multam magnitudinem excreſcere. Sargus noſter prior ὀρθοπυγόσιτος pinnas habet omnes aureas præter eam quæ ab ano eſt quæ nigricat. Lineæ etiam præter nigras, plurimæ aurei ſunt coloris: Macula iuxta vropygium,non nigra ſed violacea, qualis alia ſimilis eſt in ceruice. Totum etiam ferè caput ad violaceum vergit. Altero loco pictus etiam πολύγραμμος eſt, lineis aureis elegantiſſimè condecoratus, item argenteis quæ ſerræ figuram exprimunt. Venter albus eſt, tergus verò nigrum, Cauda item, & branchiarum pinnæ: Cætera ad rugineum vergunt. Geſnerus in mortuis linea euaneſcere tradit,& Venetijs miſſum Sargum, ſic expreſſit, vt ſequenti paginâ dabitur.

*Partes internæ.*

*Magnitudo*

Sargus noſter primus ὀρθιοπτογόστικτος.





Sargus Geſneri.



[a] Lib. 23.

[b] Lib. 4.

## LOCVS.

SOlum inter veteres inuenio Ouidium, qui Sargũ inter pelagios enumeret. Belonius ſaxatilem faciens, Aelianum ac Oppianum ſequi videtur, quibus Sargus ſaxatilis eſt. Sargis piſcibus (inquit [a] Aelianus) idonea domicilia ſaxa & cauernæ ſunt, quæ non latis luminibus illuminantur, ſed tanquam feneſtellas paruulas habent, tanto interuallo diſtantes quò pertinere & permeare ſolis ſplendor earumque diſtantiam lumen ſolis complere poſſit: cùm enim omni luce Sargi delectantur, tum verò ſolis radios ſitienter expetunt: in loco multi eodem habitant. Apud paludes & breuia vitam agunt, vicinam proximam continentem habere gaudent. Hæc ille, ex quo Philes eadem fermè repetit, ſicuti ipſe ea accepit ab [b] Oppiano, qui Latinus factus ſic canit:

*Piſcoſas gemino quæ ſurgunt vertice cautes,*
*Non lõge a terra diſtãtes æquore parvo*
*Conjectas clari fulgentes lumine ſolis,*
*His habitãt Sargi ſcopulis: hæc ſaxa frequentant,*
*Nam ſolis gaudẽt radijs & luce nitenti.*

Idem eodem libro inquit:

*Polypus & Sargus ſaxi ferus ac cola duri.*

Et in primo dixerat.

*Sũt vda cautes herbis à fronte virentes,*
*Hic domus eſt Sargis, &c.*

Quapropter ſi ita eſt, vt ſaxatilem eſſe concedamus, non bene hoc in loco de eo agetur. Ego quidẽ à Sargo ſaxoſa iſthæc loca frequẽtari non negauerim, cæterùm ea propter omnino ſaxatilem dicendum eſſe non putarim: imo verò ad ea loca abire, quòd cõmodiùs ad ſolis radios, quos ardentiſſimè amat, apricetur: alioqui enim vel ipſo Ariſtotele teſte litoralis eſt: apparetq; idem euenire in Sargis, quod Mullis: nam vt horum alij maxima ex parte in luto verſantur, indeq; lutarij nominantur, mox q; inde rurſus ad puriores aquas, & ad altum etiã pelagus ſeſe conferunt; ſic Sargos ex cærnoſis etiam litoribus ad herboſas illas cautes cõmeare à ratione non eſt alienum, indeq; ſuauiores ſalubrioreſq; reddi: traditq; Rondeletius Sargos ſeſe alijs alios meliores deguſtaſſe; quare etiam quoſdam in ſaxis ad litora (herboſas illas cautes apud Opianum, ſaxa quæ in litoribus ſunt, interpretatus) degere, alios magis in luto exiſtimat, quemadmodum nimirum Mullus, qui cancellis aliiſque ſimilibus animalculis,

*Non omnino ſaxatilis eſſe.*

*Cur alij alijs meliores.*

viuit

A gis in luto exiſtimat,quemadmodũ nimirum Mullus,qui cancellis alijſq; ſimilibus animalculis viuit, alios ſaporis gratia multùm vincit. Litoralem autẽ eſſe Sargum eo potiſſimùm loco oſtendit [c] Ariſtoteles,vbi eum Mulli aſſerit reliquias ſequi, vt modò patebit. Mullus enim,is ſaltem,cuius hic ſequitur reliquias,lutum nimirum, Ariſtoteli litoralis eſt. Feſtus author eſt Sargum piſcem eſſe, qui ferè in Aegyptio mari naſcitur, citant hunc Lucilij Satirici verſum: [c] *L. 8. Hiſt. cap. 17.*

*Quem praclarus Elops, quem Aegypto Sargus monebit.*

In mari Adriatico haud infrequens eſt, & in Mediterraneo vbiq; ferè naſcitur: ſed qui Romæ habentur, Auratam teſte Iouio, vix excedunt: cùm Brunduſij,vel Ennij teſtimonio longè optimi ſint. In Oceano Gallico & fortè etiam Germanico ignoti ſunt. *Vbi frequẽs.*

# NATVRA. MORES. CIBVS.

B QVodammodo pamphagum eſſe Sargum apparet,ac in primis carniuorum,nam Lycoſtomo piſce ineſcatur,vt mox ex Aeliano dicemus: eſtq; firmis ſatis dentibus inſtructus. Cœno & luto ſæpe etiam contentus eſt, quod his verbis docuit Ariſtoteles: *Sargus Mulli reliquias ſequitur: nam vbi Mullus luto excitato abit (fodere enim poteſt) Sargus deſcendit & paſcitur imbecillioreſq; ne eodem adnatent arcet.* Quem philoſophi locum Plinius, de Mullo agens, ſic videtur reddidiſſe: *Lutarium ex ijs viliſſimi generis appellant. Hunc ſemper comitatur Sargus nomine alius piſcis & cœnum fodiente eo, excitatum deuorat pabulum.* Gregaleſné an ſolitarij ſint, apud antiquos non inuenio, niſi quòd Aelianus vno in loco multos ſimul degere, confarctoſq; capi ſcribat: quanquam ex nuperrimis Iouius (quo authore,neſcio) Sargum ſcribat alios minimè comitari, tanquam ſuperbum. Oppiano νωθὴς, id eſt, piger,tardus,ignauuſq; cognominatur, à corporis, vt arbitror,motu, nam & [a] Aelianus ad ſaltandum inidoneum eſſe ait, ſi enim ad animum id referamus, & veluti ſtudium intelligamus, piſcis naturæ non quadrabit, qui nimirum in euitandis periculis ingenio pollet,aſtuq; ſeſe tuetur,vt Numenius in libro de piſcibus meminit apud [b] Athenæum, inquiens: *Sargus in euitandis piſcatoris inſidijs aſtutus eſt, & λινοπλαγίσατος ἰχθὺς*, id eſt, vt exponit Athenæus *πανοῦργος περὶ τὰς θήρας*, hoc eſt, *vafer, callidus, veteratorius circa ferarum capturam*: rarum aliqui id vocabulum, cuius poſitiuus eſſe videtur *λινοπλήξ ἀπὸ τοῦ πλήττειν*, quanquam Euſtathius, vbi compoſita omnia ab hoc verbo recitat, nihil tale habeat: ponitur autem id verbum aliquando pro *κρούειν* & *πελάζειν*, id eſt, pulſare & appropinquare, vt Sargus in hoc aſtutus ſit, dum aliàs alijs circa retia locis quamquã proximus eis, apparet & illudit. *Λίνον* enim pro reti potiùs accipitur, quàm pro linea cui hamus annectitur,quam [d] Oppianus ὁρμιὰν vocare ſolet: Et Aelianus inſtrumenta piſcatorum enumerans, cum ea quæ retibus fit, piſcatura *λίνον* nominat. [e] Euſtathius verò id diſertiſſimè docet, exponens hoc Homeri —— Ὡς ὅτε τις φὼς C *Linum pro reti.* [a] *L. 12. c. 43* [b] *Iliad. π.*

*Πέτρῃ ἐπὶ προβλῆτι καθήμενος ἰρὸν ἰχθὺν Ἐκ πολιοῦ θύρασι λίνῳ καὶ ἴνασι χαλκῷ Ἕλκῃ.*

» *Λίνον* (inquit) nunc vocat lineam è lino, quanquam frequentiùs hoc vocabulum pro reti ſumitur. [f] Et » rurſus alibi. Lina (inquit) cum retia dicuntur, tum vela,idq; nomen hodieq; ſeruant cùm alibi,tùm » circa Pamphyliam,vbi Linaria vocant retia venatoria, &c. Quod ſi verò λινοπλάγια, quis cum Rondeletio ex [g] Plinio interpretari velit, quòd lineam Sargus ad ſcopulos atterat, cum eo non contenderim. *Inter Sargos* (inquit Plinius) *ipſe qui tenetur ad ſcopulos, lineam terit.* Linea enim æquè, ac retibus capi mox oſtendemus: & *λίνον* quandoq; pro linea, licet à communi diuerſa ſumitur,vt conſtat ex [h] Polluce, qui inter piſcatoris inſtrumenta primùm numerat *σπυρίδα, λίνον, πάναργον*: deinde *ὁρμιὰν, ἄγκιστρα, τρίχας, λίνα, σπάρτα*: vbi apparet lina accipi pro filis, ex quibus hami pendẽt: nam quæ hamis fit piſcatio duplex eſt, vt docet [i] Oppianus, aut enim calamo ſiue arundini annexa eſt linea,ex ſetis equinis fieri ſolita: aut manui vel naui, contortus ſcilicet è lino funiculus *τόμιγξ* Oppiano vocatus, à quo vel plures dependent hami, ſi parui piſces ſint capiendi,vel vnus *καθίτης* appellatus, maior ſcilicet & eſcam maiorem continens,ad Cetaceos piſces capiendos. Iam verò vt ad naturam moreſq; Sargi, vnde digreſſa eſt, reuertatur oratio: piſcis iſte ex auibus gallum in eo imitari videtur, cùm vt ille haud vna contentus ſit uxore, ſed plures ſibi pariter adſciſcat, quod teſtatur Oppianus,inquiens D *Mullus lutarius.* *Motus.* [a] *L. 11. c. 11* *Ingenium.* [b] *Lib. 7.* *Linum pro linea.* [f] *Odyſſ. B.* *Linaria.* [g] *L. 9. c. 19.* *Linum pro linea.* [h] *Lib. 10.* *Hamis dupliciter piſcatur.* [i] *Lib. 3.* *Calacitas.*

*Vxores Sargi multas & Merulus . . . . . Ducunt, aſt alij contenti coniuge ſola.*

Aliàs etiam propter vxores mares inuicem pugnare ſcribit:

*Rurſus amor Sargos cœpit ſub tempore verno, At ſi quis tanto fuerit certamine victor*
*Pro tedis ſimul & cara pro coniuge certant. Coniugibus cunctis vir tantum ſufficit vnus,*
*Decernunt miſeri dura connubia pugna. Fœmineos fœtus claudens ſub cauce marina.*

vt & in hoc gallinaceos imitentur,in quibus ſimiliter dimicantibus, victori accedunt gallinæ,copiam ſui facientes.

SYMPATHIA

# SYMPATHIA.

E

*Amor ſargi & Capr.*

DE reciproco Sargorum & caprarum amore verſus Oppiani, alioqui facundiſſimos breuitatis cauſa relinquo, ſed ſenſum tantùm eorum repeto. Sargi tantoperè inquit) capras amant, vt cùm illæ à paſtoribus in magnis æſtibus ad litora vbi lauentur, aguntur, Sargi mox adnãtes confercti eas circundent ac circumſilientes mirifico gaudij argumento lambant: nec aſpernantur eos capræ tanquam amantes. Vbi verò è mari iam exeunt capræ, tum Sargi mœrentes vniuerſis ad extremum vſq; litoris marginem comitantur, & inuiti deſerunt. Meminit huiuſce etiã amoris [a] Aelianus, licet paulò aliter: Capras (ait) vehementiſſimè amant Sargi, namque cùm caprarum proximè & ſecundum litus paſcentium vnius aut alterius vmbra in mari apparuerit, protinus gaudio exilientes, ſummo ſtudio adnatant, ac ſaltu, non admodum ad ſaltandum idonei, capras contingere affectant, ſenſum caprini odoris percipiunt, etiamſi ſub fluctibus natent, itaque voluptate geſtientes, ad eas accedere ſtudent.

[a] *L. 11. c. 11*

# CAPIENDI RATIO.

F

QVantoperè capras ament, dictum eſt: cuius rei cùm conſcij ſint piſcatores, amor ille non benè Sargis aliquando cedit. Obſeruant enim illi, vt ſubdit Oppianus, geminos ſcopulos & anguſto inter eos ſpatio ſolem admittente, quod multi pariter Sargi incolunt: Solis enim radijs admodum delectantur: ibi pellem induti caprinam eminentibus ſupra caput cornibus, manent: & inijciunt in mare farinam carni adipiq; caprinæ permixtam. Allecti itaq; Sargi ipſos mare ingreſſos ceu capras amplectuntur: illi verò calamo è corno arbore extenſo, lineam è lino cano demittũt & hamo carnem de vngula caprina inſerunt, & mox quem cêpere Sargum, celeriter manu retrahunt: nam ſi dolum animaduerterint piſces, ſimul omnes trepidi refugiunt: ſin clam & celeriter pergant, nullus quin carpiatur, eos effugiet: Hęc Oppianus, qui etiam libidinis ſuæ pœnas dare piſcatoribus docet, capi ſcilicet, cùm propter fœminas inuicem dimicant. Piſcator enim naſſam amplam & rotundam, multis circa introitum myrti, aut lauri alijsvé frondibus obumbratam in mari deponit, cumq; è Sargis victor aliquis euaſerit, fœminas omnes in eam tanquam petræ latibulum quidam colligit; victoremq; repulſis alijs maribus, mox ad eas ingredientem pariter capit. Quomodo item manibus capiantur, habemus apud eundẽ Oppianum. Eos enim cùm trepidi in anguſtum aliquem maris locum ſeſe recipiunt, cateruatim collecti, licet rigentibus dorſi ſpinis ita horreant, vt tractabiles non ſint, peritũ tamen venatorem explorato capitis caudæq; ſitu in ſingulis, à capite primùm eos contingere, dein ſpinas permulcendo, ac deprimendo, vtraq; manu ſingulum apprehendere Sargum: manereque illos donec omnes ſint capti. Huius capiendi rationis meminit quoque [b] Aelianus his verbis. *Manu etiam capiuntur, ſiquis ſpinas quas ad tuitionem ſui excitant, à capite ad partem inferiorem reuocando & flectendo declinet, premendoq; ex lapidibus, in quos ad latendum ſe compellunt, extrahat.* Cares verò Sargos capiunt, vt idem [c] Aelianus tradit, hoc modo: Cùm molles & remiſſas auras Auſter afflat, & ad arenas moderatè & leniter fluctus reſonant, tum ad piſcatum arundine piſcator nihil eget, ſed ſpinę regiæ bene robuſta virga, ex qua ſumma linea appendit, atq; ad hamum eſcam Muris piſcis conditi accommodat, deinde in piſcatorij nauigij puppe ſedens, inſidias tendit, eaſq; in mare demiſſas leuiter mouet, ſimul & ei puer probè tenens, vt ſenſim pedetentimq; nauis impellenda ſit, ad terram verſus remigat, tum Sargi permulti & exultantes & geſtientes, eſcam aſſequi ſeſe ex ſuis latibulis incitãt & proſiliunt, atq; eſcę illecebra allectati, in hamum congregantur, cumq; propius à terra ſint, cibi auiditate capti facilè comprehenduntur.

*Libidinis pœnas dare.*

*Vt manibus capiantur.*

[b] *L. 11. c. 13*

*Vt apud Cares capiantur.*

[c] *L. 11. c. 20*

H

# PARTVS.

BIs anno Sargum parere, vére nimirum & autumno teſtatur [a] Ariſtoteles, apud quem eo loco pro σάργος mendosè σάρδος legebatur, vti ex [b] Athenæo conſtat, hunc philoſophi locum repetente atque citante: cui item [c] Plinius aſtipulatur his verbis: *Pariunt Scorpiones bis & Sargi verè, & autumno.* Alicubi tamen aliter ſenſiſſe [d] Ariſtotelem apparet, dum ait. *Pariunt quedam hyeme, quadam eſtate: hyeme quidem Lupus, Mugil, Aeus: & incipiunt vterum ferre ex Mugilibus Chelones menſe Decembris, & Sargus (ὁ σάργος) & qui μύξων dicitur, & Cephalus. Ferunt autem in vtero triginta dies.* Quam poſtmodum ſententiam videtur repetere; inquit enim: [e] *Sargus menſe Decembri concipit, vterum ferit dies triginta, & ex Mugilibus Chelon & Myxon eodem*

[a] *L. 5 Hiſt. cap. 9. Ariſtoteles correctus.*
[b] *Lib. 7.*
[c] *L. 9 c. 51.*
[d] *L. 5. Hiſt. cap 11.*
[e] *L. 6 Hiſt. cap 17.*

A *eodem & æquali tẽpore cum Sargo vterum ferunt.* Aduertit quidem Theodorus iſthæc controuerſa eſſe, ideoq; vtroq; hoc poſteriori loco Sargonem non Sargum reddidit, vtà Sargo qui vêre parit & autumno, diſtingueret. Sed placet Rondeletij correctio, qui vtrobiq; legendũ cenſet σαργῖνος, quem [f] Ariſtoteles in Mugilum genere habuiſſe videtur (vbi Gaza tranſtulit Sardiacum,) ſed verba tranſpoſita ſunt & corrupta. Enumerans enim piſces gregales, inter eos nominat σαρδῖνας βιλόνας, μυξόνας, legendum βιλόνας, σαρδῖνας, μύξωνας, id eſt, Acus (in alijs codicibus legitur τιῦθοι, id eſt, Lollij, & ſic Theodorus quoq; legit) Sardiacos (ne à Gazę voce recedamus, quanquam rectiùs nomẽ Grę-cum reſeruari poſſit,) & Myxones qui tertia Mugilum ſunt ſpecies. Nec ſibi aduerſari Ariſtotelem credendum eſt, qui alio deniq; loco Sargum autumno parere ſcripſit nulla verni partus mentione facta: etenim hoc loco Sargum nominat vnà cum Salpa, cui vernus partus non cõ uenit, vt quę ſemel tantùm parit.

[f] *L. 8. Hiſt. cap. 2. Ariſtoteles iterum correctus.*

# VSVS IN CIBIS, ET MEDICINA.

B SArgi & Sargîni meminit Epicharmus in nuptijs Hebes, tanquam optimorum ac delicatorum piſciũ, hodieq; inter ſapidos palatoq; gratos piſces recenſentur, maximè verò autumno & hyeme, & qui in ſaxoſis locis capti ſunt: adhęc ſtomacho grati ſunt, probumq; generãt ſuccũ, & facilè digeruntur, atq; abundè nutriunt, magis verò etiam quàm Melanurus, vti bis apud Athenæum teſtatur Hiceſius, magiſq; aſtringit: cæterùm ægriuſculè concoquitur, carne enim conſtat duriuſcula, vt apud eundem tradit Archeſtratus, aſſatum calidumq; & caſeo atque aceto conditum propterea probans, ſicuti vno edicto omnes ſiccioris pulpæ piſces condiendos præcipit, ſecus ac in præpinguibus & teneris fieri oportet, quos ſolo ipſe ſale atq; oleo inditis in craticula ſapidiſſimè percoqui aſſerit. Gariopontus Sargos cum Turdis alijſq; quibuſdam piſcibus, præſcribit hydropicis. Rauiſius carnem Sargi ad præſteris morſum commendat, ſed ſine authore. Dentes denique Sargi geſtatos, dentium omne tormentum auertere Kiranides prodidit.

*Bonos piſces eſſe.*

# HIEROGLYPHICVM.

C HOminem ex aliorum laboribus ſibi fructus & gloriam vſurpantem, & alienam vt ita dicam meſſem (inquit Pierius Valerianus) demetentem, ſignificare qui volunt, Sargum & Mullum pingunt. Sequitur enim Sargi reliquas, Mullus, imo Sargus reliquias Mulli, vt ex Plinio, atque Ariſtotele oſtendimus.

*Ex alieno labore diteſcit.*

# EMBLEMATA.

HIeroglyphicum proximè recitatum Alciatus reddit hoc epigrammate quod inſcribitur Aemulatio impar:

*Altivolam Miluus comitatur degener Harpam*
*Et prædæ partem ſæpe cadentis habet.*
*Mullum proſequitur, qui ſpretas Sargus ab illo*
*Prætereitaſq; auidus deuorat ore dapes.*
*Sic mecũ Oenocrates agit: at deſerta ſindętum*
*Vtitur hoc lippo curia tanquam oculo.*

*Aemulatio impar.*

Aliud eiuſdem Alciati emblema in amatores meretricum:

*Villoſa indutus piſcator tegmina capræ,*
*Addidit, vt capiti, carnua bina ſuo,*
D *Fallit amatorem ſtans ſummo in littore Sargum,*
*In laqueos ſimi quem gregis ardor agit.*
*Capra refert ſcortum, ſimilis ſit Sargus amanti*
*Qui miſer obſcœno captus amore perit.*

# DE SARGO ALTERO. Cap. XVII.

AThenæus [a] mox à Melanuri hiſtoria ſubiungit, (prout nunc in omnibus exemplaribus legitur) Μελανδέρινος. ὅμοιον εἶναι τῷ Μελανύρῳ φησί. Σπεύσιππος δ' ἐν δευτέρῳ ὁμοίων, τὸν καλούμενον ψύγρον, ὃν Νυμήνιος κάλαφον, οὗτος.

Η' ψόρον, ἢ Σαλπας, ἢ ἀγγελλᾶν Δράκοντα,

*Melanderinus. Similem eſſe dicunt Melanuro. Speuſippus in ſecundo ſimilium, illum qui vocatur* ψύγρος, *quem Numenius vocat* ψόρον, *ſic,*

*Aut Pſoron, aut Salpen aut [illegible] inde draconem.*

Ex quibus verbis Gillius, Rondeletius, Belonius, & Saluianus, Melanderinum, Athenęo piſcem eſſe volunt

[a] *Lib. 7.*

volunt, Melanuro ſimilem, ſed eundemné omnes intelligant, dubitari poteſt, nam Saluianus in primis in capite de Melanuro negat ſe toto eo opere de Melanderino quicquam traditurum, & quem pro eo habeat, non explicat. Bellonius Melanurum longe a Melanderino diuerſum eſſe aſſerit, ſed nec ipſe addit, quem Melanderini nomine intelligat. Quod ſi autem Pſorum ſuum, cum Melanderino eundem eſſe credidit, piſcem reuera Melanuro dilimillimum intellexerit. Pſorus enim eius piſcis eſt ſaxatilis, picturatus, & nulli alij in colorum diuerſitate ſecũdus, quo de ſuperiori libro ex eo egimus. Rondeletius verò nigri Melanderini nominis omine, vt apparet, tretus, piſcem toto corpore, vt ait nigreſcentem, qui ob corporis ſimilitudinem apud ſuos, vt affirmat, pro Sargo venundatur, pro eo nobis oſtendit, eum nempe quem & nos hic ex eo depinximus. Sed præſtat eius verba adſcribere. Melanderini (inquit) nullam, quod ſciam, mentionem fecerunt, Ariſtoteles, Plinius, & Oppianus, ſed Athenæus duntaxat, qui ſignificare videtur Melanderinum à Speuſippo ψύγρον, à Numenio ψόρον appellatum; quod ſi ita res habet, vtrobiq; mendum eſſe ſuſpicor, atq; in priore loco legendum dum ψογερὸν, id eſt δι χρὸν, id eſt turpé; in altero ψόθον, id eſt, nigrum & ſqualidum. Quam Rondeletij lectionem quamuis pro vera ac certa probauerit doctiſſimus Iacobus Dalechampius Athenæi interpres, Geſnero tamen, & Iſaaco Caſaubono ſummoperè improbatur. In alia omnia tranſituri ſunt (inquit Caſaubonus) quicunq; maiorem vſum in literis Græcis habuerint, nam piſcem eſſe Græcis vſitatum ψογερὸν, dictũ aut ψοθον quaſi ſqualidũ, aut ſordidũ, vt ille interpretatur ſine idoneo fideiuſſore, credere debemus nemini, ψογερὸς reuera adiectiuũ eſt: adiectiua autẽ non ſolent pro piſciũ nominibus vſurpari, præter pauca admodum, quorum tunc mutatur accentus, vt γλαῦκος, λεῦκος. Itaq; Caſaubonus Hatchelianæ epitomæ authoritate fretus ſubſcribit coniecturæ Geſneri, qui vocem Μελανδέρινος in textu Athenæi abundare ex eo coniecerat, quòd eo loco piſcis nomen poneretur, nullo cuiuſpiam authoris teſtimonio adhibito, quod nullibi aliàs negligit Athenæus. quare cùm proxime de Melanuro dixiſſet, ψύγρον ei ſimilem eſſe ſubiungere ex Seuſippo & Numenio ψόρον nuncupari exiſtimat, & vt conſtructioni verborum & ſententiæ integritas magis conſtaret, legit ſic: Ὅμοιον δ' εἶναι τῷ μελανούρῳ φησὶ Σπεύσιππος ἐν δευτέρῳ ὁμοίων τὸν καλούμενον ψύγρον, &c. In epitoma etiam Hatcheliana quam ſcitiſſimè commendat Caſaubonus, ſublata voce Μελανδέρινος ſic legitur: Ὅμοιον δὲ μελανούρῳ Σπεύσιππος φησι τὸν καλούμενον ψύγρον, ὃν Νουμήνιος καλεῖ ψόρον. Addit item Caſaubonus in antiquiſsimis membranis pro ψύγρον ſcribi ψύρον. Melanderini itaq; vox alijs omnibus ſcriptoribus inuſitata, fortè ad marginem fuerit, & tandem in textum ab aliquo aſcita. Iſthæc itaq; omnia me impulerunt, vt hunc piſcem quem pro Melanderino depinxit Rondeletius, Sargo coniungerem, pro quo, vt dictum eſt, ob conſimilem figuram venditur. Melanuro (inquit ille) ſimilis eſt, ſed corpore paulò rotũdiore. Toto ferè corpore nigreſcit: circa caput ex nigro purpuraſcit, ſicuti viola. Dentes habet acutos, paruos ſicut Pagrus. Pinnarum etiam ſitu & numero Sargo ſimilis: cauda differt, quia in duas pinnas non deſinit, ſed in vnam latam ſaxatilium ritu. Ventriculum gulamq; habet, circa ventriculum appendices quatuor magnas: hepar ex rubro candidum, à quo fellis veſica pendet: ſplenem magnum, nigrũ Scari vel Lati modo: fel aqueum. Lapides habet in capite. Carne eſt, non ita molli, ſed ferè media, vt aurata, aut Sargus præparandus. Hæc Rondeletius appoſitâ hac icone.

*Pſorus Bellonij.*

*Melãderinus Rondeletij.*

*Athenæus corrigitur. Pſorus & Pſorus quis.*

*Melanderini Rondeletij deſcriptio.*

Melanderinus Rondel.



*Carnis qualitas.*

# DE SPARO. Cap. XVIII.

## SYNONYMA, ETYMVM.

*Sparulus.*

*Rhyas.*

QVem Græci Σπάρον ἀπο τῦ σπείρειν quod eſt palpitare teſte Euſtathio, Latini pariter Sparum dicunt: Ouidius, & Martialis diminutiua voce Sparulum: nec propterea Latinum vocabulum eſſe ſtatui debet, ſicuti Iſidorus & Albertus crediderunt, qui Sparum nomen accepiſſe volunt à telo miſſili ruſtico, quod ſpargitur, quando iacitur, habereq; eandem figuram, quaſi à ſpargendo dicatur Sparus piſcis, vti Sparum minimi generis iaculum. Ariſtoteli Sparus, vt Rondeletius credit, ῥυὰς vocatur, & Aeliano Aſpargus, ſed neutrum benè. Rhyas enim philoſopho particularis alicuius piſcis nomen

A nomen non eſt, ſed ad multos generale, quemadmodum ex hiſce illius locis luce clariùs oſtẽdi poteſt, quæ omnino mihi hoc loco recitanda videbantur, quòd Theodorus Gaza latinitatis nonnunquam nimis ſtudioſus, & ſui etiam, vt apparet, immemor, in huius dictionis verſione variet, & ludat. Eſt itaque vbi [a] Ariſtoteles Rhyades ſcribit, quoties piſcium lotura, vel nauis ſentina eiecta eſt, fugere ceu odorem ſentientes. Gaza hic Flutas conuertit; nam vt ῥυὰς videtur deduci ἀπὸ τῦ ῥεῖν, id eſt fluere, ita latinè à fluendo Flutas interpretatus eſt: quo nomine alij πλωτὰς Græcis dictas vel Anguillas vel Murænas quæ ſupernatant ſole torrefactæ, intelligunt. Vbi verò rhyades per æſtatem parere tradit [b] Ariſtoteles, ille Spargos reddidit, ſimili quodammodo ſenſu, quaſi ſparſos ac diſſeminatos. [c] In hoc verò loco: οἱ δὲ τόκοι γίνονται τοῖς μὲν ῥυάσι τῦ ἔαρος, id eſt *partus fiunt in rhyadibus vere*: rectè & ad mentem Ariſtotelis vertit: *Parit ſolitariorum genus in vere*: cæterùm hic aduertendum eſt, ſolitarios vocari à philoſopho ſiue rhyades, non illos piſces qui ſoli vagantur, ſed qui gregatim quidem ſed ſine duce, quemadmodum alibi ipſe docet his verbis: [d] πλεῖστοι τῶν ῥυάδων εἰσὶ καὶ ἀγελαίων ἰχθύων: εἰσὶ δὲ οἱ πλεῖστοι ἀγελαῖοι. ἔχουσι δὲ οἱ ἀγελαῖοι ἡγεμόνα. hoc eſt: *plurimi rhyadum & gregalium piſcium* (ſubaudi Pontum ſubeunt) *Sunt autem plurimi gregales: habent verò etiam gregales aliquem ducem*. Gaza tranſtulit: *Plurimi fuſanei & gregatilis generis. Eſt ſanè plurima piſcium pars* B *gregatilis, nec vllus grex careret duce*. Rhyades hic itaque fuſaneos reddidit, eoſdem, vt apparet, arbitratus τοῖς χυτοῖς, nam χυτὰς alicubi vocatos [e] Ariſtoteli, fuſaneos etiam interpretatus eſt, addita interpretationis ratione, quòd fuſim (in Græco textu nihil eſt quod huic dictioni reſpondeat) retibus capiantur. Quam poſtremam & verſionem atque opinionem probo, nam eodem loco philoſophus κολίας paulò poſt inter ῥυάδας nominat, quos ſuprà inter χυτὰς nominauerat, vt ſint nempe χυτοί, & ῥυάδες, qui licet multi & frequentes ſimul natant, fuſimque & retibus (præſertim cùm migrant) capiuntur, ſed ducem non habent; ἀγελαῖοι verò propriè gregatiles, quia quem ſequantur ducem habeant. Quod modò ad Aſpargon attinet, quo nomine Rondeletius, vt diximus Aeliano Sparum vocari arbitratur: equidem Aſpargi mentio nulla eſt apud [f] Aelianum, ſed Gillius apud eum Rhyades interpretatus eſt Aſpargos: notandumque eſt Rhyades Aeliano ſimiliter quidem, ac Ariſtoteli piſces eſſe fuſaneos, ſed de peculiari accipi ſpecie, quod ab initio capitis oſtendit his verbis: Ῥυάδες ὄνομα θαλαττίων ζώων. cùm alioqui quæ de ijs ſcribit, nimirum quòd quieſcentes ſimul maneant, ſeque mutuò tepefaciant; verno autem tempore longiùs migrent, vniuerſim ad fuſaneos omnes » transferri poſsit. Saluianus exiſtimans quoque Sparum in Aeliani codice Aſpargon dici, haud for» ſan ab re (inquit) eſſet mendoſum locum eſſe, Sparoſque corrigendum ſuſpicari, cùm nemo vn- C quam præter eum ἀσπάργους inter piſces recenſuerit: quòd ſi mendum abeſſe velimus, cùm ea ſuis » Aſpargis tribuat, quæ ex nullo authore Sparis debentur, vt in procedente hiſtoria probabimus, haud » facilè iudicatu eſt, num ἀσπάργος eius aliorum σπάρος ſit: verùm cùm Spari (etſi aliorum ferè om» nium piſcium meminerit) mentionem nullam fecerit, cùmque immediatè poſt Aſpargos de Aurata » pertractet, quæ, vt infrà docebimus, Sparo ſimillima eſt, aliorum Sparos ab eo vocari Aſpargos iu» dicari poſſe videtur, Hactenus Saluianus, Gillij interpretatione etiam deceptus, ſed in hoc magis quam Rondeletius pectans, quòd eam vocem Græco ac ſi Græca eſſet, exarauerit charactere: contrà in eo Rondeletio prudentior, quòd aduerterit, ea quæ de Aſpargis Gillius, Aelianus de Rhyadibus, ad Spari noſtri naturam haud pertinere. Aduertit item idem Saluianus Rhyades Ariſtotelis à Sparo differre, ſed quòd peculiarem aliquem piſcem eo nomine ab eo intelligi putat, quodque duobus tantùm locis nominari ab eodem credit, ſummoperè falli ex ijs quæ à me dicta ſunt, ſatis ſuperq; » conſtat. Cùm apud Ariſtotelem (inquit ille) σπάρος non legatur, eius ῥυὰς (Ariſtoteles nuſquam » in ſingulari nominauit, ſed in plurali ſemper) Sparus eſſe creditur à nonnullis; id haudquaquam ex eo » coniectantibus quòd illa eadem quæ ſuis rhyadibus tribuit Ariſtoteles, Sparis aſcribant alij. Nam » cùm bis tantùm ῥυάδος meminerit, vno loco inquiens: Quin etiam Rhyades (vel vt vertit Theodo- D rus) Flutæ quoties vel piſcium lotura vel nauis ſentina eiecta eſt, fugiunt, vt odorem ſentientes: & » alibi: Rhyades etiam (vel interprete Theodoro) Spargi per æſtatem pariunt: horum neutrum ab vl» lo ſcriptorum Sparo tribuitur, ſed Theodori potiùs verſione deceptis. Is enim Græcæ voci alludens, » vt Ariſtoteles ῥυάδας priori loco Flutas interpretatus eſt (dicuti namq; à verbo ῥέω, id eſt fluo Flutas » latinè vocauit Theodorus) ſic altero loco eadem ratione à verbo Spargo Spargos & non (vt illi oppi» nantur) à Spari piſcis nomine appellauit. Nec ſi Ariſtoteles Spari nomine vſus non eſt, ob id hunc pi» ſcẽ noſtrum Sparum ab alijs vocatum, ῥυάδα ab eo contendendum non eſt, quando complures etiam » alij ſunt piſces, quorum nulla apud Ariſtotelem mentio habetur: eadem coniectura ſiue ratione non » ſolùm quẽlibet alium Ariſtotelis piſcem nobis incognitum Sparum exiſtimare, ſed eorum etiã vnum » quemq; quos ab Ariſtotele nominatos eſſe neſcimus, eius ῥυάδα eſſe arbitrari poſſemus. Quemad» modum igitur Aeliani ἀσπάργου, σπάρου eſſe poſſe, non inficiamur; ſic Ariſtoteli ῥυάδας; Sparos » non eſſe conſtanter aſſeueramus: quos autem piſces ῥυάδας eſſe cenſeamus, alibi ſumus explicaturi? » Hucuſq; itaq; Saluianus, qui tamen ſuo piſci, quem pro Sparo pinxit, ῥυάδος nomen præfixit. Nunc

[a] *Lib. 4. Hiſt. cap. 8. Fluta.*

[b] *L. 5. Hiſt. cap. 17.*

[c] *L. 6. Hiſt. cap. 17.*

[d] *L. 8. Hiſt. cap. 13.*

[e] *L. 5. Hiſt. cap 9 Fuſanei piſces qui.*

*An Aeliano Aſpargus recentur.*

[f] *Li. 9. c. 46. Rhyas quid Aeliano.*

*Saluiani error.*

Q cætera-

# Sparus authoris.



Carlinus.

Similitudo.

Vt à Sargo differat.

cæterarum nationum, ſi quę E
sūt nomina Spari noſtri ad-
damus. Romę teſte Saluian. „
Sparo dicitur, & Venetis for „
tè, nā Maſſarius Venetus, Spa
ri (inquit) ſunt qui nūc quoq;
Spari appellantur, quāquam
Bellonius Sparo Romæ vul-
go dici neget, tametſi (inquit) quotidie ex mari in fo-
rum piſcatorium afferantur,
tamen piſcatorū nemo hunc „
piſcem Spari nomine agno- „
ſcit. Promiſcuè autem cum „
Auratis, & Sargis vendi ſo- „
let, Carlinotum vel Carli- F
num vocant: quibus poſtre- „
mis nominibus quibuſdam „
Italis venire etiam Ronde- „
letius teſtatur. Genuenſes „
Sparlo dicunt. Monſpelien-
ſes Sparallon, Hiſpani Spar-
gioll.

## FORMA. DESCRIPTIO. G

NOn paruam huic piſci ſimilitudinem eſſe cū Aurata & Sargo, ex Bellonio dictum eſt. Quomodo autem à Sargo differat, idem docet his verbis. „ Solo colore diſtinguuntur. „ Sparus enim ex auro „ refulget, & lituram in cauda habet, vt Sargus, ſed os „ habet multum diſſimile, pro „ inde Sargus velum circinato „ dorſo apparet, Sparus vero H protẽſo, & capite ad Mormy- „ rum accedente. Ambobus „ peritonæum nigricat, vt Sal- „ pæ: Sparo tamen magis al- „ bicat. Branchias ambo calde „ habent, vt etiam dentes inci- „ ſorios: ſed caninos ad latera, „ vt Dentalis. Sparus præterea „ gyrum, qui eſt ſupra pupillam, luteum habet: ſquamis contegitur latiuſculis, quanquam eędem ambobus: & eodem numero ſpinas & pinnam in tergore ferant. Sparus tres habet aculeos ſub ſpina quę eſt vicina ano. Cordis figura Sparo & Sargo eadem: triquetrum enim eſt, ſed Sargo minus & paulò pallidius, Lienem quoq; Sparus habet rubrum, gracilem, oblongum, rectum, in dextro latere ſitum.

A ſitum : Sargus verò ſubnigrum & ferè cirtinatum . Stomachum vterq; oblonguin habet . Inteſtina
» etiam vtriq; ſimilia eſſent, niſi Sparus candidiora & pinguiora oſtenderet. Manifeſtè quoq; ab Aura-
» ta internoſcitur : nam licet numerus , ſitus , figuraque pinnarum , branchiæ, oculi atq; cauda,Sparo cum ea conueniant, notis tamen alijs euidentiſſimè diſtinguuntur . Primùm enim corpore non ſolùm minori eſt Sparus , (palmi enim menſuram excedere non conſueuit,) ſed magis eſt rotundo , atq; in latera compreſſiore,longioriq; & acutiore roſtro, atq; ore etiam minore : præterea circa brāchias nulla neq; purpurea neq; nigra macula,quales in Aurata reperiri diximus , conſpicitur : poſtremò locus oculis ſuperior, non aureo colore micat vt in illa, ſed ex viridi flaueſcit , vnde dixit Ouidius : *Vt differat ab Aurata.*

*Et ſuper aurata Sparulus cernice refulgens ,*

Quæ notę cùm huic piſci ſoli excepta Aurata conueniant , cúmq; antiquum hodie ferè nomen retineat, quin veterum Sparus ſit,eruditi haud ambigunt. Hactenus de Sparo aliorum. Noſter lineas habet rectas Sargi & Salpę modo aureas omnes prꝛter vnam in lateribus quę viridis eſt. Aliæ item trāſuerſaliter à tergo ad ventrem deſcendunt,vt in Mormyro & marina Perca,nigricantes . Os vt in Sargo dentatum . Caput ferè violaceum . Venter albus. Pinnæ omnes,& cauda fuſcæ ſunt.

B

# LOCVS. NATVRA. MORES. PARTVS.

SParum [a] Plinius inter marinos piſces recenſuit, Ouidius pelagium facit,Rondeletius litoralem . Litoralem autem eſſe item [b] Oppianus docet , cuius magni fit apud me authoritas, licet nunc cùm in Grꝛco,tùm in latino exemplari Scarus legatur,quemadmodum in Scari hiſtoria ex Saluiano,cui hanc lector reſtitutionem debes, oſtendimus . Gaudet item ſtagnis marinis : in quibus frequenter capitur . Marino minor eſt, qui in ijs viuit, quare Rōdeletius ceu à marino differat,iconē eius dedit : Gregalis eſt,gregatim enim natat,& viuit:quare plures ſimul capi ſolent : Aeſtate parit circa ſaxoſa litora. Carniuorus eſt,at non ſolùm piſcitia,verùm & marinos venatur pulices pediculoſque. *Cibus .*

[a] *L.32.c.11*

[b] *Lib.1 Halieut.*

# VSVS IN CIBIS.

C HAud ignobilem , haudq; plebeium apud antiquos piſcem fuiſſe Sparum , ex recitandis clarum eſt authorum teſtimonijs. Coquus quidā apud Anthippum comicum recitante Athenæo,publicano apponit Glaucum,Anguillam,Sparum,tanquam lautos nimirum ac delicaos piſces:& Epicharmus in nuptijs Hebæ, *Piſcamur* ( inquit , *Sparos & Scaros , quorum ne ſtercus quidem fas eſt dijs abijcere* , quanquam iſta lautitia,vt ſimus etiam dijs,id eſt, locupletiſsimis,non ſit reijciendus , ad Scaros priuatim pertinere videatur , Sparos tamen tanquam lautiſsimos quoque nominat : item [a] Martialis ad Ponticum : *Laudata carnis piſcis eſſe.*

*Res tibi cum Rhombo eſt:at mihi cum Sparulo .*

[a] *L.5.Epig.*

Item Matron Parodus apud eundem Athenæum,cùm delicatiſſimos nominaſſet, addit: *His admixti fuere Sargi,Hipputi,Glanies,Mormyrus,& magnus Sparus quos coquus adhuc è ſartagine ſtridentes attulit domumq; nidore perfudit:ego verò cibum eſſe illum mulierularum putaui : alia pòſt adortus ſum* . Græcè legitur ; Μόρμυρος, ἀνταδ' ἴλω μεγάλη σπάρος, ἧς ὁ μάγειρος Σίζοντας &c. Scaligero placet , Μορμύρος ἄνταδ' ἴλω γαλέη σπάρος , ἧς ὁ μάγειρος &c. Acutiſſimi viri coniecturam ( inquit Caſaubonus ) adiuuant Excerpta,in quibus diſertè ſcriptum ἄνται & ἧς. Noſtra verò tempeſtate tāti nequaquam fit: Licetq; non omnino aſpernentur eum ditiores,Lupis tamen,Aſellis,Denticibus,Auratis, ſimilibuſq; gratioris palati alijs comparandum eſſe minimè cenſent . Miratur Hiceſium Rondeletius quòd Mænis ſucci bonitate Sparum prætulerit,cùm Mænæ,quantum ipſe iudicat, ſint carne ſicciore & melioris ſucci: huncq; Diphili locum Σπάρος δριμύς, ἀταλόσαρκος, ἄβρωμος, εὐστόμαχος, ἀρτιχὸς, εὐανάπτος, ταχυπεπὴς δὲ δύσπεπτος, id eſt , *Sparus acris eſt,tenera carnis,virus non reſipiens, ſtomacho gratus, vrinam ciens , haud difficilis concoctu: in ſartagine verò coctus difficilis :* mutilum eſſe iudicat , id quod reuera aſteriſcus appoſitus etiam indicat:quare ante εὐανάπτος addit ἑφθὸς , ideſt , elixus , vt ſcilicet elixus coctu facilis ſit , frixus contrà difficilis . Saluianus quoque Sparum mediæ carnis eſſe aſſerit inter duram & mollem,arbitraturq; in ſalubribus , licet non ſaluberrimis habendum eſſe . Ob paruitatem rarò elixatur . Frequentiùs vel in craticula aſſatur, vel in ſartagine frigitur . *Carnis qualitas .* *Apparatus.*

D

# DE MORMYRO. Cap. XIX.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Mormyrus. Mormylus Mormyr. Mormur.*

CORporis forma, locoq; natali cũ præcedentibus vt in progreſsu hiſtoriæ patebit, quoq; conuenit huic capiti inſertus piſcis, quem cum eruditis eum eſse remur, qui Græcis Μορμύρος, Oppiano μορμύλος, Plinio Mormyrus, Ouidio Mormyr, Theodoro Gazæ Mormur, Romæ & Venetijs Mormiro, in Liguria & Maſſiliæ Mormo, Hiſpanis Marmo appellatur. Falli autem Bellonium conſtat, dum veteres ſcribit à marmorcis maculis, eiuſdemq; albidine huic piſci nomen impoſuiſse. Ita enim Marmarum, non Mormyrum ſcribi oporteret, cum marmor μάρμαρος Græcis nominatur. Euſtatius ἀπὸ τῦ μορμύρειν deducit, id eſt, murmurare, id quod aqua æſtuans facere videtur, ſtrepitum ac fragorẽ excitans cùm rapidè fertur, vnde & μορμύρειν Heſychio exponitur inũdare, quod ab inundantibus, vel fluuijs, vel mari aqua murmuret ſtrepituſq; ingẽtes edat. Cur modo hinc etymologiam deducat Euſtatius, planè nõ video, neq; ipſe rationem reddit, niſi dicamus alludi ad lituras, quę deorsũ à tergo per latera tranſuerſaliter, vndarum aut fluctuum inſtar feruntur,

*Mormyrus Geſneri.*



*Veũ Mormyrum eſſe.*

## FORMA. DESCRIPTIO.

TAmetſi perpauca de Mormyro veteres, eademq; alijs inſuper piſcibus fermè cõmunia, ſcripta reliquerint, vt ex ijs quem hîc exhibemus piſcem verum ac genuinum Mormyrum eſse, certò affirmare non liceat: nihilominus cùm pictum cognominet Ouidius, & Oppianus ἀιόλον, id eſt, variũ, (Lippius reddidit; *& pictus Mormylus ore*,) taliſq; ſit hic pictus, & eodem non ſolùm Conſtantinopoli, vt Bellonius tradit, ſed in omnibus ferè alijs Europæ regionibus, nomine veluti per manus tradito hodieque vt oſtendimus, veniat haud temerè pro veterũ Mormyro accipi poterit, eoque magis,

A magis, cùm quæ de ſuo illi tradunt, huic conueniãt omnia. Piſcis eſt corpore quàm Aurata, Sparus, Sargus & Melanurus longiore, & minus ad latera compreſſo: capite item tenuiore & cælato, roſtroq; acutiori. Os autem mediocre habet, dẽtes exiguos, labia craſſa, oculoſque medios: branchias vtrinq; quaternas: ad quas binæ etiam ſunt pinnæ, vtrinq; ſcilicet vna: & binas alias minores in ventre: in dorſo verò vnam tantùm, ſatis longam, totamq; aculeis horridam; aliamq; deniq; retro anum iuxta caudam, exiguam. Cauda in lunatam pinnam degenerat. Venter eſt argenteus: dorſum ex albo ad cæruleum vergens denis duodenisve lineis latiuſculis, nigris à dorſo ad ventrem tranſuerſis, æqualibuſq; interuallis diſtinctis depingitur. Ventriculum habet magnum, inteſtina alba, triplici inflexione conuoluta: hepar grandiuſculum ſubrubrum atq; ventriculum ambiens; lienem exiguum & ſubnigrũ quæ omnia nigerrimo continentur peritonæo. Pedalem magnitudinem rarò attingit. Figura hæc Geſneri eſt, Venetijs adumbrata. Ea verò quam Rondeletius ponit denticulos labris deductis oſtendit; & à ſuperiore labio perbreuem ſurſum eminentem cirrum. Bellonius anguſtiorem hunc piſcem pingit, nec ſatis latitudinis proportionem ſeruat.

*Pinnæ.*

*Color.*

*Partes interna.*

*Magnitudo*

B

# LOCVS. CIBVS. NATVRA. MORES. PARTVS

MArinum tantùm piſcem eſſe omnes fatentur, Ouidius ſaxatilibus, vel pelagijs accenſere videtur, cùm litoralem eſſe præter Archeſtrati apud Athenæum, & Oppiani authoritatem (qui in litoribus ex arena & ijs quæ in arena proueniunt, victitare eum ſcribit,) cotidiana piſcatorum experientia etiam atteſtetur. Soliuagus eſt, nam pauci ſimul capiuntur. Pamphagus eſt nullum non cibum attingens, licet interim parua tantùm venetur animalcula, piſcitia, conchylas, & minora cruſtacea: neq; tamen à terreſtribus ſordibus immunditijſq; abſtinet. Parit æſtate teſte Ariſtotele; capitur verriculis & plagulis, vt Plutarchus ait. In cuitãdis rebus ingenioſus & ſolers eſt, ijs enim incluſus, non aliter ac Lupus, imis in vadis ſulco crebro caudæ motu, depulſis arenis facto ſubterlabitur: quod memorat Oppianus his verſibus:

*Mores.*
*Cibus.*
*Partus.*
*Ingenium.*

*Lupi aſtus.*

*At ſuluam Labrax alys effodit arenam*
*Piſcantes verrunt, hic cæno immerſus in alto*
*Conatur foueam branchys aperire capacem*
*Effugit exitium prædæ, fugit humida lina.*
*Corporis, vt magnos ſub terris occulat artus*
*Aſtutus talem meditatus Mormylus artem*
*Ac veluti lecto iaceat, per litora grypos*
*Tenſus ſub bibula maculas declinat arena.*

C

# VSVS IN CIBIS.

HIceſius apud Athenæum Mormyrum tradit eſſe τροφιμώτατον, id eſt plurimùm nutrientem, quod Saluianus & Rondeletius improbant, cùm ſit carne molli, præhumida, lutumq; olente, atq; adeo inſipida, vt non ſolùm hoc noſtro tempore vilis optimo iure habeatur, ſed ab alijs etiam veteribus plebeius contemptuſque habitus fuerit, quod ex hoc Archeſtrati apud eundem Athenæum conſtat:

[a] *Lib. 7.*

*Carnis qualitas.*

*Μορμύλος ἀγυιαλιὺς κάκος ἰχθὺς, οὐδέποτ' ἐσθλός Mormylus eſt parnus piſcis, non vtilis vllo Tempore.*

Quamobrem monet Saluianus, vt ægri prorſus ab eo abſtineant: ſani verò non niſi inſapidorum penuria eo vtantur: & licet quouis modo conditus malè ſapiat: in craticula tamen crebraq; ex aceto, & oleo irrigatione conſperſus, minus ingratus eſſe ſolet.

*Apparatus*

D

# DE CANTHARO. Cap. XX.

## SYNONYMA. ETYMVM.

ἄνθαρος Plinio & Ouidio Latinè etiam Cantharus nuncupatur: Gaza verò, vt vim nominis explicaret, Scarabæum tranſtulit, nam Scarabæus in genere inſectorum vaginipennium κάνθαρος appellatur. Qui plura volet, huius vocabuli ſignificata, hiſtoriam noſtram Scarabæis dicatam in ipſe de Inſectis adire poterit. Vt verò Cantharus idem piſcis videtur, qui aliàs fœminino genere κανθαρὶς dicitur: ita contrà κανθαρὶς & κάνθαρος inter inſecta differunt, vt ibidem fuſiùs oſtendimus. Bellonius Cantharum piſcem rectè quidem ſit dictum negat, quòd eius nominis vaſis exprimat effigiem, aut quòd cantharo, ſiue Scarabæo ſimilis ſic, vel item quòd cantare ſciat: cæterùm cùm inde ſic dici arbitratur, quòd Apollini (vt ait Apollodorus) ſacer ſit, in grauiſſimum imprudenter incidit errorem. Non enim Cantharus, ſed Citharus (quo cum non

*Cantharus.*
*Scarabæus.*
*Cantharis.*
*Cantharus vnde dictus.*

ſine intolerabili errore Cantharum confundit) Apollini ſacer habitus fuit. Rondeletius Canthari nomen huic piſci inditum exiſtimat, quòd non aliter in cæno maris verſetur quàm in ſimo terreſtris ſcarabeus. Mihi magis probatur, vt à conſimili colore dicatur, non tamen Canthari ſiue Scarabæi pilularij, ſed magni illius qui ex nigro rubeſcit, à quo nimirum colore hodieq; Liguribus Tanado appellatur, quaſi fuſcus aut pullus, item bæticus & ferrugineus, qui color huic piſci conuenit: quare cùm Gillius Liguribus hunc piſcem Tamidum vocari dicit, forſan Tanadum, vt Rondeletius habet, dicere voluit, licet Bellonius Genuenſibus Cannam nominari ſcribat, qui interim in titulo ſuo Cātharo prępoſito Tauna habet, & in Gallico de piſcibus Tanua. Teſte eodem Bellonio vulgus Lutetianorum apud quos tritiſſimus piſcis eſt, ex Oceano dalatus, Brēma marina vocatur. Maſſilienſibus verò Cāthena, Rondeletius habet Cantheno, & hoc nomine in Gallia Narbonenſi, Prouincia & Hiſpania venire ſcribit. Idem deniq; Bellonius Romanis Zaphile dici ait, à ſquamis ex indico ſplendentibus, forſan à Sapphyri lapidis colore; teſtatur enim eſse è Cantharis quoſdam cyaneis lineis variegatos: ſed Iouius Sapphyrum piſcem Romæ à cyaneo colore dictum, Scarum interpretatur. Græci noſtri temporis Cantharum corruptè σκάραρον dicunt.

*Brēma marina.*

*Sapphyrus piſcis.*

E

# FORMA. DESCRIPTIO.

F

CVm ex antiquæ nomenclaturę veſtigio, coloreq; taneo, à quo apud Ligures etiam nomen obtinuit, congruente cum eo quem Cantharo Ouidius tribuit hoc verſu:

*Cantharus ingratus ſucco & concolor illi Orphus,*

tùm ex ijs quæ de Cantharo præterea veteres alij memoriæ prodiderunt, hîc depictum piſcem Cantharum genuinum eſſe, eruditi iudicarūt, quibus facilè aſtipulor. Piſcis eſt corporis forma, brāchijs, pinnis, aculeiſq; Auratę vel Sargo ſimilis. Squamis integitur paruis, ex indico ſplendentibus, vti ex Bellon. diximus. Caput & quæ circa oculos ſunt partes, ex nigro rubeſcunt, quę permiſtio (inquit Bellonius) pullū ſiue fuſcū colorem efficit. Ore eſt minore quàm Aurata, aut Sparus, inferiori maxilla lata, dentibus paruis confuſo ordine diſpoſitis: Labro ſuperiori velut in calua infarcto. Supercilia nigricant: oculi cæſij ſunt, quorum pupilla nigra eſt, in ambitu pallida. A branchijs ad caudam lineas duci ait Rondeletius ſubaureas, nō manifeſtas, vt in Salpa, ſed obſcuras. Bellonius verò lineam arcuatam, vtrinq; in lateribus cyaneam eſſe

*Quibus ſimilis.*

G



Cantharus Authoris.

Canthari icon alia ex Geſnero.



H

A eſſe tradit: nec propterea credendum non eundem ab vtroque nobis piſcem depingi. Variare enim eum ex hoc etiam cognoſcitur, quòd Bellonius in foro piſcario Londinenſi obſeruârit quoſdã lineis albicantibus variegatos, alios cyaneis, alios ex luteo nigricantibus, rectis quidem, ſed non ita conſpicuis, vt in Salpæ tergore videas. Internis partibus non differt à Sparo. Lapides habet in cerebro. Pictura noſtra Canthari eſt, Genuæ adũbrati, colore totius corporis taneo, præter lineas quæ candicãt, & oculos qui ſunt aurei. Geſnerus in paralipomenis altera ſecundo loco exhibita: Piſcis hic (inquit) à Bellonio pro Coracino exhibitus, Cantharus videtur. nam & Rondeletius Cantharum eſſe docet piſcem à Liguribus Tanado dictum, non Coracinum, & Gillius piſcem Maſſiliæ à colore caſtaneæ nominatum, Coracinum Neapoli vocari, audiuiſſe ſe ait, quæ nimirum errandi fuit occaſio Bellonio, qui Cantharum bis pinxiſſe videtur, primùm pro Coracino, vbi dentes non expreſſit, deinde pro Cantharo dentatum. Hæc ille. *Linea in eo varians.*

# LOCVS. CIBVS. NATVRA. MORES.

B Cantharum Ouidius inter pelagios habuiſſe videtur. Ariſtoteli tamen litoralis eſt, & in cœnoſis litoribus ac portubus, in quę loca maris ſordes fluctibus pelluntur, cœnumeq; ex proxima terra, pluuijſq; confluit, verſari Rondeletius tradit, indeq; Cantharum nominatum fuiſſe arbitratur.[a] Aelianus verò in locis gigni teſtatur quæ ἄσπρα appellantur (de quibus in Mullo à nobis dictum eſt) ex Oppiano, vt apparet

Κάνθαρος ὃς πίτρησιν ἀεὶ λιτρῆσι μίμηλε.

[a] *Lib. 3.*

Veſcitur (inquit Rondeletius) aqua & ſtercore, quo nomine ſordes etiam omnes intelligit, quæ partim ex proxima terra pluuijs in portus & litora, partim ex ipſo etiã mari propelluntur. Bellonius verò herbis veſci ſcribit, carne item, pane & caſeo ex nauibus in mare proiectis, vt painphagus haud malè dici queat. *Turgent amore fœminarum & quia Zelotypi ſunt acerrimè* (inquit Aelianus) *pro ſuis coniugibus pugnant, ſed non mare Sargorum pro multis, ſed non aliter quàm Menelaus cum Paride pro vna tantùm.* Idem ante Aelianum tradit Oppianus, inquiens:

*Cibus.*

*Amor, & Zelotypia.*

*Vxores Sargi multas & Merulus . . . . Ducunt, aſt alij contenti coniuge ſola,*
*Cantharus, Aetnæus, ſpernentes agmina lecti.*

C

# CAPIENDI RATIO.

INeſcantur authore eodem Oppiano, polypo aut carabo aſſo, in naſſam vimineam amplam indito ad ſaxum aliquod inclinatam, cuius nõ modò venter ſit bene capax, ſed os quoq; ſatis amplum. Ingredietur enim (inquit) primùm Cantharus aliquis & mox poſtquam paſtus eſt, tanquam ſibi metuens, rurſus exibit. Piſcator nouam ſubinde eſcam reponet, donec multis magniſq; tandem collectis, hos iam ceu domicilio gaudentes, operculo ori tractu obfirmato, capiat.

# VSVS IN CIBIS.

XEnocrates hunc piſcem inter grata, boniq; ſucci edulia, & quæ abundè nutriunt, facileq; in corpus digeruntur, & aluum modicè cient, connumerat, vt Bellonius exiſtimat: cæterùm ad Citharum iſthæc, non ad Cantharum pertinent: quem vt ingratum ſucco Ouidius dixit, ita etiam teſte Rondeletio boni ſucci non eſt, carneq; nimium molli, præhumidaq;, atq; meritò viliſſimus habetur, nec niſi tenuioris fortunæ hominum cibus. Ventrem mollit elixus: in ſartagine coctus, vel etiam elixus cum croco, cinamomo, pipere, zinzibere, vel cepa, & oleo, vel exiccatus, mulſò melior redditur. *Carnis qualitas.*

D *Apparatus*

# DE SARPA. Cap. XX.

## SYNONYMA ETYMVM.

INter cæteros piſces (inquit Bellonius) non eſt alius qui ſuã conſtantiùs retinuerit antiquam appellationem, quàm quo de nunc ſermo inſtituitur: ſiquidem vulgo Græco, Italico, & Gallico, nihil de priore nomenclatura immutauit. Ait tamen Maſſilienſibus Sopi appellari, & Romæ non Salpam, ſed Sarbàm. quod poſtremum nomen non ſatis fortaſſis, vel intellexerit, vel meminerit, nam Saluianus, qui Romæ vixit & medicinam fecit, ibi & vbique ferè gentium *Sopi. Sarba.*

Digitized by Google

*Salema.* gentium antiquo nomine Salpam appellari teſtatur. Salponi quam vocem Geſnerus in Italico libello pro ſalpis ſe legiſſe ait) maiores in hoc genere dici poſſunt. Luſitani Salema dicunt. Σάλπη Græcis omnibus quidem vocatur, Archippo tamen apud Athenæum etiam in maſculino ὁ Σάλπης, per iocum piſcis nomen efferens tanquam viri, ἦν κῆρυς μὲν ἡ βόαξ, σάλπης δ' ἐσάλπιγξ ἐπτά ὀβολὼς μισθὸν φέρων, id eſt, *Praco Boax fuit, Salpes verò tuba cecinit, obolorum ſeptem mercede conductus.* Heſychius & Varrinus alijs etiam Βῶν, id eſt, Bouem vocari ſcribunt, nimirum ex eodem Athenæo, qui hoc Pancratis ex operibus marinis verſus citat. E

*Salpes. Bos cur dicta.*

——Σάλπας τ' ἰσομήκεις ἰχθῦς Ἅς τε βόας πόρπης Ἁλίζωνι καλέουσι.
Οὕνεκα γαστέρι φῶκος ἀεὶ ἀλέγουσιν ὀδοῦσιν.

——*Salpe piſces æqualis magnitudinis Quas quidem Boues, Halizoni, piſcatores nominant Quoniam algam, ventri cibum, dentibus molunt.*

Rondeletius pro πόρπης reſtituendum arbitratur πόρτις, quoniam boues dicantur αἱ τέλεαι, id eſt, iam adultæ, quaſi Salpæ non ſimpliciter Boues vocari debeant, ſed addito epitheo πόρτις, id eſt paruæ. Quam correctionem meritò Geſnerus improbat, quòd neq; carminis ratio admittat, & ſi admitteret, πόρτιας in accuſandi caſu dici oporteat, ſicuti & βόας: præterea Salpas Pancrates βόας πόρπης coniũctis vocabulis, vt ille arbitratur, non dicit, ſed πόρπης Ἁλίζωνας, ideſt piſcatores Haliſonos, πόρπις enim piſcator eſt, non quilibet, ſed propriè retiarius, nam πόρπος genus retis eſt. Sic igitur poëtę (inquit) ſenſus fuerit. Salpæ piſces à piſcatoribus Halizonorum (quos Strabo Aſiæ populos eſſe putat extra Halym,) Boues appellantur, quoniam ſemper algam in ventre dentibus ſuis conterunt. Dalechampius in alijs codicibus ἁλίζωοι legi innuit, & vertit, in mari vitam agentes, in ſuo tamen exemplari Ἁλίζωνοι legi teſtatur, quam lectionem (inquit) ſi probamus, Halizoni maritimi populi ſunt vicini Cariæ, Myſiæ, Lydiæ, aut, vt alij malunt, gens Pontica. quare poëta ex his populis aliquos potiùs, quàm eos quos Geſnerus ex Strabone in Indiam vſque reijcit, intellexerit. Cæterùm ſicuti ob allatam rationem Salpa Bos vocari poteſt, ita aduertendum eſt alium eſſe à Salpa toto genere diuerſum, vtpote planum & cartilaginem, qui propriè Βῶς, id eſt Bos appellatur. Syluaticus Criſopleurum piſcem dictum Salpam interpretatur, ſed rectiùs Chryſopleurus dicatur ab aureo quo per latera Salpa reſplendet, colore.

*Bos alius à Salpa. Chryſopleurus.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

G

*Veram Salpã eſſe quæ hic deſcribitur.* PRæfixum huic deſcriptioni piſcem, veram ac genuinam Salpam eſſe, vetus vbiq; fermè terrarum nomenclatura, omniaq; ab antiquis Salpæ attributa, ac deniq; eruditorum omnium conſenſus teſtantur. Piſcis eſt aſpectu iucundiſſimus. A ceruice (vt Iouij verbis vtar) in caudam per argentea latera, aureæ rubenteſq; lineæ certis diſtinctæ interuallis decentiſſimè eum depingunt: à quibus Ariſtoteli apud Athenæum πολύῤῥαβδοι, πολύγραμμοι, & ἰρύθρογραμμοι cognominantur, & Oppiano ἀιολόνωτος, hoc eſt vt Lippius vertit, *variis diſtincta tergora ſignis.* Meminit & aliàs earundem linearum Athenæus ex Philone his verbis: *Salpa ſimilis naſcitur in mari rubro piſcis Stromateus appellatus, vt Philon narrat, virgas habens per totum corpus extenſas, auri ſpeciem referentes.* Aduertendum interim eſt, duo eſſe Salpę genera, vnum commune & omnibus notum, alterum minus, quod in Narbonenſi Gallia perappoſitè Vergadelle, id eſt virgis, ſiue lineis diſtinctum teſte Rondeletio appellatur: Virgas enim (inquit) appellamus tenues & longos ramos, ſiue baculos, quas Græcis ῥαβδους nominant, vnde δίῤῥαβδα, id eſt, duabus virgis, ſiue lineis diſtincta, & πολύῤῥαβδα quę pluribus, vt Salpa & piſcis de quo hic loquimur, quem non ineptè Virgatum inde dici poſſe putat. Differt, vt ait à Salpa communi ætate tantùm, Virgatus minor eſt, & ad eius magnitudinẽ nunquam excreſcit. At ſi hoc verum eſt, non ſola differet ætate: progreſſu enim ætatis in magnam Salpam euaderet, quod cùm inficietur Rondeletius, apparet ſpecie omnino diſtingui: nam præterea, vel ipſo teſte; tenuior etiam eſt & rotundior. Meminit eiuſdem in libro de Piſcibus ſtagni marini, & à Salpa iterum diſtinguit, inquiens: In ſtagnis noſtris marinis frequentior eſt ea quæ Vergadelle à noſtris dicitur, id eſt, Virgatus piſcis à virgis quibus Salpæ ſimilis eſt, figura verò non item, ſed Auratis, vel Sparis potius. Ab ijs Virgati noſtri neq; partibus internis, neq; ſaporis inſuauitate, neq; carnis mollitie, neq; victus ratione differunt, ſed Virgati in ſtagno ſolùm reperiuntur, Salpæ & in mari, & in ſtagno. Sed Salpæ deſcriptionem proſequamur. Caput habet paruum & rotundum; roſtrum acutum, labra non ita infarcta, vt in alijs piſcibus, os exiguum, dentes firmos, (eos pictor noſter omiſit,) in ſuperiori maxilla ſedecim, in inferiore octodecim, ſerratos, quales etiam Athenęus illi aſcribit: oculos aureos, ſuper cilia quodammodo vireſcentes: pinnam in tergo vnicam, longam, multis ſpinis aſperam: Quæ retro anum verſus caudam conſpicitur, duobus tantummodo ſed robuſtis aculeis communita eſt: cæterę vt in alijs ferè piſcibus. Cauda bifurca eſt. Lingua mediocris. Squamis tegitur latis &

*Lineæ. Stromateus. Genera duo. Vergadelle. Virgatus piſcis. Salpæ deſcriptio. Pinna.*

H



*Tantes interuſ.* varij coloris: ventre & lateribus candicat, dorſo ex cineraceo nigricat. Interanea nigerrimo perito- E
naeo continẽtur, Ventriculus oblongus eſt & latus: Hepar magnum, ſubrubrum, in tres lobos diuiſum,
*Magnitudo.* cui fellis veſica appendet. Splen nigricat. Vulua bifida eſt, ouis innumeris plena. Bellonius rarò duas libras excedere ſcribit, quod & Saluianus confirmat, ſed vbi adoleuere, ſemper ad libram accedere ait, ita vt in nullo alio piſcium genere æquè atque in Salpis, eadem ferè ſemper ſeruari magnitudo videatur, indeq; fortaſſis a Pancrate ἰσομήκεις, æquales magnitudine, longitudineue appellari. Dalechampius verò ſic Pancrati vocari putat, facta comparatione ad eos piſces, quos antea nominauerat.

# LOCVS. CIBVS.

OVidius Salpam ijs accenſet qui *herboſa laxantur arena*: Oppiano verò teſte

*In vaſtum pontum, ſcopulo quos abluit vnda  Alga conſperſos, & multo murice tectos*
*Salpa habitant, varijs diſtincte tergora ſignis.*

*Cibus.* Ariſtoteli non ſolùm in mari, ſed in lacubus marinis quoque gignitur, quod Rondeletius autopſia edoctus aſtruit. Idem Ariſtoteles Salpam inter eos quoque recenſet, qui cùm non ſunt carniuori, tamen vagantur, & oberrant: quæ verba Saluianus alias per ſe clariſſima non aſſecutus, eam vagari ne- F
gat, carniuoram verò philoſopho haberi aſſeuerat: ſed verba philoſophi adſcribam: *Vagantur* (inquit) *maximè & oberrant quæ carne aluntur, ſunt autem carniuori ij ferè omnes,* (quæ verba Theodorus reliquit) *præter paucos, vt Mugilem, Mullum, Salpam, Aericam ſiue Chalcidem.* Xenocrates eà propter aliàs in alto mari capi tradit, aliàs ad litora, vt modò repetemus: quæ tamen omnia non prohibent,
*Litoralem eſſe* quo minus litoralis eſſe poſſit, quin litora propriam eius ſedem eſſe, cibus quo maximè delectatur, argumento eſt. Alga enim & ſtercore ali [a] Ariſtoteles binis in locis teſtatum reliquit: & alicubi: *Fœtida* (inquit) *nonnullis piſcium pro eſca accõmodantur, vt Salpæ ſtercus*, vnde σκατοφάγοι, & βδελυγραὶ,
[a] *Li. 8. Hiſt. cap. 2. item 4. Hiſt. c. 8.* id eſt merdiuoram & fœtidam Salpam Epicharmus in nuptijs Hebę, & Plinius obſcęnum piſcem agnominauit: quemadmodũ inter volucres Vpupam, obſcænam paſtu auem dixit, quam nonnulli in
*Vpupa auis.* ſtercore humano commorari, & fœtente ſimo paſci ſcribunt. Pręter algam cucurbita tantoperè etiam delectatur Salpa, vt vtraq; herba pro eſca vtantur piſcatores, vt mox patebit. Alga autem, & fœces in litoribus vrbibus proximis, copioſiùs reperiuntur. Porrum deniq; etiam depaſcitur, vt Ariſtoteles ait,
*Porrum.* marinam aliquam herbam hoc fortaſſis nomine intelligens.

# NATVRA. MORES. G

SOlitarium piſcem eſſe ex Ariſtotelis authoritate tradit Athenæus. Bellonius tamen turmatim ab imo gurgite ad litora ferri, moxque alga alijſque marinis herbis paſtas, celerrimè in mare demergi ceu oculatus teſtis tradit, & Saluianus, cùm perraro (inquit) vnam ſolam, creberrimè verò complures ſimul capi videamus, gregalis potiùs quàm ſoliuaga cenſeri debet. Cla-
*Gregalis eſſe* riſſimè audire proditur, vti ex Ariſtotele Aelianus & Plinius recitant. Oppianus pauidam vocat, quaſi
*Auditus.* piſcatorum timentem inſidias. Iouius natura aſtutum perhiberi; ſed quo authore ignoro, tradit.
*Ingenium.*

# PARTVS.

*Quando pariat.* SEmel anno parit, vt [a] Plinius refert, & Athæneus, videlicet autumno, paulò ante æquinoctium, vt [b] Ariſtoteles ait, qui tamen id aliàs vbiq; terrarũ facere negat his verbis, *Salpa æſtatis initio locis plurimis; nonnuſquam & autumno parit.* Multi non intellectis hiſce Ouidij verſibus:
[a] *Lib. 9. Hiſt. cap. 9.*
[b] *Lib. 6. Hiſt. cap. 17.*

*Atque immunda Chromis, merito viliſſima Salpa  Atque auium dulces nidos imitata ſub vndis,*
Salpam voluerunt ſibi nidum more auium ſub aquis conſtruere, ibiq; parere, cùm id ſoli Phycidi Ari- H
ſtoteles tribuat, cuius periphraſis eſt poſterior verſus, nequaquam ad Salpam, minuſque ad Chromi-
[c] *L. 32. c. 11* dem referendus, quod tamen [c] Plinius aliquando credidit. Salpam tamen in alga parere monet Oppianus, inquiens:

*Obſcœni madida Salpæ naſcuntur in alga.*

# CAPIENDI RATIO.

[a] *Lib. 8. Hiſt. cap. 2.* CVcurbita capitur; quod ex omnibus vni ei euenire [a] Ariſtoteles tradit; gaudere enim hac eſca. Idem repetit ex eo Athenæus. Ineſcatur eodem Ariſtotele teſte ſtercore. Capi & alga ex Oppiano recitauimus. Id autem fit hoc modo. Piſcator aliquis per dies quatuor »
vnum ad locum aliquoties nauigans, lapides alga circundatos demittit: quinto poſtea die Salpis iam »
illic

A illic congregatis naſſam lapidibus obtectis alga immiſſis ponit,& circa introitum herbas marinas alligat,quibus Salpæ, alijq; herbiuori piſces delectantur. Vbi iam incluſos piſces ſenſerit, tacitè mox ad nauigat,viris remiſq; ſilentibus,& naſſam extrahit. Silentium autem cùm ad alias piſcationes,tum Salparum in primis vtilis eſt,vt quæ natura pauidæ ſint. Eſca ad eaſdem ex Tarentino: *Bryon viride ex ſaxis oleo interens,vſui exponito.*

# MORALIA.

HOminem varium, varijs rebus ſeſe oblectantem, non inconcinnè Salpam dicere poſſimus: quomodo Mnaſeam quendam Locrenſem vel Colophonium, familiares Salpam cognominarunt propter varietatem argumenti libri παιγνίων, id eſt de Ludis ſiue luſibus à ſe cõditi:qualem & à Salpe ſcriptum aiunt,muliere Lesbia,à iocorum fortaſsis varietate ſic nuncupata. *Homo varius.*

# VSVS IN CIBIS.

B QVemadmodum hoc noſtro tempore Salpa,quam tam eleganter Natura depinxit, tamq; iucundis coloribus adornauit, ab optimatum menſis, vt inſulſa & mendax repudiatur, plebeiuſq; omnino atque ignobilis piſcis habetur,ita quoque apud veteres in nullo planè pretio æſtimationeq; fuiſſe comperimus. Ouidio enim, *meritò viliſſima Salpa* dicitur, Oppiano & Plinio obſcæna,Epicharmo merdiuora fœtidaque, Archeſtrato ſemper mala,& Diphilo dura & inſuauis: & vt Platina ait,ſylueſtre quid ac ferinum reſipiens. Quod ſi tamen circa Ebuſum inſulam (quæ nunc Euizza nominatur,) capta fuerit, haud ſpernendam eſſe Plinius ait: Alexandrina pariter maximè ſi in autumno nata fuerit, humidum quid & album, idq; non viroſum emittit, vt Diphilus refert. Id tamen Rondeletio improbatur,quandoquidem piſces omnes vterum ferentes meliores cùm ſint,Salpa æſtate grauida,melior quoque dicenda fuerit:parit enim (inquit) autumno, & ſemel tantùm:qua in re falli conſtat Rondeletium,nam ex Ariſtotele bis parere Salpam oſtendimus; & Epicharmus de illa intelligit, quæ iam æſtatis initio pepererat; ſicuti de illa quæ autumno Archeſtratus:cui circa Mitilenen capta tempore meſsis guſtui quoque minus ingrata eſt. Omnium autem C tam dura caro eſt,vt [a] Plinius percoqui poſſe neget, niſi ferula prius verberetur (quare fuere qui Belgarum Stoc-fiſch Salpam eſſe voluere, quorum opinionem ſuo loco refellemus) vnde ægrè conficitur à ventriculo, ſuccumq; gignit prauum, etiam quocunque modo præparata. Platina inteſtinum vulc per branchias euelli,quia ſcilicet impuriſſimo cibo veſcitur, hominiq́ue omnino deteſtando abominandoque. Aliàs etiam bene exenteratam, ſed quàm fieri poteſt, exigua inciſura, aſſaturam requirere & moretum tradit. Saluianus per dorſi longitudinem diſſectam,exemptis interaneis, paſſulis, ſale, allio, olentibuſq; herbis conciſis & ſimul mixtis infartam,ſi aſſetur, ſapidiuſculam euadere tradit. *Carnis qualitas.* *Vbi melior, & quando.* *Carnis qualitas.* [a] *L. 9. c. 18.* *Apparatus.*

# DE STROMATEO. Cap. XXII.

D ATheneus [a] ex Philone in mari rubro piſcem naſci tradit Salpæ ſimilem, qui Stromateus (Στρωματεὺς) nominatur, vniuerſo corpore lineis aureis productis diſtinctus,à quibus nomen ei impoſitum eſſe credi poteſt. Sunt enim Græcis στρώματα ſtragula & tapetes elegantiores,varijs colorum imaginumq; differentijs ſpectabiles: quo fortè ſenſu Clemens Alexandrinus libros ſuos στρωματεῖς inſcripſit, quaſi lectionis varietate lectorem oblectantes. Pro hoc Stromateo Rondeletius ſubſequentẽ piſcem pinxit,ſed nõ deſcripſit,monens tantùm,ſi in aliqua mediterranei maris parte reperiatur,nec mari rubro tantùm proprius ſit,eũ eſſe qui Romæ Fiatola nũcupatur, eò à Salpa diſſidens,quòd lineas aureas breuiores habeat, nec ad caudam vſque productas. Ipſe tamen Fiatolam longè aliam facit, piſcem videlicet,qui contra aliorum morem nullas in ventre pinnas habet; quo modo & ab alijs depingitur, vt mox patebit: & in capite de Fiatola Stromateum ſuum Romæ etiam ab ichthyopolis nomina piſcium propria,ſimilibus ſæpenumerò communia facientibus,Fiatolam dici tradit:quare licet ſquamoſuſnè ſit,an læui cute præditus,huic tamen loco ob allatam rationem inſerere eum placuit. [a] *Lib. 7. Etymm. Stromata quæ.* *Stromateus Rond.* *Fiatola.*

Stromateus Rondel.



# DE FIATOLA ROMÆ DICTO. Cap. XXIV.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Calliony-mus. Ellops. Lycos. Callichthys Bellon.*

BEllonius piſcem Romæ Fiatola vulgò dictum, quibuſdam videri ſcribit veterum Callionymum, alijs Ellopen, alijs denique Lycon: ipſe verò eum eſſe conijcit, qui Græcis καλλιχθυς nuncupatur, facta coniectura ex nomine ipſo, quòd piſcis pulchritudo indicetur, cùm ſit Fiatola Romanorum totus pulcher piſcis, aureo nimirum & argenteo colore inſignis, multiſq; lituris variegatus: ſed inefficax ſatis id argumentum eſt: neq; etiam veteres id de Callichthye tradunt. Rondeletius Callichthyn ab Anthia alium non facit; [a] Oppianus diſtinguit; cùm enim rationem tradidiſſet capiendi Anthiam, ſubiungit:

*[a] Lib. 3. Callichthys Ariſt.*

—— Τοῖον καὶ καλλιχθυς ἔχει θόος, ἰδὲ γινύθλη Ὀρφνων.

Anthię tamen ſpeciem eſſe, dici poterit: nam quod Oppianus ait nullum animal noxium reperiri, vbi Callichthys conſpicitur, id Ariſtoteles tradidit de Anthia. Callichthys Ariſtotelis dentes ſerratos habet, & gregatim degit: Oppianus Cetaceis adnumerat, & alibi Thũno eſca eum capi ſcribit, quæ omnia Fiatolæ conuenire non puto, neque etiam id aſſerit Bellonius.

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

*Pictura examinantur.*

ROndeletius cùm nullis alijs commodiùs, quàm cum Cæruleis (ſic vocat Glaucos ſuos, Hippurum, Seſerinum) connumerari poſſe credit, haud alio (vt apparet) argumento nixus. quàm quòd dorſum & latera habeat cærulea. Iam verò eundemne cum Fiatola Bellonij depingat, dubitari poſſit. Lineæ enim ſiue ſtriæ & maculæ longè aliæ ac aliter in vtriuſque pictura exprimuntur. Forma verò & pinnarum ſitus, item iuxta Romam frequentem eſſe, vt vterq; ſcribit, & Fiatolam dici, ad vnum eundemque pertinent piſcem. Rondeletius ſic breuiter deſcripſit. Dorſum lateraq; cærulea ſunt, venter candidus, labra purpurea. Ferè rotundus & compreſſus, Seſerino non valde abſimilis, niſi quòd lineas ductas non habet, ſed vnicam duntaxat. A dorſo autem ad hanc lineam & ab hac ad ventrem lineæ demiſſæ ſunt, perbellè inflexæ. Bellonius fuſiùs: latus eſt, (inquit) ac plauus, caudam lunatam habens, linguam carnoſam, Delphini modo, ad humanam accedentem; ſuiſque partibus omnino abſolutã, quod inter cæteros branchijs præditos ſolus habere mihi viſus eſt: quemadmodum & hoc ſibi etiam peculiare quòd præter omnium piſcium morem pinnis ſub ventre careat: eſtque prorſus inermis. Branchias vtrimq; quatuor gerit: ſiquidem eam quam capiti coniunctam habet, annumeres: Superiorem maxillam fixam ac immobilem, vt Scarus & Exocœtus habet, Cantharo quidem ſimilis eſt, ſed eò maior euadit, non tamen æquè craſſus. Lineam habet à capite ſub ventre ad vmbilicum extenſam atque vtrimq; in ceruice nigram maculam. Squamis vndiquaq; caret, præterquam in eo lineæ ductu, qui piſcis huius latera diſtinguit: ventrem quoque paruum habet, vt & Lechia & Lampuga: quamobrem ei arctè inter ſe cohærent, quæ tam numeroſis ſpiris in orbem circumductis, ita inter ſe complicantur, vt globulum eſſe dicas. Hepar vnius tantùm lobi, nullo

*Deſcriptio ex Rond.*

*Ex Bellonio*

*Nota peculiaris.*

*Maxilla.*

*Squamæ.*

*Hepar.*

felle




felle præditum: stomachum in V litterum effor matũ, cuius infima pars in mucronem terminatur, atque ad eius pylorum tam numerosas videas appendices, vt (quę admodum nec in Thynno, Pelamyde ac Scombro) nullis articulis numerari possint, Intestina fulcit glandillosum pancreas. Lien illi stomacho subest. Gesnerus Fiatolæ à Bellonio exhibitam iconem studio omisit, quòd formã (inquit) & circumscriptione corporis, ac pinnis cũ ea quam Rõdeletius dedit, conueniat. Lineas tamen, seu strias & maculas lõgè alias ac aliter in vtriusque pictura esse ait, vt pisces esse diuersos aliquis existimaret, sicuti etiam ex vtriusque descriptione idem non videtur. Rursus verò propter formam & pinnas, vt dixi, & quoniã vterq; circa Romam frequentem esse & Fiatulam vocari scribit, vnus videri potest. A nobis posita figura (est autem ea quę hic primo loco exprimitur) quàm à Corn. Sittardo cum alijs piscibus Romæ depictis olim accepi cum Belloniana ferè per omnia congruit, nisi quòd rudimenta quædam dentium ostendit, cùm Bellonius omnino edentulam faciat: & lineam mediam rectam à brãchijs ad caudam non exprimat (cuius tamen in descriptione Bellon. non meminit) nec aliam superiorem Bellonio memoratam, incuruam, & squamosam, cùm reliquuũ corpus squamis careat. De ea doctissimus Sittardus ad me scribebat. Hic piscis Fetolo vulgò dicitur, Romanis

Tabula eadem melius expressa.

Lampeca. Fertur nasci ex pulmone marino, delicatissimus piscis, nec excedit hãc magnitudinẽ. Erat autẽ missa ab eo pictura, vno alteroue digito lõgior, quã à nobis hic proposita est. Ex pulmone marino eam nasci, alioqué Zoophyto, quis facilè credat. Hactenus Gesnerus. Idem puto piscis est Romæ itidem mihi depictus, qui altero loco ponitur; Auream habet lineam à brãchijs ad caudã, aliasq; eiusdem coloris per tergus: cætera aureo & cæruleo pulcherrimè varius, vt Callichthys siue pulcher piscis iure optimo vocari possit. Idem Gesnerus alterum piscem cuius hic quoq; iconem adijciemus, Venetijs pictum, primùm Hepatum esse coniiciebat, quoniã à Venetis Ligo nominatur, & Italicè iecur fegato, quasi ficatum, idest συκωτὸν. (fortè quòd nõ minus sapidus sit piscis, quàm animãtis alicuius ficub. pastæ, vt Anseris aut Suis iecur.) & figura Hepati a Rõdeletio posita, ad hanc proximè accedere videbatur, color nigricans (inquit) etiã conueniebat. Sed cùm Belonius aliquando per Heluetiam iter haberet, admonuit me, piscẽ hunc potius esse Callichthyn suũ (Rõdeletius Stromateum facit) quanquam non sint eidẽ colores & maculæ: idq; animaduerti cùm ex figura eius, tùm quòd, vt dicebat, & in Callichthye etiã scribit, solus hic piscium pinnis sub ventre careat, nec aliam parte supina habeat quàm quæ ab ano est. Rotundior etiam apparet, magisq; rhomboides, quàm Hepatus Rondeletij, à quo & capitis figura multũ differt, & qd squamis careat, vt pictura ostendit, cùm ille squamosus sit. Superior corporis pars magis fusca



A

B

eſt,in ſumma ſubcærulea:inferior ex cinereo albicat(ſicut & cauda quam gerit lunatam) perbreuibus etiam lineis candicantibus aliquot parallelis diſtincta. Venetijs, vt dixi, vulgare ei nomen eſt Figo, vel etiã Truellia: A Græcis vulgò Gofidaria vocatur,vt audio:& à Luſitanis Pampano.Hactenus ille.

## LOCVS. ORTVS. VSVS.

ROmæ frequens piſcis eſt:alibi rarus & incognitus. Rondeletius ſuis litoribus nunquam viſum aſſerit. Fertur naſci ex pulmone marino,quod tamen mihi non perſuaſerint. Delicatiſſimum piſcem eſſe inquiunt. Rondeletius à Glauco ſubſtantia parum differre ſcribit; eſſe enim carne paulò molliore.

C

## DE SCORPIO. Cap. XXV.

## SYNONYMA. ETYMVM.

QVi Græcis Σκορπίος, Ouidio cæteriſq; Romanis latinè quoq; Scorpius nuncupatur, Plinio nonnunquam item Scorpio,prout nimirum inſectum venenoſum, à quo huic piſci nomen inditum, Scorpius & Scorpio latinis promiſcuè nuncupatur. Accepit autẽ piſcis ille ab eo inſecto nomen,nõ quòd vel corporis figura id vel colore,vt nõnulli voluere,æmuletur,ſed quòd vt aculeo Scorpius terreſtris, quem habet in cauda,ita piſcis quibus in tergore & capite armatus eſt,venenum vulnerando inſligat,vt mox oſtendetur. Genuenſes veterem nomenclaturam retinent:alicubi etiam in Italia Peſce Spin,vel Spino,vel Spinoſo vocari Geſnerus tradit; & Aggregator Spinulam piſcem memorari à Galeno in tertio de aliment. facult. ſcribens,non alium quam Scorpium intelligit: hunc enim ibi nominauit Galenus: & Syluaticus pro Sabot Hebraica aut Arabica voce,piſcem Spinulam reddit. Romæ Scrofano dicunt,Luſitani Coeſſo.Gillius in nonnullis Italiæ regionibus Scorpium & Scorpænam(de qua mox) promiſcuè Scorpenam vulgò appellari teſtatur,& à Græcis Scorpium:apud Maſſilienſes Scorpænam rectè quidem vetus nomen retinere: Scorpiũ verò parũ Maſſilicè Raſcaſſam nominari,ſiue vt Bellon. habet,Reſqueſſam. Rondeletius verò eum qui niger eſt, Scorpeno, qui flauus eſt, Scorpena vocari author eſt. Fallitur itaq; Saluianus,Scorpium Scorpenam,Scorpænam Raſqueſſam appellari exiſtimans. Iam verò Σκορπὶς, & Σκορπίος cùm ſeparatis locis nominentur ab Ariſtotele, non ſolùm noſtri temporis eruditi, verùm etiam ipſe quoque Athenæus dubitant,eorundemnè an diuerſorum piſcium ſint noma. Sic enim ille. *Ariſtoteles in quinto de animalibus cap. 9. & 10. Scorpios, & Scorpidas diuerſis in locis nominat: incertum autem an eoſdem eſſe intelligat.* Rondelet. Saluianus, & Geſnerus eiuſdem quidem piſcis nomina eſſe arbitrãtur,ijſdemq; ſexum diſtingui,Scorpio nimirum marem, Scorpide fœminam denotari: quod ſe colligere ait Saluianus non ſolùm ex ipſorum Græcorum nominum ratione;ſed ex [a] Ariſtotelis etiam verbis:nam vbi philoſophus,inquit,de appendicibus ventriculi, [b]ac differentia à loco,in quo piſces degunt, deſumpta pertractat (quippe quæ tum maribus,tum fœminis Scorpionibus æquè cõmunia ſunt) σκορπίνη nomine vtitur:vbi [c] verò de loco in quo pariũt agit, (cùm

*Scorpius vnde dictus.*

*Spinula piſcis.*

*Sabot.*

*Scorpena.*

*Raſcaſſa.*

*Scorpis an idem cum Scorpio.*

[a] *Li 2. Hiſt. cap 17.*
[b] *Li 8 Hiſt. cap. 11.*
[c] *Li 5. Hiſt. cap. 10.*

parere propriũ fœminis ſit) non σκορπίους ſed σκορπίδας appellat, eas vt Orcinas in alto fœtificare di E
[d] L. 5. c. 9. cens. Quod ſi obijciatur [d] Ariſtotelem paulò ſuperiùs, Scorpionem bis ãno parere teſtantẽ, σκορπίυ, & non σκορπίδος vocabulo vſum eſſe, reſpondendum eſſe cenſet, aut non ſemper & locis omnibus eadem loquendi proprietate ſcriptores vti, aut corruptum eſſe locum: nam cùm nunc (inquit) legatur Σκορπίος τίκτει δίς; σκορπὶς fortan legendum eſſet; facillimè enim σκορπὶς in σκορπίος corrumpi potuit. Nec obſtat quòd Athenæus etiam (vt ex loco præcitato colligitur) ibi σκορπίος legerit: nam poſt tot annos Ariſtotelem ſecutus eſt Athenæus, vt eo quoque intermedio tempore σκορπίος pro σκορπὶς mendosè ſcribi potuerit. Hæc itaque Saluianus, cuius rationes meo iudicio frigidiuſculæ exiſtunt. Ego quidem nihil immutauerim; imo verò non ſexu Scorpidem à Scorpio, ſed ſpecie etiam diſtinguo,
*Scorpæna.* eumque eſſe reor, qui Athæneo σκόρπαινα nominatur, & à Scorpio diſtinguitur. In qua ſententia Saluianus quoque fortaſſis fuerat antea, nam cùm Scorpænam à Scorpio ſpecie etiam diſtinguat, Scorpænæ hunc titulum præfixit, Σκορπὶς, Scorpæna, vulgò Scrofanello. Idem & Geſnerus fecit, contrà
*Euſtathij error.* Euſtathius Scorpænam Scorpij fœminam eſſe aſtruit ex his Athenæi verbis: *Scorpænas & Scorpios nos comedimus*, Apparet autem imperfectam Athenæi ſententiam percurriſſe Euſtathium, quæ enim ſubſequuntur, manifeſtiſſimè differentiam conſtituunt: ea ſunt: *Diſtare ſucco & colore piſces eos* (Scorpium & Scorpœnam) *non eſt qui neſciat*. Quamquam autem in pleriſque piſcibus ſexu tantùm diF
ferentibus, coloris etiam aliquod diſcrimen eſt, id tamen tam exiguum eſt, vt à peritis tantùm agnoſcatur: Eſt denique & in magnitudine differentia, minor enim Scorpæna.

# GENVS. DIFFERENTIÆ. DESCRIPTIO.

HIeeſius apud Athenæum duo facit Scorpij genera, loco, colore, & carnis bonitate inuicem differentia: inquit enim: *Scorpionum alter pelagius eſt, alter τηγανώδης: & hic quidem rufus: alter nigricans. Præſtat ſapore & nutrimento pelagius.* Rondeletius pro τηγανώδης vertit Lutarius, ex Etymologo cui τήγανος propriè (inquit) eſt γῆ ἐπὶ πόλλυσι ὕδωρ ἔχουσα, ἢ πηλῶδις ὕδωρ, id eſt terra ſupernatantem aquam habens, aut cœnoſa aqua: ſed commodiùs circumloquemur, vertemuſque, qui in cœnoſo litore degit, aut in cœnoſis aquis (marinis nempe vt Dalechampius reddidit) nam lutarium ſignificantiùs dicemus quod Græci τελματιαῖον: quemadmodum Ariſtoteli Rana &
*Rana. Cordylus.* Cordylus ſunt animalia τελματιαῖα, & Teſtudo quædam lutaria dicitur, nam τέλματα ſunt paludes
*Scorpius teganodes qs.* paruæ & diſtinctæ, τήγανος verò quod continuatum eſt, vt ſunt marina litora. Hunc teganodem Scor- G
pium idem Rondeletius atque ipſe quoque Saluianus Scorpænæ eundem faciunt; qua in re ab vtroq; rurſus diſſentio, exiſtimo enim idem Scorpio accidere quod Mullo: eſſe ſcilicet eundem cum pelagio, hoc eſt, eſſe quidem omnes Scorpios litorales, ſed alios ad altum etiam ſe efferre, alios in cœnoſo ſemper litore verſari, tanquam lutarij Mulli faciunt, ideoque & nigriores & inſuauiores haberi, vt ratio ipſa dictat. Totidem Scorpij genera Oppianus refert, vtraque in arenis & petris paſci ſcribens, nec aliam diſtinctionis peculiarem notam addens, additurus, puto, ſi quæ fuiſſet. Eſt itaque Scorpius ma-
*Caput.* gno capite piſcis, eoque anguloſo, duro, oſſeoq; plurimis iſidemque acutiſſimis & robuſtiſſimis aculeis munito, quod inter alios meminit quoque Ouidius hoc verſu:

*Et capitis duro nociturus Scorpius ictu.*

Scorpius Rondel.



*Oculi.*

*Pinnæ.*

Os ipſi magnum & in eo exigui dentes, & confuſi, dẽſique: quos in inferioti maxilla trianguli figuram habere Rõdeletius ait: Oculi item magni & rotundi, exerti, H
vt in Bufone, in ſuprema ſede tẽporum collocati: Superciliorum loco aculeum vtrimque acutiſſimum Cuculi inſtar habet, item apophyſem ſiue appendicem cutaceam, mollem: branchias quaternas vtrimq; oſſeo aculeatoq; operimento contectas: & iuxta eas, binas latas pinnas, totidemque ex harum regione in ventre ſed minores: in dorſo vnicam, ſed latam longamque à ceruice ad caudam vſque excurrentem, anteriore ſui parte vndecim aut duodecim duris firmiſque aculeis horridam, cæteca obtuſam & innoxiam:

A xiam: aliam denique quæ à podice ad caudam vergit, breuem, at latiuſculam tribus hiſpidam aculeis. Cauda vnicâ ac latâ pinnâ conſtat. Totum corpus rotundum eſt, anteriore parte craſſiſſimum, poſteriore tenue. Squamæ quibus tegitur, adeò ſunt exiles tenuesque, vt niſi aduertas, ijs carere videatur: Sunt enim cortici ſerpentum potius quàm ſquamis vulgaribus ſimiliores. Solus venter ipſius albicat cætera rubet, quamobrem Plinio rufus, Numenio apud Athenæum ἐρυθρός, Hiceſio πυῤῥός, Diphilo κιῤῥός cognominatur. Nigras interim quaſdam notas per corpus diſperſas videas, vt non ab re Epicharmus ποικίλον dixiſſe videri queat. Lapidem gerit in capite. Ventriculum habet magnum, cum multis circa piloruin appendicibus, vti & [a] Ariſtoteles meminit: inteſtina lata: hepar albũ à quo fellis veſicula pendet: ſplenem verò ſubrubrum. Trilibris quandoq; datur: maior nunquam. In mari verò rubro, duûm triumve cubitorum Scorpios & Gobios gigni [b] Aelianus ſcribit, & Io. Tzetzes apud [c] Indos eadem magnitudine.

*Cauda.*
*Figura.*
*Squamæ.*
*Color.*
*Partes internæ.*
[a] *L. 2. Hiſt. cap. 17.*
*Magnitudo*
[b] *L. 17 c. 6.*
[c] *Lib. 7. Variar. 144.*

## LOCVS.

B Scorpium marinum quidem piſcem eſſe omnes profitentur, ſed quam maris partem habitet, confuſè traditur. Ouidius ijs annumerat, qui pelago gaudent; & Ariſtoteles in alto tradit fætificare Scorpium. Hiceſius (vt oſtendimus) alios facit pelagios, alios in cœnoſis litoribus verſari ſcribit: [a] Oppianus bina quoque genera dari inquiens, vtraque tamen in petris & arenis paſci ait, canens:

*Cautibus & bibula multi paſcuntur arena,* *Aurata fulua ſplendoris nomine dicta,*
*Et Symij & Glauci & denſato dente Dracones,* *Scorpius in pugna fortis:*

Et [b] aliàs rurſus:

*Horrendus curno qui gaudet Scorpius antro.*

[a] *Lib. 1.*
[b] *Lib. 2.*

Mneſitheus quoque apud Athenæum ſaxatiles eſſe Scorpios teſtatur: Bellonius rufos tantùm. Saluianus verò litorales putat, & recitata veterum teſtimonia controuerſa eſſe inficiatur, quoniam [c] Ariſtoteles ſcripſit, *piſcium nonnullos litorales eſſe, alios pelagios, & alios rurſus vtrumque locum indifferenter habitare.* Quam ſententiam paulò antè Mulli exemplo approbaui, & Ariſtoteles inter litorales ne ſit, & pelagios ambigi aſſerit, litoralium piſcium nomine eos item complectens, qui impropriè & latiori loquendi modo, ſaxatiles appellantur, ſicque ſaxatilem dictum eſſe Oppiano & Mneſitheo C dubitari non debet.

*Litorales ef*
[c] *L. 8. Hiſt. cap. 13.*

## NATVRA. MORES. VENENVM.

Vitam viuit ſolitariam, vt teſtatur Athenæus & Saluianus paucos admodum vnà capi ait, vt ſolitarium eſſe non ſit dubitandum, quandoquidem gregales ſuſaneiq́ue numeroſè vnà capi ſolent. Quamuis verò ibidem Athenæus phyco, id eſt, alga paſci Scorpium dicat, attamen carniuorus quoque eſt, & ſi Alberto credimus cancris mirum in modum inhiat; apud quem hoc inuenio ſecretum: *Fertur, ſi decem cancri colligati in maris locum aliquem proiecti fuerint, ad eum omnes Scorpios congregari.* Bellonius caridibus, id eſt ſquillis Aphyis, Sparulis, Gobionibus, ſimilibuſque piſciculis omnibus veſci monet: plurimoſque piſciculos in Scorpij ventriculo ſeſe inueniſſe teſtatur Saluianus. De caſtitate huius piſcis mox aliquid dicemus in Scorpæna. Aculeis, quibus in capite & in tergore armatus eſt, tum ad ſui tutelam, tum item ad nocendum, venenoque inficiendum vtitur, vt teſtatur [a] Oppianus his verſibus:

D *Horrendus curno qui gaudet Scorpius antro,* *Gobius in fulua nimium contentus arena*
*Et Canis atq; Draco, volucriſque per æquora Hirundo,* *Hi duris pugnant ſtimulis, fundunt́q. venenum.*

Venenatum autem peſtiferumq́ue Scorpij ictum eſſe multi ex veteribus præterea teſtantur. Qui à Scorpione & Dracone marinis (inquit [b] Dioſcorides) infliguntur ictus, grauiſſimos dolores inferunt, nonnunquam etiam nomas, id eſt vlcera depaſcentia. [c] Auicenna exiſtimat ex ictu (interpres morſu, habet) inflationem ventris fieri, & formam hydropicam, & quandoque inde accidere exitum inuoluntariæ ventoſitatis. Ouidius quoque ad venenum quod ictu ſuo inſigit, reſpexit, dum canit:

*Et capitis duro nociturus Scorpius ictu.*

Item Plinius: *Sic & Scorpio ladit, dum manu tollitur: tot enim aculeos habet in capite, vt ſine noxa tractari non poſſit, niſi cauda arripiatur, vel duobus tantùm digitis mediũ corporis apprehendatur.* Cæterùm non viui tantùm piſcis ictus venenoſus eſt, ſed & mortui quoq; vt Arnoldus Villanouanus teſtatur.

*Cibus.*
*Aculeorum vſus.*
[a] *Lib. 2.*
*Ictus venenoſitas.*
[b] *L. 6. c. 61.*
[c] *Lib. 4. Fen. 6. tract. 5. cap 23.*



itized by Google

# PARTVS.

FOEtificat in alto mari, vt paulò antè ex Ariſt. dicebamus: quibus verbis fretus Saluianus, negat Scorpium circa litora & fluuiorum oſtia, vbi pleriq; aſſolent, parere: ſed cùm Ariſtoteles inter litorales & pelagios ambigere tradat, haud obſcurè meo iudicio vtrobique etiam fœtificare inſinuat: id tamen ſæpiùs in alto fieri facilè conceſſerim. Pariunt autem eodem [a] Ariſt. teſte bis anno, vére videlicet & autumno, quemadmodum ex ipſo etiam repetunt [b] Plinius & Athenæus, vt mirari ſatis nequeam Oppianum quater parere Scorpium ſcribentem.

*Ariſtoteles explicatus.*

[a] *L. 5. Hiſt. cap. 9.*

[b] *L. 9. c. 51.*

*At bis Lucinam Labrax toto inuocat anno,* *Quatuor at partus horrendus Scorpius edit,*
*Accipiunt Trigla terno cognomina partu.*

# CAPIENDI RATIO.

AD Scorpiones capiendos inescatio ex Tarentino: *Scobis de ligno mori, caulocinara, ſandarace, ana drachmæ octo, eruca braſsica numero quinque. Hæc cum tritico optimè leuigato arenaque, affuſa aqua miſceantur, & paſta inde ſubacta illiciantur.*

# PROVERBIA.

*Piſcator ictus ſapit.*

PRo *Perca Scorpium*, adagium in Perca à nobis explicatum. Aliud ex Scorpij ictu natum, olim in Græcia celeberrimum, quamuis Scorpium aliàs adagium non nominet, ἁλιεὺς πληγεὶς νόον ὄιδε, id eſt *piſcator ictus ſine percuſſus ſapies*. Ferunt (inquit adagiorum author,) ab huiuſmodi quodam euentu natum: Cùm piſcator quiſpiam piſcibus, quos intra rete tenebat, manum admouiſſet, atque à Scorpio piſce feriretur, ictus (inquit) ſapiam: itaque ſuo malo cauit in poſterum. Zenodotus ait paræmiam extare apud Sophoclem.

# VENENI CVRA.

*Dioſcoridis locus animaduerſus.*

PAulus Aegineta aduerſus Draconem marinum priuatim quædam recenſet remedia, quę Dioſcorides atque alij Scorpij quoque ictui communia faciunt. Dioſcorides à Scorpio ictis propinat abſynthium vel ſaluiam, vel ſulphur cum aceto tritum, potum, inquit Ruellius, & ſic verba Græca præ ſe ferunt, veruntamen meliùs fortè legetur, illitum, vt Aetius habet, & Paulus aduerſus Draconis marini ictum imponi iubet. Abſynthium interim Plinius quoq; ex vino Draconibus marinis & Scorpionibus (nimirum marinis) aduerſari tradit: item alibi mentæ ſuccum per ſe; aliàs item ocimum per ſe prodeſſe tradit ex Dioſcoride, qui & ſaluiam offert. Plumbum integrum, id eſt nec lotum, nec vſtum, plagis affrictum prodeſt, eodem authore: eodemque modo cerussa ſtanni vſurpata iuuat, vt Auuicenna ait: & vt Aegineta vult, ſulphur viuum cum aceto tritum & illitum. Ictus & humana vrina ex Dioſcoridis ſententia ſaluberrimè fouetur. Hali Abbas vult, vt vrina ſit pueri. Mullus piſcis diſſectus vulneri applicatus ſanat, vt Paulus & Aetius tradunt, & vt Plinius addit, etiam incibo ſumptus. Teſtatur Rondeletius ſeſe puerum ab hoc piſce miſerè ictum, dum eum in ſinu recondere vellet, curauiſſe diſſecto Mullo & impoſito cum eiuſdem Scorpionis hepate, adhibito ad vulneris ambitum lentiſco contuſo; quod ideo (inquit) cõmemorare volui, vt Scorpionis ictuum antipharmaca à veteribus tradita vera eſſe & à me experientia comprobata omnibus indicarem. Principio verò nullum eſt venenatum animal, quod veneni ſui antipharmacum non contineat: cùm enim partes diuerſæ ſint, diuerſo quoque temperamento, inter ſe aduerſari neceſſe eſt: deinde duplex antipharmaci genus eſſe comperio: antipathiam (imo ſympathiam) & ſimilitudinem ſubſtantiæ; vt hepar venenatorum animalium vulneri impoſitum ſimilitudine ſubſtantiæ venenum retrahit, maximeque confert ea parte qua fel continetur. Carnes verò impoſitæ idem præſtant per antipathiam (ſympathiam dicere voluit,) vt viperarum caro morſui viperarum medetur. Terreus Scorpius ictibus ſuis remedio eſt. Sic Mullus marini Draconis, Aranei, ac Scorpionis morſibus (ictibus) medetur, ſi crudus atque diſſectus admoueatur, authore Dioſcoride: quod (vt dixi) experti ſumus.

*Antipharmaci duo genera.*

A

# VSVS IN CIBIS.

MArini Scorpij caro,etſi ab antiquis,recentioribuſq; non ſatis commendetur, non eſt tamen in poſtremis habenda,maximè ſi hyeme,locis ſaxoſis & puro mari piſcis captus fuerit. Cęnoſo enim loco peior omnino eſt teſte Hiceſio & nigrior. Philotimus inter duræ carnis piſces Scorpium numerat: cuius ſententiam aſtruit[a] Galenus: qui aliàs in ſaxatilium penuria eundem ſubſtituit: *Cùm ſaxatiles* (inquit) *deſunt, Aſellos, Mullos, & alios eiuſdem generis pelagios poſſumus exhibere,atque eos potiſſimum qui cum ſinapi manduntur, cuius generis eſt Scorpius*. Quare vt non omnino probo Mneſithei Athenæi ſententiam,ità etiam non omnino (quod plerique faciunt) improbo,qui ſaxatiles dictos Gobios,Scorpios,Paſſeres & ſimiles alios ſiccum præbere alimentum ait,idq; copioſum & ſolidum & facile concoctu,nec excrementis redundare,nec flatus parere,nimirum ſi quę ad præparationem requiruntur,adhibeantur. Saxatiles autem hoſce piſces vocari puto, non propriè ſed quòd iuxta ſaxa quoque obuerſentur, quemadmodum paulò antè de Scorpio ex Oppiano dice-
B bamus. Adhæc Scorpius vel Hiceſio teſte, Scorpęnam ſaporis ſuauitate & nutrimento vincit: Scorpæna autem iuxta Xenocratem, licèt & ipſa duram habeat carnem, ſapore tamen haud eſt ingrato. Ex ſententia eiuſdem Hiceſij,Scorpius abſtergit, excretu facilis eſt, multi ſucci, plurimi nutrimenti, quam ſententiam,vt aſtrueret,ſubdit, χονδρώδης γάρ εἰσι,hoc eſt cartilaginei ſunt, hoc eſt dura ac ceu cartilaginea carne:quæ poſteriora Hiceſij verba plurimùm negocij præbuerunt Saluiano & Rondeletio,adeo vt vitiatum vterque hunc locum eſſe voluerit:legeritq; Rondeletius pro χονδρώδης σαρκώδης. At non aduertit cartilagineos vocari ab Hiceſio hos piſces,non quòd ſint ex genere eorũ qui ſic propriè nuncupantur,& σηλάχη & χονδρόπτερυγα, ſed à carnis ſuæ qualitate,quæ ei, vt diximus,firma ſolidaq; eſt, calloſa ac velut cartilaginea, quo item ſenſu idem Hiceſius Anthiam quoque χονδρώδη eſſe prodidit, quanquam vulgaris ac vitiatus Athenæi codex χρυσρώδη habeat. χόνδρος autem Græcis non modò cartilaginem propriè dictam, ſed in alijs etiam rebus ſolidius quid compactiuſque ſignificat, vt lexica paſſim docent. Quam duritiam emendabimus, ſi non ſubinde ac captus eſt, edatur; ſed paulò diutius mortuus aſſeruetur: tenerior enim redditur, quod omnibus item in alijs ſimiliter dura carne præditis contingit. Calore enim naturali, qui partes continet, ac regit, euaneſcente, &
C calore externo in carnem agente & colliquante, humidior ea efficitur, ſitque ad putrefactionem via. Item ſi in aqua & oleo,bene olentibus herbis & aromatibus iniectis elixetur, non modo tenerior, ſed & ſalubrior & palato etiam gratior fiet: eandemque ob cauſam Rondeletius aſſum Scorpium improbat. Platina paruum tanquam teneriorem aſſat,magnum verò,vtpote durum elixari iubet. Et eſt profectò magnitudinis ætatiſuè ratio obſeruanda: nam & Archeſtratus in Thaſo emendum monet Scorpium non longiorem pygone, à maiore autem omnino abſtinendum. Pygo menſura eſt viginti digitorum. Quid mirum? Maior teſte Hiceſio,in cœnoſo litore degit.[b] Ius in Scorpione elixo ex Apicio: *Piper, careum, petroſelinum, cariotam, mel, acetum, liquamen, ſinapi, oleum, defrutum*.

*Carnis qualitas.*

[a] *L. de Atten. victu.*

*Scorpius vt cartilagineus.*

*Chondrus quid.*

*Apparatus.*

*Vt duritiei corrigatur.*

*Pygo quid.*

[b] *L. 13. c. 13*

# VSVS IN MEDICINA.

CAto in deſcriptione iuris ad aluum molliendam deijciendamque inter cætera requirit piſcem Capitonem & Scorpium vnum &c. Vt autem omnium marinorumm ius aluum emollit, ita optimum teſte[a] Plinio fit ex Scorpione,iubet autem coqui cum anetho,apio, coriandro,
D porro,additis oleo & ſale. Dioſcorides vero coquit ſimpliciter in aqua, additque tantùm oleum & acetum.[b] Hippocrates in morbis craſſis, & pituitoſis vſum eorum concedit, eandem fermè vim alimentariam tribuens quam Draconi, Cuculo, Callionymo & Gobio: cuius imitatione[c] Trallianus Scorpium Merulamque tanquam duriore carne præditos præſcribit: & Aetius de eodem morbo agens à frigidis & pituitoſis humoribus: *Mulli* (inquit) *Scorpij & Paſſeres, nutrimenti quidem ac roboris gratia omnium gratiſſimi exiſtunt; graviorem autem omnem habitum reddunt, vt ob eam cauſam frequentiorem eorum vſum vitare oporteat*. Fel huius piſcis præcipuum in medicina vſum habet, & cæteris teſte Dioſcoride præferri ſolet.[d] Hippocrates id ad menſes vel ſecundas, vel humores ex vtero educendos lana exceptum & in vmbra ſiccatum ſurpat. Alij eo ad oculos vtuntur. *Animalium quorundam fel* (inquit Galenus) *ſingulariter apud medicos laudatur ad acuendum viſum & initia ſuffuſionum diſcutienda, vt Callionymi piſcis, hyenæque & marini Scorpij &c.* Meminit Marcellus Empiricus, hoc felle oculos inunctos caligine atque albugine quauis cratta, citò liberari tradens. Plinius hanc vim priuatim ad rufi coloris Scorpium tranſtulit: *Fel* (inquit) *marini Scorpionis rufi cum oleo ve-*

*Ius ad aluũ molliendam.*

[a] *L. 32. c. 9.*

[b] *L. de inter. affect.*

[c] *L. 1. c. 15.*

*Fellis vis.*

[d] *L. 8 morb. mul. 1. & lib. de nat. mul.*

[e] *Lib 10 de comp. med ſec. loc. c. 15*

*tere*

[1] *L. 32. c. 10. Lapias ea ipſius vſus.*

*tere aut melle Attico incipientes ſuffuſiones diſcutit. Inungi eo oportet intermiſſis diebus. Eadem ratio albugines oculorum tollit.* Alicubi etiam rufi Scorpionis felle verrucas tolli tradit, & aliàs [1] denique felle marini Scorpionis cutem (in alopecijs) repleri & vnguium ſcabritiam extenuari. Lapillum in cauda eius reperiri ſcribit Marcellus Empyricus, malim in capite, vt & Rondeletius reſtituit, eumque à ſtrangurioſo vtiliter bibi, vt nimirum veſicæ vitia & calculos ſanet, vt Plinius addit. Is qui euporiſticõn libros Galeni nomine edidit, ad exterẽdos calculos experimento cognitum ait hoc remedium: *Scorpios marinos exiguos integros tres comburito & cinerem ex condito propinato.* Marcellus quoque aſſatum Scorpium in cibo aſſumptum calculoſo optimè prodeſſe tradit, vt in hoc cum terreſtri Scorpio conueniat, ex quo ſimilia remedia tutiùs petas.

*Aſſi vis.*

# VSVS IN EXTERNIS.

*Lex Athenienſium in adulteros. Raphanidoſis.*

LEgibus Athenienſium, adulterorum *in ἐργῳ* ſiue opere ipſo deprehenſorum pœna fuit ῥαφανίδωσις, hoc eſt, vt exponit Scholiaſtes Ariſtophanis in Pluto, raphani in podicem impulſio, vnde ῥαφανιδᾶσθαι dicebantur qui tali pœna excruciabantur. Nonnunquam verò raphani loco, Mugile & Scorpione piſcibus eos vſos fuiſſe comperio. De Mugile notiſſimum illud Iuuenalis:

—— *Quoſdam mœchos & Mugilis intrat.*

Ad Scorpij vſum alludit Plato comicus, ſeu potiùs Philoxenus apud Athenæum hoc verſu: Σκορπίος αὖ παυσεται γὶ σὲ τὸν πρωκτὸν ὑπελθών, id eſt: *Scorpius* (inſtar peſſi nimirum) *per anum ſubiens facilè extinguat in te*, Venerem ſcilicet, aut neruum intenſum aut ſimile quid. Virum eruditum (inquit Caſaubonus) qui τὸν πρωκτὸν ὑπελθών, vertit, in ventrem delapſus, pudeat facti, ſi reuiuiſcat. Cùm itaque ingenti quidem dolore ex raphanidoſi afficerentur adulteri, maiorem tamen ex Mugile, omnium ſæuiſsimum ex Scorpio paſſos fuiſſe ratio ſuadet: Vt enim impulſus in anum raphanus facili negotio retrahitur, ita vterque piſcis propter renitentia branchiarum opercula, quæ dura ſunt, ac quodammodo oſſea retrahi nequeunt; & Scorpius præterea validiſsimis ac lethalibus, ſimulque reflexis & dorſum verſus ſpectantibus, quos ſupra oculos habet, aculeis podicem & laceraret, & veneno etiam afficeret. Quamobrem lubet ſuſpicari, mœchorum pœnam ſecundum peccati grauitatem apud ſapientiſſimos eos populos inſtitutam fuiſſe, vt nempe ex raphano pœnas darent, qui cum plebeia aliqua mœchati eſſent: Mugilem verò paterentur, ſi cum honeſta aliqua matrona: Scorpio denique excruciarentur, ſi cum conſanguinea, vel ſacerdote res fuiſſet.

*Cur ex Scorpio ſæuior dolor quàm ex raphano.*

# DE SCORPIDE SIVE SCORPÆNA. Cap. XXVII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*[a] Lib. 5. Hiſt cap. 10. Scorpis à Scorpio ſpecie differt.*

DVbitat Athenæus nunquid Scorpis, cuius mentio eſt apud [a] Ariſtotelem, idem piſcis ſit cum eo quem alijs in locis Scorpium appellat. Rondeletius, Geſnerus & Saluianus, ſolo ſexu diſtingui putant, vt in Scorpio etiam monui. Mihi ſpecie differre videntur. Infirmum enim ac planè inefficax eorum argumentum eſt, quòd de Scorpide loquens philoſophus, de partu agat, qui fœminis debetur: nam & Scorpium aliàs parere ſcribit, Scorpij vocabulum pro vtroque ſexu vſurpans. Quamobrem

*Scorpæna eadem quæ Scorpis.*

cùm alius ſit Scorpio perquam ſimillimus, niſi minor eſſet, nigricans, durioreque carne, Scorpæna vel illorum quoque iudicio, Athenæo nuncuparus, hunc ego Ariſtotelis Scorpidem eſſe non dubito; Neque aliam ob cauſam vterque ita vocauit hunc piſcem quàm vt ſimiles eſſe indicarent, ſpecie tamen diſtinguerent. Falſò enim Volaterranus, item Iouius & Matthiolus Ariſtotelem Scorpænã nominaſſe tradunt: Scorpænam autem à Scorpio ſpecie diſtingui Plinius non obſcurè in ſuo piſcium catalogo oſtendit, vtrumq; memerans, tanquam differentem, clariſſimè verò [a] D. Ambroſius, cuius verba ſubinde recitabo; atque ipſe etiam Athenæus, inquiens: *Scorpænas & Scorpiones edimus ſæpe, eoſque & colore & ſucco differre nemo non cognoſcit.* Quæ verba manifeſtè nos docent, hunc quem pingui mus piſcem, genuinam Scorpænam eſſe: ſicuti enim ſucco tantùm, coloreq; diſtinguit eam à Scorpio,

*[a] Lib. 5. Hex. c. 2.*

it.i




ita cętera illi ſimillimam eſſe oſtẽdit: alias diſcriminis notas, ſi quæ fuiſſent, poſiturus. Pſellus Scorpidio duram carnẽ tribuens Scorpidem ſiue Scorpænam intelligere videtur. Recentiores Græci teſte Bellonio Scorpinam dicunt, ad Scorpionis differẽtiam, quem Scorpidi dicunt: Maſsilienſes antiquo nomine Scorpenam, Genuenſes Strafinã, Romani Scrofanellũ quaſi paruum Scorpium. *Scorpidion.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

SCorpęna (inquit Bellonius) cineritia eſt: Scorpius autem rufus, & multò maior. Vterque pinnam in tergore continuam, duodecim aculeis munitam gerit. Caput habent admodum grande, oculis acutis præmunitum: pinnas vtrimque ad branchias admodum latas. Omnino Scorpio vincit Scorpænam: Caput enim huic eſt paulò maiuſculum reliquũ corporis in acutum tendit. Vterque admodum viuax eſt: nam exenteratus & corde carens, moueri tamen non deſinit. Sic ferè ille ſine icone, quã nos exactiſſimam damus. Cui aliam adiecimus, piſcis Epidaurij Scorpina dicti capite rubente, ſine barbulis, quæ in priori conſpicuæ, dorſo cæruleo, maculis albicantibus inſperſo. Nigra linea à capite ad caudam delata, corpus medium diuidit. Iconem habes proxima pagella. *Caput.* *Vinacitas.*

# LOCVS. NATVRA. MORES.

EIſdem quibus Scorpius, locis degere non dubito, & licet cęnoſa litora frequentare etiam nõ inficier, eum tamen Scorpium eſſe nego, quem Hiceſius in cęno hærere ſcrij ſit: Cænoſus enim ille Scorpius pelagio maior eſt, Scorpæna verò ſiue *Scorpius cænoſus.*

Scorpis

Scorpis minor, vt icones ab authorib. exhibitę omnes docent. Piſcis eſt gregalis quod vel inde cognoſcitur, quòd numerosè ſimul capi ſoleant. Veſcitur alga & ſordibus marinis. Ferit quidem Scorpionis more, ſed ictus minus noxius ac pernitioſus eſt, qđ teſtatur quoque D. Ambroſ. his verbis: *Scorpæna caſtitatem immaculati cōnubij generi ſuo ſeruat: itaq; habet pudicitiam ſui generis, ſed venenum ſui generis non habet: non enim percutit Scorpæna ſed reficit.*

*Cibus.*

*Ictus.*

*Caſtitas.*

# VSVS IN CIBIS.

SCorpænā Scorpio in cibo poſt habuit Athen. & Scorpidia Pſello difficulter cōcoquūtur, item Xenocrati, qui tamen nō ingrati ſaporis eſſe ait, de illo, puto, intelligēs, qui in puriori aqua obuerſatur: nā alioqui inſuauis eſt & plebeius piſcis. Ob paruitatem neq; ad elixandum, neq; ad aſſandum ſatis idoneus, ideoq; ferè frixus comeditur.

*Carnis qualitas.*

*Apparatus.*

Scorpæna alia.



E

F

G

H

A

# DE BLENNO. Cap. XXVIII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

INter piſces qui in herboſis degunt litoribus, ab Oppiano Βλέννος nominatur, quem eruditi eum eſſe volunt, qui a Sophrone apud Athenæum Βέλεννος dicitur (niſi ſic mendoſe pro Βλέννος ibi ſcribi velimus, vt Saluianus arbitratur, quandoquidem alij omnes Βλέννον dicunt.) Varrino βλῆνος, à Suida Βλενὸς. Nomen autem piſci inditum ab ignauia & ſegnitie, quia βλέννα mucus eſt. Cumque ſubinde a Blenno Athenæus nominet Βαίωνας ex Epicharmo, inſuaues eſſe inquiens, non alios quàm Blennos intelligi etiam coniiciunt; nomenq; factum, quod prę corporis craſſitie, breues ſint, cùm ſit Βαιὸς. idem, quod minutus. Ineptè quidam Blennium, Blenbum, aut Blemmum ſcribunt.

*Belennus.*

*Blitus.*

*Baiones.*

Blennus Belloníj meliùs depictus.

B



C

D

## FORMA. DESCRIPTIO.

BElennus ſiue, vt reſtitutus, Blennus a Sophrone κωβιῷ ſpecie ſimilis eſſe traditur. Viri docti pro κωβιῷ legunt γωβιῷ ſiue κωβίῳ, quia Gobius etiam κώβιος appellatur, non tamen omnis, ſed marinus tantum, vt ſuo loco indicauimus: (etſi Theodorus Gobium fluuiatilem Cottũ latinè reddiderit.) quo ſimiliter modo Varrinũ apud Athenæum legiſſe apparet, nam βαίων ei eſt piſcis qui & βλῆνος, Gobio ſimilis. Rondeletius Theodori verſionem ſequens, nobis pro Blenno eum oſtendit, qui à Tholoſatibus Peis de Menage vel Grauan nuncupatur, Gazæ Cotto (vt ait) adeo ſimilis, vt idem planè videatur. Cæterùm cùm hic pelagius ſit piſcis, & ſquamis carens: Gobius verò ſit ſquamoſus, litoralis Oppiano Blennus, ego Saluiani & Bellonij Blẽnum hucuſque approbo, eum nempe qui Corcyrenſibus & Zacynthijs Cepola à cepæ ſimilitudine propter turgidum ventrem appellatur, à quo Bellonius conijcit Plinij Bulbum piſcem eſſe, quem alicubi litoralem facit, diætam cardiacis obſeruandã præſcribens. Romæ teſte Saluiano Meſſore dicitur,

*Cottus qui.*

*Cottus Gazæ.*

*Blennus Rondeletij.*

*Blennus Saluiani & Bellonij.*

*Cepola.*

*Bulbus piſcis.*

*Lepus marinus.* dicitur, quod nomen cum Vranoſcopo & Cito communè habet in Prouincia Lebre de mer, quaſi Lepus marinus. Rondeletius puto Scorpioidem vocat. In capite ſupra oculos Leporis marini inſtar duas cutaceas appendices habet, quas ille & Bellonius in icone ſua expreſſerit, Saluianus verò omiſit. *Scorpioides Rondel.* *Caput.* Caput magnum eſt: Oculi quoque magni, eminentes, nigri, os mediocre, deforme, vt in Scorpio. Labrum ſuperius capiti cui tubus quidam infixum eſt. Dentes ſerrati, validi, ſed adeò exigui tenuesque, vt os aſperum potius quàm denticulatum videatur. Lingua alba & craſſa, vt Bellonius ait. *Branchiæ. Pinnæ.* Branchiæ vtrimq; quaternæ, & ad has omnia vtrinque vna, lata, rotunda, craſſa. Collus magna: duæ aliæ in ventre multo anguſtiores, & capiti valdè propinquæ. In dorſo vna quidem tantùm (Bellonius binas pingere videtur) ſed quæ ſicut totum tergus fermè tenet, à ceruice ad caudam propemodum excurrens, vt anterior eius pars latiſſima & tenuibus quibuſdam aculeis munita eſt, poſterior multò anguſtior & ſine aculeis: ſicuti quoque ea quæ retro anum eſt, vt non bene omnes pinnas aculeatas expreſſerit Bellonius. In latiore pinnæ tergoris parte, macula nigra, albedine circundata circulo, parui argentei numiſmatis magnitudine, figura verò oculorum in cauda pauonis conſpicitur. *Cauda. Squamæ. Color. Magnitudo* Cauda in vnam pinnam deſinit. Squamis tegitur paucis, tenuibus & facile deciduis, vt tum ob hoc, tùm quòd adeò lubricus ſit ob plurimum mucum quo ſemper oblinitus capitur, vt vix manibus aſtringi poſſit, Rondeletius ſquamis carere putauerit. Colore variat. Nam licet totus fere liuicat, pleriſq; tamen locis rubet, quibuſdam etiam flaueſcit. Non multum excreſcit, Gobium magnitudine rarò ſuperans. Bellonius totam eius molem quadrantalem longitudinem negat excedere. Cùm itaque non ſolùm magnitudine ſed craſſitie etiam capitis, teres figura, corporiſque lubricitate cum Gobio conueniat, haud fruſtra ei ab Athenæo aſſimilatus fuit.

## LOCVS. NATVRA. MORES.

[a] *Lib. 1.* NOn pelagius, ſed litoralis piſcis eſt, herbis in algoſo litore victitans, vt teſtatur [a] Oppianus, dum canit interprete Leſpio:

*Per mulles tantùm ripas, herbaſq; virentes Smarides, Blennique cum Sparis, Boces vtrique*
*Mandes & Tragi, ſimul Atherina vagantur.*

*Rarus piſcis eſt.* Amat & cænoſa litora. Non vbiuis capitur, plerisque locis rarus. Romæ vix denos quotannis venales conſpici Saluianus teſtatur; in Græcia frequentior. Tardus eſt & piger, nec longè à loco quo degit, euagari ſolet. *Motus.* Ignauus item & timidus, quare frequenter inter algam, herbaſque latitat; vorax interim admodum & gulоſus. Stolidum autem etiam eſſe indicat [a] Plautus, inquiens: *Stulti, ſtolidi, faſtus, fungi, bardi, Blenni, Buccones.* Veſcitur ſquillis, Apuis, ſimilibuſq; piſciculis alijs, quos inter herbas latenſe iptat, & in horum inopia ipſas depopulatur herbas.

[a] *In bacchidibus Cibus.*

## VSVS IN CIBIS.

*Vilis eſt.* SI βάιον Blenno idem eſt, vt nos ſentimus, vilis omnino plebeiuſque habitus fuerit piſciculus: nam Epicharmus in nuptijs Hebæ ἀχαρίστους, hoc eſt, ingratos inſuaueſque βαιόνας cognominauit; idque ratione recta. *Carnis qualitas.* Carnem enim habet mollem, glutinoſam, ac excrementitiam, ideoq; mali ſuci, & coctu difficilem. *Apparatus.* Eſtque inſipidus adeoq; guſtui ingratus piſcis, vt niſi (inquit Bellonius) multo ſale condideris, nullius vbicunque ſit pretij, ſoleatq; infima etiam plebs cum aſpernari, & niſi in quorumcunque aliorum penuria veſci. *Cineris vis.* Cinis horum piſcium cum ruta veſicæ vitia & calculos ſanat, vt [a] Plinius refert.

[a] *L. 32. c. 9.*

## PROVERBIA.

ATticorum vetus apud Athenæum adagium, Μή μοι βάιων κάκος ἰχθύς, id eſt, *Ne mihi Baion malus piſcis.* Ipſe autem adagij vſum non explicat. Haud ineptè quibuſdam eruditis dici poſſe videtur, de homine voluptuario, deſidioſo, qui ocia ſectetur, nec ſuis negocijs incumbat: Deſes enim & ignauus eſt Blennus, & inter algam latitans, piſciculis inſidians, ocioſe voluptatibus ſuis fruitur. *In otia ſectantem.* Poſſit & de inſulſo ſtolidoque dici, qualem & Blennum eſſe diximus, & inſulſos homines Plautus Blennos dixit, vt enim piſcis iſte totus blenna, id eſt muco obſitus eſt, ita quorum cerebrum muco pituitaué plenũ eſt, præ cæteris minus ſolertes, minuſq; ſapere ſolent, quare & ouis pecus eſt ſtolidum, & homines non multò prudentiores ab ea κριόμυξοι appellantur. *In ſtultos. Ouis cur ſtolida.*

DE PE-

Digitized by Google

A

# DE PECTINE ROMANORVM. Cap. XXVII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

PEctinem vulgò Romæ dicunt, qui modò datur litoralis & ſquamoſus piſcis, quòd poſteriore corporis parte Bugloſſum & Paſſerem quos vulgus noſtrum in Italia, & ex latinis Albertus Magnus, Pectines vocant; cùm ſit alioqui apud veteres Pecten ex teſtaceis, vt ſuo loco oſtendimus. Quis modò ſit iſte quo de agimus, in antiquorum ſcriptis, ſeſe ignorare, ingenuè fatetur Saluianus: cæterùm cùm pleriſq; alijs in locis Raſon vocetur, Rondeletius Plinij Nouaculam eſſe conijcit, quia raſon apud ſuos nouaculam ſignificat. *Nouacula piſce* (inquit [a] Plinius) *quæ tacta ſunt, ferrum olent*. Meritò autem huiuſmodi piſcem Nouaculam vocari putat Rondeletius, quòd dorſo ſit cultellato, quo maiorem nouaculam aptè (inquit) repræſentat. Sed Plinius non à corporis figura Nouaculæ nomen inditum indicat, ſed quòd ea quæ ad eam atteruntur, ferrum oleant. Simili aliàs coniectura Numenio Aconiã dici credi queat, nam acóne Græcis cos eſt, ad quam nouacula acuitur. Scribit Geſnerus hunc eundem piſcem Româ ſibi trãſmiſſum Pauonis nomine; quod quidem nomen vti propter pulcherrimos colores, quos quis ſcribendo vix aſſequatur, ei haud malè conuenit, ita alius eſt ibi Pauo vulgò appellatus, quem inter ſaxatiles ex Saluiano dedimus.

*Pecten veterum.*

*Nouacula Plinij.*

[a] *L. 32. c. 2.*

*Aconia.*

*Pauo piſcis.*

## FORMA. DESCRIPTIO.

FIgura corporis à cæteris ferè piſcibus omnibus differt, eademque inter alios facilè dignoſcitur. Capite eſt magno, valdè tamen, (non ſecus quàm toto corpore) compreſſo, & omni prorſus roſtro carente. Linea namq; anteriorem capitis totiuſq; corporis partem terminans, longa ſatis & recta, atq; ferè ad perpendiculum è ſummo capitis vertice ad inferiorem vſq; maxillam defertur, in cuius anterioris atq; ferè perpendicularis partis inferiori loco os poſitum eſt paruum, dentibus acutiſſimis, recuruis, exiguis, præter quatuor anteriores & longiores, munitum. Oculi parui ſunt & in ſuperiore capitis ſede locati. Branchiæ vtrimq; quaternæ: iuxta quas binæ ſunt pinnę latiores, & totidem in ventre: in dorſo vna, haud multùm lata, ſed ſatis longa: ferè enim à capite ad caudam vſq; excurrit: alia deniq; ſingularis ab ano ad caudam etiam vſque producta. Cauda vnica & lata pinna conſtat. Ventriculum habet mediocrem, inteſtina valde pinguia, multiſq; gyris circumacta: hepar pallidum & fellis veſicam ei annexam. Piſcis eſt latus & Fabri inſtar compreſſus, ſquamis magnis contectus & varijs & pulcherrimis coloribus depictus. Caput enim, maxillæ & branchiarum opercula plurimis cæruleis lineis inſignita apparẽt; ſynciput verò coloris eſt punicei ſaturati: latera, hoc eſt partes ſub oculis & branchiæ albicant. Oculorum pupilla nigra, ambitus luteus. Imi ventris & caudæ pinnæ ſubflauis & virentibus lineis inter ſe cancellatim commiſtis, decenter admodum depictæ ſunt. Pinna dorſi rubra eſt, nonnullis cæruleis conſperſa maculis: dorſum verò ipſum puniceum: cætera ex albo flaueſcit. Ad multam molem non excreſcit: palmi namq; menſuram excedere non ſolet.

*Forma.*

*Os.*

*Oculi.*

*Branchiæ.*

*Pinnæ.*

*Cauda.*

*Partes internæ.*

*Color.*

*Magnitudo.*

Pecten Romæ Nouacula Rondel.



B

S LOCVS.

E

## LOCVS. NATVRA. MORES.

PIſcis eſt marinus, litoralis, minimè pelagius; eorum verò maximè litorum, quæ ſaxis abundant, incola, vt Saluianus ait. Rondeletius verò in arena viuere ſcribit. Haud omni mari communis eſt: imo in quamplurimis maritimis locis ne reperitur quidem, & in multis etiam rarus eſt. Romæ quoque rariùs capitur, authorque eſt Saluianus vix denos aut duodenos quotannis in foro ibi venales conſpici: in Rhodo verò, Siculoque ac Hiſpano mari frequentiorem eſſe, & Rondeletius in Maiorica & Minorica Hiſpaniæ inſulis capi tradit, item in Melita inſula. Soliuagus eſt, imbelliſque ac infirmus: carniuorus tamen; vnde cùm ob imbecillitatem corporis ac paruitatem oris maiores inuadere non audeat piſces, ſoliguculis, Sepiolis, Apuis, ac reliquis eius farinæ piſcibus inſidiatur & veſcitur.

*Rarus eſt.*

*Mores. Cibus.*

## VSVS IN CIBIS.

F

*Caro qualis.*

CArne aiunt eſſe tenera, friabili, boni ſucci, concoctu facili & delicatiſſima, & in ijs quas recitatur inſulis, ſummo haberi in pretio, ideoque in ſaxatilium inopia ægris ac valetudinarijs vtiliter præſcribi poſſe. Nullis ferè alijs ſpinis quàm ijs quæ dorſi pinnam conſtituunt, interciditur, planorum more, vt hinc Pectinis nomenclaturam fortaſſis Romæ etiam obtinere potuerit.

## DE APHYIS SIVE APVIS, Cap. XXVIII.

## ORDINIS RATIO.

G

*Aphyas nõ eſſe negligẽdas.*
** Lib. 1. de Part. c. vlt.*

APhyarum etſi viliſſimorum, vtpote minutiſſimorum piſciculorum hiſtoria nequaquam negligenda eſt, cùm in ijs etiam animantibus, quæ minus grata noſtro occurrunt ſenſui, natura, parens & author omnium, miras, vt ait * Ariſtoteles, excitat voluptates hominibus qui intelligunt cauſas, atque ingenuè philoſophantur: Abſurdum enim, nullaque ratione probandum eſt, ſi imagines quidem rerum naturalium non ſine delectatione propterea inſpectamus, quòd ingenium vnà contemplamur quòd illas condiderit, id eſt, artem pingendi aut fingendi: rerum autem ipſarum naturæ ingenio miraque ſolertia conſtitutarum contemplationem non magis proſequamur atque exoſculemur, modò cauſas perſpicere valeamus. Quamobrem viliorum animalium diſputationem perpenſionemque faſtidio quodam puerili ſpreuiſſe, moleſteque tuliſſe, dignum nequaquam eſt, cùm nulla res ſit naturæ, in qua non mirandum aliquid inditum habeatur. Quod modò ad paruos iſtos piſciculos attinet, hiſtoria equidem eorum cùm ob nominum uarietatem, tum ob diuerſimodam generationem, naldè implicita eſt atque intricata, adeo ut cùm uulgò dici ſoleat: *In magnis voluiſſe ſat eſt*; nunc non inſulsè dicere queamus: *In parnis voluiſſe ſat eſt*, vel (vt poeta ait) *in tenui labor*. Diuidetur hiſtoria in generalem & particularem generalemque præuertemus, de ſingulis Apuarum ſpeciebus deinceps dicturi. H

*Animalia vilia etiam contemplanda eſſe.*

*Hiſtoriæ difficultas.*

## SYNONYMA. ETYMVM.

APua ſiue vniuerſaliter pro quouis paruo piſcitio, ſiue pro peculiari aliqua ſpecie tantùm accipiatur, Græcè ἀφύη nuncupatur potius quàm ἀφύα, vt Suidas & Scholiaſtes Ariſtophanis pronunciant. Attici plerunque in plurali ἀφύας, rariſſimè teſte Euſtathio in ſingulari dicunt, argumento quòd cumulatim edi ſoleant: nec aliam ob cauſam ἀφύδια vocauit Ariſtophanes. Appellationẽ autem teſte * Athenæo acceperunt, ὡς ἂν ἀφυτὶς δύσαι, τουτ' ἐστι δισφυτὶς, hoc eſt *quaſi non nata, hoc eſt bis nata*. Hermolaus, eumque vt apparet, ſecutus Rondeletius pro δισφυτὶς legunt δυσφυτὶς: quam lectionem quidem approbat Geſnerus, ſed ei non placet, vt δυς priuatiua ſit particula, vt α στρῶτον, quod Rondeletius arbitratur, ſed quòd inminuat aliquando, vt α quoque interdum: vt δυσ-

** Lib. 7. Apua vnde dicta.*

Digitized by Google

A vt δυσφυεῖς intelligantur ἀι κακοφυεῖς, ἢ ὀλιγοφυεῖς: nam vt bene pro valdè (inquit) accipitur, ſic malè & malignè pro parùm, vt malè gratus, herba malignè creſcens. Sic mala punica quædam ἀπυρῆνα dicuntur, non quòd pyrénas non habeant, ſed quod eos minimos & minus duros. Sunto igitur δυσφυεῖς qui malignè & nimis puſillo corpore nati ſunt; vel qui malignè aut omnino non creſcunt. Accedit & Euſtathij authoritas, apud quem legimus, ἀφυὶς ἀντὶ τοῦ μικροφυὶς, ὅθεν καὶ ἀφύη ὁ ἰχθὺς λέγεται ὡς μικροφυὴς, ὡς ἐν ἰχθύσιν, hoc eſt, *Aphyes pro eo quod parvum natum eſt, quemadmodum etiam Aphya piſcis dicitur quaſi puſillus natus inter piſces.* Quam expoſitionem etſi non improbauerim, libentiùs tamen Rondeletij adhæreſco ſententiæ. Videntur enim piſcitia iſthæc ſic dici quaſi non nata, id eſt, nullis nata parentibus: neque enim gignunt, neque gignuntur: vnde Liguria hodieq; Non nate vulgò dicuntur Aphyæ propriè dictæ. Quod ſi quis verò vulgatam Athenæi lectionem ſequi velit, & tanquam διαφυεῖς, id eſt bis natas appellari, quòd vt author eſt [b] Ariſtoteles breui temporis ſpatio pereant, & denuo naſcantur, illi ſimul cogitandum eſſe monet Geſnerus, ſic non ἀφύας, ſed ἀναφύας potius appellandas fuiſſe à renaſcendo: nec ſentit (inquit) Ariſtoteles, ex ijs quæ interierunt, alias renaſci: verùm aliquando interire & quodam tempore non reperiri, deinde ex eadem ſemper materia alias naſci. Aliter rurſus hanc vocem (ἀφύη) interpretatur Plinius, nimirum ἀπὸ τοῦ ὕειν, quod eſt

B pluere, his verbis: *Aphyen Græci vocant, quoniam is piſciculus è pluuia naſcitur:* quamobrem & Theodorus, quia ſcilicet haud alio fermè principio quàm ex pluuia generetur, Apluam latinè reddidit. Veruntamen cùm item ἄφρὸς & ἀφρῖτις & ἀφρὸν appelletur, docti quidam minimè nos peccaturos credunt, ſi per ſyncopen Aphyen pro Aphrue, id eſt ſpuma, ex qua ab imbri excitato oritur, dici voluerimus. Suidas autem à colore candido etymum deducit: candida autem ſpuma eſt. Ἔφυτὸς peculiaris quidem piſciculi nomen eſt, quòd præ cæteris docet Clitarchus, vbi Thebanos ſcribit fuiſſe delicijs & luxui deditos, ſolitoſque in conuiuijs parare τρία καὶ ἑφυτὸς, καὶ ἀφύας: item Nicoſtratus; βεμβραδ' ἀφύῃ, ἑφυτὸν. Item alij, quorum verba longum eſſet recitare. In Eubuli tamen his verſibus Ἀγαπῶν τε κἀν ἑφυτὸν ἐν τριόβολοις ἔνα. Δια δοδεκάτης ἑφόμενον ἡμέρας ἤδη: lego cũ Caſaubono ἴδῃ, hancque voculam cum ſuperioribus cõiungo, vt ſit ſenſus Contentus ſi vel Hepſetum vnum coqui videat betis inuolutum, poſt duodecim dierum abſtinentiam. Meminit quidem huius vocis Ariſtoteles etiam, ſed neque cuius ſit piſcis nomen, ab eo quoque intelligas. *In nonnullis* (inquit) *Aſiæ amnibus quæ illi in mare influunt, piſciculi quidam magnitudine inteſtinorum Hepſeti* (ἰχθύδια μικρὰ πλίνθια ἑφυτοῦ ἔντερα, Gaza reddidit magnitudine naricarum) *eodem modo proueniunt quo alibi Mugilibus cognata Apua.* Bellonius Hepſetos ab Apuis quas Cobites veteres cognominant, non diſtinguit, au-

C thoritate (vt credit) Dorionis, qui tamen diſertè diſtinxit. Hepſetum minutum piſciculum non eundem ſpecie cum Cobite, ſed eiuſdem generis eſſe ſcribens: docetque ex eodem Dorione Athenæus τῶν ἑφυτῶν nomine multa parua & tenuia piſcitia comprehendi, & circa Naucratim patriam ſuam antiquis Hepſetos vocari ſolitos piſciculos, qui poſt Nili inundationem in foſſis relinquebantur: extuliſſe autem numero plurali ſæpiùs quam ſingulari, & ἀπὸ τοῦ ἕψειν, quod eſt, coquere ſiue elixare, nominaſſe, quòd nimirum multi ſimul coquantur, nec propter paruitatem ſeligantur. Eleganter Hippocrates, & diſtinctionis (vt puto) gratia Hepſetum in ſingulari de priuatim ſic dicto, ἑφτεῖς verò de conſimilibus in plurali dixit. Λιπαρὰ a Varrino redditur *ἀάατον*, nimirum a pinguedine, qua Phaleri

D ca Apua maximè abundat: Sed apud Ariſtophanem λιπαρὰ Apuæ epitheton eſt. Aliuſque eſt qui λιπαρὴς vocatur, de quo ſuo loco. Γόνον, & vt Athenæus habet, γόνον θαλάττιον, quidam etiam pro Apuis dixerunt, haud incongruo nomine: nam cùm ſemper ex gui ſint, ſemper γόνος, id eſt, fœtura aut fœtus recens exiſtimari poſſunt. Epicharmus tamen ab Apuis τὸν λιγόμενον γόνον diſtinxit, vt Athenæus teſtatur. Saperdam Photion (inquit Hermolaus Etymologum intelligens) capit pro Apua inueterata & arundinibus infixa: cuius verba recitaui in Coracino. Scholiaſtes Ariſtophanis in Equites & ex eo Suidas Apuam a multis ἐγγραύλιν quoque vocari tradunt, & Oppiano ἐγγραύλους ſunt ἀβλιχρῆς ἀφύης ἀδινὸν γένος, id eſt confertum Apuæ genus. Poteſt autem vel pro ſpecie vnius generis accipi, vel per periphraſim potius (inquit Geſnerus) vel exegeſin pro eodem piſce: nam paulò poſt eoſdem tum ἐγγράυλους, tum ἀφύας ſimpliciter nominat: alioqui ἐγγράυλις idem eſt piſciculus qui ἐγκρασίχολος, à quo per ſyncopen ἐγγράυλις deriuare potuit. Terentius alicubi minutos piſciculos memorans, non alios quam Apuas videtur intelligere, ſimiliaque piſcitia alia, licet Bellonius priuatim de Cobite Apua interpretetur. [c] Iunius Stincxviſch apud Hollandos reddit pro Apua Cobite, ſed æquè extendi poteſt ad alias Apuas, quæ cumulatim veneunt, vnde fœtorem a quo nomen, facilè acquirunt.

*Opinio propria.*

[b] *L. 6 Hiſt. cap. 15. Ariſtoteles explicatur.*

*Aliud etymum.*

*Aplua, & cur ſic dicta*

*Hepſetus.*

*Hepſetus ab Apua Cobitide differt.*

*Hepſetus vnde dictus*

*Lipara. Liparis. Genitura.*

*Saperda: Engraulis.*

*Aſinuti piſciculi qui Terentio. [c] In Nomenclat.*

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

PLura Aphyarum genera à veteribus recenſentur; quarum ferè nomina ſunt, Apua vera, Apua Cobitis, Gobionaria Gazæ nuncupata, Engraulis ſiue Encraſicholus, Apua Phalerica, Apua Mugilum, Mænidum, Mullorum, item Hepſetus, Aherina & Membras. Differre autem haſce omnes crediderunt ipſo ortu: alias ex ſemine, alias ſponte generari tradentes. Contrà commune omnibus eſt, vt Bellonius docet, caput habere maiuſculum, oculos elatos & nigros: item quòd candidæ ſint, vnde (inquit) Oppianus πολιὸν γένος, id eſt incanum genus eas nominauit, & apud Athenæum ab Apollodoro meretriculæ duæ Stragonium & Anthis Aphyæ dictæ ſunt, quòd candidæ eſſent, graciles, & prægrandibus oculis. Candidum autem hunc colorem ipſa etiam Aphyæ vox indicat, & ortum quoque, vt oſtendimus: vnde apud Hippocratem ἀφύων Galenus in Gloſſis interpretatur ὥσπερ ἀφυὲς τὸ χρῶμα ἔχων, id eſt colorem non natiuum aut vitalem habere, & ἀφυώδης color qualis in ea hydropis ſpecie cernitur quæ leucophlegmatias appellatur. Archippus apud Athenæum στρόγγυλας, id eſt rotundas vocat à corporis forma: non ſunt tamen omnino rotundæ, ſed ex parte etiam compreſſæ: & cutim etiam habent glabriorem quàm vt verè ſquamoſæ dici poſsint: facillimè enim decidunt earum ſquamæ.

*Ortus.* *Caput. Oculi. Color.* *Meretrices Aphyæ cur dictæ.* *Forma. Squamæ.*

# LOCVS. CIBVS. NATVRA. MORES.

APhyæ omnes litorales ſunt, & in ſcopulis ad litora victitant. *Capiuntur ſæpè vnà cum leporè marino*, vt Aelianus ait, *& cibo non indigent, ſed ſufficit ipſis, vt inter ſe lambant*. Gregales eſſe ſeu potius fuſaneas ex Oppiano manifeſtum eſt, qui tam denſis agminibus natare eas ſcribit, vt totum quà natant, mare albicet, non aliter quàm area niue operta, adeo vt nullum terræ veſtigium in ea appareat. Idem Oppianus ἀβληχρὰς eas nominat, id eſt, viribus infirmas, imbecillaſuè, aitque omnium prædæ expoſitas eſſe, ideoque ſemper timere ſibi, & in globos ſeſe conglomerare, atque ita implicare, vt vix diſſolui queant: & quod mirum eſt, earum in tantum aceruum compactarum occurſu, nauium curſus retardari. In natatu autem non parum valent, vt Aelianus teſtatur, tumque mirabili cauſa quadam ad ſalutaria (inquit) impelluntur, eo nimirum vbi ad tegendam vitam perfugia & ad tuendam propugnacula habeant. Sunt autem ea perfugia ſcopuli magni & in ſublime eminentes, & cribani à piſcatoribus dicti; hoc eſt, petræ in multiplices ſinus, tremebundorũ fluctuum & ſaxifragarum vndarum verberatione, multo tempore excauatæ. Hæc ideo abdita eis natura perfugia indicauit, ne fluctibus conuellerentur aut perirent; debiles enim ſunt ad reſiſtendum, & infirmę contra fluctuum incurſiones.

*Cibus. Gregales eſſe.* *Imbecillas eſſe.* *Natatus.* *Aphyarum perfugia.*

# ORTVS.

IDem Aelianus Apuas ex ſeſe nec procreare, nec procreari teſtatur, ſed è limo oriri: cum enim cœnum in mari concreuerit, valde & limoſum & atrum effici, atque ex ſua quadam voluptate, mirabili natura & vitali tepeſcere, atq; in permulta animalia nimirum Apuas immutari. Eas autem ſic in putrido & ſordibus tanquam lumbricos generatas, ad natandum maximè valere. Naſcuntur tamen etiam ex maris ſpuma, vnde ἀφρὼς vocari dictum eſt, idque in primis teſtatur Oppianus his verbis: *Apua ſponte naſcuntur ſine coitu ex imbribus, ſpumeſcente mari: alia naſcuntur è limo, putreſcente ſcilicet & ipſo, vel quicquid in fundo collectitium eſt*. Ariſtoteles verò aliàs αὐτομάτως ſiue ſponte ex putri, aliàs ex ſemine procreari author eſt; nam cùm oſtendiſſet, etiam [a] ex ijs qui per coitum & ex ouo generantur, ex limo & arena generari, ſubdit: *quæ verò nec ouum, nec animal pariunt, ijs ortus vel ex limo, vel ex arena, & per ſumma facta putredine agitur: qualis etiam Apuæ origo, ſpuma nuncupata ex terra arenoſa conſiſtit: Quod quidem Apuæ genus nec incrementum capit, nec prolem adfert, & temporis longioris ſpacio perit, ſed denuo renaſcitur. Vnde fit, vt breui quodam tempore excepto, omnibus ferè anni temporibus generetur: quippe cùm ſpuma illa ab Arcturo autumnali ad ver vſq; eduret, vtpote quod de bruma ad ſummam, teporis gratia veniat. Quin & ſolo agitato, detractaq; eius colluuione, copioſior & melior exit. Cętera Apuę genera deteriora propterea ſunt quia citò angẽtur. Fiunt locis vmbroſis apricisq;, quoties tẽporis beneficio ſolũ tepeſcit; vt in Attica terra apud Salaminẽ, et iuxta Themiſtocleũ & in Marathone. Locis enim*

*Orius ex limo.* *Ex ſpuma.* *Ex ſemine.* [a] *L. 6. Hiſt. cap. 15.*

*huiuſ-*

A *huiuſmodi ſpuma conſiſtit & tẽpore tali apparet, ſed nonnunquã vel cum aqua de cælo inceſſit. Oritur piſciculus hic in ſpuma quæ imbre admiſſa caluerit, vnde nomen ſpumæ accepit. Feruntque interdum per ſumma maris, cum cælum tepidum eſt, & ſpuma fluitante, perinde ac in ſimo vermiculus voluitur. Quamobrem in loca complura genus id Apuæ adfertur ex alto, & copiosè quoque generatur & capitur anno quieto & humido. Reliqua Apua fœtura piſcium eſt: quæ enim Cobitis* (Gobionaria Gaza) *dicitur, Cobiorum parumrum & prauorum qui terram ſubeunt* (ſubaudi, fœtus aut fœtura eſt, Theodorus ſenſum verborum Ariſtotelis perſertit, innuens paruos illos & ignobiles Gobios ex Aphyis iſtis procreari, quod ne ſomniauit quidem philoſophus, cuius hanc eandem ferè ſententiam repetijt [b] Athenæus, inquiens: *Alia autem Aphya Cobitis dicta gignitur ex parunlis & vilibus Gobijs qui in arena degunt*. Fefellerunt Gazam ſequentia Ariſtotelis verba, quibus ex Phalericis alios piſces naſci ait) *Quam verò Phalericam vocant, Membradas gignit ex quibus τριχίδες* (Sardinæ, Gaza) *ex his τριχίαι* (Sardæ, Gaza) *oriuntur. Genus Apuæ quod in portu Athenienſium naſcitur, Encraſicholos* (Encraulos, Gaza,) *dictos procreat. Quin etiam genus aliud Apuæ eſt, quod Maenidum* (Alecum, Gaza,) *& Mugilum ſit fœtura. Spuma autem altera illa ſterilis humida eſt, breuique (vt dictum eſt) tempus edurat. mox capita & oculi reſtant*. Hæc omnia Ariſtoteles, quibus reclamans, (vt apparet) Bellonius, ſunt (inquit) qui Apuas ſui generis eſſe aſſeuerent, non autem alterius progeniem, & quod maiores euadere non poſſint, hoc argumentum adferunt, quòd omni tempore anni piſcari (capi) ſoleant, feranturque eiuſdem perpetuò magnitudinis in forum, quod tamen falſum eſſe comperi. Multi enim horum piſcium, ter, quater aut quinquies eodem anno pariunt, vt Thriſſa, Trigla, Cyprinus, ac ſi quis attentiùs aduertat, inter eos annumerabit etiam Gobios, Mænas, Cephalos, Sargos, Sparos & id genus piſces, quos ideo ſeorſum deſcribere proprijs capitibus operæpretium fuit. Hæc ille, cuius profecto ſententiam minimè aſſequor: quid enim hiſce quos recenſet, piſcibus cum Apuis? Ego Oppiani ſententiam probo, omniumque Apuarum originem ex putredine eſſe ſentio, nullam ex ſemine: atque eas quas aliorum piſcium freturam vocat Ariſtoteles, ſic à ſimilitudine potiùs quam cum ijs habent, denominari quàm quòd reuera ita eſſe, philoſophus arbitratus ſit: Etenim [c] antea piſces ex diuerſæ ſpeciei piſcibus generari manifeſtè inficiatur. Species ſiquidem procederent in infinitum.

*In qua ſpuma oriatur*

*Quæ ex aliis piſcibus.*

[b] *Lib. 7.*

*Membradæ ortus. Trichidum. Trichiarum Encraulorũ.*

*Sententia propria.*

[c] *L. 6. Hiſt. cap. 11.*

# CAPIENDI RATIO.

C

APhyæ cùm ſint fuſanei piſces, fuſim etiam capiuntur, idque verriculis, vt ait Aelianus tenui filo contextis, adeoque exiguis, vt ad aliorum piſcium capturam planè ſint inutiles.

# VSVS IN CIBIS.

ABundantia in quibuſcunque rebus faſtidium parit, remque omnem vilem reddit, quod in hiſce exiguis piſcitijs potiſſimùm vſu venit, quæ cumulatim, imo maximis capiuntur agminibus, præſertim autumno: quamobrem in maritimis vrbibus, à pleriſque negliguntur. Chryſippus philoſophus apud Athenæum Aphyam ſcribit Athenis (maritima vrbe) nullo in honore habitam fuiſſe, ſed contemptam, mendiciſque pro obſonio relictam, nimirum ob nimiam copiam, cùm alioqui alijs in locis Athenienſis Apua non parui fieret, mediterraneis nempe & procul à mari

D diſſitis: imo verò Athanas ab hiſce piſciculis pingues cognominatas fuiſſe reperio, indeque celebratas, quoniam multo pinguimadet ea Aphya, vt mox dicetur; Ariſtophanes namque apud Suidam ſic canit: *Εἰ δὲ τις ὑμᾶς ὑποθωπεύσας, λιπαρὰς καλέσειεν Ἀθήνας, Εὗρε τὸ πᾶν ἀφύων τιμὴν πριάμενος. quo loco corruptè legitur, εὗρε τὸ πανιὸν ἀφῶ τὰς λιπαρὰς* &c. Interpretatur autem *λιπαρὰς ἀφύας, ἀντὶ τῶν λιπαρῶν τιμὴν, ἤτοι σύνταξιν*. Senſus enim verborum Comici hic videtur: Si quis per adulationem pingues Athenas nominauerit, idem quo Apuæ celebrari ſolent, elogium eis attribuens, ille nihil non facilè conſequetur. Locus eſt in Acharnenſibus. Idem in Equitibus: *Οὐ πώποτ' ἀφύας εἶδον ἀξιοτίμας*, id eſt, *nunquam vidi Apuas vilioris pretij*; nam *ἄξιον* Atticis eſt *τίμιον*, id eſt, vile, vt & Scholiaſtes vertit, qui etiam ſuo tempore Apuam aphritin Athenis valde expetitam fuiſſe ſcribit. Item rurſus in Veſpis: *ἢν δὲ γήτιον προσαιτῇ ταῖς ἀφύαις ἡδυσμά τι*, tanquam de cibo lautiſſimo. Clitarchus item Thebanos teſtatur recitante Athenæo, delicijs fuiſſe & gulæ deditos & in conuiuijs parare ſolitos *θρία* (edulia ſunt ex lacte & adipe ſuillo ac ſemidalide, quæ ficulneis folijs incoquebantur. *θρίον* enim alioqui eſt folium ficus)

*Cur vilescant.*

*Athenæ cur pingues dictæ.*

*Thrion q. d*

καὶ ὀψητὺς, καὶ ἀφύας καὶ ἐγχρασίχολας, lego ἐγχρασίχολας. Et Suidas refert Apitium obſoniorum illum archimagirum Nicomedi Bithyniorum regi, cùm aliquando Aphyarum edendarum flagraret deſiderio, longè verò à mari abeſſet, piſciculorum iſtorum figuras ex rapis fœminis in longiuſcula ac tenuia fruſta ad Aphyarum ſpeciem diſſectis imitatum, ex oleo coctas ſaleque & papauere conditas, vt veras Aphyas appoſuiſſe, regiſque cupiditatem expletam eorum eſu fuiſſe. Idem tradit Athenæus, ſed artificij non Apitium, ſed alium quendam coquum inuentorem facit, & Euphronis Comici verſus ſuper ea re adducit, in quibus Dalechampius ἀφύας ſemper Haleces reddidit. Ex hiſce itaq; quæ iam dicta ſunt, manifeſtum eſſe puto, non tam abiectas vbicunque terrarum fuiſſe Apuas, quin ſuos quoque habuerint cultores. Sunt modò adeo molles, teneræ, tenueſque vt quàm citiſſimè coquantur, & exiguo egeant igne, quare Archeſtratus, vt ex eo ſcribit Clearchus Peripateticus, eas in calidam tantùm patellam injici voluit, moxque cùm ſtridere incipiunt, auferri; ſtridentque autem, vt primùm ſenſere ignem, ſicut & oleum, quod optimum illarum condimentum eſt; hincque ex ſartagine edi iuſſit Pherecrates apud Athenæum, & coquus quidam recitante apud eundem Sotade Comico, vix cyathum aquæ affundit, olei verò multò plus, nempe ad duas cotylas, & paucas etiam herbas addit minutatim inciſas. Archeſtratus item cùm omnem Apuam μίνθον, id eſt oleti inſtar aſpernatus eſſet, Phalericâ quæ Athenis capitur, & Rhodiacâ exceptis: quod ſi guſtare (inquit) eas deſideras, E

*Aphya ex rapis confictæ.*

*Apparatus.*

*Aphya vbi melior.*

—— ὁμῶς χρὴ Κνίδας ὀψητὴν τὰς ἀμφιχόμους ἀναλύφας
Εἰς ταυτόν. μίξας δ' αὐτὰς ἐπὶ τηγάνῳ ὄπτα Εὐωδῶς τρίψας ἄνθη λαχάνων ἐν ἐλαίῳ, id eſt
—— *Vndique oportet* *Vrticas folijs comantes obſonari (ſimul nempe)*
*Deinde vbi trieris in oleo fragranti cum florem oleris* *In vnũ miſcẽda ſunt omnia, & in ſartagine aſsãda*

Matron Parodus in deſcriptione Atticæ cœnæ, Acceſſit (inquit) Phalerica Apua, Tritonis amica, ſordida, cuius genis prætendebatur infula. Garum intelligit (inquit Dalechamp.) quod ad intinctus adhibent. Platina de Apua (in codice Lugduni impreſſo legitur de Apobadialide) ex [a] Apicio: *Apuam lauas, ex oleo maceras, in cumana compones, adijcies oleũ, liquamen, vinũ. Alligas faſciculos ruta & origanĩ, & ſubinde faſciculos cum Apua elixabis: cùm cocta fuerit, proijcies faſciculos, & piper aſperges & inferes.* Aliter patina de Apua ſine Apua: *Pulpas piſcis aſsi vel elixi minutatim facies, ita abũdanter, vt patinam qualẽ voles, adimplere poſſis. Teres piper & modicũ rutæ: ſuffundes liquamen quod ſatis erit, & olei modicum & cõmiſces in patina cum pulpis; ſic & ona cruda confracta, vt vnũ corpus fiat: deſuper leniter cõpones vrticas marinas, vt non cũ ouis miſceantur. Impones ad vaporẽ, vt cum ouis bullire poſſint; & cùm ſiccauerint, ſuper aſperges piper tritũ, & inferes ad menſam. nemo agnoſcet quid manducet.* Patina alia de Apua frixa ex eodem. *Apuam lauas: ona confringes, & cũ Apua commiſces. Adijcies liquamen, vinum, oleum. facies vt ferueat, & cùm ferbueris, mittes aquam: cùm duxerit, ſubtiliter verſas, facies vt coloret, & nogarum ſimplex perfundes, piper aſperges, & inferes.* Quod modò ad Apuarum qualitatem attinet, Rondeletius ab omnibus humidum alimentum præberi dicit: flatulentaſq; eſſe ex Athenæo Mneſitheo, vt apparet, qui Apuas, Membrades, Trichides & quorum ſpinas ſimul edimus, inflare omnes, & humidũ nutrimentum corpori addere teſtatur: cùm enim carnes citò admodum (inquit) concoquantur, ſpinæ verò tardè diſſoluantur (præſertim in Apuis valdè ſpinoſis) inæqualis & impedita concoctio peragitur. Diphilus quoq; grauis & difficilis coctionis eſſe putat; præferendas verò inter cæteras veram Apuam, quæ & Aphritis appellatur. Omnes eodem Mneſitheo authore ventrem æqualiter ſoluunt: ſuadetq; vt elixentur.

*Patina de Apua.*

[a] *Li. 4. c. 2.*

*Patina de Apua ſine Apua.*

*Patina de Apua frixa.*

G

*Carnis qualitas.*

# PROVERBIA.

*Aphya ad ignem.*

Ἐπὶ πῦρ ἀφύη, hoc eſt, *ignem vidit Aphya*, vel ἀφύη ἐς πῦρ id eſt, *Aphya ad ignem*. Vtrumque adagium deſumptum eſt à celerrima iſtorum minutiſſimorum piſciculorum coctione, quæ ob illorum exilitatem vel viſo tantùm igne perficitur; diciturque teſte Suida ἐπὶ τῶν τέλος ὀξὺ λαμβανόντων, id eſt, vt Adagiorum author vertit, de ijs quæ celeriter intereunt & abſumuntur, ſiue quæ facilè ac citò conficiuntur: itaque ſi puella (inquit) iam nubilis ſtatim ſponſo viſo, incaleſcat, conueniet; Ἰδὶ πῦρ ἀφύη. Si quis verò Suidæ interpretationem diligentiùs examinet, facilè aduertet, non bene de ijs rebus intelligi quæ facilè intereunt, ſed de ijs tantùm quæ citò perficiuntur. H

*Citiùs quàm aſparagi.*

Auguſtus adagium aliter extulit, dicere ſolitus in eodem ſenſu, *Citiùs quàm aſparagi*, ſubaudi coquuntur, qui & ipſi vel viſo tantùm igne cocti ſunt: eidemque proximum eſt illud Græcorum ab Athenæo adagij loco recitatum, τάριχος ὀπτὸς αὐδὺς ἂν ἴδῃ τὸ πῦρ: id eſt, *Tarichus aſſus mox vt ignem viderit*.

*Aphyarũ honos.*

Ἀφύων τιμή, id eſt, *Aphyarum honos*. Dicitur (inquit idem prouerbiorum author) quoties humilibus exiguus quiſpiam honos contingit: nam Aphya piſciculus eſt vilis, cui coquendo nihil adhibetur præter oleum, quo frigitur: vnde iactatum illud ἀφύης τιμὴ ἔλαιον, id eſt, *Aphya honos oleum*. Meminit Scholiaſtes Ariſtophanis in Equites. Οὔτ' ἀφύη νῦν ἐστιν ἔτι σαφῶς, Οὔτ' ἂν βίβρας καχοδαίμων,

*Aphya honos oleum.*

A μον, id eſt *Nunc apertè nec Apua quidem mihi eſt: Nec rurſum Ebria: heu me miſerum*. Verſus eſt Ariſtonymi apud Athenæum, quem tanquam prouerbio dici poſſe arbitratur Geſnerus, de eo qui ſpe adquirendi quidpiam, quo tamẽ non eſt potitus, charum aliquid amiſerit; vel item de eo qui ex duobus diuerſis conſtet, aut partibus diuerſis ſe accommodet, ita vt neutrius ſit omnino: veluti ſi Iudæus à ſua religione diſceſſerit, Chriſtianam tamen non ſit amplexus totam. Hoc quoq; Hermippi apud eumdẽ Νῦν δὲ οὐδὲ ἀφύλλιν κινῆσαι δοκεῖς, id eſt, *Nunc autem ne mouere quidem Aphyam videris*, prouerbij locum habere videtur, eidemq; Geſnero dici poſſe, quaſi rem viliſſimam tractare, vel in hominem viribus adeo infirmum, vt rem minimam & nullius ponderis tractare, locoq; mouere nequeat. Ἄλλος ἀφύης μοι, παρατέταμαι γὰρ ἐδίων. id eſt, vt Hieronymus Muoletus vertit, *diſtentus enim venter eſt, edendo*. Videtur & hoc, prouerbiali quodam ſenſu in hominem prolixè ineptéq; loquacem torqueri poſſe. Citatur à Suida ſemel ex Antagoniſtis Ariſtophanis, nempe in ἄλλος; iterùm in θωπίνα ex Tagoniſtis, & ſic legitur etiam apud Scholiaſtem eiuſdem comici.

# VSVS IN SACRIS.

B VEneri ſacras fuiſſe Aphyas author eſt Athenæus, rationemque reddit, quòd ipſa ſimiliter ex maris ſpuma nata credatur, quare etiam Ἀφροδίτης nuncupata eſt. Tradit & Phalarida eidem deæ conſacratam fuiſſe, ex Ariſtophane in Auibus. Meminitq; Euſtathius in primum Iliados. Sed timendum eſt, ne de eiuſdem nominis aue locus ſit intelligendus, de qua nos inter Mergos egimus, niſi velimus vocem corruptam eſſe, & Phalericam Apuam legendum quam aliàs Veneri ſacram fuiſſe ſcribit. Cur verò Neptuno item conſacrarint, rationem non inuenio, fuiſſe autem ei ſacram, idem Athenæus refert. De Stilpone Philoſopho Megarico memoriæ proditum eſt; cùm aliquando Megaris Neptuni ſacerdos eſſet, Neptunoq; de more ob rei familiaris anguſtias, taurum nõ immolaſſet, ſed puſillum quiddam & domi natum animal, illi deum ſuccenſentem in ſomnis viſum aſtitiſſe, minacibuſq; verbis ſpretam ab eo haud rectè maiorum conſuetudinem obieciſſe: ipſum verò nihilo ea re perterritum contumaciter reſpondiſſe, quid tibi vis Neptune, annè mecum vt puer conqueſtum hunc acceſſiſti quòd rei meæ parcens, fœnoriſq; declinans iacturam, vrbem hanc nidore non repleuerim, ſed tibi domeſticis ex rebus puram ſacrificij hoſtiam obtulerim? Quibus dictis Neptunum ſubriſiſſe viſum, Stilponiſq; apprehenſa dextera, illius gratia eo anno Megarenſibus magnum ſe C Apuarum prouentum exhibiturum promiſiſſe. Secutaq; poſtea res inſomnio illi indubitatam feciſſe fidem perhibetur. Nic. Leonicus lib. 2. de var. hiſt. cap. 47.

*Quibus ſacra.*

# DE APHYIS, SIVE APVIS IN SPECIE, ET PRIMVM DE APVA VERA.

## Cap. XXX.

*Synonyma.*

MVlta generatim Apuis attribuimus, quæ de hac potiſſimùm intelligi volumus: quam- D nempe Græci propriè ἀφρόν, Athenæus ἀφρῖτιν, aliqui item ἀφρύλλιν nuncupant, à ſpuma, ex quâ ortum ſuum ducit, vnde Non nata Liguribus, Ariſtophanis Scholiaſtæ, & Suidæ ſimiliter ἀφύη ἡ πρωγενὴς νῆνα, quaſi nullis orta parentibus dicitur. Gaza modo Apluam, modò ſimpliciter Spumã reddidit apud [a] Ariſtotelẽ. Piſciculus eſt admodum exiguus, vix vnquam minimi aut auricularis digiti longitudinem adæquans: oculis nigricantibus. Duo eius genera, album vnum, frequentius, in Hollandia Pen, Bononiæ Acquadello, alibi Biancheto nuncupatum: alterum rubicundum, Romæ teſte Bellon. peſce nouo, alicubi Roſetto dictum. Hoc poſtremum Aphyam Triglitim eſſe idem Bellonius iudicauit; Rubra enim Trigle eſt.

*Spuma piſcis.*

[a] *Lib. 6. Hiſt. cap. 15.*

*Deſcriptio*

Aphya Cobitis. Aphya vera.



*Aphya Triglitis.*

DE

# DE APHYA PHALERICA. Cap. XXX.

*Etymum.*

APuam Phalericam ab Atticæ portu qui Phalereus appellabatur, dictam eſſe Scholiaſtes Ariſtophanis tradit: veruntamen cùm τὰ φάλαρα Græcis etiam ſint τὰ λευκὰ καὶ ἀφρίζοντα, id eſt alba & ſpumea, Rondeletius hinc quoq; ſic dici potuiſſe arbitratur. Hoc genus Apuarũ illud eſſe opinor quod Hollandis Spirincx appellatur: ſunt enim veris Apuis maiores, cætera verò ſimiles, & μεγάλας id eſt magnas τὰς φαληρικὰς dixit Ariſtophanis Scholiaſtes. Rondeletius ſuis Nadelle vocari ſcribit, vel Melete ad differentiam, vt apparet, Atherinæ, quam Melet genere, ni fallor, maſculino dicunt. Bellonius haud recte Membradem facit; itaq; Rhotomagenſibus, & qui in litore Oceani, vbi Sequana in mare ſe exonerat, Crado appellari, à Genuenſium vulgo Arachiã.

*Synonyma.*

*Membras Bellon.*

*Deſcriptio.*

## DESCRIPTIO. VSVS.

PIſcis eſt (inquit Rondeletius) Sardinis ſimilis, minor, tenuior, ſed latior. Squamas in mari habere certum eſt, ſed ſtatim excidunt, remanẽtibus earum veſtigijs, ijſq; ſquamis quæ ventrem firmant, & aſperum efficiunt, vt in Aloſis & Sardinis videre licet. Mollis eſt, & adeo pinguis piſciculus iſte, vt ſi aliquandiu digitis tractetur, liquefiat, aut ſi magna copia in nauicula vehatur, ſupernatãtem pinguedinem colligant piſcatores, qua olei vice ad lucernas vtuntur (vt has fortè Græci ἀφύας λιπαρὰς, id eſt pingues vocantes, priuatim intellexerint). Maxima huius copia præſertim in autumno, capitur, eſtq; meritò viliſſimus: vidimus tamen piſcatores duos vnius diei capturam quinquaginta aureis cornatis vendidiſſe. Hæc Rondeletius. Bellonius tradit incolas ad litora maris mediterranei ſales eas condire, & adſeruare: in Oceam autem litore piſcationi inſeruire, vile veſcentibus edulium, inquit. Erat tamen apud veteres in pretio, vt Pollus teſtatur, & innuit Archeſtratus apud Athenæum ille opſodædalus hoc verſu:

*Pinguedo.*

Aphya Phalerica.



*Honor.*

Τὼν ἀφύων μίνδον πᾶσαν πλὼν τὼν ἐν Ἀθήναις. *Stercus omnis Aphya eſt præter Athenienſem.*

# DE MEMBRADE. Cap. XXXI.

*6. Hiſt. 15 Synonyma.*

MEmbradas ex Aphya Phalerica naſci author eſt [a] Ariſtoteles, quo loco in depravatis codicibus ἀράδας legitur. Eoſdem piſciculos Phrynicus apud Athenæum βιβράδας, Epicharmus & Sophron βιβραδόνας, Attici βιμβράδας dicebãt. Trallianus μεμβρίδια appellaſſe videtur. Enumerantur ab Ariſtotele citante Athenæo inter μονίμους piſces, id eſt, haud migrare ſolitos. Cùm verò Phrynichus χρυσοπρῴλας quaſi aureum habentes caput cognominet, ac Ariſtophanes πολιόχρωτας, id eſt cano corpore, Rondeletius eos piſciculos eſſe conijcit qui a Gallis Celerins vocantur: ſunt enim (inquit) corpore admodum candido, capite verò auri colorem æmulante, Sardinis valde ſimiles: vel qui Agathopoli magna copia ſæpe capiuntur, paruis Aloſis ſimiles, vocanturque ibi Calliques vel laſchetz. Maſſiliæ Harengades. Ego hos poſtremos à Sardinis nõ diſtin-

*Deſcriptio.*

Membras Rondel.



Digitized by Google

A diſtinguo: Celerinos verò Membrades eſſe non dubito, licet Bellonius hos quoque à Sardinis maris mediterranei ſola tantùm magnitudine diſtinguens, Chalcides eſſe velit. Coquuntur ex præcepto Dorionis mutulato capite ſi corpulentiores fuerint, & lotæ ſale minuto & aqua, eodem nimirum modo, quo Triglitis. Additque fieri ex ſola Bebrade apparatum quẽdam qui βιβραφύη vocetur, tanquam ex Bebrade Aphya, vtpote cibus ex vtroque compoſitus piſciculo, cuius (inquit) meminit Ariſtonymus, citat autem eos Ariſtonymi verſus quos nos inter prouerbia ſuprà recitauimus. Viles autem ac contemptos fuiſſe eleganter oſtendit Antiphanes in Cyœſtidea: *Chalcis Bellonij.* *Vt coquantur.* *Vilem fuiſſe*

*Abſurdo* (inquit) *de piſcibus præconio,* *Alta voce proclamat nunc quiſpiam,*
*Habere ſe melle dulciores Bembradas.* *Hoc ſi ita eſt, nihil prohibet*
*Eos qui mel vendunt, dicere ac denunciare populo,* *Mel ſe vendere putidius Bembradibus.*

Clariùs paraſitus quidam apud Alexim, indignè ferens quòd barbarè & inepte loquentibus conuiua fuiſſet, inquit:

*Moleſtiori, ita me Bacchus amet, conuiuio* *Non interfui, ex quo paraſitari cœpi.*
*Membradas ſatius fuit habere me,* *Et Atticè poſſe colloqui. Hoc ſcilicet inuaſſet.*

Nos quoque alimentum humidum atque flatulentum ex Membradibus haberi ſuprà diximus.

B

# DE APHYA COBITE.

## Cap. XXXII.

Sicuti Membradem generat Aputa Phalerica, ita è contrario Cobitin Apuam, ignobilis quidam ac paruus & terram ſubiens Gobius, licet Ariſtoteles interprete Theodoro ex hac Apua Gobium procreari tradat, inuerſo ſenſu, inuerſaque authoris ſententia, vt antea quoque monuimus, vbi item quid ſuper hac generatione ſentimus, aperuimus. Vocatur autem iſthæc Apua κωβῖτις, & non κωβίτης, vt Rondeletius ſcribit, Theodoro Gobionaria, quia κωβίος idem eſt, qui latinis Gobius ſiue Gobio. Bellonius memoria, vt videtur, lapſus quod magnis viris ſæpe euenire ſolet, Hiceſio Cibotin vocari ſcribens, Cobitin dicere debuit. *Sunt* (inquit Hiceſius citante ipſo) *in Aphyarum genere quidam albi & admodum tenues ac ſpumei, quos Cibotides (Cobites) nonnulli appellant.* Pro quibus idem Bellonius C nobis illos proponit piſciculos, quos Veneti Marſiones, Ligures a candore Bianchettos appellãt, neq; ab Hepſetis eas diſtinguit: quod quidem ferendum eſt, ſi Hepſeti nomine conſimiles piſciculos generaliter intelligat; alioqui enim Hepſetus propriè dictus à Cobite Apua differt in veterum ſcriptis, vt antè oſtendimus. Iam verò ſi Marſionis imago cum Gobijs conferatur (quam nobis communicauit Geſnerus) nullam, vel ſaltem valdè exiguam ſimilitudinem ſui ortus ſeu potiùs generis oſtendit: quare neque Gillij probo ſententiam qui Marſionem veterum Cottum eſſe exiſtimauit, & ex Apuarum genere non remoueo. Rondeletij itaque Cobitin recipio, illum ſcilicet piſciculum, qui Gallis vulgò Loches de mer ad differentiam fluuiatilis cuiuſpiam Gobij qui ſimplicer Loches appellatur, tãta ſimilitudine, vt collati vix diſtinguantur. Ait tamen ille diſtingui inuicem corporis figura: Cobitin enim Apuam Gobiorum inſtar rotundam eſſe, Gobionem fluuiatilem depreſſum & longiuſculum: ſed notandum eſt hanc depreſſionem perquàm exiguam eſſe oportere, nam Rondeletius Lochem fluuiatilem primùm (tres enim depingit) ad quem eſt ſimilitudo, corpore ſubrotundo deſcribit: & ipſe mox, cùm dixiſſet in ſtagno marino etiam frequentiſſimam eſſe, coloreque & figura à Gobionibus non differre, ſed magnitudine, paruam enim ſemper permanere, Gobiones multo magis augeſcere, à fluuiatili differre ait; quòd breuiori & craſſiori ſit corpore, contrà fluuiatilis longiore & graciliore. Vbi rurſus notandum icones quas exhibet, contrà indicare, & rectiùs equidem ad tertiam ſpeciem, quam barbatulam cognominat fiat aſſimilatio: ſic enim pinnarum numero etiam conueniet. Eſt itaque piſciculus nunquam ad Gobionum magnitudinem accedens: alioqui marinis Gobionibus ſimillimus: corpore rotundo, pellucido, dorſo latiuſculo, colore candido, nigris aliquot maculis aſperſo; cauda varia; oculis quodammodo ſupra caput poſitis. Pinnæ eædem illi ſunt, quæ Gobionibus, maximè illa Gobionibus peculiaris, barbæ inſtar propendens ex ea ventris parte, in qua binæ ſunt in alijs piſcibus. Hepar lacteæi coloris & in eo fellis veſica. Splen rubet: inteſtina & peritonæum ex albo nigricant. Cor ex albo rubeſcit. Grauis eſt, & difficilè coquitur veluti reliquæ Aphyæ. Aphyæ Cobitis iconem habes ex Rondel. pagina 211. Quæ verò hic expreſſa eſt, Marſionis eſt Venetorum.

*Ortus.* *Nomina.* *Aphya Cobitis ꝙ Bellonio.* *Hepſetus.* *Marſio non eſt Cobitis Apua.* *Cobitis Rondeletij.*

Marſio Venetorum.

*Deſcriptio.*

D

DE EN-

E

# DE ENCRASICHOLO.
## Cap. XXXIII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

APuis quoque annumeratur ἐγκρασίχολος, ſic dictus παρὰ τὸ χολὴν ἔχειν ἐν τῷ κρανὶ ἴνοι κεφαλῆ, quòd bilis folliculum gerat in capite, hoc eſt quòd eius caput impensè amarum ſit: vnde eo mutulari aſſolet, nam fel, vt Bellonius ex ipſius ſectione didicit, inteſtino annexum habet. Latinè non ineptè Fellicipitem dixerimus. Bellonius Haleculam vocare maluit, Romanum (vt apparet) vulgus ſecutus, cui Aliczi vocatur, quaſi Haleces (inquit) diceret. Sed Halec ſiue Haleculam, vilem & abiectum

*Fellis locus. Felliceps. Halecula Bellonij.*

piſciculum eſſe pòſt oſtendam; contrà pretioſus laudatuſq; eſt Encraſicholus, vt modò patebit. Apud F
Suidam alicubi perperam ſcribitur κρασίχολος, & non ſatis diſtinctè Apuæ epitheton eſſe dicitur.
[a] Theodorus quoque apud Ariſtotelem Encraulos vocat, cùm potiùs Engraules dicere debuerit, nam
& Aelianus Ἐγγράυλεις dicit, ſed Theodoro Suidas fortè impoſuit, apud quem alibi ἐγκράυλιος, pro
ἐγγράυλεως legitur. Alio nomine λυκόστομος, quaſi os lupi habentes dici Aelianus author eſt: quod
nouiſſimum nomen Græcia hodieq; retinet, vt Gillius teſtatur. Vocari autem ſic Bellonius refert,
quòd dum oſcitat, amplum os aperiat, vt ſerpentis potius (inquit) quàm piſcis os videatur. [b] Plinius
ſimiliter multorum eruditorum iudicio Lupum nominaſſe videtur, & mutilatum piſciculum. *Capit*
*garum* (inquit) *priuatim ex inutili piſciculo, mutilatoq;* (alij legunt *minuto*, alij *minimo*) *conſici, Apuam*
*noſtri vocant, Foroiulienſes piſcem, ex quo faciunt, Lupum appellant*. Reuera conuenit nomen, genus, &
garum optimum, Quamobrem etiam Enchraſicholum, illum volunt eſſe piſciculum quem Galli
præſertim Prouinciales Anchoies, vt ſcribit Rondeletius, potior Italiæ pars Enchioue, Hiſpania En-
chugas appellat, Veneti teſte Bellonio Sardonos, ad Chalcidum differentiam, quas (inquit) Sardel-
las vocant: contrà ac Romani qui pro Sardonis Sardas intelligunt. Idem Bellonius tractus Ligu-
riæ accolis atque ipſis etiam Genuenſibus vocari ſcribit Cueuri, Cueunari, vel Cucuneuri: cùm alio-
qui circa Genuam Enchioue vel Anchioue dicatur. Ab Anchioue barbari quidam Ancludas nun- G
cuparunt. Callimachus libro de diuerſis gentium nomenclaturis apud Athenæum Encraſicholum
Chalcedonijs ἐρίτυμον nominari ait, Erityum verò Athenienſibus dici, qui alijs ἰὼψ vocetur: Iopem
autem inter minimos piſciculos nominauerat.

[a] *L. 6. Hiſt. cap. 15.*

*Lycoſtomus Hiatus.*

[b] *Lib. 32. c. 8.*

*Lupus.*

*Mutilatus piſciculus.*

*Enchioue.*

*Ancluda. Erityrus. Iops.*

## FORMA DESCRIPTIO.

HVnc piſciculum ſquamis carere tradunt Bellonius & Rondeletius, quod falſum eſſe autopſia docet, nam & in ſale aſſeruatis argenteas ac adprimè ſplendentes obſeruare licet. Roſtro eſt acuto, amplo, vt dictum eſt, ore ac rictu. Edentulus eſt, vtraque verò maxilla ſerræ modo aſpera. Branchiæ paruæ, duplices. Pinnæ eo ſitu, vt icon oſtendit. Cor oblongum & acutum, hepar rubrum: maculis rotundis conſperſum. Ventriculi appendices multæ & nigræ: venter molliſſimus, ideoque plerunq; abſumptus in ſalitis conſpicitur. Ouis ſcatet rubentibus. Spinis caret, ea excepta quę in dorſo eſt & ipſa tenuis, adeo vt dentibus vix negociũ faceſſat. Magnitudine eſt plerunq; digiti, aliquando paulò maiore. Scribit Bellonius ſeſe enixiùs ſtuduiſſe, vt ex longioribus craſſioribuſque nanciſceretur, ſed nunquam palmi longitudinem & pollicis craſſitudinem aſſequi comperiſſe. Argenteo colore micant, tergore verò ad cæruleum accedunt. Si Soli opponantur, tranſparent, dempta argentea linea, quæ ſpinæ vertebras comitatur, quæ ſanguinem continet. Corpore magis tereti, quàm lato præditi ſunt.

*Squamæ. Caput. Venter. Magnitudo. Spina. Color. Forma.*

Encraſicholus.



H

LOCVS

A

# LOCVS. CIBVS. MORES.

LItorales piſciculos eſſe vel ex eo conſtat, quòd ſpurcitijs, arena atque etiam cœno veſcantur, vt Bellonius annotauit: & quemadmodum (inquit) Anates & Anſeres roſtris cœnum mouẽt, eoque ſeſe exaturant, ſic etiam Haleces (ſic Encraſicholos vocat) quæ cum Sardinis ſæpe capi ſolent, arenis & ſpurcitijs exaturatæ conſpiciuntur. Capiuntur autem hyeme potiſſimùm a Decembri ad quadrageſimam vſque, in Prouincia numeroſiſſimè teſte Rondeletio, noctu è nauiculis igne accenſo, nec non etiam Baione, ſed hos maiores eſſe, illos ſuauiores & molliores. Ariſtoteles (vt recitat Athenæus) inter monimos, id eſt, ijſdem locis manentes piſces, eos enumerat. Verùm etſi puſillò ſint corpore, ſuum tamen etiam habent ingenium. Etenim Aeliauus cùm candidiſſimos & fecundiſſimos eſſe dixiſſet, ſubiungit: *Quod ab alijs piſcibus* (ob paruitatem) *exedi & confici valdè metuant, idcirco ad inſidias quibus ſunt opportuni vitandas, eatenus confertis turmis denſi natant, vt eorum quiſque ad vicinum proximum adhæreſcant, vt ne ſcaphæ quidem incurrentes, eos diſſocient, nec ſi quis remis diſper-*

B *gere conetur, eorum ſocietatem dirimere poſſit: ita verò inter ſe reſtrictè & pertinaciter tanquam contexti contrahuntur, vt tanquam ex aceruo frumentorum aut fabarum ſi quis in eos immiſerit manum, accipere queat. non tamen ſine vi abſtrahuntur, quin perſæpe diſtrahantur, vt & eorum alteram partem abruptam capias, & alteram relinquas, & in pleriſque eandem retineas, in alijs non aſſequaris; ex alijs caput reportes, & alteram partem in mari reliquam facias.* Hanc tam confertam & continentem Lycoſtomorum natationem à rei maritimæ peritis *βολον* tradit appellari, qui permultas piſcatorias naues aliquando implet, vt illi (inquit) teſtantur. Nos ſuprà de Apuis ſimpliciter dictis diximus denſis etiam adeò agminibus natare, vt neque ferro aut ſecuri percuſſæ deijci, aut retibus circumdatæ ad litus extrahi poſſint.

*Litorales eſſe.*
*Cibus.*
*Quando capiantur, & quomodo.*
*Natura.*
*Ingenium.*
*Βόλος quid.*

# ORTVS.

DVplicem huius piſcis ortum inuenio. Suidas & Athenæus ex Apua Cobite generari Encraſicholum volunt: contrà [a] Ariſtoteles ex Apua quæ in Athenienſium portu naſcitur. Mihi verò piſcis ſui generis videtur. Si enim ex Cobiti Apua gigni permittamus, ſpecies

C procedent ad infinitum, nam & illam volunt ex paruo procreari Gobio: ſi ex Apua quæ naſcitur in portu Athenienſium, ex hac duos diuerſos piſces generari concedamus oportebit, quod videtur abſurdum. Ea enim Apua eadem eſt cum Phalerica, quia Phaleros vocabatur Athenienſium portus, ex qua Membradem oriri ibidem philoſophus teſtatur.

[a] *L. 6. Hiſt. cap. 15.*
*Piſcem eſſe ſui generis.*

# VSVS IN CIBIS.

CLitarchi verba quibus Encraſicholi quoque celebrantur, ſuprà recitaui. In multis quoque Europæ regionibus, potiſſimùm vbi alienigenæ ſunt, in magno habentur pretio. Comeduntur vel ſale aſſeruati, vel crudi. Crudi in ſartagine cum oleo vel butyro friguntur, vel in craticula aſſantur, etiam cum ſuis viſceribus: ſuntque teſte Bellonio, optimi ſaporis: Rondeletius crudos edi teſtatur cum oleo & petroſelino. Sale aſſeruati per ſe eduntur. Sunt qui minutatim concidunt & cepam pariter tritam addant, & ex oleo & aceto, aſperſo pipere edunt. Saliuntur autem truncato ſemper capite, & fel aufertur ſimul, quod hoc modo fit (inquit Bellonius,) Altera manus caput tra-

D hit, vt cum ea manu viſcera quibus fel hæret, eximantur. Sale ita aſſeruati in garum vertuntur, quod ex ijs potiſſimùm fieri tradit Rondeletius, ſi ſoli exponantur, donec diſſoluta caro fuerit: cuius gari vice ipſe domi hoc modo parandos iuſſit: primùm piſciculos vt aſſolet, conditos & illotos cum aceto, oleo, & petroſelini foliis in patinam injci, deinde ſuppoſitis prunis, tam diu agitari, donec omnino in liquorem abeant: id oxelæogarum meritò nuncupari poſſe ait, præſtantiſſimumque condimentum eſſe: hancque parandi rationem longè meliorem videri, quam quæ veteribus in vſu fuit: nihil enim vitij aut putredinis oxelæogarum iſtud contraxiſſe (ait) poteſt, cùm ſæpe ſupputri garo origano ſit opus, iuxta veterum prouerbium: *putre ſalſamentum amat origanum*, quòd hodie quoque Romæ obſeruari videmus: nunquam enim Encraſicholos vendunt ſalſamentarij ſine origano. Hinc optimum remedium ad deiectam appetentiam recreandam, ad craſſæ pituitæ attenuationem, citandamq; aluum: quamobrem in febri phlegmatica curanda iure conceduntur.

*Apparatus.*
*Caput truncatur & fel eximitur.*
*Vt garum ex ipſis fiat.*
*Oxelæogarũ*

DE RE-

# DE RELIQVIS APVIS. Cap. XXXIV.

Apua Triglæ.

DE Aphyis Mugilum dicemus inter Mugiles, quia & ipſæ fluuios ſubeunt. Super Triglite ſiue Mullorum Apua ſententiam Bellonij ſuprà recitauimus. Rondeletius verò exiguos admodum Mullos eſſe arbitratur qui in ſtagnis marinis ex putredine naſcuntur. Eodem modo Aphyam Mænidum eſſe iudicat piſciculum Mænidum ſpecie ſine mare & fœmina ſponte naſcentem, etſi contrà ſentiat Ariſtoteles, hanc nempe Mænidum, illam Mullorum fœtum eſſe. Neutrius iconem dedit, quòd cùm ex Mænidis, tum ex Mulli icone facilè ea mente concipi queat, magnitudinis ſolius ratione habita.

# DE HEPSETO RONDEL. Cap. XXXV.

F

Hepſeti pomen ab eſſe.

Deſcriptio.

HEpſeti nomen ad multos paruos piſciculos extendi, ſuprà oſtenſum eſt. Apparet tamen ex verbis Athenæi fuiſſe peculiarem ſpeciem aliquam quæ propriè Hepſetus vocaretur. *Aphya* (inquit) *grauis eſt & difficilis concoctu: huius generis alba Cobitis appellatur, & Hepſetus paruus piſciculus eiuſdem generis eſt*. Hunc piſciculum Rondeletius eum eſſe opinatur, qui à ſuis Iuoil appellatur. Piſciculus eſt digiti magnitudine, argentei coloris, corpore pellucido, dempta ea virga quæ à branchijs ad caudam extenditur: oculis depreſſis magnis pro corporis paruitate, ore ita ſciſſo & conformato, vt inferior maxilla protenſa maior ſit ſuperiore, ſitque velut oris operculum. Hæc ferè Rondeletius addita hac icone.

Hepſetus Rondel.



# DE ATHERINA. Cap. XXXVI.

## SYNOYMA. ETYMVM.

Ariſto Tarentinis.

Etymum.

Ariſtæ pro ſpinis.

Latharina.

ἀθερίνη vel ἀνθερίνη aliquot locis nominat Ariſtoteles. Gaza Ariſtam & Ariſtulam reddidit, quia ἀθέρξ, vel per pleonaſmum literæ ν ἀνθέρξ idem eſt quod ἄθηρ, id eſt ariſta, id eſt, pars ſpicæ acuta, ſiue vt Galenus exponit, id quod in hordeo acuminatum eſt, ſiue vt Erotianus, tenuiſſimum illud, quod in eodem frumento acuminatum eſt: in qua ſignificatione hanc vocem vſurpat Dioſcorides de auena loquens; quamobrem cùm planè inutiles ſint ſpicarum iſtarum acutæ partes, ſumitur quoque eadem vox, pro ſpicis quibuſlibet degeneribus quas ſpicilegæ mulierculæ poſt ablatam ſegetem colligunt à meſſoribus neglectas: vnde eleganter Græci ἀθηρίζειν dicunt pro καταφρονεῖν & ἀφορτίζειν, id eſt, flocci pendere, vili facere, valde contenere: atque hinc Etymologus piſciculo huic nomen Atherinæ factum tradit, eò quòd nimirum ἀθηρίζεται πως καὶ ἀντὶ διὰ τὸ εὐτελὲς, id eſt, *quia negligitur ob vilitatem*, quaſi Atherina à veteribus intelligatur vile & contemptum piſcitium. Gillio verò nomen traxiſſe videtur à tranſuerſo, quem alterum Atherinæ genus, in ventre habet, aculeo. Rondeletius autem ſic dictam conijcit ab ariſtis quæ per metaphoram (inquit) pro ſpinis ſumuntur, quas multas Atherinæ eſſe atteſtatur, durioreſque quam Sardinæ, Aphyis ac reliquis huiuſmodi piſciculis. Additque Romæ veterem etiamnum nomenclaturam retinere, Latharinam enim vulgò appellari.

H

Idem

Digitized by Google

A Idem teſtatur Bellonius, ſed Latharinum ſcribit, cùm alioqui alium quàm Rondeletius piſciculum pingat, quemadmodum ex adiectis cùm vtriuſq; deſcriptionibus, tum iconibus cuilibet manifeſtum eſſe poteſt, licet rurſus vterque ſuum piſciculum Maſſilienſibus Sancletos nominari profiteatur. Acerinæ piſcis mentio eſt apud Plinium medicum. Bellonius recentiorum Cernuam eſſe credit: ſed fortè nomen corruptum eſt pro Atherina, ſicuti item Acerima apud Syluaticum. Ictar Callimacho ἐν ἰθυικαῖς ὀνομασίαις, id eſt, *in nomenclaturis diuerſarum gentium* Atherina eſt teſte Athenæo, ex quo (vt apparet) hunc Varrini locũ: Ἰκτάρα, ἰθυικῶς ἰχθῦς, ſic reſtituit Geſnerus, ἰκτάρα, ἰθυικῶς ἰχθύς τις: id eſt, *Ictara quibuſdam gentibus dictus piſcis quiſpiam*, videlicet certa quædam ſpecies: vt ἰθυικὸν vocabulum ſit non alium quàm communi linguæ inuſitatum. Dictus autem inquit Ictar vel Ictára videri poteſt hic piſciculus a paruitate, nam ἴκταρ aduerbium Græcis ſonat propè, breui, aut paruo interuallo, & ἴκταρ τῶ ψελλῶ interpretantur τὸ σώλομον, id eſt præciſum, de eo qui prope & quaſi balbus eſt.

*Acerina.*
*Cernua recentiorum.*
*Ictar.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

B ROmæ (inquit Rondeletius) idem nomen ſeruatur. In litore noſtro rarò capitur, diciturque Melet (ad differentiam, vt videtur Apuæ Phalericæ, quam dixit Meletam vocari, ipſe verò etiam mox addit Atherinam ſuis piſcatoribus Melet vocari, quòd eius Aphyarum generis quod Melete dicunt, marem eſſe credant,) Maſſiliæ & in ſtagno quod Martegue vocatur, frequentiſſimè, & Sauclez nominatur. Piſciculus eſt marinus, litoralis: reperitur & in marinis ſtagnis, Aphyis ſimilis, dodrantali magnitudine, parui digiti craſſitudine, dorſo ſpiſſo, vẽtre leuiter depreſſo, ore paruo ſine dentibus, oculis magnis. Colore eſt vario: nam venter argẽteus eſt, dorſum fuſcum, circa caput, ex flauo rubeſcit Sardinarum modo. Locus qui inter oculos eſt, cælatus videtur. Pinnas habet quatuor, duas ad branchias, duas in ventre, aliam à podice, præter has, alias duas in dorſo. Omnes candidæ ſunt. Cauda duabus pinnis conſtat. (contrà oſtendit appoſita icon.) Pro linea in medio corpore à branchijs ad caudam protenſa, ſpiſſum quid habet ſub cute, quod non poſſum aliter quàm faſciam per ſimilitudinem vocare, quæ cùm cocta Atherina editur, euidentiſſima eſt; & cùm lumini obijcitur; quia reliquo corpore pellucida eſt, hac parte opaca. Aphyæ Meletæ vocatæ mas non eſt, vt noſtri piſcatores volunt: nam Aphyæ huius generis ſponte ſine mare & fæmina naſcuntur. Atherinarum verò genus & mare & fæmina conſtat: præterea quamuis vtcunque ſimiles ſint, tamen Atherina ſolidiore & ſpiſſiore eſt corpore, Aphya verò illa molliſſimo depreſſoque. Vero ſimilius fuiſſet, Encraſicholorum marem dixiſſe, quos piſciculos eſſe oſtendimus Anchoies appellatos: ad hos enim propiùs accedunt, qua de cauſa pro Encraſicholis ſæpe venduntur, ſed qui propiùs inſpexerit, facilè diſcernet. Nam Atherinæ ſquamæ ſunt frequentiores & duriores, os minus, caro ſiccior, Encraſicholis mollior. Quare ex Atherinis garum bonum confici non poteſt, quia non poſſint ita diſſolui & contabeſcere, veluti Garus piſcis vel Encraſicholus. Hæc omnia Rondeletius. Bellonij Atherina eſt piſciculus, quem adhuc Græcum vulgus ſic vocat, Romanum Latharinum, quamquam eorum nonnulli (inquit) cum alio piſce confundunt, quem Lauarolum nominant, de quo poſtea dicetur. Veneti Angoellam, Maſſilienſes Sencle, Genuenſes Quennaro appellant. Piſciculus eſt digiti craſſitudinem excedens, neque extenſo digito longior: Argẽtei coloris, tranſlucente corpore, & quod ſoli obiectũ, vt vitrum tranſpareat lineamq; oſtendit interne obſcuram, rectã, à capite ad caudam, à ſanguine qui in ſpina profunditur, prouenientem. Oculis eſt grandibus, lingua candida. Pinnam vtrimque in lateribus, & geminam alteram habet ſub ventre, quæ piſcem in partes æquales ſecat:

*Nomina. Locus.*

Atherima Rond.



*Color.*

*Pinnæ.*

C

*Sexu diſtinguuntur.*

*Similitudo cum Encraſicholo.*

*Cur garum ex eis minus bonum.*

*Atherinæ Bellonij nomina & deſcriptio*

D

Atherina Bellonij.



*Color.*

*Oculi. Pinnæ.*

*Cor.* ſecat: ac præterea tenuem aliam & paruam fert in medio tergore pinnulam. Cæterùm cor gerit vt E
ſemen oxalidis triquetrum & oblongum, pericardio perbellè incluſum: branchias vtrinque quatuor: coſtas item vtrinq; decem omni capillamento tenuiores: vertebras adeo exiles, vt vix ab acie oculi perſpicaciſſima diſcernantur.

# LOCVS. NATVRA. MORES.

[a] *Lib. 1.*

ATherinæ paſcuntur in algoſo litore, vt [a] Oppianus teſtatur, inquiens:
Θῖνα δ' ἀνὰ πρασόωσαν ὑπὸ χλοριαῖς βόλυνσι Βόσκονται Μαινῖδες, ὕδι τράγοι, ἠδ' Ἀθερῖναι.
Et Rondeletij Atherina quoque litoralis eſt, & in ſtagnis marinis etiam capitur vêre, maxi-
*Gregales ſint* ma copia. Ariſtotele teſte gregales ſunt: Theodorus tamen alicubi, vbi idem philoſophus Atheri-
*[b] l. 6. Hiſt. cap. 17.* nam inter rhyades enumerat, ceu ſui oblitus, ſolitarias eas reddidit. [b] Pariunt eodem teſte inter rhyades circa æquinoctium vernum iuxta terram (πρὸς τῇ γῇ) non in terra, vt Rondeletius vertit, atterentes aluum arenæ.

F

# VSVS IN CIBO ET MEDICINA.

*Carnis qualitas.*

ATherina Rondeletij carne eſt ſatis ſicca, media ſcilicet, & optima, ſaporiſque grati, quicquid (inquit) dicat Phauorinus, qui pro vili piſciculo habet, quod ſi cum ſpinis edi poſſet, multò ſuauior foret. Teſtaturque cùm aliquando Auenione eſſet, Atheriniſque frequenter veſceretur, vnum id ad ſuauitatem & ſaporis gratiam illis deeſſe expertum eſſe, quòd ſpinæ inter edendum negocium faceſſant: à quibus ſpinis ariſtis ſimilibus, Atherinas itaque nominatas ſuiſſe ſuſpicatus eſt, nec ob aliam puto cauſam viles eſſe Phauorinus voluit. Bellonius item ſuam Atherinam delicatiſſimum piſciculum eſſe ſcribit, eiuſque apud quoſdam quæſtuoſiſſimam piſcationem fieri ſolere.

*Garum.*

Quomodo ex hiſce conſimilibuſque alijs garum conficiatur, recitaui in Encraſicholo.

*Iuris facultas.*

Ius earum authore Kiranide, ventrem mollit, & renibus prodeſt.

# DE LAVORONO BELLONII. Cap. XXXVII.

G



*Lauaronus. Cabaſſonus. Pretium. Deſcriptio.*

LIum piſciculum (inquit Bellonius) Romanum vulgus agnoſcit, quem Lauaronum vel Lauonum, Maſſilienſes Cabaſſonum, Genuenſes Capaſſonum à capitis magnitudine vocant: magnamque habet cum fluuiatili Lauareto affinitatem. Eiuſdem pretij Romæ Lauoroni eſſe ſolent cum Atherina: illicque cum Sardinis & Alecis (Alecibus) mixtim ferri conſueuerunt. Grandiore ſunt capite, quàm Atherinæ, magis recurto ac compreſſiore ad ventrem corpore, & paulò latiore trāſparent, vt Atherinæ, maximamque habent cum ijs affinitatem. Squamis multis integuntur, quæ detectæ argenteum

*Squamæ. Pinnæ. Dentes inter ſe.*

colorem præ ſe ferre videntur. Duas in tergore gerunt pinnulas, vtrimque ad latera vnam. Dentibus carent, vt Harengus: cor exiguum, oblongum, triquetrum, habēt: hepar pallidum, cui ſtomachus ſubeſt, piſciculis & Caridibus paruis nonnunquam refertus. Inteſtina ad anum tribus reuolutionibus reflectuntur. Fel ob eius exiguitatem conſpicuum non habent: ſpinas quoque ferunt nullas.

*Caro.*

Carnem albiſſimā & leuiſſimam. Calculos duos in capite gerunt, Seſamino minores: ſquamas paulò quàm Atherina latiores & numeroſiores. Proinde cùm berula Romæ frequens edi ſoleat & vulgo Lauarona dicatur, ac circa hanc frequens piſciculus, de quo ſermo eſt, reperiri ſoleat, meritò Lauoronum ab herbæ ſibi peculiaris nomine dixerunt: alioqui nullum occurrit mihi nomen antiquum quo ego hunc piſcem exprimere poſſim. Hactenus Bellonius: qui quidem marinum hunc piſciculum facit, a fluuiatili Lauareto eum diſtinguens, & Genuenſibus ac Maſſilienſibus familiarem eſſe inſinuans, à dulcis aquæ tamen herba etymologiam deducit, & circa eam obuerſari inquit, niſi aliam intelligat, quàm quæ nunc Laueris aut Lauaronæ nomine celebratur ab herbariæ rei profeſſoribus quibus aliàs paſtinaca aquatica nuncupatur cùm ab odore tum à ſapore, quos cum ſatiua communes ferè habet.

H

*Etymum.*

*Lauer ſiue Lauaronæ herba quæ.*

DE

A

# DE SARDA, SIVE SARDINA.
## Cap. XXXVIII.
## SYNOYMA. ETYMVM.

SArdellas nos vulgò dicimus quædam alia piſcitia, quæ niſi ſale quoque aſſeruata ad nos perferuntur. Hæc alijs Italiæ locis Sardinas nominari tradit Rondeletius, cùm nedum adolerint, Sardas verò vbi adulta fuerint. Vtraque vox antiqua eſt: Sardinam enim nominat Columella, apud [a] quem tamen corruptè Sardina legitur. Iam verò Sardinas cum Sardellis eoſdem piſciculos eſſe, nemo eſt qui dubitat: de Sardis quæſtio eſt. Sarda Græcis æquè ac Latinis vſitata nomenclatura eſt, quam nempe reperias apud Athenæum & Galenum, & inter Latinos apud Plinium, ſed pro diuerſis piſcibus. Diphilus enim apud Athenæum agens de ſalſamentis, ἡ Σάρδα (inquit) προσέοικε τῷ κολίᾳ μεγέθει, id eſt

B *Sarda Coliam magnitudine refert.* [b] Plinius verò Sardam vocari ſcribit Pelamydem longam. Fieri tamen poteſt, vt idem hic ab vtroque piſcis intelligatur: magnitudo namque reſpondet, ſaltem illi quē nunc in Græcia Coliam appellari Bellonius teſtatur: apparetque Sardæ nomen genericum eſſe pro quolibet ferè piſce qui ad ſaliendum aptus eſt, id quod haud obſcurè nos docet [c] Galenus his verbis: *Præſtantiſſima omnium quæ mihi experientia cognoſcere licuit, ſalſamentorum ſunt, quæ à veteribus Sardica ſalſamenta nuncupantur, hodiè Sardas vocant, & Mylli ex Ponto.* Paulò autem antè Sardas & Sardenas (σάρδας καὶ σαρδῆνας) nominauerat his quoque verbis: *Piſces tum molliores, tum ſicciores ad ſaliendum idonei non ſunt: Coracini verò & Pelamydes & Mylli, Sardæ & Sardenæ* &c. *ad ſalſuram ſunt appoſiti.* Ex priori verò Galeni ſententia conijcere præterea liceat Sardas & Sardinas, ſiue peculiares piſces ſiue alios ſale aſſeruatos, ita veteribus vocatos fuiſſe quod Sardinia mitterentur in alias regiones: & quamuis in poſterioribus verbis Sardas & Sardenas ſeorſim ceu diuerſos piſces nominet, non tamen ſpecie propterea diſtingui dicendum eſſe arbitror, ſed ſi adulti condirētur iſtiuſmodi piſciculi, Sardas, Sardinas, ſi ætate minores, appellaſſe: Sardas autem maiores Sardinis intelligi non obſcurè etiam colligitur ex Apicio, qui Sardam farciri ſolere docet, quod Sardinæ ob paruitatem non conuenit. Nec propterea me proprio (vt aiunt) gladio iugulare dicendum eſt, vt qui pro Sardis & Sardinis ſiue Sar-

C dellis maiuſculos etiam piſces propono, nam hi ex Oceano ſunt, & Galeno (ni fallor) incogniti. Iam verò cùm idem Galenus Trichides & Trichias nominet nunſquam; è contrario Ariſtoteles Trichias & Trichides, Sardas verò & Sardenas nunquam, viri docti, cùm tam frequentem Europę vrbibus piſcem, & alendæ plebi tantoperè vſitatum philoſopho in inueſtigandis animalium omnium ſpeciebus diligentiſſimo, ſingulorumque naturis perſcrutandis exercitatiſſimo, incognitum fuiſſe non ſit nec rationi, nec veritati conſonum, voces haſce ſynonymas eſſe conijciunt: eiuſq; ſententiæ in primis Theodorum Gazam fuiſſe conſtat, qui Trichias Sardas, Trichides Sardinas reddidit. Quod tamen [d] Ariſtoteles ſcribit, ex Apua Phalerica Membrades, ex Membradibus Trichides, ex his denique Trichias procreari, id ad ſimilitudinem quæ inter ſe maxima eſt, pertinere, nos ſæpe indicauimus. Apparetque Trichias ætate adultas, minores Trichides appellari, ſimiliter ac de Sardis ac Sardinis diximus. Cuius opinionis fuit Dorion in libro de piſcibus, qui Trichida, etiam Trichiam appellat, atque ipſe etiam Athenæus qui Trichiarum exempla ex veteribus proferens eas à Trichidibus non diſtinguit. Videnturque veteres Sardas & Sardinas Τριχίας & τριχίδις appellaſſe παρὰ τῶν τριχῶν, quaſi à capillis, videlicet à paruis illis & capillaribus, quibus abundāt, ſpinulis, à quibus item Θρίσσας dicunt

D quos recentiores Aloſas, ſimiliter ſpinoſiſſimos piſces: vnde etiam Thriſſa, Trichis & Trichias à quibuſdam confunduntur, vt ab Etymologo, Scholiaſte Ariſtophanis & Euſtathio. Cæterùm ſi Trichis & Trichia ſunt Sarda & Sardena vti nos opinamur, videbuntur nobis aduerſari tres clariſſimi ſcriptores, quorum omnino authoritate aliàs ſtandum eſſet, Plinius, Ariſtoteles & Epenetus in libro de piſcibus apud Athenæum. Scribit enim [e] Plinius; *Intrantium Pontum ſolos non remeare Trichias: ſed hos ſolos Iſtrum amnem ſubire; ex eo ſubterraneis eius venis, in Adriaticum mare deſluere, itaque & illuc deſcendentes nec vnquam ſubeuntes videri.* Sic ille, ex [f] Ariſtotele (apud quem tamen non τριχίαι ſed τριχαῖαι legitur, Gaza ſimiliter Sardas tranſtulit.) *Sarda* (inquit hic) *vna cùm adit* (Pontum) *videtur & capitur, ſed exiens viſa nuſquam adhuc eſt. Quod ſi qua apud Byzantium aliquando capiatur, piſcatores ſua retia luſtrant, propter exitus inſolentiam: cuius rei cauſa eſt, quòd ſole ipſi ſubeunt Iſtrum amnem, vnde (fiſſo flumine per abditum terræ meatum: hoc in Græco textu non legitur) deſluunt in Adriaticum ſinum. Argumento eſt quòd ibi contrà euenit quàm à Ponto. Exeuntes enim ſemper capiuntur, ſubeuntes nunquam.* Hæc (inquam) Sardinis noſtris

*Sardella. Sardina. Sarda.*

[a] *L. 8. c. 17.*

*Sarda eadem Sardina.*

*Acquiuocatio vocis Sardę.*

[b] *L. 32. c. 11.*

[c] *Lib. 3. de facultate Aliment. c. penult.*

*Sardica ſalſamenta.*

*Sarda & Sardina vt differant.*

*Trichis. Trichia.*

[d] *L. 6. Hiſt. cap. 15.*

*Trichis & Trichia vnde dicantur.*

*Thriſſa. Aloſa.*

[e] *L. 9. c. 15.*

[f] *L. 8. Hiſt. cap. 13.*

nequaquam conueniunt,quas nempe amnes intrare nunquam aliquis obſeruauit. Sed locus vtriuſq; ſuſpectus eſt viris doctis,creduntq; apud Ariſtotelem legendum eſſe ἀλόσαι, id eſt Aloſæ:hæ enim ex mari flumina ſubeunt & mox ad mare reuertuntur; quod mendum ſimiliter in Plinij codicem facilè irrepere potuit. Epenetus modò etiam nõ aduerſabitur Chalcides aliquibus Sardinos (σαρδίνας) vocari tradens,cùm clarum ſit Chalcides alijs alios piſces eſſe. Ariſtoteli Oppianus verò marinis accenſuit,eiſdemq; vagis qui nunc pelagus,nunc petras, nunc litora ſequuntur, & cum Thriſſa id eſt Aloſa ob ſimilitudinem ſemper ferè nominat: ſed & præter ſimilitudinem multa etiam alia habent communia. Nominis enim ratio eadem eſt, (vtroſque enim Celerinos dicunt) piſces parui ſunt,ariſtoſi,viles,gregatim capiuntur. Athenæus Thriſſam & Trichidem Chalcidibus ſimiles faciẽs, Chalcides vel cum Ariſtotele fluuiatiles, vel cũ Oppiano marinas potuit intelligere: Columella verò dum ait: *Piſcibus in piſcinis præbere oportet tabẽtes Haleculas & ſalibus exeſam Chalcidem, putremq; Sardinam;* Chalcidem lacuſtrem, Sardinam marinam intellexit: nam & lacuſtris etiam ad hunc vſq; diem ſale aſſeruatur,& Sardella lacuſtris appellatur mutato nomine,poſtquam ſalſi ſunt, licet Fracaſtorius diſtinguat,dum canit: *Sardellarumq; caterua, His eſt maior Aquo*. Videtur enim ætate diſtinxiſſe,& Sardellas vocaſſe qui ob paruitatem ſaliuntur, Aquones verò qui adultiores facti per ſe comeduntur. Platina quoque Sardellas ex Benaco admodum laudari ſcribens, Agones aut Aquones intelligit. Haſce itaque ob rationes Epenetus Chalcides Sardinos nominauit, marinos nimirum, ſed quod id quoq; philoſophus dicat,vt Athenæus voluit,qui hoc Ariſtoteli aſcripſit,fallum videtur,nam in omnibus quæ nunc extant,Ariſtoteles nuſquam Sardinos nominat. Contrà Epeneti locum correctè legi nulli dubium eſſe debet,nam & Callimachus vetuſtiſſimus quoque ſcriptor in gentium nomenclaturis,Chalcides teſtatur Sardinas aut Trichias,ſiue vt ipſe habet τριχίδια appellari:quamobrẽ in hoc Varrini loco;τριχάδες αἱ χαλκίδες,legit Geſnerus τριχάδες,aut potius τριχίδες vel τριχίαδες. In uenio &à Dorione χαλκιδίκλειν dici. Fallũtur verò qui Eritimũ Sardinis eundẽ volunt,ex Epeneti hoc loco:χαλκίδας τὰς (legendum ἅς) καλοῦσι καὶ σαρδίνους, ἐρυθρίνους, ἰσραλα, cùm hæc manifeſtiſſima ſit diſtinctio. Bellonius rectè quidem Sardinas Chalcidibus eaſdem putat,ſed adhibenda erat diſtinctio, falliturq; dum fluuiatiles eas Sardinas à Celerinis ſola magnitudine differre,ſpecie verò eaſdam eſſe credit,argumento ſumpto quòd Galli qui ad Oceanum ſiti ſunt,nullum piſcẽ Sardinæ nomine agnoſcant,præter eum qui aliunde ſale aſſeruatus ad eos perfertur,Celerinus verò in Gallia tam ſit popularis quàm in mediterraneo mari ipſa Sardina. Sunt enim Gallorum Celerini ab Allobrogum Celerinis diuerſi,illi marini ſunt,& noſtro & Rondeletij etiam iudicio marinis Membradibus in Apuarum genere,non Chalcidibus ſiue Sardinis ijdem;hi lacuſtres,& Chalcides Ariſtotelis,Sardella, & Aquo Fracaſtorij,Anglorum Sprat,& Hollandorum Sprot,ad quos fumo ſiccatus adferri ſolet, haud alium puto quàm Sardam aut Sardinam; ſicuti & illum quoq; quem Rondeletius ſcribit Agathopoli magna copia capi ſolere,nominarique Calliques vel Laſchez, & Maſſiliæ Harengades, licet ipſe Membradem eſſe velit: Vt enim Calliques ex Chalcis corruptum eſſe videtur, ita etiam Laſchez ex Laccia quo nomine in multis Italiæ locis Aloſa appellatur,cui ſimillima eſt Sardina,& ipſe quoq; eum Aloſę ſimilem eſſe profitetur: Harengades verò etiam dici videtur, quòd & Harengo ſimilis ſit,& ſimiliter ſalita per mediteranea loca venalis efferatur.

*Ariſtoteles & Plinius correcti.*

*Chalcis non vnius piſcis nomen.*

*L.8. Hiſt. cap.20.*

*Sardella lacuſtres.*

*Varrini locus reſtitutus.*

*Eritimus.*

*Celerini nomine duo piſces.*

*Nomina Gallica.*

## FORMA. DESCRIPTIO.

PIſciculus eſt (inquit Rondeletius) Aphyæ Phalericæ omnino ſimilis, niſi paulo maior & ſpiſſior eſſet. A parua Aloſa,ore,branchijs & oculis,pinnarum numero,ſitu,ſquamis,cauda minimè diſcrepãs,ſed in hoc tantùm quòd Aloſa ſit latior. Sardina igitur ſquamas magnas, tenues habet:colore eſt vario,nimirum capite aureo,ventre albo,dorſo cum viridi cæruleo,vtroq; ſplendido, rutilanteq; dum viua è mari extrahitur:vnà enim cum vita viridis euaneſcit, cęruleo manente, eoque hebeſcente & ſplendorem ſuum amittente. Inteſtina habet parua & recta, Aloſarum inteſtinis ſimilia. Altero loco picta, in qua pictor pinnas nullas expreſſit,capite eſt rubicundo,corpore toto ſubuiridi,præter duas quæ in ea conſpicuæ ſunt,lineas, quæ ſunt cæruleæ. Cauda ad caſtaneum in extremo vergit. Sardæ Flandricæ nomine miſſa eſt. Tertia eodem quoque nomine, ſed maioris cognomento communicata pinnas habet nigras, quarum ſitus (dummodo pictor rectè expreſſit) alterius ſpeciei piſcem eſſe indicat. Colore eſt vario;viridi nimirum violaceo,paleari,& ruſſo. Maculæ in lateribus ſunt nigræ:in pectore croceæ. Habes & duas hîc alias ſpecies,dorſo viridi, ventre argenteo. Prior in extremitatibus oſſium quibus branchiæ teguntur,rubet.

*Aloſa quibus ſimilis & diſſimilis Squamę. Color. Partes interna.*

LOCVS.

Sardina fumo indurata, Sprot Hollandis.

Sarda Flandrica minor.

Sarda Flandrica maior.



Sardinæ aliæ virides.



E

F

# LOCVS. CIBVS. NATVRA. CAPIENDI RATIO.

OPpianus, vt diximus, Chalcides ijs marinis accenſet piſcibus, qui hinc inde per mare gregatim vagantur, modò petras, modò pelagus, modò litora petentes: canit enim:

*Chalcides & Thriſſæ paſsim Abramidesq́. ferũtur, Atque caternatim percurrũt æquoris vndas.*
*Et cunis habitant ſcopulis & litora viſunt, Alternantque imas ponti, curruntque per æquor.*
*Hoſpitium mutans ſemper, pontoque vagantur.*

*Eſca quæ piantur.* Idem Oppianus Thriſſas naſſa capi ſcribit, in mari ſuſpenſa, cui incluſa ſit eſca, maza videlicet ex oruis frictis, & myrrha vino odorato excepta, & ſimiliter Chalcides; vt liceat conijcere, carniuoras minimè eſſe, ſed maris recrementis veſci: Adde quòd & Leonides tradit, rei marinæ peritos, Trichides facilè capere folijs betæ: hoc enim olere & mirificè delectari & deprehendi, vt Gillius recitat. G

# VSVS IN CIBIS, ET MEDICINA.

CHalcides, Thriſſæ, Acus & Tragi Hieceſio apud Athenæum piſces ſunt ἀχυρώδεις καὶ ἀλιτρεῖς, καὶ ἄχυλοι, id eſt, ſqualidi, non multùm pingues, nec copioſum ſuccum in alimentum præbentes. Atq; hinc eſt, vt conijcio, quòd vbi adultiores eſſent, à Romanis farcirentur, quam farciendi rationem docet [a] Apicius in hæc verba: *Sardam farſilem ſic facere oportet. Sarda exoſſatur: & teritur pulegium, cuminum, piperis grana, mentæ, nuces, mel. Impletur & conſuitur; inuoluitur in charta, & ſic ſupra vaporem ignis in operculo componitur: conditur ex oleo, carueo, alece.* Edebatur tamen etiam non farſilis, vt ipſe rurſus inſinuat, inquiens: *Sarda ita fit: Coquitur Sarda & exoſſatur, teritur piper cum liguſtico, thymo, origano ruta, caryota, melle: & in vaſculo ouis inciſis ornatur.* Non enim ita exuccæ ſunt Sardinæ, vt per ſe edi non poſſint: nam qui valdè exucci ſunt piſces, ad ſaliendum ſunt inepti, vt ex Galeno diximus, qui Sardas & Sardenas ad ſaliendum perquã idoneas eſſe tradidit. Omnium autem ſalſamentorum cibus prodeſt, teſte Plinio, à ſerpente percuſſis, priuatim contra preſteris morſum Sarda. Marcellus [b] Empyricus ad ſtrumam & ea quæ intra os dolent, puluerem conficit, eique inter alia Sardarum ſalſarum capita trita adijcit. Et rurſus: Sardas vel ſalſamentum ſine oſſe exuſtum & confrictum ſi apponatur naricibus, ſtatim prodeſſe teſtatur. Et [c] rurſus alibi cuidam medicamento ad niuium gingiuarum tumorem fœtoremque & carcinomata, caput Sardæ combuſtum admiſcet. Braſauolus Ligulas (quas perperam & Sardellas & Anchioas vocari ait) ac cæteros ſalſos piſces in prima menſa ſumptos, aluum tradit ſubducere: ſeque nonnunquam Sardellæ ſiue Ligulæ capite, balani loco, cùm alia deficerent, vſum fuiſſe in puero, qui inde egregiè excreuerit. H

*Cur farcirẽtur.*

[a] *L. 9 c. 10.*

*Sarda farſilis.*

*Sarda nõ farſilis.*

*Piſces qui ſalituræ inepti.*

*Ad preſteris morſum.*

[b] *Cap. 15.*

[c] *Cap. 11.*

*Ad gingiuarum tumorẽ.*

*Ligula piſcis.*

DE MÆLA

A

# DE MÆLA. Cap. XXXIX.

## SYNONYMA. ETYMVM.

MÆna in latinorum ſcriptis nuncupatus piſcis Græcis *Μαινὶς* appellatur. Theodorus Gaza tamen apud Ariſtotelem Alecem reddidit & *τὰ μαινίδια* Aleculas. Quam verſionem improbat Rondeletius, quoniam Alec potius vel generis nomen videatur ad omnes viles piſciculos qui muria condiuntur, vel ipſa piſcium fæx. Priorem ſignificationem probat authoritate Columellæ, qui tabentes Aleculas incrementi minuti piſces iubet præberi ijs qui in viuarijs ſeruãtur, piſcibus: alteram ex Horatio:

*Alec et Aleculа Gazæ.*

*Alec quid.*

*—— Facem primus & Alec Primus & inueni piper album.*

Item ex Plinio, qui Alex muriæ vitium eſſe oſtendit his verbis: *Laudatur & Clazomene garum, Pompeyá & Leptis: ſicut muria Antipolis ac Thuria: iam verò & Dalmatia. Vitium huius eſt Alex, imperfecta nec colata fex.* Rondeletio in priori ſignificatu fauet Hermolaus, qui pariter Aleculæ vocabulum genericum exiſtimauit, idemque apud nos eſſe, quod apud Græcos Anthracides, hoc eſt, vt alibi exponit, prunarij & carbonarij piſces, hoc eſt quicunque in pruna & craticula commodè coqui poſſunt, cuiuſmodi ait eſſe Smarides & Mænas: item Chalcides, & Sardas & Trichides &c. qui omnes muria condebantur: eiuſdemque ſortis arbitrabatur Hepſetos à coquendo ſcilicet nominatos: hiſque generibus denique proximas eſſe Thriſſas. Quod modò ad Columellæ authoritatem attinet: is Aleculæ nomine mihi peculiarem piſciculum intelligere videtur, quod ex ipſius verbis facilè intelligi poteſt. *Datur* (inquit) *Cammarus & rivalis Halecula, vel ſi quæ ſunt incrementi parui fluuiorum animalia:* Et [a] rurſus: *Præberi conuenit tabentes Haleculas: nam id genus piſces qui ſunt incrementi minuti, maiores alunt.* Horatij verò etiam locum citans Nonius, Alecem piſcem ſignificare dicit. Fuiſſe autem hoc nomine piſcem peculiarem haud obſcurè colligitur ex Plinio, qui cùm garum ex eiuſdem nominis piſce, deinde ex alijs diuerſis factitatum dixiſſet, ſubdit: *ſic Alex peruenit ad oſtreas, echinos, vrticas, cammaros, nullorum iecinora:* quaſi dicat, ita & Alex quod fit peculiariter ex Alece peruenit ad oſtreas &c. quare etiam addit: *innumeriſque generibus ad ſaporem gulæ cupit ſal tabeſcere.* Cato inquiens: *vbi olea comeſta erunt, Alecem & acetum dato,* [b] & Plautus: *Qui mihi olera cruda ponunt, Alec dannunt.* item [b] Martialis:

*Alec quid Horatio.*

*Garum ex Garo piſce, Alec ex Alece.*

[a] *In Aulul.*

[b] *L. 3. Epig.*

C *Capparin & putri cepas Alece natantes Et pulpam dubio de petaſone voras.*

De liquore loquuntur, vilemque fuiſſe oſtendunt, & ex vili fiebat piſciculo, quod idem innuit [d] Martialis, de piſciculo loquens.

[d] *Lib. 11.*

*Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra, Alecem, ſed quam protinus illa vorat.*

Quemadmodum itaque ignorare planè me profiteor, marinum: an dulcium aquarum piſcis fuerit, qui Garum vocatur, ita contrà ſatis manifeſtè ex Columellæ verbis præcitatis Alecem ſiue Aleculam conſtat, fluuiatilem vel ſaltem dulcium aquarum piſcem fuiſſe. Quare vt neutiquam Gazæ interpretationem probo, ita etiam Hermolao ſubſcribere nec poſſum, nec debeo, omnes prunarios aut carbonarios piſces, Aleculas interpretanti, multoq; minus illis qui Harengum vulgò vocatum, Halecem eſſe volunt, Piſcis nimirum hic eſt omnino marinus, qui inde ſibi Alecis nomenclaturam aſciuit, quòd numeroſiſſimè muria condiri ſoleat, vt ad alias regiones mediterraneas commodè etiam exportari poſſit. Apparet autem Gazam Alecem reddidiſſe quod generis nomen eſſe crederet, ſicut Mænidis nomen eſt apud Græcos: quorum exemplo omnes conſimiles piſciculos latinè non incongruè

*Garum qui piſcis fuerit, ignorat author.*

*Harengus nõ eſt Alex.*

*Mænis nomen generis*

D Mænas nuncupabimus. Mæna verò ſiue Mænis, qua de nunc agimus priuatim, Romæ, in Liguria, Venetiſque ſimiliter Menola dicitur, Maſſilienſibus Mendola, vel (vt Gillius habet) Medola, alicubi in Gallia Cagarel, quod aluum cieat; in Narbonenſi Gallia Iuſcle.

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

MÆnam (inquit Gillius) non modò ſpecici, ſed etiam generis nomen eſſe conijcio; quòd varium & multiplex eſt earum genus. Aliæ in vtroque latere nigram maculam orbiculatam habent, quas ij, qui Adriaticum ſinum accolunt, vulgò Mænas ſclauas appellant: aliæ leucomænides, hoc eſt, albæ Mænæ à Græcis ſiue Smarides nuncupatæ: itemque ſunt Mænæ Boopes appellatæ. Bellonius duas obſeruauit differentias in colore: alias enim luteo, alias lituris cyaneis aut azureis conſperſas eſſe ait. Speuſippus Mænidi ſimiles facit Boacem & Smaridem: idem tradit Ronde-

*Mænarum differentia.*

*Mæna ſclauа.*

*Leucomænis Mæna boops.*

Google

Rondeletius, nec non Bellonius, niſi (inquit hic) paulò latiores & breuiores cernerentur,& ſquamis Smaride tenuioribus contegerentur,breuioriq; eſſent capite, rariſſimè ſiquidem palmum excedere (Antiphanes quoq; Mænas exiguos piſces eſſe dixit,& Martialis breues.) lineam in lateribus rectam habere,quæ in Smaride arcuata eſt:pinnas tergoris,laterum, & caudæ diaphanas eſſe, & maculatas. Os ſi clauſum contineat, minimum quidem apparere:ſed dum hiat, rictum magnum oſtendere; labrumq; ſuperius tubi in modum,vt in Harengo infractum eſſe:oculos habere rotundos, iridem ſubrubram: maxillæ aſperitatem quandam dentium vicem præferre: ſi deſquametur albiſſimum argenteamq; ſpectari:ſed tergus liuore quodam ſub oculis in purpureum gemmante depingi. Addit Rondeletius vtrimq; magnam & rotundam maculam habere in medio corpore,quam etiam in icone expreſſit,Bellonius omiſit,& in deſcriptione non meminit,niſi eam intellexerit,dum inquit,vtrimque liturís notari,quod tamen non affero,quandoquidem icon mea cum Belloniana ſatis conuenit, & eiuſdem coloris lituras habet, item circum oculos. Pinnæ omnes etiam verſicolores. Venter candicat. E

Mæna Rondelet. F



Mæna authoris, & Bellonij fortè. G



H

*Color mutat. Mas vt à fœmina differt.*

Cauda fuſca eſt. Idem Rondeletius hyeme candidam eſſe ſcribit,vêre & æſtate variam: maculis cæruleis toto corpore & potiſſimùm in capite & dorſo ſparſis:item lapides habere in capite: maremq; in eo fœminæ diſſimilem,quòd latior ſit & porrectior,fœmina rotundior: cum fœtura fœmina impleri incipit,maris colorem in varietatem quandam & nigrorem mutari. Ariſtoteles verò hanc mutationem tempori adſcribit,& de Mæna ſimpliciter id tradit,nec fœminæ nec maris facta mẽtione. *Mæna & Smaris* (inquit) *mutantur; vt ex albedine rurſus æſtate ad nigredinem redeant, idque maximè ſuis pinnis & branchijs declarant* Ita & Plinius: *Mutant colorem candidæ hyeme Mænæ, & fiunt æſtate nigriores.* Quem locum Maſſarius explicans: dixit (inquit) æſtate nigriores: quia ſuſcipiunt colores cæruleos, qui

Digitized by Google

A qui quod ad albedinem ſunt obſcuriores & nigriores. Et rurſus: Mæna piſciculus eſt digitalis longi-
„ tudinis, hyeme candida, æſtate varia, picturis cæruleis obliquis. Quomodo autem colores mutent,
„ in Merula ac Phycide (ni fallor) explicatum eſt. Teſtatur denique Rondeletius, cùm aliquando Roma Venetias veniſſet, Mænas ſe tanta colorum varietate conſpexiſſe, vt vix primo aſpectu agnoſceret, quòd ſuo in litore minus pictæ ſint. Quod ad partes internas attinet: Mænæ hepar (vt Bellonius obſeruauit) fungoſum ex lacteo palleſcit: ſub cuius lobo dextro fel luteum oblongo vaſculo includitur: Splen niger, ſtomachus oblongus. *Partes internæ.*

## LOCVS. NATVRA. MORES.

OVidio Mænæ inter piſces, qui in herboſa arena victitant, enumerantur: Oppiano qui inter herbas in litore algoſo paſcuntur. A carne tamen non omnino abſtinere mox apparebit. *Cibus.* Gregales ſunt, vt Ariſtoteles annotauit, eodemque referente omnium piſcium fœcundiſſima eſſe videtur, quod & Ouidius innuit, inquiens: *Fœcundumq́ genus Mœna, Lamyruſque Smariſque*, *Fœcunditas.*
B Parit bruma, vt idem Ariſtoteles ait, itemque Rondeletius; Bellonius tamen poſt brumam parere tradit. De Apua Mænarum fœtura ſuo loco dictum eſt. Eodem Bellonio teſtante, in Oceano rarò capitur: in mari verò ſupero inferóq; frequentes eſſe nomenclaturæ apud vtriuſque maris accolas indicant. Numeroſiſſimè verò in Mænaria inſula, quæ ab horum piſcium frequentia nomen obtinuit.

## SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

VEſpæ Mænas occulto quodam amore proſequi videntur. Apiarij enim veſpas (quod apibus ſint infeſtæ) hoc capiunt modo, vt inquit Aelianus: Ante earum nidos naſſam, in quam prius paruulam Mænam aut Membradem cum Chalcide imponunt, appendunt. E contrario Xiphiam, id eſt Gladium piſcem exedunt, quod quoque naturali, ac inſito, vt apparet, odio quia ſolæ faciunt. Xiphias Balænam conſpicatus vſque adeo metu conſternatur, vt gladium ſuum in terram aut ſaxum aut obuium alium quemcunque vadi locum impingat, & ita capite infixo ſe contineat. Balenæ verò truncum aut aliud quippiam eſſe putans, negligens præternatat. Solæ autem Mænides eum conficiunt, eò quòd pellem tenuiſſimum habeat, nam cùm viderint eum, adproperant &
C exedunt, vt Oppianus teſtatur, & ex eo luſiùs paraphraſtes. *Veſpæ Mænas amant. Gladium oderunt.*

## VSVS IN CIBIS.

SMarides & Mænæ (inquit Manardus) piſciculi ſunt plebei ac viles, adeo vt non numero & pondere, vt ferè reliqui: ſed aceruatim, inuitato etiam emptore, Venetijs vendantur. Vilitatis huius duplicem cauſam fuiſſe video, paruitatem nimirum piſcis, & eiuſdem fœtorem, qui tamen mari proprius, neque id quouis tempore, ſed cùm fœtu fœmina impleri incipit, quo tempore teſte Ariſtotele τράγος, id eſt, Hircus vocatur, & deterrima in cibo efficitur: Ad priorem cauſam reſpexit Manardus: poſteriorem eleganter tetigit [a] Martialis hiſce haud ſatis intellectis verſibus: *Viles ſunt.* *Mœna tunc quando fœteat.* [a] *L. 12. Epig.*

*Fuiſſe Gerres & inutiles Mœnas* *Odor impudicus vrcei fatebatur.*

*Martialis locus conſideratus.*

Rondeletius ob allatam ex Ariſtotele rationem pro vrcei legit Hirci: ſed vrcei legendum eſſe, vt in omnibus exemplaribus legitur, & carminis ratio, & ſenſus ipſe requirunt. Non enim poëta de quiD buslibet Mænis loquitur, vt vulgò creditur, ſed de illis tantùm, quarum malignitatem fœtidus odor inter alias prodit: nam alioqui laudati, imo laudatiſſimi fuere olim piſciculi, maximè ſi ex Lipara eſſent, vt Athenæus & Clemens Alexandrinus annotarunt, vel [a] Cariſtiæ, vt Antiphanes, qui Mullos & Mœnas Helenæ fuiſſe cibos tradidit, quòd anthropophagi non ſint, cùm piſces magni deuorent homines: itaque hos damnat in cibo, illos commendat. Quem Antiphanis locum explicans Geſnerus, magnos piſces hominum deuoratores, interpretatur, qui ganeonum opes conſumunt. Euſtathium ſecutus qui ſic ſcribit: Piſces pretioſos & magnos aliqui anthropophagos nominabant, propter impenſas quibus luxconum & prodigorum opes abſumuntur: ſed iſtiuſmodi explicatio hic locum non habet, quia Mullus ex ijs erat qui multos perdidere; & ipſe Geſnerus oſtendens contra Aelianum & Oppianum Mullum à cadaueribus abſtinere, eundem Antiphanis locum pro teſtimonio adducit: Iam verò fuiſſe cõmendatas in cibo Mænas, ſicuti fuiſſe diximus Mullos, oſtendit his verbis M. [b] Tullius: *Qui enim voluptates ipſas contemnunt, ii licet dicere, ſe Acipenſerem Mœna non anteponere:* item idem Antiphanes aliàs rurſus inter lautiſſimos cibos Manidem nominãs. Succi bonitate Gobijs præſtare Hiceſius teſte *Vbi meliores. In pedagogo.* *Piſces hominum deuoratores qui.* [b] *Lib. de finib. bon. & mal.* *Carnis qualitas.*

Athenæo,

Athenæo, author eſt, minus tamen ſuaues eſſe, aluumq; minus promouere: & haud bene Rõdeletius Hiceſium falli credit argumento, quòd Gobij friabili ſint carne, & ſaxatilibus non multo inferiores: nam de illis loqui puto Hiceſium, quæ in litore petroſo aut arenoſo, & ſuo tempore captæ ſint: tales enim & carnis & ſucci bonitate laudabiles eſſe & ratio ipſa dictat, & Rondeletius ipſe media carne eſſe concedit, boniq; ſucci. Magis autem probat, vt in ſartagine frigantur quam elixentur. Fiebat olim ex Mæna quoq; ſimiliter ac ex alijs alecularijs piſcibus liquamen aut gari ſpecies, quod Plinius meminit his verbis: *Sal etiam è muria ſalſamentorum recoquitur, iterumq; conſumpto liquore ad naturam ſuam redit, volgò è Mænis iucundiſſimus*: & ante Plinium [c] Perſius, inquiens:

*Diſce, neq; inuideas quod multa fidelia putet In loculete penu defenſis pinguibus vmbris*
*Mænaq; quod prima nondum defecerit orca.*

Vbi poëta Mænam vſurpat pro ipſo liquore. Fiebat aut hoc modo, vt Tarentinus ait: Viſcera piſcium in vas aliquod injciuntur, vbi condiuntur ſale, ac ſimiliter tenues piſciculi, potiſſimùm Atherinæ, Mulliue exigui aut Mænæ aut Lycoſtomi &c.

*Apparatus*

*Liquamen ex Mænis.*

[c] *Satyr. 5.*

*Liquamen vt fiat.*

E

# VSVS IN MEDICINA.

F

Liquoris muriæ, de qua proximè dictum eſt, tum ipſorummet piſcium, maximè capitis vſus, frequens apud medicos vſus eſt, vt apud [a] Galenum, qui ex eo quòd capitibus Mænidum inueteratarum vſus ad ſedis fiſſuras veteretur quidam, & is ipſe ad columellam diu inueteratã, induratáq;s vim illarum videri propterea defricatoriam, ſed non admodum acrem tradit. Ad vuam diu incentem ſupprimens medicamentum ex Marcello Empyrico: *Galle, floris eris, ana denarios duos, Mænarum ſine ouis ad eſt piſcium ſalſorum, capita decem: hæc comburuntur, & ita cæteris bene tritis trita adhibentur: ſed poſtea nihilominus in vnum diutius teruntur. Oportet autem tangi digito humido medicamentum; & ſic vuam ab vno rectam ſupprimi ſurſum verſus*: Eodem authore cinis de capitibus Mænarum ſalſarum vſtarum ex melle illitus faucibus anginam cohibet. Plinius autem proſerpinacam cum Muria ex Mænis & oleo tritam vel ſub lingua habitam anginæ mederi ſcribit: item vlcera quæ ſerpunt, & quæ ex ijs excreſcunt, Mænarum vel Siluri cinere coerceri: & licet Smaridis inueteratæ vſto capiti id tribuat Dioſcorides, eadem tamen facultas Mænis quoq; ineſſe videtur: nam & [b] Galenus cum muriam (ἅλμην, id eſt, ſalſuginem) ſalſorum piſcium putridis conuenire dixiſſet, addit ſeſe ad putrida oris vlcera aliquando vſum fuiſſe: & idem quoq; Plinius eandem ferè facultatem Mænis & Smaridibus ſimul aſcribit: Cinis ex capite Mænarum verendorum puſtulas diſcutit: item carnes decoctæ & impoſitæ: proſunt & Smarides illitæ. Idem cinis calloſas ſedis rimas abolet teſte Dioſcoride, & Plinio ad rhagadas & condilomata vtilis eſt: & Mænarum muria & capitum cinis cum melle ſanat ſtrumas: Capitis Mænarum cinis (inquit alias) cum allio tritus verrucas tollit: ad thymia crudis vtuntur. Alicubi deniq; Percarum vel Mænarum capitis cinerem, admixto ſale, & cunila, oleoq; vuluæ mederi teſtatur, & ſuffitione quoq; ſecundas extrahere. Nicolaus Myrepſus cariei medicamentum expertum ait eſſe, Mænarum capitum cinerem cum melle exceptum & impoſitum. Muria ſalſorum piſcium, præcipuè tamen Silurorum Mænularumq; quidam medici (inquit Galenus præcitato loco) vtuntur ad dyſenteriam, & coxendicum dolores: ſic apud illum Andromachus alicubi in curatione dyſenteriæ clyſterem præſcribit huiuſmodi: Sandarachæ drachmas ſeptem, calcis viuæ recentis drachmas decem, chartæ vſtæ drachmas ſeptem (alij drachmas triginta) malicorij, gallarum, acaciæ ſingulorum drachmas quinq;. Mænarum aceto conditarum ad dies vigintiunum atq; vſtarum drachmas tres, auripigmenti drachmas ſedecim. Vruntur Mænæ in olla cruda, & aliqui arido medicamento vtuntur, aliqui in paſtillos com myrti baccarum decocto cogunt. Si verò non mouetur pharmacum retentum ante eius vſum, polygoni ſuccum aut muriam infundito. E contrario eaſdem Mænas ſalſas, ſi cum felle tauri vmbilico illinantur, aluum ſoluere Plinius tradit: item ius earum aſſumptũ: quamobrem fortaſſis à Prouincialibus (inquit Rondeletius) Cagarel Mæna à cacando dicta eſt.

*[a] Lib. 11. ſimpl. Tempera vtentum.*

*Ad vuam inuentem.*

*Cineris capitis vis.*

*Ad anginã.*

*Ad vlcera ſerpentia:*

*[b] Lib. 11. ſimpl.*

*Ad vlcera oris.*

*Ad puſtulas verẽdorum*

*Ad ſtrumas.*

*Ad verrucas.*

*Ad cariem*

*Ad dyſenteriam.*

G

H

*Ad aluum mouendam*

# VSVS IN SACRIS.

ANtiphanes Mænas & Mullos Hecatæ cibos vocat his verſibus:

Α. Τὺς γὰρ μεγάλους τύτους ἁπαντας νενόμικα Ἀνθρωποφάγους ἰχθῦς. Β. τί φῄς; ὦ φίλτατε
Ἀνθρωποφάγους, πῶς οἶσθ' ἄνθρωπος φάγοι. Δηλονδὶ ταῦτα ἐστιν Ἑκάτης βρώματα,
Ἃ φησιν οὗτος μαινίδας καὶ τριγλίδας. id eſt

*A. Hos ſanè magnos piſces omnes exiſtimani Hominum deuoratores. B. Quid ais amiciſſime? Hominum deuoratores? quid ita? an quia homo comedit? Ea quidem certè ſunt Hecates cibaria, Quæ iſte narrat, Mænides & Triglides.*

Rationem

A Rationem cur Hecatæ ſacræ ſint, reddit ibidem Athenæus, διὰ τὴν βραχύτητα, hoc eſt, propter breuitatem, quòd ſcilicet, vt inſinuat poëta, homines non inſectentur, ſicuti faciunt magni piſces. Melanthius verò in libro de myſterijs Eleuſinijs ſcripſit recitante eodem Athenæo, Hecatæ hos piſces ſacrificari, quoniã dea hæc etiam marina eſt, vt in Mullo quoq; meminimus. Probabilior tamen ratio eſt Euſtathij & Varrini, Hecatæ ſiue Dianæ, id eſt Lunæ quæ μήνη quandoq; etiam Græcis vocatur, Mænam rem ſacram fieri arbitrantium, eò quod hæc dea quibuſdam videatur inſaniæ cauſa eſſe illis qui vulgò lunatici dicuntur, allusione Mænidis piſcis facta ad verbum μαίνεσθαι, quod eſt inſanire: vt ſcilicet Mænis piſcis ſacer ſit maniam aliquando concitanti deæ: quare etiam ſi quis hominem, quem parum mente conſtare, tacitè innuere volet, Hecatæ Mænam vouere aut ſacrificare offerit, argutiùs id fecerit (inquit Geſnerus) quàm ſi vel helleborum bibere, vel Anticyras nauigare conſulerit.

*Cur Hecatæ ſacræ.*

*Lunæ inſaniæ cauſa.*

*Hecatæ mænam vouere quid.*

# DE SMARIDE. Cap. XL.

## SYNONYMA. ETYMVM.

B Marides ex Mænarum genere eſſe ex præcedenti capite notum eſt: quarè & λευκὸ μαινὶς, id eſt, Alba Mæna Græcis vocata eſt. Speuſippus vt placet Athenæo ſic Boces vocat, nam tanquam iſti hoc ſignificatu mox hos Polyochi verſus citat: Ὅπως σε πείσαι μηδεὶς πρὸς τῶν θεῶν Τὰς Βόακας ἂν ποτ' ἐλθὴ λευκομανίδας Καλεῖν id eſt: *Hoc tibi per deos aliquis ne perſuadeat, Eò cùm veneris, Leucomanidas, vt appelles Boacas,* Cæterùm Polyochus contrarium potius docet. Videntur enim alicui dici iſta: cui pro Bocibus, piſcibus ſatis magnis, minuti piſciculi Leucomænides exhibebantur. Smaris autem Leucomænis dicta eſt, quia ſemper alba eſt, cùm Mæna colorem immutet. Apparet autem iſſiuſmodi piſciculos Græcis prius Marides, non Smarides appellatos fuiſſe. Scribit enim idem Athenæus etiam Marides nominari, & multa apud Græcos à μ inchoata, aliquando cum σ. præpoſito reperiuntur, vt pro μύῤῥα σμύῤῥα, pro μίκρον σμίκρον, pro μύραινα σμύραινα, quare vbi apud Epenetum in libro de piſcibus legitur, Σμυρίδα quam aliqui vocant κυνὸς ἰνία, legit Geſnerus Σμαρίδα, quoniam eodem libro de Mænidibus ſcribens Athenæus Epeneti ex Obſartico hæc verba recitat: Σμαρίδα δὲ ἔνιοι καλοῦσι κυνὸς ἰνία. Aduertit hoc quoq; Maſſarius, ſed eius codex perperam habet Cynoſeuma. Smaridem autem eum piſciculum docti eſſe volunt quem Antipolitani hodie Garum vocant, Veneti Girrulã ſeu Gerrulam, Maſſilienſes Giaret, in Gallia Narbonenſi, & Hiſpania Picarel, quòd ſalitus & fumo exiccatus linguam acrimonia quadam pungat, Neapolitani Cerrem, Romani Spigarum ad differentiam Spigolæ, id eſt Labracis ſiue Lupi (licet ſint qui Rofonetum (inquit Bellonius) dicere malint, affinitate decepti, quia hoc nomen ad Boopem pertinet,) Hic enim in hoc piſcium genere candidior eſt: vnde ab hac piſcis qualitate homines, vbi præ metu aliquo exangues pallidiq; & quaſi albi fiunt, ſmaritos quaſi obliuioſos aut ſui oblitos, vulgò nominare ſolemus. Hunc tamen, cui iſthæc nomenclaturæ conueniunt, Smaridem eſſe Hermolaus negat, Plinij motus authoritate qui diſertiſſimè Gerres à Smaridibus diſtinxit. Sed Hermolao reſponderi poteſt, [a] Plinium hoc imprudenter feciſſe, & ſeparatim meminiſſe quòd diuerſorum piſcium nomina eſſe crederet, quod non ſemel ipſum feciſſe illis notum eſt qui in eius lectione verſati ſunt. Certè tot regionum nomina conſimilia Smarides & Gerres eoſdem piſces eſſe ſatis indicant: addè quod hodieq; Siculi Smarides appellent. Bellon. item Græcos Anconæ ſe conueniſſe ſcribit, qui hoſce piſciculos ementes vulgò Maridas vocarent; & paucis mox interpoſitis, ait ſeſe intellexiſſe Græcos vulgò Smaridas dicere quos Veneti Girolos. Theodorus Cerrum reddens, Neapolitanorum nomenclaturam ſecutus fuiſſe videri poteſt, niſi dicamus D Gerrem reddidiſſe, & nunc librariorum culpa Cerrum apud Ariſtotelem legi. Cerrus alioqui arbor eſt ex quercus ſpeciebus, Græcis ægilops vocata. Rondeletius tum earundem nomenclaturarũ affinitate, tum quòd ex eo garum fiat, quod optimum ex Garo piſce. [b] Plinius teſtatur fieri, Garum veterũ eſſe ſuſpicatur. Ego qui Garum & Smaridem apud Græcos ſynonyma faciant, vidi neminem, neq; ipſe etiam authorem, puto habet: Garum tamen Smaridi congenerem eſſe non dubito.

*Mæna alba Box alba Mæna dicitur.*

*Maris.*

*Athenæus correctus.*

*Smaris quã ſit piſcis.*

[a] *Lib. 32. c vlt.*

*Cerrus.*

*Garum piſcis qui.*

[b] *L. 31. c. 7.*

## GENVS. DIFFERENTIÆ. DESCRIPTIO.

SMaris, Mæna, & Boops ſimillimi quidem ſunt piſciculi, notis tamen quibuſdam inuicem diſtinguuntur. Boops lituris caret; quibus prædita Smaris eſt. Boopi roſtrum quaſi reciſum, Smaridi longiuſculum. Boops item quàm Smaris rotundiori eſt corpore, quamobrem Rotundetus Romæ nominatur. Differt verò à Mæna etiam quod & aſperiores & paulò latiores ſquamas habeat.

*Smaris vt à Boope differat.*

*Vt à Mæna differat.*

Lineæ

Lineæ laterum vtriq; rectę, ſed in Smaride quadam ſerie, in Mæna nullo planè ordine diſpoſitæ: ſuntque arg enteæ & ſubaureæ obſcuræ à capite ad caudam ductæ. Eſtq; Mænâ minor, digitum nimirum vix ſuperans, corpore item ſtrictiore. Eſt deniq; peculiaris ei nota qua & à Mæna & à Boope diſcernitur. Cùm enim os aperit, labia exerit tanquam ex tubo pyxidatim infarcto. Pinnis alioqui, aculeis, cauda, partibuſq; internis Mænæ ſimilis eſt: eodemq; modo colorem teſte Bellonio mutat. Altero loco exhibitus piſcis Smaris Bellonij videtur. Capite eſt ferè violaceo, prono nempe, nam ſupino albicat. Eodem colore totum corpus, ſed multò dilutiore tinctum eſt. Lineæ quinq; inſignes flaueſcentes à capite ad caudam perferuntur. Pinnæ etiam flaueſcunt. Exiguam habet & vix conſpicuam lituram. Tertius Smaridis peregrinæ nomine miſſus, tergore eſt cæruleo, cætera ſubuiridi, nigris & argenteis punctis conſperſus. Prono capite ad violaceum vergit, ſupino verò candicat. Pinnæ omnes ferè crocei coloris ſunt: punctis conſperſæ nigricantibus.

*Noſa peculiaris.*

E

F

Smaris Rondelet.



Smaris alia, Bellonij fortè.



G

Smaris altera peregrina.



N

LOCVS.

A

## LOCVS. NATVRA. MORES.

## CAPIENDI RATIO.

EOdem fermè quo Mænæ loco degunt, inter herbas nimirum in algoſo litore, vt & ſimili quoq; cibo veſci ſit veriſimillimum. Celebratur earundem etiam ab Ouidio fecunditas, inquit enim:

*Fœcundumq; genus Mœnæ, Lamyrusq; Smarisq;.*

Eſca ad eas capiendas ex Tarentino: *Cum pane, caprillo caſeo, & puriſſimo polline ſimul allia cõtundens, paſtaſque formans, eas inſpergito*, ſcilicet vbi Smarides degunt.

## VSVS IN CIBIS.

B BOces, Apuæ & Smarides ſimul nominantur apud Athenæum ex Epicharmo in nuptijs Hebe. Heſychius optimos piſciculos eſſe ſcribit, vt eodem ſucco, eademque carnis qualitate præditas eſſe credendum ſit cum Mænis. Parantur vt illæ, & vt ſquamoſi plerique alij. Sale conditas ærì exponi à piſcatoribus ſcribit Rondeletius, vel in camino etiam ſuſpendi & exiccari: eſſeque qui veterum more in muria tabeſcere ſinant, vt garum faciant: & vidiſſe ſe ex eis optimum ac ſuauiſſimum apud Gulielmum Pelicerium Epiſcopum Monſpelienſem, virum laude digniſſimum.

*Carnis qualitas.*

*Apparatus.*

## VSVS IN MEDICINA.

EAdem quæ Mæna in medicina quoque præſtant: quam ob rem Galenus mox poſt Mænam de Smaride nihil prodidit. Aegineta Mænis Smarides ſubiungens: *Smaridis* (inquit) *caput roſtum ad pilorum deſtuuia cum adipe vrſino confert*. Dioſcoridi excreſcentes vlcerum oras idem cinis reprimit, thymoſque & clauos abſumit. Idem addit carnem huius piſciculi, non ſecus atque ſalſamentum prodeſſe à Scorpio percuſſis & à Cane demorſis. Plinius Smaridi ea quæ Mænæ Dioſcorides tribuit: & alicubi cum piſana ſumptas, vel cum fœniculo decoctas, mulieribus lactis copiam facere ſcribit: & alibi tritas illitas, verrucas tollere, & verendorum poſtulas diſcutere, quas facultates Mænæ etiam attribuit.

*Capitis vis.*

*Carnis vis.*

G

## DE BOOPE SIVE BOCE. Cap. XLI.

## SYNONYMA. ETYMVM.

TErtia Mænidis ſpecies, Ariſtoteli in libro qui inſcribitur de animalibus, vel de piſcinus citante Athenæo, Βόαξ appellatur, Numenio Βόηξ, (qua appellatione Oppianus etiam vtitur,) Speuſippo & alijs Atticis Βόαξ. Athenæus ita vocari putat παρὰ τὴν βοὴν id eſt à voce, ideoque Mercurio ſacrum piſcem haberi, citatque Pherecratẽ in Myrmecanthropis: εἰ τῶν ἄλλων φωνὴν οὐκ ἔχων ἰχθῦν φασὶ τὸ παράπαν, ἐνταῦθα, νὴ τὸν θεὸν οὐκ ἔστιν ἄλλος ἰχθὺς οὐδεὶς ἢ βόαξ. A. *Alium omnino piſcem vocem habere negant.* B. *Nullus per deos alius piſcis vocalis eſt quàm Boax*. Verùm Ariſtophanes Byzantius (inquit idem Athenæus) malè nos piſcem hunc βῶπα nominare contendit, ex eo quòd paruus corpore μεγάλους ὄπας, id eſt magnos oculos habeat, dici ſic putans quòd βοὸς ὀφθαλμοὺς ἔχει, quòd bubulis oculis, id eſt, amplis ſit præditus, ideoq; βόωπα dicendũ. At reſpondendũ, (inquit) id malè ſi nos appellamus cur Coracinũ & non Corocinũ dicimus, cùm nomen inditũ ſit ἀπὸ τῆς κόρας κινεῖν, quòd pupillas frequenter moueat? Cur itidẽ σίλουρον & nõ σίλουρον pronũtiamus, cùm nomen inditũ ſit ἀπὸ τῆς σείειν τὴν οὐράν. id eſt, quia caudam aſſiduè quatiat? Hæc Athenæus. Tetigit eandem etymologiã Archippus, apud eundem ex congruentia nominum, piſcibus officia diſtribuẽs: Κῆρυξ μὲν ἦν βόαξ, σάλπιγξ δὲ σάλπιγξ ἐστ' ὀβολὸς μισθὸν φέρων. id eſt, *Praco Boax fuit, Salpes verò tuba cecinit, Obolorum ſeptem mercede conductus.* Feſtus item Pompeius *Bocas* (inquit) *genus piſcis à boando*, id eſt, *vocem emittendo appellatur*. Seruatamen vtriuſque nominis (βόωψ & βόαξ) manifeſtiſſima veſtigia apud diuerſas nationes. Nunc enim in Græcia Boopas, Veneti Boobas dicunt, quaſi βόωπας, reliqua Italia, Liguria, Gallia Narbonenſis Bogue, Romani Boga quaſi Bocas.

*Boax.*

* *Lib. 7.*

*Boex.*

*Boax.*

*Boops.*

*Coracinus.*

*vnde dictus*

*Silurus.*

*Bocas.*

*Nomina aliarum gentium.*

V FORMA.

# FORMA DESCRIPTIO.

SPeuſippus Boacem & Smaridem Mænidi ſimiles eſſe inquit, vtpote congeneres. Ex his maiores Maſſarius facit Boces,& Rondeletius pedis magnitudine deſcribit: quamobrem cùm Bellonius Boces ſemper paruas eſſe profiteatur, ideoque dubitẽ eundemnè hoc nomine an alium intelligat piſcem,vtriuſque deſcriptionem ſeorſim repetam. [a] Oppianus duas ſpecies agnoſcere videtur hoc verſu:

[a] *Lib. 1 Halieut.*

*Καὶ σμαρίδες καὶ βλίττος, ἰδὲ σκάροι ἀμφοτερόῖσι* *Βῶκες*

Bellonius quoque duas pingit,ac deſcribit,Rondeletius tres;quarum certè tertia, cùm ſquamis careat, Boci meo iudicio non bene annumerari poteſt,ideoque in alium locum reijcienda. Prioris autem deſcriptio hæc eſt. Piſcis eſt marinus,litoribus gaudens,ex Mænarum genere,pedali magnitudine, corpore ſatis rotundo, non compreſſo,quale ferè eſt Mugilum. Capite breui,& paruo. Oculis maximis pro corporis magnitudine, vtpote qui totam ferè capitis regionem occupent. Colore eſt vario. In dorſo à brãchijs ad caudam lineas ductas habet,alias aureas,alias argenteas,minus quàm in Salpa illuſtres: ob quas ab Ariſtotele in libro *περὶ ἰχθύων, ποικίλος*, id eſt, in dorſo pictus cognominatus eſt. In ventre nullæ apparent lineæ,ſed hic ſquamis tegitur argenteis. Pinnæ ſunt Spari,Canthari,Sargi,pinnis ſimiles. Cauda ſubaurea. Ventriculus magnus cum multis appendicibus: inteſtina tenuia admodum, hepar rubrũ,ſplen ex rubro nigriſcens. Nutritur alga,carne,luto. Hæc Rondeletius. Figura appoſita non Rondeletij,ſed Geſneri eſt Venetijs facta,eiuſdem puto piſcis. Bellonius de priore ſua Bocæ ſpecie,neſcio an eadẽ ſic ſcribit: Boces vel Boopes Maſſilienſiũ vulgus Bogas,vt & Romanũ vocat: apud quos multùm frequẽtes ſunt. Venetijs non item. Duæ huius piſcis cognoſcuntur differentiæ:ſiquidem earũ altera minor eſt,& perpetuò parua,altera paulò maior. Boces a Mænis ita diſtinguere poteris, quòd Mænam videas eſſe latiori corporis compage,nigriore colore, & vtrinque lituram vnam habere. Boca perpetuò parua eſt,& pro ſua magnitudine craſſiori conſtat capite,corpore magis tereti. Boces & Mænæ ſeu Gerres eandem corporis conſtitutionem, hoc eſt,pinnas, ſquamas & capita habent. Boopes nulla litura variantur, ſed ambo tereti corpore præditi ſunt. Giruli autem ſeu Smarides magis nigricant & lituris variegantur. Boces teretiores ſunt,Giruli magis plani. Bocum color hilari ac quodammodo aureo fulgore nitet,vt tergora colore ad aurum inclinante micare credas. Gregalis eſt, & litoralis piſcis,herboſis gaudens. Piſcis eſt paruus, oculos pro corporis ratione grandes habens. Duos habet in capite calculos,non prorſus rotundos,vt in Paſſeribus,ſed oblongos, vt in Merlangis. Altera modò Boopis Rondeletij ſpecies in multis priori ſimilis,ſuis Bogue rauel appellatur, cuius cognominis ſignificationem,non omnino aſſequi ſe potuiſſe ait; peritiores tamen piſcatores credere,ſic dici quia cum Raualle vulgò vocatis piſcibus,id eſt, (inquit) minutis,quique ſimul elixantur & apponuntur,nec propter paruitatem ſeliguntur,capiatur & vendatur. Boopi (inquam) vel Mænæ ſimilis eſt:roſtro magis acuto. dorſo ex cæruleo rubeſcente: oculis magnis & varijs,nimirum circa pupillam nigram circulo ex aureo vireſcente: corpore toto latiore quàm Boops ſed breuiore. Boopis hæc noſtra ſpecies peregrina dorſo ferè eſt violaceo,aut amethiſtino,lateribus & ventre candicantibus punctis amethiſtinis,conſperſis: pinnis omnibus flauis præter eam quæ in tergo eſt, cuius quidem ariſtæ flauę ſunt, membrana verò virideſcit. Ab hac longè diuerſa videtur altera Bocis ſpecies Bellonij, & fortaſſis Orpho aut alij ex rubris cognata,vt ex deſcriptione conſtabit. Litoralis (inquit) piſciculus, qui Bogue & Renaeu (cum icone ſcriptum eſt Bogue Renaeu ſine copula) Maſſilienſibus dicitur, is Genuenſibus Ruello vocari ſolet. Coloris eſt eiuſdem cum Erythrino piſce,dentibus, pinnis ac capite conſimilibus,ſed reliquo corpore differunt. Nam Box vulgarem Bocam refert, eodemque circino tornata eſſet niſi magis ad Erythrinum accederet. Verùm linea quæ corpus Erythrini interſecat, per medium vtrimque arcuata eſt. In hoc autem recta prætenditur, neque Erythrini gibbam habet. Dentes præterea anteriores breues & acutos oſtẽdit,ſed tam ſuperiores quàm inferiores molares ſunt, vt Sargo, quod etiam Pagro & Erythrino accidit. Hanc quoque peculiarem notam inſignem habet,quòd eius branchiarum exterior ſpina ad radices nigra eſt: Idem Bellonius nihil vetare putat quo minus ſit qui Ouidio Bogyrus,in ſcopulis viuens, appellatur: quoniam Maſſilienſes à Boopa (inquit) & Gyro, id eſt Smaride, idem ei nomen indiderunt, ac Bopgyrum,quaſi dicas, Bocem Smaridem appellarunt. Cæterùm Bogyrum piſcem ex Ouidio nominat quidem Plinius, ſed corrupta à librarijs voce. nam apud Ouidium eo in loco Cercyrus legitur, & *κέρκυρα* Oppiano circa petras conchulis plenas degunt.

*Bocis Rond. prioris deſcriptio.*
*Color.*
*Pinnæ.*
*Cibus.*
*Bocæ prioris Bellonij deſcriptio.*
*Bocæ à Mænis diſtinguuntur.*
*Color.*
*Boopis altera ſpecies Rond.*
*Color.*
*Forma.*
*Bocis altera ſpecies Bellonij.*
*Color.*
*Dentes.*
*Bogyrus.*
*Cercyrus.*

LOCVS.

Bocæ ſpecies Venetijs picta.



Boops Bellonij.



Boopis altera ſpecies Rondel.



Boopis ſpecies peregrina.



A ſimpliciter Paſſerem verti debere mox definit, Latinamque etiam vocem (Paſſer) genericam poſſe conſtitui ad omnes planos, in hoc quoque (vt apparet) Gazam imitatus, qui vbi philoſophus ait, [b] τῶν πλατέων γένος ſine maris opera parere, vertit genus Paſſerum: quamobrem alij quoque piſces iſtos Paſſerinos vocant, aut Paſſerina ſpecie piſces: Mauelim ego vel Pſettas vel Pſettaceos piſces cum Ariſtotele, vel cum Plinio latinè planos nuncupare, nam quòd à colore Paſſerum auium, piſces iſtos Paſſeres dici volunt, eò quòd ſupina parte candidi, prona verò terrei, vt Paſſeres aues ſunt, coniecturæ ſuæ authorem (quod equidem ſciam) non habent.

*Paſſer an nomen generis.*

[b] *L. 4. Hiſt. cap. 11.*

*Paſſerini piſces.*

# GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA.

PSittaceorum ſiue planorum duo ſunt genera, ſpinoſum vnum, ſelache ſiue cartilagineum alterum, ſic dictum, quòd pro ſpina cartilaginem habeat. Spinoſi ouipariunt, cartilaginei ouaquidem intus concipiunt, ſed viperæ more fœtus poſtmodũ viuos excludunt. Sed notandum non omnibus hoc ſenſu cartilagineos piſces vocari. Artemidoro enim atque Aeliano ij vocantur car-
B tilaginei, qui ſquamis carent, *vt ſunt* (inquit hic) *Murena, Conger, Torpedo, Paſtinaca, Bos, Muſtelus, Delphinus, Balena: hæc enim ſola ſunt de agnatilibus viuipara.* Murana quidem, ſi fluuiatilem intelligit, cartilaginea eſt, ſi marinam, minimè. Congrum ſpinoſum, & Anguilliformem ouiparumque piſcem eſſe, ex Ariſtotele notiſſimum eſt, & Delphinis Baleniſque quis neſcit ſolida oſſa eſſe terreſtriũ more? [a] Ariſtoteles verò illos dicit cartilagineos qui ſpinam cartilagineam, vel ſi mauis dicere pro ſpina cartilaginem, habent, quorum omnium nomina [b] alicubi recenſet, nam cùm de coitu Raiæ, Paſtinacæ, atque Squatinæ ſcripſiſſet, ſubdit: *Cartilaginea verò præter ea quæ enumeranimus, ſunt Bos, Lamia, Aquila, Torpedo, Rana, omneq; genus Muſtelorum.* Quamobrem locus ille Ariſtotelis lib. de animalibus apud Athenæum, in quo cartilagineis Bugloſſam, & Pſettam accenſet, iure meritò ſuſpectus & præter mentem Ariſtotelis ſcriptus haberi debet, cùm eos piſces ſpinoſos eſſe cõſtet: atque Plinius, [c] cùm prius dixiſſet, marinorum alij plani ſunt, vt Rhombi, Soleæ (ſic Bugloſſas vocari ſuo pòſt loco patebit) ac Paſſeres; diſtinctè ac prudenter (vtinam ſic vbique) ſubdit poſtea, [d] *Planorum piſcium alterum genus quod pro ſpina cartilaginem habet, vt Raiæ, Paſtinacæ, Squatinæ, Torpedo.* Nunc de ſpinoſis tantùm dicemus, quorum alij læui cute præditi ſunt, vt qui Latinis Paſſeres & Rhombi appellantur, alij ſquamoſi, vt Bugloſſæ ſiue Soleæ, & qui Rondeletio Paſſeres ſquamoſi dicũntur. Illos ſi quis Ariſtoteli
C πλατέας, hos verò ῥόμβους vocari velit, ego ei non repugnauerim. Differunt etiam corporis ſitu. Quibus enim dexter reſupinatus eſt, Plinio Rhombi dicuntur & Soleæ, Paſſeres verò quibus læuus: Sunt autem capita in ipſis contrario modo ſita: Rhombis nimirum & Soleis, ſi ita in latus cõponas, vt oculi in cælum ſuſpiciant, & mentum deorſum verſus ſpectet, pars ſupina erit dextra, ſi verò ſimiliter Paſſerem conſtituas, ſupina pars erit læua. Columella hanc differentiam inter ſolos Rhombum & Paſſerem referens his uerbis: *Limoſa regio planum educans piſcem, vt Soleam, Rhombum & Paſſerem, qui poſtremi hoc differunt, quod Rhombo reſupinato dexter corporis ſitus, Paſſeri lævus appareat*, Plinio non aduerſatur, ſed Soleam præterea ab ijs corporis longitudine differre innuit. His Galenus Citharum, Speuſippus in ſecundo ſimilium Tæniam addidit. Videntur omnes è duabus pellibus compoſitam habere corporis ſpeciem, & ſpina per medium diuidi: ad quod fortaſſis Suidas reſpexerit, inquiens: Ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο πλατέας δοκῶ διὰ τοῦτο καλεῖσθαι ἐπειδὴ τῆς πλατείας διαιρεῖται ὁ ἰχθύς, pro eo quod etiamſi medium meſecari oporteret, volo. Omnes item quaternas pinnas habent, more ſquamoſorum, duas in prona, totidem in ſupina parte, ſed præter aliorum morem pinnæ earum in gyrum circumuallantur. Branchiæ vtrinq; quaternæ, lingua nulla, oculi in ſupina corporis parte. Dentium loco maxillæ in pleriſque rogaſa quadam ſcabritie aſperæ ſunt. Gula veluti ingluuiei cuiuſpiam perſimilis, ventriculo conti-
D gua eſt. Os quamuis pro corporis portione exiguum omnibus, qui tamen in hoc genere maiores ſunt, nullum non concharum aut cruſtatorum genus deglutiunt integrum, ſicuti minores, qui in vtroque genere minora ſunt. Nullæ ad pylorum apophyſes: cor ab vna parte gibbum, huic quædam caruncula atra quadrangula puluini modo ſubſidet: ad cuius ſuperiorem partem veſiculam annecti Bellonius teſtatur, & pulmonis officio fungi arbitratur. Hepar latum eſt & ventriculum amplectitur. Veſicula fellis ab eius extrema parte dependet. Lien ater, ſub ventriculo ſitus, qui latus eſt & cum inteſtinis anfractuosè circumducitur.

*Cartilagineorum partus.*

*Cartilaginei qui.*

[a] *L. 2. Part. c. 9. & lib. 5 Hiſt. cap. 7.*

[b] *L. 5. Hiſt. cap. 5.*

[c] *L. 9. c. 20.*

[d] *Cap. 24.*

*Spinoſorum planorũ duplex genus.*

*Situs vt differant.*

*Citharus. Taxia.*

*Q. ſ. omnibus conueniant.*

*Pinnæ.*

*Os.*

*Partes interiores.*

E

## SEXVS.

[a] L. 4 Hiſt. cap. 11.

ARiſtoteles [a] docens aliquot exemplis, in omnibus animalibus ſexum maſculinum & fœmininum eſſe, cùm in teſtaceis atq; ſtipitibus quod pariat atque generet, eſſe quidem, ſed quod maris fungatur officio, deeſſe, dixiſſet, ſubiũgit: *ſic & inter piſces τῶν ψητῶν γένος & Rubellionum & Channarum*, nimirum mas deeſt: *Oua enim* (inquit) *in omnibus reperiuntur*. Cæterùm hoc non ſatis clarum eſt: nam ſi de omni Pſittaceo genere loquitur, falſum eſt, argumento quòd Paſſeres propriè dicti, necnon Rhombi oua & ſemen (lactes vocant) poſſident; ſin de peculiari quodam genere, id nondum notum eſt, aut obſeruatum.

## LOCVS.

*Pleſus Bellonij.*

[b] L. 8. c. 17.

ISiuſmodi plani ſpinoſi, piſces quidem ſunt marini, ſtagna tamen & fluuios etiam frequentant dulcis aquæ amantiſſimi. Haud rectè tamen Bellonius ſuum Pleſum, quem Rondeletius tertiam Paſſeris ſpeciem facit, fluuiatilem vocat: in mari enim, non fluuijs naſcitur. Stagna verò potiſſimùm petunt, quia commodiſſimè ibi pariunt, & lutum amant, quo hæc abundant, vt rectè [b] Columella ſcripſerit, *canoſam regionem planum educare piſcem*. Idem item docet, quomodo his piſcibus fiant piſcinæ, inquiẽs: *Soleis ac Rhombis & ſimilibus animalibus, humilis in duos pedes piſcina deprimitur, in ea parte litoris, quæ proſluo receſſu nunquam deſtituitur*. Periti quo loco capti ſint, notis peculiaribus diſtinguunt, inquiuntq; in ſtagnis marinis captos molliore eſſe carne, lutumq; redolere, minus maculoſos eſſe, & minus flaueſcentes quàm ſint marini. Soleaſque ibidem paruas eſſe & prætenues, nigriores, lutumque redolentes, tametſi arenoſa aliàs magis quàm Paſſeres loca quærant. Rhombos verò qui ad fauces ſtagnorum capiuntur, vbi piſcibus inſidiantur, à marinis non multùm odore, ſubſtantia, ſuccoque differre.

*Differentia à loco.*

F

## NATVRA. MORES. PARTVS.

G

*Quando facilè capiantur.*

LAtent in arena & limo, quamobrem reciprocante mari facilè capiuntur, cùm alibi, tum potiſſimùm in Oceano, vnde in totius fermè Belgij emporijs multas videre licet tabernas officinaſq; tanta planorum iſtorum piſcium copia inſtructas, vt vniuerſo terrarum orbi ſatis eſſe poſſint. De ingenio nihil quicquam memoriæproditum comperio, niſi velimus, æſtum illum obruendi ſe arenis, quem Pſettis in piſcium venatione Ariſtoteles tribuit, vniuerſo generi conuenire. *Obruunt* (inquit) *ſeſe* (arenis) *Aſellus, Rana, & Pſetta & Squatina, cùmque ſe totos occultauerint, verberant τοῖς ἐν τῷ στόματι, ἃ καλοῦσιν οἱ ἁλιεῖς ῥάβδια*, hoc eſt (vt Theodorus vertit,) *oris ſui virgulis, vt vocant piſcatores: ad quas piſciculi adnatant tanquam ad algas, quibus veſcantur*. Cæterùm Plinius hanc ſententiam mutuatus, Rhombum conuertit, dicens: *Simili modo Squatina & Rhombus abditi, pinnas exertas mouent, ſpecie vermiculorum*. Carniuoras tamen omnes eſſe certum eſt. Idem Plinius *certiſſimam ſecuritatem* eſſe tradens, *vidiſſe planos piſces quia nuſquam ſint, vbi maleſica beſtia, eaque de cauſa ab vrinantibus ſacros appellari*; ac ſi naturali quodam inſtinctu maleficas beluas fugent, planis tribuit quod Ariſtoteles Anthijs. Ita & Iouius fideiuſſorem non habet, idem de Soleis ſcribens. Cùm verò figura corporis à cæteris piſcibus differre eos voluerit Natura, ita diuerſum etiam voluit exercere natatum, quod meminit quoque Ariſtoteles in eo volumine quod de animalium inceſſu conſcripſit. *Piſces* (inquit) ψηττοειδῆς, id eſt *Pſittacei*, ſiue (vt Gaza & Rondeletius vertunt) qui Paſſeris ſiue Rhombi effigiem repræſentant, *eo modo natant, quo cœlites alteroque oculo capti incedunt, quia natura eorum tranſuerſa diſtortaq; eſt, itaque tranſuerſi natant, conuoluunturq; ſe ſirabonum more, ſuaque prorſus latitudine, quàm pinnarum adminiculo, curſum dirigunt*. Cibus eorum conchylia & cruſtata, vt diximus, item piſcitia, magna magnis, parua paruis, ideoque omnes boni ſucci, optimique nutrimenti, & molli carne præditi. Pariunt teſte Ariſtotele ſemel anno.

*Pſettarum æſtus.*

*Rhõbi æſtus.*

*Securitatis à magnis piſcibus ſignum.*

*Natatus.*

H

*Cibus.*

*Carnis qualitas.*

*Partus.*

DE PLA-

Digitized by Google

# A DE PLANIS SPINOSIS IN SPECIE. ET PRIMVM DE SQVAMOSIS, AC INTER HOS PRIMVM DE SOLEA. Cap. XLIII.

## ORDINIS RATIO. SYNONYMA ETYMVM.

PLanos piſces in ſquamoſos & læui cute præditos diſtinximus: illoſque Ariſtoteli σφυ-
B ραῖς fortè, hos ψήτταις nominari coniecimus De Squamoſis primùm dicemus, non
aliam ob rationem quã vt ſquamoſis ſuperioribus ſubnectantur: nam alioqui Rhom
bus qui lęui cute præditus eſt, omnium planorum in veterum ſcriptis celeberrimus.
Squamoſorum duplex potiſſimùm genus eſt, oblongo corpore vnum, rotundo alte-
rum. Inter oblongos, qui Latinis Solea, Græcis βύγλωσσος, aut βύγλωσσα voca-
tur, principatum facilè obtinet, propter ſaporis ſalubritatiſque eximiam gratiam, vnde Gallis Bellonio teſte Perdix marina nuncupari meruit, & apud nos in lautioribus quoque conuiuijs, in ſumma etiam aliorum piſcium copia, magnam obtinet claritatem. Soleam autem Latini dicunt à figura quæ ſolo pedis ſubijcitur, ad quam alludit perquam facetè Chalinus ſeruus apud Plautum, Cùm enim Stalinus ſenex iuſſiſſet emi *Soleas*, reſpondet ille: *Quì quæſo, potius quàm ſubponeas, quibus barbatur tibi os ſenex nequiſſime*. Eodem ſenſu Galli atque Angli etiam Sole dicunt: quare cùm σανδάλιον muliebris calceamenti genus ſit, σανδάλιον piſcis memoratus ab Alciphrone in epiſtolis piſcatorijs, non alius, quàm Solea intelligi poteſt. Matroni verò Parodo in deſcriptione cænæ Atticæ σανδάλου generis vocabulum eſt ad omnes planos delicatiores. Inquit enim. *Appoſuerunt* & Σάνδαλα, (Dalechampius Sandalia reddidit) *æterna deorum immortalium; E quibus Solea in æquore frementi habitabat*. Græci hodie γλῶσσαν dicunt, quaſi linguam, cuius quoque ſimilitudinem exprimit, cui βυ particulam additam fuiſſe Rondeletius exiſtimat, ob magnitudinem potiùs (quomodo nimirum & βυλάπαθον dicunt) quàm bubulæ linguæ figuram. Hinc & Lingulacam Varroni dici volunt eruditi his verbis: *Vocabula*
C *piſcium pleraq; tranſlata à terreſtribus, vt Anguilla, Lingulaca*: item Plauto: *Vin' Lingulacas? S. Quid opus eſt, quando vxor domi eſt? ea Lingulaca eſt nobis; nam nunquam tacet*. Hermolaus aduertit quidem Lingulacam piſcem aut Soleam eſſe, vel conſimillimum alium, ſed haud rectè Ariſtoteli Glottida nuncupari credit, cùm ſit Glottis philoſopho auis genus, non piſcis; Theodorus etiam Lingulacam reddidit, vt in Ornithologia noſtra oſtendimus. Solea Hiſpanis ſimiliter Linguado, Romanis Linguata, Hollandis Friſijſq; Tonghe vocatur, fallanturque qui Scholle ibi dici arbitrantur: Venetis, nobiſq; Bononienſibus Sfoia quaſi folium, quòd cùm tenuitate, tùm planitie latitudineq; plantarum folia æmuletur. Saxaulis inter piſces ſalubres nominatur in regimine Salernitano; Arnoldus interpres, interpretatur, de Gallorum Sola id eſt Solea.

*Pardix marina.*

*Solea vnde dicta.*

*Sandalion.*

*Lingulata.*

*Glottis Ariſt.*

*Saxaulis.*

## GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA. DESCRIPTIO.

D ROndeletius ſex nobis Bugloſſi ſiue Soleæ aut Lingulacæ ſpecies exhibuit, magnitudine, maculis, ſquamis & carnis qualitate differentes: ex quibus omnibus vnam ſimpliciter Soleam appellat, eamq; ſi in ſtagnis capiatur à marina diſtinguit, quòd minor ſit, odoreque lutum reſipiente: Hæc longiore contractioreq; corpore eſt, quàm Paſſer: alteram Soleam oculatam, quòd licet corporis habitu & internis partibus ſuperiori ſit ſimilis, in prona parte maculas habeat magnas, oculorum effigiem cum iride & pupilla referentes. Huius nullam à veteribus mentionem eſſe

Bugloſſa vel Solea Rond.



*Solea oculata.*

Solea oculata Rond.



esse factam putat, nisi quis (inquit) eã esse dicat, quam Athenæus ἔχαρον vel χόρον ex Dorione vocat: quod tamen alijs æstimandum relinquit. Suis Pegouse dicitur à squamarum (vt conijcit) tenacitate, tam enim tenaciter hærent, vt nisi diu in aqua calida maduerit, desquamari non possit. Tertia à prima vt Rhõbus a Passere, situ corporis differt, si enim iuxtà eodẽ situ cõponas, os eius in sinistrũ, prioris in dextrũ latus vergere cõspicies. Haud tamen ex Rhõbis aut ex Passerib. esse, forma ipsa, qua planè Solex similis est, satis arguit, Galli Polã dicunt: ipse Epicharmo apud Athenæum Cynoglosson appellari conijcit, vel si Cynoglossos huius nõ sit (nihil enim certi ex tã paucis verbis, quæ citat Athenæus, colligi potest) optimo tamen iure, vt à cæteris Buglossi generib. distinguatur, Cynoglosson nuncupari posse, nec; aliud esse genus, cui hoc nomẽ aptiùs quadret. Nã cùm vera Solea suauitate saporis Perdici cõparetur, hanc ferino planè esse sapore, viscidamque, duram contumacemq; coctioni, insuaueq; quid & graue olere. Nec probat Rondeletius eos, qui pabuli tantùm ratione differre credunt, quandoquidem pabuli varietas, etsi saporem succumque immutare potest, ad corporis tamen habitum formamque immutandam nullam vim habet. Frequens est in Oceano. Bellonius in Mediterraneo mari etiam capi scribit, & à Massilienſibus Seruantin appellari, quod tamen falsum esse Rondeletius asserit. Icon nostra Cynoglossi Rond. non est, sed si non eiusdem, saltem consimillimi piscis. Totus, vt ipse etiam ait, fusco colore est. Quarta eidem Rondeletio Arnoglossos siue Arnoglossus lævis dicitur, quòd quemadmodum plantagini herbæ à figura vel foliorum lævitate arnoglossi, id est, agninæ linguæ nomen impositum est, ita species istha:c Soleæ Arnoglossus à lævitate vel figura rectè (inquit) nominabitur; squamis enim carere videtur prorsusque lævis esse. Suis Perpeire vocari ait, & ex Solearum genere esse, ex corporis habitu figuraque cognosci: Differre autem ab alijs, quòd multis squamis tenuissimis & statim deciduis, integatur: corpore esse valde gracili, candido. Quintam diminutiuo nomine Ligulam dicit, quod sit in hoc genere omnium minima; negatque maiorum Solearum futuram esse, quandoquidem semper parua sit, nunquam dodrantalem magnitudinem excedens. Lineam quæ corpus dirimit, spinamq; firmat vel tuetur, huic ex squamis ait esse cõpositam longè eminentioribus, quàm in toto corpore, dempta ea parte quæ circa maxillam inferiorem est: duriore carne esse quàm Buglossus lævis, glutinosiq; nonnihil habere: satis rarum esse piscem & ob corporis tenuitatem vilem. Sextam ac postremam Gallis Flettam dictam quòd fluitando natet, antiquis (vt putat) incognitam, solisque Oceani accolis notam, Græcorum imitatione, qui rei magnitudinem & interpretis particulis indicant, Hippoglossum apellat, quòd cæteras non solùm Soleas magnitudine vincat, verùm etiam quatuor cubitorum longitudine quandoque inuehiatur. Esse autem ex Solearum genere vel ex primo aspectu indicari posse scribit: Oblongo enim (inquit) contractoque est corpore, parte altera candida altera nigricante, in qua oculi sunt. Ore est contorto, dentibus munito Citharæ modo, quibus Buglossi carent. Carne est dura, sed suaui, ad Rhombi naturam proximè accedente. Ossa habet spongiosa, quibus ineſt medulla, quæ à cupediarum amatoribus expetitur. Piscis est maris Oceani, Antuerpiæ latitus & in frusta dissectus venditur. Capitur etiam sæpe in Oceano iuxta Galliæ Bononiam. Ibi huius frusta farinæ massa probè subactâ & pistâ inclusa, aromatisque condita in furno coquuntur, vt diutius seruari possint & exportari. Habes aliud hoc Hippoglossi genus, squamis præditum minoribus, vndique sibi concolor, flauescens scilicet. A latere vno lituras habet nigras. Pinnæ & cauda in extremo sunt cæruleæ. Addidi denique & alterius Soleæ genus, quam latam potius quam planam dixeris. Squamas habet latissimas in hoc genere. Vnicolor est, & albicans. Est præterea quæ Bellonio Tenia (Tænia rectiùs) nominatur, Romæ, vt ipse testatur Sfolia, cũ qua (puto) dẽ est, quam Hispanis Azedã vocari Gillius tradit. Longè aliam Tæniã ostendit Rondel. quam genuinã Aristotelis Tæniã esse non dubito: cæterùm fieri potest, quod Aristotelis Tænia à Spensippi &

Flabarus. Cuis.

Cynoglossus Epicharmi.

Arnoglossos Plantago.

Ligula.

Hippoglossus.

Carnis qualitas.

Tænia Bellonij ... Aristotelis.

Epichar-

Cynogloſſus Rondelet. fortè.




Arnogloſſus Rondel.



Epicharmi differat: ille enim ſimiles inter ſe facit, Paſſeré, Bugloſſum, Tæniam; planum piſcem eſſe innuens: hic verò Tænias perquam tenues gracileſq; piſces, nihilominus gratiſſimas ſuauesq; eſſe prædicat, quod Rondeletij Tænijs non conuenit, vel ipſiſſimo teſte. Adhæc Bellonius ſuam Tæniam, Alexandriæ, Canopi & Seleuciæ in Anthiochia frequentem eſſe ſcribit, id quod de Tænijs quoq; Athenæus: *plurimæ (inquit) & optimæ, naſcuntur ad Canopum iuxta Alexedriam & in Seleucia quę iuxta Anthiochiam eſt.* Quo minus autē Tænia Ariſtotelis eſſe non poſſit, prohibet pinnarum numerus, qui in hāc cum Anguillis conuenit: ſic enim [a] ille: *Piſces plurimi pinnas quaternas habent, longi autem, vt Anguilla, binas iuxta branchias & Mugiles lacus Siparum itidem binas, ſimiliter & quæ Tænia dicitur.*

[a] Lib. 2. Hiſt. cap. 13.

Solea parua, ſiue lingula Rondelet.



LOCVS.



Digitized by Google

Solea lata authoris.



# LOCVS. NATVRA. MORES.

SOlea communis omnium optima, omnium marium ferè piſcis eſt. Negat eam Plinius intrare cum Rhombis Pontum. Ad flumina è mari tranſeuntes multùm pinguescunt ac craſſiores euadunt, quod Londini ſeſe didiciſſe Bellonius aſſerit ex ijs qui in Tameſi capiuntur. Stagna quoq; petunt, deterioresq; ibi euadunt. Marinus tamen piſcis eſt, ſicuti cæteri quoq; plani omnes. Oppiano & Alberto litoralis eſt, Ouidio in herboſa arena degit. Terra hoc eſt', vado maris excauato condi per hyemem creditur, referente Plinio, vti etiam Pliita. Frigus itaq; perhorreſcit, tùm quia lapides habet in capite,

*Vbi magis pinguescat.*

*Cur frigus fugiat.*

capite, tum quia corpore est tenui. Tradit Imulus malos pisces dissugere, eaque solùm loca frequentare, in quæ beluæ minimè accedunt, ita vt argumento sint, malè eas non reperiri beluas, vbi ipsę velut solutæ metu omni vagantur. Sed Scies ille primatum, quod Plinius planis vniuersaliter; atq; hic rursus planis, quod Aristoteles Anthijs tribuit. E

# VSVS IN CIBIS.

*Carnis qualitas.*

HAud temerè perdicibus assimilantur Soleæ, suauissimo enim sunt sapore, id quod Matron Parodus in Atticæ cænæ descriptione præ cæteris docet inter Sandalia (sic planos omnes nominat) solam recensens Solcam: succumque gignunt, neque crassum, neque tenuem, sed quousque quaque mediocritatem obtineat. vnde cùm saxatiles desunt, eorum vicem supplere possunt, vt docet[a] Galenus, qui alias Passere molliorem ciboque suauiorem esse scribit atque omnino præstantiorem; quod non vsque adeo verum est; Suauitate quidem enim & alimenti copia, succique bonitate Passere præstantior est, sed carne duriore ac solidiore esse, experientia sensusque cõuincunt, inquit Rondeletius: facilè tamen concoquitur, & minimè excrementitia est. Duram autem atque nonnihil glutinosam esse vel ex hoc etiam cognoscere licet, quòd haud facilè corrumpatur, quòdque diutius incorrupta conseruetur, nec longa vectura putrescat, imo verò melior efficiatur, atq; salubrior, quod qui diligentiùs omnia expendunt, quibus nempe palatum sapit, in mediterraneis vrbibus experiuntur, nam cùm caro omnis externo calore primùm tenerescat, tandem verò putrescat, fit etiam, vt sapor, qui prius erat quodammodo insipidus, primò læuem, ac gratissimam, postmodum molestam acrimoniam acquirat. Accedit & Xenocratis authoritas, duram quoq; Soleæ, corruptioniq; minimè obnoxiam carnem tribuentis. Hic & aluum mediocriter mouere tradit. Probatur autem maximè hyeme, siq; frixa succo mali aurantij pipereq; aspersa comedatur. Platina frictam petroselino minutim concisso & succo eodem suffundit. Patina ex Soleis ex [b] Apicio: *Patina Solearum ita fiet: Soleas lauues & curatas* (alias duratas) *compones in patinam, adjicies oleum, liquamen & vinum dum coquitur, teres piper, ligusticum, origanum fricabis, ius suffundes, una cruda, vt in vnum redigatur corpus, super Soleas refundes, lento igne coques: cùm duxerit, piper asperges & inferes.*

F

*Carnem solidam esse.*

*Quando & vbi mabet.*

[a] *Lib. de Cibis bon. & mal. suc. ca. 3. lib. 3. de alim.*

[b] *L. 2. c. 4.*

# DE CITHARO. Cap. XLIV. G

## SYNONYMA. ETYMVM. DESCRIPTIO.

*Citharus aut Citharoedus vnde dictus. Fabula.*

KIθαρος siue κιθαρῳδος, vt Aelianus habet, siue κίθαρη, vt Oppianus, cui litoralis piscis est, nomẽ inuenit à lineis, quibus à summo capitis vertice ad extremam vsq; caudam distinguitur. Theodorus ex Aristotele, qui inter eos Citharum nominat, quibus complures appendices circa ventriculum exeunt, Fidiculam reddidit. Huius autem nominis quatuor pisces esse, omneśq; ex planorum genere, luculenter admodum ostendit Rondeletius. Galenus etiam Citharum planum & Rhombo similem esse scripsit, Aelianus Bugloſſo, id est Soleæ, sed hic Citharœdos suos peregrinos & in rubro mari describit, ille nostro orbi suos non ignotos esse insinuat, dum Philotimum miratur, quod inter μαλακόσαρκας omiserit, cùm Rhombis sit adsimilis. Hunc Galeni Citharum Rondelet. eundem esse arbitratur cum eo quem Athenæus ex Aristotelis libro de animalibus & piscibus sic delineauit: *Citharus serratis est dentibus, solitarius, alga vescitur, linguam solutam habet, cor album & latum:* esseq; illũ Psittaceum piscem, qui Romæ satis frequẽs, Folio nominatur. Cùm enim lingua

H

Citharus Rondelet.



*Citharus Galeni qui.*

*Lingua cur pisciibus data.*

A

Citharus flauus ſiue aſper Rond.



lingua piſcibus à natura data ſit oſſea,& non ſoluta; vel dura, ſpinea & adherens: iſque vnicus ſit ex
B planis,cui lingua ſoluta ſit teſte Ariſtotele, contra omnium aliorum piſcium naturam: haud temerè ſeſe iudicaſſe exiſtimat cùm ex hoc, tùm quòd reliquæ memoratæ notæ ex aſſe reſpondeãt,hunc verum ac genuinum Citharum eſſe. Quod ſi verò quis hunc Rondeletij piſcem pro Citharo non accipiat,quoniam ſquamoſus cùm ſit,ex Rhombis vtpote læui cute præditis, quibus a Galeno aſſimilatur, eſſe nequeat; huic reſponſum eſſe volo,aſſimilationem ad Rhombum, non ad corpus, ſed ad carnis qualitatem,referendam eſſe: Aelianum verò ſuos Citharœdos ſquamoſos facere: quamobrẽ etiam admiror Rondeletium ſuum hunc piſcem Rhombo quodammodo ſimilem eſſe dicere, cùm neque tegumento,ſquamoſus enim eſt,neque figura, oblongus enim,reſpondeat: quare prudenter ſubiunxit, Bugloſſo ſimiliorem eſſe,ſi ſquamas excipias,quæ Citharo magnæ ſunt, Rhombi inſtrumenti figura. Ab hoc Ariſtotelis Galenióq; Citharo differre putat idem Rondeletius, eum qui Archeſtrato apud Athenæum rufus ſiue ſubflauus cognominatur, aſſanduſque & caſeo multo, oleoque condiendus eſſe dicitur, quique ſine ſumptu apparari non poteſt:eſſeque eum quem alij verum Bugloſſum eſſe volunt,non ob figuram ſolùm,ſed etiam ob aſperitatem: Eſt enim bouis lingua magna & aſpera, quomodo bugloſſum herba etiam nomen inuenit. Superiori ſimilis eſt figura, lingua magis ſoluta, oris ſciſſura magna,dentibus ſerratis, ſquamis intectus rotundis,à quarum aſperitate Citharum aſpe-
C rum etiam appellari poſſe exiſtimat,bugloſſióq; nomine comprehendi. Virgam habet à capite ad caudam protenſam,latiuſculam, maioribus ſquamis conſtantem. Partibus internis ſuperioribus ſimilis eſt. Venetijs optimus reperitur. Verſus Archeſtrati, qui ſatis mendosè legebantur ſic reſtituit:

*Obiectio.*

*Reſponſio.*

*Citharus Archeſtrati*

*Citharus aſper.*

——Κίθαρον δὲ χιλτίου,
Ἔψειν εἰς ἅλμην καθαρὰν καὶ φύλλα καθίντα
Ὀρθῇ κυλίσαντα δίμας πεθηγῇ μαχαίρᾳ,
Χεῖρα γὰρ δασυτριχῶντας ὁρᾶν, ἴσιν δ' ἀπόλαστος.
Αν μὲν λευκὸς ἔῃ σάρκα, στιβάς τε πιφύκῃ
Αἰδ' ἢ πυῤῥὸς ἰδεῖν, καὶ μὴ λίαν μέγας, ὀπτᾶν
Καὶ πολλῷ τυρῷ καὶ ἐλαίῳ τε ῥέοντι ἁλᾶφι,

——id eſt: *Citharum iubeo*
*Elixare, in puram muriam cum oleribus deiectam*
*Corpus gladio recto & nuper excauato vbi compũxeris;*
*Impenſa profuſa is gaudet: eſt enim intemperans.*
*Albus quidem ſi fuerit ac carne dura,*
*Sin aſpectu rufus eſt,nec valde magnus, aſſare,*
*Caſeo poſtea multo & oleo inungendus eſt.*

In pictura huius piſcis,quam ex Italia ſeſe accepiſſe Geſnerus tradit, diuerſi apparebant colores pleriſque in locis ſubflauus,cæruleus maiori ex parte oculorum,circa branchias & infrà: maculæ per ſingulas ſquamas,albæ,ſingulæ:poſt oculos & poſt branchias ruffus &c.

D

# VSVS IN CIBIS. ET SACRIS.

CItharus Galeno carne eſt inter duram & mollem media. Xenocrati ſtomacho ingratus,malumque procreat ſuccum, & haud facilè cortumpitur. Haud ſatis etiam probatur Diphilo, dicenti Capriſcum viroſum durumque & concoctu difficiliorem eſſe Citharo. Contrà innuere Pherecrates videtur. *Carnis qualitas.*

A. *Suauis piſcis eſt Citharus; hunc eme:* B. *Id per Apollinem valdè me conturbat quod aiunt,*
*Eſt & in Citharo mali quidpiam, ò boni viri.*

Quibus verbis Dalechampius hoc addidit ſcholiolum: Prouerbij ſpecie id docet nihil eſſe tam lautum,cui non ſit adiuncta quædam moleſtia. Rondeletius quoque inſuauiori carne eſſe ait,quàm Bugloſſum,additque rationem quòd Salpæ modo alga paſcatur. Quare cum duæ Cithari ſint ſpecies, alius de alia intellexerit. Commendatur autem aſſus, vt conſtat ex hoc Dioclis: *Elops, Citharuſque aſſus, Kaia & hoc Thunni caput.* Apollini ſacrum eſſe hunc piſcem,ob nominis affinitatem cum Citharœdo ſcribit Apollodorus teſte Athenæo,ex quo id Euſtathius & Varinus repetunt. *Prouerbium*

E

# DE RHOMBOIDE RONDEL. Cap. XLV.

*Nominis ratio. Solea rotunda.*

ROmæ planum quendam piſcem ichthyopolæ Rhombi nomine vendunt, ob confimilem cum veris Rhombis corporis figuram: Ex Rhombis tamen haud eſſe ſenſus viſus arguit: Squamoſus enim eſt: neque ex Paſſeribus eſt: ab his enim ſitu differt: quamobrem Rondeletius Rhomboidem appellauit; ſed quid ſi rotundum Bugloſſum, rotundamué Soleam aut Lingulacam vocemus. Squamis paruis integitur. Oculi multùm inuicem diſtant. Linea à capite ad caudam per medium corpus ducta, initio ſinuoſa, dein recta corpus in duas æquas partes dirimit. Corpore eſt exiguo & breui: nunquam enim palmi magnitudinem ſuperat, quantum Rondeletio licuit obſeruare. Internis partibus à Rhombo non differt. Carne eſt media, neque molli nimium, neque dura. Eius nullam à veteribus mentionem factam fuiſſe credit. Iunius in ſuo nomenclatore Belgicè vocat Scarde. F

# DE PASSERIBVS SQVAMOSIS. Cap. XLVI.

*Limanda.*

*Deſcriptio.*

IDem Rondeletius tres Paſſeris ſpecies ſquamis (quibus ab alijs differunt) tectas ex Oceano deſcribit, (vti & Bellonius) duas verò tantùm pingit, quòd binæ ex ijs ſola differant magnitudine. Priorem Limandam Galli dicunt, ob corporis tenuitatem, vt Bellonius conijcit, quam cum diffiſſis dolabra aſſeribus communem habet, Angli vn Brut. Hic teſte Iunio Batauorum Grieta eſt. Ego enim id non ſatis memini. Flauas in pinnis, quæ corpus ambiunt, & in reliquo corpore maculas habet. Linea corpus interſecans, ſinuoſa. Magnitudine ad Quadrantulum (de quo mox) accedit. Lucidiori aëri expoſitus, pellucidus videtur. Dentes teſte Bellonio inter cæteros ſui generis piſces, longiores habet: ſquamas conſpicuas valdè tenues atq; aſperas, quæq; difficillimè cute adimuntur: quod cum Solea quidem magis, cum cæteris verò minus, commune habet. Vento indurati ingenti quæſtu ad mediterranea loca Germaniæ ſuperioris venales feruntur. Gallis ex Britannico litore recentes adducuntur. Italiæ planè ignoti ſunt. Carne aiunt eſſe candida, humida, molli, parum glutinoſa: non multùm Bugloſſis ſiue Soleis inferiore. Altera ſpecies Gallis Flez, Anglis Phlonder teſte Bellonio, qui Fleſum fluuiatilem vocat, verùm impropriè; & contra piſcis naturam: non enim in fluminibus naſcitur, ſed in mari, ex quo in flumina migrat, cæterorum planorum more. G

*Locus.*

*Carnis qualitas.*

*Fleſus fluuiatilis Bellonij.*

Paſſer aſper ſiue ſquamoſus Rondel.



H

Corpore

A Corpore est, quam vulgaris passer, paulò longiore, & vbi adolcuit, crassiore. Squamis integitur paruis: colore est nigro. In corpore pinnisque id ambientibus maculas rufas habet. Osseulis munitur in capite, medioq; corpore, in parte supina. Tertiam Britanni Helbut dicunt, Hollandi Heilbut vel Eelbut, Germani Heiligbut, Galli Fletelet, nomine (vt apparet) diminuto à Flez, cùm alioqui sit maior cætera similis est. Vtraque in Anglia & Belgio frequens: nobis, Gallisq; & fortassis antiquis etiam incognita, quia ad Oceanum vsque non peruenerunt, nec in Oceani piscibus cognoscendis multum operæ studijque posuerunt. Vtriusque caro candida & mollis: salubris & delicata, Hetulepus tamen paulò durior est. *Descriptio.*

# DE PASSERE LÆVI. Cap. XLVII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

B

Ἴσιλος Aristot. dictus est Rhombos esse, cæteris verò Græcis Eos qui Latinis, Romæq; ac nobis in multis alijs Italiæ vrbibus Passeres nuncupantur, læui quæ prædicti pisces, nam qui in hoc genere squamosi sunt, philosophorum more appellari conuenimus. Imperito Alberti Magni tempore vocabant ibidem huiusmodi pisces Pectines, non aliam (vt videtur) ob rationem, quàm quòd spinæ eorum recte & parallelæ pectinis instrumenti speciē præ se ferāt: idemq; nomen apud imperitos pædagogos in triuialibus scholis & collegijs in Hollandia retinet: alioqui Pecten animal est ex biualuium conchyliorum genere, vt in opere nostro conchylijs destinato indicauimus. Ausonius quoque ficto nomine vel à Græcorum πλατὺς, vel à Belgarum plat, hoc est, planum & compressum, vel potius à Gallorum Platuse (erat enim Gallus) nimirum à plana corporis figura, Plateſſas, Arnoldus Plagusos vocauit: æqua pariter origine Germani Platyse, alicubi Belgæ Pladijs, Angli Plaise dicunt: Galli alibi Plane: plerique verò Plye vocant, Hollandi Schollę: quod nonnulli ad Soleas pertinere putant, omnino falluntur; has enim Tonghen id est, Linguas dicunt. Passerem ab auis eiusdē nominis colore Latinis dictum esse, velle nonnullos antea monuimus. Pronè enim C vterque nigricat, supinè candicat: nec Ouidius obstat inquiens: *Fulgentes Solea candore & concolor illi Passer.* nam hoc de supina parte, vtriusque intelligendum est. *Pessimes. Plateſſa Ausonij.*

## GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA.

BIna apud Gallos horum læuium Passerum genera sunt; vnum quod communiter Plya vocatur, magnitudine excellens tenue. Bellonio alterum quod alibi Carlet, alibi à quadrata corporis figura Quarrelet, quasi Quadratulum appellant. Sunt simen simillimi pisces, adeò vt Rondeletius esse scribat, qui ætate tantummodo differre paucem velint, primò nimirum quadratulos, vbi verò adultiores facti sint, Plyas vocari. Ipse verò re diligentius inspecta, specie differre ostendit ex corporis figura, quæ magis quadrata Quadratulo: adhæc maculas rufas siue subflauas plures (inquit) habet; quas tamen in icone sua non expressit. Vulgaris Rhombo, atque ipso etiam Quadratulo contractior, Bugloſſo verò aut Soleâ latior. A Rhombo verò quid differat, supra dictū est. Gesnerus hanc primā iconem Venetijs acceptā, pro Solea dedit: mihi potius ex Passeribus videtur. Passeris quidem genus videri etiā possit, qui secundo loco pingitur, oculis, si pinnæ (inquit idem Gesnerus,) extenderentur, & oculi ambo, ita vt in Passere, vno latere primò apparerent. Romæ Pecten, vulgò Pectenorsio vocatur. Corn. Sittardus olim indicabat doctis quibusdam videri esse Tæniam, sed pinnarum numerus facit, vt Tænia esse non possit. Addit, est & Icon, in quo Passeris species, aut consimillimus piscis à ludente natura expressus cernitur. Pisces tres inscripsi. Alphonsus Secundus Ferrariæ Dux studiorum nostrorum promotor splendidissimus non deest. *Quadratulus.*

D

## Solea Geſneri, Paſſeris potius genus.





Pleuronectes lapis.





Digitized by Google

# LOCVS. NATVRA. E

## CAPIENDI. RATIO.

PAſſer omnium marium piſcis eſt, ſtagnaque petit & fluuios, aquarum dulcium ſtudioſiſſimus. In Oceano multò numeroſior quam vllibi. Iuxta Liuoniam aiunt pinguiſſimos eſſe, indeque vti ex multis alijs vtriuſque Germaniæ litoribus ad mediterranea loco vento indurati efferuntur. Mneſitheus apud Athenæum Paſseres ſaxatilibus accenſet. Ouidio in herboſa arena degunt, Oppiano, ψῆτται ἐν πηλοῖσι καὶ ἐν τεγαρτοῖσι θαλάσσης φίρβονται. Vnde vagos nec vnius loci piſces eſſe credi poteſt. Scribit Albertus Paſserem cùm piſcatorem ſenſit, vadum petere, terræque adhæreſcere, & aquam ne videatur, turbare: aſtum verò & ingenium ſuuari a corporis ſui colore qui terreus eſt.

*Aſtus.*

*Vt capiantur.*

Quomodo autem ſine naſſis, hamis ac retibus capiantur, oſtendit in hæc verba [a] Aelianus: *Sinus maris multi deſinunt in paludes quaſdam, aqua quidem vadoſa ſunt. Ad hæc loca periti piſcatores, eo tempore, cum à procellis & tempeſtatibus conquieſcunt, multos mortales adducunt, eoſque iubent inambulare, & arenam eatenus proterere & conculcare, quoad ex vehementi pedum impreſſione, benè alta veſtigia faciant: quod ſi nec ipſa veſtigia concidens arena confundat, neque ventorum perturbatione aqua concitetur: non longo internallo eò ingreſſi in veſtigijs impreſſis planos piſces conſopitos, Pſettas, Rhombos, Paſseres (σπρῆτας) Torpedines & pleroſque alios capiunt.*

[a] *L. 14. c. 3.* F

# VSVS IN CIBIS.

PHilotimus apud Galenum inter molles piſces & qui facilè concoquuntur, Paſseres enumerat. Diocles verò inter ſicciores apud Athenæum. Xenocrate quoque authore carnem habent duram, corruptionique minimè obnoxiam, & probum ſuccum gignunt, & aluum mediocriter mouent. Galeno caro eorum media eſt inter duram ſcilicet & mollem: atque hinc fortaſsis Mneſitheus ſaxatilibus annumerauerit. Trallianus in curatione epilepſiæ inter alios piſces ſuperfluitate vacantes, Pſettam quoque exhiberi permittit. [a] Actius verò in colico affectu à frigidis & pituitoſis humoribus, grauiorem omnem habitum reddere arbitratur, ideoque frequentiorem eorum vſum licet nutrimenti ac roboris gratia omnium gratiſsimi (inquit) ſint, vitare oportere. Differunt inuicem pro loci atque alimenti varietate. Optimi marini ſunt, quia firmior, ſicciorque & delicatior eorum caro eſt: cognoſcuntur, ex colore nigriore: ſecundum bonitatis locum obtinent, qui in ſtagnis capiuntur quales ſunt qui nobis Comachio deferuntur, marinis albicãtiores, molliores, & lutũ etiam reſipientes; omnium molliſsimi fermeq; inſipidi, qui in fluuijs aliquandiu vixerunt: Nonnulli referente Geſnero, hoc genus piſcis in cibo ſumptum cum iam putreſcere, maleque olere incipit, in cibo ſumptum, aluum valde perturbare aſſerunt. Platina Paſseri elixo petroſelinum: aſso mali aurantij ſuccum addi iubet. Hollandi quoque elixos detracta prius tergoris pelle, ex buturo & aceto addito petroſelino edunt: nos frixos & mali aurantij ſucco irroratos. Vento indurati triduo ferè aqua præmacerantur, affuſa cotidiè recenti; dein elixi vel ex butyro & aceto, vt apud Hollandos, vel ex oleo cùm ieiunia obſeruantur, inferuntur: alicubi pipere aut zinzibere etiam conditos edunt.

*Carnis qualitas.*

[a] *L. 9. c. 30.* G

*Apparatus.*

# DE RHOMBO. Cap. XLVIII.

H

## SYNONYMA. ETYMVM. ÆQVIVOCATIO.

RHombus cùm apud Latinos, tum apud Græcos propriè intelligitur figura quadrata, cuius latera omnia ſunt æqualia, anguli verò omnes obliqui. Inſtrumentum erat incantatorium, rem magicam adiuuans, quo maleficæ mulierculæ vtebantur manu voluentes, cùm ad lunam deducendam, (vt meminit [a] Martialis his verbis:

*Numerare pigri damna quis poſsit ſomni? Dicere quot æra verberent manus vrbis,*
*Cùm fecta Colcho Luna vapulat Rhombo?*

[a] *Lib. 2. Epig. 19*

Quatiebant enim æs etiam ad Lunam deducendam, tum ad amaſios illiciendos: [a] Properius.

[a] *L. 9. Epig.*

*Straminea*

A *Stramineâ Rhombi ducitur ille rotâ.* Ab hac figura piſci nomen eſt, qui tamen nonnullis ψῆτται etiam vocatur, ac in primis Ariſtoteli, apud quem nimirum dicentem ψῆτται obruere ſeſe, Plinius Rhōbum reddidit, & Maſſarius apud Lynceum Samium Pſettas dicentem circa Eleuſina pulcherrimas eſſe, Rhombos ſignificari tradit, & Athenæus ipſe Romanis Rhombum vocari teſtatur Græco nomine piſcem, qui alijs Græcis ψῆτται vocatur: aliàs etiam Cratini teſtimonium adducit, ψῆτται etiam Rhombum, non Triglen ſignificare, & Gillius denique refert Rhombum hodieque Græcis Pſettam nuncupari. Aliorum verò Pſettas ſiue Paſſeres[b] Ariſtoteli σφυρὰς puto vocari, vbi de felle piſcium loquitur; Alij (inquit) fel inteſtino annexum habent; hi propiùs, illi remotiùs a iecore, οἷον βατραχος, ἔλλοψ, συναγρὶς, σαύραινα, ψφίας, χελιδὼν, σφυρὰς, id eſt, ſicut Rana, Ellops, Synagris, Muræna, Gladius, Hirundo, Paſſer. Vbi Gaza duo iſthæc nouiſſima verba more ſuo non reddidit: & Rondeletius fallitur, cùm expungenda eſſe contendit, auiumque non piſcium nomina: nam & Aelianus, vt oſtendimus σφυρὰν inter planos piſces enumerat: nec obſtat quod Aelianus ψῆτται, ῥόμβους & σφυρὰς ceu diuerſos piſces vocet, nam ψῆτται ipſi fortaſſis Bugloſſum eſt, ſiue Solea, hanc enim Atticis Pſettam dici Athenæus teſtatur, & apud Suidam & Varinum Pſettam & Bugloſſum inuicem confundi inuenio, & Galenus Philotimum taxat, quòd Pſettæ vocabulum ad Bugloſſum nulla ſpeciei habita ratione temerè retulerit; vel fortè Pſettam vocare potuit Rhombi ſpeciem alteram. In Italia, item apud Maſſilienſes & Monſpelienſes veterem etiamnum nomenclaturam retinet. Hiſpanis Rodouallo: in Gallia alicubi Lozange, alicubi Turbot vocatur, quaſi Turbinatus, vt exponit Bellonius, vel a Germanorum Thornbut, id eſt Paſſer aculeatus: Belgis alibi Tarbut, alibi, vt in Hollandia Tarbot. Arnoldo Villanouano Latina terminatione Turbotus.

[b] *L. 2. Hiſt. cap. 15.*

*Turbotus.*

# GENVS. DIFFERENTIÆ. DESCRIPTIO.

B Ina Rhombi genera, aculeatum vnum, læue alterum: illud prona parte multos habet aculeos, maximè circa caput, & à capite caudam verſus, quibus hoc prorſus caret, cætera ſimile, niſi quòd tenuius eſt, capiteq; & Bellonius ait, magis elato ac grandi. His Rondeletius Rhom-
C boidem addidit, nos hunc inter ſquamoſos dedimus. Vt verò Rhombi à Paſſeribus differant, oſtenſum eſt: quibus addi poteſt, quod maiores ſint, rotundioreſque & palato gratiores. Differunt inuicem magnitudine, nam qui in Oceano capiuntur, cæteris omnibus maiores ſunt, & quamuis ab Ouidio dicitur *& Adriaco mirandus litore Rhombus*, & in mediterraneo mari maximi etiam capiantur, nunquam tamen attingunt magnitudinem eorum qui in Oceano cùm apud Anglos, tum apud Belgas capiuntur, & in hos rectiùs quàm alterius cuiuſcunque loci Rhombos illud [a] Martialis dixeris quadrare:

*Rhombus aculeatus.*

*Vt à Paſſeribus differant.*

[a] *Lib. 13.*

*Quamuis lata gerat patella Rhombum:* *Rhombus latior eſt tamen patella.*

Item Rhombum illum quem Iuuenalis ſcribit Domitiani temporibus captum fuiſſe:

*Cùm iam ſeminecem lacerasset Flauius orbem* *Vltimus, & caluo ſeruiret Roma Neroni;*
*Incidit Adriaci ſpatium admirabile Rhombi* *Ante domum Veneris, quam Dorica ſuſtinet ancon,*
*Implenitque ſinus: neque enim minor haſerat illis* *Quos operit glacies Maotica, ruptaq; tandem*
*Solibus effundit torpentis ad oſtia Ponti* *Deſidia tardos & longo frigore pingues.*

Nam inter alia quæ de hoc piſce ſcribit, ait,

*—— peregrina eſt belua: cernis* *Erectas in terga ſudes.*

Teſtatur Rondeletius Rhombum ſeſe vidiſſe in Oceano captum, qui quinque cubitos longus eſſet,
D latus quatuor, ſpiſſus pedem vnum. Sed vt in Oceano maior eſt, ita in Adriatico melior, maximè qui Rauennæ (inquit Iouius) capitur: & Platina ex hoc mari veterum menſas exornaſſe arbitratur. Celebrantur & Attici Rhombi circa Eleuſina à Lynceo Samio Pſettarum nomine: item Sinueſſani, vt Sanazarius meminit, inquiens: *Dat Rhombos Sinueſſa.* In hoc genere mas eſt, & fœmina: alij enim ſemen: alij oua habent. Rhombus aculeatus iſte Geſnero Venetijs depictus, cum noſtro quem ad viuum depictum habemus, item Læuis quoque ex eodem potius quàm ex Rondeletio acceptus eſt, quoniam hic læuem ſuum aculeato paromnia patere facit, ſtempto quòd aculeis caret. Penultimo loco pingitur Rhombus læuus verus, ni fallor, cuius pinnæ & cauda in extremo rubeſcunt, cætera vnicolor eſt, ſubuiridis, rotundis punctis, ſtelluliſq; vndique plenus. Habes denique lapidis iconem, quem ob expreſſam à natura in eo iconem, Rhombitem vocaui.

*Vbi melior.*

LOCVS.



## Rhombus leuis.





A

Rhombites lapis.



B

C

# LOCVS. NATVRA. MORES.

OMnium locorum, temporumque piſcis eſt. Ouidius inter eos numerat, qui in herboſa arena degunt: & Iouius quoque circa pinguiorem arenam, extremoſque litorum margines verſari tradit. In fluuiorum oſtijs frequentiſſimi, piſcibus inſidiantes. Albertus hoc genus piſcium rectè quidem & verè pigrum eſſe ait ad natandum propter corporis latitudinem, verùm, quòd omnium ait eſſe tardiſſimum, quodq; Mugil omnium velociſſimus in ipſius ventre reperiatur ſæpiſſimè, id quidē ſine authoritate & falsò ſcriptum eſt: hoc enim de Paſtinaca tradidit Plinius. Hic & Pſettam (Rhombum interpretor) terra, hoc eſt, vado maris excauato, condi per hyemem, tradi ſcribit. Vorax eſt, carniſque auidus: cancros potiſſimùm venatur, magnumque piſcium aliorum numerum abſumit, & ad gulæ libidinem explendam multùm illi confert piſcandi ſolertia à natura data, de qua

*Motus.*

*Cibus.*

[a] Plinius: *Nec minor ſolertia Ranæ, quæ in mari piſcatrix vocatur, eminentia ſub oculis cornicula turbato limo exerit, aſſultantes piſciculos pertrahens, donec tam prope accedant, vt aſſiliat. Simili modo Squatina & Rhombus abditi pinnas exertas mouent ſpecie vermiculorum, itemque quæ vocatur Raia.* vbi pinnas exertas vocat, τὰ ἐν τῷ στόματι ῥάβδια, quæ Theodorus, oris virgulas: Ex Ariſtotele enim ſumpſiſſe dubium non eſt, qui ſic habet: καταυμίζουσι δ' ἑαυτὰς καὶ Οἶος καὶ βάτραχος, καὶ ψῆττα, καί ῥίνη, καὶ ὅταν ποιήσῃ ἑαυτὰ τὰ ἄδηλα, εἶτα ῥαβδίσεται τοῖς ἐν τῷ στόματι, ἃ καλοῦσιν οἱ ἁλιεῖς ῥάβδια, τὰ δὲ μίκρα ἰχθύδια προσέχονται ὡς πρὸς φυτία, ὑφ' ὧν τρέφονται, id eſt,

[a] *L. 9. c. 42.*

vt Theodorus vertit, *Obruunt* ſe (arena) *Aſellus, Rana, & Rhombus & Squatina, cumque ſe totos occultauerint, verberant oris ſui virgulis, vt vocant piſcatores: ad quas piſciculi adnatant, tanquam ad algas, quibus veſcantur.* Cùm itaque gulæ ſtudioſiſſimus ſit, fit vt facilè capiatur. Capitur autem hamo. Quomodo verò in vadoſis ſinibus more aliorum planorum capiatur, antè ex Aeliano oſtendimus.

D

# VSVS IN CIBIS.

APparet ex hoc [a] Horatij:

*Longè diſſimilem noto celantia ſuccum*
*Nos, inquam, cænamus aues, conchylia, piſces*
*Vt vel continuò patuit, cùm Paſſeris atque*
*Inguſtata mihi porrexeris ilia Rhombi:*

[a] *L. 2. Ser. 8.*

Et Rhombum & Paſſerem inter delicatiſſimos cibos in veterum luxu fuiſſe: Rhombum tamen Paſſeri prælatum facilè mihi perſuaſerim, cùm ex veteri prouerbio, *Nihil ad Rhombum*, de his quæ minimè conferenda ſunt, tum ex hoc [b] Iuuenalis.

*Rhombum Paſſeri prælatum fuiſſe*

[b] *Sat. 11.*

——*Olim ex quauis arbore menſa fiebat*
*Nil Rhombus, nil dama ſapit, putere videntur*
*At nunc diuitibus cænandi nulla voluptas,*
*Vnguenta, atque roſa, niſi lata fuſtinet orbes*
*Grande ebur &c.*

Horatius item Rhombum non vno in loco delicationibus pretioſioribuſque obſonijs accenſet, vt cùm ait [c]

[c] *L. 2 Ser. 2.*

*Porrectum*

*Correctum*(Mullum)*magno magnũ ſpectare catino* *Vellem ait Harpyiæ gula digna rapacibus: at vos* E
*Præſentes Auſtri coquite horum obſonia: quamuis* *Putet aper, Rhombuſvè recens malæ copia quando*
*Aegrum ſollicitat ſtomachum, cùm rapula plenus,* *Atq; acidas manuls inulas; necdum omnis abacta*
*Panperies epulis regum. nam vilibus onis* *Nigriſq; eſt oleis hodie locus. Haud ita pridem*
*Galloni praconis erat Acipenſere menſa* *Infamis: quid tum Rhombos minus æquora alebant?*
*Tutus erat Rhombus, tutoq; Ciconia nido,* *Donec vos author docuit prætorius.*

*Prodigorũ exitus infelix.* Et mox infelicem prodigorum exitum eſſe indicans inquit:

*Dic aliquid fama? qua carmine gratior aurem* *Occupat humanam? grandes Rhombi patinæq;*
*Grande ferunt vnà cum damno dedecus.*

[d] *Lib. Ser. 2.* [d] Et aliàs antè dixerat

*——Num eſuriens faſtidia omnia præter* *Pauonem Rhombumq?*

*Phaſianus aquatilis.* Iouius denique Rhombis inter planos principatum tribuit, teſtaturque nobilem quendam aulæ procerum circa popinales delicias ingenioſiſſimum, Rhombum, aquatilem phaſianum appellare ſolitum fuiſſe, non abſurda (inquit) appellatione: ſicuti & Soleas Externis, Lampetras Coturnicibus, Sturiones verò Pauonibus adæquauit, vt ex coquinarijs commentarijs, quæ eius coci nomine conferuntur, licet intueri. Hoc interim me angit, duo cùm ſint Rhombi genera, aculeatum videlicet vnum, læue F
alterum, cui ex his prærogatiuam tantam veteres attribuerint. Vtrumque enim & ſapore & ſalubritate commendatur. Galeno authore mollem carnem habet: [e] inquit enim: *Piſces quorum mollis eſt caro, non indigent aceto, aut finapi aut origano, veluti pingues, lenti, & duri: quibus frixis in ſartagine veſcuntur, alij aſant, aut in patinis condiunt, vt Rhombos & Citharos: verùm hi coquorum in patinis apparatus, cruditatis in totum ſunt cauſa.* Idem Philotimum taxat, quòd inter piſces qui molli ſunt carne, cùm Citharos numerarit, eis ſimilem imo molliorem Rhombum prætermiſerit. Verùm qui Rhombum, præſertim aculeatum (inquit Rondeletius) guſtauerit, is proculdubio dura carne eſſe iudicabit, maximè ſi grandior ſit, nam parui humidiores mollioreſq; ſunt. Equidem Xenocrates duram carnem Rhombis tribuit, facileq; corrumpi negat: iubetq; ſi magnus piſcis eſt, die integro aſseruari, poſtmodum coqui: ac deniq; teſtatur ægrè coctionem in ventriculo ferre, at nutrire abundè. Et ex recentioribus medicis Arnoldus Villanouanus multò inferiores optimis piſcibus ad ſanitatem eſſe aſſerit; craſſoſq; & viſcidos, difficiliores concoctu, magiſq; excrementitios, atq; adeo robuſtis tantùm iuuenibus conuenire, hiſq; niſi cùm condimentis, quę viſcoſum eorum craſſamq; & frigidam naturam emendare queant. Vt itaq; Rondeletius Galenum defendat, conijcit locum illum de Rhombo læui intelligi debere, qui carne (inquit) molliore eſt, quàm aculeatus, ſuauioreq; quam Paſſer: vel fortaſſe (inquit) G
non abſurdè quis exiſtimauerit, Rhombum læuem Galeni Citharum eſſe, quod is mollis ſit carnis, cuiuſmodi Rhombum læuem eſſe conſtat, quodq; cum Rhombo ſimilem faciat. Ego affatim & ſalubriter alere non dubito, modò in prima coctione quæ celebratur in ſtomacho, ſuperfluæ eius partes perfectiſſimè ſecernantur: ſunt enim pulpæ eius candidæ & preſſo quodam humore ſucculentæ. Idem Galenus conualeſcentibus Rhombos coquebat in iure ſimplici cum modico ſale, porro & anetho: ſanis verò & qui ſenſum appetẽtis ſtomachi deiectum habuiſſent, apponebat toſtos in crate, acetoque conſperſos, vel frixos cum garo ac vino. Nunc vel elixus, vel in ſartagine frixus editur, cum mali arancij ſucco. Platina author eſt, ſi in cacabo coquatur, facillimè diſrumpi, neceſſeq; eſſe vt lento igne ferueat, coctumq; cum leucophago & aromatibus, & tutò & ſuauiter edi. Vt in Hollandia paretur, in præcedentibus oſtenſum eſt. Rhombus viuus impoſitus medetur lieni, ſi deinde remittatur in mare. Author eſt Plinius.

*Carnis qualitas.*

*Galenus defenditur.*

*Apparatus.*

*Vſus in medicina.*

# DE SANDILZ ANGLORVM. Cap. LXIX. H

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Anguilla de arena. Ammodytes. Callionymus ſeu pſammodites dictus.*

PErappoſitè litoralis iſte piſcis Anglis Sandilz quaſi Anguilla de arena, ſeu potius arenam ſubiens, nuncupatur; hoc enim nomine & formam & naturam eius exprimunt: lõgus enim pro corporis ratione eſt, & ſeſe occultaturus, ſub arena ſe quàm citiſſimè mergit. Geſnerus ab hac natura Ammodyten vocare voluit appellatione Græca, quandoquidem & ſerpens ſit ſimiliter vocatus, & ſimiliter ſe occultans, & Callionymus piſcis teſte Heſychio Pſammodites appelletur quòd in arena ſe abdat. Huius piſcis iconem nobis primùm communicauit Saluianus, quam ipſe, ſicuti & vniuerſam quę ſequitur hiſtoriam

A ſtoriam Danieli Barbaro, Aquilienſium Patriarchæ Reuerendiſſimo, ſplendoreq; Barbaræ familiæ, præclaraq; eruditione ac doctrina, nec non virtutum omnium probitate illuſtriſſimo acceptum refert.

# FORMA. DESCRIPTIO.

CApite eſt tenui ac rotundo, roſtro longiuſculo & acuminato: Ore paruo: corpore reliquo oblongo, ſi latitudini conferatur. Nam cùm eius medium (caput enim & cauda arctiores ſunt) pollicis crassitudinem non ſuperet, longitudo ad palmi menſuram extenditur. Quamobrem ſicuti longis, ſic etiam & paruis annumerari piſcibus debet: cùm neque pollicis latitudinem, neq; palmi longitudinem excedat vnquam. Dorſo præterea (in quo pinnæ duæ reperiuntur, in eo medio vna, ac prope caudam altera) ſubceruleus. Ventre verò in quo præter binas, quas vtrimq; habet pinnas, vna etiam alia poſt excrementorum artificium ſubſiſtit) argenteus conſpicitur. Alter piſcis Merſutus id eſt, Porci marini nomine miſſus, quod Porci more rostro terram fodiat, laturis & ſpecie corporis Lucium imitatur, ſed aculeum rectum in fronte gerit. Lituræ omnes nigræ ſunt. Pinnæ ventris, caput ſupinum & cauda rubent: cætera flaueſcit. Marinuſne verò, an dulcium aquarum piſcis ſit, non ſatis memini. quamobrem hiſtoria ad priorem piſcem pertinet. Marinum tamen eſſe nomenclatura docet. *Forma.* *Dorſum.* *Venter.*

B

# LOCVS. NATVRA. HISTORIA TOTA.

SEptentrionalis Oceani piſcis eſt. Frequentiſſimè enim in Britanniæ (quam nunc Angliam dicimus) litoribus capitur. Reperitur q; & in Bononienſi litore, vbi Sandilz quoq; vocatur. Quibuſdam anni temporibus, ſiue maiorum piſcium iniuriam fugiens, ſiue ſuapte naturæ impulſu aqua derelicta, ſub arenam ipſam penetrat. Quod cùm nonnullæ longioris noſtri aues aduertant, ad illa litora aduolantes, eos ex arena expiſcantur. Quibus accolæ illorum locorum admoniti, lineis ſaculis aut ligneis vaſculis, in quibus captos piſces condant, acceptis, ad litora frequentes veniunt, ibiq; ſingulum ſuum quoddam pedale lignum pectinatim inciſum habentes, paruq; interuallo, ac certo ordine per rectam lineam omnes collocati, pectinata ligni parte in arena defixa, eam paulatim ſemper retrocedentes ſubleuant, piſcesq; vna cum arena ſubſilire coactos, capiunt. Vnde cùm Illuſtriſs. Daniel Barbarus in Anglia pro Sereniſſima ſua Veneta Republ. Orator eſſet; circaque eam Scotiæ partem, quæ ad Irlandam vocatam inſulam ſpectat, Septembri menſe nauigaret; videns quamplurimos homines certis ordinibus in litore diſpoſitos, quid illic rei agerent, nautas percontatus, illos in arena Anguillas expiſcari reſpondit, quamobrem illuc deferri iuſſit: quò cùm peruenisset, quàm facilè accopiosè illos piſces quiſque caperet, aduertens, ipſe quoque euaginato gladio, modico quidem tempore (vt mihi deinceps communicauit) illorum ferè ducentos cepit. Hic piſcis ſi ex piſcatorum manibus in arenam fortè delabatur, celerrimè ac profundè adeo ſub arenam penetrat, vt nullo prorſus modo capi rurſus queat. Quam ſub arenam penetrandi facilitatem, etſi [a] Ariſtoteles ſerpenti marino tribuit; non ob id tamen hunc marinum ſerpentem eſſe arbitrari poſſumus, cùm Congro corpore & colore proximus non ſit: ſicuti eodem Ariſt. teſte, corporis & forma, & color, marino ſerpenti cum Congro conuenire debet. Piſcis eſt Sandilz ſapidus ſatis, & ſua copioſa captura haud mediocriter pauperum neceſſitatibus ſuccurrit. Hæc itaque omnia Saluianus. *Natura.* *Vt capiãtur.* *Marinum Serpentem non eſſe.*

[a] *Li. 9 Hiſt. cap. 37.*

C

D



Digitized by Google

A

# DE RELIQVIS LITORALIBVS NON SQVAMOSIS, ET PRIMVM DE DRACONE. Cap. L.

## SYNONYMA. ETYMVM.

B INter litorales erectos piſces, qui ſquamis carent & læui tantùm cute præditi ſunt, paucos admodum comperio, Draconem, Dracunculum, (hunc enim à Dracone cum Rondeletio diſtinguo) Vranoſcopum ſiue Callionymum, Scombrum, Trachurum, Coracem & Miluum Rondeletij: de quibus deinceps dicemus, exordio à Dracone ſumpto. Hic Græcis Δράκων θαλάσσιος, Latiuis Draco marinus vocatur: Græcis verò noſtri temporis Δράκαινα, Siculis, Neapolitanis atque Romanis deprauata ex Græco nomine voce Tragine: quod cùm non ſatis aduerteret Paulus Iouius,[a] videretque eandem vocem accedere ad Trachurum quodammodo, Trachurum eſſe hunc piſcē non ſine grauiſsimo lapſu coniecit, reclamente ei ſua ipſius deſcriptione, & Trachuri etymologia. Trachina (inquit ipſe) & ipſa etiam » in ſtrictura numerum refertur, quam Trachurum, vt Oppiano videtur, eſſe putamus, vel vt Athenæo » placet, Trachidam, eo argumēto quòd infeſtam & prope lethalem ſpinam habet, & binas etiam alias, » & quidem acutiſſimas ab auribus prominentes. At Trachurus non in ceruice aculeos habet, ſed in cauda, à cuius aſperitate nomen inuenit, vt deinceps patebit. Draco pleriſque alijs Italiæ locis Peſce Ragno, Maſſilienſibus Aregne, Hiſpanis peſce Arana, quaſi Araneus piſcis nominatur. Plinius tamen ſeparatis locis de Dracone & Araneo, tanquam de diuerſis piſcibus agit, cùm alioqui eadem ferè Araneo quæ Draconi tribuat: qui error ipſi, omnia ſua ex diuerſis ſcriptoribus qui vni eidemque rei diuerſas ſæpe nomenclaturas imponunt, tranſcribenti, familiaris eſſe ſolet. Fallere verò etiam potuerunt ipſum venenati piſcis aculei, qui ab alijs ad branchias ad caudam ſpectantes Draconi, ab alijs Aranco in dorſo attribuuntur, ignarum vtrobique piſcem hunc aculeatum eſſe. Quod ſi tamen

C Plinio quis defenſurus, Ariſtoteli quoq; velit Araneum Draconi non eundem eſſe, is ſimiliter hallucinabitur, quando Aranei marini nullibi meminerit Ariſtoteles, etſi meminiſſe velint Gillius & Rondeletius. Qui ab Ariſtotele Araneus (inquit Gillius) vocatur, nulli Græci authores venenatum eſſe tradunt: Draconem verò omnes ſcriptores atque ætatis noſtræ piſcatores, cùm à Paſtinaca diſceſſerunt, » omnium venenoſiſſimum eſſe aſſerunt. Apparet autem Gillium id ſcripſiſſe & falſum eſſe ex de- » prauato quodam [b] Ariſtotelis loco, in quo Mugili quendam piſcem infeſtum eſſe ſcribit, pro quo piſce in quibuſdam exemplaribus ἀφύακος legitur, vt Gaza etiam legit, in quibuſdam ἀχάρνα, in alijs ἀράχνης id eſt Araneus: nos hunc locum reſtituimus in Acharne. Rondeletio qui Araneum Ariſtot. vt credit dictum, ex malacoſtracorum ſiue cruſtatorum genere putat, impoſuit aſſimilatio à philoſopho facta in cancello ad arancam. Cancellus enim aranex inſecto ſimilis cum ſit, non eſt neceſſe Araneam ex cruſtatis eſſe arbitrari. Iſidorus Plinium ſecutus Araneum & Draconem ſpecie diſtingui arbitratus eſt, Araneam (rectiùs Araneum vocaſſet) tamen etiam genus piſcis eſſe ait ſic dictum eò quod aure feriat. Habet enim (inquit) in ea ſtimulos quibus percutit. Et fortaſſis eiuſdem Vipera marina non alius ipſi piſcis intelligitur quam Draco vel Araneus marinus: Ait enim *parvum eſſe piſcem, paulò plus quàm cubiti vnius: in capite ſuper oculos vnum cornu ferre, parvum, acutum & mortiferum: eo*

D *namque quemcumcunque vulnerat, veneno inficere, piſcatores itaque id cauere volentes, capto piſce caput ei amputare, reliquum verò corpus in vſum hominum cedere*. Quæ omnia piſci quo de agimus, conuenire hiſtoria ſubſequens indicabit. Iam verò Plinius Draconis marini nomine duos diuerſos piſces intelligere mihi videtur; nam Draconem marinum, *quem* alibi [c] *captum atque immiſſum in arenam cauernam ſibi roſtro mira celeritate excauare* tradit, hunc quo de hîc ſermo eſt, eſſe non puto, etſi Rondeletius hunc quoque captum arena ſe obuoluere ſolere tradit: aliud enim mea quidem ſententia (vt Matthioli verbis vtar) deſignat Plinio, roſtro in arenam immiſſo mira celeritate cauernam ſibi excauare: aliud verò Rondeletio in arena ſe obuoluere, vt ferè cæteri faciunt piſces, qui viui è retibus ad litus à piſcatoribus deuoluuntur. Quamobrem hîc Plinium Draconi tribuere non dubito, quod ſerpenti marino [d] Ariſtoteles, *quem* ſcribit *ſi caprus dimittatur foris, in arenam roſtro quàm primùm adacto terebrare, ſubireq; totum*. Differt autem Serpens marinus & Draco quòd hic vel ipſo [e] Plinio teſte Gracculo ſimilis ſit: ſerpens verò Congro, qui & ipſe anguilliformis eſt, & toto genere à Gracculo diſcrepat. Nunc reliqua quibus apud alias gentes Draco nominatur, nomina proſequamur. Galli

[a] *Cap 15. de piſc. Rom.*

*Trachurus qui Iouio.*

» in ſtrictura numerum refertur, quam Trachurum, vt Oppiano videtur, eſſe putamus, vel vt Athenæo » placet, Trachidam, eo argumēto quòd infeſtam & prope lethalem ſpinam habet, & binas etiam alias, » & quidem acutiſſimas ab auribus prominentes.

*Araneus piſcis.*

*Error Plinio familiaris.*

[b] *L. 8. Hiſt. cap. 2.*

*Aranea Iſidoro qui.*

*Vipera marina.*

*Draco marinus Plinio diuerſus.*

[c] *L. 9. c. 27.*

[d] *L. 9 Hiſt. cap. 17.*

[e] *L. 32. c. 11*

Viue dicunt,quòd præter aliorum piſcium naturam,diu extra aquam captus viuat: Angli à Viuer, ſiue vt Iunius ſcribit à Quauyuer,neſcio an ob eandem rationem, an potius quam Feuer aut Fiuer appellant à febre,quam venenato ſuo ictu ſubinde excitat: Hollandis & Zelandis een Pieterman. E

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

*Duo eſſe genera.*

SAluianus marini Draconis duo genera,magnitudine,corporis forma,coloriſque diuerſitate inuicem differentia & deſcribit & depingit; negatque id cùm a veterum, tum recentiorum ullo unquam fuiſſe animaduerſum. Nam licet Plinius Draconem à nonnullis à Dracunculo diſtingui dicat:cùm tamen neque eos qui id ſenſerint,nominatim referat,nec differentias quibus illi eos ab inuicem ſeparauerunt,doceat,nullis rationibus hanc quam obſeruauit differentiam, illis quoque cognitam fuiſſe,affirmare poſſit: Atqui meo iudicio nihil peccauerit ille qui hunc minorem Saluiani

*Draco & Dracunculus ſpecie differunt.*

Draconem,Dracunculum cum Plinio uocauerit,& ſpecie Dracunculum à Dracone diſtinxerit;quod & Rondeletius fecit,licet longè diuerſum ab Saluiani minore Dracone pro Dracunculo nobis oſtendat. Bina quoque Draconis genera eodem ferè tempore dedit Geſnerus, Venetijs acceptis iconibus: F

*Araneus q Venetijs. Dracanis.*

quorum minorem Peſce Ragnoid eſt, Araneum piſcem,ibi ſimpliciter uocari ait: maiorem uerò Peſce Ragno pagano. Cùm itaque ab Ephippo apud Athenæum δράκαινα nominetur inter piſces, haud incongruè Dracunculum ſiue minorem Draconem,ut Hermolaus quoque reddidit, ipſi intelligi credi poterit, Maior Saluiani Draco is eſt,qui alijs ſimpliciter Draco appellatur. [a] Aelianus hunc reliquo

*Draco maior Saluiani*

*[a] L. 14. c. 12*

corpore alijs piſcib. ſimilẽ eſſe ſcribit: caput uerò & oculorum magnitudinẽ terreni draconis ſpeciem ſimilitudinemq; gerere magnos enim eſſe & uenuſtos: maxillas item ſimilitudinem quandã habere cũ terreſtribus,& eius pellem nõ procul abeſſe à terrena palpanti uideri, ſquamarũ ſcilicet aſperitate: quin & infeſtis & uenenatis armatum eſſe aculeis. Plinius loca,vbi aculei ſunt, diligenter adnotauit,

*Aculei vbi*

*[b] Cap. 11.*

ſemel ubi Araneum uocat,iterum ubi Draconem,ignarus eundem piſcem eſſe. [b] In trigeſimoſecundo integram Draconis deſcriptionem ponens: *Draco* (inquit) *quidam aliud volunt eſſe Dracunculum. Eſt autem Gracculo ſimilis. Aculeos in branchijs habet ad caudam ſpectantes.* Quibus poſterioribus uerbis

*Draco Bellony & Rõdel. examinatur.*

motus Geſnerus,dubitat de iconibus Rondeletij & Bellonij,quorum Draco non unum aculeum ſed quatuor aut quinque paruos habet, eoq; maximè cùm icones ipſi Venetijs miſſæ unum eundemque magnum oſtendant,unumque tantùm etiam uideatur tribuere Dioſcorides, τὸν ἐκ τῆς ἀκανθης ἀντὶ πλήκτου nominans,hoc eſt,ex aculeo eius plagam: & Iouius denique Trachinam Romæ dictam ſcribit infeſtam & propè lethalem ſpinam in ceruice habere. Ego iſthæc non ſatis exactè ab hiſce ſcriptoribus notata reor:nam Rondeletij & Bellonij icones exactiſſimè conueniunt cum noſtra,item cum utroque Saluiani: Geſneri uerò icones uitio carere alia præterea arguunt Quòd autem non ſatis diſtinctè iſthæc, à Plinio ſaltem obſeruata ſint, uel ex hoc etiam colligere licet, quòd Draconi aculeos tribuat in branchijs ad caudam ſpectantes:ibi enim unicum tantùm habet,etſi Rondeletius branchiarum opercula in aculeos terminari ſcribat, quaſi plures uno forent, cùm alioqui unum tantùm in icone,ut debebat;expreſſerit. Piſcis eſt oblongus, & ut Bellonius ait,forma pugionis modo compreſſa, unde à quibuſdam Gallis Poignaſtre uocatur quaſi pugio. Saluianus ſquamis carere dicit, item Bellonius,vel ſaltem exiliores habere quàm ſint ſerpentium. Rondeletius paruas ei tribuit ac tenues, Aelianum(ut apparet) ſecutus,qui aſperas habere ſcribit φολίδας, quæ ferè ſerpentibus tribuuntur,& ipſe etiam Rondeletius ſine ſquamis & planè nudum Draconem pingit. Percam marinam quodammodo refert capite,magno ſcilicet & rotundo. Os non in longitudinem,ſed in obliquum,nec recta ſed curua ſciſſura hiſſum habet: Conuexa enim latera inferioris maxillæ(quę paulò longior eſt ſuperiore, nec rectà nec obliquè ſurſum porrigitur) à concauis ſuperioribus lateribus,dum illud clauditur, ſuſcipiuntur. Dentibus ut in Dracone ſerpente id communitum eſt. Oculi magni ſunt,quibus magnitudine ſupercilia reſpondent, ſurſum ſpectantes ac adeò ſplendidè uireſcentes, ut ſmaragdum pulcherrima uiriditate ſuperent, ijdem breui interuallo à ſe diſtant, in quo triangulum expreſſum & aculeos paruos cernas. Branchiæ utrinque quaternæ, quarum exteriora opercula aculeo ad caudam ſpectante armantur,ut dictum eſt:quæ opercula poſt articulationem cum oſſibus capitis, tenui membranæq; ſimili ſubſtantia potiùs quàm oſſea conſtant, quamobrem Draco ea cùm extra aquam aërem trahit, inflat, non aliter quàm nos buccas inflamus. Ad branchias pinnæ

*Deſcriptio.*

*Squamæ.*

*Caput. Os.*

*Oculi.*

*Branchiæ.*

Draco Rond.



A pinnæ duæ,eo ſitu,vt in fluuiatilibus, hoc eſt, inferiores multò quàm in marinis eſſe ſolent: inter has & ſciſſuræ oris finem in parte ſuperna duæ aliæ minores,candidæ. In ceruice vel dorſi principio quinque habet aculeos tenues, nigros, præacutos, tenui membrana anteriori parte nigra,poſteriori verò alba connexos,quibus venenatum vulnus infligit,multoque pernitioſius quam branchiarum aculeis. Ab hac pinna alia incipit ad caudam vſque continuata,quæ magna eſt,lata, atque adeo bifurca. Alia denique eſt a podice ad caudam etiam vſque: qui diuerſo in hoc quam in alijs piſcibus loco ſitus eſt: cùm enim alij in medio eum habeant ventre,alij verò inferius verſus caudam,in Dracone non procul à branchijs diſtat:vnde fit quòd breuis admodum ventris eius ſit capacitas interna, cùm tamen carnoſus ſit & ſatis amplus ventriculus. Colore eſt vario. Dorſo enim fuſco eſt, ventre candido, lateribus lineis aureis tranſuerſis pulchre diſtinctis. Minor modò Draco in nonnullis (inquit Saluianus differt:)cùm enim maior crebrò ad libræ vnius & duarum etiam aliquando magnitudinem excreſcat, (Rondeletius in Oceano aliquando cubiti magnitudinem attingere tradit.) minor ne dimidiam quidem libram implet: præterea capite & corpore reliquo,non rotundo, vt maiori; ſed in latera compreſſo eſt: cuius denique latera non ſubluteo ſolùm colore,quo maior ille inſignitus eſt, ſed frequentibus etiam & obliquis,ad cæruleum colorem vergentibus lineis pulcherrimè depicta ſunt. Habes hic can-
B dide lector Aranei ſiue Draconis quatuor alias ſpecies: quarũ prior aculeo ad branchias,pinarumq; numero cum præcedenti conuenit,colore verò & maculis lineiſque differt. Oſſa branchiarum colore ſunt roſeo,ſed in extremitatibus aureo. Aculeus item aureus,ſicuti & pinnæ quæ ſunt ad brachias: quæ verò in pectore conſpiciuntur,albicant,cæteræ ſubuirent. Os pronè quoque viride, ſupinè albicat. Dorſum ex ſubuiridi fuſceſcit,maculis rotundis ad caſtaneum vergentibus denſiſſimis conſperſum, Venter argenteis lineis craſſiuſculis contrario inuicem ordine oppoſitis decoratur. Cauda tota ex cæruleo ad amethestinum tendit. Altera ſpecies in vertice inſignem habet aculeum; colore eſt in dorſo ſubcaſtaneo,ventre albo, valde maculoſa. Pinna ceruicis inter quatuor priores aculeos in ſummitate atra eſt,cætera fuſca:quæ verò ad caudam vſque protrahuntur, & cauda etiam ipſa, coloris ferè ſunt violacei. Tertia capite eſt caſtaneo, præter os quod pronè ſupineq; ferè violaceum eſt. Oculi in vertice ferè vt in Callionymo,inter duos locati aculeos. Pinnæ branchiarum & pectoris,item quæ in ventre eſt,roſeo ſunt colore: Quæ verò in ceruice cernitur, ad quartum vſque aculeum violaceo,cætera albicat,& rotundas,fuſci coloris maculas oſtendit,quemadmodum & ſubſequens, quę ad caudam vſque excurrit. Dorſum ad caſtaneum vergit,& nigricantibus maculis inſignitur. Latera & venter virideſcunt. Quarta ac poſtrema magna ex parte caſtanei eſt coloris, dilutioris in capite,
C intenſioris in dorſo. Lineæ quæ à branchijs ſunt ad caudam vſque planè ferrugineæ. Tota pars ſupina candicat. Pinnæ ad branchias & ad pectus, rubræ ſunt: cæteræ cæruleæ, ſed ariſtas habent rubras. Cauda præterea in extremo ferruginea eſt.

*Aculei venenati.*

*Podex.*

*Venter.*

*Color.*

*Draco minor vt à maiori differat.*

# LOCVS. NATVRA. MORES.

BEllonius Draconem marinum pelagium æquè ac litoralem eſſe ſcribit. Ariſtoteli [a] ſimpliciter litoralis eſt: [a] Oppiano in petris & arenis paſcitur: [a] *L.8.Hiſt. cap.13.*

*Cautibus & bibula Mulli paſcuntur arena, Aurata fulue ſplendoris nomine dicta,*
*E Symij & Glauci, & denſato dente Dracones.*

Vbi notandum à Lippio interprete Dracones denſato dente vocari contra poëtæ Oppiani mentem, qui hoc epitheton Synodonti tribuit,Græcè enim ſic legitur: ἢ δὲ δράκοντες καὶ ἀκιχᾶται σιμόδοντες. [b] Nicander δράκοντα ἁλιῤῥάιστην, id eſt maris vaſtatorem nominauit,propterea quod (vt Saluianus exponit) peſtilens venenum ſuo ictu infligat,ſuper qua re addubito; cùm enim δράκοντες ἅλιμοι etiam in-
D ter piſces ab Epicharmo dicantur, id eſt, fortes, robuſti, ſtrenui, aut robore tum corporis tum animi præditi,fortaſſis non malè ad gulam quis referat,quod ſcilicet inter paruos piſces ſtragem faciat; Loliguncułis enim alijſque minutis piſcibus teſte Rondeletio veſcitur. Idem Saluianus ſoliuagum potiùs quàm gregalem eſſe vel inde conijcit, propterea quòd nunquam plures vnà capiantur, vti piſcibus gregatim degentibus contingere ſolet. Capiuntur demiſſis(vt inquit Bellonius, in profundum lineis ſetis:plurimi inter inſulas maris Ægæi. Mirum quod de hoc piſce prodidit [b] Aelianus: *ſi manu dextra attrahere eum coneris,non ſequi,amore volenter reniti ſi verò ſiniſtram inijcias,cedere & capi*. Nec minori etiam admiratione dignum eſt quod Gillius ex multorum (vt aſſerit) piſcatorum relatione ac teſtimonio narrat; eo tempore cùm piſcium genus amore tenetur, in vulnere quod marinus Draco inflixiſſet,piſciculos illi ſimiles procreatos fuiſſe.

*Lippij error*

[b] *In Theriacis.*

*Cibus.*

*Soliuagum eſſe.*

*Vt capiantur.*

[b] *L.5 c.28.*

Araneus primus ab authore obseruatus.



Araneus authoris alter.





Digitized by Google



A

## VENENVM: EIVSQ. CVRA.

DRaconis marini ictum, non autem morſum vt Albertus loquitur, venenatum eſſe non ſolùm Oppiani, Dioſcoridis, aliorumque teſtimonio comprobatur, ſed piſcatorum omnium quotidiano etiam periculo, qui (vt Gillius ſcribit) cùm à Paſtinaca diſceſſerunt, omnium marinorum venenatiſſimum eſſe aſſeuerant, ideoque alij alijs in locis in captis aculeos amputant, alijs capita eorum lapidibus conterunt, deinde hamum ab ore auferunt: in alijs denique truncato capite morſis inferunt; vt non ſatis mirari queam [a] Aelianum, qui Gobionem & Draconem marinum pungendo venenum quidem emittere, ſed minimè id mortalem eſſe ait. Moleſtos quoque cruciatus ipſe ictus parit, & interdum etiam nomas excitat; inflammationes verò, & febres ſemper. Teſtatur Rondeletius ſeſe aliquando vidiſſe partem à marino Dracone punctam in tumorem erigi & cum doloribus vehementiſſimis inflammari, quæ (inquit) ſi negligatur, facile gangræna corripitur. Aiunt autem viuentis piſcis punctura formidabiliorem eſſe, quam demortui: nam & à demortuis inflictum vulnus multum dolet. Aduerſus modò hoſce ictus peſtilentes Natura multa nobis eademque præſentia quoq; remedia largita eſt, quorum alia intra corpus aſſumuntur, alia foris ictui applicãtur: alia deniq; vtrumque præſtant: vt Mullus teſte Plinio, illitus nimirum, aut ſumptus in cibo. Dioſcorides atque ipſe etiam Plinius abſynthium in vino potum aduerſari Draconi marino aſſerunt. Ipſe verò Draco proprio ictui applicatus, remedio eſt, vt Dioſcorides & Galenus teſtantur: item ſi cerebrum eius in potu aſſumatur, vt Aegineta: quare vbi Plinius habet: *Draco marinus ad ſpina ſua qua ferit, venenum, ipſe impoſitus, vel cerebro toto prodeſt*, lego *poto*. [b] Actius locum percuſſum fricari iubet cum plumbo, ipſumque Draconem diſſectum plagæ imponi: ſerpyllum item tritum aut lenticulam coctam pro cataplaſmate imponi: in potu verò abſynthium cum vino diluto præberi aut Saluiam cum paſſo. Mirè etiam ictis conducere ex bryonia & eruo paſtillum cum vino potum. Aegineta præterea (ex Dioſcoride) ſulfur cum aceto imponit, aut ipſum Draconem piſcem apertum, & vrina humana fouere ſeu perfundere, vt Dioſcorides quoque conſulit. Cæterùm Marcellus Virgilius, quærens an eundem Draconem illum qui vulnerauit, medicinam vulneri à ſe facto facere authores innuant; an ex eodem genere quem potuerit aliquis habere: ipſi, ſicuti & mihi, in priorem ſententiam animus inclinat: quo nimirum modo morſus canum faciliùs curari obſeruamus, ſi eius qui momordit, vulneri crines imponantur: & Bellonius ſcribit, credere nonnullos remedium puncturæ eſſe, ſi ab eodem aculeo iterum atque iterum vulnus pungas, quaſi vnico ictu venenum euomens, ipſe in ſe veneni remedium habeat. Piſcatorum nunc conſilio iecur illius illinitur, vt dolor ex ictu ilico mitigetur. Allium commendat Auicenna & Serapio ſecundum Dioſcoridem vt citat Aggregator cum folijs ficus agreſtis & cumino emplaſtri modo impoſitum. Idem Serapio ficus aridas cum hordeo & vino emplaſtri more impoſitas commendat. Dioſcoridi quoque ocimum probatur, Auicennæ ocimum fluuiale applicatum. Plumbum integrum ſiue ſimplex, id eſt, nec lotum nec vſtum, vtiliter etiam affricatur, ſecundum Dioſcoridem, ex quo tamen Serapio plumbum vſtum tritum & illitum quoque laudat, quod apud illum (quod equidem ſciam) non reperitur. Carnes ſtellæ impoſitæ, item ſalſamenta vel Cybium ex aceto proſunt, vt Plinius tradit, qui & alteram tuſſilaginem, quæ (inquit) quibuſdam ſaluia appellatur, ſimilem verbaſco, efficacem eſſe ſcribit: apparet autem Sclaream vulgò vocatam intelligere, quæ nimirum nonnullis ſaluia ſylueſtris aut maior vocatur. Nec eſt negligenda theriaca, quin hac commodè propinatur ex aqua abſynthij. Scribit Rondeletius patriæ ſuæ piſcatores in hoc malo ad lentiſci folia, tanquã ad ſacram anchoram refugere, ijſq; partem vulneratam affricare: rectiùs tamen ſibi conſulturos, ſi diſſecti Draconis carnes vel cerebrum imponerent. Genuæ in ipſiſmet litoribus exiguum naſcitur genus thlaſpios à nobis ſuo aliquando loco depingendum, quo nihil præſtantius ibi piſcatores iuuenere, vt me admonuit, communicata etiam ſtirpe, Bernardinus Caſtellettus Genuenſis, vir cùm humaniſſimus, tum ſecretorum Naturæ indefeſſus inueſtigator. Notandum interea, omnia iſthæc remedia conferre, antequam gangræna partem ictam occupauit: aliàs enim gangrenæ cauſa locus affectus ſcarificandus eſt, garoq; & aceto fouendus, & ſaliti Mulli caput imponendum.

*Ictum venenoſum eſſe.*

[a] *l. 13 c. 7.*

*Ictus ſymptomata.*

B

*Remedia ad ictum dracõnis.*
*Mullus.*
*Abſynthiũ.*
*Draco ipſe.*
*Plinius corrigitur.*

[b] *L. 13. c. 36*

*Paſtillus ex eruo et bryonia.*
*Sulfur.*

C

*Iecur.*
*Allium.*
*Caricæ.*
*Ocimum.*
*Plumbum.*
*Stella marina.*
*Tuſſilago altera.*
*Saluia ſylueſtris.*
*Therica.*
*Thlaſpi.*

D

E

## VSVS IN CIBIS ET MEDICINA.

*Carnis qualitas.*

PHilotimi dicentis Draconis marini carnem duram eſſe,& ſiccam, ſententiæ ſubſcribit Galenus, inquiens *qui Draconibus marinis veſcuntur, omnes duram ſibi videri dicere*. Non ſunt tamen valdè duræ carnis,imo verò quouis modo conditi ſatis grati ſunt,multumq; nutriũt, & bonum ſuccum generant. Recentis huius piſcis è capite cinis, vt Rondeletius teſtatur,neſcio an proprio experimento edoctus,vel alterius authoritate nixus,contra omnia venena prodeſt, cæca quadam naturarum diſcordia. Plinius autem oſſibus marini Draconis ſcarificatis gingiuis, dentium dolores ſedari ſcribit.

*a Lib. 2. de Alim. fac.*

*Cineris facultas.*

*Oſſium vſus*

## DE DRACVNCVLO RONDEL. Cap. LI.

F

## SYNONYMA.

DRacunculi piſcis ſolus quod ſciam (inquit Rondeletius) Plinius meminit, quẽ à Draco ne differre ſcripſit, vt proximo capite oſtendimus. Atqui proximo capite dixerat,Plinium ſcripſiſſe (ſicuti reuera ſcripſit) quibuſdam Dracunculum aliud vocari à Dracone: ipſe interim ex propria ſententia non diſtinguit. Inclinat tamen nobis etiam animus,vt differant,ſed ſitnẽ,quem minorem Draconem vocauit Saluianus, (quod magis crediderim) an iſte à Rondeletio propoſitus,arduum, imò temerarium fuerit definire,quandoquidem Plinius diſtinctionis notam nullam præter ſolum nomen aſcripſit. Rondeletij iſte Dracunculus ſuis Lacert quaſi Lacertus appellatur, quòd Lacertis terrenis figura ſimilis ſit

*Lacertus*

## FORMA. DESCRIPTIO.

*Forma.*

*Caput.*

ESt piſcis marinus (inquit) dodrantali magnitudine, Cotto fluuiatili non multùm abſimilis, roſtro acutiore,& capite latiore, Ranæ etiam piſcatrici quodammodo ſimilis,ſed Rana piſcatrix ore eſt maiore,pinnis concoloribus,quæ in Dracunculo variæ ſunt. Capite eſt magno, compreſſo,roſtro prominente,ore paruo ſine dentibus,ſine vlla ad branchias ſciſſura: ſed huius vice ſupra caput vtrimq; foramen eſt,vt in Hippocampo,quod,niſi dum piſcis viuit,eoq; aquam trahit, & emittit,manifeſtiſſimum eſt. Oculos magnos ſupra caput poſitos habet:capitis os in aculeos deſinit ad caudam ſpectantes. Pinnas longiſſimas pro corporis magnitudine habet,partim aurei,partim argentei coloris æmulas. Quæ ad branchias ſitæ, aureæ ſunt, in radice argenteæ. Quæ in ſupina parte, à cæterorum marinorum piſcium pinnis,ſitu magnitudineq; diſſident:nam & ori propiores ſunt & longiores ijs quæ ſunt ad branchias, In dorſo duæ eriguntur:prior (hæc in pictura vix apparet) parua eſt,aurea & argenteis lineis diſtincta;poſterior magna admodum in medio dorſo,papilionum alis nõ valdè diſſimilis,radijſq; quinq;, hordei ariſtis ſimilibus,membranaq; conſtans. Radij priores longiores ſunt,poſteriores breuiores,contrà quàm in membrana, quæ ſingula radiorum interualla, veluti intertexta occupans paulatim creſcit. Eadem quoq; varia eſt, lineis enim argenteis in medio duarum nigrarum ſitis diſtinguitur. Hæc in medio dorſi cauo veluti in vagina conditur. Alia eſt à podice ad caudam,etiam aurea,demptis eius fimbrijs quæ nigricant. Corpus totum ſenſim gracilius fit, & in pinnam longam terminatur, cuius fimbriæ nigricant. Eſt & picto corpore: nam ab huius medio argenteæ lineæ ad ventrem ductæ ſunt. In maxillis partibuſq; anterioribus veluti punctis argenteis notatur. Ventre eſt lato,plano,candido, Cuticula tantùm tegitur. Habes hîc & alterius piſcis iconem, Vranoſcopi nomine mihi communicati,à quo tamen plurimum differt. Capite Dracones refert,pinnis Dracunculum,corporis cùm figura,tum colore & lituris Lucium. Differtq; à Draconibus & Dracunculis,quia ſquamis tegitur:quibus Lucium quòq; planè refert.

G

*Oculi.*

*Pinnæ.*

H

*Color corporis.*

*Cutis.*

Dracunculus Rondel.



LOCVS.



## LOCVS. NATVRA. VSVS.

CApitur in Agetenſi litore: alioqui rarus eſt: & tum ob raritatem, tum ob venuſtatẽ ſummumq; omnium rerum opificis Dei in hoc piſce artificium, piſcatores admirantur, & amicis qui naturæ contemplatione delectantur, dono dant. Capitur autem maximè caniculæ vigentis tempore, cuius ſideris vim omnia ferè animantia ſentiunt, etiam piſces ipſi, quorum alij è profundo ſurſum ſe efferunt, alij in profundum ſecedunt, alij ad ſaxorum latebras confugiunt. Carnis ſubſtantia Gobionibus paruis ſimilis eſt: ijſdemque alimentis veſci traditur. Minus venenatus huius quàm Draconis ictus. Hactenus Rondeletius.

*Quando capiatur.*

*Carnis qualitas.*

*Ictus venenoſitas.*

## DE VRANOSCOPO. Cap. LI.

### SYNONYMA. ETYMVM.

VI Ariſtoteli, Dioſcoridi, ac Aeliano καλλιώνυμος, pleriſque'alijs etiam οὐρανοσκόπος dicitur, quaſi cœli ſpeculator, (vt interpres Galeni quoque tranſtulit,) ab oculis quibus cùm ſupra caput a natura collocati ſint, rectà cœlum intuetur. Apud veteres Latinos Latinum nomen non iuenio. Plinius Græcis vtitur. Theodorus verò apud Ariſtotelem καλλιώνυμον interpretatur Pulchrum, ac ſi καλλίχθυν legiſſet, quì nempe rectiùs Pulcher Latinè dicetur, nam Callionymus nulla eſt corporis aut coloris pulchritudine ſpectabilis, imo verò aſpectu potius ingratus ac deformis. Apparet autem hunc piſcem Callionymi nomenclaturam ſibi aſciuiſſe ob οὐρανοσκόπου appellationem, quæ (vt vtar verbis Rondeletij) pulcherrima eſt, & homine quàm piſce dignior: Hominis enim proprium eſt ſurſum aſpicere, id eſt, mente naturam rerum & cælum contemplari: fragilia & caduca quæque falsò in bonis a vulgo habentur, deſpicere, atque infra ſe poſita eſſe arbitrari. niſi velimus Callionymum dici ab aliqua ſimilitudine pudendorum: nam Maſſilienſibus teſtante eodem Rondeletio vulgò Tapecon appellatur quòd peſſi inſtar conformatus eſſe videatur, & Raſpecon quòd caput ob aſperitatem ad ſcalpenda muliebria pudenda accommodari poſſit, vnde eſt quòd ibi matronæ honeſtæ ac pudicæ eum vix nominare audeant: & καλλιώνυμος, vt Varrinus & Heſychius tradunt, metaphoricè pro vtriuſque ſexus genitali accipitur. Idem Rondeletius hunc piſcem Athenæo etiam Αγνον, id eſt Caſtum vocatum fuiſſe tradit, quanquam de eius caſtitate apud veteres inuenerit nihil. In eadem ſententia eſt Saluianus: Geſnero verò, & meo iudicio meritò ſuſpecta eſt hæc appellatio: ſi enim bene legitur ille Athenæi locus Agnus ab Vranoſcopo, & à Callionymo differet: legitur enim ſic: Οὐρανοσκόπος καὶ ὁ ἄγνος καλούμενος, ἤ καὶ καλλιώνυμος, βαρεῖς: id eſt, *Vranoſcopus & qui Agnus vocatur, ſiue etiam Callyonymus, graues ſunt*: tres nimirum piſces nomine & ſpecie diſtincti. Sed Rondeletius pro βαρεῖς legit βαρύς id eſt, grauis, ſed ſi ſic legendum eſſet, tum etiam hæc verba καὶ ὁ ἄγνος tranſponenda eſſent, legendumque ὁ καὶ ἄγνος. Callionymus autem pro agno etiam piſce, nimirum Anthia accipitur teſte Heſychio, & ab Epicharmo Ellops Callionymus etiam creditur. Oppianus eleganter hunc noſtrum piſcem vocauit ἡμεροκοίτου ab officio quòd videlicet interdiu in arena dormiat, noctu vigilet prædæ quærendæ cauſa: quare eidem νυκτερίς, id eſt Veſpertilio, & non noctua, vt Lippius verit, quæ γλαὺξ vocatur, nuncupari meruit; vt vel hinc adagiorum authorem cæcutiſſe conſtet, qui Hemerocœtum Phocam interpretatur in hoc Suidæ loco: ἡμεροκοίτος, ἰχθύς τίς, καὶ ὁ κλέπτης: id eſt, *Hemerocœtus piſcis quidam & fur*. Poſſit tamen idem nomen impropriè Phocæ etiam tribui, quandoquidem & ipſe noctu in terram exit. Perquam appoſitè etiam Heſychius & Varrinus ψαμμοδύτην vocarunt quaſi dicas, arenarium, quòd, vt Oppianus ait,

Αἰεὶ δ' ἐν ψαμμάδοισι παγκρυσίου τετάνυσται Εὕδων,

id eſt, *quòd ſemper interdiu arenis immerſus dormiat, aut quòd in arena ſe occultet*. Cairion barbaram vocem Syluaticus exponit piſcem qui oculum habet in capite. Apparet autem Vranoſcopum intelligere, quem nimirum Plinius ſimiliter dictum ſcribit, quaſi vero oculum habere in capite huic ſit peculiare. Romani Meſſoro dicunt, item peſce Prete, Genuenſes ſimiliter vn Preue quaſi præsbyterum vel ſacerdotem ob oculorum nimirum ſitu, id eſt ab eo quod cœlum ſuſpiciat, vt ſolent qui preces ad deum fundunt, quod ſacerdotum præcipuè officium eſt, Veneti Bec in cao, fortè quòd roſtro careat, Monſpelienſes vn Rat. Inuenio etiam quibuſdam Italiæ locis vocari Lucerna di petre ad differendam fortaſſis alius cui ſimpliciter Venetis Lucerna appellatur. Holandis vocatur Hoſemont ob oris inuſitato ſitu quaſi Hoghemont, id eſt in altiori loco os ſitum habens.

*Callionymus.*

*Vranoſcopus.*

*Pulcher.*

*Tapecon.*

*Raſpecon.*

*Caſtus.*

*Callionymus etiam de alijs piſcibus.*

*Hemerocatus.*

*Nycteris ſine Veſpertilio.*

*Pſammodytes.*

*Cairion.*

*Nomina vulgaria.*

FORMA

A

# FORMA. DESCRIPTIO.

VRanoſcopus ſiue Callionymus piſcis eſt læui cute eaque dura & quæ facilè excoriari poteſt, præditus: Corpore ferè rotundo: capite magno oſſeoque & duobus aculeis ad caudam ſpectantibus aſpero, quocum Ranam piſcatricem quodammodo refert: vertice admodum lato. Roſtro quodammodo caret. Os alio quàm in alijs piſcibus fieri ſolet, loco ſitum eſt, nimirum ſupra caput, & (vt Oppianus ait) inter medios oculos; eſtq; magnum & valde patulum & inferiore maxilla ſurſum maximè attracta clauditur. Dentes habet exiguos, linguam breuem ſed latam, quæ internas oris partes ita occupat, vt niſi digito eam comprimas & ſubmoueas, non videantur. Ex ea parte quæ inter linguam eſt & maxillam inferiorem oritur, teſte Rondel. membrana in principio latiuſcula, ſenſim in carnoſam rotundamq; apophyſin deſinens, extra os propendens qua piſciculos allicit, *Cutis.* *Os.* *Dentes.* *Lingua.*

Vranoſcopus Rond.

B



allectos deuorat. Eandem cùm vult, retrahit & exerit, veluti ſerpens linguam. Pars inter oculos interiacens depreſſa eſt & concaua. Branchiæ vtrimq; quaternæ ſunt, quarum oſſea opercula poſteriore parte aculeo robuſtiſſimo ad caudam ſpectante horrent. Iuxta branchiarum ſciſſuram pinnæ duæ magnæ & robuſtæ, craſſæ & mucoſæ & variæ exoriuntur. Subſunt in parte ſupina duæ aliæ minores albæ, maxillæ inferiori propinquæ. Has pinnas ſequitur os veluti ſternum, quod tribus aculeis horret. Succedit pinna alia à podice ad caudam. In dorſo duæ ſunt, quarum prior capiti propior parua eſt & nigra, vt in Araneo: poſterior ad caudam vſq; porrigitur, dorſo concolor. Cauda in pinnam latam deſinit, Pauonis caudæ dum piſcis viuit, æmulam, fimbriæ purpuraſcunt. Venter eſt ſubalbidus: dorſum verò ac partes reliquæ ex cineraceo fuſcæ apparent, qui colores, dum viuit, manifeſti ſunt, alioqui vnà cum vita pereunt. A capite lineæ duæ ex ſquamulis conſtantes ad caudam protenduntur. Ventriculus amplus eſt, craſſus ac carnoſus, cum appendicibus plurimis, inteſtina ter reuoluta, hepar candicans, à cuius exteriore parte fellis veſica pendet, admodum magna pro corporis ratione, felle valde diſtenta, quod ſubſtantia & colore oleum æmulatur: cuius rei meminit [a] Plinius, nulli piſcium hoc copioſius eſſe ſcribens; citat autem Meandri authoritatẽ in comœdijs, immemor fortaſſis eiuſdem mentionem fieri ab [b] Ariſtotele, qui nempe Callionymo in iecore fel ineſſe tradidit pro portione corporis omnium copioſum: addit [c] Aelianus hunc philoſophi locum recitans, iecur ipſum tradere ad dextrum latus collocatum eſſe, Meandrumque huic rei teſtimonio eſſe in Meſenia, his verbis: *Facio te fel habere Callionymo copioſius*: item Anaxippum in Epidicazomeno dicentem, *niſi moneas & ſic vt Callionymi feruere efficias omne fel*. Lien exiguus, rotundus atque rubens ventriculo hæret. Vterus bifida eſt & longa. Non multum excreſcit & rarò pedalem longitudinem excedit. *Vt piſces ve netur.* *Branchiæ.* *Pinnæ.* *Cauda.* *Color.* *Venter.* *Dorſum.* *Partes interna.* *Magnitudo*

[a] *L. 32. c. 7.*

[b] *L. 2. Hiſt. cap. 15.*

[c] *L. 11. c. 34*

C

D

# LOCVS.

PLanè marinus piſcis eſt, Rondeletio, imò uerò ipſi [a] Ariſtoteli inter litorales connumeratus. Verùm cùm perraro, adeo ac ſolus fere ſemper capi ſoleat, Saluiano pelagius potiùs quàm litoralis videtur, quoniã litorales & crebriùs & ſimul plures, pelagij verò & rariùs & vnà pauciores capiantur: vt qui ad litora, circa quæ maximè piſcatio exerceatur, non niſi rarò & temerè (& ob id ſoli potius quàm gregatim) adnatent. Quod ſi tamen Ariſtoteli (inquit) ſubſcribendum ſit, rarioris eius capturæ eam reddemus cauſam, quòd die dormiat, & nocte (quo quidem tempore non piſcantur piſcatores vagetur. Quieſcentes enim piſces multò minus, vagantes verò multò magis capi, certiſſimum eſt, & piſcantium omnium teſtimonio comprobatum.

[a] *L. 8. Hiſt. cap. 13.*

# NATVRA. MORES.

*Viuacitas. Ignauia. Voracitas. Aſtus.*

PIſcis eſt ſoliuagus, carne veſcens: adeo viuax (inquit Bellonius) vt ſi internis omnibus ſpolies, nihilominus adhuc moueatur. Eſtque omnium piſcium & ignauiſsimus & voraciſſimus. quare vt ventrem ſuum famelicum ſaturet, ad aſtum refugium habet, paruiſque piſciculis inſidias molitur apophyſi illa, quam extra os propendere diximus. Eam enim ex ore demittit, & piſciculos tanquam ad vermem, ad eam adnatantes, eamque prehendentes vnà cum ea deglutit: nunquam tamen inſaturabilem ſuam rabiem explere poteſt, quin cò vſque progreditur eius inexhauſta cibi helluatio, quoad cibo onuſtus, in terram ſe abijciens, pœnas det maiori aliqui piſci, qui humi ſtratum in ventrem demittit ſuum. Eſſe autem inſatiabili abdomine, vel hoc declarat, quòd ſi edendum cibum capto obiceeris, cò vſque veſcatur, donec cibus exaggeratus, ad ipſum os redundet. Quæ omnia Oppianus interprete Lippio ſi expreſſit.

*Eſt pecus ignauum capitis cui vertice ſummo*
*Eſt inter medios oculos: luceſque profundo*
*Et ſolus noctu vigilat, noctuque monetur,*
*Noctua, ſi ventris ſortitur damna voracis,*
*Indomitam ſeruat rabiem ſub ventre rapaci,*
*Donec cum rapido diſrumpat viſcera ventre,*
*Vel nimio paſtu vita ſpolietur onuſtus.*
*Appendat ſi quis piſcem, vel porrigat eſcas*
*Stultitia excellit cunctis ferus Hemerocœta,*
*Sunt inuerſa ſupra radiantia lumina: rictus*
*Conteritur in ſomno ſolidas, proſtratus arena,*
*Hinc piſcis nigra fertur cognomine noctis*
*Non modus eſt luxus, non eſt menſura ciborum:*
*Quam ſaturare poteſt nunquam, ſed creſcit edendo.*
*Inuerſus tento moriatur corpore in vndis,*
*Eſt tanta ſignum crapulæ, ventriq; rapacis,*
*Eſt cibus ore tenus, paſtu ſumma ora replentur,*
*Non tamen eſt ardor tantus compreſſus edendi.*

# MORALIA.

*Luxuria deteſtatio.*

VRanoſcopus itaque tanto ciborum pondere abdomen ſuum replens, vt nimiũ tento diſrumpatur, triſti atque infelici voracitatis exitu, omnes quidem à luxu crapulaque deterret, & ad temperantiam adhortatur, ſed eos potiſſimùm, quorum deus venter eſt, quemadmodum his verſibus quos ſuperioribus ſubnexit idem Oppianus docuit:

*Aduertat mortale genus, cognoſcere ventris*
*Innumeri morbi, domito ſunt ventre fugandi*
*Pellenda ingluuies, epulis menſura tenenda,*
*Et ventris mortale genus diſſoluit habenas,*
*Ediſcat finem, luxum crapulamq; ſequuntur*
*Menſarum illecebræ, manibus pedibuſque reuincta*
*Plurima ne variis ponantur fercula menſis,*
*Per luxum rapitur præceps, ruit impete vaſto,*
*Talia proſpiciens finem fugit Hemerocœta.*

# VSVS IN CIBIS, ET MEDICINA.

[a] *L. 11. c. 34*

NOnnulli (inquit [a] Aelianus) Vranoſcopum dicunt eſculentum eſſe: alij plerique negant. Poëtæ quidem vbi conuiuia & epulas deſcribunt, eum videntur præterire, cùm pleroſque quorum in menſa vſus eſt, ſuis verſibus celebrent. Diphilo apud Athenæum (cuius verba ſuprà recitaui) βαρὺς vocatur, à graui viroſoque odore: talique item ſapore vt ſit, neceſſe eſſe Rondeletius ſcribit, quòd carne cænoſaq; aqua veſcatur: atqui carne quidem veſcitur, ſed viuorum (vt oſtendimus) piſculorum, à quibus vti virus illud contrahere nequit, ita aqua cænoſa veſci nemo veterum tradit. Viroſum verò eſſe certiſſimum eſt, ideoque paſſim negligitur, & inerti relinquitur plebeculæ.

*Carnis qualitas.*

[b] *Lib. de affect. int.*

[b] Hippocrates victus rationem præſcribens, Callionymum non ſolùm concedit, verùm etiam vti iubet. *Qui pituita alba laborat* (inquit) *ex piſcibus veſcatur Scorpio, aut Dracone, aut Callionymo, aut Gobio, aut alijs piſcibus, qui ſimilem facultatẽ habẽt.* Et rurſus: *Qui egrotat morbo craſſo à pituita putrefacta, obſoniũ habeat ex piſcibus Scorpium aut Callionymum, aut Cuculũ.* In morbo ſplenis. *Dentur* (inquit) *piſces Scorpius, Draco, Gobio, Cuculus, Callionymus. Hos coctos & frigidos dato.* Et alibi: *A pituita maximè in aquã inter cutẽ tranſitus fit &c. In hac qui curabilis eſt, ex piſcib. vtatur Gobione, Callionymo, Cuculo & Scorpio, & alijs huiuſmodi, omnibus coctis nõ recentibus & frigidis. Hi enim ſiccißimi ſunt, & in iuſculũ ne intingat & inſulſi ſint piſces.* Fellis huius piſcis in medicina frequẽs admodũ vſus eſt: cùm enim omne fel mordeat, excalfaciat plus minus, prout animalium differentiæ ſunt, præſtantiſſima in effectu, Dioſcoridis ſen-

*Temperamentum. Fellis vis et vſus.*

tentia

Digitized by Google

A tentia exiſtimantur è Scorpione marino,è pisce qui Callionymus dicitur;è marina teſtudine,ex hiæna, Perdice,Aquila,Gallina alba,capra ſyluestri. Galenus quoque vbi de fellibus ex profeſſo loquitur, fel Callionymi quoque inter alia efficaciſſimum prædicare videtur, inquiens: *Taurorum his valentior bilis,inferior tamen bile hyenarum,& hæc quoque inferior bile Callionymi & Scorpij marini,& marina teſtudinis.* [b] Aliàs etiam ad oculos ſuffuſos primam ferè omnium compoſitionum eſſe ait,quæ ex fæniculi ſucco, & hyenæ felle ac melle Attico conſtat;quoſdam verò etiam caprinum fel addidiſſe:ſed & alium poſtea aliud fel admiſcuiſſe, galli, aut viperæ aut teſtudinis marinæ aut Callionymi: ſuo vero tempore in pretio haberi fel Scarorum. Aliàs item inquit: animalium quorundam fel ſingulariter à medicis extollitur,tanquam aciem exacuat oculorum & ſuffuſionum initia digerat,veluti piſcis quem vocant Callionymum. Quamobrem ſunt qui Thobiæ oculos huius piſcis felle curatos fuiſſe volunt. Quibus autem peculiaribus alijs etiam in affectibus iſtius fellis vſus ſit, docet [c] Plinius, cicatrices ſanare & carnes oculorum ſuperuacuas conſumere tradens; item auribus vtiliſſimum eſſe, cum roſaceo infuſum. Et Apollonius [d] apud Galenum ad auditus grauitatem ſenecta angnium cum felle bubulo aut caprino,aut teſtudinis marinæ aut Callionymi dilùta vti præcipit.

[b] *Lib. 4. de comp. med. ſec. loc.*

*Fel quibus proſit.*

[c] *Li. 32.c.7.*

[d] *Lib. 3. de comp. med. ſec. loc.*

# B DE TRACHVRO. Cap. LII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

Τράχουρος, ſiue vt Oppianus & Galenus ſcribunt, τραχῦρος, quo nomine apud Latinos veniat,neſcio:hoc ſaltem ſcio, nòn vocari Lacertum,vt nonnulli voluerunt, nam hic χολίας potius eſt,ſi pro peculiari ſpecie accipias,pro peculiari, inquam ſpecie, quandoquidem Plinius varia aquatilia Lacerti nomine comprehendit. Falluntur item qui Trachurum eundem rentur cum Sauro, licet huius vocis veſtigia verus ac genuinus Trachurus Romæ, & in alijs quibuſdam Italiæ locis obtineat, Suuaro enim Romæ & Maſſiliæ Suuero nominatur. Σαῦρον enim & Τράχουρον tanquam diuerſos piſces ſeparatim Oppianus appellat: Neque etiam σαῦρος, licet Lacertum ſignificet, & à figura terreſtris Lacerti nomen habere nō dubitem,haud rectè tamen Latinè Lacertum,vt Gaza fecit,verteris, ob allatam priùs C rationem,qua de re ſuo loco. Gallis Trachurus Maquerau baſtard quaſi Scomber ſpurius, Sanſonibus Cicharau,alicubi Gaſcon dicitur. Minores Romæ fricturę nomine veniunt,vt Iouius & Saluianus tradunt. Sunt enim multa piſcium genera quæ ob paruitatem in ſartagine feruenti oleo coquuntur,ſicut Triglæ,Bocæ,Scombri,Dracones,Pagri & Auratæ.

*Lacertus. Celias.*

*Saurus.*

*Scōber ſpurius.*

*Fricura.*

## FORMA. DESCRIPTIO.

TRachuri forma,niſi paulò longior eſſet,ouata dici poſsit: Cùm enim eius medium corpus latiuſculum ſit,deinde vtroq; verſus arctatur,donec roſtrum ore clauſo, atque extrema pars caudæ carnea, acutetur. Inferior autem maxilla, quæ ſuperiore paulò longior eſt,cùm os clauditur,non rectà ſed obliquè ſurſum excurrit,vnde os etiam non in longitudinem ſed in obliquum ſciſsum eſt,dentibus adeo paucis & minutis munitum, vt edentulum videatur: reuera tamen maxillarum pars denticulata eſt. Eſt autem vt Scombri admodum magnum:item oculis, vt in Melanuro Branchiæ vtrimq: quaternæ. Pinnis natat quatuor,quarum duæ maiores ad brāchias ſitæ ſunt, duæ D aliæ minores in ventre:aliæ item duæ in dorſo eriguntur;prior latior & breuior,in eminentiore dorſo: altera paulò inferius arctior,ſed longior,nam per dorſum reliquum ferè vſq; etiam ad caudam porrigitur. Podex in medio ventre eſt,à quo alia deniq; pinna ad caudam vſq; demittitur. Cauda autem biturca eſt,ſimilis Acus vulgaris. In medio corpore lineam habet à capite ad caudam deductam, multis oſsiculis,ita horridam,vt ſerra eſse videatur, non rectam quidem ſed media ſui parte inflexam & obliquam,in cauda eminentiorem aſperioremq; quàm in alijs partibus, quæq; ob id caudam quadratam efficiat. Squamis caret,læui tantùm cute præditus: Dorſo ſubcæruleus, ventre verò & lateribus argenteus eſt, purpuramq; aliquantulum ementitur, vt inde ἀλλοτρίον, id eſt varium fortè dixerit Numenius. Trachurus, cuius hic iconem damus,colore ferè eſt albicante, aureis vbiq; lituris varius. Cauda ex violaceo ferè ad cæruleum vergit. Ad pedalem magnitudinem perrarò excreſcit.

*Forma.*

*Os.*

*Branchiæ. Pinnæ.*

*Podex. Cauda.*

*Cutis. Color. Magnitudo.*



Trachurus ab authore obſeruatus.



A

# LOCVS. MORES. CAPIENDI RATIO. ANTIPATHIA.

TRachurum Oppianus ijs annumerat, qui circa litora verſantur. Numerosè ſimul capiuntur, etſi parui ſint, Romæ Fricturæ nomine per vrbem venundantur, vt gregales eſſe, tutò liceat conijcere. Capiuntur autem omnibus anni temporibus, ſemperque Romæ (teſte Saluiano) proſtant. Veteres naſſis eos capiebant, vt idem [a] Oppianus declarat his verſibus:

*Naſcis capi.*
*[a] Lib. 3.*

*Chalcidibus frandes autumni tempore prædo*
*Trachurus, naſſam ſparti de vimine texens,*
*Claudit & aſperſum vino, miſcetque puellæ*
*Thiantis patris langueo immiſta parente*
*Exuit humanam fatali numine formam,*
B *Deflens concubitum lachrymis aſperſa nefandum.*
*Talis odor ſubitò ſpirat per marmora lata,*
*Inſtruit, & Thriſſas prendit, genteſque proternas*
*Et vili miſtam vitia ſub vimine naſſam*
*Aſſyria lachrimas, quæ turpi accenſa furore*
*Inſandum irata patrauit Cypride crimen.*
*Myrrhæ fabula.*
*Arboris in faciem verſa eſt cognomine myrrha,*
*Hos ſuccos miſcet, naſſam ſub fluctibus aptas:*
*Alliciens ſpecies varias, & naſſa repletur,*
*Et fortunatæ ſuccedunt munera prædæ.*

Nunc verò multò minori negocio retibus capiuntur, & quibuſuis alijs frequentiores. Miram profectò & nos planè latentem caudæ Trachuri facultatem tribuit [b] Aelianus, *equam* ninirum *in vtero habentem, ſi ei appendatur, & piſcis mox liber in mare dimittatur, non multò poſt, abortum pati.*

*Cauda mira facultas.*
*[b] L. 11. c. 50.*

# VSVS IN CIBIS.

DIocles apud Athenæum, Trachurum aridum piſcem vocat, & Philotimus, cui ſubſcribit Galenus, inter piſces duræ carnis, & qui ob id ægrè conficiuntur, quique craſſos ſuccos gignunt Trachurum numerat; talemque eſſe vſus docet, niſi externa aliqua pinguedine aut iuſculo tener ac iurulentus fiat. Aſſi verò aut frixi, ſi priuſquam deferueant, in acetum acerrimum, croco antea alijſque aromatibus conditum injiciantur, moxque poſt binas horas in vaſe alio abſque aceto C cõponantur, nõ ſolùm palato gratiores reddẽtur, ſed aliquot etiã diebus incorrupti conſeruari poterũt.

*Vt ſapidiores fiant.*

# DE SCOMBRO. Cap. LIII. SYNONYMA. ETYMVM.

NOtiſſimus vbique terrarum, qui Græcis σκόμβρος, Latinis Scomber aut Scombrus appellatur. [a] Horatius piſcem Iberum videtur dixiſſe hoc verſu:

*Piſcit Iberus*
*[a] L. 2. Ser. 8.*

*His miſtum ius eſt oleo, quod prima Venafri*
*Preſſit cella, garo de ſuccis piſcis Iberi*
*Vino &c.*

Garum enim liquamenué optimum (vt modò oſtendetur) in Iberia ſiue Hiſpania ex Scombro fiebat. Apud Venetos antiquam planè nomenclaturam hodieq; retinet. Romani Lacertum vocant teſte Iouio, quod ita refutat Saluianus, ac ſi Iouius antiquis Romanis ita appellatum ſignificare voluerit; quod tamen non puto: nam & Neapoli vel ipſo Saluiano referente, Lacertum nominant: ipſe interim Saluianus Romæ vulgò Macarel D vocari tradit, nomine ferè cum Gallis, Belgis & Anglis communi, quibus Maqueraeu appellatur: vnde Albertus Macarellum, Arnoldus Villanouanus Maquerellum appellarunt. Iulius Cæſar Scaliger nomen hoc Græcæ originis eſſe iudicauit: nec plura addidit: quod nonnullis non placet, quoniam ſi piſcium vlli μακάριοι vocari debeant, ij quos veteres opſophagi deos vocarunt, ſic appellandi potiùs ſint, ad quam prærogatiuam Scombri non peruenerunt, niſi in paucis regionibus, vt Eleuſiniaci: quare Gallicam à Bellonio indicatam etymologiam recipiendam volunt, qui Scombros vulgò Maquerellos nominari ſcribit quaſi lenones, quòd verno tempore paruas Alauſas quas virgines dicunt, ſubinde ſubſequi ſoleant: ſed fortaſſis Scaliger non ad piſcis præſtantiam reſpexerit, ſed ad garum, quod apud ganeones illos in ſummo erat honore ac pretio: Ego tamen ita dictos ſuſpicor à corporis nacritudine, quaſi vulgò Magarellos: Sunt enim oblongi & exiles in extremo. Maſſiliæ Auriol, Genuæ Oreol ab aureis oculis, Monſpelij peis d'Auriou quaſi piſcis Aprilis, quòd eo menſe maximè capiatur, item Vierat dicitur, quaſi vitri inſtar ſplendens, in Hiſpania, vt Rondeletius ait, Cauallo: alij verò ibi Alâche nuncupari aiunt, quo nomine etiam vtuntur pro Alece, quod gari quodammodo genus eſt.

*Macarellus*

*Forma.*
*Caput.*
*Oculi.*
*Branchiæ.*
*Pinnæ.*
*Cauda.*
*Color.*
*Squamæ.*
*Magnitudo.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

SCombrus corpore eſt terete, denſo, carnoſo, vtrimque in acutum deſinente, noſtro ſcilicet atque corporis extremo, cui cauda annectitur: & ſi parua magnis comparare licet, Thynno (vt Scholiaſtes Ariſtophanis ſcribit) ſimilis. Oris ſciſſura ingens pro corporis portione; dentes exigui; caput rotundum; inferior maxilla in ſuperiorem recipitur, & clauditur pyxidis modo. Oculi magni, aureo colore micantes. Branchiæ vtrimque quaternæ: iuxta quas pinnæ binæ, totidemque in ventre. A podice alia eſt, eique ſupraposita in dorſo ſimilis: F
quas ordine certiſque interuallis, aliquot aliæ pinnulæ ſubſequuntur, quod tamen huic ſoli proprium non eſt, ſed cum Thynnis, Pelamydibuſue commune. Alia denique eſt in dorſi initio aculeis nonnullis horrida. Cauda in lunatam pinnam degenerat. *In ipſis aquis ſulphurei coloris eſt, extrà non qui cæteris* (vt Plinius ait) *ſed ferè cærulei.* Sulphureum autem colorem quem intelligat, [a] aliàs explicat, inquiens: *Fulmina & fulgura ſulphuris odorem habent, ac lux ipſa eorum ſulphurea eſt.* Eſt verò cæruleus ille eorum color potiſsimùm in dorſo: nam venter lateraque argentea ſunt. Totus lineis nigricantibus, obliquis, inſignis eſt: ſquamiſque caret, licet apud Athenæum ſquamatum eſſe quiſpiam velit, negandi vocula videlicet à librarijs omiſſa: nam qui vnà G
nominantur, Conger, Pelamys &c. omnes ſquamis carent. Ad cubiti magnitudinem accedit. Quid itaque Hiceſio reſpondebimus, cui Scomber Coliâ minor eſt? Qui nunc in Græcia antiquo nomine Colias vocatur, noſtro Scombro minor eſt, cætera totus totus ſimillimus: vt Hiceſius quem nos alijq. Scombrum nominamus, Coliam nuncupare potuerit, vel nondum adultum Scombrum adulto Coliæ comparare. Altera icon quæ ſequenti pagina exprimitur, duos oſtendit Scombros naturæ luſu in marmore Veronenſi expreſsos. In hoc verò Scombro H
pinnas in ventre deſidero.

[a] Lib. 35.

LOCVS.

Digitized by Google

A Scombri piſces à natura ſculpti in marmore.

B

C

# LOCVS.

PLinius [a] Scombrum inter eos recenſet, qui maris peculiares ſunt: nunquam enim flumina intraſſe obſeruatus eſt. Victitat iuxta arenoſa litora, vt teſtatur Oppianus, [b] non tamen ſemper, nam & idem author paulò pòſt inter alios rurſus Scombrum enumerat, qui degunt in petris, quæ plenæ ſunt chamis & patellis. Albertus Macarellos, id eſt Scombros in litore maris Germanici copiosè capi tradit: verùm ſicuti in nullo nõ mari capi ſolent, ita haud æquè vbiq; laudati. In Oceano quàm in mediterraneo mari maiores ſunt, ſiccioreſque & duriores, & ob id deteriores. Ibidem tanta craſſitudine proficiunt, vt pari cum Pelamydibus magnitudine plerumque (inquit Bellonius) euadant. Romæ etiam licet parui, ſicci ſunt & duri, Venetijs optimi, nimirum molles, pingues, delicatioreſque. Hermippus tamen vult ex Helleſponto Scombros peti. Sunt autem in Adriatico etiam parui. Scaliger huius differentiæ penes magnitudinem, rationem reddidit inquiens: *Scombri in Oceano Britannico ingentes ſunt, vt & Rhombi: in Adriatico vterque parvus. Exiſtimarit autem aliquis in minore maris ambitu frequentes prædas exerceri: non ergo creſcere. Vix ad Tergeſte ac proximum ſinum comparent Scombri: atque illico capiuntur. In Oceani laxitate fuga moram, mora parit incrementum: Itaque grandeſcere, quia non capiantur.* Licet verò Oceanus abundet Scombris, eorum tamen nullibi maior in eo copia eſt, quàm iuxta Herculis inſulas prope Carthaginem nouam, adeo vt earum vna Scombroaria teſte Strabone dicta ſit (interpres quatuor ſyllabis Scombrariam reddidit) ipſi verò Scombri ſale conditi, ſalſamentũ Sexitanum, à Sexitania ibidem ciuitate. Sunt item Scombri Thracię gens, ſed num ab hoc piſce ſic dicti ſint, haud conſtat. Totum interim Hiſpanicum Oceanum Scombris abundare, ex hoc Plinij quoque diſcimus. *Hiſpaniæ ceterias Scombris implent, Thynnis non commeãtibus:* hoc eſt (vt Maſſarius interpretatur) quòd Thynni ad ea loca non commeant: & rurſus: *Scombros & Mauritaniæ, Beticæq; & Carteia ex Oceano intrantes capiunt.*

[a] *L. 32. c. 11*

[b] *Lib. 1.*

*Vbi maiores & vbi meliores.*

*Cur in Oceano maiores.*

*Scombroaria inſula.*

*Salſamentum Sexitanum.*

# NATVRA. MORES. PARTVS.

D GRegales ſunt teſte Ariſtotele, [a] item Athenæo Mneſitheo. Diſcedunt à locis frigidioribus calidioribuſque, antequam Thunni, vt qui imbecilliores ſint: quod ſcribit idem Ariſtoteles [b] alicubi his verbis: *Piſces alij ex Ponto, aut in Pontum tranant, alij per hyemem ex alto in litora teporis gratiã veniunt: contrà æſtate ex litore in altum vitantes æſtum diſcedunt: ſemperque qui imbecilliores ſunt, prius vtranis ratione diſcedunt, vt Scombri antequam Thynni.* [c] Et mox: *Sæpe etiam ſtatu Auſtrino vehementiùs occurſante: fit vt cum Colijs & Scombris exeant è Ponto Thynni in mare.* [d] Plinius verò aliam huius migrationis rationem reddit, vt ſcilicet dulciori fruantur pabulo: *Cum Thynnis* (inquit) *Amiæ & Pelamydes in Pontum ad dulciora pabula intrant gregatim cum ſuis quæque ducibus, & prima omnium Scombri.* Fuerit autem hoc genus piſcium gratitudinis, acceptique beneficij memoriæ typus exemplarq; dummodo verum ſit, quod de ijs ceu gratiſſimis erga altores ſuos ſcribit Aelianus, [e] his verbis: *In mari Ionio prope Ipſidamnum (vbi & Taulantij habitant) inſula eſt, quæ Athenas, id eſt Minervæ appellatur: eam piſcatores incolunt: & lacus eſt, vbi Scombrorum, qui ad piſcatorum conſuetudinem aſſueuerunt, & manſuefacti ſunt, aluntur. Iis ſanè cibaria edenda piſcatores idcirco obijciunt, quòd cum iſdem fœdus quoddam ſanctum habent, atque adeo firma pace deuinciuntur. Nam hoc piſcium genus ab omni captura tum liberum eſt, atque ad errandum ſine vlla exceptione ſolutum: tum verò eatenus ætate procedit, vt viuat ibidem ad ſummam ſenectutem. Nec tamen ætatis tempus ignauiter tranſigit, neque in ſos alteros*

[a] *L. 9. Hiſt. cap. 2.*

[b] *L. 8. Hiſt. cap. 12.*

[c] *Cap. 13.*

[d] *L. 9. c. 15.*

*Gratitudinis typus*

[e] *L. 14. c. 1.*

*Scombri nõ iuſtati.*

*alteres ingratum eſt. At enim de piſcatoribus paſtum cùm manè acceperis: piſcationem mox capeſcit, vt ſe* E
*nutricantibus præmium pro nutrimento perſoluat. Quare ex portu ſoluens, ad feros Scombros gentiles ſuos*
*Scombri grauitudo erga ſuum alterū.* *natare contendit, ac ſimul vt ad eos peruenit, cum ipſis ita continuo tanquam cum aliqua phalange ſuorum*
*popularium errat: & nimirum cùm eiuſdem generis ſint, non inter ſe fugiunt, ſed ſimul natant. poſt autem*
*cicures circum feros concurſantes in orbem conſiſtunt: & ſuorum corporum obſtructione, eos fuga exitum*
*intercludentes, ſuorum nutritiorum (vt proïjs quibus expleti cibis fuerint, illos remunerentur) aduentum*
*acerrimè tam diu expectant, dum piſcatores eò profecti, captorum permultas cædes fecerint. Cicures verò*
*maturè properantes ad portum regrediuntur: atque ibidem intra cauernas abditi, à piſcatoribus cænam ex-*
*Cœtus. Partus.* *pectant: quam quidem ipſi eis quotidiè largiuntur, ſi ipſos ad piſcatum adiutores aut; amicos fidos habere ve-*
*lint.* Cœunt authore [1] Ariſtotele menſe Februario poſt idus; pariunt Iunio ante nonas. Edunt ſua
[1] *L. 6. Hiſt. 6. 17.* oua condita quaſi vtriculo: incrementum autem partus præcipua ſumit cæleritate.

# CAPIENDI RATIO.

SCombrorum captura (inquit Bellonius) multum eſt diuerſa in Oceano ab ea, quæ in Ponto, F
Propontide, Helleſponto, mediterraneo & Adriatico mari eſſe ſolet. Solent enim in Oceano
piſcatores ſua retia in procellas & fluctus demittere, & quò vehementiores ſunt fluctus, nauiſ-
que celerius fertur, eò plures irretiunt. Quo modo autem in ijs Orientis locis capiantur, non explicat;
*Temeritas ac imprudentia punita.* ſed Oppianum Ponti capturam deſcribere monet, qui Scombros (vt & alios quoſdam piſces) teme-
ritatis & imprudentiæ ſuæ pœnas captiuos luere tradidit. nam cùm alios vident retibus incluſos, ad
eos ingredi (inquit) cupiunt: ingreſſi autem alij (minores nempe) per maculas rurſus euadunt, alij
(maiores) detinentur: & dum rete ad litora trahitur, multos in reti Scombros hærentes, ac inſtar cu-
nei impactos videas vtrimque, alijs ingreſſum, alijs exitum molientibus. Quomodo prope Epida-
mnum in mari Ionio cicures Scombriferos capiendos ſeducant, paulò antè ex Æliano recitatum eſt.

# VSVS IN CIBIS.

DIphilus hoc genus piſcium leue eſſe teſtatur citoq; à ſtomacho deſcendere: contrà Hiceſius G
*Carnis qualitas.* multum nutrire, melioriſq; quàm Colias ſucci eſſe, minus verò facilè excerni iudicauit. Mi-
hi neutrius probatur ſententia, nam, vt Arnoldus quoque teſtatur, à ſalubrioribus piſcibus
plurimùm degenerant, vtpotè multo craſſiores, viſcoſiores, concoctu difficiliores, magiſq; excremen-
titij, ideoq; niſi iuuenibus robuſtis, & tunc cum embammatis, quæ viſcoſum craſſumq; eorum ſuc-
cum emendare queunt, conueniunt. Cuius ſententiæ quoq; Trallianum fuiſſe obſeruo, nam ijs qui
epilepſiæ obnoxij ſunt, aduerſari ait pingues & cetaceos piſces, vt Scombrum, Pelamydem, &c. Hi
enim (inquit) omnes craſſum terreſtremq; & inimicum naturæ ſuccum congregant. Athenæus item
*Cur ſaliātur.* Mneſitheus, Scombros, Thynnos, & Thynnides, atq; iſtiuſmodi gregales piſces alios, ſuaues quidem,
vtpotè pingues, eſſe, ſed quia graues & ventriculo inobedientes ſunt, παριχύεσθαι ſcribit, id eſt, ſale
inueterari poſſe, & inter παριχθέα optimos haberi: præſtare autem etiamſi aſſentur, quod ſic pingue
eorum liquetur. Venetijs verno tempore quo pinguiores ſunt, inter delicatiora obſonia reputantur,
*Apparatus.* vt ex Iouio diximus, Romæ verò ab innata quadam ſiccitate ſunt ignobiles. Recentes in craticula aſ-
ſi comeduntur; Quod ſi verò ita parentur vt alij ſolent, quos vulgò amarinatos vocamus, ſapidiores
redduntur, & per dies aliquot incorrupti ſeruantur. Sale etiam condiuntur, maximo tum in Propon- H
tide, tum in tota Græcia prouentu, more ab antiquis recepto, apud quos quàm maximè ſalichantur:
[a] Columella: *Itaq; præberi conuenit ſalibus exeſam Chalcidem, Scombri, Carchariæq; & Flacata ventri-*
[a] *L. 8. c. 17.* *culos, & ne per ſingula omnia enumerem, ſalſamẽtorum omnium purgamenta, quæ cetariorum officinis euer-*
*runtur.* Meminit item [b] Plinius. *Hiſpania cetarias Scombris replent, Thynnis non commeantibus.* Hinc
[b] *L. 9. c. 15.* *Garum ex Scombris.* Scombri Cheræphili ſalſamentarij filij dicti ſunt, vt meminit [c] Athenæus his verbis: *Pythionica ſalſa-*
*mentum fuiſſe perquam gratum Antiphanes ait, quòd eius amatores fuerint Cherephili ſalſamentary filij,*
[c] *Lib. 8.* *vt in Acarys Nicocles ait:* *Anitus obeſus, cùm ad Pythionicem profectus comederit:*
*Quippiam, illum enim vt rumor eſt, cum inuitat* *Cum lata Cherephili duos filios Scombros*
*Excepit hoſpitio.* Habebant item veteres ex Scombris garum quoddam, rem quidem origine ſpur-
cam, atq; fœdam, veruntamen tunc pretioſam & in luxu habitam, & vt cum Epigrammatario dicam,
*Garum quid* nobilem: *Nobile nunc fitio luxurioſa garum.* Putrilago enim eſt, ſanieſué piſcium nõ autem halme
ſiue muria ſiue ſalſugo piſcium inueteratorum, aut ſale conditorum, hoc eſt, ius ſalſum, in quo ſeruan-
tur, quod vulgo Salimuriam vocamus, neq; etiam halec eſt, vt ex hoc [d] Plinij etiam manifeſtum eſt.

*Iſte etiam*

A *Eſt etiamnum liquoris exquiſiti genus, quod garum vocauere, inteſtinis piſcium caterisque, quæ abȳcienda eſſent, ſale maceratis, vt ſit illa putreſcentium ſanies. Hoc olim conficiebatur è piſce quem Græci Garum appellabant* (vt ſupra oſtendimus.) *Nunc è Scombro piſce laudatiſſimum in Carthaginis Spartaria cetarys: ſociorum appellatur, ſinguliſque millibus nummùm permutantibus congios penè binos: Nec liquor vllus penè pretereunguenta maiore in pretio eſſe capit, nobilitatis etiam gentibus. Scombros quidem & Mauritania, Baticaque & Carteia ex Oceano intrantes capiunt, ad nihil aliud vtiles. Laudantur & Clazomenæ garo, Pompeyq. & Leptis, ſicuti muria Antipolis ac Thuryis: tam verò & Dalmatia. Vitium huius* (gari nempe, non muriæ, vt Rondeletius vult *eſt alex imperfecta nec colata fex. Cœpit tamen & priuatim ex inutili piſciculo, minimoq. confici, Apuam noſtri vocant: Veroiulienſes piſcem ex quo faciunt Lupum* (ſuper quo noſtrum iudicium ſupra diximus) *appellant. Transit deinde in luxuriam, creuerunteq; genera ad infinitum; ſicuti garum ad colorem mulſi veteris, adeoque dilutatur ſuauitatem, vt bibi poſſit. Aliud verò ad caſtimoniarum ſuperſtitionem, etiam ſacris Iudæis dicatum, quod ſit è piſcibus ſquama carentibus* (legendum apparet non carentibus, nam Iudæi hodieq; niſi ſquammoſos edunt, & nõ ſquamoſis abſtinent, vt duo gari ſint genera, vnum è ſquamoſis, vt ex Lupo ſiue Encraſicholo, Mænaque & Smaride conſimilibuſq;, alterum ex læui cute prædictis, vt ex Scombris) *huc alex perueniens ad oſtrea, vrticas, gammaros,* — *Apua. Lupus. Gari duo genera.*

B *Mullorum iecinora, innumeriſque generibus ad ſaporem gulæ cœpit ſal tabeſcere. Hæc obiter indicata ſint deſiderijs vitæ, & ipſa tamen nonnulla vſus in medendo.* Hucuſque Plinius [c] Eandem gari ongineu, eundem compoſitionis modum indicauit Martialis hoc diſticho: [c] *Lib. 13. Epig.*

*Exſpirantis adhuc Scombri de ſanguine primo  Accipe fecoſum munera cara garum.*

Fœcoſum autem ac pene fœtidum fuiſſe aliàs facetè admodum indicauit, inquiens:

*Vnguentum fuerat, quod onyx modò parua gerebat  Nunc poſtquàm olfecit Pupilus, ecce garum eſt.*

Apparet præterea ex eodem Plinij capite liquaminis hocce genus; certo ſalis condimentarij genere *Garũ ex quo ſale.* præparatum fuiſſe, vt ex eo & iucunditas & gulæ inuitamenta ſint quæſita. Ipſius de ſale hæc ſunt verba: *Conditur etiam odoribus additis, & pulmentarij vicem implet, excitans auiditatem, inuitanſque in omnibus cibis, ita vt ſit peculiaris ex eo intellectus inter innumera condita. Itaeſt in mandendo quæſitus & garo.* Deſijt quidem gari vſus apud nos: apud Turcas verò, potiſſimum Conſtantinopoli non deſijt, vt Bellonius teſtatur, nam cùm piſces pleroſq; trixos vendant, ijs inteſtina & branchias eximunt, immituntq; muriæ, vt in garum vertantur: nec diu eſſe videtur, quòd nos quoque garo careamus, quandoquidem eius vocis vulgò ad huc extant veſtigia, nã qui piſces ſale inueteratos vendunt, compoſito ex piſcibus & garo nomine, piſcigarolos appellamus, & in gari locum ſucceſsêre ſale conditi

C Encraſicholi, fortè quòd minus oleant. Vt modo oratio, vnde digreſſa eſt, ad Scombros reuertatur, *Garum ſociorum cur ſic dictum.* ex his quoque præſtantiſsimum garum fiebat, quod ſociorum (vt ex Plinio oſtendimus) appellabatur: non enim Ioan. Langio aſsentior, qui in epiſtolis ſuis eruditiſsimis ſanè & lectu digniſsimis, aſsociorum legendum contendit, quaſi aſotorum, id eſt helluonum, ſiue prodigorum, qui cibariorum & *Aſoti qui.* potus luxuria, paterna bona decoxerunt. Etenim præter Plinium, ita legunt Martialis, Apicius, Seneca, alij. Et ſi Aſotorum legendum intelligendumque, quorſum attinebit ſcribi aſsociorum? Scholiaſtes [f] in libros Galeni de compoſit. medicam. ſecundum locos, non ſolùm legit ſociorum, verùm etiam, [f] *Cap 3.* vbi apud illum in compoſitione Aſclepiadis ad aurium fœtorem, vlcuſque depaſcendo proſerpens, Hiſpanorum appellata communis textus habet γάρυ μίλακος πάνυ ἀσιοῦ λεγομένου ὀκτόπου, id eſt gari nigri Romanis nuncupati ocitari, legendum iudicat σοκίοπου, cùm nulla ſit in Romana, & Latina lingua ocitari vox: & Garum Hiſpanicum, Sociorum ſit appellatum, quòd ganeones & gulæ dediti lurcones ſociatim eo vterentur, ipſumque in maximis delicijs haberent: citatque Plinium de Mullo loquentem. [g] *M. Apicius ad omnem luxum ingenio mirus in ſociorum garo (nam ea quoque res cognomen innenit) necari eos præcellens putauit.* Vbi tamen obiter notandum eſt, in codice Galeni, qui Baſileæ impreſsus eſt, pro ὀκτόπου legi ὀξυτόπου quo nomine gari genus intelligi, quod alias oxygarum dicatur, *Oxipetum quid.*

D Hermolaus ex Columella tradit. Quod verò ad etymologiã vocis ſociorum attinet, eidẽ doctiſsimo viro non ſubſcribo; putauerimq; id cognominis obtinuiſſe garum, quòd a ſocijs populi Romani, nimirum Hiſpanis Romam deferretur. Socios enim Romani, appellabant, quos ita fœdere coniunctos habebant, vt & belli & pacis eſsent participes, quales Hiſpanos Apicij Senecæque (ante quos eius cognominis mentionem non inuenias) temporibus fuiſse Romana hiſtoria teſtatur. Idem Galeni Scholiaſtes in hoc Plinij loco: *Nunc è Scombro piſce laudatiſſimum in finibus Carthaginis Spartaria cetarijs* &c. legit, in finibus Carthaginis & Hiſpaniæ: hancque lectionẽ probat ex alio Plinij loco, vbi ait: *Hiſpania cetarias his implent.* Nec placet quod nonnulli Spartariam Carthaginis epithetum eſſe volunt, atque ita ibi vocetur ob ſparti abundantiam. Et ſi quis hanc lectionem non admittat, & tamen coniecturæ ampliorem locum concedat, audet credere, Scombroariæ pro Spartariæ legi oportere: [h] quoniam Strabo Scombroariam inſulam eſſe ait, a noua Carthagine ſtadijs viginti quatuor ſitam, quæ à Scombrorum captura, nomen acceperit. *Socij qui Romanis dicti. Plinij locus conſideratur* [h] *L. 3. G. ag.*

E

# VSVS IN MEDICINA.

*Ad arqueſtum.*
*a L. 12. c. 46*
*Ad aurium dolores.*
*b L. 32. c. 10*

SI laborantibus ex iecore atque arquato morbo Scombrus edendus præbeatur, [a] Aelianus ex piſcatoriæ rei peritorum obſeruatione, ad ſanitatem redituros tradit. Sunt qui præcipuè aduerſus omnia aurium vitia commendant, gari ſociorum cyathum in calice nouo decocti, deinde ſpuma pennis deterſa poſtquam deſierit ſpumare, tepidè infuſi. [b] Plinius author eſt Scombros in aceto putrefactos, mulieres ſtrangulatu oppreſſas excitare.

# DE COLIA SIVE LACERTO. Cap. LIV.

F

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Monedula.*

NOmen huius piſcis diuerſimodè in vulgatis Ariſtotelis exemplaribus ſcribitur, κολίας, κοιλίας, κοχλίας, quæ duo poſteriora vocabula corrupta eſſe doctiores autumant; Theodorumque κολοίον legendum eſſe voluiſſe iudicant, Monedulam enim reddiditan quam charybdim Plinius (qui aliàs Græcam (Colias) vocem retinuit) aliquando etiam impegit, Gracculum qui Monedulæ idem eſt, transferens, vbi Draconem marinum Graculo ſimilem eſſe dicit. Alibi [a] idem Gaza Coruulum interpretatus eſt, ſiue Gracculum. Rondeletius ſuadet, vt Græca vtamur nomenclatura, idque ego non improbo; Latinis tamen, vt Corn. Celſo, Columellæ, ac Martiali Lacertum vocari non dubito: quam hoc vocabulo Plinius comprehendere videatur qui Lacerti quadrupedis ſimilitudinem habẽt hoc eſt, qui antè & retrò tenues ſunt & acuti, in medio craſſi & rotundi. Colian enim Lacertorum generis minimum eſſe inquit: apparetque iſtiuſmodi ſpeciei piſces ad ſaliendum idoneos eſſe, nam & idem Plinius Elecathenas Lacertorum generis facit, quos Athenæus cetaceos eſſe ait & ad ſaliẽdum aptos. Colias autem quo de hic agimus, apud hodiemi temporis Græcos, nomen teſte Bellonio, antiquum retinet. Quamobrem nunquid nunc Scombrum κολίον dicant, vt Saluianus tradit, dubitari poteſt. Idem Bellonius exiſtimans picam variam Græcis κολίον aut κολίαν nũcupari, Colian piſcem ab aue eiuſdem nominis (noſtri, inquit, vocant vn gay,) quòd eius latera ſimiliter ac ea auis multis coloribus variegata conſpiciantur, dictum putat. Quam etymologiam ſicuti non improbo, inde enim κολιόγραπτον Athenæus vocaſſe videtur; ita tamen Bellonio authorem eſſe non puto, qui picam vel aliam auem Colian aut Colion uocet; & quæ κολοίος uocatur, Gracculus eſt, ſiue monedula. Maſſilia eodem Bellonio teſte Cogniol appellat, Genua, ut apparet Lacertum, nam Bellonius in capite de Lacerto, Scombri quoddam genus, cuius tergus multò magis quàm in alijs uiret, & uenter uariegatus eſt, ibi uulgò Lacertum uocari ait, quem reuera Coliam eſſe ex Scombrini corporis paruitate liquet.

*Monedula.*
*a L. 9. Hiſt. cap. 2.*
*Lacertus neterum.*
*Elecatenas*
*Etymum.*
G

## FORMA. DESCRIPTIO.

*Quibus ſimilis.*
*a L. 9. Hiſt. cap. 2.*
*b L. 8. Hiſt. cap. 13*
*c L. 8. c. 17.*
*Vt Scombro ſimilis.*
*Scõber paruus.*
*Plinij locus explicatur.*
H

QVanta ſit Lacertorum cum Scombris & Pelamydibus ſimilitudo, facilè ex authoribus licet colligere, qui ferè ſemper hos piſces ſimul nominant; ſic [a] Ariſtoteles, gregales enumerans, ijs, mox accenſet Pelamydes, Scombros, Colias: & [b] aliàs de migratione piſcium agens, ubi de Thunnis, & Pelamydibus dixiſſet, ab his ſubinde, Scombros nominat & Colias. Sic ex Latinis Columella: [c] *itaque præberi conuenit tabentes Haleculas vel quicquid inteſtini Pelamys aut Lacertus geris, cum Scombri ventriculum*. Tanta autem Coliæ ſiue Lacerto cum Scombro ſimilitudo eſt, ut Bellonius Coliæ tantùm iconem dederit, Scombrumque fuſius nõ deſcripſerit, quòd & icon & deſcriptio ex Colia manifeſtiſſimè haberi queant. Inquit autem, cùm aliquando à Lemni inſulæ incolis ſciſcitaretur, quid Colias eſſet, reſpondiſſe idem cum Scombro non eſſe; ſeſe uerò præter magnitudinem aliam differentiam non inuenille: ideoque libenter ſe Coliam Scombrorum puſillorum generis ſtatuere: quare & paruum Scombrum nominauit, Hiceſiumque miratur, quòd Scombro maiorem eſſe ſcripſerit Coliam, Pro Bellonio, nobiſque idem ſentientibus ſtat Plinius, Coliam Lacertorum minimum faciens: ſic enim legendum arbitramur contra uulgarem lectionem, quæ minima legit ſine ſenſu. Scio interim eſſe qui legunt minima genera, item qui genera ſimpliciter, cùm Plinius

A nius loquatur in ſingulari,hoc modo: *Colias ſiue Parianus, ſiue Sexitanus à patria Betica, Lacertorum minima:* nec obſtat,quòd mox ſubiungat, *Helecathenes ſunt Lacertorum genera*: Helecathenes namque in plurali æquè ac ſingulari efferri poſſunt. Abſurdum quoque videtur & præter Plinij loquendi modum,eandem vocem (minima) interpretari pro eo quod minimi eſt pretij, vel bonitate aut præſtantia infimum,vt Rondeletius arbitratur. Minorem autem Scombro Coliam eſſe,etiam habemus ex Athenæo,qui Sardam Coliæ magnitudine æqualem eſſe ſcribit,vt in Sarda diximus.

# LOCVS. NATVRA. MORES. VSVS INCIBIS.

NIhil ferè de Scombro dictum eſt,quod Coliæ ſimiliter competere non poſſit.[a] Ariſteteles optimos eſſe ſcribit in Propontide,antequam pariant, cùm cæteri fuſani (quibus alias[b] Colias etiam annumerat,ſemelque anno parere teſtatur,) Pontum adeuntes proximè Aegeum
B ſint pinguiſſimi. Commendantur ab Athenæo Amydani,atque Hiſpani,qui Sexetani cognominantur,vnde in hoc[c] Martialis:

*Cùm Saxetani ponatur cauda Lacerti,* *Et bene ſi canas, conchis inuicta tibi eſt.*

Legendum Sexetani:& apud Galenum,[d] vbi ſcripſit *piſces mollis carnis & excrementis vacui,vt Saxatiles & Aſelli,ad ſaliendum non ſunt accommodi:Coracini verò & Pelamydes,Myli,Sardæ,Sardenæ, quæque Saxitana vocant ſalſamenta,ad ſaliendum ſunt appoſita:* & paulò pòſt: *præſtantiſſima ſunt Sardica ſalſamẽta, hodie Sardas vocant,& Myli ex Ponto,ſecundum autem poſt illa locum habent Coracini & Pelamydes & quæ Saxitana appellant*, Sexitana legendum & de ſale inueteratis Colijs intelligendum eſt. Sexi enim authore Plinio,Beticę Hiſpaniæ oppidum eſt. Nec aliud, puto, eſt ſalſamentum Gaditanum memoratum ab Hippocrate in primo ſplenis morbo,niſi mauis de Scombro intelligi hoc. Laudantur & Parij ſiue Pariani,ſicuti cùm ex allato Plinij loco, tum ex hoc Archeſtrati qui inter opſophagos lurconeſque facilè primas habuit,[e] conſtat:

Καὶ Πάριον κολίων (κολιῶν potius) κυδρὴ τροφὸς ἴσχει πολίχνη. id eſt
*Parium oppidum Coliarum nutrix inclyta.*

Quod modò ad carnis qualitatem attinet, Xenocrates author eſt,Scombrum & Coliam carnem ha-
C bere,non aliter ac ipſi Thunni habent,ſtomacho ingratam,aridam, maliqueſucci, & quæ non facilè aluo excernitur,ſed quæ copiosè nutrit; minuſque ori gratam eſſe Coliæ carnem, & minus etiam ſucci habere. Scombrum Athenæus quoque leuiter & ſubito è ventriculo deſcendere tradit, Coliam verò glutinoſum, acrioremque eſſe & mordaciorem, deterioris ſucci, multum nutrire. Sic & Lacertum (quem eundem cum Colia eſſe diximus) Cornelius Celſus,inter grauiſſimi alimenti piſces recenſens: *piſcium eorum* inquit *qui ex media materia ſunt* (hoc eſt, mediocriter alunt) *quibus maximè vtimur, tamen grauiſſimi ſunt,ex quibus ſalſamenta quoque fieri poſſunt,qualis Lacertus eſt*. Lacertos autem ſaliri ſolitos non ſolùm etiam ex ijs quæ ex Galeno diximus, verùm etiam habemus ex Martiale, qui ſic canit:

*Mox vetus & tenui maior Cordyla Lacerto,* *Sed quam cum rutæ frondibus ona tegant.*

Et rurſus alibi:

*Secta coronabunt rutatos ona Lacertos,* *Et madidum Thynni de ſale ſumen erit.*

Item rurſus:

*Vel duo fruſta rogat Cybij,tenuemue Lacertum,* *Nec dignam toto de Botryone putat.*

Quo loco botryonem Hermolaus interpretatur vuas ollares & condititios racemos, quales diebus
D quibus caro interdicta eſt,hodieq; vſurpamus. Inuenio & muriæ Lacertorum vſum apud medicos ad dentium dolores,ſi quis ea ſubinde os colluat, vt meminit Marcellus. Cęterùm licet Lacertus ſiue Colias per ſe minus palato ſapiat, ab eius eſu nihilominus Romani nequaquam abſtinuerunt, vt præ cęteris docet Apicius qui multa nobis de apparatu ipſius memoriæ prodidit: Patina ex Lacertis & cerebellis,ex eo.[f] *Friges ona dura,cerebella elixas & enervas,gigeria pullorum coques. Hæc omnia diuides præter piſcem. compones in patina præmiſta. ſalſum cœtum in medio pones. Teres piper, Liguſticum, Suffundes paſſum vel mulſum,vt dulcis ſit. Piperatum mittes in patinam: facies vt ferueat. cùm ferbuerit,ramo rutæ agitabis & amylo obligabis.* Et paulò pòſt. Patina de Lacertis: *Lacertos rades, lauas. ona confringis & cum Lacertis commiſces. adijcies liquamen, vinum, oleum. facies vt ferueat. cùm ferbuerit, anogarum ſimplex perfundis, piper alberges & inferes.* [g] Ius in Lacertos elixos ex eodem: *Piper, liguſticum, cuminum, rutam viridem, cepam: mel, acetum, liquamen, vinum, oleum, defrutum: caleſacies & agitabis rutæ furculo & obligabis amylo.*

[a] *L. 8. Hiſt. cap. 13.*
[b] *L. 5. Hiſt. cap. 9. Vbi meliores.*
[c] *L. 7. Epig.*
[d] *Lib. 3. Alim.*
*Salſamenta Gaditanum Colias Parianus.*
[e] *Athenęus lib 3.*
*Carnis qualitas, Scõber Colia præſtat.*
*Lacerti ſale cõditi ſalubres.*
*Botryo qualis Lacertorum.*
[f] *Apparatus Lib. 4 c. 2.*
[g] *Ius in Lacertos elixos ex eodem*
*L. 10 c. 9*

DE





# LOCVS. NATVRA. MORES.

MArinus piſcis eſt Saurus, nec vllibi (quod ſciamus) ad flumina adnatat: neque etiam omnibus aut pleriſque maris locis, ſed in quibuſdam duntaxat reperiri ſolet, cænoſoque loco delectatur, vt Oppianus his verſibus aſſerit:

[a] *Lib. 2.*

*Aſt alij carne turpi: fœdaq; palude*
*Paſcuntur, Batideſſi, &c.*
*Acq; Lacertorum (Saurorum) gentes quæ putrida paſcunt,*
*Inter cænoſas voluentes corpora ſordes.*

*Cibus.*

Carne veſcitur, neque putridis abſtinet, vt ex poſtremo Oppiani verſu conſtat. [b] Ab Ariſtot. inter gregales piſces numeratur. Verùm cùm in noſtro ſuburbano mari ſinguli ſemper capiantur; ſoliuagus potius quàm gregalis videri poteſt: niſi dixerimus, non propterea quòd ſolitarij, ſed quia captu ſint difficiles, eos ſingulares capi ſolere: quod eò maxime veriſimile ſit, quia non ſolùm ſinguli ſed rariſſimè capi videntur. Vix enim annis ſingulis in noſtro piſcatorio foro bis denos captos videmus. Hæc Saluianus.

[b] *L. 9. Hiſt. cap. 2.*

*Cur ſolitarij capiantur.*

# VSVS IN CIBIS.

PHilotimus apud [a] Galenum, Saurum piſcibus annumerat molli carne præditis. Galeno verò inter mollis & duræ carnis piſces medius quodammodo habetur. Satis item euchymus eſt, mediocriterq; concoquitur. Et licet ſaporis ſuauitate cum ſapidiſſimis conferendus non ſit; ſuauis tamen dici poteſt, eſtque minimè aſpernandus piſcis. Editur aſſus & frixus. Alexis verò apud Athenæum, Saurum, branchijs exemptis, caſis ſpinis, lotum atque inciſum, & laſere probè pulſatum, caſeo, ſale & origano implendum eſſe docet. Trallianus in curatione podagræ pituitoſæ vetat inter cætera cancros, Thacos, ſepias, Smylas, betas &c. Quem locum explicans Iacobus Goupylus; Legimus (inquit) in Grammaticorum commentarijs σμύλλαι, qua voce ſignificatur piſcis σαῦρος. Ego σμύλλαι non inuenio, μύλλα verò Heſychio non piſcis ſed ſimpliciter σαύρα eſt, quam vocem pro lacerta quadrupede ouipara potiùs acceperis. Adde quòd apud Trallianum per λ. ſimplex ſcribitur. Certè legendum ὀσμύλας, vt piſces polypo cognati intelligantur ex mollium genere, ex quo & ſepiæ ſunt, quas proximè nominauerat.

[a] *L. 3. Alim.*

*Carnis qualitas.*

*Apparatus*

*Smyli. Mylla.*

# DE CORACE RONDELETII. Cap. LVII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Corax & Coracinus differunt.*

COracem ſiue Coruum marinum multi Coracino eundem eſſe volunt, ſed Athenæus & κόραξος & κορακῖνε tanquam diuerſorum diuerſis meminit locis. Coracis verò ſiue Corui carnem duriorem eſſe ſcribens quàm Milui, tacitè inſinuare videtur ei cum Miluo nonnnullam eſſe corporis ſimilitudinem, videlicet in alarum longitudine. Suprà veram Milui iconem dedimus, & quem pro Miluo Rondeletius pinxit, tanquam ſpurium in hunc locum, tanquam Coraci conuenientem, quod & ipſe profitetur, reiecimus. Corax itaque ſecundum Rondeletium eſt, qui Roma nomine cum Lyra communi, Capone vulgò à capitis magnitudine, ſuiſque ſimiliter Cabote appellatur, Burdigalenſibus verò Perlon, vt reliqui conſimiles.

## FORMA. DESCRIPTIO.

*Pinnæ.*

*Color.*

*Caput.*

PIſcis eſt (inquit) marinus, corporis forma Miluo (ſuo) ſimilis, aculeorum pinnarumq; magnitudine diſcrepans. Oſſa branchias integentia eſlata in aculeos deſinunt. Pinnæ quæ ad branchias, minores quam in Hirundine (ſua) maiores quàm in Miluo ſunt, ex viridi nigricantes parte interiore, exteriore ſubrubent, cum maculis rubeſcentibus. Dorſum ex cæruleo nigricat, latera rubeſcunt. Venter lacteus eſt: colorus. Caput eſt magnum: locus inter oculos cælatus. In dorſo virgas ex

Corax Rond.



officulis contextas, inſtar Cuculi habet: in eodem pinnas duas; prior eſt breuior cum aculeis longioribus, acutioribuſque: poſterior longior cum

A tum longè minoribus aculeis. Linea ſimplex à capite ad caudam ducta eſt. Palato minus eſt flauo quàm Miluus. Ventriculum paruum habet cum multis appendicibus, inteſtina tenuia, hepar ex albo rubeſcens. Hunc aurem piſcem Coracem ſiue Coruum eſſe hiſce argumentis probat Rondeletius: Coruo piſci à nigrore nomen eſt datum, ſic Coruus noſter, omnium huius generis piſcium nigerrimus eſt. Præterea carne eſt multò duriore, quàm Miluus, quod Coruo tribuit Athenæus. Miluus verò poſt Coruum minus cæteris rubet, per ſummum mare volitat vt ſæpe vidimus. Neque mela-tet alios aliter huiuſmodi piſces diſtinxiſſe, vt eum qui à nobis Coruus dicitur, Cuculum eſſe aſſerant, non animaduertentes Cuculum ἐρυθρὸν, id eſt, rubrum dici, eum verò quem pro Cuculo exhibent, nigrum eſſe. Deinde Miluum eſſe quem Coruum appellamus, ob pinnarum, quæ ad branchias ſunt, longitudinem. Sed ſatius eſt ob prædictas cauſas ita diſtinguere, vt nos diſtinximus. Hæc itaque ille. *Partes interna.* *Esymum.*

# VSVS INCIBIS.

B Athenæus (vt diximus) Coraci carnem tribuit duriorem: non eſſe tamen contemnendum omnino piſcem, ex hoc Corn. Celſi innoteſcit: *Piſcium eorum qui ex media materia ſunt* (hoc eſt, mediocriter alunt) *quibus maximè vtimur, tamen grauiſſimi ſunt, ex quibus ſalſamenta quoque fieri poſſunt, qualis Lacertus eſt, deinde quamuis teneriores ſunt, tamen duri ſunt, vt Aurata, Cornus, Scarus, Oculata.* Hi enim piſces omnes ſaporis gratia ſommoperè commendantur. *Carnis qualitas.*

# DE MILVO EIVSDEM. Cap LVIII.

C Enuinum veterum Miluum & ex ijs hiſtoriam ſuo nos loco dedimus; nunc Rondeletio Miluum creditum, Coraci ſuperiori ſimilem hic ex eo deſcribimus. Ait ſuis Lucernam vocari, quòd noctu ſplendeat, eandemque ob cauſam à Prouincialis Belugo à beluguez, id eſt à fauillis. Piſcis (inquit) eſt marinus corporis forma Coruo perſimilis, corpore magis rubro, capite minus lato, vtrinque compreſſo. Pinnarum numero caudaque ſimilis, magnitudine & colore diſſidens. Quantum ad colorem attinet, pars pinnarum quæ ad branchias ſunt externæ, nullæ maculæ rubræ inſunt: interna ex viridi non nigricat, ſed pinnæ iſtæ partim flaueſcunt, partim nigricant. Linea à brauchijs ad caudam ducta ſimplex non eſt, neque læuis vt in Coruo: ſed ex acutis breuibuſque aculeis horret. Non ſquamis ſed cute aſpera contegitur. Partibus internis Mullo imberbi ſimilis. Palatum parum flauum eſt. Carne eſt dura & ſicca. *Lucerna.* *Color.* *Partes interna.*

Miluus Rond.

D 



Digitized by Google

E

# DE BOOPIS RARA SPECIE Ex eodem. Cap. LIX.

BOops (vt oſtendimus) litoralis eſt & ſquamoſus piſcis, ex cuius ſpeciebus eſse Rondeletius credidit hunc rariorem piſcem, quod etſi nobis non videatur, quia genere diſcrepat, vtpotè leui cute præditus, quo nomine tamen apud antiquos veniat, ignorantes, idem nomen reliquimus. Rarus eſt piſcis (inquit) cuius nomen neq; à piſcatoribus noſtris, neq; ab alijs potui vnquam extorquere propter raritatem. Palmi maioris eſt longitudine, totus à ſquamis nudus, ore paruo, oculis valde magnis pro corporis ratione: in pronis partibus pinnam habet ad caudam vſque continuam. Cauda lata ſpiſſaq; eſt. Ad branchias & in ventre binas pinnas habet. Sapore, carnis ſubſtantia, oculis Boopem refert.

*Magnitudo.*

*Pinna.*

F

## Finis Libri ſecundi.

Digitized by Google

A

# VLYSSIS ALDROVANDI PATRITII BONONIENSIS, DE PISCIBVS LIBRI III.

B

## QVI EST DE PISCIBVS PELAGIIS SQVAMOSIS, ET PRIMVM DE ASELLIS. Cap. I.

## IN QVO ORDINIS RATIO.

C PELAGIORVM, hoc eſt in alto pelago degentium piſcium non paucos & ſaporis & ſalubritatis gratia non ſolùm commendari, ſed pleriſque etiam litoralibus præferri poſſe, ex ſubſequentibus aliquot patebit hiſtorijs. Inter quos ſi ab Aſello *tam deformi non digno nomine* piſce, vt Ouidij verbis vtar, exordium ſumpſerimus, nemo (opinor) vitio vertet. Hunc enim in maxima ſemper prærogatiua, atque pretio fuiſſe apud antiquos, inter alios oſtendunt Cornelius Nepos & Laberius poëta minorum, qui teſte Plinio, Aſellis & Lupo præcipuam poſt Acipenſerem, fuiſſe authoritatem tradiderunt: Deberentque etiamnum Hollandi atque Britanni in eadem veneratione Aſellos ſuos habere, qua veteres habuere Acipenſerem, & niſi coronati, cumq; tubicinis cantu inferre, quaſi quadam non deliciarum, ſed numinis alicuius pompa: quandoquidem incredibilem ex ijs quæſtum faciunt: nam poſt ſuorum faturitatem, nõ ſolùm circumiacentes, uerumetiam remotiſſimas regiones non ſine quàm maximo uectigali, recentibus, ſalitis, & aridis ſaturant.

*Cur ab Aſello exordiatur.*

*Aſelli in quo olim pretio.*

## SYNONYMA. ETYMVM.

D QVos itaque Latini Aſellos, Græci ὄνους & ὀνίσκους nominarunt: non tamen omnes indifferenter, ut Galenus exiſtimauit, inquiens, *Quos Philotimus* ὄνους, *alij* ὀνίσκους *dicunt*. Latiùs enim apud Latinos, puto, ſumitur Aſelli nomen quam τῦ ὄνυ aut ὀνίσκυ apud Græcos, utpote & τῦ ὄνυ, & ὀνίσκυ complectens, ut ſubindè oſtendetur in generis examine. Duplex Aſelli etymum reperitur, unum apud [a] Varronem; alterum apud [b] Oppianum. Varro à colore dictum uoluit, Aſini colorem referre innuens: Oppianus uerò a torpore ac ſegnitie, qua maximè famoſus eſt aſinus, dictũ inſinuat, cui quodammodo ſubſcribens Aelianus, cùm nominaſſet prægrandes ac pigros piſces, qui in latebris maris abdi ſolent, nec longè ab eis natando recedere, Aſellum inquit ijs etiam annumerari poſſe. Bellonius uerò omnes tam marinos quàm fluuiatiles aut ſtagnorum piſces, dummodo ſegnes ſint & ignaui, Aſellos ab antiquis nuncupari exiſtimans, aſſertionis ſuæ authorem nullum habet.

*Aſelli nomen latinum quàm* ὄνυ *apud Græcos.*

*Aſellus cur ſic dictus.*

[a] *Lib. 4. de ling. lat.*

[b] *Lib. 5. de piſcibus.*

# GENERA. DIFFERENTIÆ.

IN enumerandis Aſelli generibus inter veteres haud ſatis conuenit. Ariſtoteles vnius tantùm meminit & ὄνου vocat: quamquam Athenæus ὀνίσκου quoque ab eo nominari teſtetur, in libro (vt citat) de animalibus, ut alius fuerit ab ijs, quibus nos fruimur. [a] Plinio duo genera cognita; *Callaria minores & Bacchi, qui non niſi in alto capiuntur, ideoque præferri prioribus*. [b] Et rurſus. *Callarias Aſellorum generis, niſi minor eſſet*. Totidem quoque receuſuit Dorion in libro de piſcibus apud Athenæum, videlicet ὄνον, quem vocari alijs Gadon teſtatur: & Galleridam, quſ alijs vocetur ὀνίσκος & μάξυος. Oppianus verò etſi tria facere videatur; Onon, Oniſcon & Clariam, (ſic Callariam per ſyncopen metri cauſa nuncupat, ſiue Gallariam, ſiue Galleridam, varijs enim modo ſcribitur hoc nomen.) & Clariam ab Oniſco diſtinguit in eodem verſu, addita hac diſtinctionis nota, quòd Onos in profundo degat in aliquo latibulo, Clariæ verò & Oniſci in cœno & paluſtribus maris locis, non plura tamen quam duo facere opinor, & Oniſcum meo iudicio vocat Aſellum ſiue Onon nondum adultum; Tradit enim nondum exploratum eſſe, quoties anno pariat, ac ſi nemo hactenus obſeruarit pare re ob ætatis nimirum defectum. Hiſce plura genera addidere recentiores, quorum alia ſquamoſa ſunt, alia ſquamis carent. Nos de ſingulis quibuſque agemus, ab Ono ſiue Aſello ſimpliciter dicto ſumpto exordio.

[a] *Lib. 9. c. 7.*
*Callaria.*
*Bacchus.*
[b] *L. 32. c. 11*
*Gadus.*
*Galleria.*
*Claria.*
*Vt differat.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

QVi itaque Ὄνος ſiue Aſinus ſiue Aſellus ſimpliciter vocatur, & nonnullis etiam Ὀνίσκος, vt ex Galeno diximus, & Plinio Bacchus, (non Banchus vt nonnulli ſcribunt,) quod Libero patri ſiue Baccho ſacer eſſet, vt ille ait, fortè ob tumidum ventrem, eum eſſe certum eſt, qui iunior adhuc Oppiano Oniſcus, Hollandis Bolck, adultus Cabellaeu, Gallis Capellan nuncupatur, omnia enim quę de Ono & Aſello veteres ſcripſere, ei conuenire ſubſequens hiſtoria oſtendet, & quod ad formæ corporiſque notas attinet, [a] Ariſtoteles cirrum ante os tribuit (radiolum vocat Gaza) de cuius vſu poſtea, cum Capellanus habet; caret verò Merlucius quem alij pro vero Aſello obtrudunt. Nec obſtare arbitror Athenæum, qui ex authoritate eiuſdem Ariſtotelis in libro, quem citat, de animalibus ſcribit Onon & Oniſcon os habere ἀναῤῥεγὲς ὁμοίως τοῖς γαλεοῖς id eſt, *patulum ſiue hians more Galeorum*. Hunc enim locum corruptum eſſe non dubito, legendumq; ταῖς γαλεαῖς, quas Grammatici, vt erat etiam Athenæus, cum τοῖς γαλεοῖς ſæpenumerò confundunt. Ταῖς γαλεαῖς os excauatum eſt, ideoque hians ac patulum, quale omnino etiam eſt Capellano: τοῖς γαλεοῖς verò pro corporis (magni enim ſunt) ratione, paruum, anguſtumque & nihil vel parum ſaltem hians. Quod ſi itē quis Epicharmū ſaltem nobis aduerſati dixerit qui ποικιλογάστορις ὄνους cognominauit apud eūdem Athenæum, id eſt, *vario ventre Aſellos*, cùm vnicolor ſit noſtri piſcis venter; huic quoque reſponſum volo, & hunc quoque locum viris doctiſſimis ſuſpectum eſſe, cùm in toto Aſellorum genere nulli maculatus venter ſit: legitq; [b] Adrianus Iunius ἐκ ῥαπιλογάστορις, id eſt ventrem habentes portentoſum, eo nimirum fretus argumento, quoniam Athenæus huic piſcium ſoli cor in ventre eſſe dixerat: quod cùm cordatis viris haud veriſimile ſit, libenter illi ſubſcribo qui πολύγαστορις legendum cenſuit, id eſt, vētricoſos, cùm noſter Onos in ventrem ſummoperè excreſcat. Eſt itaque Onos noſter ſiue Aſellus maior, piſcis Oceano peculiaris, tumida admodum ventre, amplo capite, ore item grandiſſimo, corpore proximè caudā tenui, magnitudine inſignis, binos treſue cubitos crebro excedens, colore in tergore nigricāte, ad latera & in vētre albicāte, ſed ſquamoſus ne ſit, an leui cute preditus, haud ſatis memini.

[a] *L. 9. Hiſt. cap. 17.*
*Os.*
*Athenæi locus correctus.*
*Alter Athenæi locus cor rectus.*
[b] *In adagijs.*
*Deſcriptio.*

Tertia Aſellorum ſpecies Rond. Aſellus maior authori, in quo barbulam ex inferiori mento propendentem pictor non obſeruauit.



LOCVS

A

# LOCVS. NATVRA. MORES.

ONos (vt Oppianus teſtatur) in alto mari degit, in quodam latibulo, quod Capellano noſtro conuenit, qui pariter, vt de Ono ſcripſit Ariſtoteles, plurimum temporis latet, longoque interpoſito tempore non capitur. Quo verò tempore non videatur, oſtendit Aelianus, *Canicule exortum extimeſcere tradens:* clariùs Athenæus ex Ariſtotele, ſolum (inquiens) calidiſſimis flagrante Sirio diebus occultari, cùm alij per ſummum hyberni temporis frigus ſe abdant. Solum tamen id Aſinum facere negat [a] Plinius his verbis: *Quidam aſſus impatientia mediis feruoribus ſexagenis diebus latent, vt Glaucus, Aſelli, Aurate.* Arenæ etiam ſeſe obruere, cirroque tanquam vermiculo quodam inſidiari alijs piſcibus veriſimillimum eſt, cùm cirro eo (vt diximus) præditus ſit: quod nempe de Ono prodidit Ariſtoteles his verbis: *Obruunt arena ſeſe, Aſinus, Raia, Paſſer, Squatina, cumque nullam ſui corporis partem non tectam reliquerint, verberant radiolis oris ſui, quos piſcatores virgulas vocant, quas piſciculi cùm aſpexerint, adnatant, quaſi ad algas quibus veſci ſoliti ſunt.* Quare eundem quoque cum hoc eſſe conijcio, qui apud Danos & Boruſſos Zandet vel Sandat vocatur ab Arena, quę pleriſq; B Septentrionalibus populis Sant vel Zant nominatur. Ventre enim albicare inquiunt, nigricare dorſo, carnem ſale condiri, conditam tenaciorem euadere, ingentique copia dolijs clauſum in exteras regiones mitti. Quia verò tam ocioſus arenis obrutus iacet, tum quòd tanto tempore latet, deforme Aſini nomen obtinuiſſe reor, deſidemque & ſegnem cognominatum fuiſſe. Solitarius denique piſcis eſt, quod & Athenæus teſtatur: & Oppiano hamo capitur, quem ancillæ in captis ſæpe eximunt.

*Quando lateat.*

[a] *L. 9. c. 17.*

*Vt piſcibus inſidietur.*

*Sanda Danorum.*

*Stymon.*

# VSVS IN CIBIS.

IEcur habet maximum, idemque delicatiſſimum & quod cæterorum piſcium iecinoribus recta ratione præfertur. Carne item alba eſt, & friabili, palatoque gratiſſima, maximè ſi elixa affuſo recenti butyro, & ſinapios condimento addito inferatur, vt apud Hollãdos fieri aſſolet. Magni Aſellum feciſſe veteres ab exordio dictum eſt. Galenus ſi probo vtatur alimento & mari puro, nam ſunt qui cœnoſis etiam locis degunt, minores natu nimirum, vt ex Oppiano oſtendimus) carnis bonitate, hoc eſt, ſalubritate cum ſaxatilibus contendere aſſerit. Aliàs etiam mollem & friabilem carnem C habere teſtatur, etſi non æquè ac ſaxatiles; ideoque vbi horum inopia eſt, Aſellos ſuccedere poſſe: eos verò qui prauo vtuntur alimento, aut in aquis mixtis & potiſſimùm ſi vitioſæ fuerint, degunt, carnis quidem mollitiem non deponere, ſed pinguitudinem ac lentorem acquirere, & ob id neque ſuaues, vt antea, amplius manere & alimentum excrementitium reddere. Quare cùm & Diphilus boni quidem ſucci Aſellos eſſe dicat, ſed haud faciles concoctu, viroſumq; aliquid in ſe habere, de poſtremo loco à Galeno recenſitis loqui arbitramur, atque adeo bene à Plinio ſcriptum, Bacchum quòd in alto pelago degat, Callarijs præferri. Idem Galenus recentes in albo iure iubet elixari, quod ita docuit parari. Copioſa aqua in ollam inijcitur, deinde olei quod ſatis eſt, affunditur, cũ pauco anethi aut porri, deinde cum piſces ſemicocti fuerint, ſalis tantum inſpergitur, quo ad totum ius ſalſum nondum appareat: quam præparationem ægris accommodam eſſe ait. Exiccatus ipſe piſcis oſſeam ferè duritiem induit, quare robuſto aliquo baculo prius verberatus coquitur, haud ingratus guſtui, ſi elixatus butyro innatans inferatur. Stockfiſch inde vocatur per vtramq; Germaniam quaſi fuſtuarius piſcis, vt eruditus quidam latinè expreſſit. Sale item inueteratus commendatur, ſi nocturna diurnaq; maceratione, ſalſugine ablata ex noua affuſa aqua elixetur, & eodẽ quo exiccatus, modo comedatur, mutatq; iterum nomen, Aberdanum enim tũc nuncupant: cõditur autem non integer, vt exiccatur, præciſo tantùm capite, ſed in fruſta diſſectus, & ligneis vaſculis clauſus ad exteras regiones ab Hollãdis, ac potiſſimùm D Germaniam ſuperiorem mittitur, vbi Rheynfiſch quaſi Rheni piſcis nuncupatur, quòd eò per Rhenum fluuium conducatur.

*Iecur.*

*App ratus. Carnis qualitas.*

*Ius album vt fiat.*

*Indurati apparatus.*

*Piſcis ſtockfiſch inus. Aberdanus Piſcis Rheni*

# DE CALLARIA SIVE ASELLO MINORE. Cap. II.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Callarias. Oniſcus.*

MInorem Aſellum Plinius **Callariam vocat,item apud Athenæum Dorion, cui & ὄνισκος dicitur. Oppianus verò Oniſcum à Claria ſiue Callaria diſtinguit,vt modò oſtendebamus, vbi hoc vocabulum diuerſimodè apud veteres ſcribi dicebamus.**

*Galaxias. Galaxia.*

**Sunt qui rectiùs Galariam vocari volunt & Galaxiam nimirum παρὰ τὸ γαλάκτος, id eſt a lacte,non quòd piſcis ſit lactei coloris,ſed quòd lacteum planè eius ſit iecur,**

*Muſtela vulgares.*

**Alij tamen dici volunt ἀπὸ ταῖς γαλαῖς,quòd his quodammodo ſimilis ſit, ideoque quoſdam Aſellorum generis Galeas id eſt Muſtelas vulgares quidam nuncuparunt. Hunc ego** F **Callariam ſiue Galariam Aſellum arbitror eum eſſe, qui apud Ligures, & huius temporis Græcos, antiquum hodieque nomen habet. Aſello enim ſiue Naſello dicunt Ligures; illi Gaidaron, id eſt**

*Merlucius.*

**Aſinum quaſi γάδαρον,quo nomine Dorioni vocatur Aſellus maior: Romani & Galli Merlucium, quaſi maris Luciſi,Hollandi,apud quos copioſiſſimè capiuntur,ideoq; plebei ferè haberi ſolent, nam copia faſtidium plerumq; parit,Scheluiſchs non à Schaldi fluuio proximè Antuerpiam in mare ſe exonerante,vtnõnulli ſibi perſuaſêre,ſed à Latino Aſelli nomine quaſi ſeluis ablata prima litera à, niſi dicamus**

*Piſcis capitoſus.*

**à verſutia ac aſtu,nam verſutos & nequam pueros Scheluiſchs dicunt.Murmellius Piſcem capitoſum ficto nomine latino appellare voluit, ă capite, vt apparet, quod maiuſculum eſt,latum & preſſum.**

*Piſcis Rhenl.*

**Coloniæ alibique per Germaniam ſimiliter ac maior, Rheijnfiſch quaſi Rheni piſcis appellatur, ob allatam ibi rationem.**

## FORMA. DESCRIPTIO.

G

*Magnitudo. Forma. Caput. Dentes; Cor. Squama.*

LOngitudine plerumque pedali aut cubitali eſt,teres,ventricoſus tamen, capite maiuſculo, & (vt monui)lato,preſſoque, oris rictu maximo. Inferior maxilla quæ paulùm prominet, vno dentium,eorundemque acutiſſimorum ordine,ſuperior duplici munitur. Oculi maximi ſunt, branchiæ vtrinque quaternæ,duplices: inter quas cui ſitum eſt figura oſſis dactylorum, pericardio contectum. Squamis tegitur minutis in lateribus ac dorſo ad cineritium colorem vergentibus. Lapillos in capite habet duos,non molari figura,vt Athenæus ait,ſed oblonga, ſimiles qui in Sparo reperiuntur,vt Bellonius teſtatur. In interiore oris parte poſt linguam oſſa ſunt, parte inferna ſupernaq; aſpera,& in gula regione cordis duo alia reliquis longiora, quæ obſtant atque præpediunt, ne piſces dum deuorat, in gulæ anguſtias compulſi,aculeorum aſperitate cor vulnerent. Interna ventris capacitas,tenuiſſima ac nigerrima,vndique oblinitur membrana, quæ ſola digiti admotione diuellitur. Ventriculum habet magnum,craſſum,ſuperiore parte latum,inferiore in acutum deſinentem,albumiecur eiuſdem coloris,cui fel committitur:inteſtina tenuia & rubentia, vterum bifidum nec admodum oblongum. Pinnis natat quatuor: quæ in ſupina parte ſunt, ſinuiatilium quorundam modo ori propiores ſunt,quàm quæ ad branchias poſitæ ſunt. Podex non multùm infra locatus eſt,à quo ad caudam H pinna continuatur:hac rurſus alia breuior,mox à capite ceruicis loco. Linea à ſuperciliorum loco ad caudam ducitur. Cæterùm Rondeletius Dorionis Oniſcum non eſſe hîc pictum piſcem,ſed qui vulgo Sturio appellatur contendit,argumento,quòd vnicam tantùm ei ſpinam tribuat his verbis. *Fluuiatilis Murena vnam tantùm habet ſpinam, ſimilem Aſello qui vocatur Gallaria.* quodq; os non habeat ſupina parte, quod Ono ſiue Aſello maiori Athenæus ex Ariſtotele (vt putat) tribuit, os habere inquiens ἀνιππάρυγος ὁμοίως τοῖς γαλεοῖς. Verùm doctiſſimi huius viri ſententia iſthæc admodum erronea eſt. Dorion quidem teſte Athenæo Onon id eſt Aſinum ſiue Aſellum maiorem, ab Oniſco qui ipſi Callerias & Maxinus etiam nominatur, diſtinguit ſpecie,non item genere. Locùm verò de ore nos ſuprà reſtituimus:& ſi nihil ibi mouendũ quis cõtẽdat,nondũ fuerit neceſſe,propterea ſtatuere,os Ono ſiue Aſello in ſupina parte eſſe,ſed æquè ac in Galeis hians ac patulũ, vt ſcilicet cibi indicetur auiditas. Sturio flumina æquè ac mare frequẽtat. Onos ſiue Aſellos marinos tãtũ ueteres agnoſcũt. Ad hæc q; de ſpina dicit,neſcio quã ſedulò rẽ iplã inſpexerit. Equidẽ Merluciũ noſtrũ,unicã tantũ ſpinam habere

*Pinnæ. Podex.*

*An Oniſcus ſit Dorionis. Murena fluuiatilis. Sturionem non eſſe Onon aut Oniſcum. Merlucio vnica tantũ ſpina.*

ex dilec-

A

Aſellus minor.



B

C

D

ex diſſecto piſce didiciſſe ſe profitetur Saluianus, inquiens: Quod autem ei vnica ſpina ſit, non ſolùm ex eo verum eſt, quòd præter eam vnam, quæ à capite per dorſum ad extremam vſq; caudam perducitur, nullæ aliæ, (vt in quamplurimis alijs piſcibus contingit) per carnem conſperſæ apparent; ſed ob id etiam, quòd ab alijs cæterorum piſcium dorſi ſpinis, diuerſa adeo ratione fabrefacta ſit, vt verè vna dici poſſit. Cùm enim piſcium omnium dorſi ſpina multis conſtituatur vertebris: in piſcibus reliquis, ex vtroq; quamplurium ſuperiorum vertebrarum latere, tranſuerſales ſpinæ, acutæ, longæ, incuruæq; adeo, vt vniuerſam ventris capacitatem amplectantur, atq; conſtituant, enaſcuntur: quæ quidem ſic vertebrarum lateribus committuntur, vt modicula quauis elixatione, earum ita iunctura ſoluatur, vt non vnam ſed plures ſpinas eſſe, conſpicuum fiat. Ex Aſelli verò noſtri vertebris, nullæ profectò huiuſmodi ſpinæ, ſed earum vice tranſuerſales ſolùm quidam proceſſus, externa parte conuexi, interna verò concaui exoriũtur: qui quidem diuerſæ à dorſi ſpinæ, ſpinæ cenſeri nõ poſſunt, cùm neq; (eò quòd prorſus vertebris connati ſunt) vlla à dorſi ſpina diſſolui elixatione poſſint: neq; aliquam ſpinæ formam præſeferant: quippè qui nõ ſolùm breuiſſimi ſunt (vix enim mediam ventris capacitatem ſepiunt) ſed præter ſpinarum etiam rationem, in retuſas admodum deſinunt extremitates, ex quibus vtrimq; craſſa ſuboriens membrana capacitatem inſignem, intus vacuam extuberantemq; adeo efficit, vt ventrioſus Aſellus ipſe reddatur; qua quidem membrana diſſecta adamuſſim adeo ſcaphæ forma repræſentatur, vt nihil ſupra. Hæcitaq; Saluianus.

LOCVS.

Aſellus alter ſiue Merlucius ab authore obſeruatus.



A

## LOCVS, NATVRA. MORES.

CLarias ſiue Callarias cænoſis ac herboſis litoribus gaudet, teſte Oppiano: quamobrem haud rectè à nobis pelagijs annumerari videri poſſit, niſi Aſelli alterum genus eſſet, à quo temerè ſeparetur. Veſcitur Gobionibus, Atherinis ac marinis deiectamentis, vt Bellonius tradit. Solitarium eſſe aiunt, licet copiosè capiatur. Capitur autem hamo. *Cibus.*

## VSVS IN CIBIS.

VIlis in Hollandia piſcis eſt, carne aliàs præditus candida friabiliq;, atque optimi etiam ſucci. Apud Vueſtphalos, ad quos per Rhenum fertur, in delicijs habetur, & circumiacentes populos alios. Elixatur in aqua pura modò ſalis adiecto, tum butyro ſalſo aut recenti feruido *Carnis qualitas.* *Apparatus.*
& petroſelino conditur: plerique Hollandorum ſinapios condimentum adijciunt. Icon quàm dedi-
B mus, Geſnero lector debes, in qua maxillam inferiorem ſuperiori longiorem, & vtramque rurſus dentatam deſidero: qui exactiorem velit, Rondeletium adeat, & Saluianum, cum quorum tamen icone, noſtra altero loco expreſſa ferè conuenit.

## DE ASELLO MINORI ALTERO. Cap. III.

## SYNONYMA ETYMVM.

C OCeano Gallico frequens eſt Merlucio non abſimilis piſcis, inde fortaſſis Merlan illic vocatus, ſiue vt Rondeletius habet Merlanus, aut vt Bellonius habet, Merlangus. Byzantini teſte eodem Bellonio Muzum vel Mazum dicunt, Veneti piſcem mollem, Romani vulgò Ficum: etſi Rondeletius alium ab hoc eſſe dicat, Venetis ac Romanis ſic nominatum. Monet enim Bellonius Fici vocabulum ad permultos alios Aſellos tranſferri à Romanis. *Merlanus: Merlangus Mazus. Piſcis mollis Ficus.*

## FORMA. DESCRIPTIO.

HAbitu corporis Merlucio ſiue Callariæ ſimilis eſt: oculis magnis, perſpicuis, argenteis: ſquamis paruis, adeo vt viſum fugiant, tegitur, ore eſt medio. Dentes paruos habet in maxillis, albos, acutos, ordinatos: ventrem prominulum, vt & omne Aſellorum genus. Albus eſt ac mollis, argentei coloris. In pinnarum numero Rondeletius & Bellonius, quibus hûc piſcem debemus, diſſentiunt. Ille enim numero ſituque eas cum Merlucio conuenire aſſerit, hoc dempto quòd Merlucius duas tantùm in dorſo habeat, hic tres: Bellonius verò, tres quidem etiam in tergore, ſed dûas ab ano ad caudam tribuit, atque in lateribus ad branchias, vtrimque vnam. Linea à branchijs ad caudam ſinuoſa ducta eſt. Spina tergoris ſexaginta vertebris conſtat ex Bellonij obſeruatione. Ventri- *Partes interne.*
D culum magnum habet cum multis appendicibus, hepar ex candido rubeſcens: vuluam bifariam tantùm diuiſam affirmat Rondeletius contra Bellonium, qui quadrifariam diffindi ſcripſerat, id quod certè non comperiet (inquit) ex anatome diſſecandi peritus, qui pro vuluæ partibus vaſa ſpermatica temerè non acceperit. In capite calculos oblongos habet, non omnino rotundos, quales nimirum plurimi alij piſces. *Squamæ. Venter. Color. Pinnæ.*

## LOCVS. NATVRA. MORES.

OCeani piſcis eſt, ex alto ad litora etiam aſcendens, vt inde licet colligere, quòd in ventriculo eius Aphyæ, carides, Gobioneſque parui & ignobiles, ſimileſque piſciculi litorales reperiantur: quos integros deuorat, nec dentibus (vt Rondeletius ait) in fruſta diuidit: dentes enim habet non ad incidendum, ſed ad retinendam prædam. Illi verò in ventriculo diſſecti in fruſta, ideo reperiuntur, quod cibi in ventriculo cùm à calore natiuo immutantur & concoquuntur, comminuuntur & atteruntur. *Cibus.*

VSVS

## VSVS IN CIBIS.

E

*Carnis qualitas.*

CArne quidem (inquit Rondeletius) eſt friabili & molli, ſed non perinde ac Phycis (ſic vocat perperam qui Romæ Tico & Tenca marina vocatur, de quo mox ſuo loco) vnde hos piſces comeſos non maiori oneri eſſe ventriculo quàm ſi è zona appenſi geſtarentur, vulgò Galli dicunt, qui duræ carnis piſces probant, cæteriſq; præferunt. Bellonius hoc prouerbium citat paulò aliter, nimirum ſic: Galliæ tam frequens eſt Merlangus, vt à carnis leuitate, vulgari prouerbio locum fecerit, hominem duodenis Merlangis probè paſtum, minore ab his pondere in curſu fatigari, quàm ſi ſenos tantùm Zonæ appenſos geſtauerit: dubitatq; Bellonius, an itaq; is ſit piſcis, qui à carnis mollitie & candore antiquis Græcis Πρόβατον, hoc eſt, ouis aut Pecus dici conſueuit: in qua tamen ſententia inconſtans eſt, nam & Eglefinum, (vt ſuo loco dicetur) Πρόβατον etiam eſſe contendit, & ſi dijs placet, eundem eſſe cum Ariete: qua de re mirum eſt, quantum ipſum exagitet Rondeletius. Merlangus autem ob mollitiem carnis aſſus melior eſt quàm elixus, quare in ſartagine frigendus, farinaque aſpergendus, vt partes contineantur, neque diffluant.

*Ouis aut pecus piſcis.*

*Aries.*

*Apparatus.*

F

## DE GOBERGO. Cap. IV.

*Locus.*

*Magnitudo.*

*Color.*

*Forma.*

ALia eſt Aſinorum ſpecies, quæ vulgò (inquit Rondeletius) Goberge dicitur. Maris Oceani piſcis eſt, qui ex terræ parte nuper reperta ſalitus ad nos aduehitur, Morhua ſiue Molua (de qua mox) latior & maior. Hæc enim cubiti eſt magnitudine, aut non multò maiore: ille duorum cubitorum magnitudinem ſuperat. Colore eſt cinereo, ventre falcato. Squamis tegitur. Ore eſt mediocri ſine dentibus, oculis ſatis magnis. Pinnarum numero ſituq; duobus ſuperioribus (Eglefino & Merlano) ſimilis eſt. Cauda in vnicam definit. Linea à branchiarum ſuprema parte ad caudam obliquè ducitur. Partibus internis Aſino (Merlucio) ſimilis eſt. Carne conſtat duriore quam Aſinus, minus glutinoſa quam Molua. Piſcis iſte in aqua maceratus, vel fuſte contuſus, pauperiorum & ruſticorum cibus eſt.

*Carnis qualitas.*

G

## DE MOLVA MAIORI, SEV ASELLO Vario. Cap. V.

ESt inter Oceani Aſinos, nonnullis Gallorum Molua, alijs Moſchebout à macularum ſeu punctorum varietate nominatus, alijſq; ſimiliter Leopard, Rondeletio Aſinus varius.

## FORMA. DESCRIPTIO.

*Color.*

*Pinnæ.*

PIſcis eſt ſquamoſus, Gobergo proximè deſcripto ſimilis, ſed maior. Dorſo cinereo multis maculis nigris conſperſo, ventre candido, falcato. Pinnas tres habet in dorſo, à podice vnicam, duas ad branchias, duas in ventre, quæ magis ab ore ſunt remotæ, quàm in Aſino (Merlucio) & Gobergo: in quibus duobus hæ ventris pinnæ, fluuiatilium piſcium modo, ori propiores ſunt & loco firmiori innixæ. Ore eſt magno. Dentes habet in maxillis. Oculis minoribus quàm Gobergus. Internis partibus Aſino ſimilis eſt. Hanc Moluam maiorem eſſe putat Rondeletius: ei enim ſimilis eſt (inquit) hic piſcis & eodem modo maculatus. Subſtantia carnis ferè eadem; nam glutinoſus eſt, ſed minus quam Molua.

H

DE MO-

Digitized by Google

A

# DE MORHVA, SIVE MOLVA ALTERA. Cap. VI.

MOlua vel Morhua à Gallis, ab Anglis Morhuel Aſellorum teſte Bellonio ſpecies eſt maxima, & vt plurimùm ſeſquicubitalis longitudinis, latitudinis vero pedis vnius. Ore eſt magno, & dentes habet in maxillis. Ex inferioris maxillæ extremo appendix carnoſa, ceu pilus è barba propendet. Oculi illi aiunt eſſe magnos, & ab his apud Gallos paroemiam eſſe in ſtolidos, vt vult Bellonius, ſed in eos quibus infirmior ac hebetior eſt viſus acies: ſic enim ferè ſemper (inquit Rondeletius) accidit, vt qui magnis ſint oculis & prominentibus, maximè quibus lata eſt pupilla, parum acutè cernant ob maiorem ſpirituum diſſipationem. Pinnas habet ad branchias & in ventre binas, parte prona tres, à podice duas. Dorſum cinereis fuluiſq; maculis notatur, Venter falcatus. Partes internæ Muſtelæ marinæ ferè ſimiles.

*Magnitudo.*

*Oculi.*

*Oculi magni parum cernunt.*

*Pinnæ.*

*Color.*

B

## VSVS IN CIBIS.

ROndeletius recentem hunc piſcem carne eſſe ſcribit multò meliore, quàm cùm ſalitus aut exiccatus fuerit: quippe cuius caro glutinoſa adeo ſit, vt etiam butyro diu immerſa (quod, vt pinguia omnia glutinoſarum rerum adhæſionem impedit) digitis ita hæreat inter edendum, vt vix reuellatur. Cùm contrà (inquit) fieri oportere ratio ipſa ſuadere videatur, quòd ſal calefaciat, extenuet, & incidat. At cur glutinoſior Morhua tempore fiat, in cauſa eſſe putat tenuis humoris conſumptionem. Quemadmodum in farina multa aqua diluta euenire videmus, quæ ſi aliquandiu coquatur, tenuioribus partibus ab igne abſumptis tam ſpiſſa glutinoſaq; redditur, vt ea ad multa ferruminanda vtamur. Idem in ſaccharo aqua diſſoluto experieris: coctione enim multò glutinoſius fiet.

*Carnis qualitas.*

*Cur tempore glutinoſior fiat.*

C

## VSVS IN EXTERNIS.

INteſtina huius piſcis & folliculi ichthyocollæ cõficiendæ inſeruiunt, vnde fuere qui veterum Ichthyocollam (accipitur enim pro piſce & glutine) eſſe credidere: quorum opinionem non temerè redarguit Rondeletius; vt ſuo aliquando loco patebit.

*Inteſtinorum vſus.*

# DE ASELLO NIGRO. Cap. VII.

D

ROfitetur Bellonius ſeſe ignorare, qua ratione Britanni hunc piſcem Colfiſch dixerint; niſi (inquit) dicas eidem hunc illis eſſe vſui, quo in Ponto id Sturionis genus, ex cuius folliculo ichthyocolla cõfici ſolet, quaſi col ipſis ſit colla ſiue gluten: cùm rem aliter ſeſe habere inquiant Anglicæ linguæ periti, qui col Anglis carbonem eſſe aiunt; vt inde piſcis hic, Aſellus niger, ſiue carbonarius dicatur, quòd præ cæteris tergore nigricet. Defertur ad Gallos ex eo Britanniæ tractu, qui Hollandiam ſpectat. Vbi prouectus eſt, aliquo eſt in pretio: nam paruus adhuc, carnem habet planè inſipidam. Squamis contegitur latioribus, quàm quiuis alius ſui generis. Hæ tamen in icone quam Bellonius nobis dedit, non exprimuntur, Tergore eſt nigricante, ventre candidiore. A capite ad caudam a tram lineam productam habet, ad latera aliquantulum inflexam pinnaſq; reliquis ſui generis piſcibus duriores ac robuſtiores. Popularis eſt, & omnium ſalitorum inferioris notæ. Pinxit eum acephalum, quòd capite mutilus in Angliam, vbi etiam peregrinus eſt, perferatur.

*Etymon.*

*Locus.*

*Carnis qualitas*

*Squamæ.*

*Color.*



Digitized by Google

Muſtela vulgaris Rondel.

# DE MVSTELA VVLGO GENVÆ DICTA. Cap. VIII.

*Muſtela.*

ASellorum generis piſcem hũc Genuenſes & Maſſilienſes, vulgò Muſtelam vocant, impropriè certè, cùm ſint Muſtelæ lęues, contrà ac hic qui ſquamoſus eſt: Illyrici Pegorellam, vulgus Cretenſe Gaideropſarum, nos (inquit Bellonius) Aſinum piſcem vertere poſſumus. Arbitratur autem Ariſtotelis & Galeni Callariam eſſe, cùm neuter (quod equidem ſciam) Callariæ meminerit. Rondeletius verò quæ Aſino notæ inſignes & euidentiſſimæ tribuuntur ab Ariſtot. huic magis competere exiſtimat, quàm Merlucio, quẽ omnes (inquit) hodie Aſellum veterum eſſe iudicant: maximè verò virgulæ illæ ad alliciendos & capiendos piſces, quibus prorſus caret Merlucius, quòd lapides molares in capite habeat, quòd lateat. Sed cùm omnes iſtæ notæ Capellano quoq; competant, ego in mea opinione firmus permaneo. Piſcis eſt marinus Merlano quodammodo ſimilis, Græco & Italico litori teſte Bellonio frequentiſſimus, inter mollis carnis piſces connumeratus: trium interdum palmorum longitudinis, ac cruris humani craſſitiei: colore ex liuido in opacum abeunte, ſquamis Polam vulgarem referentibus. Duas in tergore pinnas gerit: quarum minima capiti vicina eſt: præter quos aliam rurſus ad caudam vſque protenſam habet: ac rurſus ad latera vtrinque vnam, rotundam, ſub quibus poſtremis craſſiores ac carnoſi quidam cirri bifidi conſpiciuntur: huius quoq; caudæ pinna rotunda eſt: cirrum ſub mento habet, quod Rondeletius quoque teſtatur, qui tamen duas in icone ſua expreſſit. Idem & Bellonium notat, quòd ſine ſquamis ſquamoſum hunc piſcem deſcribat, cum is ſquamis Polam vulgarem referre dicat, vt oſtendimus: Maxillas habet mobiles, dentes confuſos, vt & Aſinorum reliquum genus. Sed hoc ab ijs differt, quòd in labro ſuperiore, maculam oſtendit in cordis figuram, denticulis circumſultam, linguam albicantem & in cuſpidem efformatam. Proinde branchias diſtendit vtrinq; quatuor, ſub quibus cor deliteſcit triquetrum, pericardio, vt in cæteris piſcibus obuolutũ. De diaphragmate hepar pallidũ ac ferè lacteũ appẽdũ eſt, in tres lobos diuiſum: cuius pars ſiniſtra, cæteris maior, veſiculam fellis oblongã admittit: tertius lobus ſuperficiei ſtomachi incũbit. Liẽ illi eſt ſanguineus, gracilis, oblõgus, dorſo incũbens,

*Gaideropſarus.*

*Deſcriptio.*

*Color.*

*Partes interiores.*



a ven-

à ventriculo dependens: quem propter voracitatem prægrandem vidimus, eius ferè figuræ, cuius eſt
A paſtorum inſtrumentum, cui cornutæ muſæ nomen eſt. In pyloro admodum multæ ſunt apophyſes, vt quinque & triginta facilè connumeres. Eius inteſtina non amplius quam tribus reuolutionibus circumflexa ſunt, antequam ad rectum perringant: præter quæ, veſicula quadam cæteris Aſinis communi præditus eſt, gemino veluti folliculo tergori coniuncta, quæ illi commodioris natationis vſum exhibere creditur. Cæterùm hic piſcis Sardellis, Boopis, Trachuris atque alijs piſciculis ſe exaturat. *Cibus.* Hæc omnia ferè Bellonius.

# DE TINCA MARINA. Cap. IX.

## SYNONYMA. ETYMVM.

B RÆcedenti Aſello, vulgò Muſtella dicto congener omnino videtur piſcis iſte qui Romæ duabus inſignis nomenclaturis, vulgò Tenca marina & peſce Fico nuncupatur. Rondeletius pro veterum Phycide exhibuit veteris nomenclaturæ veſtigium, puto, ſecutus, cùm neque varijs depictus ſit coloribus, neque ſpinis vallatus, & nihil minus quam Percæ & Channæ ſimilis: quas notas in Phycide requiri ſuo loco oſtendimus. Apparet autem Tincam marinam vulgò nominari propter corporis quandam cum paluſtri Tinca ſimilitudinẽ: Ficique nomen ſibi vendicaut, quòd maturioris paſtique fici inſtar mollis ſit, flaccidus, ac ſucci plenus. Saluianus Aſellum Callariam eſſe contendit, ſed quam frigidis ne dicam friuolis rationibus, lecturus iſthæc diiudicet.[a] Plinius (inquit) cùm inquiat: *Calarias Aſellorum generis, niſi minor eſſet:* vti Callariam Aſelli congenerem & minorem eſſe teſtatur: ita nos hunc piſcem noſtrum, quippe qui Aſello (ſic vocat Merlucium) ſimilis eſt, atque minor, Callariam eſſe iure cenſemus, nec ſi[b] Plinius, dicens alibi: *Aſellorum duo genera, Callariæ minores & Bacchi qui non niſi in alto capiuntur, ideo prælati prioribus:* atque Dorion ſcribens apud Athenæum, *Fluuiatilis Murena habet etiam ſpinã ſimilem Aſello qui vocatur Callarias,* Callariã & Aſellum non ſimiles ſed vnum & eundem piſcem facere videantur, non hunc ſed Merluciũ, quem Aſellum eſſe ſtatuimus, Callariam appellare oportet. Nam cùm Callarias valde ſimilis ſit minori Aſello, mirum non eſt Plinium (haud multùm in rebus interroſcendis diligentem & peritum, hoc loco Aſellum minorem Callariam vocaſſe, atque vnum &
C eundem piſcem feciſſe. Dorion verò pro noſtra pugnat opinione: nam ſi minorem Aſellum & Callariam vnum & eũdem piſcem arbitratus eſſet, habere dixiſſet ſpinam ſimilem τῷ ὀνίσκῳ aut τῷ γαλλαρίᾳ & nõ τῷ ὀνίσκῳ τῷ καλυμένῳ γαλλαρίᾳ id eſt minori Aſello vocato Gallariæ: quibus verbis tum piſcem vnum qui ſimpliciter ὀνίσκος, tum alterum qui non ſimpliciter, ſed ὀνίσκος γαλλαρίας vocetur, manifeſtè innuit reperiri. Noſtræ præterea ſententiæ ſubſcribit Oppianus, quippe qui Callariam metri ratione per ſyncopen κλαρίαν vocans, ab Aſelloque ſeparans, inquit:

ψήτται καὶ κλαρίαι καὶ τρίγλιδες ἐγρεκ' ὀνίσκων.

Quamobrem vti Merlucium ὀνίσκον ſiue minorem Aſellum, ita hunc Callariam Plinij & γαλλαρίαν ſiue ὀνίσκον καλυμένην γαλλαρίαν Dorionis, atque κλαρίαν Oppiani iure arbitramur. Quod ſi forſan in hiſtoria Merlucij hæc ita abſolutè diſtincta non ſint, ea ad huius hiſtoriæ cenſuram reuocamus. Hactenus Saluianus. Quod verò ad Plinij verba attinet, ea tam clara ſunt, vt nihil planè opponi queat, eademque in Merlucij hiſtoria, & rectè citauit, & rectè explicauit: hicq; non bene palinodiam canit. Dixerat aſſerere videri Plinium quadruplici inter ſe differẽtia differre Aſellos: primùm enim (inquit) priores quos Callarias vocat, minores facit: ſic alteros quos Bacchos appellat, maiores eſſe innuit: eodem præterea authore, loco etiam differunt, inquiens enim Bacchi, quos magnos cenſet, non niſi in
D alto capi, Callarias quos minores ſtatuit, litorales eſſe inferre videtur. Præſtantia deinceps eos ſeparat, dicens, ideo Bacchi prælati prioribus. Poſtremò nominibus etiam diuerſi ſunt, nam minores Callarias, maiores Bacchos appellat. Quod modo ad Dorionis locum, de ſpina Oniſci Gallariæ nuncupati loquentis: idemmet Saluianus talem in Merlucio dari ex propria obſeruatione oſtendit; eius verò in hoc piſce non meminit: præterea Dorion duo tantùm Aſelli genera facit, vt antè dicebamus, vnum quod Gadum vocat, maius: alterum minus, quod Gallaridam. Oppianus denique etſi Clariam ab Oniſco diſtinguat, haud alium tamen quam alij authores Clariæ nomine agnoſcit, & Oniſcum vocat maiorem Aſellum, vbi necdum adoleuit. Sicuti itaque marina iſtæc Tinca, tùm ob hęc, tùm quòd bonitate carnis à veris Aſellis degeneret, Callarias eſſe non poteſt, ita tamen de ea hoc loco agendum erat, quòd corporis forma præcedentem Aſelli ſpeciem referat.

*Tenca marina.*

*Peſce Fico.*

*Phycidem non eſſe.*

*Callariam non eſſe.*

[a] *L. 32. c. 11*

[b] *L. 9. c. 17.*

*Aſelli quomodo inter ſe differant.*



Digitized by Google

A

# FORMA. DESCRIPTIO.

CApite(inquit Saluianus)eſt lato & preſſo,ore magno & valdè denticulato,atque oculis etiam magnis & aureis. Ex inferiore maxilla appendix vnà cùm barba pendet; qua minor caret Aſellus. (Merlucius) Branchias habet vtrimque quaternas, & ad eas, binas latiuſculas pinnas,vnam ſcilicet vtrimque. Ex anteriore verò ventris parte binarum pinnarum vice, quæ eo loco piſcibus alijs notæ ſunt,bini longi admodum atque rotundi cirri propendent. In primo dorſo pinna parua erigitur;poſt quam alia vna enaſcitur,per dorſumque totum ad caudam ferè vſque extenditur. Inferiori ventri,ſingularis pinna ab ano orta atque ad caudam etiam vſque producta ſubnectitur. Cauda in vnicam & rotundam pinnam degenerat. Corpus totum oblongum eſt, latiuſculum, ſquamis minutis contectum & colore Aſelli inſtar,cineraceo. Lapillos duos non ſecus quàm Aſellus habet in capite,ventriculum amplum, inteſtina lata, hepar magnum & ſubalbum, cui tellis hæret vesica. Minore magnitudine eſt,quàm Aſellus: vix enim pedalem excedit mẽſuram, cùm cubitalem Aſellus

B ſuperare ſoleat. Icon appoſita Geſneri,non Saluiani eſt, alioqui ſatis ſimilis: ſed dorſi pinnã & quæ à podice incipit ſupinam, digitus ferè citra caudam terminat: qui itaq; accuratiorem deſiderat, eam petet ex Saluiano.

*Caput.*
*Appendix ſiue barba.*
*Pinnæ.*
*Cauda.*
*Forma.*
*Partes interna.*
*Magnitudo*

# LOCVS.

MArinum piſcem eſſe certum eſt: cæterùm nunquid litoralis potius quàm pelagius ſit, & in cœnoſis litoribus degat,vt Saluianus tradit,dubitari poſſit. Apparet enim id ipſum ſenſiſſe,quia de Claria ſic ſcripſit Oppianus,cuius verſus recitat.

# VSVS IN CIBIS.

cHAud ſuauis piſcis eſt,ideoque vbique ferè plebeius & parui pretij (inquit Saluianus) eſſe ſolet. Carnem habet ſatis mollem,ſed non triabilem,concoctu facilem, ſed excrementitiam. Frixus aut aſſus minus quàm elixus palato ingratus eſt.

*Carnis qualitas.*
*Apparatus*

# DE HARENGO. Cap. X.

## SYNONYMA. ETYMVM.

QVi apud antiquos ſit & vocetur, in ſuperiori Germania Herincx, in inferiore Harincx nuncupatus,nomine vt apparet à Græcorum ταρίχος, id eſt ſalſamentum, detorto (nam præ cæteris quàm numeroſiſſimè ſale conditur) vt ingenuè loquar,affirmare non auſim,ſatiuſq. eſſe iudico ex uulgari latinum, licet barbarum nomen in Græci & Latini penuria fingere,Harengum vel Herengum,quàm cùm Iſidoro, Albertoque nonnulliſque alijs Alecem ſiue Halecem nuncupare,cùm ſit Halec uel

D Alec vel Alex,res ab hoc nobiliſſimo piſce longè diuerſa,vti ſuo loco antea oſtendimus. Sigiſmũdus Gelenius in Lexico ſymphono Germanicum nomen à Græco ἅραξ deducit,quod tamen vocabulum apud nullum nunc authorem inuenias. Idem quatuor iſthęc nomina inter ſe componit,Haraca Latinum,Haring Germanicum,Ἁρανὶς Græcum,Herincx Illyricum vel Bohemicum. Sed quoties nomen piſcis iſte mutet,modò dicam in uſu.

*Harengus. Halex.*

# GENVS. DESCRIPTIO.

QVi Chalcidi marinæ ſiue Sardinæ congenerem faciunt Harengũ,ijs ego libentiùs ſubſcripſerim quã quũ Thriſſis ſiue Aloſis. Sardinis enim necdũ adultis ita ſimilis eſt, ut multi paruas Sardinas Harẽgis nequeant diſtinguere. Thriſſis interim ſimiles eſſe nõ inficior, ſed hę fluuios ſubeunt,qd Harẽgi nõ faciunt. Dorſo Harẽgus eſt quodãmodo cęruleo, uẽtre albo, argẽteoq. ſalcato,ſquamis acutis,ptinaciterq. cuti hęrẽtib. cũ cęterę facilè deciduę ſint. Dodrãtalis,ſępe

*Quibus congener ſit.*
*Color.*



Digitized by Google





Digitized by Google

A etiam pedalis eſt longitudinis. Branchiarum ſciſſuram pro corporis ratione magnam habet, ideoq; citiſſimè aqua extractus emoritur. Vnicum tantùm habet inteſtinum, quod ieiunum eſſe aiunt Albertus, eiuſque farinæ ſcriptores alij. Habes hic iconem Harengi adulti & nondum adulti.

*Branchiarum ſciſſura.*

*Inteſtinum.*

## LOCVS.

EIdem Alberto Harengus literalis eſt, cùm alioqui niſi in alto capiatur. Eſtque Oceano peculiaris, nec tamen omni. Hollandi enim & Zelandi & circumuicini alij, etſi ex huius piſcis piſcatione incredibilē quæſtum faciant, in ſuo Oceano eum non capiunt, ſed ut grandes abigantur, & Angliam iuxta, Scotiam, Irlandiam, Norwegiam, Daniam, Germaniam obnatigare ſpectent. Oceani partem Germani ab Harengorum copia, Haringſee id eſt, mare Harengorum cognominarunt. Fallitur quę Bellonius cùm Romæ venales ſub Iunium piſces perſcribit, & in Mediterraneo mari etiam capi, formæ ſimilitudine (ut inquit Rondeletius,) decepta, cùm in Harengi ſpecie non ſolùm Romæ, ſed etiam Tarſi & Venetijs videntur, non ſecus Harengis, (inquit Rondeletius) ad Thraciæ (ſic vocat Thraciæ Thriſſas ſiue Aloſas) ripas, Harengis ſimiles deprehendimus, ut à piſcatoribus etiam accipiant Galli, quibus hi noſtrates ſunt, ſed his non diligunter. Thriſſæ & Aloſæ ſpinæ multò aſperiores ventrem firmæ, Harengi minus. Iſtæ quo mobiliores ſunt, eò facilè dentibus aſſerantur, diſrupto ventre inteſtina præcidunt: præterea ſpinæ in his ſenioribus exemplo minus moleſtæ, in illis multò moleſtiores. Denique Aloſa paruæ maculas habeat, quibus Harengus caret.

*Oceani, ſed non totius piſcem eſſe.*

*Harengi et Aloſæ differentiæ.*

## NATVRA. MORES. PARTVS.

AVctor de natura rerum Harengum tradit aqua viuere, omnium autem piſcium ferè eſſe tantum modò: ſi niſi in certis locorum ſpatijs (ſi quid) ut ſtabulis ad ſigendum capiat; nec vlla mora eſſe inter concubitum & fœtificationem. Ita ſcribere ait Caſpar Hedio, ſed certo quodam ventre ejus hæc animalia gignantur, quo nondum inuento. Aloſis verbis: *Inteſtinum ieiunum habet, & ideo in ventre eius nihil inuenitur, propter quod falsò dicitur Harengum ſine inteſtinis ſimplici elemento hærere, ad quod falſum ſe refellendum.* Gregalis eſt, ſe tantum gregibus natans, ut ſtatim ſtudio capi poſſit. Capiuntur autem cùm poſt ſecundinationem, ad veſcendum ſe offerunt, tunque aliquando (ut Aldrouandus ait) in maximis fugentes ſe agminibus, adeo ut tunes retia rumpant, & nihil ſecuritatis præ ſe ferant. *Addit author de natura rerum,* vbicunque ſe per æſtatem in altum recipiant, ad ſeptentrionem, & ad Orientem, hoc eſt, certis temporibus, nempe autumno, dum hi caſtrati ſunt, ſeſe recipiunt, ſed retia diligenter cauere in vſus hominum educti: hyemis ſecuritatis ſenſu, ſeſe ad debitum tempus diſcordi, & hoc circa Germaniam maximè. Ipſi etiam piſcatores quidam, quando incenſi cum piſce nocturno emouendi erant, ne ſe ſignorum tunc ſplendorem videlicet lucere aſſerebant. Lucent autem in aqua, ventis verſus flammam amborum oculis, tum & ſquamis nempe, maximè quæ circa oculos ſunt) ſplendorem emittentes, ſeque ſignare videntur: atque hinc etiam eſt, quòd tacitè piſcem ſibi deprehendunt. Hactenus ſemel anno teſte Alberto. Mirum verò eſt quod in quibuſdam terræ ſuæ ab Oceani Germani inſulis incolis, nempe circa annum poſt virginis partum M. D. XXX. ex Harengorum bis mille hominum vitam laſſinerent, per petitionem verò aliquando vnum ex captis, vigis occidiſſent, adeo imminutos ibi fuiſſe hoſce piſces, vt poſtmodum vix centum ex eo quæſtu viuerent.

*Sola aqua viuit.*

*Quando & quomodo capiantur.*

*Noſtr. Incolæ.*

*Temeritatis pœna.*

## VSVS IN CIBIS.

CArdanus author eſt Harengorum copiam in Oceano incredibilem eſſe, vt ad CC. millia coronatorum in ſingulos annos capturæ pretium aſcendat, ſæpe etiam multò amplius: & verè quidem: longè enim maiorem quæſtum ſola ex Harengorum piſcatione facit Hollandia, cùm alioqui recentibus ceteris ferè, & in alieno capiat mari. Bona inſulæ pars ex hac piſcatione familiam ſuſtinet. Alij piſcantur eos, alij retia & vela texunt, veteraque reficiant, alij nauibus, & vaſis parandis & reparandis ſunt intenti: ſed hoc parum eſt, longè maius quod vbi incolas omnes exſtaturarint, incredibilem vaſorum ſale conſeruatis refertorum numerum ad alias regiones emittant. Tripli ciui in cibum cedit, recens, muria conditus, & fumo exiccatus. Recentes in Gallia teſte Rondeletio,

*Hollandia quæſtum ſuum facit ex Harengis.*

tio,albi vocantur ad differentiam ſuſpenſorum in fumo,quos nigros (inquit) Gallicè Sorez, ſiue noctu rnos,vel à nigrore,vel quia quæ noctu fit piſcatio felicior,& ijs diutius ſeruandis accommodatior, meliorq; iudicatur. Piſcis eſt pingui & molli carne Recens ex butyro in ſartagine frixus, delicatiſſimus,& maximoperè ab Hollandis expetitus. Fumo exiccatus in Italia ſimpliciter Aringa nuncupatur,quod ex hoc Iouij quoque innoteſcit. Ex Cimbricis litoribus Aringhæ pedales piſces, in cratibus ſale ac fumo inueterati ad nos afferuntur. Germania Buckling, Belgium Buckìng vocat. Editur in craticula ſumatus Harengus aſſus, & in fruſta ſectus ex oleo & aceto, vt apud nos, vel ſimpliciter per ſe,vel etiam addito butyro,vt in Hollandia: vbi & bibaculi nonnulli exemptam per ſe ſpinam ſimiliterq; aſſam deuorant,eius ſalſedine ſitim prouocantes,vt alacriùs, ſapidiuſq; potent. In muria conditus in ſuperiori Germania Pickelhering;in inferiori Peeckelharing dicitur;apud nos verò(quod ſciam) nomen non habet,quia rarò huc perfertur,Editur ſic vel ſimpliciter crudus capite,cute, ac pinnis detractis,vel cæpæ condimentum additur. Sunt qui exempta ſpina carnem minutim terunt, vnà cum cæpis ac pomis,atq; ex aceto & oleo inferant;quo obſonio vix aliud inuenias palato gratius: mirumq; cur bona ſuperioris Germaniæ pars ab eſu iſtiuſmodi Harengorum abſtineat, cùm qui proximi ſunt Oceano, æquè diuitum & pauperum menſis expetatur, & à Liuonibus & Rutenis vnà cum muria deuoretur,& quanto putidior eſt,tanto magis appetatur ac probetur. Prætereà ſalitus Harengus aqua maceratus,donec ſalſuginem depoſuerit,& in craticula aſſus editur,palato non ingratus. E

*Harengus cibus. Niger. Carnis qualitas. Apparatus Harengus fumo exiccatus. Harengus muria conditus.*

# DE LIPARI: Cap. XI.

## NOMEN ETYMVM.

LIparis piſcis memoratus à [a] Plinio, nomen à pinguedine habere videtur, quaſiq; λιπαρὸς dici,id eſt, pinguis,nam & [b] Liparis ipſi genus lapidis eſt,qui ſuffitus omnes beſtias euocat;in qua ſententia etiam ſunt Bellonius & Rondeletius. Ille enim,cùm à pinguedine nomen ſuo piſci indidiſſe dixiſſet,rationem reddit,quòd vel leuiori ignis calore appoſitus,totus ferè in pinguedinem reſoluatur. Hic verò ſuum ſe piſcem, Plinij Liparim nominaſſe, quòd cùm aliquando eum ſeruare vellet, totus in oleum abiret,aſſerit. Haud tamen eundem Liparim vocant. Bellonius piſcem in Macedoniæ lacu, de quo ſuo loco,Rondeletius marinum,de quo nunc. G

[a] *L. 32. c. 11. Aequiuocatio & Etymum.*
[b] *Lib. 37. cap. 11.*

## FORMA, DESCRIPTIO.

CApite terreſtrem cuniculum refert (inquit Rondeletius)ore eſt paruo,ſine dentibus,ſed maxillis aſperis. Virgam habet ſatis latam à capite ad caudam. Squamis paruis tegitur. Pinnas ad branchias,& in ventre binas habet,aliam à podice ad caudam: aliam à ceruicis loco ad eandem continuam,ſine aculeis. Cauda in duas definit. Adeo pinguis eſt,vt non ventri inteſtiniſq; ſolùm infarcta ſit pinguedo, veluti in Mugilibus & Lupo,ſed etiam ſub cute, carnis loco nihil aliud eſſe videatur, quàm pinguedo. Succo eſt molli, pingui, inſipido, quo ventriculus euertitur, aluuſque cietur.

*Squama. Pinnæ. Cauda.*

*Carnis qualitas.*

Liparis Rond.

H



DE

Digitized by Google

A

# DE APRO RONDELETII.
## Cap. XII.
## NOMEN, EIVSQ RATIO.

K ἄπρον & καπρίσκον Rondeletius diuerſos piſces eſſe, duobus aſtruit argumẽtis, quoniam nimirum Oppianus Capriſco dentes tribuit acutiſſimos, & validiſſimos, quibus (inquit) κάπρος caret, & quia Capriſcus ab Athenæo ex Diphilo dicitur durus, & virus olens, κάπρος verò ex Archeſtrati peritiſſimi artis oblonatricis ſententia ſummoperè laudatur: cæterùm quo authore dicat carere dentibus τὸν κάπρον, planè ignoro. Apparet autem ita iudicaſſe Rõdeletium ex hoc ſuo, qui pingitur, piſce, qui omnino edentulus eſt, quem, cùm ob hoc, *Cyprus & Capriſcus.*

B tùm quòd roſtrum habeat oblongũ & obtuſum Suis modo, & aculeos in dorſo ſimilitudine quodammodo ſetarum, καπρον eſſe coniecit, cùm hic à grunnitu apud veteres id nominis obtinuerit. Iam verò Oppianus Capriſco dentes non tribuit, ſed Muri, quem tamen cum Capriſco eundem eſſe Diphilus apud Athenæum oſtendit his verbis: Capriſcus vocatur etiam Mus, virus reſipit, & durus eſt, Citharoq; concoctu difficilior, cutem ἴυσομον, id eſt, ori gratam, ſiue (vt Maſſarius reddidit) ſuauem, & non duram, vt Rondeletius arbitratur, ἴυσομον ἀπὸ τῦ σομῶσαι, vel σομῶν deriuans, quod inter cætera ſignificat σκληρυνᾶι, id eſt indurare, nam ſic non ἴυσομον (inquit Geſnerus) ſed ἰύσόμωτον dicendum erat: nec prohibet cutim duram ſimul & palato gratam eſſe, cùm duritiei coctione mitigari poſſit, & ipſe Diphilus in eodem de piſcibus ſermone, contrario ſenſu vocabulum ἄσομον aliquoties vſurpãs pro eo quod inſuaue eſt & ori ingratum, ineptè ſanè ἴύσομον alia quàm contraria ad ἄσομον ſignificatione poſuiſſet. Et ob hanc ἰυσομίαν ſiue adlubeſcentiam palati oriſq; commendationem, quæ in dura Capriſci cute eſt, tantoperè commendatus fuerit Caprus ab Archeſtrato. Præterea piſcis iſte Rondeletij mãrinus eſt, vel ipſo teſtãte; cùm Ariſtoteles κάπρον fluuiatilem & in Acheloo amne vocalem faciat: nec debebat locus iſte Ariſtotelis Rondeletio ſuſpectus eſſe, quoniam eius teſtimonio Athenæus ſolos σκάφρον dicat φθέγγεσθαι καὶ τὸν ποτάμιον χοῖρον, hoc eſt *Scaphrum loqui ſeu ſtrepitum edere, & fluuiatilem Porcum*; nam corruptum potius Athenæi locum eſſe vel ex eo conſtat, tùm quòd nec fluuiatilem Porcum nullibi nominet philoſophus, tùm quòd plures piſces recenſeat vocales, ſed hac de re in Capro. Vt itaq; hunc Rondeletij piſcem veterum Aprum eſſe inficiamur, ita Aprum tamen cum ipſo nominabimus, quòd in tergore veluti ſuillas (vt diximus) ſetas gerat, oreq; ſit oblongo, & vt eius nominis quadrupes, obtuſo. *Aper cur ſic dictus. Mus piſcis.*

C

## FORMA. DESCRIPTIO.

PIſcis eſt (inquit Rondeletius) ſquamoſus, nihilominus præduro, & veluti aſpera & villoſa cute tecto corpore, ferè rotundo, compreſſo, rubeſcente, oculis magnis, roſtro oblongo & obtuſo Suismodo, ſine dentibus, mox à capite ſecundum dorſi longitudinem aculeos habet præacutos, duros, longos, rectos, ſetas eſſe diceres, inæquales; nam primi breuiſſimi ſunt, medij longiſſimi, poſtremi medijs minores, & primis maiores. Pinnas duas ad branchias, in ventre duas alias, multis firmiſque aculeis & à ſeſe diſiunctis conſtantes. A podice tres aculeos, breues & acutos. Cauda in vnam pinnam definit. *Cutis. Aculei. Pinnæ. Carnis qualitas.*

D Aper Rondelet.



DE

E

# DE SCOLOPACE ROND. SERRA Plinij Geſneri. Cap. XIII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

PEregrinum, rarumq; ac inſolentis figuræ piſcem, quem modò exhibemus, nullo aptiori nomine exprimi poſſe arbitratur Rondeletius quàm Scolopacis aut Aſcolopacis, propter roſtri longitudinem, quæ ei cùm Scolopace ſiue Aſcolopace aue, quæ ſimiliter Gallis Beccaſſe vocatur, ſimilis eſt: Perperam enim Elephantem dici ab aliquibus, tùm quòd roſtrum, licèt prælongum id proboſcidis modo habeat, rigidum ſit, extendiq; & contrahi vt proboſcis, nequeat, tùm quòd Elephas ſit ex cruſtaceis apud Plinium. Neq; Sagittarium Aeliani eſſe poſſe, etſi aculeum longum & durum, & præacutum ad caudam habeat. Geſnerus Plinij Serram eſſe conijcit, diuerſumq; à Græcorum Priſti, quem Rondeletius Serram facit, Equidem Serra Plinij Cetuſné ſit, vt Rondeletius arbitratur, an piſcis; item totoné corpore, an parte dumtaxat aliqua ſerram referat, non conſtat. Sic enim [a] Plinius de rerum in mari varietate loquens. *Rerum quidem natura non ſolùm animalium ſimulacra* (in mari) *eſſe licet intelligere inuentibus Vnam, Gladium, Serras.* Cùm itaq; Scolopax Rondeletij, radium caudam verſus (vt icon oſtendit,) planè ſerratum habeat, Serram potius eum appellari poſſe exiſtimat, quàm qui & Priſtis ipſi nominatur, eoq; magis cùm ſerra in hoc piſce ſit aculeus longus, durus, præacutus, altera tantùm parte ſerratus, denticulis planè ferram referentibus, vtpotè contiguis baſibus quæ latiuſculæ ſunt. Adhæc [b] Plinius Priſten latina voce aliàs reddidit. Ego in re dubia iudicium nunc cohibeo, pluribus rem examinaturus in Priſti.

*Beccaſſa Elephas.*

*Sagittarius Aeliani.*

*Serra Plinij.*

F

[a] *Lib. 9. c. 1.*

[b] *L. 9. c. 3.*

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

*Magnitudo.*

PIſcis eſt marinus, & ob peregrinam formam nulli ferè congener, ſed ipſe ſibi genus faciens. Semper ferè paruum eſſe, Rondeletius inde conijcit, quòd tres viderit eiuſdem omnes magnitudinis, & ouis diſtentos, ne quis non ſatis prouectæ ætatis fuiſſe ſuſpicetur. Corpore eſt rotundo rubeſcente Erythrini modo, ſquamis aſperis tecto. De aculeo quem in dorſo gerit, dictum eſt, Caudam habet tenuem.

G

Scolopax Rondel.



H

## VSVS IN CIBIS.

CArnis ſubſtantia Pagro ſimilis eſt. Boni igitur eſt ſucci & facilis concoctionis: ſed cùm rarus ſit piſcis & peregrina forma, exiccatus ſeruatur potiùs quàm editur.

DE MO-

Digitized by Google

A

# DE MONOCEROTE CLVSII. Cap. XIV.

QVamuis,qui modò exprimitur piſciculus,aſpero corio ſit præditus,& quamuis etiam planè ignorem mariſnè an alterius aquæ ſit incola, ob conſimilem tamen ferè cum Scolopace Rond. formam, non alium quàm hunc ſibi in hoc opere locum poſtulare videbatur.[a] Carolus Cluſius Batauos ex Orientali India anno à Chriſti natiuitate milleſimo ſexcenteſimo primo reduces, attuliſſe author eſt, mercatoremque cuius erat,tanti æſtimaſſe,vt niſi ingenti pretio redimi non poſſe putaret. Ipſe Vnicornem non incommodè poſſe appellari arbitratur,& his nobis verbis eum delineauit (vt aſſolet)diligentiſſimè. Ab extimo ore vſque ad caudæ pinnas, paullò longior erat tribus vncijs, medio corpore paullò plus vnciâ latus: à ſummo capite, vbi ſupra oculos cornu eminebat, ad infimam alui partem, B quæ etiam in paruum aculeum deſinebat,ſeſcunciam latus: corio fuſci coloris & limulę inſtar ſcabro, totum corpus tectum erat:os præterea habebat prominulum, anguſtum, ſemunciam longum, binis oſſeis denticulis præditum,qui in denos ſupernè ſecti videbantur;infernè verò in pauciores, niſi ij fuerint abrupti. Oculos,qui eruti fuerant,ſatis magnos habuiſſe videbatur: ſupra quos in capite corniculum gracile eminebat quadrangulare,pęnè vnciam longum, decem ſpinulis inſtar hamuſculorum deorſum ſpectantib. binis lateribus armatum,à quo ad pinnã,quæ à medio dorſo continua ad caudam vſque porrigebatur,interſtitium erat vncialis longitudinis,depreſſum inſtar ſulci cuiuſdam: in quem corniculum dum natat,inclinare exiſtimo,ne natationem impediat: à podice ad caudã, aliam pinnam continuam minus ſemunciâ latam:ſub oculis, longiuſcula illi vtrimque pro branchijs ſciſſura, quam pinnula vtrimque ſequebatur: Cauda ſemunciam lata: eius verò pinna, vnciâ latior, ſemunciamq; longa,in verſicolores fimbrias deſinebat.

[a] *L.6. Exotic. cap.27.*

*Longitudo.*

*Latitudo.*

*Corium.*

*Os.*

*Oculi.*

*Pinnæ.*

*Cauda.*

Monoceros Cluſij.

C



D

# DE REVERSO INDICO SQVAMOSO. Cap. XV.

QVi de in nouum orbem nauigatione ſcripſerunt, duos diuerſiſſimos piſces Reuerſi nomine celebrant, vnum Hiſpaniolæ incolis Guaicano appellatum, Anguilliformem, quo de ſuo loco alterum figura ſquamoſorum aliorum, cuius nomen Indicum non inuenio,vti neque figuram: ego qualem depictum in muſæo reſeruo, libentiſſimè alijs impartior. Vterque Reuerſus nominatur ab officio, quòd ſcilicet reuerſus, hoc eſt retractus venetur, vt modò oſtendemus. Squamis contegitur rugoſis, ſpiniſque acutiſſimis & maximè in dorſo & ab vmbilico ad caudam munitus eſt. Aiunt in cibis bonis haberi, quod neque

*Guaicanus.*

*Reuerſus cur ſic dictus.*

Digitized by Google

Reuerſus Indicus ſquamoſus.



neque ſicca ſit nimium, neque etiam glutinoſa carne. De mira eius alios venandi natura ſi ſcripſero aniles omnino nugas nugari videbor, maximè ſi piſcis cùm ſit palmi tantum magnitudine, magnos capere dixero. Ingenti animo atque intellectu præditus eſt, & (vt Rondeletius ait,) eodem quo Elephas ingenio præditus: nam facilè cicuratur, dociliſque eſt, & loquentes intelligere videtur. Haud quouis tamen in venatione vtuntur Indi, ſed paruum & necdum adultum (inquit [a] Cluſius) diligunt, & in aqua marina, eſca eius naturæ conueniente alunt, donec eam, quam dixi magnitudinem attingat. Venationi iam aptum alligato tenui ſed valido funiculo, ſecum in cymba ad mare deferunt, conſpectoque aliquo Manati (de quo ſuo loco) alioué piſce ſumma aquâ natante, illico Indus ſumptum in manus Reuerſum piſcem alterâ demulcet & blanditur vernaculo ſermone, admonens, forti & valido ſit animo, maximumque quem conſpexerit piſcem, alacriter aggrediatur, atque cùm commodum videtur, eum in magnos piſces conſpectos emittit. Reuerſus ſumma celeritate in Teſtudinem, aliumué quemlibet magnum piſcem impetum faciens, eius lateri vel ventri ſeſe affigit & validè ſtringit. Piſcis ſe ictum & comprehenſum ſentiens à paruo illo piſce, nunc in hanc, modò in alteram partem ſe conuertens, per mare fugit: interea piſcator Indus funiculum multas orgyas longum laxat & tandem demittit, quia in extremo vel lignum, vel ſuber annexum habet, ne ſubſidat, ſed ſui inditiũ
B præbeat. Poſt modicum temporis Manati aut Teſtudo, vel alius quilibet captiuus, cui Reuerſus adhæret, defatigatus verſus litus fertur: piſcator autem ſenſim funiculum in ſuam cymbam colligit, paucarum orgyarum tenus quibus paulatim Reuerſum cum ſuo captiuo trahit, donec terram attigerit, vndis etiam ipſum propellentibus. Illico Indi piſcatores in arenam deſiliunt, atque ſi teſtudo capta eſt, eam conuertunt, vel etiam in ipſa aqua (nam periti ſunt natatores) & in ſiccum pertrahunt: ſi verò Manati, cum feriunt, donec mactetur. Præda in litus pertracta, ſumma cum animaduerſione & ſenſim amoliendus eſt piſcis Reuerſus: nam adeo fortiter prædæ adhæret, vt ſi quis vi adimere vellet, in partes diſcerperet. Indi blandis id verbis peragunt, magnas gratias agendo pro præda adquiſita. Adeo autem ſtolidi ſunt iſti Indi, vt iſtum piſcem eorum ſermonem & blanditias intelligere exiſtiment, nec animaduertant, hanc eſſe piſcis iſtius naturalem proprietatem, cùm plerumq; contingat Tuburones & Teſtudines in eo Oceano capi, quibus affixi & inhærentes reperiuntur Reuerſi: vnde apparet, poſteaquam alicui piſci ſeſe affixerunt, ſeſe ab eo liberare non poſſe, niſi cum temporis interuallo.

*Vt piſces ve neno. Natura, ingenium.*

[a] *L. 6. Exotic. c. 18.*

*Iudorum ſtolliditas.*

# C DE GLAVCO VETERVM. Cap. XVI.

## SYNONYMA. ETYMVM.

Γ Λαῦκος ſeruato nomine Græco Latinè quoque Glaucus appellatur à colore qui Græcis γλαυκὸς dicitur, id eſt cæruleus & cyaneus, Græcis interdũ etiam ὑπογλαυκὸς, id eſt ſubalbus, vt teſtatur Euſtathius. Haud propterea probandum vt à ſubalbo colore hũic piſci nomen inditum eſſe cum Iſidoro arbitremur: non enim γλαυκὸς quilibet ſubalbus color eſt, ſed ille tantùm qui in cyaneo aut cæruleo minus eſt intenſus & ad album inclinans, qualis in foliis oleæ aut potiùs in felium oculis conſpicitur, quos latini cæſios dicunt, qualibus Mineruam Homerus depingit, indeque γλαυκῶπιν cognominat. Amphis pro Glauco Glaucidium voce diminutiua dixit apud Athenæum. Alium verò exiſtimat, Maſſarius qui Diphilo, Eudoxo, a-
D lijſque apud eundem vocatur Glauciſcus, & reuera Glaucus teſte Ariſtot. & Ouidio æſtate latet, cùm Glauciſcus, vt Damoxenus Comicus in tertio apud eundem teſtatur æſtate atque hyeme ſit laudatiſſimus. Introducit enim coquum loquentem quo anni tempore piſces ſint meliores. Dalechampius vetat hoc loco vt Glaucus vertatur, paucis tamen interiectis, ipſe Glauciſcum Glaucum interpretatur. Quamobrem cùm ſexaginta tantùm lateat diebus, ijs quibus cernitur, laudari potuiſſe, quid vetaſtis. Aeq; enim ac Glaucus, ceu pretioſus laudatuſq; piſcis commendatur, vt modò hiſtoria docebit. Falluntur autem & toto cælo errant, qui Mugiles Glauciſcos vocárunt; etenim Leuciſcos dicere debuiſſent.

*Oculi cæſii.*

*Glauciſcus.*

*Leuciſcus.*

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

ATheneus Mneſitheus Glaucum reponit in genere magnorum piſcium, qui τμητοὶ, id eſt ſecti ſiue inciſi & pelagij nominantur. Volaterranus Ariſtotelis teſtimonio è ſerratorum genere & carniuororum facit, & colore nigrum eſſe tradit, quod tamen teſtimonium apud Ariſtotelem non legitur: Carniuorum tamen eſſe, & ſerratos dentes habere à vero nõ eſt alienum, nam

*Color.* piſcibus ineſcari ſubinde ex Oppiano dicemus. Ad colorem eius quod attinet, equidem Glaucus quandoq; cæruleum ſignificat exaturatum & veluti nigricantem ac obſcuriorem, qualis cernitur in mari, cùm turbatum fuerit. Laceſſita enim & turbata ſuperficie, paucis in eam incidentibus radijs, luce iam diuulſa atq; diſſipata vmbroſum nigricans ſeſe offert, vt docet Ariſtoteles in libro de coloribus: item [a] Plinius his verbis: *Color auſterus in glauco & iraſcenti mari ſimilis*. Ariſtoteli autem Glaucus piſcis eſt ſquamoſus & paucas habet appendices ſuperné circa ventriculum excuntes. Bellonius pro hoc Glauco cum oſtendit qui Genuenſibus Fegarus, Venetis Corbetus nominatur, Vmbræ apprimè ſimilis piſcis, ideoq; à nobis Vmbræ tanquam cognatus, annexus, & nequaquam Glaucus creditus, quod ex liuido in aureum (vt ipſe loquitur) effulgeat, cùm Glaucum à colore dictum eſſe ſit notiſſimum. Quare magis probamus Glaucos Rondeletij, quos Bellonius veterum Anthias facit, non aliam puto ob rationem, quàm quòd lato ſint corpore. Prior Rondeletij Glaucus is eſt qui ſuis Derbio, Prouincialibus Biche & Cabrolle & Damo appellatur, Illyricis Polauda, Romanis Lechia, vbi excreuit, adultuſq; eſt Lopida teſtante Bellonio, qui Maſſiliẽſibus Lampugam nominari ait, contrà ac Rondeletius ſcribit, cui Lampugo maris Hiſpanici piſcis eſt, quem ipſe Hippurum facit. Glaucus iſte piſcis eſt (inquit Rondeletius) in mari degens corpore longo, compreſſo ventre, dorſo falcato. A branchijs ad caudam linea recta protenditur. Tricubitalem aliquando vidimus. Nitida eſt cute, ſquamis paruis tecta, ſed vix apparentibus, niſi cute exiccata. Dorſo eſt planè caruleo, ventre candidiſſimo, ore paruo, maxillis aſperis potius quàm dentibus munitis, oculis mediis. Statim à capite aculeos habet, quorum primus in anteriorem partem vergit: quinq; alij ad caudam ſpectant, breues ſed acuti, nulla membrana connexi. Iuxta anum duo alij ſunt, qui veluti in vagina conduntur. Aculeos pinna ſequitur ad caudam vſq; continua, initio magna, macula nigra lata notata, inde breuis & tenuis, non aculeis ſed tenuibus tanquam villis conſtans. Corpus à capite ad podicem latius eſt. A podice ſenſim gracilius fit, in caudam deſinens inſtar ſemicirculi rotundatam, deinde duabus pinnis terminatam. Pinnæ aurei coloris breues & latæ ad branchias ſitæ ſunt. Aliæ duæ in ventre paruæ & tenues. Rima potius quam foramen eſt pro podice. Ventriculo eſt magno cum vnica appendice. Hepar felle caret. eius enim veſica inteſtino adhæret. Splen paruus eſt, caro candida, pinguis & ſuauis. Verum autem ac genuinum Glaucum eſſe quatuor validiſſimis argumentis aſtruit, nimirum ex colore, vnde piſci nomen, ex appendicibus ventriculi paucis, cuius Glauco tribuit Ariſtoteles, quòd æſtate lateat, vt idem de Glauco ſcribit, quòd deniq; πρόρρησιν illa, id eſt pars corporis anterior cum capite, olim ab Archeſtrato, delicatioriſq; gulæ hominibus tantoperè celebrata, in hoc etiam piſce (vt mox dicetur) pinguis ſuauiſſimaq; ſit. Quodſi tamen quiſpiam hunc piſcem verum Glaucum negauerit, quoniam ſquamis caret, vt Iouius ait, cùm ſquamoſus (vt dictum eſt) Ariſtoteli ſit Glaucus: huic reſponderi poterit, glabram quidem cutim ipſi eſſe, primoq; intuitu ſquamoſum videri, nihilominus ſi impacto vngue ſcarificetur illa, ſquamulas quaſdam exilire ijs quodammodo ſimiles, quibus (vt Bellon. notauit) Dryinus ſerpens præditus eſt. Alterũ Rondel. Glaucum, piſcatores Romani Stellam dicunt, ſui Palamide vel Vatigo. Differre ait à priore quòd eius magnitudinem nunquam attingat, vnde γλαυκίδιον apud Athenæum eſſe conijcit, ſed cum Glaucidij caput æquè ac Glauci ab opſophagis commendetur, ego pro diuerſo piſce non acceperim, ſi quis tamen hunc Glauciſcum faciat, qui ſimpliciter pro lauto piſce prædicatur, cum eo non multum contenderim. Differt præterea quod hic ſeptem aculeos in dorſo habeat ad caudam ſpectantes, prior quinq; duntaxat. In hoc Glauco à ſuperióre branchiarum parte ad medium corpus linea tortuoſa admodum demittitur, hinc rectà ad caudam protenditur, in illo à branchijs ad caudam rectam lineam duci diximus: pinnæq; poſteriores tã ſuperna quàm inferna parte maculam nigram habent, qua hic caret. Ille corpore eſt latiore, hic ſtrictiore: alioquin corporis figura reliquiſq; partibus, tum internis, tũ externis valdè ſimilis. Ab hoc ſecundo genere, non multum differt (inquit idem Rondel.) tertius, niſi quod huic dentes ſint acuti, linea a branchijs ducta, longè magis flexuoſa, tortuoſaq; eſt, nimirum inſtar ſerpentium aut vermium corporis flexibus gradientium, vel vndarum ſeſe attollẽtium, & mox deprimentium, vnde Glaucum ſinuoſum appellauit. Dorſum ex cæruleo nigreſcit ad lineam prædictam vſq;, lineæ pars ſubiecta candidiſſima. Pinnis, aculeis, cauda, partibus internis, alijs Glaucis planè ſimilis. Saluianus priorem veterum Amiam eſſe arbitratus eſt, item Iouius qui aliquibus Centrinam ab antiquis memoratam videri teſtatur, quòd pugnaciſſimus piſcis ſit, atriſque & ſolidioribus aculeis, quanquam non omnino longis circa dorſum armatus, vt Oppianus de Centrina expreſſit. Ego vnicam tantùm ſpeciem vidi, quæ cũ ſecundo Rondeletij Glauco ſatis conuenit: niſi quod in vẽtre duos habeat aculeos, quibus illius piſcis caret: adhæc pinna anterior in dorſo nullũ habet aculeũ qui verſus caput vergat, qd̃ de ſuis ille tradit.

*Lampugo.*

*Color. Aculei.*

*Forma. Cauda. Pinnæ.*

*Partes internæ.*

*Squamæ examinantur.*

*Glaucus alter & eius deſcriptio.*

*Vt à priore differat.*

*Glaucus tertius.*

*Color.*

*Centrina.*

[a] *Li 9. c. 36.*

*Glaucus Bellonij.*

*Glauci Rondeletij.*

LOCVS.



# LOCVS. CIBVS. MORES.

E

QVamuis Athenæus, Ariſtoteles ac Ouidius Glaucos, pelagios piſces faciant, non procùl tamen à litoribus [a] obuerſari, inde licet colligere, quòd Oppianus in petris & arenis paſci eos ſcribat, niſi dicamus Oppianum de prioribus duobus intelligere, qui dentibus carent, Ariſtotelem verò de tertio, qui dentibus præditus eſt, ijſdemque peracutis, quod tamen non videtur, cùm aliàs [b] Oppiano carniuorus ſit Glaucus, Mugilem eius eſcam eſſe ſcribens: & apud Athenæum Numenius verſari tradit κατὰ μυία σιγαλόεντα, hoc eſt, vt Natalis Comes reddidit, per algas varias, vel, vt Dalechampius, per algas molles, hoc eſt, vt in margine exponit, minimè fluctibus agitatas, quietas, quod probo, nam fluctus in ipſis litoribus maxime ſæuiunt, ad quos Glaucum accedere non puto, cæterùm μύον non ſolum alga eſt, verùm etiam βρύον, id eſt muſcus, vt Heſychius teſtatur, & Suidæ μύια ſunt τὰ τῆς θαλάσσης ἀνθήματα ſiue βρύα, reperioque apud [c] Nicandrum μυώδεα βρῖα, pro τὰ φύλλα τῶν βρύων. vt muſcumne hic an algam reddere debeamus, haud ſatis clarum ſit: vtcunq; eſt, θαλάσσα, id eſt mare inde πολυμυία nũcupatur. Tametsi certe eſcã ad Glaucos capiẽdos præſcribẽs, eã partim ex muſco & farina, partim ex pilcium carne cõponit, ſed verba adſcribã: *Ad Glaucos: Amias, Callychthyas & Alauſas marinas aſſans, exoſſans q; bryon illis, hordeaceam q; farinam adjecito, ijſq; in paſtam coactis vtitor ad inescandũ.* Teſtatur Oppianus, item Aelianus, ac Io. Tzetzes Glaucum vbi metuit, ſectum ſuum ore recipere, rurſumque emittere: ſed hoc non ad Glaucum ſimpliciter dictum, ſed ad Glaucum Galeum pertinet, nam quemadmodum [d] Ariſtotele authore ſolus ex Galeis Acanthias fœtus ſuos non recipit propter ſpinam, ita & hi noſtri Glauci ſpinoſi cum ſint, fœtus intus recipere non poterunt. Latet Glaucus, vt idem Ariſtoteles teſtatur, æſtate circiter ſexaginta dies, quod & Ouidius meminit hoc verſu:

*Ac nunquam æſtivo conſpectus ſydere Glaucus.*

[e] Plinius cùm piſces ab authoribus nominatos enumeraſſet, *his* (inquit) *adjiciemus apud Ouidium poſita nomina, quæ apud neminem alium reperiuntur: & inter ceteros Glaucum dicit æſtate nunquam apparere*, quaſi neq; ab Ariſtotele alijſue eius mentio facta fuiſſet, oblitus ſeſe alias præcitatũ Ariſtotelis locũ ſic reddidiſſe. *Quidam æſtus impatientia mediis feruoribus ſexagenis diebus latent, vt Glaucus, Aſelli.*

[a] *Lib. 1. Non procul à litore degere.*
[b] *Lib. 3.*
*Μύιον qd.*
[c] *In Alexiph.*
*Eſca ad Glaucos.*
*Fatus ore non recipere*
[d] *L. 6. Hiſt. cap. 16.*
*Quando lateat.*
[e] *L. 32. c. vl.*
*Plinij memoriæ lapſus*

F

# VSVS IN CIBIS.

G

GLaucus ſiue veterum ferat, ſiue non, ſemper eiuſdem eſt bonitatis, teſte Ariſtotele; contra aliorum ſquamoſorum mores, qui omnes grauidi, deteriores ſunt. Fuit olim in maximo honore, quod inter alios oſtendit Epicharmus in nuptijs Hebæ, σαῦρος nominãs & Glaucos pingues, & Eubulus Anguillam Bœotiam, Glaucum & Thynni abdomẽ inter delicatiſſimos cibos recenſent. At quamuis totus piſcis ſaporis gratia ſit laudatiſſimus, caput tamen potiſſimùm in eo commendabatur: Anaxandrides in Nerco: ὁ πρῶτος τῶν πολιτικῶν τριχῶν μέγα γλαῦκα πρόσωπον, id eſt *qui primus inuenit Glauci ora execta, grandia, magni pretij*: periphraſis eſt ipſius capitis. Amphis in ſeptem ad Thebas: γαῦκα δ' ὅλου ῥάχισα κεφαλίων μέρη τέσσαρα, id eſt: integri Glauci, eorundem ſectamenta capitis carnoſæ partes: & coquus quidã apud Sotadem Comicũ, γλαῦκα (inquit) φέρω κεφάλαια παμμιγῆ δύω Εὐλοπάδι μεγάλη, ταῦτα λιτῶς προσαγαγὼν χλόῃ, κύμινον, ἅλας, ὕδωρ, ἔλαιον. Elegãter autem ac facetè Sotias Epicureus indicaturus ſeni philoſophorum voluptates aſpernantium partes agenti in tractandis quæſtionibus & negocijs ſolere rei caput peti, inquit. οὕτως ἐπαν γλαυκίσκης αὐτοῖς παρατιθῇ, ἵνα σαφῶς οὐδὲν πρῶτον ἅψωνται τόπου, καὶ τὴν κέφαλην ζητῶσιν. *Si Glaucus appoſitus in menſa fuerit, ſciunt eius quæ pars prima attingi debeat; Et caput inuadunt.* Id ipſum confirmat παροιμιάζεσθαι illud apud Antiphanem: *Difficilius cœpta deſeram, quàm Callimedon Glauci caput.* Maior adhuc capitis laus erat, ſi in Olyntho & Megaris piſcis captus eſſet: Archeſtratus: Ἀλλά μοι ὀψώνει γλαῦκα κεφαλὴν ἐν Ὀλύνθῳ καὶ Μεγάροις. Ariſtophanes in Lemnijs, vt citat eius Scholiaſtes in Equitibus, cranium Lupi piſcis nominat, ceu rem lautiſſimam, ſicut & Glaucorum (inquit) cerebrum eſt: ego verò cerebrum peculiariter in hoc piſce laudari nõ inuenio; conijcioq; anteriorem capitis partem intelligere, quam Antiphon cum quibuſdam alijs lautiſſimis cibis προτομὴν appellat. Euſtathius oculos præcipuè commendari ſcripſit, ſed nec hoc inuenio. Eadem capitis laus ad noſtra vſque tempora durat, dummodo Lechia Glaucus eſt, vt ſtatuimus. Hæc enim licet laudatiſſimo ſit ſumine, & ſapore præpinguium pulparum pretioſiſſima, caput habet delicatiſſimum, quodque Romæ Sturionum Vmbrarumq; capitibus, omnium iudicio præfertur. Refert Iouius Ottobonum Piſcum genere & hoſpitalitate illuſtrem, cùm Genuæ eſſet, feſtiuo matronarum conuiuio tricubitalem ſibi appoſuiſſe

*Capitis laus*
*Lupi cranium*
*De Lechia hiſtoria.*

H

A ſuiſſe Lechiam: quæ non modò Romanorum, ſed pelagiorum piſcium omnium laudes magno interuallo ſuperauit, ita vt aliqui ſubtilioris gulę homines puparum ſuauitate allecti ſemeſa ex Lechijs obſonia, in contumeliam auium, atque quadrupedum, in alterum diem reponi ſibi plerumq; præcipiant. Atque hactenus de Glauci nobilitate ac præſtantia. Quòd ad ſalubritatem modò attinet, Mneſitheus difficulter ait concoqui, concoctum verò permultum præbere alimenti, ſicuti ſolent & alij pelagij, & magni piſces. Xenocrates autem non minus Glaucum a Lupo vinci prodidit, quàm ipſe ſuperat Sparum. Trallianus quoque inter durioris carnis piſces Glaucum recenſet. Qui (inquit) *dolore oculorum ex bilioſo & acri humore laborat, veſcatur alimentis mitibus, minimè mordacibus & incraſſantibus, vt Orpho, & alijs durioribus piſcibus, Glauco, &c.* Et rurſus: *In colico affectu ſumantur piſces duriore carne præditi, vt Ceris, Orphus, Glaucus.* Et Archigenes apud [a] Galenum ſtomachicis in cibo conuenire ſcribit, ex ijs qui dura carne ſunt, Mullos, Smarides, Glaucos.

*Salubritas.*

[a] *Li. de cõpoſ. med. ſec. loc. cap. 4.*

## VSVS IN MEDICINA.

B PLinius Glaucum, vel (vt in alijs codicibus legitur) Glauciſcum è iure ſumptum, copiam lactis mulieribus facere author eſt, & iecur Glauci (Hermolaus hic legit Glani) verrucas tollere.

# DE HIPPVRO. Cap. XVII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

ΙΠΠΟΥΡΟΣ Theodorus Equiſelim reddidit, Plinius Græcum nomen retinuit: cæterùm ſitné nomen piſci impoſitum à ſimilitudine cum equina cauda, vt nomen ipſum indicare videtur, vtq; Rondeletius arbitratur, an verò διὰ τὸ ἵππου δίκην οὐρὰν καὶ ἐξάλλεσθαι, hoc eſt, quòd equi more feratur, & ſaliat, vt Geſnerus conijcit, argumento quod & ἀφρουτὰς vocetur, id eſt vrinator, definiri vix poteſt; Mihi quidem poſterius etymum magis probatur, haud tamen propterea ἀφρεύλω appellari à Numenio exiſtimem: aliud enim equi inſtar ferri, aliud vrinari: illud celerem indicat natatum, quo ſenſu celeres vocari Ouidio non dubito, hoc quòd frequenter exiliat, vel vrinetur. Iam verò celeri natatui apta debet habere inſtrumenta, pinnas ſcilicet præ cæteris longas, quæ longitudine quodammodo equinam caudam (vt de ſuo Hippuro tradit Rondeletius) imitentur. Dicitur autem ἀφρουτὰς ἀπὸ τῶν ἀφρῶν, id eſt, ab agnis, ſaltus vrinantibus ſimiles exercentibus, demiſſo nempe capite, parte poſteriori ſublimi, vt ſolent piſces exilientes. Dorion & Epenetus κορύφαινας etiam vocari ſcripſerunt, quaſi pinnicipitem, à pinna, vt Rondeletius autumat, quæ à vertice incipit, in eoq; veluti criſta erigitur, videlicet ἀπὸ τῆς κορυφῆς. Eſt enim κορυφὴ vertex, pars capitis inter occiput & ſynciput, & per metaphoram cuiuslibet rei ſummum & extremum. Hiceſius Hippuream nuncupat.

*Aruentes.*

C

*Celeritatis inſtrumenta.*

*Coryphænæ.*

## FORMA. DESCRIPTIO.

RONdeletius eum piſcem qui Hiſpanis, (apud quos frequentiſſimus) Lampugo appellatur, verum ac genuinum veterum Hippurum eſſe aliquot oſtendit rationibus, quarum aliæ ex ipſo nomine, aliæ ex piſcis ipſius natura (vt mox patebit) deſumptæ ſunt. Retur enim (vt

D diximus) à cauda equina nomen obtinuiſſe, idq; Lampugini conuenire, quoniam pinna quæ in prona parte ipſi vnica eſt, à capite incipiens, caudæ equinæ ſimillima ſit, id eſt (inquit) longa continens, villiſq; multis conſtans, cuiuſmodi in nullis alijs piſcibus reperitur, nec credendum putat à cauda piſcis, equi caudæ ſimili Hippurum nominatum; hoc enim hominis fore partium vſum ignorãtis, quandoquidem cauda cùm ſit ad dirigendam natationem claui inſtar à natura cõdita, ſi tam longa propenderet, villiſq; à ſeſe ſeiunctis conſtaret, non facilè huc illucq; flecti poſſet, neq; ſolùm natationem non iuuaret, ſed ei maximè obeſſet; Inter cæteros itaq; piſces facilè dignoſcitur illuſtri ac ſpectabili nota, quod ſtatim à capite veluti criſta erigitur pinna quam diximus ad caudam vſq; protenſa. Huic ſimilis alia eſt à podice ad caudam etiam vſq;, ſed breuior. Pinnæ branchiarum breues, latæ, auri æmulę: quæ in ventre ſunt longiores, nigricantes, podicem fermè attingentes, qui in medio corpore ſitus eſt. Os mediocre eſt; dentes exigui acuti, in maxillis, palato, & lingua. Oculi magni. Squamæ minutiſſimæ. Glauco colore, interniſq; partibus ſimilis eſt, ab eo diſſidens, quòd hic à capite ſenſim tenuior fit ſtrictiorq;, ille à podice tantùm, donec in latam caudam deſinat.

*Lampugo.*

*Cauda ſi-deret, ſcium vſus.*

*Pinnæ.*

*Squamæ.*

Hippurus Rondelet.



# LOCVS. VICTVS. MORES.

*Pisi mollior.*

HIppurus Oppiano & Ouidio pelagius piſcis eſt. Caryſtius ab Archeſtrato optimus celebratur, quod mirum videtur, cùm cæteri ibi piſces viles eſſe ſoleant. Mediterraneo mari teſte Rondeletio (dummodo Lampugo Hippurus eſt, vt iudicauimus) incognitus, qui in Hiſpania tantùm natos vidit. Carniuorum eſſe conſtat ex Oppiano, vbi capiendi eum rationem docet, quod Lampugini etiam cùm ſit dentatus, conuenire videtur. Hiſpani ſi paruos capiant, naſſis incluſos cuſtodiunt, in quibus tantoperè creſcunt, vt in dies incrementum cepiſſe videantur, quod de Hippuris quoq; teſtatum reliquit * Ariſtoteles, ex miniinis breui tempore in maximos euadere tradens. Eodemq; authore Hippuri vére pariunt, & manifeſtiſſimè hyeme latent: quas item notas Lampugini quadrare non dubitat Rondeletius, quòd cùm in Hiſpaniam huius piſcis gratia frequentiùs ſcripſiſſet diuerſis anni temporibus, nunquam niſi autumno ad eum miſſus ſit, id omni aſſeueratione affirmantibus piſcatoribus, nunquam niſi certis diebus capi. In natatu celerem eſſe antea oſtendimus.

*Vt creſcant.*

* *L. 5. Hiſt. cap. 10.*

# CAPIENDI RATIO.

SI quid in mari vagum, & fluctibus obnoxium viderint, omnes ſtatim frequentes proximè comitantur Hippuri (inquit Oppianus) maximè ſi naufragæ nauis deiecta oberrent fragmenta: in quæ cùm inciderit piſcator, facilè vberem horum piſcium prædam conſequitur. Capiũtur item hoc modo: Conferctos arundinum faſces lapide inferius alligato quo deprimantur, in mare deijciuntur: circa hos illico Hippuri vmbræ amantes congregantur, & dorſa arũdinibus affricare gaudentes manent. Tum piſcatores hamos eſcis inſtructos demittunt: quos illi certatim apprehendere feſtinãt, ita vt permultos deinceps facillimè capiant: magis enim auiditas piſcium nimia in hamos propera ruit, quàm piſcatores ipſi feſtinare hamis immittendis & extrahendis queant.

*Alius capiẽdi modus.*

# VSVS IN CIBIS.

EPicharmus Hippurum in nuptijs Hebæ nominat tanquam ſuauem aliquem piſcem, & Matron Parodus in deſcriptione conuiuij Attici. Ita & Hiſpanorum Lampugo pingui ſuauiq; carne eſt, ſed dura, qualis Glaucorum Thynnorumq; eſt.

Digitized by Google

A

# DE PISCIBVS PELAGICIS NON SQAMOSIS. ET PRIMVM DE THVNNO.

## Cap. XVIII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

B OBſcurè quidem multa de piſcibus priſci, cęterùm in nullo alio craſſiores profundioreſq; tenebræ quàm in Thũno, ob tam longum ſynonymorum elenchum, quæ partim ad viuentẽ ipſum piſcẽ, partim ad diuerſas eius partes in cetaria diſpartitas pertinẽt. Nos hîc ſingula ordine ventillabimus, à vulgatiori ſumpto exordio. Θύννος, Thynnus quoq; pleriſq; Latinis nominatur, Gaza tamẽ u in u verſo Thũnum potius dicere maluit: quo modo & apud [a] Horatium hanc vocem ſcribi inuenimus, niſi typographorum fortè incuria;

*Thynnus. Thunnus.*

[a] *L. 2. ſer 4.*

*Plures annabunt Thunni & cetaria creſcent.*

Nos indifferenter ſcribemus. Rondeletius velut generis nomen eſſe aliquando, probè oſtendit ad multas ſpecies. Mihi ad omnes Cetaceos piſces extendi poſſe videtur, quos œſtrum ſiue aſilus exagitat, id quod vocis etymologia indicat, ſiue à Græcorum Θύνειν, quod eſt magno impetu moueri, ſiue ab Hebræorum Tannin ſeu Thannin quo Cetum, ſeu potius magnum & Cetaceum piſcem intelligunt, deriuemus: nam licet Thunni Ceti propriè dici nequeãt, vt qui pulmonibus carẽt, Cetos tamen impropriè vocare liceat, cùm plurimum excreuerunt: Iam verò cùm piſcis, quo de priuatim ſermo eſt, toto vitæ ſuæ curriculo, Thunnus dici poſſit, ita tamen certum tempus eſt quo ſic propriè vocatur, eſſe id cum primum vitæ ſuæ annum expleuit, Plinius oſtendit, inquiens: *& cùm annum exceſſere tempus, Thunni,* ſubaudi vocantur. Veruntamen ſi exactè ponderemus integram Plinij ſententiam, temporaq; quibus nomina mutant, ſedulò computemus, aliter ſeſe rem habere, manifeſtiſſimè videbimus. Cùm enim hoc piſcium genus ſub ſolſtitium æſtiuum fœtificet in Ponto, fœtuſque Cordyla (de qua voce mox) vocatus, fœtus ſuas redeuntes in mare comitetur autumno, & proximo vêre rurſus reuertatur in Pontum iam Pelamys factus vt Ariſtoteles teſtatur, ex quo illud Plinius [b] tranſcripſit, completo primo ætatis anno, Thunnus dici non poterit: quandoquidem prioribus ab ipſo ortu menſibus ad minus ternis Cordyla vocatur, quouſque nimirum cum fœtis ſuis ex Ponto ad mare redijt, vbi Pelamys fit, & hoc (Pelamydis) nomine reuertitur in Pontum, quod fit proximo (vt oſtendi) vêre, cùm iam nonum ætatis menſem compleuit: Atqui Thynnus authore Ariſtotele videtur anno vno Pelamyde maior: ex quibus verbis manifeſtè colligitur, non antea induere Thynni nomen, quàm cùm iam altero rurſus vére ad Pontum migrant: non puto tamen Plinium malè id ex Ariſtotele reddidiſſe, ſed nunc totam eius ſuper hiſce nomenclaturis ſententiam mendosè legi, quemadmodum mox oſtendetur, cùm cætera proſequemur. Θυννὶς non eſt ſemper in hoc genere fœmina, vt multi arbitrantur, neq; etiam Pelamys, ſed Thynnus ſimpliciter ſiue mas ſiue fœmina, Pelamyde maior, Thynno propriè dicto minor. Theodorus apud Ariſtotelem Thunnam vertit. Vbi verò philoſophus ait, [c] *cùm aliquando vno anno Thynnides nulle eſſent, inſequente anno quoque Thynni nulli fuere,* vertit Limarias ac ſi Pelamydes legiſſet, Soſtrati imitatione, qui apud Athenæum Pelamydem Thynnida vocari aſſerit: ſed hic Pelamydem intelligit iam maiorem factam, ex qua nimirum mox Thunnus fit, vt ipſe ſcribit & Xenocrates Thynnides à Pelamydibus ſeparat. Accipitur tamen etiam pro fœmina Thunno, vt docet Athenæus his verbis: *Ariſtoteles ſcribit à maribus differre Thynnidas*, id eſt, generis eius fœminas, *quòd pinnam habeant ſub ventre*. Iam reliqua nomina proſequamur, inter quæ, ſi ordo ſecundum ætatem inſtituendus eſt, vt operæ pretium videtur: Cordyla primùm occurret: ſic enim recentiſſimum ex ouo fœtum appellari à Plinio dixìmus, licet cùm in impreſſis, tum in manuſcriptis Ariſtotelis codicibus Σκορδύλη, & σκορδύλη legatur, & ſic Gaza quoque vertat, nulla quod equidem ſciam, nominis ratione, quæ in Cordyla ſeu Cordyle eſt ſatis euidens: ſic enim teſte Scholiaſte Ariſtophanis vocatur à Cyprijs inuolucrum capitis: & in inuolucro Thynni fœtum ſiue Cordylam venundari ſolere, habemus apud [d] Martialem, dum ait:

C

D

*Thynnis qd*

*Thunna.*

[b] *L. 6 Hiſt. cap. 17.*

*Cordyla.*

[c] *L. 6. Hiſt. cap. 17.*

*Cordyla.*

[d] *L. 3. Epig.*

*Ne ni-*

*Ne nigram citò raptus in culinam,*
*Cordylas nudida tegas papyro.* E

id eſt, inuoluas, vt ſale inueterati ſolent: & rurſus:

*Ne tege Cordylas, ne penula deſit olus is.*

*Cordylas.* Nec probo qui à capitis magnitudine nomen habere volunt, argumento quòd χορδύλη quoque clauę caput ſignificat; nam hoc alijs etiam pleriſque conuenit. A Cordyla Thynni nimirum fœtu plurimùm differt χορδύλος, ſiue vt Oppianus habet σκορδύλος, Ariſtoteli etiam χορδύλη dictus: Gaza reddidit Cordyle & Cordylus: Quadrupes enim eſt, & inter quadrupedes ſolus branchijs præditus: de quo ſuo loco. Byzantij iſtiuſmodi Thynni fœtus αὐξίδας dicunt, διὰ τὸ ἐν ὀλίγαις ἡμέραις αὐξάνεσθαι, vt teſtatur Ariſtoteles, id eſt quòd paucis diebus augeſcant, quamobrem Theodorus Auxumas vertit: Plinius verò hæc reliquit. Hic idem fœtus, vbi reuertitur ex magno mari in Pontum, Cordylæ & Auxidis depoſito nomine πήλαμυς vocatur, vti ex Plinio & Ariſtotele diximus, παρὰ τὸ ἐν τῷ πηλῷ μένειν, id eſt, quòd in limo ſe abdat, quamuis Plutarchus dici velit, διὰ τὸ πέλειν ἅμα, id eſt, quòd gregatim degant; magnam enim anni partem in gregali migratione abſumunt: prior enim ety- F
mologia videtur præferenda, cùm quòd prior ſyllaba ſcribitur per ν, tùm quòd re ipſa cœnoſa lutoſaq; ſit ea Pelamys amet, ac Plinius quoque hanc comprobet, à luto nomẽ habere inquiẽs, quamuis quæ
*Plinij locus obſcurus eor rigitur.* de Pelamyde & Thynno ſcribit, corruptè nunc apud ipſum legantur, vt modò monebamus, cùm emendationem polliceremur. *Cordyla* (inquit) *appellatur partus, qui fœtas redeuntes in mare autumno comitatur. Limoſæ verò à luto Pelamydes incipiunt vocari, & cùm annuum exceſſere tempus, Thunni:* De Cordyla quæ dicuntur, benè ſe habent: ſed quomodo limoſæ dicentur à luto Pelamydes, ſi Limoſa idem eſt Latinis, quod Græcis Pelamys? Profectò Plinius aliàs nuſquam hanc vocem habet, ſed vbique Græca vtitur. Non inficior tamen, quin Limoſa etiam nominari queat, nam & Theodorus
*Limoſa. Limaria. Lutaria.* aliquando ſic vertit; aliquando item Limariam & Hermolaus ſimili ſenſu Lutariam. Eruditus quidam pro *Limeſe* legit *maiores* vel *deinde* & pro *verò vere:* quam poſteriorem lectionem probo, nam & ex Ariſtotele offenſum eſt, ex mari fœtus reuertit in Pontum verno tempore: ſed pro *Limoſa* lego *in Ponto:* poſtremò cum dicit, *et cùm annuum exceſſere tempus*, lego, & cùm rurſus annuum exceſſere tempus; quandoquidem Thunnus Pelamyde anno vno maior. Lego itaque ſic. *Cordyla appellatur fœtus qui fœtas redeuntes in mare comitatur autumno. In Ponto vere à luto Pelamydes incipiunt appellari, & cùm rurſus annuum exceſſere tempus, Thunni.* Sic enim ſi legamus, ſingula cum Ariſtotele, ex G
quo deprompta ſunt, conuenient. Pelamys quandoque generis etiam nomen eſt, vt idem
*Pelamys vox generica.* [1] Plinius innuit, inquiens: *Triton Pelamydum generis magni.* & rurſus: *Pelamys: earum generis maxima Apolectus appellatur.* Item rurſus: *Orcynus Pelamydum generis maximus.* Clara hucuſque omnia: in ſequentibus Oedipo opus eſt. Quis enim certò definire audeat, quando, quouè ætatis tempore Apolectus,
[1] *L. 23. c. 11* Orcynus, Sarda, Synodontis, Cybia, Cete, Melandrys, Triton, Chelidonias, Xanthias, (tot enim ſynonyma, ſi non plura, reperio) Thynnus ſiuè Pelamys dici debeat? Soſtratus apud Athenæum,
*Orcynus. Cete.* Thunnum vocari ſcribit (vt modò dicebamus) magnam Pelamydem, & vbi adhuc maior euaſiſſet, Orcynum; ac tandem mirum cùm in modum accreuiſſet, Cete. Sed apud eundem Archeſtratus Orcynum & Cetum prægrandis Thynni ſynonyma facit, his verſibus:

*Ad Sacram Samon & populis famaque celebrem*
*Prægrandis capitur Thunnus, quem nomine dicunt,*
*Orcynon, alij Cete.*

Et Heracleon Epheſius Thynnos ab Atticis Orcynos vocari ſcribit. Rurſus Plinio Orcynus præci- H
tato loco Pelamydum generis maximus eſt, nec redit in Mæotim, ſimilis Tritoni, vetuſtate melior. Quare cum Attici Thynnos ſimplicer vocant Orcynos, ita cùm multum excreuerunt, vocare eos credendum eſt. Contra ſi Orcynus prægrandis aliquis Thunnus eſt, Thunnus verò teſte Ariſtotele
*Orcina.* & Plinio niſi in Ponto fœtificet, quid Ariſtoteli reſpondebimus qui Ὀρκύνας (Orcynas reddidit Gaza) in alto fœtificare ſcribit, quid item Plinio, qui redire in Mœotim negat, vbi tamen referente Strabone etiam pariunt. An Orcynes Ariſtoteli alij ſunt? Ego quidem propter magnam corporis mo-
*Orcynus lutogaudet.* lem mutare naturam non puto: Lutum enim etiam Orcyni amant, vnde βορβόρωδες, id eſt, lutulentos eos vocat Diphilus, & per diuerſa alia maria vagantur, ſi Dorioni fides habenda, qui Orcynos dicit è mari quod ad Herculis columnas eſt, in mediterraneum meare, ideoque plurimos capi
*Cur in Mœotim non redeant.* in Iberico & Thyrrheno mari, indeque per reliqua maria diſpergi, quod de maioribus Thynnis etiam ſcribit Oppianus. In Mæotim fortaſſis non redierit, quòd iam prægrandis factus

aquam

A aquam quæ omnino dulcis eſt, fugiat, ut qui iam carne ſicca eſt & arida, ut Diphilus teſtatur: neque id repugnat Plinio, qui Orcynum uetuſtate meliorem eſſe dixit, cùm in hoc piſce ipſa caro, ſeu potius partes carnoſæ, quæ procedente ætate aridiores & per conſequens peiores redduntur, commendentur, ſed ubi pingui abundat, abomen ſcilicet & iugulus. Sic enim Hiceſius: Abdomina Orcynorum quòd pinguia ſint, multò cæteris partibus ſuauiora ſunt, clidijs tamen inferiora. Vetuſtate autem Thunnos pinguiores euadere Ariſtoteles teſtatur, adeo vt præ pinguedine rumpantur. Plinij lectioni aſtipulatur Archeſtratus, opſophagorum Heſiodus, Orcynum ſiue Cetum vel deorum cõuiuijs dignum eſſe inquiens. Cetũ etiam appellari, vbi valde admodũ excreuit, ſuprà diximus. Orcyno idem videtur Apolectus: vterque enim Plinio Pelamydum generis maximus, & Xenocrates apud Oribaſium Apolectum inficiatur in Mœotim redire, quod de Orcyno diximus ex Plinio. Reſpondet item nominis ratio. Ἀπόλεκτος enim Græcis eſt eximius ſiue electus παρὰ τὸ ἀπολέγεσθαι, quòd quemadmodum Apolecti apud Aetolos erant ſenatores ex ſelectis viris, ita potiores in hoc piſce partes tanquam inſigniores gulæ cupedias, & vt ex Archeſtrato dictum eſt, dijs condignas, eligi ſolitas inter alia cetaria ſuadet ipſa ratio. Nec obſtat quòd Orcynum Plinius Tritoni ſimilem faciat, Apolectumque Tritone dicat eſſe duriorem: nam hoc ad carnis qualitatem, illud ad formæ corporiſque ſimilitudi-

B nem pertinet. Triton itaque Orcyno & Apolecto idem eſſet, niſi minus dura carne eſſet: vnde conjicio ijs ætate minorem eſſe, Thynno verò proprie dicto maiorem: aliàs eidem Plinio, cæteriſque authoribus monſtrum marinum eſt, à capite ad medium corporis humana ſpecie ſimilitudineque, cætera piſcis: Cur verò Thynnus noſter Triton vocetur, a nemine quod equidem ſciam, traditum eſt hactenus. Haud abſurdè tamen quis coniecerit, ſic vocari quòd eo tempore quo triton vocatur, capite ſit maximo, iugulóque ſeu clidio craſſiſſimo. Τρυτὸν enim Aeolorum & Cretenſium lingua caput, vt Scholiaſtes Ariſtophanis tradit, vnde Mineruam τριτογένειαν vocari nonnulli volunt, quòd ex capite Iouis prognata feratur. Tritoni Hermolaus eundem eſſe conijcit Chelidoniam (quem Diphilus Synodonti ſimilem, & Pelamyde duriorem, & carnis ſiccitate cum Orcyno conuenire ſcribit) Synodontida Apolecto: Priori coniecturæ aſſentitur Maſſarius: poſteriori Rondeletius, argumento quòd vt Synodontis Diphilo Pelamys maior eſt, ita Apolectus Plinio Pelamys maxima. Idem Rondeletius Chelidoniæ nomen pro piſce apud neminem vel veterum, vel recentiorum extare putat, ideoque legit χηλιδών. Cùm enim (inquit) ibidem ſemel χηλιδὼν legatur, cui alij piſces comparantur, cur in eadem comparatione perſeuerante ſententia non χηλιδὼν deinceps, ſed χηλιδονίας legatur? Atqui veriſimilius (inquit Geſnerus) contrarium dixiſſet Rondeletius: Cùm enim in hoc Diphili loco Che-

C lidonias bis legatur, Chelidon ſemel, probabilius fuerit, in eo quod ſemel eſt, quàm in eo quod bis, errorem eſſe. Quid? quod χηλιδὼν fœminini generis vocabulum eſt, χηλιδονίας maſculini: Rondeletius lectionem emendans, Chelidonias quidem mutat in χηλιδὼν fœmininum, attributa verò ei maſculina nomen ac participium relinquit. ſic enim legit: ἀναλογῶν μὲν ταύτη (τῇ συνοδοντίδι) ἡ χηλιδὼν, τῆς πηλαμύδος σκληρότερος ἐστι: cùm ἀναλογοῦσα καὶ σκληρότερα dicere oporteret. Sed neque hoc approbarim quod Rondeletius ait, Diphili ſententiam in eadem comparatione perſeuerare, tanquam omnia de Pelamydis tantùm generibus ſint, cùm ipſe interim Chelidonem genere differre fateatur, nutrimenti verò ſuccique ratione accedere eam ad Pompilum, ſic enim legit, non Polypum. Ego potius dixerim Diphilum à Pelamydum genere diſcedentem, de Eledone loqui, quæ & ſpecie & viribus Polypo ſimilis eſſe, & ſanguinem mouere, & bonum colorem facere dici poteſt, Chelidon non poteſt: quamobrem apud Diphilum ego ſic legerim, ἡ δὲ χηλιδὼν ἢ τῷ πολύποδι ὁμοία: neque enim tam perſeuerationis in vno genere apud authores, quam ſæpe negligunt, quàm rerum ipſarum habenda eſt ratio. Mihi quidem non temere videntur verba authorum immutanda, ſed omni ſtudio quærendum, quo pacto ea quæ poſita ſunt, tueamur. Hæc itaque ille. Vt verò filum modò orationis recipiamus, ego Hermolai, Maſſarij & Rodeletij de Chelidonia & Synodontide iudicium non

D probo: cùm aliter Hermolaus citet Athenæum, quàm in omnibus eius exemplaribus legitur: Citat enim ſic: *Maior Pelamys Synodontis appellatur, durior quàm Chelidonias*: Atqui Athenæus habet ſic: *Pelamys maior Synodontis appellatur, ſimilis huic Chelidonias, Pelamyde durior*. quamombrẽ ego Synodõtida potius eũdem Tritoni fecerim, Chelidoniã verò Apolecto ſiue Orcyno, eoque magis, cùm ſubinde Diphilus affirmet, Chelidoniam carnis duritie Orcyno ſimilem eſſe: potuitque Synodontis appellari quaſi dentibus nociuus, aut valens, aut valere incipiens, ea nimirum ætate. Chelidonias verò cur dicatur, incerta planè ratio eſt; nam vel à colore, qui & Chelidonijs leporibus, ficubus, ac lapidibus idem nomen fecit, purpureus Columellæ dictus, vel à figura, hacque vel pinnarum vel cauda Chelidoni ſiue Hirundini ſimili, vel à nandi modo quo hanc auiculam fortè imitatur, vel quòd vêre ad nos reuertatur cum ea, quo modo etiam Chelidoniam herbam, & Chelidoniam ventum dixere antiqui, vel deniq; à Chelidonio promõtorio aut à contrà poſitis Chelidonijs inſulis, quòd ſcilicet copioſè forſã ibi capiantur. Ab Apolecto, Orcyno, & Chelidonia Melãdryn quoq; differre nõ puto. Eſt enim teſte Athenæo maximorũ Thunnorũ genus: idq; Dorio etiam haud obſcurè docet de Orcynis verba faciẽs,

*Parteſque in Orcyno laudata & quas non.*

*Apolectus qui.*

*Triton qui & quando dicatur.*

*Minerua tritogenia cur dicta.*

*Chelidonias Chelidon. Athenæi locus conſideratur.*

*Eledone.*

*Synodontis cur ſic dict. Chelidonias*

*Melandrys*

*ex Orcy-*

*ex iis regnis qui Melandrya vocantur, (οἱ λεγόμενοι μελανδρύαι) ſale condiuntur.* Oppianus Melanthynum dicere videtur, nec refert, quòd hic inter Cete reponat: nam Orcynus maximus Cete etiam vocatur, vt oſtendimus, non quòd Cete ſit, ſed ob conſimilem magnitudinem; apparetque à nigredine ſic appellari. Nec alium eſſe Elacatenam, ſiue (vt Plinius habet) Helacathenen ſatis clarè oſtendit Ælius, Elacatenam genus ſalſamenti eſſe ſcribens, quod Melandrya vulgò vocatur, adde quòd Cetaceus piſcis etiam eſt, vti ex Mneſimacho declarat Athenæus, σκόμβρος, θύννος, Κωβιὸς, ἐλακατῖνες, εἰσὶ δὲ κητώδεις ἐπιτήδειοι εἰς ταριχείαν, hoc eſt, *Scombrus, Thunnus, Gobius, Elacatanes: ſunt autem Cetacei, ad ſaliendum idonei.* Rondeletius nouiſſima verba ad ſolos Elacatênas pertinere arbitratur; cùm alioqui Scomber & Thunnus non minus quàm Elacatena ſale indurari ſoleant: quòd verò pro κωβιὸς legit κολίας, probo: nam Gobio Scombris Thunniſque & vita & corporis forma diſſimilis eſt, & ſale aſſeruari non ſolet, κολίας verò eiuſdem generis cum Scombris, & inueterari ſolitus: Quare vt in citatis verbis ſimillimi piſces inuicem coniungantur, vt Mneſimachum feciſſe eſt veriſimile, Colias Scombro coniungi debet: vt verò Elacatenes ſoli Cetacei intelligantur, vt Rondeletius contendit, ea verba εἰσὶ δὲ κητώδεις, parentheſi erunt includenda, addendumque οἱ hoc modo: σκόμβρος, κολίας, θύννος, ἐλλακατῖνες (εἰσὶ δὲ οἱ κητώδεις) ἐπιτήδειοι, εἰς ταριχείαν. Geſnerus non ſolùm pro κωβιὸς κολίας legendum cenſet, verùm etiam apud Plinium, vbi in vulgatis codicibus legitur, *Helacathenes ſunt Lacertorum genera*; continuo orationis ductu legendum cenſet, *Helacathenes ſunt Lacertorum genera*. Quam lectionem etiam tueri poſſim: nam Lacertus & Helacathen in hoc conueniunt, quòd ad ſaliendum ſint idonei, & Colias ſatis aptè Cetaceus dicetur, quod ſale condiatur Cetaceorum aliorum more. Apparet autem nomen piſci inditum à figura, quod vel ipſe, vel aliqua eius pars & ſalſamentum tuſi ſeu coli qui ἐλακάτη dicitur, ſpeciem aliquo modo referat, in extremis tenuior, in medio craſſior, vti Thunnus eſt, Colias, & Scomber; niſi velimus ſic vocari a loco, cùm ſit ἐλακάτη Heſychio etiam δόναξ, id eſt, arundo, quæ cænoſis gaudet locis, vti ipſa etiam Pelamys, quæ nomen inde traxit, & cænoſus Diphilo Orcynus eſt. Apud Columellam tamen Elacata legebatur, nunc ex reſtitutione Hermolai Elacatena legitur, cæterùm ſi à colo nomen habet, ego antiquam lectionem non mouerem. Multò minor ætate videtur, qui Feſto Cybios, Oppiano κυβίαις vocatur hoc verſu:

Ορκύνων γενεὴ, καὶ πλωάδες, ἠδὲ κυβίαι.

Plinius enim puſillam Pelamydem eſſe ait, *Ab his* (Lacertis, Sexitano & Pariano) *Mæotici* (ſubaudi, ſequuntur, nimirum quod ad pretium & ſaporis bonitatem) *Cybium: ita vocatur conciſa Pelamys, quæ poſt quadraginta dies à Ponto in Mæotim reuertitur. Cordyla & hæc Pelamys puſilla, cùm in Pontum è Mæotide exit.* Cordylam Mæoticum piſcem vocat, non quòd in Mæoti naſcatur; naſcitur enim in Ponto, vt oſtendimus, ſed quòd inde exeat, ſub migrationis tempus, quo fœtas ſuas comitantur ad mare. Cybiam verò appellare videtur puſillam iſtam Pelamydem, cùm ſecũda vice Mæotim intrat; vtitur enim Plinius verbo reuertitur: & cùm rurſus exit, iterum Cordylam: Dictus eſt Cybios authore Feſto, quia piſcantes id genus piſcium, velut aleam ludunt: aliam verò etymologiam habet Cybium, vt modò dicemus. Quoties verò ex Oceano veniens Sardiniam præternatat, Sarda (ni fallor) dicebatur: hoc enim indicant[g] Galeni verba: *Pelamydes optimis quibuſcunque ſalſamentis certare poſſunt: adferuntur autem plurima ex ponto, iis tantùm inferiores, quæ ex Sardinia Iberiæ adferuntur, & Sardæ iam vulgò ab omnibus vocantur. Meritò autem hoc ſalſamentum maximo in pretio habetur, propter ſuauitatem ſimul & mollitiem carnis.* Ita tamen propriè vocabatur cùm longitudine excreuit, & ex Oceano redit, vt teſtatur Plinius his verbis: *Sarda: ita vocatur Pelamys longa, ex Oceano veniens*; & Xenocrates apud Oribaſium: *Sarda* (inquit) *vocatur Pelamys longa ex Oceano veniens: Ori grata eſt, acrimonia Cybio præſtans, appetitum excitans, facilè aluum ad excretionem mouens.* Hanc longam Pelamydem à Thynno propriè dicto parum differre exiſtimo, Ariſtoteliq; vocari Thynnida. Ab hac Sarda alia eſt, qua de ſuo loco egimus. Sardam a Xanthia ætate ſuperari veriſimile eſt: viroſus enim eſt aliquantulum teſte Diphilo, tenerior verò Orcyno. Cùm verò hoc nomen apud alios non reperiatur, Rondeletius Xiphiam id eſt Gladium legendum eſſe cenſet, at quàm probè, neſcio. Vt enim Sarda à Sardis, ita Xanthias à Xantijs populis nomen accepiſſe potuit, quos Strabo[h] ſcribit Scythiam vltra Mæotim incoluiſſe, quò quotãnis redeunt iſti piſces, antequã in Orcynos abeant: quærendumq; ſintne Xanthijs ijdem, Oppiano πρῳάδες dicti, quod prona corporis parte contra cæterorum morem commendarentur, niſi velimus ſic dici per antiphraſin, quaſi dorſum eorum eſui eſſet ineptum: Athenæus πρῳάδας, vel (vt alij legunt) πρῳμάδας vocat, (quo modo apud Oppianum legi in antiquiſſimo manuſcripto Vaticanæ bibliothecæ codice, Saluianus teſtatur,) & Nicocharis authoritate ſic Thynnides appellari ait. Heſychius & Varinus etiam πρῳμαδίς & πρῷτας dicunt, eſſeque volunt εἶδος θυννάδος ἰχθύος, id eſt piſces Thunnis cognatos. Nec alij videntur, qui Ariſtoteli[i] ſtatim poſt Thynnorum mẽtionem πρῳμαδίαι vocantur, Theodoro triſyllabo tantùm vocabulo Primadæ. Ait enim in cano abdi, eiuſque rei argumentum eſſe, quòd neque eo tempore capiantur, & dorſo fœculento, pinniſque adductis oppreſſiſque ſpectentur: Vertio autem tempore prodire & appropinquare ad terram coëuntes

pariẽ-

*Elacatenæ ſi ne Helacathenes.*

*Plinii locus correctus.*

*Elacatena vnde dicatur.*

*Cybias, vel Cybios.*

*Sarda.*

*g L. 3. Alimen.*

*Xanthias.*

*h Lib. 11. Geogr.*

*Prœnades. Prœmnades.*

*i L. 8. Hiſt. cap. 15.*

*Primadæ.*

A parienteſq; , eoq; tempore fœtu grauidas capi,tempeſtiuoſq; tantiſper eſſe putari. Autumno verò & hyeme deteriores eſſe. Simul enim mares plenos ſemine genitali lacte appellato per id tempus cerni : itaque præſtare ad vſum,prole adhuc parua difficilè capi;adultiore iam largã capturam propter inſetu Aſili ſtimulum eſſe. Hęc itaq; ſunt nomina, Thynnis pro ætatis diuerſitate impoſita . nunc de ijs differendum quibus variæ eorum partes ſale aſſeruatæ ſignificantur.In quibus non minores reperio difficultates. Scireq; in primis licet,horũ quædã totis integriſq; tribui piſcibus,quædã partibus tãtùm. Cordylam integram ſaliri ſolitã notum eſt ex prędictis Martialis verſibus; tùm item ex hoc: *Nox vetus & tenui maior Cordyla Lacerto.* Cùm verò Diphilus inter non pinguia ſalſamenta,optima inquiat eſſe Cybia & Horæa,atque omnia huius generis ſimilia:inter pinguia Thynnęa & Cordylam,Saluianus integerné hic piſcis, an ſalita aliqua tantùm pars intelligi debeat,definire non audet,ſed rem in dubio relinquit: cæterùm quid nos cogat,vt truſtum ali quod ibi Cordylam intelligamus,non video. Hermolaus pro integro piſce accepit , ſed ex quo authore ipſi Corydelis vocetur,ignoro. Corydelis (inquit) ſalſamentarius piſcis eſt , quem nos Cordyllam ( ſic in quibuſdam Plinij codicibus etiam ſcribitur ) vocamus,Græcis & Cordylida & corylũ : fortè Cordylum dicere voluit , ſed is alius eſt , vt oſtendimus. Pro integro item piſce Cordylam accepiſſe videtur Cornarius,nam *μῆλα πονῖκα* Gal. [k] vocata ſalſamenta,Cordylas exponens,addit, Thynnorum fœtus eſſe. Nos cum Cor-

B dyla inter pinguia ſalſamenta præſtantiora, *θυνναῖα* nominauimus paulò antè ex Diphilo, quod & Diocles teſtatur,cui *θύννια* dicuntur,quo modo & apud Diphilum legerim; ſubiungit enim : Fit autem *τὸ θύννιον* ex maiori Pelamyde. Poſſunt tamen etiam *θυνναῖα* appellari. Athenæus *θύνναια ταρίχη* vocat,Maſſarius Thunnina ſalſamenta vel Thunnia reddidit. Inuenio item *θυννάδες* dici. Diphilus autem Pelamydem maiorem , videtur Thynnum vocare,à quo *θύννιος* & *θυνναῖος* adiectiua fiunt. Duæ huius ſalſamenti ſpecies, bonitate differentes , cùm & in piſce ipſo totidem partes ſaporis gratia commendantur , quemadmodum inter alios oſtendit Plinius,inquiens: *Thynni membratim cæſi , ceruice & abdomine commendantur , atque clidio, recenti duntaxat & tum quoque grani ructu , cætera parte plenis pulpamẽtis ſale aſſeruantur* . Caueſector ne ita Plinij verba accipias,vt negare ipſum intelligas abdomen,ceruicem,clidiumq; ſale condiri ſolere,ſed cæteras tantùm partes. Cæteras enim partes recentes eſui planè inutiles eſſe innuit , abdomen verò & clidium & ceruicem,recentia quidem edendo eſſe , attamen & ipſa inſalubria . Notandum verò clidium diſtinguere à ceruice: atque ita vocare eam Thynni partem quæ pectus à ceruice diſterminat ; Latini iugulum dicunt , quanquam piſces collo quod arteriæ cauſa factum eſt in animalibus reſpirantibus , careant atque humeris. *Θύννιον* itaque ſiue *θυνναῖον* de ceruice,clidio ac abdomine intelligi poteſt ; de abdomine verò potiſſimùm, quia hoc pinguitudine in qua ſaporis gratia eſt,abundat : nam clidium ceruixq; ſalita omotarichum potius

C vocari exiſtimo,id quod nimirum teſtatur Xenocrates,& nomen ipſum indicat, *παρὰ τῆς ὠμοις* id eſt,ab humeris impoſitum:recteq; quidem Braſſauolus Omotarichum interpretatur Tunninam , verùm haud rectè ſalitum Thynni ventrem eſſe arbitratur; hic enim Tarantellum , macrior caro Tunnina vulgò ab ichthyopolis nuncupatur,falliturq; Bellonius, dorſum Thynni Italis magis carnoſum ac macilentum Tarantellum vocari,minoriq; pretio vendi. Dioſcoridi [l] verò Omotarichus caro eſt Thynni *ταριχευμένη* , id eſt ſale indurati: cæterùm cùm omotarichus ſiue vt alij Græci vocant, tarichus ,vocabulum ſit vniuerſale ad alia non ſolùm piſciũ, ſed etiam aliorum animalium ſalſamenta, miretur aliquis cur Thuni caro inuetetata tãtùm ſic vocetur. An quia(inquit Marcellus Virgilius, Dioſcoridis interpres ) fortè cruda præ cæteris edebatur? vt Harengos & Salmones(infumatos præſertim) aliqui crudos ingerunt. Aliqui *κήτεια* vocant teſte Diphilo; cui graue eſt,viſcoſum, & difficile concoctu . quibus vitijs Tarentellum quia pinguius minimè etiam caret ; Huic à Tarento nomen eſſe apparet, quòd præter communem ex ipſa voce coniecturam , etiam Euthydemus in libro de ſalſamentis apud [m] Athenæum oſtendit inquiens :

*Ἰόνιον δ' ἀνὰ κῦμα φυγὸν Γαδείραθεν ἄξει ,* *Βρέττιος, ἢ Καμπανὸς, ἢ ἐξ ἀγαθοῖο Τάραντος*
*Ὀρκυνίου τρίγωνα τὰ τ' ἐν σάμιοισι τεθέντα* *Ἀμφάλλαξ δόπτοισιν ὀπηδῶ* , id eſt:
*Ionios verò fluctus fugiens è Gadibus adducet* *Brutius quiſpiam,vel Campanus,vel ex opulento*
D *Tarẽto,triãgula Orcyni præciſa;quę verò in orcis recõdũt* *Salſamenta,hilares viciſſim hominũ canas comitãtur.*

Quos verſus Paulus Iouius,quodammodo declarans, Thynnorum(inquit)quos Gaditani capiunt,recentibus pulpis ſaturantur circumfuſę gentes: reliqua eorum multitudo cetarijs infertur,ſaliturque: aſſeruati verò membratim cadis celebri mercimonio per omnem ferè Europam diffunduntur. Verùm ſolo abdomine valent:quæ pars a Romanis Tarantellum dicitur,quòd etiã Tarẽtino in ſinu, vbi optima piſcium omniũ captura eſt, Thynni ſale aſſeruẽtur : reliquę corporibus partes,vtpote quæ pingui ſucco admodum careant,in ignobilis populi vſum veniunt,quæ Melandrya à Plinio nuncupantur. Hæc Iouius : Mihi verò Plinius Melandrya vocare videtur vniuerſaliter omnes Thunni ſalitas partes,ſiue ex pingues ſint,ſiue macræ, dũmodo diſſectæ quernis aſſulis aſſimilarentur:cùm enim Thunnos abdomine,ceruice atque clidio laudari dixiſſet,cæteraque parte plenis pulpamentis ſale aſſeruari,ſubdit: *Melandrya vocantur,cæſis quernis aſſulis ſimillima,viliſſima ex his quæ caudæ proxima,quia pingui carent:probatiſſima quæ faucibus* . Ex pinguibus autem ſalſamentis etiam intelligi,oſtendit Pamphilus in libro de nominibus, Melandrya genus eſſe tradens maximorum Thunnorum,quorum ſalſamenta ſunt pinguia,& Martialis [n] de pube ſiue abdomine tortaſſis intelligexerit,cùm Melandryjs canam pellem, id eſt albicantem quæ prona parte nigra eſt,tribuat:

*Teque iuuant Cerres,& pelle Melandrya cana.*

Quamobrem rectiùs Iouius Xenocratem citaſſet, qui (vt Vuot-

[k] Lib. 2. Alimen.
Thynnęa.
Thynnia.
Thunnina ſalſamenta.
Clidium & ceruix vt differant.
Omotarichus
[l] Lib. 2.
Cetaria.
[m] Lib. 3.
Melandrya quę.
[n] L. 3 Epig.

(vt Vinoffonus citat)cęteras Thunni partes præter collũ & abdomem, Melãdrya nominauit, quòd nigris quercuum radicibus ſimiles ſint: vel Dorionem, qui apud Athenæum ſcribit, in Gadiris Orcynorum clauiculas ſolas ſaliri, & ex his Melandrya vocata fieri ſalſamenta. Vt itaq; Iouio facilè conceſſerim macilentiorũ partiũ ſalſamenta fuiſſe Melandrya, ita eur ſic vocentur, certã atq; firmã rationẽ non reperio. Plinius.n. à ſimilitudine quernarũ aſſularum, Xenocr. nigrarum quercus radicũ, ſic dici intuunt, Pãphylus ab ipſo piſce. Si Plinio adhęreſcimus, non multùm differet à Tarantello: ſi Xenocr. nigra cute veſtiri arbitrandũ, caro .n. ſalita rubeſcit, nigra cutis, vnde piſci nomen, & Melãdryon [a] Theophr. rotunda eſt & ſpiſſa quercus medulla, inſigni duritie (ni fallor) prædita; Inuenio.n. calices ex ea factos, apud [b] Athen. ex Eubulo in aleatoribus: Ἄρτι μὲν μελανδρικὸν τῶν θρηϊκίδων ὑπερφορίζουσαν παρὰ κοθονίσχιος ψηφοφορίβοιβυ &c. i. *Calicem nuper è Melandryo factum Thericleũ, in temulentorũ manibus frequentẽ, fremente ſono circumſtrepentẽ &c.* Inter non pinguia primò occurrũt Cybia vocata & Horæa. Cybij latior ſignificatio. Horæa (ὡραῖα) dicta videri poſſint tãquã pulchra & ſpecioſa, aut potius matura, vtpotè nec recẽtia, nec vetuſta nimis quàm par eſt, nã & Strabo, cùm Pelamydẽ haud [c] copioſè capi dixiſſet propter paruitatẽ, ſubdit: εἰς δὲ Σπάρτην πέμπεται, ὡραιότερα πρός τε τὴν ὥραν καὶ τὴν εὐπεψίαν ἴσχει: & Archeſtr. cùm nobilẽ Thynnũ circa Byzantiũ (vbi & Horæa optima eſſe Hicefius teſtatur) ſed longè nobiliorẽ circa Hippotiũ Italiæ capi dixiſſet; inde migrãtes in alia maria ἀώρους, i. immaturos capi ait. Alij ἀπὸ τὴν ὡραῖα dici volunt παρὰ τὴν ὥραν .i. à cauda quaſi ὡραῖα. Mihi Vręa ab Horæis diſtingui poſſe videtur, vt vtęa intelligãtur partes caudę proximę in oĩb. cuiuſeũq; ętatis huius generis piſcib. Horæa verò eædẽ quidẽ, ſed & dorſo viciniores (nam Athen. Horęi ſalſamenti ſpondylũ alicubi cõmendari ſcribit; ſpõdyli nomine partẽ ſolidioręm magiſq; calloſã, qualis nimirũ circa ſpõdylos .i. vertebras ſpinę ac dorſũ eſt, idq; in ꝓſtantioris electæq; ætatis Thunnis: quãobręm inter nõ pinguia ſalſamẽta Hicefius ijs principatũ tribuit, vnà cũ Cybijs, quorũ nomine intelligit meo iudicio dorſi partes, eaſq; potiſſimũ q̃ cernici elidioq;, proximę ſunt, Thuniną noſtri ichthyopolæ vocant: nam alliàs lata huius vocis vſ ſignificatio, ad oẽs fortaſſis partes ſeſe extẽdens: quẽadmodũ haud obſcurè indicat Plin. [d] his verbis: *Pelamydes particulatim cõſecta ĩ genera Cybiorũ diſpartiũtur*: itẽ [e] alliàs: *Cybiũ: ita vocatur conciſa Pelamys*: & rurſus: *Tritõ Pelamydũ generis magni ex eo Vręa Cybia fiũt*. Et Hicefius Pelamydes ait eſſe magna Cybia. Idẽ quoq; nominis ĩdicat etymologia. Dictũ .n. Cybiũ eſt teſte Feſto, q̃ eius medium æquè pateat in oẽs partes, qd̃ genus figurę à geometris κῦβος appellatur: qua figura ſalſamenta iſthæc hodieq; venundant. Atq; hæc de varijs nominibus.

*Áſelandrya cur ſic dicta*

[a] *Li. 5. Hiſt. cap. 4.*

[b] *Lib. 11. Cybia. Horæa. Vręa.*

[c] *L. 7 Geog.*

[d] *Li. 9. c. 15.*

[e] *L. 3 c. 12.*

*Cybia quæ Thunnina.*

## GENVS, DIFFERENTIÆ. FORMA. DESCRIPTIO.

*Thunnus lubricus cur dictus, Athen. cor rectus.*

THunnos Plinius lubricos vocans, ex genere illorum eſſe inſinuare videtur, qui lęui cutę pręditi ſunt. Gaza apud Ariſt: læues conuertit, hoc eſt, nec ſquamis nec aſpera cute obtectos: quamobrem in hiſce verbis Mneſithei apud Athenæum: *piſces ſquamati, vt Thunni, Scombri, Thunnides, Cõgri & huiuſmodi*, vocula negatiua deſideratur, cùm & Scõbri, & Congri læues ſint. Scribit tamen Rondeletius ſuũ piſcem ſuis Ton vocatũ, quem Pelamydis vetę ſeu Thunni Ariſt. nomine exhibet: item ſuũ Orcynum, ſquamis magnis tegi, ſed ita adamuſſim compactis, vt ijs carere videatur, coctione verò dehiſcere, tuncq; perſpicuè apparere tenui membrana contectas. Pelamydẽ verò Sardam (ſic vocat alium Thũnum ſuis & Hiſpanis Bize nomine cõmuni cum Amia ob ſimilitudinẽ, nonnullis Pigo vocatũ) cute lęui eſſe & ſine ſquamis, excepta ea parte, quæ à pinnis, quæ ad branchias ſunt, hacque nota à priori Pelamyde ſeu Thynno differre. Eodem Ariſt. teſte mas à fęmina dignoſcitur, qd̃ hęc ſub ventre pinnulã habeat quæ ἀφαρίς vocetur, qua mas careat. Idẽ & Athenęus & Plin. tradunt. Rondelet. verò in vtroq; ſemper pinnã ſub ventre deprehendi ait: differre tamen quòd in mare ea non ſit diuiſa, in fęmina diuiſa, vt podicis foramen dilatari, fętuſq; cõmodiùs edi in lucem poſſit. Quantopere differant Thunni, nominaq; mutent pro diuerſis ætatis tẽporibus, ex ijs quæ ſuprà dicta ſunt, innoteſcit. Gillius verò teſtatur piſcatores Ligures & Maſſilienſes apertè ſibi oſtendiſſe, ex Pelamydib. nunquã fieri Thunnos: idẽ ſcribunt Bellon. & Scalig. & qũo inuicẽ differant, oſtendunt. Ligures piſcatores (inquit hic) nunquã aiunt è Pelamyde Thunnũ fieri: ſicuti neq; ex Coliade Scombrum, aut è contrario. Et ſanè corpulentia diuerſa eſt aliquantulũ, ſubtiliùs intuẽti: Productior Pelamys; & linearũ filamẽtis tęniatim varia, quæ in Thynno ſunt nulla. Bellon. quoq; Thunnum, cùm eſt iunior, Pelamydem magis quàm Scõbrum referre aitiã à Pelamyde autẽ hoc vnum diſtare, quòd Thunnus liuidis eſt lateribus: hęc verò vndantibus maculis trãſuerſis, atque obliquis diſtincta gerit latera: cæterùm vtruinq; piſcẽ eiuſdem ferè eſſe magnitudinis, tergoris pinnis, caudaa, ppendicib. turbinataq; figura ita alterũ alteri ſimilẽ, vt mentes vhius & alterius magnitudinis incertos plerumq; decipiat. Hiſce adde quod Ariſt. Pelamyde tradens anno vno ſeniorem eſſe Thunnum, id non affirmet, ſed ex mera referat piſcatorũ relatione: Inquit enim: *Pelamydes vno anno minores natu putantur eſſe quàm Thunni*. Veruntamen cùm præter philoſophum & alij priſci, qui rerum ꝓfitebantur naturas, quæ de Thunni permutationibus dicta ſunt, rata fecerint, nefas fuerit reclamare. Rondel. equidem & Saluianus Ariſt. tuentur: cęterùm ille, dum negat dixiſſe philoſophum; Pelamydes in Thunnos mutari, ſed eiuſdẽ piſcis diuerſa tantùm nomina oſtendiſſe, haud ſatis illius ſententiã confirmare videtur. Bellon. duas exhibet icones, unam Thũni, alteram Pelamydis nomine, additã diſtinctione quã ex eo recitauimus. Rondel. tres, Thunni ſeu Pelamydis veræ; Pelamydis Sardæ ſeu Sardæ ſimpliciter, & Orcyni. Nos quatuor icones damus, quarũ prima cum Sarda Rondel. & Thunno Saluiani ex aſſe quadrat. Altera Orcynus vſ eiuſdẽ Rondel. colore ferè amethęſtino. Tertia cęruleę Pelamydis nomine miſſa eſt. Quarta piſcem oſtendit circa Herculeũ ſiue Gaditanũ fretũ captũ, & monſtrifici Thunni homine (in cuius nimirũ pelle integra claſſis delineata conſpicitur,) à D. Io. Virtuoſo regiæ Maieſtatis notario ex Hiſpania miſſũ. Captũ fuiſſe affirmabat die 13. Maij, anni à partu ſalutifero 1565. exq; eo Salſamẽta confecta Thunni ſpeciẽ eſſe indicaſſe & ſubſtantia, & ſapore carnis: longũ fuiſſe pedes 32. latum 16.

*Cybia & Thunnus cur dicti.*

*Mares & fœmina diſtinctio.*

*Thunnus & Pelamys vt differant.*





Digitized by Google







Digitized by Google

Thunnus ex freto Herculeo, in cuius cotio triremes exsculptæ sunt.

# LOCVS.

THunni (inquit Iouius) multitudine ſua omnibus litoribus noti ſunt, Tyrrheni tamen & Mediterranei maris accolis notiores, quàm ijs qui Adriatici litora inhabitant: ideoq; Romanis, Maſſilienſibus, Liguribus ac Byzantinis magis quàm Venetis noti. Addit Bellon. Oceano vicinis, vt Parrhiſinis: ex non ſatis intellecto fortaſſis Plinij loco; *Scombris Hiſpanie replent cetarias, Thunnis non coeuntibus.* Cùm ſit hoc de tempore quo non commeant eò Thunni, intelligendum. Primi enim migrant Scombri, vt idem Plinius teſtatur his verbis; *Cùm Thunnis Amia & Pelamydes in Pontũ ad dulciora pabula intrant gregatim, cùm ſuis quoq; ducibus, & primi omnium Scombri.* Thunnos autem ex Oceano in mediterraneum mare venire, cùm vêre ad ſobolis propagationem inſtigantur, author eſt Oppianus, qui præterea eadem de maioribus Thunnis, quæ Dorion narrat de Orcynis, nempe quòd ex Oceano per fretum Gaditanum ingrediatur mare mediterraneum, ideoq; fieri, vt plurimi in Iberico Tyrrhenoq; capiantur, poſtea verò reliquum mare pererrent: & ex noſtris Iouius Thynnos teſtatur Maio menſe irrumpere in mare noſtrum ab Atlantico Oceano cogentibus Xiphijs piſcibus. Idem Oppianus Thynnos pelagijs piſcibus annumerat, cum Ouidio, Pelamydes verò ijs qui æquora fluuio aut paludi vicina incolunt, quia nimirum dulci pabulo delectantur, quare in Pontum migrare ex Plinio diximus: Adde quòd omnium piſcium maximè gaudeant tepore teſte Ariſtotele, qua de re is quoq; arenam & litora adire ait, perq; ſumma etiam maris innatare, quò teporis potiantur, nec aliàm ob cauſam flumina aliquando ſubeunt. Tradit enim Rondeletius Agathopoli viſos eſſe qui ad pontem vſq; conſcenderint, qui a mari (inquit) aliquot paſſuum millibus diſtat, & Platina ſcribit naſci etiam in amnibus, vt in Nilo, Rheno, & Pado, adeo vt à veritate non fuerit alienum, quod Plinius amni mariq; communes hoſce piſces faciat. Alibi etiam Mæotim paludem intrare inſinuat: loquens enim de Orcyno, cùm hunc negat in eam redire, alterius ætatis Thunnis commune id eſſe oſtendit, id quod & Oppianus manifeſtiſſimè teſtatur, Pelamydes (ſic vt diximus Cordylas nominat) ad Ponti Euxini finem & initium Mæotidis generari aſſerens. *Eſt autem receſſus quidam Thracij maris* (inquit) *profundiſſimus, vnde & Melas, id eſt, Niger cognominatur, idemq; ventis minus expoſitus. In eo loco multa ſunt cana & cenoſa, vbi multa piſcibus parvis alendis idonea naſcuntur. In hunc primum immigrant Pelamydes: tempeſtates enim & frigus, vnde oculi earum hebetantur, apprimè odernus. Itaq; immorantur & creſcunt vſq; ad vernum tempus: quin etiam coëunt, & ad patrias inde vndas reuertuntur, vt pariant.* Et Strabo in Mæoti Pelamydes generari teſtatur, cuius mox verba recitabo. Apparet item algoſis locis delectari, nam [b] Ariſtoteles ex Phœnicum relatione ſcribit Gaditanos cùm extra Herculis columnas per quatuor dies ſubſolano vento nauigaſſent, in loca quædam ſolitaria, alga & fuco repleta perueniſſe: quæ modò maris æſtu procedente, aquis obruantur, modò recedente, deſtituantur: in hiſce reperiri miram Thynnorum copiam, magnitudine & craſſitie incredibili: quos ſalſos Carthaginem mittant, Carthaginenſes verò ſibi retineant, & conſeruent ceu lautiſſimos in cibo, nec aliò diuendant. Quamuis verò nullo non in mari Thunnus diuerſis anni temporibus capi poſſit, nullibi tamen quàm a Byzantinis maiorem copiam intercipi reor. Ratio eſt, quòd terreat eos latens in mari albicans petra, ſiue vt Plinius habet, miri candoris ſaxum. Viſus enim hebetudine laborant. Strabo hæc diligentiſſimè annotauit his verbis: *Byzantinorum cornu vocatur, Byzantÿ mœnia attingens; ibi ſinus in occaſum extenſus ad ſtadia ſexaginta, cornucerui ne perquam ſimilis eſt. Nam in plures ſinus perinde ac ramos quoſdam ſcinditur, in quos irruentes Pelamydes facilè capiuntur. Id ſic cùm propter earum multitudinem, tum vim & impellentis fluxus impetum, tum propter ſinus anguſtiſſimos, quare vel manibus capiuntur. Earum generatio in Mæoticis paludibus fit: inde cùm modicùm increuerint, erumpunt; grege facto, per os ipſum, ac propter litus Aſiaticum, vſque ad Trapezuntem ac Pharnaciam excurrunt. Hinc primùm earum venatio exiſtit, non tamen copioſa: nondum enim conueniens eſt piſcis magnitudo. Vt verò ad Sinopen propiùs acceſſerint, & capi & ſaliri iam maturiores ſunt. Poſtquam verò ad Cyaneas (inſulas) attigerint, tranſierintque ex ripa Chalcedonia, albicans occurrit petra quedam, tantumque beſtijs ipſis terrorem incutit, vt è veſtigio in vlteriorem, conuertantur ripam. quas cùm præceps aquarum curſus corripiat, & innata locorum aptitudo maris fluxum ad Byzantium, cornuque Byzantÿ deflectat, & eò natura impetu propellat, copioſum Byzantinis, populoque Romano ſuppeditat prouentum. Etenim Chalcedonÿ in vlteriore prope conſiſtentes litore, in nullam eius vbertatis communionem accedunt: quoniam ad eorum portus Pelamys ſe non applicat.* Hæc ille: Plinius illud Byzantinorum cornu Auricornu vocat, atque eo nomine vocari ſcribit, quòd eius aſpectu territi Thunni, ſemper aduerſum Byzanij promontorium, præcipiti petant agmine: Græcè

*Vbi notiores*

*Oceani accolis notos eſſe.*

*Thunnus & Pelamys eodem diſtinctio.*

*Dulces aquas amant.*

[b] *L. 7 Geog.*
[c] *Lib. de admir. narrat.*

*Cur à Byzantinis plurimi capiantur.*

[d] *L. 7. Geog.*

*Chalcedonij cur rari sint in eos capiant.*

[a] L. 4. c. 15. Chryſoceras dicitur, vt præter Strabonem alioſq; ipſe quoq; [a] Plinius meminit. Doctus quidam conijcit ab auro dici, quòd circa illud ex Thynnorum captura, magna auri & pecuniæ vis colligeretur, quod haud obſcurè indicatum eſſe volunt oraculo Apollinis. Memoria enim proditum eſt, vt idem Strabo teſtatur, cùm Byzantij conditores poſt ædificatam a Megarenſibus Chalcedonẽ, oraculũ conſuleren teſpõdiſſe, vt contra cæcos habitationẽ collocarent. Cæcos autem ideo Chalcedonios vocabat, quia cùm priùs ad ea loca nauigaſſent, omiſſa tam locuplete ripa, tenuiorem accepiſſent. Archeſtratus ille qui orbem terrarum habitatum nauigio circumijt & ventris cauſa, & eorum quæ ventri ſubſunt, nobilem Thunnum circa Byzantium, Caryſtum, & Siciliam naſci author eſt, & eo etiamnum præſtantiorem circa Cephalem & Tindaridem oram, ſed longè præſtantiſſimos circa Hipponium Italiæ: inde migrantes in alia maria, capi immaturos: circa Samum verò ingentem conſulto capi, vel deorum conuiuijs dignum. Celebrantur & Megarici ab Antiphane, & Pollux author eſt, olim eximiè placuiſſe Tyrium Thunnum, vt rectè dixerit Aelianus non in Ponto tantùm capi, ſed & in Sicilia quoq; & alijs locis. Byzantini autem licet numeroſiſſimè capiant, vt dictum eſt, eos tamen niſi Pontum intrantes capere Plinius author eſt. Cùm verno tempore ex Oceano mediterraneum mare ſubeunt, primùm eos capiunt Iberi (inquit Oppianus), deinde Celtæ circa Eridani oſtia, & vetuſti incolæ Phoceæ, tertiò Phocæi & Siculi, inde per immenſos gurgites diſperguntur, & totum mare replent. In Indico mari tantam Thynnorum multitudinem Plinius eſſe teſtatur, vt Magni Alexandri claſſis haud alio modo quàm hoſtium acie obuia contrarium agmen aduerſa fronte direxerit: Authores verò Græci Cete & Phyſeteres, non Thunnos Alexandri claſſem terruiſſe tradunt.

*Thunnus vbi melior.*

*Byzantini quando eos capiant.*

## NATVRA. MORES. CIBVS.

*Gregales eſſe.*

PElamydes Thunnoſq; gregales piſces eſſe ex Ariſtotele, Plinioq; cæteriſq; claſſicis ſcriptoribus notiſſimum, qui gregatim è magno mari Pontum intrare memoriæ prodiderunt; idque piſcatores confirmant, qui maximo collecto agmine vagari, migrareq; eos conſpiciunt. Numerantur & inter χυτὰς; ab Ariſtotele, id eſt, vt Theodorus vertit, fuſaneos. Sunt autem fuſanei qui reibus fuſim capiuntur. Idem Ariſtoteles Dromades appellat omnes eos à curſu qui in Pontum aliundè excurrunt, quiq; vix vno loco conquieſcunt, quibus hoc genus piſcium quoque accenſet. Theodorus [b] Curſores reddidit, item Curſiones. Cur verò Pontum ſubeant, æſtatemq; in eo traducant, modò dictum eſt. Multi & in Propontide æſtiuant teſte Plinio, Pontum non intrantes. Cùm ex vno in aliud mare vagantur, aſtu vtuntur & ingenio, Sentiunt temporum mutationes: Solſtitia præclarè noſcunt, nihilq; ijs ad hanc rem cæleſtium rerum peritis opus eſt: vbi eos hyemis initium deprehenderit, ibi libenter commorantur, & ex eo loco ad vernum æquinoctium non ſe commouent, vt Ariſtoteles tradidit, & Plinius quoq; teſtatur. *Bruma* (inquit) *non vagantur, vbicunq; deprehenſi vſq; ad æquinoctium ibi hybernant.* Ventorum quoq; flatus intelligere videntur, nam idem Plinius teſtatur, operiri eos Aquilonem, vt ſecundo fluctu exeant ex Ponto. Pontum autem aliter intrant, aliter exeunt. Dextrorſum enim ſecundum [c] Ariſtotelem terram contingentes cùm ſubeunt, remeant contrà: læuum enim in latus ſe admouent, quod propterea facere (inquit) dicuntur, quia dextro oculo clariùs vident ſua natura, læuo hebetiùs. Idem legere eſt apud Plinium, Athenæum, Solinum & Aelianum. Cæterùm cùm [d] Plinius dicat Thynnos *dextra ripa intrare, exire læua, idq; accidere, quia dextro oculo plus cernant, vtroq; natura hebete*, Saluianus pro vtroque reponit læuo: quia præter Ariſtotelem, Athenæũ, & Aelianum, Aeſchyli verba apud [e] Aelianum: τὸ σκάιον ὄμμα παραβαλὼν θύννος ἵξεται, id eſt, *Siniſtrum oculũ Thunni more applicans*, vel potius detorquẽs, id clarè oſtendãt. Ex quibus verbis neſcio quomodo colligat Aelianus, Aeſchylũ conſentire, Thynnos altero tantùm oculo videre, cùm & ipſemet citatis Aeſchyli verbis Thynnos à dextro latere acriùs videre profiteatur. Sic enim ait: *Pontũ enim ingredientes ad dextrum latus, vnde acriùs vident, terram habent, egredientes verò ad contrarium latus ſe accomodant, & terrã ſecundũ oculũ quo clariùs vident, habentes nauigant.* Thynni itaq; dextro quidẽ oculo clariùs vident, vtrumq; tamen hebetẽ habere videntur: quamobrem apud Plinium nihil mutandum exiſtimem. Sic & Thynni more prouerbialiter videre dicuntur, qui limis aut altero oculo obliquè inſpiciunt. Author adagiorum exiſtimat poſſe prouerbium & ad eos referri, qui acriter & diligenter inſpiciunt, Perſius:

*Non ſecus ac ſi oculo rubricam dirigat vno.*

Interpretaturque in Aeſchyli verſu παραβαλὼν admoliens: ego neutrum probo, cùm παρα in hac compoſitione obliquum aliquid & detortum ſignificet, vnde & Euſtathius recitato hoc verſu, addit, ſic & λιταὶ παραβλῶπες ἤγουν στραβαὶ καὶ ὄμμαῖαι παραβάλλωσαι dicuntur. Eadem oculorũ debilitas in cau-

*Fuſaneos etiam eſſe.*

*Dromades piſces qui dicti.*

[b] *L. 1. & 6 Hiſt.*

*Cur pontum ſubeant.*

*Ventos intelligunt.*

*Vt Pontum intrent & exeant.*

[c] *L. 8. Hiſt. cap. 13.*

[d] *L. 9. c. 12. Piſus.*

[e] *L. 9. c. 42.*

*Thynni more videre quid.*

A ſa cauſa eſt, quòd ob læuia quælibet obiecta expaueſcant, ſicut ex ijs notum eſt, quæ paulò antè de albicante illo iuxta Chalcedonem lapide ex Strabone dixímus, & hîc rurſus Plinij authoritate corroboramus: *Eſt in Euripo* (inquit) *Thracij Boſphori, quo Propontis Euxino ingeritur, in ipſis Europam Aſiamque ſeparantis freti anguſtijs, ſaxum miri candoris à vado ad ſumma perlucens iuxta Chalcedonem in latere* (litore legunt alij) *Aſiæ. Huius aſpectu repentè territi Thunni ſemper aduerſum Byzantij promonterium ex ea cauſa appellatum Auri cornu, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantij eſt, magna Chalcedonis penuria. D. paſs. medij interfluentis Euripi.* Quomodo autem ſplendore ſimul & ſonitu territi capiantur, mox recitabimus ex Oppiano. Quærendum nunquid ob eandem viſus hebetudinem nocte quoque eant fauente luna? Teſtatur eos noctu proficiſci antiquiſſimum hoc Amphilyti vatis apud [c] Herodotum oraculum:

*Carnoctu eant.*
[c] *Lib. 1.*

Ἐρέπτλαι δ' ὀβόλος τὸ δὲ δίκτυον ἐκπεπετάσθαι
Θῦνοι δ' οἰμήσουσι σελαναίης διὰ νύκτός

Laurentius Valla vertit:

*Eſt nummus proiectus, item ſunt retia tenta:*
*Nocte meant Thunni, claro ſub ſidere Lunæ.*

B Sed non aduertit non eſſe legendum ὀβολὸς, quod eſt genus numiſmatis, ſed ὁ βόλος, id eſt rete, aut retis iactus. Eiuſdem nocturnæ Thunnorum migrationis typus eſſe videtur antiquiſſimus quidam numus, qualé teſtatur Bellonius ſeſe Lutetiæ vidiſſe apud Grolerum quæſtorem, in quo altera parte ſpica, altera Thunnus conſpiciebatur, & ſupra hunc Luna cum inſcriptione PHILIPPENSE. Dormiunt tamen, idq; adeo profundè, vt ſomno obruti ſæpe capiantur. quod præ cæteris teſtatur [f] Ariſtoteles, inquiens: *Thunnos dormientes ſæpè Thunnarij circumretiunt: dormire autem eos argumento conſtat, quia admodum quieſcentes leniterque pandentes albida oculorum capiuntur. Noctu potius quàm interdiu dormiunt, ita ſopiti, vt ne iacta quidem fuſcina moueantur, & magna ex parte vel ad arenam, vel ad terram, vel ad lapidem aliquem procumbentes: quieſcunt imis gurgitibus, vel ſub ſaxo aut litore abditi.* Plutarchus verò de ſomno huius piſcis agens, eius naturam num ſatis perſpectam habuerit, quæri poteſt: Cùm enim Delphinum dormientem paulatim ad vadum deferri, & impingentem expergiſci dixiſſet, moxque iterum ad ſummum tendere, rurſuſq; dormientem demitti: idem & Thynnus (inquit) ac eadem etiam de cauſa, facere fertur: cæterùm ſomni cauſa & quietis Delphinus ad gurgitem in alto demittitur, reſpirationis verò cauſa ad ſummum rurſus effertur: qua cùm non indigeat Thynnus, ijs locis quibus ex Ariſtotele dictum eſt, quieſcere veriſimilius eſt. Latere eoſdem hyeme præaltis gurgitibus legimus apud eundem Ariſtotelem, pingueſcereque à latibulo maiorem in modum: capi ab ortu Vergiliarum ad occaſum Arcturi: reliquo tempore latentes quieſcere. Plinius verò latere quidem etiam hyeme ait, ſed exire aliquando è latebris addit; *Thynnorum* (inquit) *captura eſt à Vergiliarum exortu ad Arcturi occaſum: reliquo tempore hyberno latent in gurgitibus imis, niſi tepore aliquo euocati, aut plenilunijs.* Vt hinc fortaſſis luna etiam in prædicto Philippenſium numo depicta fuerit. In nando tamen mirus eorum ordo eſt, vt arithmeticæ peritus numerum eorum eminùs exactè cognoſcere poſſit, vt Plutarchus refert, his verbis: *Quod ad coeundam ſocietatem & mutuũ inter ſe amorem, Thunnis arithmeticæ rationes opus ſunt: idcirco arithmeticam diſciplinam exactè tenent, vt gregatim natantes ſemper figuram quadratam* (cubicam) *efficiant, atque ſex lateribus comprehenſi ſoliditatem ex ſemetipſis omnibus conſtituant, & quadratum ordinem ex omnibus lateribus in nando ſeruent, vt ſi ſpeculator eminentes Thunnos probè numerare ſciat, ſtatim totius gregis numerum ineat, quod ſanè præclarè teneat, altitudinem latitudini & longitudini æquali ordine reſpondere debere.* Aelianus verò cùm ad promontorium Bubonicum innumeras Thunnorum gentes verſari dixiſſet, eorum maximos ſimiliter vt Sues ait, ſolos & ſeparatim natare: alios more Luporum binos proficiſci alios more Caprarum quæ in latis paſtionibus gregatim paſcuntur. Exoriente verò Canicula & ingraueſcente æſtiuo calore, in Euxinum natare contendere; & marinis fluctibus ab feruidè radiato ſole caleſcentibus, inter ſe velut conſertos contextoſque confertis turmis natare & corporum coniunctione ad perfruendam vmbram ſe inuicem opacare. Sunt natura ſimpliciſſimi, necnon temerarij, vt qui dum retia dentibus impetunt, ijſdem intricati capiantur, verùm ætate prudentiores euadere videntur: Oppianus [g] namque, atque ex eo [h] Aelianus Orcynum prouidentia prædituum eſſe aſſerunt, & natura, non arte, quæ è re ſua eſſe queunt, intelligere: itaque cùm hamo transfixus fuerit, in maris altitudinem ſeipſum impellentem ac deprimentem, ad ſolum allidere, hamumq; oris pulſatione expellere conari: id ſin minus ſuccedat, vulnus ab eo inflictum, dilatare, atq; exiliendo id quod ſibi moleſtiam exhibet, expuere: inuitumq; ſi id non aſſequatur, ad piſcatoris prædã ſubſequi. Simplicitati ſocia eſt timiditas, quæ & ipſa pernicié ipſis ſæpè parit, piſcatoribus verò incredibile emolumentũ, vt mox dicetur. Sub caniculæ exortum nõ aliter ac Gladij exagitantur Aſilo: Vermiculus hic eſt (inquit Ariſt.) effigie Scorpionis, magnitudine aranei, tanto infeſtãs dolore, vt nõ minus interdũ quàm vel Gladius vel Delphinus exiliat, vnde fit, vt vel in nauigia

*Thũnos dormire.*
[f] *L. 4. Hiſt. cap. 10.*

*Quando lateant, & capiantur.*

*Ordo in natando.*
[g] *Lib. vtrum animal. &c.*

[h] *Lib. 5.*
*Lib. 1. c. 40.*
*Orcyni prudentia.*
*Oeſtro agitantur.*
*Aſilus qui.*
[h] *L. 8. Hiſt. cap. 19.*

læpe

ſæpe incidat. Latet autem ſub pinna Oeſtrum illud ſiue Aſilius, vt ibidem teſtatur philoſophus, ac Plinius, inquiens: *Animal eſt parnum Scorpionis effigie, aranei magnitudine: hoc ei & Thynno, & ei qui Gladius vocatur, ſub pinna affligit aculeo:* quamobrem Saluianus in hilce Athenæi verbis: *Thynnus piſcis impetuoſus eſt, eo quòd certo tempore œſtrũ in capite habeat;* in capite expũgi debere autumat; cui facilè accẽſerim; etſi alias apud Euſtathiũ lego, œſtrum habere circa pinnas, & certo tempore etiam in capite, nam hoc nouiſſimum quin ex Athenæo Euſtathius repetierit, non dubito. Eleganter itaque & appoſitè Oppianus [1] hanc Thunni ac Gladij calamitatem depingens, œſtrum πτερύγιαστρον quòd videlicet παρὰ τὰ πτερύγια lateat, ἐνήμερον ἄγριον οἶστρον appellat, & de hac agitatione Latinus factus ſic canit:

Athenæi locus emendatus.

[1] L. 2. Hal.

*Dum Canis ardenti turbatur ſidere calum,*
*Qui fixus madidis illos contundit in aſis:*
*Incuſit hæc celeres vires ſtimuloſq; feroces*
*Inuitoſq; agitat peſtis furibunda natantes,*
*His tersi ſtimulis incurſant nauibus altis,*
*In tanto volnus luctantia membra dolore,*
*Et Thynni & Gladij dire vexantur aſilo,*
*Non arcere queunt, non hanc propellere peſtem:*
*Concitat, armantur rabie, furiuntq; dolore,*
*Exhorret vultus, bacchantur in æquore lato,*
*Et ſæpè in terram ſaliunt è gurgite vaſto,*
*Et vitam in tanto mutant cum morte furore.*

Cur ſub pinna hæreat aſilus.

Quod autem ſub pinna magis quàm alijs corporis partibus aſilus hæreat, fit, ob cuticulæ eo in loco tenuitatem, ideoque ad erodendum facilem. De cibo quo hoc genus piſcis vtitur, hæc paucula inuenio, Ariſtoteles [k] primùm accenſet Thunnum ijs qui carne tantùm veſcuntur, mox verò ibidem magna quidem ex parte carne nutriri ſubdit, ſed algam quoque tangere, noſque pauiò ante algoſa loca in Oceano habitare, ex libro qui ei attribuitur, de admirandis narrationibus tradidimus. Polybius Magalopolitanus, vbi [l] agit de Luſitania quæ in Iberia eſt, ſcribit, referente [m] Athenæo, Thynnos quercuum ibi in mari naſcentium glandibus pingueſcere, vt nullus (inquit Athenæus) aberrauerit, qui marinos ſues illos nominauerit. Idem habemus apud [n] Strabonem, qui ſimiliter Polybium citat. *Querna etiam* (inquit) *quadam glande ſaginantur, quæ ad mare naſcitur, humilis admodum, at ſerilem ingentemq; impendio producens fructum, quæ quidem copioſa & ipſa generatur terra Hiſpana, ingentes ſanè radices perinde ac integra quercus habens, quæ profecto ab humili radice tollitur minus. Tantum verò fructum affert, vt poſt maturitatem litora & extra columnas & intra, glande referta ſit, quam æſtus aquarum eiectat: caterùm intra columnas ſemper minus ac minus reperitur. Vt autem author eſt Polybius, vſque ad Latinam ipſæ glandes emittuntur; niſi Sardinia quoque inquit, & huic vicina regio ferat. Verùm Thunni ipſi quo magis columnis propinquant, ex anteriori delati pelago, eo amplius eſca deficiente macerantur. Hac in mari belua ſemper adeſt, plurimùm glande gaudens: cuius cibo eximiè pingueſcit: cumq; glandium fuerit vbertas, & Thynnorum ſit vbertas.* Hactenus Strabo. Pingueſcere autem in tantum Thynnos ait Ariſtoteles, [o] vt etiam dehiſcant. helluoneſque ac valdè voraces eſſe ex eo licet colligere, quòd ne ab ouis proprijs fœtibuſque ſibi temperent, quemadmodum teſtatur idem Ariſtoteles his verbis: *Thunni omnium maximè piſcium gaudent tepore & ob eam rem arenam & litora adeunt: per ſumma etiam maris innatant, quo teporis potiantur. Piſciculi autem propterea ſeruari poſſunt, quia ſperneuntur: maiora enim magni ſequuntur, ſed ouorum & prolis magna pars proinde abſumitur: Cùm enim piſces deſiderio teporis, loca fœturæ adeant: liguriunt, quicquid attigerint.* Hinc dirus & ſceleratus appellatur ab Oppiano, eandem voracitatem, inque prolem impietatem deſcribente,

[k] L 8 Hiſt. cap 2.
[l] Lib. 34.
[m] Lib 7.
[n] Lib. 3.

Ves marini.

Vt pingueſcant.

[o] L. 6. Hiſt. cap. 17.

Voracitas & impietas.

Teporem amant.

Cur ſceleratus dictus.

*At diro Thunno non eſt ſceleratior alter,*
*Offendit quicquid, rapidam demergit in aluum.*
*Et nullus piſcis tanta impietate notandus,*
*Namque ſoluta parens partu, priuata dolore*
*Non parnis parcit natis ſæuiſſima mater.*

Et rurſus:

*Collecti parinnt calamis, partuq; ſoluto*
*Mulsa oculsa fegunt, hac lati tempore veris*
*Ona vorant ſubito, & laterant ſub dentibus atris,*
*Pelamydes gignunt.*

# ÆTAS.

Quàm diu viuant.

VIta Thunnis (inquit Plinius) longiſſima biennio: ex Ariſtotele nimirum, qui præ nimia pinguedine dehiſcere ait, nec poſſe plus quàm biennio viuere, eiuſq; rei argumentũ piſcatores inde deducere, quòd cùm aliquando Thynnides (Gaza Pelamydes vertit, nos eos intelligi diximus, qui Pelamydibus maiores, Thynnis verò minores ſunt) anno vno defeciſſent, Thũni quoq; ſubſequẽte defecerint. Verũ vterq; ſibi ipſi refragatur. Quis enim ſibi perſuadeat hoc genus piſcis intra biẽnij ſpatium

A ſpatium ad tantam excreſcere magnitudinem, ut quindecim talenta pendeat, caudaque duo cubita & palmum lantudine expleat, quod tamen de Thynno illi tradunt, quanquam apud Ariſtotelē caudæ interuallum, non ad duo ſed quinque cubita fuiſſe legimus, proportione inæquali. Quod ſi itaque biennium uitæ non excedunt, quo modo euadent tanti? Quotidiana experientia (inquit Salmanus) Thynnos capi uidemus, quos corporis magnitudine, ſquamarum craſſitie, & carnium duritie, biennio multò prouectiores eſſe fateri oporteat. Nec piſcatorum quo utitur, argumentum multum habet efficacitatis, nam cùm Thunni increſcente ætate, Thynni nomine derelicto, in alias ferè ſpecies euadere conſueuerint, nō, niſi ſuperiore anno deficientibus Pelamydibus, deficiunt, & anno ſequenti Thynni vocantur, non eos ob id obijſſe, ſed in aliam potius velut ſpeciem quandam, vel priori nomine poſthabito, mutatos eſſe credendum eſt. In qua ſententia Iouius quoq; eſt: completo nempe biennatu non quidem deficere, ſed alijs nominibus appellari.

## SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

B AQuilam comitantur degeneres auiculæ, vt ex prædæ eius paſcantur reliquijs. Simile quid de Cepphis auibus & Thunnis memoriæ prodidit [a] Oppianus: haſce nimirū volucres ſele Thunnis præbere comites, quòd ab his piſciculorum quos dentibus ſuis diſcerpunt, caruncułæ aliquot in aquis relinquantur, quæ ab ipſis abſumuntur. Sunt autem Cepphi ex Lararum genere, vt in tertio Ornithologiæ noſtro tomo oſtendimus. Apparet etiam Thunnos humani generis amatores eſſe, maximè verò qui inter eos Pompili vocantur, cùm tanta dulcedine per aliquot horarum ſpatia & paſſuum millia, nauigia velis euntia comitentur, vt ne tridente à gubernaculis quidem in eos iacto ſeparari queant, vt antea [b] ex Plinio diximus. Strabo author eſt, cùm gregatim præter Italiam acti elabuntur, & Siciliam attingere prohibentur, in maiores incurrere beluas, vt puta Delphinos, Canes, alioſq; Cetaceos, & ex eorum venatione Canes & Galeotas, quos (inquit) Xiphias, id eſt, Gladios appellant, pingueſcere ferri. Et Iouius (ex hoc fortè Strabonis) tradit Thunnos Maio menſe irrumpere in mare noſtrum ex Athlantico Oceano, cogentibus Xiphijs piſcibus, qui telo à roſtro prominente inſtructi, eos toto mari proſequantur. Et Andreas Matthiolus tradit non aliter ab ijs gregatim in fugam agi quàm ouium greges à Lupis. Balænas quoq; pernultas in Taprobanæ mari eſſe aiunt, qui vt [c] Aelianus tradit, Thunnis inſidiantes in terram non exeant.

[a] *In Ixeuticis.*

*Homines amant.*

[b] *L. 1. Geog. Gladij inſequuntur Thunnos.*

[c] *L. 16. c. 18.*

C

## CAPIENDI RATIO.

THunnorum piſcationem Itali Siculiq; teſte [a] Aeliano κτηΐαν appellare ſolent: locum verò vbi reponi ſolent magna retia, cæteraq; inſtrumenta quibus captari aſſueuerunt κτηθηρίαν (magnos enim Thynnos in Cetaceorum numerum refert) Vlpianus Thynnariam, Plinius Cetariam, locum vbi capiuntur. Thunnarij verò Theodoro ſunt ipſi piſcatores, Varroni Cetarij, Græcis θυννοθῆραι. Olim alios alio modo hoc genus piſcium cepiſſe inuenio. Thraces ſupra Melanem ſinum per hyemem teſte Oppiano ſic capiebant. Lignum craſſiſſimum, non longius tamen cubito, plumbo ex altera extremitate & crebris vncis funè longiſſimo ligatum, nauigantes piſcatores, qua profundiſſimus eſt ſinus, ad fundum maris immittunt. Fertur id magna vi pondere ſuo, & quaſcunque circa vada in limo contigerit, Pelamydes configit. Tum illi celeriter extrahunt cum transfixis miſerabiliter piſcibus lignum. Alij vero retibus eas capiunt noctu, quo tempore propter timiditatem (metuunt enim quicquid in mare inciderit) circa vadum congregantur. Itaque piſcatores diſpoſitis retibus, remis & contis ſummum mare verberantes, quantum poſſunt, ſtrepitum cient. Pelamydes verò ſplendore ſimul & ſonitu perculſæ, in rete ceu refugium quoddam trepidæ confugiunt & extrahuntur, in anguſtum præ metu collectæ, dum funes quibus trahitur rete commotos timent. Interea piſcatores dijs vouent, ne quid exiliat & cæteris viam monſtret. Hoc enim viſo, mox omnes euadūt. Quodſi nihil aduerſi eueniat, plerumq; in ipſam terram Pelamydes retia relinquere nolentes extrahunt. Aelianus verò, cùm Thunni circumretiti tenentur, piſcatores tradit Neptuno malorū depulſori vota facere, ne Gladius piſcis, neue Delphinus in captiuorum numero ſit: quoniam ſæpe Gladius magnus lacerato rete, Thynnorum grege irretito, exeundi ex laqueis facultatem dedit. Delphinus etiam ad molliendas retibus inſidias acerrimus, ijs pernitiem affert, ac dentibus conficit. Qui verò Heracleam, Tion, Amaſtriam, Ponticas vrbes incolunt, planè ſciunt (inquit idem [b] Aelianus) quo anni tempore eiuſmodi piſces eò accedant, quare permulta contra eos inſtrumenta comparant, nauis [illegible] in excelſum excitatam, quam in litoris eminenti loco, & circumſpectum facilem habent [illegible] conficiendi rationem moleſtum mihi non erit explicare: Tigna bina procerriſſima

[a] *L. 13. c. 16*

*Vt à Thracibus caperentur.*

*Vt retibus inuoluantur*

[b] *L. 15. c. 5.*

riſſima abiegna excitant,intercepta & iuncta inter ſe,trabibus latis & crebris immiſſis,& facilem aſſen ſum ſpeculatori præſtantibus.Singulæ naues vtrinque ſex iuuenes expeditè remigantes habent. Retia bene longa ſunt,non admodum leuia & quæ magis deprimantur plumbo, quam leuentur ſuberibus. Copioſi autem iſtorum piſcium greges in ea feruntur. Itaque verno Sole illucente,ventis placidè & tranquillè flantibus,cælo læto & quaſi ridente,conquieſcente à tempeſtatibus mari, frequentes Thynnorum piſcium greges appropinquant,quod quidem ipſum ſimul ex ſpecula prudenter & acutè ſpeculator proſpexit,piſcatoribus vnde veniant, denunciat. Hi ad vocis ſignificationem retia tendunt. Iam ſi intra retia ingrediantur, ſicut dux exercitus, vel choro præfectus, hoc ipſum ſigno datò edocet. Itaque ſæpe totum gregem capit, & non aberrat à ſcopo, nec deſiderio fruſtratur. Cũ verò Thynnorum cohortes in altum ſeſe incitauerint, is qui ex ſpecula acerrima oculorum acie horũ actiones obſeruat,contenta voce exclamat, rectà ad altum remigationem contendendam, illucque inſequendos eſſe:hi porrò alligato ad alterum tignum quod ſpeculam ſuſtinet,perlongo retium funE, naues ordine remis propellunt,ita vt inuicem non ſeparentur: nam & rete in ſingulas diſtributum eſt naues. Et prima nauis, ubi ſuam retis partem eiecit,diſcedit. hoc idem facit deinceps ſecunda, & tertia & quarta. Qui quintam remis impellunt,interim ſeparant,ut mox eiecturi uideantur. Reliqui verò nunquam laxare debent. Deinde alij alio remigant & pro ſe quiſque retis partem trahit, poF ſtea quieſcunt. Thynni verò circumuallati perignauiam & timiditatem non ſe loco mouent, itaque conferti comprehenduntur:& remiges tanquam ciuitate aliqua in poteſtatem redacta,totum piſcium populum capiunt. Norunt hæc & teſtantur tum Eretrienſes, tum Naxij hac piſcatione inſignes, vt Herodotus & alij referunt. Noſtris temporibus à Gaditanis non longè ab Herculeo freto Maio & Iunio menſibus ſumma ſpectantium voluptate capiuntur, nam cùm ſimpliciſſimi ſint ſimul & timidiſſimi,à Gladijs piſcibus haud aliter quàm ouium greges à lupis gregatim aguntur; faciléque vadis ac litoribus intruſi retibus inuoluuntur, maximè verò ſi populi ad iucundiſſimam iſtam piſcationem accurrẽtis accedat clamor,tympanorum ſonitus,ac bellica puluere & igne concrepitantia terriculamẽta. Quin adeo timidos eſſe reperio, vt demiſſis tantùm funibus dum ad litora acceſſerint, ad altum conuertere ſe non audentes, tandem ſeſe capi ſinant. Haud peruulgatam, nec à ſeria conſideratione alienam,ideoque minimè ſilentio inuoluendam capiendi Pelamydes rationẽ habemus apud eundem [c] Aelianum: Decem iuuenes ad ſummum ætatis vigorem floreſcentes expeditam nauem & celerem conſcendunt,& ſimulatque ſe cibo expleuerint, pariter continuò æqualiterque in vtrumque nauis latus diſtributi remigare contendunt, atque huc illuc errant. Eorum vnus aliquis ad puppim ſedens, armatas hamis lineas (binas nempe)quibus & aliæ annectuntur,ad vtramque nauis partem demittit, tum ad ſingulos hamos eſcam ex Purpura Lacæna confectam ſtrictè religat. Tum Lari marinæ auis pennam ad hamum quemque alligat, vt ab occurrente aqua ſenſim ac leuiter agitetur. Pelamydes autem eſcæ ſic inſtructæ illecebra illinitæ in hamos innatant. Cùm autem ex ijs aliqua liguritione apprimè ſtimulata,os in eſcam impegerit, tum reliquæ conſequentes hamis configuntur, vt hami ob multitudinem vno eodemque tempore transfixorum piſcium vexentur. Iuuenes verò remigare deſiſtentes,de tranſtris ſurgunt ad ſubtrahendas lineas multitudine piſcium onuſtas: quos poſteaquã in nauem ſubduxerunt,ſecundiſſima piſcatio ex permagno piſcium numero apertè oſtenditur. Idem tradit ſeſe audiſſe Celtas,& Maſſilienſes, atque omnem Africam maximis & firmiſſimis hamis ferreis Thynnos comprehendere ſolere. Oppianus Coracino eſca capi tradit: & ad Thynnos tantummodo eſcam hanc reperio apud Tarentinum: *quinque nuces regias comburens,cineremque conuertens cum ſampſycho & puriſſimo pane,perfuſo aqua,cumque caprillo caſeo contundito, quibus vtitor, poſtea inſtar paſtæ confectis*. Magnos verò Thunnos fuſcinis quoque vulneratos capi ſolitos,Suidas annotauit,idque Θυνάζειν appellari; quod & Ariſtophanis Scholiaſtes meminit in Veſpis, vbi explicans hæc verba: Εἶτ' ἰσταμένω Θυνάζοντες εἰς τὰς θυλακὰς: οἱ δ' ἴφιγγον τὰς γνάθους καὶ τὰς ὀφρῦς κεντοῦντες: Θυνάζειν interpretatur pungere per metaphoram ab illis qui Thynnos fuſcinis punctos capiunt. Huc quoque alluſerit potius Lucianus [d] his verbis, εἰτ' ἐμοὶ ὥσπερ ὑμῖν ἀποθύσαι, id eſt, *ſi mea ita vobis expuncta ſint*, quam vſurpauerit per iocum pro eo quod eſt contemni,tanquam piſcis vilis ſit & parui pretij, vt author adagiorum contendit, qui Θυνίζειν interpretatur ſtimulare vel pungere, vel quòd hic piſcis, quo palato ſit gratior,pungi ſoleat,vel quòd ipſe piſcis adurat, pungatque contactu: neutrum enim apud bonos authores inuenias. Ad eandem capturam reſpexit Ariſtoteles, dum ait: *Thynni dormiũt præſertim noctu ita ſopiti, vt ne iactu quidem fuſcinæ moueantur*. Athenæus author eſt difficulter capi, cùm paruus adhuc fœtus eſt, vbi verò excreuit,& œſtro inteſtatur, facilè.

*Vt nunc à Gaditanis capiantur.*

*Fuſcinis feriebantur. Θυνάζειν quid.*

[c] *L. 10. c. 15*

[d] *In Ione Tragœd.*

A

## VSVS IN CIBIS.

ETſi ſuauiſſimis piſcibus Thynnus non ſit conferendus,(inquit Saluianus,) ſapidus tamen & haud negligendus vbique ferè cenſetur: cæterùm non quouis anni tempore æquè laudabilis. Athenæus tum cibo eum aptum eſſe ſcribens,cùm ab aſilo agitari deſierit, alijs tẽporibus ineptum eſſe non innuit, ſed tantùm tunc meliorem eſſe,quod vel Ariſtoteles [a] etiam teſtatur, qui propterea æſtate deteriorem eſſe ait,meliorem verò poſt Arcturum,cùm ab ea peſte requieuit: imo verò magna ex parte ſuauiſſimi ſunt,cùm latent,vt Plinius tradit,pingueſcũt verò à latibulo maiorẽ in modum,vt Ariſtoteles. Rurſus totus piſcis haud æquè ſapit,nam(vt antea ex eodẽ Plinio diximus) membratim cæſi,ceruice & abdomine commendantur,atque clidio. Abdomen celebratum fuiſſe habemus etiam apud Athenæum his verbis: Laudatur imus venter Thynni,ſicut Eubulus teſtatur in Iaue: *poſtea ad te opulenti aſſatorum Thynnorum nauigant ventres imi.* Ariſtophanes in Lemnis: *Non Ecoticam Anguillam,non Glaucum, non imum Thynni ventrem.* Strattis in Atalanta: *Abdomen Thynni, extremaſque partes drachma emes ò fili.* Eriphus in Melibœa. *Hæc quidem inopes non poſſunt emere,*
B *Thynni imum ventrem,Lupi caput,Congrinè,aut Sepias: quæ ne Deos quidẽ valde deſpicere cenſeo.* Et Lynceus Samius,cùm quidam Thynnorum abdomina laudaret,*Omnino,* (inquit) *Verum ita edere oportet, vt ego ſoleo: Et cùm is de modo interrogaret: libenter reſpondit.* Aliàs idem Athenæus à veteribus commendari ſcribens τῶν πτύχων θύννου τὰς ὑρριαῖας, videlicet σαρκας, abdomina intelligit: ὑρρον enim Suidæ & Scholiaſtæ Nicandri eſt pars vmbilico ſubiecta, idem quod ὑπογάστριον, vt ſcribit Pollux, qui hinc ὑρρίδια τέμαχη comicis vocari ibi annotauit. Celebratur autem imus huius piſcis venter, quòd(vt de Orcyno priuatim annotauit Diphilus) tener ſit, orique gratus, & (vt Hiceſius ait) quòd cæteris partibus pinguior ſit,ſaporeque melior. Hinc apud Gellium, Lucilij hunc locum citantem: *Abdomina Thynnia ventribus priuabo,* lego Thynnia vel Thynnæa. Clidium laudat Ariſtophanes in Perithoo; Orcyni Hiceſius & Diphilus: Alexis verò caput (cuius & in Attica cæna Parodus Matron meminit,) Antiphanes caudam. Iam verò ſi ſanitatis ratio habenda eſt, ſalſamenta potius quàm recentis piſcis quamlibet partem,præferemus. nam licet ſuaues quidem in cibo ſint, vtpote pingues, graues tamen ſunt,& difficiles concoctu,vt alia quoque gregaria non ſquamatorum piſcium genera, ideoque maximè ſaliri, inquit Mneſitheus) poſſunt,& inter ſalſamenta optima ſunt. Diphilo quoq; Thynni & Thynnides graues ſunt,& multùm alunt, Plinio graui ructu,etiamſi laudatiſſimæ edantur
C partes,Xenocrati apud Oribaſium ſtomacho inepti,mali ſucci,flatulenti,ſcabri, difficiles ad excernendum,Pſello crudos humores generant. Nicolaus Myrepſicus inter alia podagricos Thynnis & Pelamydibus abſtinere iubet, & Trallianus in epilepſia ex piſcibus præſcribit,qui ſuperfluitate vacant: pingues verò interdicit & Cetaceos,vt Scombrum & Pelamydes. Sed quid alios cito? quando medicorum princeps Galenus id duobus in locis teſtatum reliquerit. *Ex piſcibus* (inquit) *qui Cetacei generis habentur,vt Thunni, craſſo, tenaciq; ſucco ſunt: Pelamydes verò magis ad mediocritatem accedunt.* Et aliàs: *Ex genere piſcium dura carne præditorum ſunt etiam Balenæ,Delphini,& Phocæ, ad quos proximè magni Thunni accedunt, quanquam non æquè ac prædicti in cibo ſunt iucundi. Inſuaues enim ſunt hi & præſertim recentes,nam ſalſi euadunt meliores. Thunnorum autem caro qui & ætate & corporis mole ſunt minores,non perinde dura eſt,eoq; hi facilius etiam concoquuntur:& ijs adhuc magis Pelamydes quæ laudatiſſimis ſalſamentis non cedunt.* Quò itaque ætate minor eſt Thunnus, eò teneriori eſt carne, contrà ac Plinius indicare videtur, Orcynum,qui aliàs ob ingentem corporis molem Cete nonnullis vocatur vetuſtate meliorem eſſe inquiens: ſed hic ad ſaporis gratiam,ille ad ſalubritatem reſpexit; quare non probo,vt apud Plinium pro melior legamus,vel maior,vel peior,vt Rondeletius & Saluianus volunt, nam & Archeſtratus Orcynũ deorſi conuiuijs dignũ eſſe dixit: Adde quòd vel maius euadere,vel quo
D ad alimentũ deterius pleriſq; animalibus cõmune ſit,ſi idem Orcyno accidere dicit Plinius,quid quæſo dicit rariꝰ rarũ uerò notatuq; dignum,uetuſtate meliorẽ euadere piſcem. Scio tamen Orcynum Diphilo piſcem eſſe lutoſum,durioremque Chelidonia,ſed hoc ille de eo ſimpliciter dicit: nec obſtat, talis cùm ſit,meliorem ac pinguiorem ætatis progreſſu fieri. Xenocrates ſimiliter ac Plinius Orcynum Tritoni ſimilem faciens,inſignem vetuſtatem ferre dixit, idque intelligi,quia difficiliùs vitietur. Eodem authore Pelamys exigua ori grata eſt,facilè corrumpitur,facileq; excernitur. Inter ſalſamenta Pelamydes & quæ Saxitana appellantur,iudicio Galeni primas obtinent. Ad apparatum modò quod attinet,Mneſitheus præſtare ait,ſi aſſentur,propterea quòd eorum pingue ſic liquetur. Platina recentem Thynnum pipere,cinnamomo,coriandro tritis,cæpa cocta & conciſa,aceto, melle & oleo condiri præcipit. Similiter & Saluianus fruſta recentis Thunni contrito coriandro & ſale prius conſperſa & verubus affata,continuataque cùm aſſantur aceti & olei inſperſione feniculi vmbella irrorata, ſapidiſſima effici teſtatur: huicq; recentium Thunnorum condituræ (qua locis pleriſque,inquit,vtuntur) haud abſimilem conficiẽdæ Archeſtratum his verſibus; ex Natalis de Comitibus verſione.

*Quando melior.*

[a] *L. 8. Hiſt. cap. 13.*

*Quando pinguſcant. Abdominis laus.*

*Clidium. Caput. Canda. Salſamenta.*

*Cur abdomẽ laudetur*

*Orcyni caro qualis.*

*Pelamydis caro. Apparatus*

*Poſtre-*

*Poſtremam Thynnę partem, quam Thynnida dico,*
*Commodius rectè, hanc aſſato providus omnem.*
*Tinguito adhuc acri calida in ſalſugine frusta,*
*Huic ſimilis ſuperis ſpecies naturaque Thunne.*
*Ingentem, cuius Byzanti eſt fertilis, orâ*
*Et ſale conſpergas tenui, hinc vngantur oliuo,*
*Nam ſi ſicca velis edere, hæc generoſa videbis.*
*Quæ mox deperijt, ſi conſpergatur aceto.*

Platina Palmitam (ſic Pelamydem vocat) coqui condiriq; ſcribit, vt Stirio ſolet. At ſi parua admodum fuerit, iubet vt frigatur, ac petroſelino, ſuccoque mali aurantij aſpergatur. Iouius verò recentes palpas rectiſſime coqui affirmat in vino Corſicano & oleo, pipere etiam cum cepis minutatim cæſis ſuperaddito, idq; genus condimenti Liguribus Azeminum vocari. Et Athenæus Thunnum alicubi ceteris piſcibus præferri ſcribit ἐν μύττωτῳ. Ita Græci vocant intritum ex allijs & quibuſdam alijs acrioribus condimentis. Falconius Hetruſcus referente Iouio plebeius ganeo ſed eruditioris gulæ, cùm in Hiſpania cetarijs præeſſet, nouum & ſapidiſſimum obſonij genus e Thynnorum ventre commentus eſt: circumciſo abdomine vmbilicos enucleando, & lardo acetoq; & laniculo incluſos caduis condiendo; ita vt mox id cibarij genus plerique appeterent, ac propter iucunditatem mirarentur, quem (vmbilicum) modò vt inutilem ex officinis euerrere conſueuiſſent. Sanæ verò partes ſiue pingues, quas vulgus noſtrum (vt monuimus) Tarantellum vocat, ſiue macræ, quas Tonnam dicunt, fuerint, octo aut decem horis macerantur in aqua, vt ſalſedinem deponant, mox elixantur, effuſa priori aqua, & ex oleo & aceto inferuntur. Platina vt ſalſadinem melius exuat Tarantellum, aquæ, qua macerantur, furfures miſcet, dein bene lotum ac repurgatum in aqua haud multum coquit, exemptum & aceto bene maceratum edi iubet, monetque eſſe qui aromata dulcia inſpergant. Tunninam verò in aqua tepida ſex horas innatare oportere, ſi purgatam velimus, eiusdem parum admodum, ex aceto comedi: eſſeque omnia iſthæc peſſimi alimenti ſalſamenta. Cardanus vulgo terri ait, hæmorrhoides inducere. Ius in Cordylam aſſam condiendam apud [b] Apicium habet piper, ligusticum, cuminum, cepam, mentam, rutam caluam, careotam, mel, acetum, ſinapi, & oleum. [c] Ius Pelamydem, & Thynnum ſalſos ſapidiores faciens, habet piper, ligusticum, cuminum, cepam, mentam, rutam caluam, careotam, mel, acetum, ſinapi & oleum. [d] Eodem authore Thynnus hoc iure ſapidior euadit: Piper, cuminum, thymum, coriandrum, cepam, vuam paſſam, acetum, mel, vinum, & oleum calefacies, & amylo obligabis, ac menſis inferes. Ius in Thynno elixo, ex eodem: Piper, ligusticum, thymum, condimenta mortaria, cepam, careotam, mel, acetum, liquamen, oleum & ſinapi, obligabis.

*Azeminū. Myttotum.*

*Obſonij nouum è ventre.*

*Ius in Cordylam.*
*[b] L. 9. c. 10.*
*[c] Ibidē c. 11*
*[d] L. 12. c. 4.*

## VSVS IN MEDICINA.

REcens ſalituſque editur Thunnus, ſimiliterque in medicinæ vſum cedit: Sanguinem, fel, & iecur ſiue recentia ſiue ſeruata, piſlotri vim habere Plinius [a] author eſt: Iecur verò etiam tritum, mixtaque cedria, plumbea pyxide aſſeruatum: ita pueros mangonizaſſe Salpen obſtetricem. Ab alijs ſanguis celebratur. Symeon Sethi genis illitum, barbæ ac pilorum exortum prohibere ferri tradit. Et Aelianus eum qui extremam pueritiam nondum exceſſerit, non pubeſciturum pollicetur, ſi Thynni ſanguine illinatur. Inuenio etiam apud [b] Galenum nonnullos cicutæ ſemine trito, ac Thynnæ ſanguine excepto ad pilos palpebrarum pungentes, præuulſis pilis illeuiſſe. Cardanus cauſam reddit huius facultatis, quòd frigidus & craſſus hic ſanguis ſit. Attalus adipe ad vlcera teſte Plinio [c] vſus eſt, ſiue, vt alij legunt, ad vlcera oris. Idem author eſt Pelamydum capitis cinerem verendorum puſtulas diſcutere. Inueteratam Thunni carnem (omotarichum) tradit Dioſcorides [d] ijs auxiliari quos Præſter ſerpens momorderit, verùm oportere ſalſamentum id largiùs ſumi, copioſo vino ſubinde hauſto, atque vomitionibus reddito: (Hoc alij Sardæ priuatim aſcribunt,) ijſque etiam accommodatiſſimam eſſe, qui acrioribus cibis ad ciendum vomitum indigent: canum denique morſibus vtiliter imponi. Plinius [e] verò contra canis rabidi morſum, contraque Draconem Cybium dixit auxiliari: & Galenus quoque vocatum Cybium vulneri à cane inflicto vtiliter imponi alibi refert. Eundem omotarichon Archigenes apud [f] Galenum ad ſugillata in oculis diſcutienda, exprimit, dein in vino odorato tritum imponit. Plinius Pelamydum ſalſarum capitum, vel Cybiorum cinerem cum melle conferre ait ad condilomata. Vrendi modum docet Marcellus Empyricus, commendatque pro dentibus. Cybium (inquit) optimum ac vetuſtiſſimum ollæ inditur, atque argilla circumlinitur, & furno ardenti obijcitur, vt ad cinerem Cybium excoquatur. Tunc adiecto Pario lapide contuſo, ſalſamenti ſupradicti fauilla conteritur. Hoc dentibus ita bonum eſt vt ad inanitatem dentes non ſinat peruenire. Cybia vetera eluta in nouo vaſe, deinde trita prodeſſe dentibus diſcimus ex eodem Plinio [g] item aluum purgare, priuatimque pituitas bilemque extrahere: [h] nec non vlcera cacoéthe & nomas & putreſcentia vetere Cybio ſanari.

*Iecur.*
*[a] L. 32. c. 10*

*[b] Lib. 4 de comp. med. ſec. loc. c. 12.*

*[a] Adepſ.*
*[c] L. 32. c. 8.*
*[d] L. 2. c. 30.*

*[e] L. 32. c. 5.*

*L. 5. de cōp. med. ſec. loc. cap. 5.*

*[f] L. 32. c. 7.*
*[g] Ibid. c. 9.*

DE

# DE POMPILO. Cap. XIX.

## SYNONYMA. ETYMVM.

OVi Græcis Πομπίλος vocatur, nomen inuenit ab officio, nimirum παρὰ τὴν πομπήν, hoc eſt, deductione, qua tranſmittendum aut tranſuehendum curamus eum, qui nobiſcum aliquandiu eſt verſatus. Pompilum enim hominem fuiſſe aiunt, πορθμέα id eſt portitorem, vt Aelianus, vel vt Athenæus habet, θαλασσεργὸν, id eſt, piſcatorem, qui ab Apolline, quòd Ocyrhoën puellam tranſuecifſet, in nominis ſui piſcem immutatus ſit; niſi dicamus ſic dictum hunc piſcem quòd nauigantibus in alto mari ad continentem ferè vſq; comitetur, quod Oppiano placuiſſe video his verbis: Πομπῆ δ' ἐτιθήμισαν ὄνομα νηῶν, vnde & ἱερὸς ἰχθὺς, id eſt, ſacer piſcis nomine cum alijs quibuſdam piſcibus communi, tanquã ſeruator nauigantiũ dicitur. Imprudẽter autem huius appellationis authorem citat Callimachũ. Hic enim Pompilum nõ nominat, ſed ſimpliciter ἐν ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθὺν: Verba Athenæi citantis Callimachum ſunt hæc: Καλλίμαχος τὸν χρύσοφρυν, ἢ μᾶλλον χρύσεον ἐν ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθῦν, ſubaudi καλεῖ, id eſt: Callimachus Chryſophryn (id eſt, aureis ſupercilijs piſcem) aut magis aureum in ſupercilijs ſacrum piſcem appellat: quare cùm Aurata ab aureis ſupercilijs, Græcis χρύσοφρυς nominetur, Auratam hîc potiùs intelligi docti volunt, & quidam etiam Pompilum Auratæ eundem eſſe hinc crediderunt. Plinius Latinè Pompilum bis nominat, ſemel pro Nautilo, (vbi non Pompilus, ſed Polypi ouũ legendum eſſe in Nautili hiſtoria indicauimus) ſemel pro hoc, quo de agitur, piſce. Hermolaus etiam Pomphilum dici ſcribit. Inuenitur & apud [a] Aelianum πώμπιλος; cæterùm meo iudicio mendosè, nam aliàs [b] πώμπιλος apud ipſum ſcribitur.

*Pompilii fabula.*

*Piſcis ſacer.*

*Pomphilus.*

[a] *L. 2. c. 15.*
[b] *L. 15. c. 23.*

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

POmpilum è Thunnorum genere eſſe Plinius docet nos his verbis: *Thunni ſæpe nauigia velis euntia comitantes, mira aliqua dulcedine per aliquot horarum ſpatia & paſſuum millia a gubernaculis non ſeparantur, ac ridente quidem in eos ſæpius iacto terreri. Quidam eos qui hoc è Thunnis faciunt, Pompilos vocant.* Non itaque Plinius Pompilum à quibuſdam inter Thynnos numerari ſcribit, vt Rondeletius arbitratur, ſed ipſemet inter Thunnos numerat, & eorum qui naues comitantur, peculiariter à quibuſdam Pompilos appellari ait, Thunnos fortaſſis vocans omnes Cetaceos piſces: nam Thunnos propriè dictos nauigantes comitari apud alios non reperio, arbitrorq; id alijs etiam Cetaceis commune eſſe, & ſi Thunnos propriè dictos intelligit, ſolus ex eorum genere eſſe dixerit. Athenæus quidem Pelamydi ſimilem eſſe inquit ex Dionyſio Iambo, ſed agnatum eſſe non inquit. Idem & ποικίλον id eſt, varium vocat. Rondeletius cùm ob has notas, tùm quòd pelagium piſcem eſſe veteres teſtentur, tùm verò maximè quod experientia comprobatum habeat naues comitari, genuinum Pompilum eſſe arbitratur, cuius hic icon expreſſa cernitur, Thunnis Pelamydibuſq; ſimilis eſt, pelagius, rarus tamen apud ſuos, adeo vt vulgare nomen non inuenerit. Squamis caret: à brãchijs ad caudam linea magna, curua ducta, à qua ad ventrem lineæ multæ tranſuerſæ interpunctæ deſcendunt: ſupra lineam dorſum varium eſt & maculoſum. Os eſt medium, dentes parui pro corporis magnitudine. Pars quæ ſupra & inter oculos eſt, flaueſcit, auriq; colorem imitatur. Pinnas habet quatuor, duas ad branchias, duas in ventre: aliam a podice ad caudam: in dorſo aliam. Cauda in vnicam deſinit non diuiſam, neq; creſcentis lunæ figura Thynnorum Pelamydumque more.

*Quomodo ex Thynnorum genere.*

*Pompili Rondelet. deſcriptio.*

Pompilus Rondel.



# LOCVS. NATVRA. MORES.

[a] Lib. 1. Pompili (inquit [a] Oppianus) *pelagij piſces, quos venerantur nauta, à comitatu nauium ſibi nomen inuenerunt. Mirificè enim & peculiari quodam ſtudio erga naues in alto vectas afficiuntur, & curſum earum ſubſiliunt, alij ad latera, alij ad puppim, ad proram alij perſeuerantq; adeo, vt non ſponte eos comitari putares, ſed vinculo ad nauim aſtractos trahi. Vbi verò terram præſenſerint, rurſus vniuerſi retrorſum (tanquam à meta ad carceres) redeunt relictis nauigijs. Hinc nautæ terram propè eſſe certò cognoſcunt.* Eadem ex Oppiano mutuatus eſt [b] Aelianus. Pompili piſces pelagij omnium maximè pi-

[b] Lib. 15. ſcium quos auditione accepimus, in ima ſede maris verſari ſolent: ſiue ipſi terram malè oderunt, ſiue hæc illorum odio tenetur. Hi autem ſic circa naues altum ſecantes, tanquam amicas cõcurſant, eaſq; huc illuc ſaltantes ſtipant. Et homines quidem qui naui vehuntur, quantum à terra abſint, prorſus ignorant: & ipſi etiam nautæ à vero aberrare ſolent. At Pompili tanquam ſagaciſſimi canes,

*Pãpili nauis prudentiores.* qui propinquam præſentiunt prædam, ſic terram non longè abeſſe, antè multò ſentiunt: idcirco non tanto amplius ſtudio nauium tenentur, longiùs eos vt perſequi comitando velint: ſed quaſi ſigno ad abeundum ſublato, frequentes in altum redeunt: vnde nautæ continentem, tametſi faſcibus eam non E aſſecuti, ſed à Pompilis eruditi, propinquam eſſe ſentiunt. Meminit item Ouidius, inquiens:

*Tuque comes retium, tractiq; per æquora ſulci — Qui ſemper ſpumas ſequeris Pompile nitentes.*

Et Nicander libro ſecundo Oetaicorum apud Athenæum.

Πομπίλος ὅς ῥά τε ναύτῃσιν ἀδημονέουσι κελεύθους — Μυθεῖται φιλέρωτι καὶ ἀφθόγγῳ περὶ δαίμονι. id eſt:

*Pompilus qui nautis anxijs viam tutam — Indicare libenter ſolet, vel quoniã vocali animante melius.*

Sine idoneo itaq; authore Nic. Leonicenus Pompilũ nauigia vſque in portum comitari & deducere perhiberi ſcribit; nam ex ijs quæ diximus, cùm terram etiam à longè præſenſerit, naues deſerere conſtat. Gaudet vmbra, idq; ipſis malè ſæpè cedit, vt modò patebit.

# CAPIENDI RATIO.

[a] Lib. 4. CVm vmbra gaudeant, fit (inquit [a] Oppianus) vt piſcatores proiectis in mare faſcibus arundinum appenſo lapide quo firmentur, ſub illis collectos hamis facilè capiant.

# ANTIPATHIA. G

[a] Lib 7. *Delphinus Pompilum deuorat.* PAncrates Archas referente [a] Athenæo ſcribit Pompilum hoſtili odio à Delphino perſequi, neque hoc tamen hunc impunè facere: deguſtato enim Pompilo diſcrutiari & cõuelli continuò, furoreq; inflammatum conſiſtere non poſſe, ſed in litora expelli, ibiq; à mergis aut cornicibus marinis Gauijſq; exedi, & confici, nonnunquamq; ab hominibus, qui ad cetarias aſſident, capi.

# VSVS IN CIBIS.

DE vſu huius piſcis nihil inuenio: cæterùm cùm pro Thunno vendatur, vt Rondeletius ſcribit, ſimilem in cibis vſum habere poſſe credi poteſt.

# FABVLA.

[a] L. 3. Var. caſ. 9. FAbula Pompili diuerſimodè refertur. Qui Telchiniacam hiſtoriam cõdidit, ſiue Cretenſis Epimenides (inquit Athenæus) ſiue fuerit Teleclides, ſiue alius quiſpiam, Pompilum ſcripſit, ani- H mal fuiſſe amatorium (ζῶον ἐρωτικὸν, Nicol. Leonicenus [a] interpretatur animal ad amoris philtra efficax exiſtimatum) vtpotè ſimul cum Venere genitum è cæli ſanguine. Pancrates Arcas verò

*Epopeus ceu à Pompilo deuoratus.* narrat non modò Neptuno hunc piſcem ſed etiam incolis Samothraciæ dijs ſacrum & charum eſſe: ob eamq; cauſam piſcatorem olim nomine Epopeum ex Icaro inſula profectum, iam ætate affectũ, quòd aliquando cùm nihil aliud piſcium præter Pompilos cepiſſet, eoſdemque cum filijs comediſſet, protinus huic piſci meritas impietatis pœnas perſoluiſſe. Etenim cetaceam beluam facto in eius piſcatoriam impetu ipſum in conſpectu filiorum deuoraſſe. Apollonius Rhodius ſiue Naucratites rurſus aliter, inquiens, Pompilum aliquando hominem fuiſſe, & cùm Ocyrrhoës pulcherrimæ puellæ amore teneretur Apollo, rapereq; eam conaretur, hæc verò fugiens Miletum veniſſet, & Pompilum

*Pompilus in piſcem.* precibus obſecraſſet, vt ſe traijceret, iſque paruiſſet, ab Apolline ſeſe oſtendente virginemque rapiente, nauim in ſaxum, Pompilum in ſui nominis piſcem conuerſum fuiſſe.

—— ὠκυάλοιο νήσων ἀλινόα δῶλον, id eſt, Per mare celeriter natantẽ, æquoreũ nauibus famulũ.

D E

A

# DE AMIA. Cap. XX.

## SYNONYMA. ETYMVM.

CVm Thunnis, Pelamydibuſque Pontum ſubit Amia, cõſimilis, vt patebit, planè piſcis. Latino nomine caret. Nugis namque nugantur Iſidorus, atque author de natura rerum, dum Hamionem vocant, atque ſic nominari contendunt, quod niſi hamo capiatur. Dictam autem Ἀμία fuiſſe refert Athenæus, quoniam κατὰ μίαν φέρεται, ἀλλὰ ἀγιλαδόν, id eſt, quod non ſolitaria ſit, ſed gregatim vnà ſiue (vt ex Ariſtotelis ſententia idem tradit) παρὰ τὸ ἅμα ἴναι ταῖς παραπλησίαις, id eſt, quòd vnà cum ſui generis piſcibus eat: quam poſtremam etymologiam approbat [a] Plutarchus, inquiens: ἀμίαις δὲ καὶ τὄνομα παρηχηκὸς σωναγελασμός, eſt enim Amia teſte Ariſtotele σωναγελαστική, id eſt, gregalis. Hũc
B piſcem Aeliano Troctam dictin progreſſu hiſtoria patebit: nimirum ἀπὸ τῦ τρώγειν, quod eſt vorare; quod cùm nõ aduerſſent Volaterranus ac Iouius, nominis vicinitate decepti, quæ Aelianus Troctæ tribuit, imprudenter ad Truttam dulcis tantùm aquæ piſcem tranſtulerunt.

*Hamiorum non dici.*

[a] *Lib. Vtra anim il.*

*Tructa, & vnde dicatur.*

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

INeptè nos dixerit quiſpiam Pelamydibus coniungere Amiam, quandoquidem Ariſtoteles in quinto de animalibus citante Athenæo inter cartilagineos Amiam numerat. Cui reſponſum volo, legendum ibi ex Ariſtotele Lamiam, de qua inter cartilagineos planos agetur. Amia eodem Ariſtotele authore, Pelamydi ſimilis eſt. Idem teſte Athenæo dentes ei tribuit ſerratos, (validos etiam tribuit in ijs quæ nunc extant, & Aelianus Troctæ frequentes continentes, quibus quicquid incideriſt, perfringere poſſit,) & branchias opertas: Plutarchus os anguſtius. Colore eſt cyaneo, vt Matron Parodus ſcribit apud Athenæum, qui & magnam cognominat. Magnam autem eſſe Epicharmus etiam inſinuat, duas pingues Amias per medium diſſectas appoſitas eſſe inquiens, cùm Mulli,
C Palumbi & Scorpij per ſe apponerentur. Quis modò ſit iſte piſcis haud benè inter recentiores conuenit. Iouius eum eſſe ſuſpicabatur, qui Romæ vulgò Lechia vocatur; ſed cùm veterum teſtimonio Amia gregalis perhibeatur, Lechia verò ſit ſolitaria, iudicium ſum cohibens, nihil definit. At Saluianus ſtrenuè hanc coniecturam tueri conatur, obiectionique; huic reſpondet, quòd ſicut non omnis maris locus ſingulis piſcibus accommodus eſt, ſic haud vbique gregales appellati piſces, gregatim reperiuntur, nec eorum qui incongruis ſibi locis gregales habentur, in locis alijs ſolitarios nonnullos reperiri inconuenit. Eſt autẽ Lechia, quã nos inter Glaucos à Rondeletio edocti dedimus. Alij verò pro Amia oſtenderunt, quam Sphyrænam eſſe docuimus. Alij denique qui Hiſpanis Lampugo vocatur, argumẽto quòd citò augeſcat, quòd gregalis ſit, quòd Scombris quodãmodo ſimilis. Quorũ quoq; opinionẽ refutauit Rondel. quandoquidem dentes, quamuis magni ſint, & validi, vt Delphinũ (quo cum pugnat Amia) vulnerare poſſint, repugnent, non ſunt enim in os recurui, inquit, quales Amiæ ſunt. Ego Amiæ dentes in os recuruos eſſe, qui dicat ex veterib. inuunio neminẽ: Rondeletij tamen Amiã, vtpotè Pelamydi ſimillimam, eiuſdemq; de Lampugine iudicium probo. Amia itaq; ſuis atq; Hiſpanis Byza quaſi Byzantia, (vt conijcit, quia Byzantia in pretio habebatur) ab alijs Bonita appellatur. Pi-
D ſcis eſt Pelamydi vel Thunno, vel Scombro, corporis ſpecie, pinnis, cauda ſimilis: & fortaſſis eorum vnus quem in Thunnis oſtendimus. Eſt enim roſtro acuto, ventre craſſo, cauda tenui, in figuram lunæ in cornua curuatæ, pinnis eius conformatis, dorſo cæruleo atque ſplendente, dum viuit, ventre argenteo. A dorſo ad ventrem lineæ ductæ ſunt obliquæ, nigricantes, certis interuallis à ſeſe diſtantes. Oculi parui ſunt, auri æmuli. Cutis læuis dempta ea parte quæ circa branchias eſt. Dentes habet ſerratos, acutiſſimos in os recuruos: branchias opertas: Ventriculum rugoſum, longum; ferè ad podicem vſque demiſſum, cuius appendices ſunt innumeræ Scombrorum appendicibus tenuiores. Inteſtina gracilia, hepar rubeſcens, ſplenem nigricantem: fellis veſicam toti inteſtino attextam, authore etiam [a] Ariſtotele: vel vt alio loco [b] ſcribit, cum toto inteſtino extenſam, ex æquo longam, ſæpe etiam conduplicatam. (replicatam aliquatenus.) Hæc Rondeletius.

*Forma. Dentes. Os Color. Magnum piſcem eſſe.*

*An ſit Lechia.*

*Amia Rondeletij.*

[a] *Lib. 4. de partib c. 2*

[b] *L. 2. Hiſt. cap. 15.*

# LOCVS.

DIxerit rurſus aliquis Amiam hîc non pertinere, quoniam Ariſtoteles, quem vbiq; ſequimur, diſertè ſcribit, non ſolùm fluuios & ſtagna è mari ſubire, verùm etiam in ijs præſtare, ſiuè vt Rondeletius vertit, commodè delectabiliterq; degere, hoc enim εὐθυμεῖν (inquit) ſignificat. Cæterùm cùm Oppianus hac in re diligentiſſimus id neget, inquiens Amiam mare vicinum fluuijs & ſtagnis amare ob dulcem aquam & limum, Lupum verò fluuios etiam ingredi: id quod alias [a] Ariſtoteles innuere videtur, Thunnos, Pelamydes, Amias vêre Pontum ſubire ſcribens, atq; ibi æſtatem traducere, (Plinius addit, cum ſuis quoſque ducibus,) petere autem Pontum paſtus gratia, qui vberior & melior ibi (inquit) propter dulcium aquarum permiſtionem ſuppeditatur. Beluæ magnæ ibi quoque pauciores. Hîc enim aqua dulci delectari Amias quidem ſcribit, fluuios tamen qui in Pontum ſeſe exonerant, ſubire non dicit, dicturus meo iudicio, ſi ſubirent. Item alibi, [b] celeriter piſces omnes augeſcunt in Ponto celeriùs; indies enim Amiæ multũ manifeſtè augentur. Augmenti cauſam reijcit Plinius [c] in multitudinem omnium dulces inferentium aquas. Idem Ariſtoteles tradit, Amiam in Alopeconneſo reperiri. Multas verò in Prouincia capi Rondeletius teſtatur, in maris anguſtijs, quas inſulæ frequentes efficiunt, in litore verò ſuo paucas ob maris vaſtitatem.

[a] L. 8. Hiſt. cap. 13.

[b] L. 6. Hiſt. cap. 13.

[c] L. 9. c. 15.

# NATVRA. MORES. INGENIVM.

AMiam gregalem eſſe, non ſolùm ex Ariſtotele, Plinio, atque Aeliano, ſed ex ipſa etymologia nominis clarum eſt. Ariſtoteles [a] carne tantùm veſci ſcribit, idque Athenæus ex eo repetit: ſubdit tamen mox Ariſtoteles, magna quidem ex parte carne ali, algam verò etiam tangere. Amant ſe inuicem, quare & opem mutuam ferunt, cùm neceſſe eſt, acerrimè ſeſe defendendo. Audaces enim & celeres ſunt teſte Oppiano, & Trocta Aeliano [b] ſaltu valet. Et licet Ariſtoteles rationes reddens, cur per æſtatem in Ponto degant, inter cæteras hanc quoque adferat, quòd ibi beluæ magnæ pauciores ſint, inſinuans potius timidas eſſe; nihilominus aliàs [c] non ſolùm beluis magnis pugnare Amias profitetur, ſed & acici inſtruendæ peritas eſſe indicat, dum ait: *Cùm beluam viderint aliquam, colligunt ſeſe, & quæ magnitudine præſtant, luſtrantes gregem circumuallant: & ſi qua violatur, defendunt. Denses his validi: & iam cùm alia belua, tum Amia aggreſſa, vulnera accepiſſe acriùs viſa eſt.* Vbi Geſnerus pro Amia (niſi ſit error typographi,) habet Lamia: quam nos Ariſtotelis authoritate ex planis cartilagineis eſſe docebimus, contra Rondeletium, cui Lamia Cani Carchariæ eadem eſt. Probè noui & inter planos eſſe magna corporis mole, vt is qui ob id Bos vocatur: cæterùm cur ob huius aduentum, gregem Amiæ maiores circumuallere debeant, planè non video, vtpote quæ Delphinis acriter pugnare nõ verentur, cetis robore pariter & velocitate præſtantibus, cùm ſit planorum genus in natando tardum, & ad decertandum quodammodo ineptum. Illarum contra Delphinos pugnæ perquam accurata deſcriptio ex Oppiano, interprete Gillio, hæc eſt. Cum Delphinis (inquit) magnum & hoſtile certamen ineunt ſolæ Amiæ, corporis magnitudine Thynnis inferiores: quibus etſi carnes infirmæ & molles, dentes acutiſſimi ſunt, ijs maximè confidentes potentem piſcium regem, tam præclarè contemnunt, vt cùm ſolum quempiam ab alijs ſegregatum obſeruauerint, vndique tanquam ſigno dato, frequentes in eum ipſum inuadant. Delphinus ſuo robore nitens, primum hoſtium impetum negligit, & longè lateq; inſequens partim earum lacerat, partim exedit & conficit. Poſtremò harum magna multitudine circumſeſſus, dolet, quòd ſe vnum ſolum contra tantam multitudinem videat. Itaque reuocatis omnibus viribus, ab his ingreditur ſe fortiſſimè defendere. Hæ contrà Delphini membris circumfuſæ atque ad eadem pertinaciter inhæreſcentes, dentes defigunt, ſimul & partim ex his illius latera conuellunt, partim roſtrum & pinnas, partim ventrem acerbis morſibus affligunt, partim ſummam caudam comprehendũt, partim dorſum exedunt: tum aliæ ex vertice, aliæ ex collo pendent. Is autem vario & multiplici dolore refertus, inſtar turbinis mare concitat: & permulto furore agitatus, in omnes partes ſe verſat; & ſaltanti ſimilis, nunc tanquam procella fluctus ſummos concurſat, nunc in profundum defertur, ſæpè magna maris interualla deſaltans reijcere conatur examen audacium piſciũ. Hæ verò nihil de violentia remittentes magis magiſq; in eũ incum-

[a] Cibus. [b] L. 8 Hiſt. cap. 2. [b] L. 8 Hiſt. cap. 13. [c] L. 9 Hiſt. cap. 37.

*Amiarum & Delphinorũ pugna.*

A incumbunt,& cùm demergitur,eandem viam ipſæ conficiunt:cùm rurſus extra aquã eminet, eædem quoque tractæ vnà cum ipſo in ſublime feruntur. Diceres Neptunum nouum quodpiam monſtrum ex Delphinis & Amijs finxiſſe. Adeo enim ſanè dentium pertinacia colligantur, vt ex illius corpore nunquam dentes tollant,niſi partem apprehenſam abſtrahant. Cùm autem aliquod ſpatium ei dãt reſpirandi à certamine,tum videas rabiem ducis irati,tum mortifera Amijs pernities infertur. Hæ quidem in fugam ſe impelluntsille verò fulmini ſimilis,has acriter inſequitur,& diſcerpit & lacerat,ſimul & effuſo multo ſanguine, purpurafcit mare. Hæc itaque Oppianus de Amiarum & Delphinorum pugna,ex quibus facilè cognoſcas, quæ de Troctis & Delphinis Aelianus [d] ſcribit his verbis: *Troctæ ſui generis grege coacto Delphinos inuadunt, maximè ſi quem ſegregatum circumuenire poſſint. Planè enim ſciunt Delphinum ſuis morſibus verberari aſperè ſolere. Itaque Troctæ ei acerrimè inſtant. Delphinus contrà reſilit,ſubſilit,atque indicat,vt ex dolore torqueatur: idcirco tenaciter vrgent, ſimulque ad ſaltum Delphini tolluntur,hic eas repellere conatur: illæ verò nihil remittentes viuum lacerant: poſtea verò cùm pro ſe quaq; aliquam eius partem vulnerarit, diſcedit.* Fama eſt teſte Athenæo Amiam captam proſilire, arroſaq; linea aufugere. Aelianus Troctam ſolam ex piſcibus hoc facere teſtatur,inquiens: *Troctæ capta ſola ex piſcibus non ſe ab hamo retrahit, ſed impellit ſeſe in ferrum chordam conſumere cupiens: piſcatores contrà machinantur longas anſas: illa verò quoniam valeat ſaltu,anſas ſæpè tranſilit, ac linea qua agitur conciſa ad piſcium domicilia reuertitur.* Atqui Oppianus, ex quo id quoque accepit Aelianus,non ſoli hoc Amiæ tribuit,ſed etiam Vulpeculæ, mirorq; non aduerſiſſe id vel Rondeletium, vel Saluianum.

[d] L. 12. c. 53

*Capta vt ſe liberet.*

B

*Aſt Amiæ celeres & Vulpes fraude reuinctæ*
*Prauenium ſummas morſu confringere ſetas,*
*At piſcatores longam, ex qua pendeat hamus,*
*Conficiunt virgam, dentes qua arroſa reſundat.*

Iam verò non ſolùm ad interendam iniuriam, aut etiam vt lineam præſcindant, validis ſerratiſque dentibus Amias Natura armauit,verùm etiam quòd cum ab alijs piſcibus, qui earum carnem tanquã illecebram quandam,gulæq; cupediam appetunt, inuademur, tueri ſeſe poſſint. Eſſe autem piſces qui eſcam ex Amia maximè capiunt,author eſt [e] Ariſtoteles. Inter alios verò Glaucus hac eſca capitur,vt conſtat ex Tarentino. Ad ipſas verò Amias capiendas hamis vtuntur curuis, vt Plutarchus ſcribit,quia os illis anguſtius,tum quia rectas vitant.

[e] L. 4. Hiſt. cap. 8.

# VSVS IN CIBIS.

C

AMias pingues Archippus & Epicharmus cognominant, & tanquam ſuaues & delicatos piſces celebrant. Habenda verò & loci,& anni temporis ratio eſt. Etenim Archeſtratus ille opſodædalus,qui vniuerſam terram,omniaque maria luſtrauit, ventris deliciarum cauſa, optimas eſſe ſcripſit autumni tempore poſt Vergiliarum occaſum, Byzantiaſq; præ cæteris commendauit,& procul à mari Helleſpontiaco deteriores eſſe ſcripſit; item ſi vicinum pertranſieris Aegæi maris tractum, non amplius ſimiles gigni, ſed priſtinam ſuam gloriam maculare. Haud inſalubrem piſcem eſſe Hiceſij teſtimonio conſtat. Ait enim boni ſucci eſſe,tenerum & ad excernendũ medium, ſed parcè nutrire. Quid itaque Galeno [f] reſpondebimus,qui ex Philotomi ſententia Amiam bis inter duræ carnis piſces enumerat. Reſpondent Rondeletius & Saluianus, corruptè vtrobique pro *ἀυλαι* legi *χαυλαι*, quas ex duriſſimis, vtpote cartilagineis eſſe nos etiam mox ſuo loco oſtendemus. Loca autem ea Galeni corrupta eſſe, ex eiuſdem alio loco ex Philotomi quoque ſententia, in quo Amiam inter teneræ carnis piſces enumerat. Paratur optimè,inquit Archeſtratus, in foliis ficus & origano copioſo,ſupernè funiculo alligato, abſque caſeo & id genus alijs nugis, ſub calidis cineribus, cura addita,ne comburatur. Saluianus periphraſticè vertit, ſi conſperſa origano & inuoluta iunco; cucurbitæue folijs ad prohibendum ſucci delicatioris effluuium mitioribus flammis torreatur: pro *ουκῆς, ουκίς*, quæ tamen potius cucumis eſt,legens,& *χοίνου* iuncum reddens,ſed abſque ſenſu.

*Vſi & quando melior.*

*Salubritas.*

[f] *Lib. 3. de Alim. fa.*

*Apparatus*

D

E

# DE XIPHIA, SIVE GLADIO. Cap. XXI.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Xiphias. Gladius.*

Ξιφίας cùm Græcis à roſtri mucrone, vt apud Ariſtotelem inquit Theodorus, nomen acceperit, Latinè ſimiliter ab eadem roſtri figura Gladius dicetur: quam etymologiam elegantèr expreſſit Ouidius hoc verſu:

*Ac durus Xiphias ictu non mitior enſis.*

Et Plinius quoque huc reſpexiſſe videtur, cùm ait: *Rerum quidem non ſolùm animalium ſimulacra ineſſe mari, licet intelligere inuentibus vnam, Gladium, Serram.* Nec aliam etiam ob cauſam Oppianus φιρόρυγχας cognominat, quàm vt verè à gladij ſimilitudine ſic dictos innuat. Epicharmus apud Athenæum *ξυφίας* nominat; Menander apud [a] Ælianum *ξιφίον*: Citat enim hoſce poëtæ verſus ex Meſſenia:

*ScIphias.* [a] *L. 13. c. 4.*

F

Εἰ δὲ μὴ κυβῇς καὶ ποιῇς τὴν χολὴν Ἅπασαν, ὥσπερ καλλιστύμι ζῶσαν
Οὕτω διάφορον τὸ ἐν ξιφίᾳ κύνος.

Sed verendum eſt, ne vtrobique mendum ſit, licet vtrumque in Heſychij lexico legatur, in quo innumera corrupta ſunt, ſicut & ἐχίφος, ξίφος & ξιφίος. Strabo [b] ex Polybio de Thunnis agens, γαλεώτας, ξιφίας id eſt Gladios vocari teſtatur, & (vt Euſtathius, & Hermolaus, Gyllius item & Rondeletius volunt,) etiam κύνας id eſt Canes. Quorum ſententiam Saluianus refellit, quoniam Canis à Gladio diuerſiſſimus ſit piſcis: Verba Strabonis ſunt: Ἐκ δὲ τῆς θήρας αὐτῶν πιαίνεσθαι τοὺς γαλεώτας, οὓς καὶ ξιφίας λέγεσθαι καὶ κύνας φασὶ, hoc eſt, *ex venatione eorum* (Thunnorum) *pingueſcere Galeotas, quos & Gladios vocari & Canes dicunt.* Hæc itaque ſic partitur & diſtinguit Saluianus, vt πιαίνεσθαι id eſt, pingueſcere pertineat æquè ad Geleotas ſiue Gladios, & ad Canes, illa verò οὓς καὶ ξιφίας λέγεσθαι parentheſi includantur, & à Canibus diſtinguantur: Straboniſque ſententiam eſſe, Galeotas etiam Gladios vocari, & æquè ac Canes ex Thunnorum venatione pingueſcere. Ego iudicium meum cohibeo: nam ſicut Canes à Gladijs differre & ex Galeorum genere eſſe, probè noui: ità hoc nomine hîc abuſiuè ac impropriè vocari, inficiari non audeo; ſi enim ita legendum eſt, vt Saluianus contendit, non λέγεσθαι, ſed λεγῶσι, erit legendum, & fortaſſis κύνας ſiue Canes vocauerit, quòd ſimiliter ac Canes Galei ſiue Muſteli cæteros piſces, ita hi Thũnos potiſſimùm proſequantur, vt & inde Galeotas vocari non ſit dubitandum: nec alios quàm Gladios κύνας vocaſſe videtur [c] Homerus hoc verſu:

[b] *Lib. 1. Galeota. Canis.*

[c] *Odyſſ. M.*

G

Δίλεσσας τι, κύνας τι καὶ ὄφρ' ποθὶ μείονι ἶλαι Κῆτος.

Nam Polybius, vt eodem loco recitat Strabo, inde Vlyſſis errores circa Siciliam contigiſſe colligit, quòd venatio horum piſcium, quos vnà cum alijs Cetis à Scylla deuorari fabulatur poëta, fieri ſoleat, vt ſuo loco oſtendemus, circa nimirum Scyllæum Siciliæ promontorium. Haud puto tamen hunc Homeri marinum Canem, eum eſſe, cuius fruſta Thurſionis nomine olim vẽdebantur, ut Hermolaus arbitratus eſt, cùm ſit Thurſio (θυρσίων) teſtante Athenæo, Canis Carchariæ pars, ſuauitate admodum commendata. Idem Hermolaus ubi apud Plinium legitur, *Tynnus Tranus quem aliqui Xiphiam vocant*, legendum cenſet Thomus Thurianus: quod Saluianus improbat, atque Hermolaum Plinij uerba deprauaſſe, non reſtituiſſe ait, argumento quòd nemo vnquam Tomum peculiariter dixerit pro piſce: legendumque Thynnus: cùm non ſit uero conſonum à Plinio tam celebrem piſcem in ſuo catalogo præterijſſe: pro Tranus uerò (quam uocem omnino corruptam eſſe inquit) non Thurianus, ſed Thoroneus, reſtitui oportere, quandoquidem Heſychio & Varino θυρωνὺς ſit ξιφίας ἰχθύς: Mihi contrà hæc uox apud Grammaticos iſtos corrupta uidetur ex Latino: & licet potius Thranis legerim uocabulo uiciniori, & à Xenocrate apud Oribaſium uſurpato, Thranis (inquit) aut Xiphias piſcis Cetaceus &c. Hermolai tamen lectionem non improbo, nam licet Tomus de parte ſeu ſegmento piſcium propriè dicatur, totus tamen etiam piſcis ſynechdochicè Tomus Thurianus dici potuerit, quoniam ſegmenta tantùm uendi ſoleant; quemadmodum & Cybium & ſegmentum eſt, & Cybeias Oppiano ipſe piſcis: fierique potuit, quòd Thurianus cognominaretur a Thurijs Italiæ oppido, ceu illuc primùm conuectus ex Sicilia ubi freqúens eſt: ſed quòd Tomum Thurianum eundem faciat Thurſioni ſiue Thyrſioni, improbo, ſicuti quòd hunc noſtrum piſcem præterea Scyllam, Lamiam & Carchariam à nonnullis appellari credit: ſummaopereque falli ipſum reor cùm ob nominis ſimilitudinem Thurionem à Sturione aut non differre, aut ſaltem ab ipſo ſeu delicato & cupediario piſce nomen accepiſſe conijcit; ea enim uox Belgio debetur, quibus Stoer uocatur. Idem Saluianus

*Thurſio.*

*Plinij locus emendatus.*

*Thranis.*

*Sturio vnde dictus.*

H

A uianus Maſſarium (vt apparet) ſecutus, hunc piſcem Plinio [d] Galeum vocari exiſtimat, vbi videlicet hic ſcribit, *nihil eſſe vſquam venenatius, quàm in mari Paſtinacam, vtpote cùm radio eius arbores necentur. Hanc tamen perſequi Galeum.* Maſſarius aſſertionis ſuæ teſtem adducit Oppianum, ſcribentem Paſtinacam & Gladium diras inter ſe committere pugnas: ſed falsò. nullibi enim hoc Oppianus ait, ſed ſimpliciter & Gladio & Paſtinacæ ſua utrique arma à natura data eſſe, huic in cauda, illi in roſtro: parumq; rectè γάλεως, à quo γαλέως genuendi caſus procedit, in recto, vt Maſſarius profert, dicitur, cùm apud nullum probatum authorem reperias. Albertus Gladium à ſuis Militem vocari tradit, ſed eodem nomine Barchoram (ſic Teſtudinem maris vocat) alibi dici ait, hanc puto quòd velut ſcuto quodam, illum quòd mucrone enſiformi armatus ſit. Romanis ſimiliter Peſce Spada, quaſi Gladius aut gladiatus piſcis, nominatur, item Maſſilienſibus: (quibus tamen alius etiam ex Galeorum genere piſcis hoc nomine venit, quòd cauda gladij ſpeciem ſimilitudinemque gerat) & Belgis Suueerduiſch, Germanis Schuueerdfiſch, Anglis Schuuerdefiſshe: Genuenſibus Imperador, quòd nempe gladiũ vepicti imperatores gerat. [d] *L. 32. c. 2.* *Miles.*

B

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

XIphiam ſiue Gladium ex piſciũ, non ex Cetorli genere eſſe, notum eſt ex Ariſtotele, qui branchias ei tribuit, quare non malè Cetaceum piſcem ob magnitudinem dicemus. Affinitas ei non parua cum Thunnis videtur. Conueniunt corporis craſſitie, pinnis lateralibus, caudaq; lunata & internis partibus. Vterque item œſtro exagitatur. Differunt præter inſolentem in hoc piſce roſtri figuram, qua & inter cæteros facilè dignoſcitur, colore etiam cutis, quæ minus huic nigricat, & præter aliorum piſcium morem plurimas ſub cute latentes ſquamas habeat, vt Bellonius teſtatur. Ad tantam molem quandoque excreſcit, vt non ſolùm Delphini magnitudinem excedat, vt Plinius ait, verùm etiam nauiculas æquet, vt Strabo author eſt. Vtraque maxilla roſtrata eſt, breuis tamen & triangularis inferior, ſuperior magis oſſea, durior, multoque longior, bicubitalis namque nonnunquam. Nugas enim nugari eos puto, qui ſex pedes cum tribus dodrantibus longum deſcribunt; quanquam Athenæus Ariſtotelis teſtimonio ſcribat totius corporis magnitudini æqualem eſſe, quandoquidem hoc in ijs, quæ nunc extant, Ariſtotelis operibus, non legitur; atque Aeliano fides præſtanda non eſt, triremus roſtro ſimilem eſſe inquiens, ſi ad magnitudinem reſpexit, ſin ad ſimilitudinem, verè dixit. Rondeletius piſcem ipſum ad decem cubitos nonnunquam accedere tradit, ſuperiorem verò maxillam ad cubitos duos: verùm in pictura, quam exhibet, eadem maxilla (ſi à mucrone ad oculum vſque & inferiorem oculi angulum metiaris) paulò minus (cauda dempta) quàm tertiam totius longitudinis partem explet: ſi verò accuratiùs conſideres, ita ſe habet maxilla ſuperior ad totam longitudinem, vt tria ad decem; inferior verò, vt vnum ad decem. Mucro quem in muſæo reſeruo, licet integer non ſit, ſed è regione extremitatis inferioris roſtri amputatus; longus eſt dodrantes quatuor. Pugionem noſtratum ruſticorum diceres. Iſtiuſmodi gladium teſtatur Oppianus ferro acutiorem eſſe, eiuſque horribilem mucronem haud quaquam a duro licet lapide ferri poſſe, ſed extincto piſce, ſimul etiam corrumpi, nec cum eo quicquam effici poſſe. Gillius tamen cùm ad portum Monœci Herculis à piſce huius gladij iam abſciſsi robur tentaret, dura ſaxa, mucrone ipſius teſtatur excauaſſe; duriſſimumque eſt cuius ego iam memini. Reuertor ad piſcem. Dentibus caret, at eorum loco oſſa oblonga & aſpera in palato habet, quanquam Aelianus, dentes Xiphiæ tribuat, inquiens, nec admodum curuos eſſe, neque immanes. Veriſimile enim eſt materiam omnem quæ dentibus cedere debuerat, in tantum gladium eſſe abſumptam, ſicut in ruminantibus quadrupedibus ſuperioris maxillæ dentes primores deſunt, in cornua nimirum materia eorum conuerſa. Oculi orbiculati ſunt & prominentes & ante eos foramina. Branchiæ (vt tradit [a] Ariſtoteles) octonæ & duplices. Quas ita ſe habere confirmant Rondeletius & Saluianus: Gillius verò quadruplices eſſe aſſerit. Pinnæ iuxta has binæ, in medio verò ventre vnica: magna item alia in medio dorſo, & parua non procul à cauda. Corpore eſt tereti, à capite ſtatim valdè craſſo, deinde ad caudam vſq; tenuiori ſenſim facto; in cuius extremo ante caudæ exortum, non ſecus quàm in Thynno vtrimq; eminentia quædam extuberat. Corium ipſius caudam uerſus ducta manu læue eſt, os uerſus, aſperum. Venter argento micat, tergus ex cineraceo nigricat, ſplendetque ſerici inſtar. Fellis veſicula teſte Ariſtotele inteſtino committitur. Præpinguis eſt, adipemq; in dorſo habet plurimam ſuis more. Pellis eſt tenuiſſima. *Piſcem eſſe.* *Thunnis vt ſimilis & diſſimilis.* *Magnitudo.* *Mucronis longitudo.* *Pugionis Bononien. effigies.* *Deuiet.* *Dentes.* D *Oculi.* [a] *L. 2. Hiſt. cap. 13.* *Branchiæ.* *Pinnæ.* *Forma.* *Corium.* *Color.* *Fel.* *Adeps.*

LOCVS.

# LOCVS.

Lycett. PLinius Gladium inter maris pe culiares piſces enumerat. Ouidio pelagius eſt, & rarò litora adit, vt teſtatur his verſibus:

*Deſcripſit ſedes varias Natura profundi,*
*Nec cunctos vnà voluit conſiſtere piſces,*
*Nam gaudent pelago, quales Scombriq; Eueſque*
*Hippuri celeres & nigro tergore Milui,*
*Et pretioſus Elops noſtris incognitus vndis,*
*Ac durus Xiphias ictu non mitior enſis.*

Ouidio ſubſcribit Oppianus, inquiẽs:

*Innumeros addas iſtis, qui à litore longè*
*Velliferos habitãt fluctus tellure relicta,*
*Sunt celeres Thunni qui piſces impete vaſto*
*Pellunt & Glady diro mucrone potentes.*

Aelianus verò, nus (ni fallor) inter veteres hunc piſcem nõ marinum ſolùm ſed fluuiatilem etiam facit, inter Iſtri ſiue Danubij piſces eum recenſens, capiq; tradens in mari & Danubio, quia dulci æquè ac ſalſa aqua delectetur. Inuenio apud recentiores in Dania, in lacu Sucrinenſi, & paſſim ad Oceanũ Germanicum notiſſimos piſces eſſe. Veteres verò apud Siculos iuxta Scillæum promontorium copioſiùs quàm alibi capi tradunt, indeque Polybius, (vt monui) ibi quoq; erraſſe Vlyſſem ex Homero colligit, quoniam Gladiorum capturæ tribuit, quæ Scyllæo tractui aſſitata eſt. Iouius author eſt capi circa Zophyrium, quod extremum Italiæ promontoriũ eſt, Spartiuentum à nautis hodiè nuncupatum: Romana verò litora raro adire, veluti qui perpetuis maris æſtibus, vt in freto (inquit) accidit Siculo, gaudere videantur.

# NATVRA. MORES.

TEnuiſſima cùm ſit præditus pelle, vt ait Oppianus, adeo vt ab imbecillis, & quam maximè imbellibus piſciculis, quos Manides vocari dicunt eſt, corpus eius excedatur, approperantibus vbicunque viderint: peculiari quopiã telo armatum eſſe decuit, quo tamen in homines potius quam in beluas ſæuire eum appareret. Strabo de venatione Gladij agẽs inter-

Gladius authoris.



A interdum contingere tradit, & remigem in ſcapha per magnum Galeotarum gladium vulnerari, & cùm inſtar apri beluæ vigeat impetus, aſperrimè fieri ipſam venationem. Idem annotauit Oppianus, dum ait: *Gladij vena tio.*

*Cum ſunt perfoſſi ſua membra trienſpide telo  Sæpe repellentes hoſtem, mucrone carinam*
*Irati penetrant,*

Mirum verò, ne dicam à vero alienum eſt, quod Aelianus narrat: quoſdam nempe gloriari ſeſe ſpectauiſſe nauem Bithynicã in litus expulſam atque eiectam vetuſtate aut vacuitate oneris, atque in eam Gladij caput vidiſſe infixum, cuius cùm in nauem mucronem ſuum defixiſſet, & nullis viribus retrahere ipſum potuiſſet, corpus colli neruis retentum eſſet, & roſtrum infixum, vt à principio inciderat, remanſiſſe. Quis quæſo caput amputauerat? Roſtri autem duritie ac mucrone acutiſſimo naues perforari nulli non notum. Teſtatur Iouius Xiphias in Oceano Indico intantam augeri magnitudinem, vt validiſſimis roſtris Lusitanorum nauium latera ad ſeſquipalmum aliquãdo perforent: & Geſnerus ex amici relatu, viri docti & fide digni quendam cùm in Syriam nauigaret, natantem iuxta nauem vidiſſe ſcribit, medium ab hoc piſce roſtro deſciſſum. Veruntamen non ob hoc tantùm piſcatoribus timori eſt maximo, verùm etiam quòd ſi in retia inciderit, roſtro, corporiſque niſu omnia diſrumpat, *Roſtri duritie.* *Cur piſcatores eum timeant.*

B multoq; plus damni afferat quàm lucri, quod ex captura eius ſperare queant: quamobrem cùm olim Thunnos circumretitos tenerent, Neptuno malorum depulſori, vota faciebant, vt idem [a] Aelianus refert, ne Gladius piſcis, neue Delphinus in captiuorum numero eſſet, ne retia dilacerando ad exeundum ex laqueis facultatem darent. Fit tamen vt ſinuoſis nonnunquam retibus capiatur, & ſolidus oblituſque roboris ſui ad maculas trepidet, nec audeat oppropinquare, vt Oppianus aſſerit, dum canit: *Gladij oſcitantia.* [a] *L. 15. c. 6.*

*Obliquis ſeptum linis dementia fortem  Interimit piſcem, ſalit atque euadere certas,*
*Contextas fraudes credit, nec mente reuoluit  Quo pacto telo ſeſe componat in hoſtem*
*Territus in ſepto retis, totuſque remiſſus  Eſt animo, donec miſerum per latera volucris*
*Piſcator, Gladijque caput diuerberet haſtis,  Multis & piſcis peragat crudelia fata.*

Balænam quoque ſummoperè exhorreſcit, verùm eam conſpicatus, aſtu ſe defendit, gladium ſuum in terram aut obuium quemcumque vadi locum impingendo, atque ſic infixo capite ſeſe continens. Balæna enim aut truncum eſſe rata, aut aliud quippiam, negligens præternatat. Apparet itaque hoc genus piſcium ignorare ſua ipſius arma, quibus ſe aduerſus Balænam, aliaſque maris beluas tueri poſſet: cùm tamen rem aliter ſeſe habere diſcamus ex Aeliano, [b] cuicunque animali præclarè notum eſſe *Balænam timet, ac vi ſe defendat.* *An arma ſua cognoſcat.* [b] *L. 9. c. 40.*

C ſcribens, qua in corporis parte inſitum robur habeat, cuius fiducia, vel alteri inſidias ponens, vel ipſum ſe defendens, nitatur; Gladiumque ſuo ſe gladio, Paſtinacam radio, Murænam dentibus naturæ inſtinctu tueri. Cæterùm in hoc Aeliani loco in Græco textu mendum eſt, & pro τῇ πτέρυγι id eſt, pinna legendum τῇ γένυϊ id eſt, maxilla, qua nimirum voce aliàs [c] vtitur in deſcriptione huius piſcis. Teſtatur ibidẽ Aelianus, Gladium cùm famelicus eſt, cibiq; inopia laborat, mucronati roſtri incurſu non ſolùm interficere piſces alios, & deuorare, verùm etiam ingentia Cete propellere & vlciſci, & vbi magnitudine profecerunt, contra nauẽ, in eam verſo defixoq; mucrone venire audere. Quamobrem Balænã peculiariter timuerit, cætera Cete audenter inuaſerit. Scribit Oppianus non comedere piſcem aliquem, niſi prius ſpiculo transfixerit. Cùm verò Plinius [d] de Paſtinaca loquens, ſcribat: *hanc tamen perſequitur Galeos, idem & alios quidem piſces ſed Paſtinacas præcipuè, ſicut in terra ſerpentes Muſtelas, ſæta eſt auiditas ipſius veneni,* Galeum eundem eſſe quidam arbitrantur cum Gladio, quoniam Strabo, vt diximus, Galeotem vocauit, opinionemque ſuam ſtabilire ſeſe poſſe putant, authoritate Oppiani, qui vt arbitrantur, Paſtinacam & Gladium diras pugnas inter ſe committere tradidit: qua in re ſummoperè decipiuntur, nam Oppianus ſimpliciter & Gladio & Paſtinacæ ſua cuique arma eſſe ait, illi in roſtro, vt modò ex Aeliano diximus, huic in cauda. Retulit Ioan. Marius Cataneus Nouarienſis multarum literarum notitia inſignis, qui Lotrenſi in litore Xiphiarum piſcationi interfuit, eos *Aelianus correctus.* [c] *L. 14. c. 23.* [d] *L. 32. c. 1.*

D tanta eſſe ingenij docilitate, vt Græcanicum ſermonem, quo ille magnæ Græciæ tractus vtitur, ab Italico diſtinguere videantur, idque admirandis argumentis deprehendi, cùm Græcas voces minimè reformident, ad Italicum verò ſonum repentè diffugiant, quod complures Brutij teſtati ſunt, vt Iouius annotauit. Exorta caniculæ ab œſtro ſiue aſilo ita diuexatur, vt in terram, naueſque ſe quandoque præcipitet. Sub piana id hæret, quia cutis illic mollior teneriorque, tanta pertinacia, vt nulla corporis motione excuti poſſit. Quale animalculum illud ſit, in Thũno, oſtenſum eſt. Authores huius rei ſunt Ariſtoteles & Plinius, ſed variante nonnihil ſententia, cùm enim Ariſtoteles [e] dicat tanto dolore infeſtare, vt non minus interdum Gladius quam Delphinus exiliat, indeque fiat, vt vel in nauigia ſæpe incidat: ille non Delphinum [f] exilire meminit, ſed Gladium ſæpe magnitudinem Delphini excedere. *Animal* (inquit) *eſt parvum, Scorpionis effigie, aranei magnitudine. Hoc ſe & Thynno, & ei qui Gladius vocatur, crebrò Delphini magnitudinem excedenti, ſub pinna affigit aculeo, tantoque infeſtat dolore, vt in naues ſæpenumerò exiliat.* Haud tamen iſthæc nunc corrupte apud Ariſtotelem legi credendum, etſi *Docilitas.* *Oeſtro infeſtatur.* [e] *L. 8. Hiſt. cap. 19.* [f] *L. 9. c. 15.*

Oppianus quoque Delphini non meminerit; Athenæus namque eadem ex philoſopho repetit, eumdemque authorem citat. Oppiani verſus quibus immanis iſte in maximo piſce ab exiguiſſimo animalculo inflictus cruciatus, elegantiſſimè deſcribitur, nefas ſit præterire. E

*Dum Canis ardenti turbatur ſidere cœlum*
*Qui ſixus madidis illos contundit in alis*
*Incutit hæc celeres vires ſtimuloſque feroces*
*Inuitoſque agitat peſtis furibunda natantes*
*Hi veri ſtimulis incurſant nauibus altis,*
*Et tanto volunt laſſantia membra dolore*
*Et Thunni & Gladij diro vexantur æſtro,*
*Non arcere queunt, non hanc propellere peſtem,*
*Concitat; armantur rabie, furiisque dolore*
*Exherret vulnus, hæc ebibitur in æquora lata*
*Et ſæpè in terram ſaltant è gurgite laſſo,*
*Et vitam in tanto mutant cum morte furore.*

# CAPIENDI RATIO.

[a] *Lib. 3. Vt nudo hamo capiatur*

SInuoſis retibus Gladios quandoque capi ex Oppiano [a] modò oſtendebamus: ſcribitq; ibidem, & hamis capi, licet nulla eis appenſa ſit eſca. Nudus (inquit) hamus, nec occultatus à linea dependet, duplici recuruus vnco: ſupra eum verò mollis aliquis piſcis è genere alborum, palmos circiter tres ſuperius, ſummo labro artificioſè alligatur; Hunc inuadens Gladius deuorat, moxque in ſubiectas partes hamo affixas impetum faciens, non animaduerſo dolo retentus capitur & extrahi- F

*Nauicula Gladijs ſimilis.*

tur. Alibi Hippuro tanquam eſca Gladium capi tradit. Circa mare Tyrrhenum, Maſſiliam & Galliam, vbi ingentes Xiphias reperiri teſtatur, piſcatores nauiculas pilcibus ipſis tum corpore tum gladio & mucrone roſtri ſimiles fabricant, vt idem tradit Oppianus; Xiphiæ ſui generis alios videre ſeſe rati, non refugiunt, donec à nauiculis circundati, fuſcinis feriantur, effugiumque eis intercipiatur. Fit tamen nonnunquam, vt gladio ſuo belua in nauim facto impetu eam perforet, ſed non ſine proprio vitæ damno: piſcatores namque ſecuri ilico maxillas eius contringunt, nauique clauo aliquo obturata,

*Iucunda capiendi ratio.*

viribus iam exhauſtum è mari extrahunt. Iucundior quidem, verùm periculoſior capiendi modus erat, quæ eodem Oppiano & Strabone referentibus circa Scyllæum tractum ſic inſtituebatur. Manentibus in ſtatione frequentibus duorum remorum ſcaphis, ſpeculator quidam communis ſuperæ inſtat, duos ſingulæ ſcaphæ tenent, alter remigat, alter haſtam habens manet in prora. Cùm primùm verò ſpeculator ſuper eminentiam Galeotam ſigno indicat, beluæ verò ſupra mare pars tertia eminens fertur, ſcapha propius appellitur; deinde iacto manu telo, vulnus infligit, tum euulſa fine cuſpide de corpore haſta, quod telum ſanè eſt hamatum, vt educi facilè queat apteq; infixo ei funiculo appenſum ſauciatæ acclinant beluæ, donec agitata ſuffugienſque laſſetur: tunc in terram ſubducunt, aut intra ſcapham accipiunt, niſi prorſus immenſum corpus exiſtat. Quodſi in mare telum exciderit, haud ſanè perit: eſt namque vel è quercu, vel ex abiete compactum, adeo vt querna grauitate demerſum, deinde in ſublimè relatum facilè poſſit apprehendi: Contingit autem interdum & remigem in ſcapha per magnum Galeotarum gladium vulnerari, & cùm inſtar apri beluæ vigeat impetus, aſperrimè fit ipſa venatio. G

# VSVS IN CIBIS.

*Carnis qualitas.*

GLadium præpinguem piſcem eſſe, ſuiſque inſtar in dorſo adipem habere, dictum eſt. Carne eſt arida, concoquitur difficulter, ſed plurimùm nutrit, ſi rectè conficiatur, ſicuti & cæteri grandiores piſces omnes, vt inquit Mneſitheus. Simeon Sethi mali ſucci piſcem eſſe aſſerit, coctuque difficilem & nauſeabundum, conſultumq; eſſe homini, vt prorſus ab eius eſu abſtineat: ſi quis tamen veſci eo velit, acrioribus condimentis nocumenta eius corrigenda eſſe, vinumque ſuperbibendum valdè annoſum ac tenue. Cùm œſtro infeſtatur, præ cæteris temporibus menſæ interdicendus: & vt ætate grandiores, reliquorum Cetaceorum more duram ac inſipidam carnem habet, ita iuniores teneriores ſunt & palato gratiores, quin vel nobilioribus piſcibus ſaporis gratia aſſimilandi, carnis verò teneritudine, friandique facilitate, & ſalubritate multò inferiores, vt mirari ſubeat Iouium qui bonitate & pretio Sturionibus fermè æquales eſſe tradidit, niſi de ſalſamentis eorum intellexerit, quæ ſummoperè commendantur, tomi Thuriani titulo, vt ex Athenæo dictum eſt. Archeſtratus a- H

*Vbi melior.*

pud eundem Byzantinum celebrat, caudaq; commendari teſtatur: cùm alioqui ratio ſuadeat, caput & abdomen cæteris partibus præferri oportere.

DE RE-

A

# DE REMORA. Cap. XXII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

MAximam ſibi apud poſteros famam compararunt Lupus, Mullus, Scarus, alij; ob delicatæ carnis gratiam: Longè verò maiorem qui à remorandis, etiam dùm altè tument vela, procelloſumq; mare eſt, nauibus quamuis maximis, apud latinos Remora & Remiligio, Græcis παρὰ τὸ ἔχειν καὶ κρατεῖν τὴν ναῦν, Echincis, & Naucrates appellatur, vt Ouidius elegantèr expreſsit hoc verſu: *Parua Echeneis adeſt, mirum, mora puppibus ingens.*

*Remora.*
*Remiligio.*
*Echeneis.*
*Naucrates*

## GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA.

B

NVlli non in ore eſt Remora, cæterùm quo de piſce loquantur, ignorant, etiam illi qui ſe Philoſophos profitentur. Ratio eſt, quòd vel nominum vicinitate decipiantur, vt ille qui (vtor Hermolai verbis) de nihilo cognomentum Magni meruit: vel quòd non aduertant diuerſos eſſe Remoræ ſiue Echineidis nomine celebres piſces, quemadmodum ex ijs, quæ ſubſequuntur, clariſſimum euadet. Plinius cum primis quàm diuerſimodè eius forma à veteribus tradatur, nos admonuit. Cùm enim [a] Limaci magnæ ſimilem eſſe dixiſſet, teſtimonio eorũ qui eam viderunt, quę Caij Principis quinquiremem tenuit: ſubdit; *Nos plurimorum opiniones poſuimus in natura aquatilium, cum de eo diceremus.* Locus is eſt in noni capite vigeſimoquinto. *Eſt paruus admodum piſcis aſſuetus petris, Echineis appellatur: hoc carinis adhærente naues tardius ire creduntur, inde nomine impoſito, &c. Pedes eum habere arbitratur Ariſtoteles, ita poſita pinnarum ſimilitudine.* (Ariſtoteles [b] refellit eos qui pedes Remoræ tribuunt: tantum abeſt, vt habere arbitratus ſit: eſſe autem pedibus pinnas ſimiles, hinc que fieri, vt pedibus inſiſtere videatur. Piſciculum eſſe ſaxis aſſuetum, in cibis non admittendũ, adeo vt vel perperam intellecto Ariſtotele id exarauerit Plinius, vel locus ſit corruptus, vt Maſſarius

C exiſtimauit, qui legit: pedes habere arbitrantur ex Ariſtotele, ita poſita pinnarum ſimilitudine,) *Mutianus muricem eſſe latiorem purpura, neque aſpero, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte roſtro, ſed ſimplici concha vtroque latere ſeſe colligente* &c. *Trebius Niger ſeſquipedalem* (alij & fortaſſis meliores codices habent, pedalem) *& craſſitudine quinque digitorum.* Oppianus pelagus amare ait, cubiti eſſe longitudine, colore ſubfuſco, Anguillæ ſimilem, os habere ſubter, acutum, contortum, rotundi hami cuſpidi ſimile. Nec aliam Remoram agnoſcere videtur Aelianus: [c] inquit enim pelagiũ piſcem eſſe, aſpectu nigrum, longitudine cum mediocri Anguilla æquandum. Ex his itaque clarum eſt, tres potiſſimum piſces Remoræ nomine celebrari, vnum quem Ariſtoteles & Plinius paruum eſſe aiunt & ſaxis hærere, alterum ex genere concharum, hunc concham Veneream vocari ſuo loco oſtẽdimus; tertium cubitalem, & reſpectu prioris magnum, Anguilliformem: qui nuncquid Lampetra ſit, aliàs ventillabimus: vt mirari ſubeat quomodo grauiſſimi quique viri, quique in veterum ſcriptis euoluendis ætates conſumpſere, vt de vulgo nihil dicam, tres iſtas deſcriptiones in vnum transierant piſcem. Albertus verò nominis vicinitate deceptus, & obſcurum de rerum naturis authorem ſecutus Echineidem Echino eundem facit, duorumq; piſcium figuram formaſque in vnum ceu monſtrum confundit: longè tamen grauior error eſt Cardani, [d] qui iſthæc indigna profectò vt audiantur,

D euomuit: Sunt & piſces viribus clari, vt Torpedo quam Ianuenſes vocant Tremorizam. (Apparet hanc vocem ei impoſuiſſe,) Frequentiſſimus eſt & ex Echinorum genere, qui ſpinis abundat, quorum captura piſcatorum manus hebeſcunt & obſtupeſcunt innata quadam vi, quæ tamen ſolùm viuentibus ineſt. Sed eſt alius Echinus non è genere ſpinoſæ Torpedinis, ſed ex concharum genere, quem Remoram Latini vocant. Dictus Echinus ἀπὸ τῆς ἴσχειν τὴν ναῦν, quòd naues ſiſtat, ſundo earum hærens: vnde C. Caligulæ Cæſaris triremem moratus eſt, malo illius omine. Limaci magnæ perſimilis eſt, raruſque vt qui poſt ea tempora non viſus ſit; vnde Remoram aliam eſſe à Torpedine conſtat, quamuis Ariſtoteles nominis ſimilitudine & effectus, vnum genus exiſtimarit. Hæc ille: quibus tam paucis verbis plurimos eoſdem intolerabiles errores commiſit; quare mirè, iucundè tamen hominem exagitat Scaliger. Torpedo primùm ex planis cartilagineis eſt, ab Echino marino qui ex teſta intectis eſt, toto genere diuerſa, ſpiniſque planè expers. Secundò Echinus non ἀπὸ τῆς ἴσχειν τὴν ναῦν nomen habet, ſed ab aſpero caſtaneæ fructu, qui echinus vocatur; Tertiò Remora quæ ex concharũ genere eſt, non remorata eſt Caligulæ nauem, ſed quæ limaci magnæ ſimilis eſt. Deniq; Ariſtot. nullibi

*Forma.*
[a] *L. 32. c. 1.*
[b] *L. 2. Hiſt. cap. 14.*
*Remora Oppiani.*
[c] *L. 2. c. 17.*
*Remora Ariſtotelis.*
[d] *Lib. 10. de ſubtil. rerum.*
*Torpedo.*

Torpe-

Torpedinem cum Remora implicauit, ſed clarè diſtinéteq; de vtroq; ſcripſit. Nos hic de Remora Ariſtotelis tantùm agemus: ad cuius figuram ſpeciemque quod attinet, Rondeletius rarò hodiè cerni pauciſſimiſque cognitum ait, ideoque inter peregrinos ac ignotos piſces reponit. Gillius nunquam ſe eam vidiſſe profitetur, nullibiq; piſcatorem inuenire potuiſſe, qui aut vidiſſe ſe, diceret, aut viſam ab alio intellexiſſet. Bellonius verò in Corcyra frequentiſſimè è verriculis extrahi teſtatur, diligenterq; deſcribit, nullam tamen eius iconem exhibet, cùm omnino in communè ſtudioſorum gratiam debuiſſet. Piſcis eſt, (inquit) minimè edulis, totus exoſſis & mollis: vulgus Græcum partum Delphini vocat: Limacis rubri teſta carentis effigiem refert: Lubricus eſt: ſerpit circa ſaxa in mari, ſed lentè & iter prætendit cornibus: ad ſpithamæ longitudinem & ad manubrij ligonis craſſitiem: plerumque excreſcit: coloris eſt herbacei, inferiorem partem planam habet, dorſum repandum, in gibbum conuexum (à qua ſpecie forſan eſt Delphini partus appellata) lentoremque aut mucaginem, vt limax, ſerpendo relinquit. Ac quod ad eius interanea pertinet, in eo reperies hepar, ſtomachũ, inteſtina, lienem, fel & reliqua terreſtris animalis potius quàm aquatici effigiem ac naturam referre. Hactenus Bellonius: qui reuera multa in ſua peregrinatione in Oriente vidit ac ſcripto mãdauit. Veruntamen ſi hoc animalculum Remora eſt, cum nulla veterum Remora conueniet. Serpit enim Limacis more, cùm Ariſtoteles Pliniuſque (excipio Mutiani concham) pinnas pedum ſimilitudine tribuant, natare, non repere, inſinuantes, & Oppian. Remorã deſcribens ſimilitudine Anguillę, pinnas ei nequaquam adimit. Lubricam tamẽ aut potius viſcidã eſſe à ratione alienum non eſt. Sic enim naui faciliùs hærebit. Habeo ego duas icones Remoræ nomine tranſmiſſas. Prior Belloniį deſcriptioni nõ malè quadrãs: Lubricum, rotundumque Limaci nudo aut muri etiam ſuâ potiſſimum caudâ, quæ nuda eſt, ſimilem namq; denotat piſciculum, colore ferrugineo. Pinnæ ei nullæ, vel ſaltem malè à pictore expreſſæ. Capite eſt acuminato. Et fortaſſis hanc intellexerit Plutarchus, ſcribens Chemonianum oſtenſo piſciculo capite paruo & acuminato, affirmaſſe ſimilem ei Echeneidem fuiſſe, quam in mari Siculo viderat. Altera à diligentiſſimo pariter ac docto pharmacopola D. Ferrante Imperato Neapolitano luculenter etiã depicta inter alia quę in ditiſſimo ſuo naturę theatro reſeruat, fariora, addita hac deſcriptiuncula: Capite ſupino acetabula habet ſimilitudine circulum ſiue acetabulorum polypi, quibus naues magnoſque ac Cetaceos piſces apprehendens, pertinaciter hæret, curſumque eorum remoratur, & pro libitu arbitratuq; ſuo retinet. Ad magnitudi-

*Delphini partus.*

*Remora ſorte Bellonij. In ſympoſ. lib. Remora retinet. Imperati.*

Remora Imperati & authoris.

A gnitudinem corporis icon expreſſa eſt; Sic ille, cui cùm & noſtra reſpondeat, non errauerim fortè, ſi perfectum adultumq; piſcem eſſe aſſeuerarim. Color toto ferè corpore ad violaceum inclinat. Latera candicant: medium corpus ſubuiridis linea interſecat. Cauda ad cæruleum vergit. Pinnæ toto corpore ſex; ad branchias vtrimq; vna, qua corpori hæret, rubicunda, in ventre tres, binæ è regione ventriculi, vna ab ano; in dorſo deniq; vna. Cauda in vnicam pinnam degenerat. D. Baſilius Remoræ quatuor pinnas tribuens, vt Suidas citat, pinnas branchiarum tanquam pleriſq; communes tacuiſſe videtur. Roſtrum canino non abſimile, niſi inferior maxilla ſuperiorem longitudine ſuperaret, contrà ac in Galeis fieri cernimus. Hanc veriorem eſſe exiſtimo. Idem vel ſaltem ſimillimus piſciculus Emdæ in Friſia ad Oceanũ repertus eſt, vt ſcribit Geſnerus ex amici ſui relatione, quatuor digitos longus, cuticula tenuiſſima, ſine ſquamis, capite pro corporis magnitudine maximo, oculis paruis, reliquo corpore turbinato, ſub mento quiddam habebat figura acetabuli, quo probabile (inquit) eſt, ipſum ſaxis adhærere, nam cùm cauitatem illam digito premeret, qui hæc narrauit, ita adhærebat, vt circumferri poſſet.

*Magnitudo.* *Color.* *Pinnæ.* *Roſtrum.*

B

## LOCVS.

MArinum, non fluuiatilem piſcem eſſe, vel ex eo colligi poteſt, quòd in fluuijs naues firmaſſe, apud nullum legitur, ſed in mari tantùm, vt modò hiſtoria docebit. Ouidius etiam inter pelagios recenſet; Ariſtoteli verò ſaxatilis eſt, ſaxis nimirum hærens.

## OCCVLTANE AN MANIFESTA VI NAVES REMORETVR.

C REmoram nauibus ſeſe applicantem, remorari earum curſum dictum eſt; vnde Latini quamlibet retardationem, remoram quoq; dixerunt. Lucilius apud Feſtum; *Quenam vox ſe reſonans meo gradu Remoram fecit.*[a] Plautus. *Quæ in rebus multis obſtant, odioſaq; ſunt, Remoramq; faciunt, rei priuatæ & publicæ.* Admiratur admirandam hanc facultatem inter alios diuerſis in locis [b] Plinius, maximè verò vbi medicinas ex aquatilibus inchoatur: *Ventum eſt* (inquit) *ad ſummam Naturæ, exemplorumque per rerum ordinem, & ipſum ſua ſponte occurrit immenſum potentiæ occultæ documentum, vt prorſus nec aliud vltra quæri debeat, nec par aut ſimile poſſit inueniri ipſa ſe viuente natura, & quidem numeroſis modis. Quid enim violentius mari ventiſue & turbinibus ac procellis, quo maiore hominum ingenio in vlla ſui parte adiuta eſt quàm remis veliſq;? Addatur his & reciproci æſtus inenarrabilis vis, verſumq; totum mare in flumen. Tamen omnia hæc pariterq; eodem impellentia, vnus ac paruus admodum piſciculus, Echineis appellatus in ſe tenet. Ruant venti licet & ſeuiant procellæ, imperat furori, viresq; tantas compeſcit, & cogit ſtare nauigia, quod non vincula vlla, non anchoræ pondere irrenocabili iactæ. Infrenat impetus, & domat mundi rabiem nullo ſuo labore, non retinendo, aut alio modo adhærendo. Hæc tantilla eſt ſatis contra tot impetus, vt vetet ire nauigia. Sed armata claſſes imponunt ſibi turrium propugnacula, vt in mari quoq; pugnetur, velut è muris. Heu vanitas cùm roſtra illa æra ferroq; ad ictus armata, ſemipedalis inhibere poſſit ac tenere deuincta piſciculus. Fertur Actiaco Marte tenuiſſe prætoriam nauem Antonij properantis circuire & exhortari ſuos, donec tranſiret in aliam. Ideoq; Cæſariana claſſis impetu maiore protinus venit. Tenuit & noſtra memoria Caij principis ab Aſtura Antium remigantis, vt res eſt auſpicalis etiã piſciculus; ſiquidem noniſsimè tum in vrbem reuerſus ille imperator, ſuis telis confoſſus eſt. Nec longa fuit illius mora admiratio, ſtatim cauſa intellecta, cùm è tota claſſe quinquiremis ſola non proficeret, exilientibus protinus qui id quærerent circa nauem, innenere adherentem gubernaculo, oſtenderuntq; Caio, indignanti hoc fuiſſe quod ſe reuocaret, quadringentorumq; remigum obſequio contra ſe intercederet. Conſtabat peculiariter miratum quomodo adhærens tenuiſſet, nec idem polleret in remigium receptus. Qui tunc poſteaq; videre, cum limaci magnæ ſimilem eſſe dicunt. Nos plurium opiniones poſuimus in natura aquatilium, cùm de eo diceremus. Nec dubitamus idem valere omnia genera cum celebri & conſecrato etiam exemplo apud Gnidiam Venerem, conchas quoq; eiuſdem potentiæ credi neceſſe ſit. Mirumq; è Gracis alij lubricos partus atq; procidentes contineri ad maturitatem alligato eo, vt diximus, prodiderunt: alij ſale adſernatum adalligatumq; granidis parens ſoluere, ob id alio nomine Odinolyontem appellari. Quocunq; modo iſta ſe habeant, quis ab hoc tenendi nauigia exemplo de vlla potentia naturæ atq; effectu, in remedijs ſponte naſcentium rerum dubitet? Hæc itaq; Plinius. Ne verò quis nugari credat veteres, parentum

[a] *In Trinummo.* [b] *Lib. 32. c. 1.*

*Nauis Antonij retinetur.* *Caligulæ nauis retenta.* *Remoræ figura.* *Odinolyontes.* *Franciſci Turonenſis Cardinalis nauis retenta.*

tum noſtrorum memoria nauem Franciſci Turonenſis Cardinalis, cùm aliquando è Gallia ma- E
ritimo itinere in Italiam pergeret, ferunt, narrante [b] Petro Melara Bonon. equite fortiſſimo
ſimul ac eruditiſsimo, à perexiguo piſciculo remoratam fuiſſe in medio curſu. Manifeſtané modò an
occulta ſit iſtiuſmodi facultas age examinemus. Rõdeletius videns Plinium ſcribere circa clauum ad-
hærentem inuentam fuiſſe, quæ Caij principis nauem retinebat, manifeſtam eſſe, Ariſtotelis (vt pu-
tat) doctrina nixus, contendit, quandoquidem * philoſophus, quærẽs cur clauus cùm ſit paruus, & in
extrema naui tantum poſſit, vt ab exiguo temone & ab hominis vnius viribus alioqui modicè niten-
tis magnæ nauium moles moueantur, præter alia reſpondet, facillimum eſſe mouenti ab extremo,
mouere aliud, quia prima pars fertur celerrimè, ac quemadmodum in his quæ feruntur, in fine ceſſat
impetus, ita in continui quod mouetur fine, maximè imbecillis motus eſt, qui verò maximè imbecil-
lis eſt, facilè dimouetur; vel vt dilucidiùs loquar, in puppi (extrema ſcilicet nauis parte) rectè collo-
catur clauus, quoniam moles omnis continua ab eo extremo, cui id quod mouet, coniunctum eſt, ce-
lerrimè fertur: alterius verò extremi imbecillis admodum eſt motio & renixus. Imbecille autem om-
ne in quamlibet partem leui momento impellitur: ex quibus efficitur, ſi in hanc vel illam partem
clauus moueatur, proram quoq; vel dextrorſum vel ſiniſtrorſum ferri, in rectum verò remorum im-
pulſu. Quare ſi rectà & celerrimè currat nauis, & Echeneis ore clauo vel puppi affixo caudam vel ſe F
totam modò in dextrum, modò in ſiniſtrum moueat, neceſſe etiam eſſe putat in prora motionem hanc
percipi, & ad Echeneidis motum ambiguum, ambiguè quoq; moueri, ac proinde impetum eius inhi-
beri, cùm ab Ariſtotele demonſtratum ſit & experientia comprobatum, ad exiguã vnius motionem,
extremum alterum atq; adeo totam molem continuam nutare. Lampetra igitur, verbi gratia, vel quę-
uis alia Remora, non in ipſa naue, neq; ipſius lateribus ſed puppi vel gubernaculo adhærente & cau-
dam vel reliquum corpus motitante fluctuat nauis, nec progreditur, nec vltra fertur, non aliter quàm
ſi tranquillo mari in proſpero & celeri nauis curſu gubernator imperitiorem ad gubernandum admit-
tat, qui clauum rectè tenere non poſſit. Firmiſſimè enim in curſu tenendus eſt, alioqui mox retardabi-
tur impetus. Eadem validis retinaculis ad puppim clauus alligatur, etiam in fluuiatilibus nauigijs, li-
bero in obliquum motu non impedito, atq; in rapidis amnibus in terram altè defixis palis in vtraq; ri-
pa funes alligantur ad diligendum iter, ne aquarum vi fluctuante naue progreſſus inhibeatur, neque
*Rondel. opinio improbatur.* recta fluuius traijci poſſit. Cæterùm vt hoc Rondeletio conceſſerimus, quòd ob allatas ab ipſo ratio-
nes, nauis mouetur minus velociter; ita tamen quæſtio nõ ſoluitur. Aliud enim nauẽ eſt impedire, quò
minus celerẽ exerceat curſum: aliud eſt, ruant venti licet, & ſæuiant procellæ, imperare furori, vireſq;
tantas compeſcere & cogere ſtare nauigia, quod non vincula vlla, non anchoræ pondere irreuocabi- G
li iactæ, vt ex Plinio diximus. Neq; etiam verum puto, quod contra Cardanum affirmat Rondeletius,
contra veterum ſententiam eſſe, quod Remora naues ſiſtat, fundo illarum adhærens, nam licet pro
Rondeletio ſtet Plinius, Cardano patrocinatur Oppianus hoc verſu:

Ἰχθὺς ἀμφιχῶνον ὀλίγον σόμα νήθιν ἐρύκει Πᾶσαν (ναῦν) ὑποδρόμιος βιβαμένος, id eſt,

[c] *L. 2. Symp. probl. 7.* *vim naui ſub carina inferens, mordicùs totam tenet.* Ac Plutarchus quoq; ad latus nauis hærentem
Echeneidem, nauem eſſe remoratam aſſerit. Si quis verò Plutarchum Remoram non quidem reten-
tionis cauſam eſſe dicẽtem, ſed cauſæ efficientis accidens, nobis occultam hanc vim eſſe arbitrantibus
aduerſari contendat, eum ego præcipitanter Plutarchum legiſſe dixerim, vtpote qui rationem dun-
taxat reddit, cur tardiùs progrediatur nauigium, non cur ſubinde immobilis fiat: Cheremonia-
nus Trallianus (inquit) piſciculis aliquando varijs appoſitis vnicum, oblongum, capite paruo acu-
toque oſtendebat, cui ſimilem Echineidem dicebat quam in mari Siculo vidiſſet, eiuſque vim ad-
miratus eſſet, cùm non parum impedimenti & moræ nauigationi attuliſſet, donec à prorcta lateri
nauis forinſecus adhærens caperetur. Tum alij Cheremonianum irridebant, ceu qui rei fabuloſæ
abſurdæque fidem adhiberet. Alij alias quoque mirabiles in rerum natura diſcordias commemora-
bant (tanquam ad confirmationem potentiæ Echineidis) vt ſunt, quòd aries conſpectus elephan- H
tum furentem compeſcit, quòd viperam ramulus fagi admotus ſuo contactu immobilẽ reddit, quòd
taurus ferus ad ficum arborem alligatus, quietus & placidus manet: quod ſuccinum leuia omnia
præter ocimum & oleo madida, mouet & extrahit, quòd ſiderites lapis non attrahit ferrum, ſi allio
inungatur. Hæc enim cùm ſic ſe habere indubitatis experimentis conſtet, eorum tamen cauſas erue-
re vel difficile, vel etiam impoſſibile eſſe dicebant: Ego verò hanc quæſtionis depulſionem magis
quàm ſolutionem eſſe dicebam, quin ita potius vſu venire exiſtimandum eſt, ſicut aliàs ſæpè fit, vt
quæ rebus quibuſdam accidunt, cauſæ ipſarum eſſe non rectè iudicentur, veluti ſi quis ex vulgari di-
cto ἡ ἄγνος ἀνθεῖ, καὶ ὁ βότρυς πεπάνται, id eſt, Salix Amerina floret, vua coquitur: ipſam Salicis
Amerinæ florum germinationem, maturitatis vuarum cauſam faciat, vel propter fungos lucerna-
rum aërem denſari, & obnubilari exiſtimet, vel vnguium curuationem, cauſam non accidens eſſe
vlceris pulmonis. Quemadmodum enim quæ iam diximus, ſingula ad aliud quidpiam conſequun-
tur, propter communem aliquam efficientem cauſam: ſic ego ſimiliter vnam eſſe cauſam dicebam

quæ

[b] *L. de cardinalib. fol. 99. Rondeletij opinio.*

* *In Mechanicis.*

A quæ & tarditatem nauigio inferat,& Echineidem ad idem alliciat:nempe cùm ficcior nauis eſt,neque admodum grauatur humore,conſentaneum eſt carinam leuitate ſua facilè per mare delabi,& aquas ligno puro meanti facilè cedere:contrà cùm humidior eſt & aquę nimium imbibit, multa alga & muſco innaſcenti obducitur,quibus hirſutum lignum & aquam obtuſiùs ſecat, & aqua ipſa ligno tenaciori adiuncta difficiliùs ſeparatur:quamobrem nautæ latera nauium abradere ſolent, vt muſcum atque algam abſtergant:quibus adhæreſcentem Echeneidem propter earum viſcoſitatem(quaſi ſucci eiuſdem appetens)tarditatis nauigij non quidem cauſam eſſe,ſed cauſæ illam efficientis accidens, eique ſuperuenire iudicandum eſt. Loquitur itaque etiam Plutarchus de tarditate motus nauigij, non de abolitione:cæterùm ei probandum erat,motum duntaxat impediri,non autẽ aboleri omnino, de quo diſputatio eſt. Quamobrem ſi & Leuino Lemnio [d] fidem non præſtitero,nemo puto, vitio vertet, roſtratas naues dicenti cùm ex lunga peregrinatione reuertuntur,muſcum & algam,teſtacea & Echineidem piſciculum adhæreſcentia habere, ijſque remorari,retardariq; earum curſum. Longè diuerſa ſententia eſt Hier. Fracaſtorij. Hic enim [e] non ab Echineide cohiberi nauem arbitratur piſce, ſed Echineidem eſſe ſignum ſcopuli, qui ſubſit ſub aquis: cuius ſaxi vis nauem retinere valeat: quaſi velit dicere,ſcopulum illum eſſe ex Herculeo lapide, qui clauos auellere nequeat, nauem tenere queat.

*Leuini Lemnij opinio.*

[d] *Lib. 3. de occult. nat. mirac. c. 9.*

*Fracaſtorij opinio.*

[e] *Lib. 8 ſym path.*

B Verùm aliter videri; maiore namque robore opus eſſe ad nauim retinendam quam ad extrahendum clauum:argumento quòd hoc ſanè faber vnus fecerit,illud multi tentauerint fruſtrà: Ad hoc,cùm plurimæ naues vnà fecerint iter,vna tantùm fuit immobilis,idque plenis velis, cùm aliæ puſillo remorum nixu tranſmitterent:quocirca ad aliam cauſam tranſit,Echineidem ita naui adhæreſcere vt auelli nequeat propter vacuum. Echineidem verò habere cum ſubiectis illis cotibus affinitatem, vt mutuo aromorum illorum quos emitti aiunt,nexu coniungantur. Ego verò quid vacui ſubſequi poſſit,amota exigua beſtiola,neſcio. Tum ſi cum illis cotibus eam habet coniunctionis neceſſitudinem: quibus naturæ nouis legibus veterem illam propriamque erga ſcopulos illos propenſionem,cum hac aduentitia nouitiaque nauis cohæſione commutauit? Ab illis enim ſeſe abſtulit ſuis familiaribus, vt inferret naui peregrinæ? Cùm itaque certa ratio non detur, ad ſacrum illud aſylum occultæ proprietatis recurrerit Scaliger,& reuera ad manifeſtas qualitates omnia deducere velle,non ſolùm impoſſibile, ſed etiam vt eius verbis vtar,ſumma impudentia eſt,id quod Alexandrei multi & fruſtra conati ſunt, & temere (inquit) inſtituerunt. At ſatis enim in venenis exempla noſtra decuit conquieſcere. Eorum namque multa diuerſas habent ab elementorum qualitatibus proprietates, quæ omnino lædunt animos temperatos,illudunt curioſis. Idemque iſti qui ſe putant, cuncta ad certas cauſas reducere manifeſtas,tandem huc ſe deuoluunt,vt dicant,in hominis oculis & Catoblepæ eſſe principia contraria, & tamen vtrunque illi ſalutare aſylum illud occultæ proprietatis. De nomine ac vi Echineidis etiam apud Aeſchylum idem videre poſſumus. In Perſis enim voce vſus eſt hac quaſi adiectiua; *μή τινας ἐχθρᾶς δυσκόλους χροὸς ἐχενηΐδας ἀπλόας τυχῇ*. Opinatur itaque doctiſſimus Scaliger,quod quemadmodum a Torpedine impingitur manibus, etiamſi non tangatur, etiam per lineam ſubiens (neque enim fabulæ ſunt) ita & motui nauis illa beſtia. Neque verò ſine ſubtilitate ſunt hæc prætereunda. Propter officium ſunt immobilia quædam ſemper,vt poli: quædam ratione loci veluti terræ pars, quę eſt in centro: nunquam enim mouebitur naturaliter. Contrà officio quædam ſemper mobilia vt cęlum; quædam natura loci,vt flumina. Ita quibuſdam mouendi eſſe poteſtatem, vt magneti: alijs cõtrariam facultatem:videlicet eiuſmodi ſunt quæ motu priuant, vt Echineis. Ratio autem in principijs:quia ſicut quies & motus ſunt contraria. Neque reddi poteſt ratio,cur calori frigus aduerſetur. Sic ne in illis quidem:cur ea quæ principia in ſe habent effectiua motus,moueant:quæ quietis, faciant quieſcere. Nemini comperta ſunt in igne caloris principia. Ita in Echineide quæ ſint principia quietis. In eadem ſententia, nimirum nullam illius potentiæ in Echineide cauſam naturalem aſſignari poſſe,eſt Adamus Lonicerus,opinionemque ſuam hiſce verbis nobis exaratam reliquit; Non immeritò [f] (inquit)tantas in tantillo piſciculo vires aliquis miretur. Magneti quidem ſua eſt in ferrum facultas,adamantem ferunt coram toxico madere,turcheſiam appetente periculo aut ſcindi aut omnino rimam aut maculam aliquam concipere, ſed longè alia natura venit admiratio in noſtra Echineide. Lapidibus ſcilicet & metallicis naturalis pro materiei varia conflatione,cæleſtiumque corporum in ea elaboratione quadantenus cauſa aſſignari poteſt,partim etiam natura ſecretis eſt relinquenda. Baſiliſcum ſerpentem adeo venenatum eſſe ſcribunt,vt viſu etiam in hominẽ virus transfundat. Torpedo piſcis non tangenti piſcatori per hamum & virgam torporem(vnde nomen etiam accepit, ſicut & Græcis νάρκη dicitur) immittit,ac totum deinde corpus occupat, in quibus veneni ea vis tribuitur. Sed quid de hoc piſciculo afferemus in medium? quam eius viribus & potentiæ aſcribemus rationẽ? Hic ſicuti & reliqui piſces in aquis agit:non alibi quàm in aquis vires ſuas exercet, (Hoc quidem verum eſt, quantum ad naues retinendas,nam alias etiam extra aquam ſuas vires habet, vt modò patebit, etiam ex Plinio dictum eſt) nulla adeſt magnitudinis in eo violentia,minutulus ipſe naui ſe adiungit,nulla vis contra ipſum ſatis eſt, nullus impetus loco mouere nauem poteſt niſi piſciculus hic naui

*Opinio authoris & Scaligeri. Venena.*

*Adami Lonicери opinio*

[f] *Lib. de equatil.*

adhærere inuentus eſſet. Adſcribi illud poteſt, cur non aliæ ſimiliter naues fixæ manent? cur hæc tantùm cui piſciculus hic ſe adiunxit? cur inuento hoc & amoto plenis mox velis nauis procedit, nec impedimentum ampliùs ſentit? Fatendum eſt rationem hîc naturalem adferri nullam poſſe. Sic ille. Et Plinius quoque tam mirandi effectus cæcam planeq; occultam eſſe videtur voluiſſe tum alijs, tum ijs quæ & antea recitauimus verbis, *& ipſum ſua ſponte occurrit inuenſum potentiæ occulte documentum*. E

# PRÆSAGIA.

*Periandri legati retenti.*

ECquis non videt (inquit idem Lonicerus) in eodem piſce (Remora) fatale quiddam indicium & præſagium quaſi futuri mali præſcium, periculum imminens cupiens auertere? Tenuit legatos Periandri de caſtrandis pueris nobilibus, tanquam indignum iudicante natura homini id quod conſeruationi ipſius donatum eſſet, auferri, & idcirco nauem inhibuit & à curſu reuocauit, ſed ſecurum & improuidum genus hominum velut rem nihili flocci pendit. Tenuit nauem Caij Cæſaris, non multò pòſt Romæ interfecti: condolens miſero Cæſaris exitio, ipſa natura cupit ab ipſo malum auertere, atque à curſu infauſto & infelici reuocare. Hæc ille. Item Remoræ præſagium augurium-ue ſi intellexiſſet Antonius, fuga ſibi conſulere, Martemque rurſus reparare potuiſſet. Plinio ob hęc auſpicalis piſciculus vocatur. F

# VSVS.

*Ad venerē inhibendam. Ad fœtus retinendos.*

PLinius atque Ariſtoteles Echeneidem in cibos admitti negant, nulla addita tamen ratione, cùm alioqui ſaxatilem hic faciat. Plinius Venerem inhibere; aliqui item abortus prohibere, fœtumque ad maturitatem continere, ſi alligetur, arbitrati ſunt, opinione inde (vt apparet) nata, quod ἀπὸ τῆς ἴσχεως nomen habeat, ac ſi non ſolùm naues retinere, ſed omnino arcana quadam cohibendi vis ei inſit, quam vim tamen ſal immutare videtur. Diximus enim ex eodem Plinio, è Græcis alios ſale adſeruatum adalligatumque grauidis partus ſoluere, & ob id alio nomine Odinolyontem appellari. Alios præterea vſus Remoræ tribuit Ariſtoteles: vti videlicet ea quoſdam ad iudicia & philtra, quòd clariùs declarat idem Plinius his verbis: *Amatorijs quoque veficijs infamis eſt, & iudiciorum & litium mora*: quæ vero parum conſentanea eſſe mihi videntur, neque id affirmant illi: apparetque qui hoc crediderunt, & ipſas facultatem nauium curſum inhibendi, ad amantes firma amicitia deuincien-dos tranſtuliſſe, ſicuti innuere etiam videtur Lucanus, [a] de venefica quadam agens necyomantiam exercente: G

*Lib. 6. de bell. Phar.*

*Non* (deſuit) *puppim retinens Eurо tendente rudentes*
*In medijs Echeneis aquis, oculiq; draconum*.

# EMBLEMATA.

EMblema Alciati inſcriptum, in facilè à virtute deſciſcentes:

*Parua velut limax ſpreto Remora impetu venti,*
*Remorumque, ratem ſiſtere ſola poteſt.*
*Sic quoſdam ingenio & virtute ad ſidera vectos,*
*Detinet in medio tramite cauſa lenis.*
*Anxia lis veluti eſt: vel qui meretricius ardor*
*Egregijs iuuenes ſeuocat à ſtudijs.* H

Aliud eiuſdem, ſub lemmate, Maturandum.

*Maturare iubent properè, & cunctarier omnes,*
*Ne nimium præceps, nec mora longa nimis.*
*Hoc tibi declaret connexum Echeneide telum,*
*Hoc tarda eſt; volitans ſpicula miſſa manu.*



Digitized by Google

A

# DE CETORVM DVCE. Cap. XXIII.

OPpianus,[a] & ex eo Aelianus[b] immanibus maris beluis duce viæque comite opus eſſe aſſerunt, qui nimirum anteeat, viamque monſtret: ideoque adeo ijs gratum eſſe, vt quò is velit, ſequantur, in eoque vitæ ſalutiſque ſpem omnem ſitam habeāt. Neceſſitatis duplicem cauſam Oppianus aſſignat, tum quia nimia corporis mole, & pondere oppreſſæ tardè mouentur, tum quia omnes demptis Canibus parùm acutè cernentes, facilè poſſint impingere. Cur verò habeti ſint viſu oſtendit Plinius[c] Balenæ exemplo, quòd prægraui ſuperciliorum pondere obruantur oculi, niſi hoc ſolummodo Balenę conuenire velimus, nam Aelianus Cetorum fermè omne genus cæcutire ſemper, inquit, cùm ad nimiā pinguedinem peruenit, amplius nec videre, nec audire poſſe aſſerēs, addita etiam ratione, quòd carnium moles & videndi & audiendi viam intercludat, horumque ſenſuum meatus obſtruat. Cæterùm ducemnè Cetaceis Natura dederit, an is amicitia quadam adductus Cetos vltrò aggrediatur, haud planè ſe ſcire ait idem Aelianus: factum id tamen naturæ potius vi arbitratur, argumento quòd nunquam ſeparatim ab illis natet, ſed ante caput antecedens, ipſorum dux ſit atque clauus. Etenim cuncta illis (inquit) & prouidet & præſentit, caudæque extremo præmonſtrat ſingula: hac parte Cetum contingit ac monet, ſic horribilia formidoloſaque inhibet, ſic cibaria conciliat, inſidiaſque à piſcatoribus poſitas ſigno quodam oſtendit, atque quem locum propter magnitudinem ipſum adire non oporteat, præſignificat, ne quando latenti alicui alliſus petræ aut affixus, tunditùs intereat. Nunquam autem Cetus ſine hoc duce apparet. Quod ſi is piſciculus quo ad neceſſaria vtitur, perit, illi quoque pereundum eſt. Hæc itaque Aelianus. Plinius verò ad occultam aliquam amicitiam hæc retulit, ſed priuatim de Balena (vt dictum eſt) loquitur, inquiens: *Amicitiæ exempla ſunt, Balena, Muſculus, quando prægrani ſuperciliorum pondere obrutis eius oculis, infeſtantia magna vada, prænatans demonſtrat, oculorumque vice fungitur.* Plinio[d] ſubſcribit Plutarchus, amicitiam hanc reciprocam eſse declarans: qui inſuper teſtatur, Cetis quidem cæteris præire & amicum eſse iſtiuſmodi ductorem, ſed Balenæ præcipuè. *Et grandiorum Cetorum cuipiam* (inquit) *ſemper hæret, praitque curſum dirigens, ne vel in breuia cæunque impingat, vel in angſtias incidat, vnde exitus non detur. Hunc Balena lubens ſequitur, veluti temonem nauis. Ac cæterorum quidem quicquid intra barathrum belua venit, animal ſeu ſcapha ſeu ſaxū, peſſum it peritque in altu profundum inerſum. Hunc autem agnitum, ore velut ancoram recipit, intra fauces eius dormiturum, & quieſcente quieſcit; progrediente rurſus vt antea eum ſequitur, haud vſquam diù noctuque deſtituens, hoc niſi facit, errare impingereq; certum eſt. Periere multa dum velut gubernatore carens nauigium, delatæ ad terram ſunt, quod ipſi quoque circa Antyciram vidimus, ac prius etiam haud ita procul à Bunis Ceto eiecto & putreſcente, peſtem innaſiſſe narrant.* In eadem ſententia[e] Claudianus:

*Sic ruit in præceps amiſſo piſce ſodali*
*Belua ſulcandas qui prænius edocet vndas,*
*Inmenſumque pecus parua moderamine cæde*
*Temperat, & tanto coniungit fœdera monſtro.*

Addit inſuper author quidam innominatus Græcus qui ex Oppiano de piſcibus veluti paraphraſim conſcripſit, hoc piſciculo viuo neminem facilè Cetum capere, ideoque piſcatores ſummo ſtudio huic pilci inſidiari, nam hoc capto, nullo negocio iam oberrantem Cetum inſtar cæci circa litora & petras capi: Appellari autem ὁδηγὸν id eſt, viæ ductorē, vulgò γαλεῶ id eſt Muſtelam, quod tamē nouiſſimum nomen Ceti ductori non competit, ſed Lampetræ, quam Oppiani Remoram quibuſdam eſse meminimus: verendumq; ne Muſtelam pro Muſculo poſuerit. Sic enim Plinius, vt dixi, vocauit, nomine quidem æquiuoco, cùm ſit ipſi aliàs[f] Muſculus genus Ceti, quē meo iudicio non bene Balenæ ductorem facit: hoc enim eſset cæcum ducere, ſeſeque ipſos in ſcopulos inſidiaſque præcipitare, neque etiam hoc dicit Ariſt. quem tranſcripſit, inquiens: *Dentes nullos habet, ſed pro ijs, ſetas intus os hirtum:* hoc enim ſimpliciter[g] Myſticeto tribuit Philoſophus, quem ille, & ſecutus illum Theodorus Muſculū vocant, ſed præſtiterit homonymiæ cauſa, Græco nomine vti. Cur verò Cetorum iſte ductor ſociuſue Muſculi nomen ſibi acquiſiuerit, (qui Oppiano & Aeliano ἰγνῖλος, Plutarcho ἰγνίων vocatur) vt ingenuè fatear, necdum didici: conijcere licet à paruitate nomen factum: puſillum enim piſciculum Aelianus & Plutarchus eſse teſtantur: puſilla autem maximis comparata muris muſculiue nomine indicari, haud obſcurè indicat hoc Horatij: *Parturient montes, naſcetur ridiculus mus.*

Hermolaus item Iulum vocari ſcribit, ex quo authore, neſcio. Iulum equidem Oppianus ab Hegetere (Interpres ἰγνῖλον Muſculum reddidit) diſtinguere videtur: & Iulum nonnullis a Iulide nō diſtingui in Iuliadis hiſtoria memanimus. Quod modò ad piſcis notitiam attinet, Oppianus paruum quidem aſpectu eſse aſſerit, ſed longo corpore, cauda tenui. Aeliano item longus piſcis eſt, colore albo, capite prælongo, anguſta cauda. Cùm autem Aelianus plurima, tùm verò iſthæc ex Oppiano mutuatus ſit ſuſpicatur Rondel. Oppiani locum mendoſum eſse, quoniā ſenſum non habeat (vt putat) paruū quid dicit, quod longo ſit corpore, ideoq; legendum pro βαιὸς ἰδεῖν, ex Aeliano λιωὸς ἰδεῖν, vel quid ſimile.

[a] *L. 3 Hal.*
[b] *L. 10. c. 6. Cete cur duce egeant.*
*Cete cur bz beti ſint viſu.*
[c] *L. 9. c. 62.*

*Amicitiæ exemplum.*
[d] *Lib. Vtra animal.*

*Muſculus.*
[f] *L. 32. c. 11*

[g] *L. 3. Hiſt. cap 12. Myſticetus Muſiuleus mum.*

*Iulus.*

*Deſcriptio.*



A **Mihi nihil mouendum videtur. Quid enim vetat,vt piſcis ſit paruus,& longo & tenui corpore ? Bel-**
lonius verò in craſſiſſimo verſatur errore,dum Ariſtoteli & Oppiano Balenæ partem, Muſculum ap-
pellari ſcribit,cùm ne per ſomnũ quidem id cogitarint ipſiſſimo verò neuter corũ ea voce vſus eſt,ſed
Gaza Myſticetum apud Ariſtotelem; Oppiani interpres κητη πρα (diuerſiſſimos piſces) Muſculũ red-
diderunt,vterque Plinium ſecutus,cui Muſculus de duobus prædicatur piſcibus. Partem eam Bel-
lonius ante oculos ſitã eſſe ait,at quo authore pretenturas vocari dicat,quod his ſibi prætendat iter,ne-
ſcio : contrà ex Plinio diximus,qui prægraui ſuperciliorum (hæc enim intelligere Bellonũ apparet)
pondere obrui eius oculos teſtatur, ſed hac de re dicemus rurſus in Balæna, vbi iſtiuſmodi partem,
ſuperioribus annis Balenæ vel immani alij beluæ detractam in litore Cæſanate exhibebimus. Qui
verò Cetorum ducem vel deſcribat,vel depingat,inuenio neminem. Rondeletius fabulam arbitra-
tur,piſcatorum quos conſuluit,authoritate fultus. Habes hîc candide lector, dodrantalem aut paulo
maiorem piſcem,roſtro acuto,capite prælongo & plano, cauda item anguſta & tenui. Toto corpore
aſpero,ac fermè oſſeo corio tegitur,ſquamis expers.

*Muſculus quid Bellonio.*

*Muſculi au thoris deſcri ptio.*

# B DE SERPENTE MARINO.

## Cap. XXIV.

## SYNONYMA. ETYMVM.

QVemadmodum in terra Serpentium longè diuerſa eſt figura ab ijs quæ gradiuntur, animalibus,ita & in aqua facilè inter cæteros piſces dignoſcuntur, qui terreſtrium Serpentium ſpeciem repræſentant : de quibus tamen omnibus hoc loco non agam, ſed de ijs tantùm priuatim qui maris peculiares ſunt,cæteros ſuis proprijs locis reſeruaturus. Quia verò ab eadem corporis forma recentioribus nonnullis appellantur ſerpentinæ ſpeciei piſces,nemo opinor vitio mihi vertet,ſi ab eo inchoauerim,qui priuatim [a] Ariſtoteli ὄφις θαλάσσιος,id eſt Serpens marinus appellatur: Plinio,vt in progreſſu hiſtoriæ patebit,etiam marinus Draco. Bellonius & Saluianus huic Ophidion item dici rentur. Rondeletius
C verò diuerſos eſſe oſtendit,& meo iudicio rectè,nam Ophidion licet Congro (cui corpore & colore Serpentem marinum aſſimilat Ariſtoteles) ſimilem eſſe dicat, piſciculus ipſi ſit, id eſt, exiguus piſcis, Serpens marinus non rectè dicetur, vtpotè qui magnus piſcis iure omni merito potius ſit dicendus. Idem Saluianus ſcribit Serpentem marinum Aeliano [b] planè fuiſſe incognitum, cùm μύρος etiam, vt credit,dicat appellari:cæterùm non aduertit,ita vocare ob conſimilem figuram potiùs ipſum ſerpentem marinum,quod & hodiè facere piſcatores teſtatur Rondeletius. Idem Aelianus Serpentes marinos,item aquarum dulcium Hydros videtur nominaſſe ; quo nomine Plinius, [d] nec non & Solinus vtuntur,addita à mari differentia,ſed de maximis ſerpentibus quos Ariſtoteles [c] Angues appellauit: nam Hydrus alias ſerpens eſt aquæ dulcis. Viperam marinam Iſidori & Alberti non alium piſcem eſſe,quàm Aranc um,in huius hiſtoria dictum eſt.

*Ordinis ratio.*

[a] *L. 2. Hiſt. cap. 15.*

*Draco marinus.*

*Ophidion an ſerpenti marino idē.*

[b] *L. 18. c. 28 Myrus.*

[c] *L. 16. c. 8. Vipera marina.*

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

D SErpentini generis piſcem eſſe,quo de hîc peculiariter agimus,ipſa figura formaq; piſcis arguit: Cuius cùm multa genera eſſe teſtetur [a] Ariſtoteles, lubet hîc nonnihil digredi, nonnullaque quæ de Serpentium marinorum magnitudine obſeruaui,in medium adferre, licet ad hunc fortaſſis haud rectè pertineant. In Africa referente Ariſtotele magnitudo Anguium mira eſt, nonnulli enim(inquit vbi triremi applicuiſſent,oſſa boum multorum vidiſſe narrant, quos abſumptos eſſe ab anguibus non dubitarent,cùm triremes productas in altum,quamprimùm angues inſectarentur, & nonnulli aggreſſi triremem euertere ant. Et Olaus Magnus tradit circa Norvegiã interdum apparere ad centum aut ducentos pedes longum, vt deſcripto habet (vel etiam trecentos, vt numerus iconi adiunctus præfert) tranquillo mari nautis infeſtum, adeo vt hominem quandoque è naui abripiat. Nauim ab eo inuolui traduntur etiam, quantæ ferè in noſtris fluuijs aut lacubus maiores fieri ſolent, quæ mercium vecturæ deſtinantur, inuolutam ſubuerti,ſpiras ſupra mare tantas aliquando erigere, vt nauis per vnam tranſire poſſet. Figuram qualis in Olai tabula eſt, apponam. Idem & alterius marini Serpẽtis iconem dedit,quem in Balthico vel Succico Oceano eſſe ait flaui coloris,triginta aut quadraginta pedes longum, qui niſi irritatus,neminem lædat. Simillimus is quo ad corporis figuram cum

*Serpentes Norvegiani.*

[a] *L. 2 Hiſt. cap. 15. Angues Africani.*

eo quem



Digitized by Google

A eo quem veri ac genuini Serpentis marini nomine quoque expreſſi. Plinius [a] quoq; teſtatur apud inſulas quaſdam ante Perſidem, Hydros marinos vicenum cubitorum terruiſſe claſſem. Et Solinus inter Carmaniæ promontorium & Arabiam quinquaginta millia paſſuum interiacere, deinde tres ait inſulas eſſe, circa quas Hydri marini egrediuntur vicenûm cubitorum longitudine. Sinthum fluuium maximum eſſe eorum qui circa mare rubrum ſunt & plurimum aquæ in mare emittere, ita vt procul ab eo in pelagus aqua candicans profluat, Arrianus teſtatur in nauigatione maris rubri: cæterùm nauigantibus è pelago verſus hanc regionem (qua ſe exonerat Sinthus) coniecturam de loco facere à Serpentibus qui ex alto eis occurrunt. Siquidem Serpentes Graas (γράας) dictos locorum circa ſupraque Perſidem indicium facere. Et paulò pòſt. Sinus qui Baraces appellatur, valdè (inquit) periculoſus eſt nauigantibus & vitandus &c. Ad eum autem è pelago tendentibus, loci indicium faciũt Serpentes, qui prægrandes & nigri occurrunt. Nam in ſequentibus locis & circa Barygazam minores & colore luteo & ad aureum inclinantes obuij ſunt. Et rurſus: Barare vicus ſitus eſt ad fluuium illic ſe exonerantem &c. & hæc etiam regio è pelago adnauigantibus prænoſcitur ex Serpentibus qui illic obuij ſunt, nigri & ipſi minores, capite quale Draconum eſt, oculis ſanguineis. Meminit item Virgilius [b] maximi Serpentis marini. Laocoon enim Neptuni ſacerdos, vt canit,

[a] *L. 6. c. 23.* *Hydri marini maximi*

*Graa ſerpentes.*

*Serpentes nigri capite draconis.*

[b] *L. 2. Aeneid.*

B *Solennes taurum ingentem mactabat ad aras,*
*(Horreſco referens) immenſis orbibus Angues*
*Pectora quorum inter fluctus arrecta iuxtaque*
*Iuxtà legit, ſinuatque immenſa volumina tergo*

*Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta*
*Incumbunt pelago, pariterque ad litora tendunt,*
*Sanguineæ exuperant undas, pars cætera pontum*
*Pone ſonitus ſpumante ſalo.*

Quod modò ad Serpentem marinum propriè dictum attinet, is eleganter deſcribitur ab Ariſtotele, duobus in locis. Inquit [c] enim Serpentibus terreſtribus ſimilem eſſe, niſi caput haberet Congri: item colore & corpore Congro ſimilem eſſe, oreque quàm ſunt terreſtres, acutiore, vt mirari ſubeat Gilliũ qui, cùm aliàs in variarum rerum ſcientia non mediocriter verſatus ſit, imprudenter marinum Serpẽtem eſſe credidit eum qui omnium aliorum doctorum iudicio eiuſdem Ariſtotelis Acus eſt, cuius caput in fiſtulam deſinit, roſtrumq; tubam imitatur, vnde hodieq; Trompete Gallis nuncupatur. Adde quòd Acus a capite ad podicem corpore eſt exagono, à podice ad caudam quadrato; quæ forma neq; Serpentibus, ſiue terreſtres ſint, ſiue marini, neq; Congro conuenit. Decepit Gillium, quòd Ariſtoteles marino Serpenti tribuat os acutius quàm eſt terreſtribus. Genuinum exhibent Bellon. & Saluianus, eundẽ nimirum quem nos, multis implicitum ſpiris, non quòd in mari ita inuolutus ſit, ſed ad longitudinem exprimendam. Eundem puto pingit Rondeletius quanquam quibuſdam velut eminentibus aculeis aſperum pictor finxerit, eorum enim ipſe in deſcriptione non meminit. Addidit Ariſtoteles præterea colorem inquiens, eſſe Congro ἀμαυρότερον, id eſt, vt Gaza vertit, obſcuriorem. Bellonius hunc obſcuriorem colorem interpretatur nigriorem, & Saluianus, id ipſum quoque à pleriſq; omnibus, quibus iſtos piſces viſos nunquam eſſe intellexit, comprobari ſibi videri aſſerit: affirmare enim Congris nigriores eſſe: nec cum hoc pugnare arbitratur quod priori citato loco ab eodem Ariſtotele dictum eſt, complura eorum eſſe genera colore numeroſæ varietatis. Nam etſi plures crebrioreſq; (inquit) ſunt qui Congrum colore, ſed aliquantulum obſcuriore referunt; nihil prohibet tamen, cur minus inter diuerſa illa genera, alteriùs etiam coloris reperiantur. Ipſe interim ſuum Serpentem marinum dorſo ait eſſe ſubrubro, lateribus ſubflauis, imò ventre ſubalbido. Qui Græcæ linguæ peritiores ſunt ἀμαυρότερον colorem, cùm inter ſe alijs conferuntur, minus intenſum, minuſque ſplendidum in eodem genere ſignificare putant. Rondeletius ſic deſcripſit: Is (inquit) quem depinximus, terreno vel fluuiatili ſimillimus eſt, ad trium vel quatuor cubitorum longitudinem accedit. Corpore rotundiore eſt quàm Anguilla: capite Congro ſimilis. Maxilla ſuperior inferiore longior eſt. Dentes habet in maxillis & in palato Murænæ modo ſed rariores. Pinnulas duas ad branchias velati Anguilla. Colore eſt fuluo, venter & roſtrum cinereo. Oculi flaueſcunt. Internis partibus à Murena non differt. Nullus eſt omnino qui primo aſpectu hunc Serpentem eſſe non iudicet. Hæc ille. Sceleton quod iam amplius triginta annis in muſæo appenſum parieti reſeruo, fuluum adhuc eum colorem retinet. Addita eſt alterius marini ſerpentis icon, pro genuino ſerpente marino nobis communicata, à D. Bernardo Caſtelletto Genuenſi, arcanorum naturæ peritiſſimo, cuius opinioni libenter ſubſcribo. Colore enim etiam Congro ſimilis, ſed ad cæruleum inclinante. Sub mento apophyſis barbæ modo propendet, altera ad ani orificium. Os internum rubet, dentibus inſtructum acutiſſimis.

*Serpẽtis marini propriè dicti deſcriptio.*

[c] *L. 2. Hiſt. cap. 14. & lib. 9. c. 17.* *Acus Ariſtotelis.*

*Color.*

*Longitudo.*

LOCVS.

## Serpens marinus.

Digitized by Google

# LOCVS.

Serpẽs marinus pro vero ac genuino miſſus.

NOn omnium maris locorum incola eſt. Negat enim [a] Ariſtoteles in altiſſimis naſci gurgitibus. Cæterùm nunquid præterea in fluuijs quoque habitet, in dubium verti poteſt. Id enim hîce uerbis innuere aidetur. *Sunt ſerpentum alij terreſtres, alij aquatiles quanquam maxima pars ſit terreſtris, exigua ferè aquatilis*, ſcilicet fluuiorum incola. Attamen cùm nuſquam in fluuijs alijſque aquis dulcibus inuentus ſit, marinum tantùm eſſe fatendum eſt: neque hoc præcitatæ Ariſtotelis ſententiæ repugnabit, ut quæ non de ſerpente marino, quo de hîc agimus, ſed de fluuiatilibus ſiue aquæ dulcis ſerpentibus quos Hydros propriè uocat, ſunt intelligẽda, qui toto cælo ab hoc differunt. Hunc enim Congro corpore coloreq; ſimilem eſſe ait, illos verò forma non differre ab aſpide, ſed colore qui ipſis plerumque in cinereo candidus ſit. Rurſus Hydri nullis venenoſitate cedunt ſerpentibus, cùm Serpens marinus planè ſit innoxius: Hydrus denique reſpirat & pulmones habet; Serpens marinus branchiatus eſt, & reſpiratione caret.

[a] *L. 2. hiſt. cap. 14.*

*Hydrus vt à Serpente marino differat.*

# NATVRA. MORES.

IDem Ariſtoteles Serpentem marinum non ſolum *δμαυροτέρον*, id eſt, vt interpretantur peritiores, colore minus intenſo (quàm eſt Congrus) uerùm etiam *σφοδροτέρον*, id eſt, uehementiorem ait eſſe, ſiue ut Gaza uertit, acriorem: ad mores enim ea uox referenda eſt, non ad corporis longitudinem, vt Bellonius exiſtimauit. *Si captus, dimittatur foris (ἐὰν δὶ φοβηθῆ καὶ ληφθῆ*, Vuottonus vertit, ſi timeat, atque piſcatores euertat) *in arenam roſtro quàm primùm adacto terebrat, ſubitoque totus.* Plinius, cùm alibi Draconem [b] Ariſtotelis, Araneum appellet; ex hoc tamen loco pro Serpente marino, Draconem marinum tranſtulit, inquiens: *Draco marinus captus atque immiſſus in arenam, cauernam ſibi roſtro mira celeritate excauat.* Et quanquam Rondel. Draconẽ ſiue Araneum piſcem idem facere tradit (quod tamen haud facilè crediderim, vt qui non ſolùm nullo roſtri mucrone ſit inſtructus, verùm etiam obtuſa capitis magnitudine impeditus) certum eſt tamen Ariſt. de Serpente tantùm illud prodidiſſe: quod monendum fuit, ne quis hac occaſione res diuerſas confundat, id quod Albertus feciſſe videtur, vt in Aranei ſiue Draconis hiſtoria oſtendimus. Geſnerus ex Germanico Schiltbergeri cuiuſdam Bauari Monacenſis libro de peregrinationibus ſuis, quas captiuus à Turcis obiuit, pugnam Serpentium marinorum & terreſtrium deſcribit, quam etſi pro certo non habeam, an noſtro piſci ea conueniat, hîc adſcribere libuit, quoniam ſimpliciter Serpentes marinos nominat: In regno Genyce vocato vrbs eſt nomine Sampſon. Eam quo tempore ego apud Vueiaſitam Turcarum regem eram, Cchubri aquatiles & Serpentes terreſtres innumeri circumquaq; per miliaris ferè ſpacium circundabant. Venerant autem hi è ſyluis quæ multæ ſunt in vicina regione Trieuſiæ dicta; illi verò è mari. Hi dum colliguntur, per nouem dies nemo præ metu ex vrbe egredi audebat, quamuis nec hominem nec alia animalia læderent. Quamobrem vrbis aut regionis princeps, ne quiſquam etiam hominum eos læderet, edicebat; non ſine iuſſu diuino rem adeo mirabilem & magnæ alicuius mutationis ſignum euenire interpretatus. Decimo die duo hæc Serpentium genera inchoatum diluculo conflictum ad Solis vſq; occaſum produxerunt; quo animaduerſo, princeps cum paucis equitibus vrbem egreſſus pugnam ſpectare voluit. Cedebant autem aquatiles terreſtribus. Reuerſus in vrbẽ ac poſtridie sũmo mane denuo egreſſus nullos amplius viuos, ſed occiſorũ tantùm ſerpentiũ octo milia reperit, quos omnes ſcobe defoſsa, humo tegi curauit, & Vueiaſitæ regi, nuper ea vrbe potito, rem omnẽ literis nunciauit, qui hoc oſtento tanquã proſpero ſibi & felicia portendente gauiſus eſt. Hæc ille. Serpẽtes autẽ marinos, in terra aliquãdiu degere poſſe, ex Ariſt. probari poteſt, cuius verba recitabo in Cõgro, dariq; Serpẽtes qui è terra in mare exeant, teſtatur [c] Bellonius his verbis: Cùm circa Abydũ obambularẽ, in paruis quibuſdã alueis ſeu canalibus ſalſis inueni ſerpẽtis terreſtris ſpeciẽ qui toto ferè die in mari viuit, quẽadmodũ Coluber in dulci aqua: ſomni verò cauſa in terrã egreditur. Colore fermè rubet, ſed maculis etiã fuſcis aut cinereis varius eſt.

[b] *L. 9 c. 17.*

*Pugna ſerpentiũ marinorum & terreſtrium.*

[c] *In ſingul. obſervat. Serpens terreſtris mare frequentãs.*

VSVS

E

## VSVS IN CIBIS, ET MEDICINA.

*Cur non edatur.*

BEllonius in libello ſuo Gallico de piſcibus ſerpentem marinum eſui quidem ſcribit eſſe aptum, ſicut alij ſunt lõgi lubriciq; vt Congri, Anguillæ, Muſtelę; verùm propter nimiam cum terreſtri ſerpente ſimilitudinem, pleroſq; ab eo viſo, tanquam non piſce abhorrere. Vrinæ incontinentiam cum lilij radice teſte [a] Plinio emendat.

*Ad vrinæ incontinentiã.*

[a] *L. 32. c. 11.*

## DE CONGRO. Cap. XXV.

## SYNONYMA. ETYMVM.

F

*Congrus.*

CONGRO Ariſtoteles Serpentem marinum aſſimilat: quamobrem contiguam voluimus eſſe vtriuſque hiſtoriam. Is latina terminatione Conger, Græca Congrus dicitur: Plinius etiam Gongrum dixit, quòd nomen hodieq; apud Venetos teſte Maſſario retinet: Galli Congre, Maſsilienſes verò non Maſſilicè (vtor Gilij verbis) ſed planè barbarè Phialaſſum (Filat, Rondeletius: Fiela vel Fielaz, Bellonius) dicunt, Luſitani Cromgo, Angli à Counger, Belgæ Congerael, Hiſpani Congrio: Antiates

*Bronchus.*

Bronchum teſte Platina, quo item nomine Romæ audire Saluianus ſcribit. Græcis ſimiliter & κόγγρος & γόγγρος nuncupatur: in Heſychij codice etiam κόγρος, quod tamen doctis improbatur. Nomen inuenit a voracitate, à verbo γρῶ, quod eſt voro, vt Varrinus ſcribit ex Etymologo, qui tamen ideo voracem dicit Congrum quia polypi cirros rodit, cùm potius toto genere voracem dixeris. Geſnerus

*Etymum.*

conijcit γόγγρον fortaſſis etiam dici potuiſſe, quaſi γογγύλον, id eſt (inquit) rotundum aut potius teres, cùm ſit & γόγγρος arborum morbus, eminentia videlicet quædam rotunda in trunco arboris, à cuius item ſimilitudine dicitur γογγρώνη, ἢ βρογχοκήλη tumor quidam in gutture apud Hippocratem. Magis tamen placet à γρῶ γόγγρον dici, nam haud aliam puto ob cauſam Nicander in libro de linguis apud Athenæum γρύλλον vocauit, id eſt Porcum. Græcis noſtri temporis vulgò Cauorofas dicitur, vt Saluianus notauit.

[a] *L. 6. Epidem.*

*Grillus.*

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

G

CONgrum ex Serpentinæ ſpeciei piſcibus eſſe ex præcitata Ariſtotelis comparatione notiſſimum eſt. Duo eius genera teſte eodem [a] Ariſtotele, loco & colore inuicem diſcrepantia: vnum videlicet album & pelagium: nigricans alterum, quod haud rectè vel litorale, vel pelagium dixeris: ambigit enim. Recentiores vnum duntaxat agnoſcunt, in quo omnes notæ, quæ à veteribus Congro attribuuntur, reperiuntur. Longus enim eſt & lubricus, vt Plinius, ſiue vt [b] Theodorus loquitur, læuis; Græcé enim apud [c] Ariſtotelem legitur λεῖος. Athenæus verò cùm ſimplicer cute tegi dicit, læuem eſſe indicat. Binas vtrimq; habet branchias, & vt [d] Ariſtoteles ſcripſit alteras ſimplices, alteras duplices, licet vtraſq; duplices eſſe aſſerat Maſſarius. Gula item ei exigua, quod & [e] Ariſtoteles vidit, contra aliorum ferè piſcium morem; qui ea carere ſolent. Quod verò fel in quibuſdam ad iecur, in alijs infra hoc ſitum eſſe ſcribat, id non ſemper verum fuerit, nam Rondeletius fellis veſicam ſemper ab hepate pendere obſeruauit. Adhæc oua inter ſe pinguedine obducta longa ſerie continere idem Rondeletius obſeruauit, ſimiliter atq; [f] Ariſtoteles ſcriptum reliquit his verbis. *Habent Congri fœturam, ſed non in omnibus locis æquè conſpicuam, neq; enim ob pinguedinem apparet. Eſt autem in longum protenſa quemadmodum in ſerpentibus: verùm in igne contecta manifeſta fit: quod enim pingue liquatur & in vaporem abit; ova verò exiliunt, & ab igne eliſa crepitant. Præterea ſi digitis contrectas, & teras, ſubeſſe pinguedinem lanem, ova craſiculas* (aſperiuſcula forte, inquit Geſnerus, vertendum fuerat, nam ad λεῖον non παχὺ, ſed τραχὺ opponitur, Gaza vertit duriuſculum) *ſentias. Congri itaq; alij pinguedinem ſolùm habent; ouum nullum: alij contrà pinguedinem nullam, ouum autem quale modo expoſui.* Poſtremò binas tantùm pinnas habet, vt idem [g] Ariſtoteles de ſuo Congro prodidit, & Plinius repetijt. Quibus adde ſimilitudinem cum [h] Anguilla, quam Diphilus apud Athenæum Congro tribuit. Imitatur enim eã tũ corporis forma, tum etiã colore, vnde eſt quod nonnulli Anguillã marinã nũcupent. Facilè tamẽ ab hac internoſcitur. Oculos enim habet longè quã Anguilla maiores, amplis itẽ & cãdidis in lateribus & dorſo maculis variat, quibus Anguilla caret. Eſt itẽ linea nigra in exteriori parte mẽbranaceę pinnę, quę per dorsũ extẽditur cõſpicua. Habet deniq; duo breuia, cutacea cornicula in extremo roſtro. Dẽtes parui sũt, pectinatim coeuntes. Sępe in quatuor aut quinq; cubitorũ lõgitudinẽ excreſcit. Eudoxus lib. ſexto de terræ motu ſcribit apud Athenæũ Cõgros multos in Sicyonie

[a] *L. 8. hiſt. cap. 13.*

[b] *L. 9. c. 20.*

[c] *L. 1 hiſt. c. 2 & 2. hiſt. c. 13 & 3. hiſt. c. 10.*

[d] *L. 2. hiſt. cap. 13.*

[e] *L. 2. hiſt. cap. 13.*

[f] *L. 6. hiſt. cap. 17.*

*Pinna.*

[g] *L. 1. hiſt. c. 5. & 4. de part. c. 13.*

[h] *L. 9. c. 20.*

*Anguilla marina.*

*Vt ab Anguilla differat.*

*Dentes.*

*Longitudo.*

H

capi





Digitized by

*Vbi maximi* capi ἀνδραχθεῖς, id eſt, quos homo vix ferat, horumque aliquos etiam eſſe ἁμαξιαίους id eſt, plauſtrales E
**L. 3. Geog.* ſeu plauſtri magnitudine: Et circa Carteiam teſte Strabone* in exterioribus locis augentur ſupra-
minarum octoginta. Saluianus verò non maiores ſe vidiſſe ait, quam triginta librarum: intellexiſſe-
tamen ab alijs ſexaginta quandoque libras implere. Noſter Congrus toto dorſo rubet, ventre & la-
teribus pallet. Pinnæ quoque branchiarum atque os ipſum rubent: quæ verò corpus ambit, fuſca-
eſt & ad ceruleum inclinat.

## LOCVS. COITVS. PARTVS.

MArinus piſcis eſt, nulliuſque non maris, vt ex diuerſarum gentium nominibus conſtat. In Oceano tamen quam alibi copioſior & fortaſſis etiam corpulentior. Authorem enim habeo Bellonium ferè Cetaceos inde deferri, minores verò alijs anni temporibus. Vuotto-
*Aqua dulci gaudet.* us haud ſatis diſtinctè partim pelagios, partim litorales eſſe ait, nam Ariſtoteles (vt oſtẽdimus) eorũ qui albicant, genus pelagium eſſe dicit, nigricantes verò ambigi litoraleſne ſint, an pelagij. Idem Vuottonus frequenter in paluſtribus victitare tradit, & ad fluuiorum oſtia, vbi copia influit aquæ dul- F
cis ex Oppiano, vt apparet, qui ſic canit:

*Aequora quæ fluuio quę ſunt vicina paludi* *Incoluiſſe iuuat, qua dulcis terminus vndę*
*Et fluctus cano commixtus vortice multo* *Volitur è terra.*

** Lib. 4.* Et Athenæo* apud quem Matron Parodus Congrum vocat illuſtrem paludis alumnum. Vbi obſeruandum eſt fluuios ſubire tantùm cùm puſilli ſunt, adultos verò nequaquam. An in terram exeãt
*Coitus.* mox diſcutiemus. Quod verò ad coitum attinet, idem Oppianus cùm expoſuiſſet Anguillas mutuo corporum internexu inter ſe coire, & ex his lentorem quendam ſpumæ ſimilem deſtillare in arenam & limum, ex quo Anguillæ procreentur, ſubdit.

Τοίη καὶ γόγγροισιν ὀλισθηροῖσι γενέθλη.

Quod ſi ita intelligas (inquit Rondeletius) vt ex ſtrigmentitio quodam humore arena limoque excepto concipiantur, gignanturq́ Congri, quemadmodum & Anguillæ, id vero conſentaneum non eſt. Congri enim oua pariunt, ex quibus aliorum piſcium modo qui oua concipiunt, Congri alij procreantur, vt in mutuo corporum innexu complexuque coire accipimus, id verum eſt: ita enim longi piſces corpora commiſcent: [b] Ariſtoteles: *Quæ pedibus carent & quæ longo ſunt corpore, vt Serpentes & Mu-*
** L. 5. Hiſt. cap. 4.* *rena circumplexu mutuo ſupinarum partium coitum peragunt.* G

## NATVRA. MORES.

** L. 8. Hiſt. cap. 13.* ** Li. 9. c. 16.* LAtet Conger hybernis menſibus, vt vim frigoris fugiat, teſte* Ariſtotele & Plinio* *Multi* (inquit hic) *hoc tempore* (hyemali) *in ſpeluncis conditi latent, maximè Hipparus & Coracinus hyeme non capti, præterquam ſtatis diebus paucis & iiſdem ſemper: item Murana, Conger &c.* In ſiccum repit, vt quidam recitant tanquam ex Plinio, apud quem tamen id non inuenio: apparet autem id colligi poſſe ex Ariſtotele, qui cùm docuiſſet Serpentes quaternis impelli ſignis, per quæ motum cieant, impulſuſque eſſe flexuoſos propter corporis longitudinem; ſubiungit: *Ad hunc certè motum ex aqua-*
*Longorum piſcium motus.* *tilibus Anguilla, Congri, Murana & reliqua Serpentis faciem referentia ludunt: ſed tamen in aquatilibus aliquot habentur, quæ nihil tale habeant quales pinnula ſunt; vt Murena, quippe quæ perinde in mari agitantur, vt Serpentes in terra & mare. Serpentes enim eodem natant modo, quo in ſicco reptant. Neque verò deſunt, quibus pinnula duntaxat lineæ applicentur, vt Congris, vt Anguillis vt Mugilibus qui in lacu Siphæ-*
*rum naſcuntur. Ob eamque rem quæ etiam in terra agere conſueuerunt, vt Anguillæ, minus flexuoſo corporum impreſſu in humore atque in terra exæquant notas.* Hæc ille. Si itaque Anguillæ in terra vitam H
*Cibus.* agunt, cur non id de Congro admitti poteſt & Serpente marino, alijſque conſimillimis? Anguillæ
** L. 8. Hiſt. cap. 2.* enim æquè branchiata ſunt. Plinio Congri ſunt carniuori. Ariſtoteles* præter carnem aliquid attingere negat, neque eſt quod ſupereo aliquis dubitet, quoniam circa fluuiorum oſtia ex aqua dulci pingueſcere ab Oppiano tradantur, authorq; de natura rerum ſcribat vento vehementiore ſpirante pingueſcere, nam eo tempore numeroſiores piſciculi è fluuijs mare intrant, vel è mari fluuios, quibus illi veſcuntur. Gregatimne an ſolitarij degant, dubitari poteſt. Hiceſius enim dum ſcribit Congros
*Gregalis an ſolitarius.* eſſe σκληροτέρους τῶν ἀγελαίων, diuerſimodè traducitur. Natalis de Comitibus vertit, aſperiores gregalibus, ſecundum quam interpretationẽ ſolitarius erit, Rondel. verò gregalẽ credidit, & vertit, duriores inter gregales: quæ verſio magis probaretur, ſi Græcè legeretur σκληρόταλης: Volaterranus pro ἀγελαίων legit ἐγχελείων, id eſt Anguillis, quod probo, rationem mox ex Geſnero allaturus. Videtur au-
** Lib. 8.* tẽ Cõgrus inter ſolitarios & gregales ambigere, nã Mneſith. Atheniẽſis apud* eundẽ Atheneũ Piſces (inquit) ſquamis (addẽda eſt negatio, nã Thũni, Cõgri &c. ſquamis carent) contecti, vt Thũni, Scõbri,

Thyn-

A Thynnides, Congri ſolent etiam gregarij eſſe: cæterùm illi qui neq; ſolitarij apparent, neque rurſus gregarij ſunt, facilius concoquuntur, vt Congri, Carchariæ & ſimiles. Vbi notandum locum eſſe deprauatum, & priori parte, vbi Congrum gregarijs annumerat, Congrum eximendum eſſe. quid enim attinebat repetere, ſi gregalis erat? Pugna ipſi eſt maximè cum Muræna, Locuſta & Polypo. Muræna enim teſte Ariſtotele [e] ei caudam mordicùs amputat: ſed non impunè, ipſe enim Muræna talionem reddit, vt Plinius [f] teſtatur, inquiens. *Ipſe & Muræna caudas inter ſe prærodunt.*

*Pugna.*
[e] *L. 9. Hiſt. cap. 2.*
[f] *L. 9. c. 62.*

Haud moritur tamen amiſſa cauda: ſuperuiuere enim, etiamſi meatu tenus excrementitiario abſciſſa fuerit, teſtatur ibidem Ariſtoteles. Et licet magno & valido ſit corpore: ſuperatur tamen a Locuſta, cùm alioqui Locuſtæ victorem eius ſuperet Polypũ, quanquã ſecus ſentire Plinius [g] videatur his verbis: *Polypum tantùm Locuſta pauet, vt ſi iuxtà viderit, moriatur: Locuſtam Conger: rurſus polypum Congri lacerant.* Sed locus ex Ariſtotele, ex quo deſumptus eſt, vel emendandus, vel explicandus eſt. Ariſtotelis autem verba diuerſimodè etiam citantur. Locuſtæ (inquit) magnos etiam piſces ſuperant, & mirabilis quidem caſus horum nonnullis accidit. Locuſtas enim polypi ſuperant, vt ſi iuxtà in ijſdem retibus polypos ſenſerint, præ metu locuſtæ moriantur: *οἱ δὲ γόγγροι τὰς πολύποδας καλέσαντες, εὐθὺς γὰρ αὐτοῖς διὰ τὴν λειότητα δύνανται* (Geſnerus legit *δύνανται*, & ſic reſtituendum eſſe, ex

*Locuſta Cõgrum vincit.*
[g] *L. 9. c. 62.*

B manuſcripto codice Saluianus aſſerit) *χρῆσθαι*; hoc eſt, vt Theodorus vertit: Congri polypos ſuperãt, ſed edere non poſſunt, læue enim & laxum polypi corpus vſum hoſtis effugit: quam verſionem refellit Saluianus, & ſic reddit: Congri autem polypos deuorant, nulli enim ipſis propter læuitatem vſui eſſe poſſunt. Nam læuitas (inquit) haud efficit quò minus polypi à Congris deuorentur. Hi enim cùm dentati ſint, illos etſi non comprehendant, lacerare poſſunt. Polypis verò nihil comedentibus quod brachijs ſuis firmè comprehenſum non detineatur, nihilque lubricum (propterea quod læues ſint) retineri valentibus, iure Congrorum læuitas cauſa eſt, quòd ipſi Polypis nulli vſui ſint, id eſt, quod à Polypis edi non poſſint, etſi ab ipſis polypi lacerentur. Quamobrem aptiſſimè ad ſenſum vertit Geſnerus, Congri polypos deuorant: polypi enim Congros propter corporis lubricitatem prehenſare aut retinere non poſſunt. Rondeletius verò dum vertit: neque enim Congris propter corporis læuitatem polypi reſiſtere poſſunt, obſcurior etiam eſt, minuſque mentem authoris exprimit: non enim non poſſe reſiſtere polypum Congro Ariſtoteles voluit, ſed apprehendere ipſum & retinere non poſſe; etiamſi ſenſus eodem recidit, nempe vt polypus vincatur. Sic igitur res ſe habet (inquit Geſnerus) Polypus quicquid ſuis cirris aut flagellis comprehendere poteſt, id etiam vincere poteſt, comprehendendo videlicet, quod validiſſimè facit: itaque Locuſtam vincit, quæ cùm aſpera ſit, elabi*

*Polypus cur à Cõgro vincatur.*

C ab eius cirris non poteſt. Congrum lubricum & incomprehenſibilem ſibi, non vincit, ſed vincitur. Rurſus Conger quicquid dentibus & morſu impetere poteſt, vincit; polypum autem qui mollis eſt, mordere poteſt: Locuſtam cuius dura eſt cruſta, non poteſt, quare ab hac vincitur, illum vincit. Ex his itaque liquet, falſum eſſe, Locuſtam à Congro lacerari, vt præcitata Plinij verba videbantur indicare; Quare Rondeletius vel legendum in eo putat: Locuſta Congrum, rurſus polypum Congri lacerant: vel ſic diſtinguendum & intelligendum eſſe contextum: Polypum in tantum locuſta pauet, vt ſi iuxta viderit, moriatur. Locuſtam Conger, ſubaudi pauet; rurſus polypum Congri lacerant. Alibi etiam polypum ſibi brachia rodere, falſam ait eſſe opinionem: id enim à Congris euenire ei, ex eodem nimirum Ariſtotele, qui recitato loco ſubdit Congri polyporum brachia erodunt. Falluntur autem qui aiunt, polypum ſeipſum eſſe. Oppianus verò quod Ariſtoteles & Plinius Congro tribuunt, Muræne aſcripſit, quæ ſimiliter læuis eſt. Ibidemque etiam teſtatur in piſcium genere alterum ab altero ſui generis deuorari excepto Mugile, idque maximè Congrum facere. Cæterùm ſi & alijs piſcibus id ferè commune eſt, quid eſt quòd inde malè audiat Lucius? quid item Congrum propterea immitem vocauit Ouidius hoc ueꝛſu? *Immitiſque ſuę Conger per vulnera gentis.*

*Plinij locus conſideratur*

Ego profectò id paucis conuenire exiſtimo.

D

## CAPIENDI RATIO.

COngros (inquit Bellonius) ita decipiunt piſcatores. Minores piſces funibus copulatos (quorum ſinguli ſingulos hamos habent) maioribus ſcopulis, qui ſicci, poſteaquam mare deceſſit, remanere ſolent, alligant: quos cùm maris fluctus redijt, à Congris deuoratos comperiũt, & eos in ſiccis ſcopulis altera die relinquit mare, ipſoſque Congros ob eſcam deuoratam relictos reperiunt. In Anglia uerò puſilli qui ex Oceano fluuios aſcendunt, capiuntur noctibus obſcuris, maximè in Sabrina fluuio prope Gloceſtriam & Teuxberiam, ita enim aiunt eſſe aggregatos, ut reticuli quodam genere ex aqua uelut hauriantur.

# VSVS IN CIBIS.

*Quibus præbetur & quibus non.*

IN Gallia teste Rondeletio vel saltem apud suos nullo in pretio est. Hispanis verò satis probatur & Iouius solis Hispanis qui Romæ viuunt, exoticis quibusdam pultariis incoctum, scribit in summo honore haberi; ipsis verò Romanæ aulæ proceribus ita iis partu ipsum fieri. Hispani itaque veterum id faciunt Græcorum exemplo, apud quos plurimùm celebrari Congrum inuenio. Derion opsophagus, id est helluo piscium, cùm pisces puer non emisset, cum flagris cecidit, iussitque optimorum piscium nomina dicere; cumque puer Orphum, Glaucicum, Congrum & similes alios commemorasset: Piscium iussi te (inquit) non deorum nomina dicere. Archestratus & hic popino ingeniosissimus testatur in Italia optimum capi Congrum, tantumque cæteris præcellere, quantum pinguis Thynnus, viliss imis Coracinis, vt recipit Athenæus. Ad Congri verò prærogatiuam potissimum hoc Antagoræ poëtæ referendum, aut si malis Antigoni regis apophthegma ex [a] Plutarcho: *Cùm Antagoras poëta Congrum coqueret & ollam ipse moueret; Antigonus rex à tergo assistens, Putasne ais Antagora Homerum Agamemnonis gesta describentem, Congrum elixasse? cui ille: Tunè verò putas ô rex Agamemnonem tantis rebus intentum, quid in castris fugeret, vel quisnam in castris Congrum coqueret, non ignorare voluerit?* Reperio denique tanti tunc æstimatum hunc piscem, vt obsonium dijs immortalibus condignum fuerit habitus. Epicharmum in Adolphis Nireum quendam Chium dijs Congri elixasse scribit, licet & assus quam iucundissimè sapiat, adeo vt coquus quidam apud Philemonem recitante eodem Athenæo in hæc verba prorumperet: *Inuasit me terra celoque narrare quantam voluptatem ceperim ex egregio illo Congro, quem puram nullis conditum caseis, nec vllis denique floribus aspersum. sed qualis vinus, talis etiam assus erat, tener omnino & molli igne tostus &c. & sicuti Gallinæ prosequuntur si generosi sint, quem cibum ore tenent maiorem quam deuorare queat: sic illum qui primus Congrum ex elixarit, cum quem delicatus esset hic piscis primùm cognouisset, alij (conuiuæ) persecuti sunt, quod si illi qui viliores vescentur piscibus, Scarum haberent &c. aut è Sicyone Congrum, quem Neptunus ipse dijs affert, omnes sanè eo gestaret, festi fuissent dij. nam si vel mortui hunc odorentur, reuiuiscũt.*

*Congri assi laus.*

*Apparatus.*

Apparet autem asso elixum prælatum fuisse, nam Diocles interrogatus Congerane Lupus præstaret, hic assus respondit, ille elixus. Et Anaphanes Anguillam in aqua sale & origano condita elixari iuber, similiterque Congrum. Maiores quoque paruis præferebant: Sic enim Terentius: [b] *Dromo Congrum istum maximum in aqua sinito ludere paulisper, vbi ego venero, exossabitur, prius nolo.* Vbi exossare idem esse videtur, quod Plautus exdorsuare dixit: *Macherio Congrum, Murenam, exdorsua quantum potes.* Exdorsuare tamen quidam interpretantur, dorsum contingere, dum apparantur pisces & exenterantur. Gesnerus fortè pro eo accipi posse existimat, quod est spinam dorsi eximere, aut pro detrahere pellem: detrahitur certè semper pellis in huiusmodi piscibus Serpentinis, sed spina non eximitur, nisi in iam coctis, dum manducantur. Iouius tamen Sangam Romanum poëtam lepidum, cùm Pyrgorum in litore piscarentur, docuisse scribit, Murænas ab antiquis exossari solere Plauti authoritate, vt earum carnes nullis impeditæ spinis gratiores redderentur, ingentemque illum Murænam binis bacillis vtraque manu comprehensis medium astringendo detergendoque, recte & festiuè admodum exossasse. Saluianus verò exossare interpretatur purgare & in frusta (vt fieri solet) dissecare: Mihi etiam nihil aliud dicere voluisse videntur, quam ad coctu ram apparare: quo sensu Platina item videtur accepisse; Coquitur (inquit) Muræna exossata more maiorum, vt Anguilla sublato corio, capite & cauda. Commendabatur verò præcipuè Congri caput, quod vnum cum frustis prioribus, id est capiti propioribus quidam coquus apud Archedicum scribit sese quinque drachmis emisse: additque dignam coquo facetiam: quod si aliundè (inquiens) mihi caput & ceruicem aliam acquirere vel emere liceret, strangularem me potiùs quàm has lautitias conuiuis inferrem: nihil enim tam cupiebat, quàm ipse deuorare. Vt non mirum sit, si Stratis negauerit, Congri Lupique &c. caput à pauperibus emi posse. Præcipua verò laus erat, si piscis è Sicyone esset, vt testatur Archestratus in Gastronomia.

*Congri capitis præconia.*

*Ex Sicyone caput Congri capiatur amice,*
*Fragrandosi fortis, pinguis, cum concha cinnila*
*Spargendumque casio inde herbam in sisygine multa.*

*Parui vbi æstimentur.*

In Anglia verò pusillos aiunt haberi in pretio, captos & elixos conuolui ac vendi, ac cum acato ferè ac sinapio edi. Veteres quoque magnos elixos potiùs quàm assos edisse modò dicebamus. Platina Congrum in frusta concisum eo modo coqui iubet, quo coquitur Anguilla, inferique frustis, saluiæ aut lauri folia. Sic autem Anguilla ferè in veru assatur. Saluianus in frusta diuisum aut integano, vino, oleo, sale, anetho, porro vel cepa aut aromatibus impositis excoqui; aut verubus torreri ait, aut in sartagine frixum pipere & mali aurantij succo condiri. Ius in Congrum assum ex Apicio:

[a] *In Apophth. & lib. 4. symp.*

[b] *In Adelphis.*

[c] *In Aulularia.*

*Exdorsuare quid.*

*Piper,*

A Ophidion Plinij.



B

C

D

*Piper, Liguſticum, cuminum, frictum, origanum, cepam ſiccum, omnium vitella cocta: vinum, mulſum, acetum, liquamen, defrutum, & coques.* Quod modo ad carnis qualitatem attinet, de ea diuerſimodè authores ſentire inuenio. Etenim Mneſitheus Athenienſis, cuius verba paulò antè recitaui ex Athenæo, facilè cōcoqui ſcribit: Galeno duram carnem habet, Hicetio itē raram idcoque & parcè ipſo authore nutrit. At cùm duræ carnis eſſe admittat, quomodo etiam raræ eſſe poſſit, non video, aitque Congros ἀλληροτέρους εἶναι τῶν ἀγκυλαίων, id eſt duriores gregarijs, minuſque alere ſuccibonitate multò inferiores, ſtomacho tamen gratos: Quem locum ſuprà reſtitui, & ex Volaterrano pro ἀγκυλαίων legendum eſſe ἐγχέλεων, id eſt, Anguillis, oſtēdi. Nam & Diphylus quoque de Grylło ſcribit, ſimilem eſſe Anguillæ, ἀηδοῦνον δὲ, id eſt, ſed ori minus gratum: Gryllus autem Congrus eſt Nicandro: Et conuenit, ſimiles ſpecie naturaque intentus piſces, quod ad nutrimenti ex eis rationem attinet, comparari. Vterque item vocem claram reddit, vnde Clearchus apud Athenæum hæc Cithariædi ad Citharam canentis verba recitat:

Γόγγρον τε λευκὸν πᾶσι τοῖς κολλώδεσι
Βοᾶν διδάσκουσ᾽ ἰχθύσιν γὰρ τρόφιμα τὸ πνεῦμα καὶ
Τὸ φωνάεν ἐστὶν ἱερὸς ἀγὼν γενήσεται. id eſt:
*Candido Congro, & omnibus viſcidis*
*Tu piſcibus veſcere: his alitur ſpiritus,*
*Hic electuor ſit agon, & expedita magis.*

*Carnis qualitas.*

## DE OPHIDIO PLINII. Cap. XXVI.

*Genus.*

SAluianus & Bellonius Ophidion & Serpētem marinum ſynonyma faciunt, nominis (vt apparet) ſimilitudine decepti: ex ſerpentinæ ſpeciei piſcibus tamen eſſe, ipſiſsimum nomen & Plinius etiam indicat, inquiens Congro ſimidem eſſe, cùm Serpenti marino Congrum aſſimilet Ariſtoteles. Serpētem marinum eſſe antea negauimus argumēto quòd Ophidion Plinio ſit piſciculus, hocque nomine nemo apte permagnum piſcem nominet. Ego Rondeletio ſubſcribo, qui pro Ophidio, iſtiuſmodi longum & ſerpentinum piſciculum oſtendit, quem Bellonius haud rectè inter Aſellos connumerauit. His enim corporis habitu, capite, pinnis, diſſimilis eſt. Grilli nomine pleriſque in Italia notum eſſe ſcribit. Atqui hæc nomenclatura mouere ipſum quodammodo debebat, quo minus in Aſellis reponeret, nam Gryllus, vt oſtendimus, Nicandro Conger eſt, cui vel ipſomet teſte adeo ſimilis eſt, vt a bichthyopolis Romanis ſæpenumerò pro eo vendatur. Aiunt item Veneris & hunc & Oppiani Clariam, Galeam vocari; Muſtelam tamen eſſe non poſſe, quoniam pinnæ ipſius caudam ambientes ac nigricantes, ipſaque carnis iucunditas reclament. Poſtremò audire ſeſe qui Tragum antiquorum eſſe iudicent: de quo Oppianus, *Mænides & Tragus, ſimul & Atherina vagantur*, quorum (inquit) ſententiæ facilè aſſentirem, niſi planè mihi eſſet ignota ex antiquorum ſcriptis, piſcis Tragi deſcriptio. Rondeletius apud ſuos vulgò Donzelle vocari teſtatur. Hic & binas eius ſpecies obſeruauit, atq; ſic ferè delineauit. Prior piſciculus eſt longus & læuis. Pinnas duas habet, in dorſo & in ventre (nimirum ſingulas) ſitu, figura, ſubſtantia Congri pinnis ſimiles. (Nos Congro duas tantùm pinnas eſſe ex Ariſtotele diximus quæ ſunt ad branchias) A Congro gemina barba (quam pictor imprudenter reliquit in noſtra icone.) (Bellonius caput eius quaternis cirris barbatum eſſe aſſerit, totidemque pingit) è maxilla inferiore

*Non eſſe eundem ſerpenti marino.*

*Ophidion. Rondel.*

*Grillus.*

*Galea.*

*Muſtelam non eſſe.*

*Tragus.*

*Deſcriptio.*

propendente differt,& oris rictu,qui in Congro maior eſt. Binæ lineæ tenues à capite ad caudã productæ ſunt. Altera Ophidij ſpecies circa Lerinum inſulam & Antipolim ſæpè capitur,ſuperiori ſimilis corporis ſpecie & carnis ſubſtantia:eò differt quòd cirri carnoſi barbæ inſtar è maxilla inferiore non propendent. Colore etiam à ſuperiore diſſidet. Eſt enim flauus: quam ob cauſam Ophidion flauum,vel Ophidion imberbe,vt a ſuperiore diſcernatur, appellauit. Hic itaque ille fuerit,cuius ego iconem dedi, & cirros á pictore omiſſos eſſe putabam. Bellonius in mediterraneo captum, palmum non excedere teſtatur: pinnas carnoſas eſſe, integram in gyrum caudam ambire & multa nigredine perfundi: pellem lubricam eſſe Anguillæ ac Congri modo, ſed reliquis notis ad Anguillam accedere: porrò linguam habere paruam,acutam:cor trigonum,ruberrimum: hepar ad ſiniſtrum latus exporrectum, ſtomachum oblongum, pylorum permultis apophyſibus circundatum: à quo tres inteſtinorum reuolutiones ad anum pertingere, lienem rubrum atque oblongum: cætera ad reliquos Aſellos atque adeo ipſa voracitate accedere. Caro eſt candida teſte Rondeletio & dura, veluti Draco,& vt Bellonius ait,admodum delicata, & quæ Romanis antiſtibus in ſummis habetur delicijs. Quod verò apud Plinium aduerſus vrinæ incontinentiam prodeſſe cum lilij radice legitur, mendoſum eſſe ſuſpicatur Rondeletius,ſubſtituendumque ſeminis incontinentiam cum rutæ radice, idque etiam rationi conſonum eſſe putat,atq; ita in vetuſto ſe quodam codice legiſſe meminit. Ruta quidem ad retinendum ſemen à Dioſcoride,alijſq; commendatur, ſed radicis vſum non inuenio.

*Ophidion alterum.*

*Carnis qualitas.*

*Ruta vis ad ſeminis incontinentiam.*

# DE MVRÆNA. Cap. XXVII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

MVræna (inquit M. Varro) Græcè myrena dicitur. Scribitur item cum σ. à principio σμυραινα. Athenæus: Epicharmus μύραινα ſcribit abſque σ.item Sophron: Plato vero vel Cantharus in Symmachia cum σ. σμύραινα. Multaque alia apud Græcos vocabula a μ. inchoata aliquando cum σ. præpoſito reperiuntur,vt pro μίκρον σμίκρον; pro μύρρα σμύρρα, pro μύκτηρ, σμυκτηρ. Euſtathius item docet multas dictiones quę ab σμ. incipiunt,olim ſcribi ſolere per ζμ. ceu compoſitas à ζα. particula intendente, vt σμερδαλέος pro ζαμερδαλέος: alibi verò ſimpliciter quæ per σμ. inchoantur, veteres per ζμ. ſcripſiſſe, vt ζμινυη pro σμινυη, ζμύρνα pro σμύρνα, ita & ζμύραινα pro σμύραινα apud Kiranidem legitur. Iſidorus Murænam Græcis vocari ſcribit,quòd plicet ſe in circulos:cæterùm nihil iſtiuſmodi ex Græca etymologia conſtat:nec ſatis intelligo,quid circulos in hoc piſce vocet: ſi torques forſan aut monilia intellexit quæ a Murena murenulæ appellantur,fallitur, non enim contra Muræna nominatur à murænulis. Murænulam autem colli aurum vocat vulgus,tradente Hieronymo,quod ſcilicet metallo in virgulas lentelcente,quadam ordinis flexuoſi catena,contexitur,ex priſcis vtique imagine (vt Cęlius ait) conformata. Myręna verò & Myrus παρὰ τὸ μύρειν vel μύρεσθαι deducuntur Euſtathio,id eſt, fluere, quod (vt Macrobius ſcribit)præ pinguedine in ſumma aqua fluitent,& (vt Maſsarius addit) mergere non poſſint,Sole nimirum torrefactæ,vt ait poëta iucundiſſimus:

*Quæ natat in Siculo grandis Murena profundo, Non valet exuſtam mergere Sole cutem.*

Quanquam hoc de optimis in hoc genere potiſſimum dicatur, quæ inde etiam Latinis Flutæ, Græcis πλωτὰι, quaſi nauigabiles (vt Maſsarius exponit) dicuntur. Notandum interim Theodorum apud Ariſtotelem non ſolum Murænas & Anguillas plotas cùm ſole torrefactæ (cur enim mergere ſe vel vt mergantur,curuare ſe nequeant,plerique cutem à Sole toſtam cauſantur,id quod iſtiuſmodi piſces faciliùs patiuntur, cùm nullis muniantur ſquamis) ſupernatant, verùm etiam rhyades piſces Flutas conuertiſſe,vt in Chalcide oſtendimus. Πλωτὶς quidem (cuius vocabuli numerum ſingularem nec-dũ inueni,) Ceſtrei,id eſt,Mugiles alicubi dicuntur:& Oppianus[a] omnes piſces ſic vocauit hoc verſu:

Πάντες δὲ πνοιῇσιν ἐναίλια καὶ ῥόθιοισι Πλῶτες ἁλὸς θωυσσιν. Et iterum:

Η'γὰρ ἀπ' πλωτῶν σιφλὸν γένος ἐγρὰ θεόντων.

Rurſus Smyræna & Sphyræna piſces longè diuerſi ſunt:quæ tamen nomina à librarijs Græcis olim confundi propter facilem tranſitum φ. in μ. & contrà, ex aliquot bonorum authorum locis in Shyrænæ hiſtoria oſtendi,& mox iterum oſtendam. Arnoldus Villanouanus Draconem marinum ſcribit etiam Morænulam nuncupari, ſed rectiùs dixiſſet Murænulam ſeu potius Murænam etiam marinum Draconem vocari propter corporis nimirum ſpeciem,qua Dracones ſeu Serpentes æmulatur, quanquam id nomen Myro potiùs priuatim competat, quem hodieque piſcatores in Gallia, nominis eius ignari,Serpentem vocant teſte Rondeletio, & Aelianum authorem habemus Myrum, Serpentem marinum eſſe. Draco autem marinus,idem eſt marino Araneo, vt ſuo loco indicauimus. Murænam vbiq; gentiũ in hunc diem veterem nomenclaturã reſeruare teſtãtur Maſſarius Italus,& Gillius Gallus. Ego quo nomine apud Germanos,Belgaſq; alioſq; Oceani Septentr.accolas veniat, nõ reperio.

*Etymum.*

*Murænula quid.*

*Murænæ unde dictæ.*

*Flutæ.*

*Plotes qui piſces dicantur.*

[a] *l. 3 Hal.*

*Draco marinus.*

*Myrus,ſerpens marinus dictus.*

GENVS.

A

# GENVS. DIFFERENTIÆ. DESCRIPTIO.

SVidas Smyrenam, ideſt Murænam cartilagineis annumerat, dū inquit: *Σελάχια ſunt, quæ ſquamis carent (vt Smyrena, Bos, Torpedo, Paſtinaca) nec ova pariunt.* Sed Suidas vel quiſquis ille fuit, ex quo id deſcripſit, quanto in errore verſetur, modò patebit, niſi dicamus mendoſum eum locum eſſe & pro Smyræna, legendum eſſe Zygæna vt Geſnerus conijcit: ſed & ab Aeliano, & Artemidoro idem error commiſſus eſt. Murænam autem longum piſcem eſſe & ſerpentis ſpeciem referre, [a] Ariſtoteles non vno in loco docuit. Ouidio quoq; piſcis teres eſt & lubricus. [b] Plinius molli cute tegi tradit, læuem potius quàm mollem nominaturus, & ſic ibi legendum eſſe Maſſarius pluribus docet ex Ariſtotele, vnde (inquit) Plinius mutuatur. *Cutis* (inquit Ariſtoteles) *alijs ſquamata, alijs aſpera,*

B *vt Squatina, Raia, & reliquū generis eiuſdem: alijs lenis ſed pauciſſimis:* intelligendo Anguillas, Cōgros, & Murænas, quæ omnia ſæpenumerò inter lōgos & læues enumerauit, vt in primo de hiſtoria, inquit enim: *Pinnas alij tantùm binas habent qui longi laueſque ſunt, vt Anguilla aut Congri; aut nullas omnino habent, vt Murana:* quod Plinius quoque fecit, quamuis piſces eos non læues ſed lubricos appellauerit hoc libro, vbi de pinnis piſcium loquitur: *binæ* (inquit) *omnino longis & lubricis, vt Anguillis & Congris, nullæ vt Muranis:* quod in trigeſimo ſecundo volumine etiam confirmare videtur, cùm dicit, Murænam maculas appetere ipſas, conſciam teretis ac lubrici tergi, ex Ouidio: læui igitur legendum potius cenſeo: neque enim ita proprium fuiſſet dictum, Murænam mollem, hoc eſt, teneram habere cutem, cùm ex Ariſtotele mollem cutem etiam habeant, quæ mollia appellantur, vt Loligo, Sepia, Polypus: qui ad tactum etiam molliores ſunt, quàm Murænæ: qui & lacertorem & ſerpentum corticem, interdum cutem mollē appellauit, quod & Plinius in vndecimo Serpentibus potius tribuiſſe videtur, vbi de palpebris loquitur, dicens: *ſed quadrupedi in ſuperiori tantùm gena, volucribus in inferiore, & quibus molle tergus, vt ſerpentibus:* vbi non intellexit piſces illos longos & læues Serpentibus ſimiles: nam piſces genis omnino carent. Hucuſque ille. Eſt verò Murænæ cutis eodem Plinio [d] teſte tenuiſsima, ſecus ac Anguillæ, quæ (inquit) craſsior eſt. Eſtque Murænæ cutis non vnicolor, ſed varia, vt Ariſtoteles ait. [e] Bellonius marem paucioribus maculis diſtingui aſſerit, & quibuſdam veluti ſtellis conſpergi: fœminam pluribus aureis notis ac veluti guttis vndicunque variam. Ouidius item notas auratas ei tribuit: contrà Rondeletius albicantes, & marem con colorem eſſe teſtatur; ſed hic maris nomine Myrum intelligit, Bellonius Myrum nuſquam nominat. Rurſus Rondeletius colore dicit eſſe fuſco, ideoque *κυλαυρὸν* vocari Oppiano, cui Saluianus aſtipulatur, ſubnigram eſſe inquiens. Bellonius verò colore ait, vt plurimum eſſe fuluo, taliſque eſt, quam ego hîc depingo, Murænæ fœminæ nomine miſſam, nam quę altero loco datur, & maris nomine communicata eſt, flaueſcit. Fœmina maculis varia eſt, blattarię floribus ſimillimis, & Ouidius quoque haud aliunde ardentem cognominauit. Apparet autem Murænam non ſolùm colore cutis ſed & macularum ipſarum variare, nam Gillius teſtatur Murænarum aliam colore eſſe ſubnigro, luteis aliam, albo nigris maculis diſtincto. Et Maſſario piſcis eſt haud diſſimilis Anguillæ, varius maculis luteis & nigris. (Nullum ordinem habet) niſi dicamus alium viuis eſſe colorem, alium vbi mortui ſunt, nam vel Plinio [f] teſte, in Gallia Septentrionali Murenis omnibus in dextra maxilla ſeptenæ maculæ ad formam Septentrionis, aureo colore fulgent duntaxat viuentibus, pariterque cum anima extinguuntur, quas Iouius cùm indifferenter omnibus Murænis ineſſe ſcribit, fallitur: quandoquidem neque hoc dicit Plinius, nec Murenis ab omnibus

D receptis reſpondet. Adhęc Plinij ſententia de macularum ſitu haud temerè ſuſpecta eſt. Nihil enim Muræna in Oceano rarius teſte Bellonio. Cùm itaque maculoſum Murenæ corpus ſit, hinc puto eidem Plinio Muræna vocatur vitium ligni in menſa ex Cedro, nigro tranſcurrens limite, varijſque corticum punctis apprehenſus papauerum modo, & in totum atro propior color, maculæué diſcolores. Caput habet rotundum, tenue & acuminatum, rictum oris latiſsimum, ſeu (vt Gillij verbis vtar) non aliter quàm Anſeres largiſſimum, dentibus inſtructum quàm plurimis acutiſſimis atque ſerratis, vt Athenæus quoque notauit, item *σφυρὶς*, id eſt ſolidis teſte Oppiano (qui eoſdem *ἀγκυλοτὸν ἴρηκος* vocat, id eſt, recuruum vallum,) non in maxillis ſolùm, ſed in ima quoque faucium parte diſpoſitis: quam ob cauſam lingua carere videtur, adeo illa imperfecta eſt, ſed huius loco carnoſum palatum obtinuit. Dentium ordinem duplicem inde fortaſſis Aelianus dixit, atque ideo commodiùs ſeſe defendere. Maxilla ſuperior aquilina eſt, & in eius extremo duæ ſunt breues apophyſes, vel verrucæ, vt in Cōgro. Oculi magni ſunt, & in vtroque latere vnicum & rotundum foramen branchiarum, quas haud rectè Plinius, [g] cumq; ſecutus Gillius habere negauit, cum quaternas & ſimplices habere Ariſtoteles ſcripſerit,

*Selachia ſiue Cartilaginea quæ.*

[a] *L. 2. Hiſt. c. 13. & l. 4. de Part. c. 13 & l. de comm. animal greſſu.*

[b] *L. 9. c. 11.*

[c] *Lib. 4. Par. cap. 13.*

*Piſcium differentia à cute.*

[d] *L. 9. c. 23.*

[e] *L. 5. Hiſt. cap. 10.*

*Maris à fœmina diſtinctio.*

*Color.*

[f] *L. 9. c. 23.*

*Muræna in ligno quid.*

*Caput.*

*Dentes.*

*Lingua.*

*Maxilla.*

*Branchiæ.*

[g] *L. 9. c. 20.*





pſcrit, idque experientia cognoſcatur, etſi non vt cæterorum piſcium διηρθρωμένα ſint, hoc eſt, articulatæ, non autem integræ, vt Gaza, eiuſque aſſecla Rondeletius vertunt. Etenim non minus Murænarum (vt diſſectio ipſa monſtrat) quàm cæterorum piſcium integræ ſunt, ſed verè minus, vel nullo prorſus pacto articulatæ, cuiuſmodi reliquorum ferè piſcium eſſe ſolent, conſpiciuntur. In vtroque enim eius latere (vt diximus) vnum eſt exterius branchiarum orificium paruum, rotundum, ac cuti in ſeipſum tanquam in orbem collecta ferè occluſum. In intima etiam ſede, non oblongis oris, vt alijs accidit piſcibus, ſed quaternis orbiculatis oſculis quaternæ aperiuntur branchiæ, quas haud ab re paruas propterea Athenæus vocauit. Idem Plinius pinnis carere teſtatur: Addendum ex Rondeletio, quibus natare poſsit, vel vt Bellonius ait, lateralibus. Cute quàm Anguilla facilius exuitur. Dorſo eſt cultellato, vt Pytheas ait, hoc eſt, vt exponit Rondeletius, ſpina acuta & ferè, vt in Congro pinnulam conſtituente. Latior tamen eſt Anguilla. Quantum ad interiores partes, œſophagum (inquit Bellonius) habet latum ab eius rictu incipientem, in cuius orificio hamuli leuiter vncinati ad gulam circa fauces ſpectantes, linguæ vicem ſupplent, ac ſtatim à branchijs folliculus teres ſpinæ incumbit, flatu turgidus, natationis commodioris vſum præbens. Hepar ſubſuluum, oblongum, ſtomacho incumbens, longiuſculum, cui fel cyaneum magnitudine auellanæ contentum inhærct, (Ariſtoteles[c] inteſtinis hærere, non iecori ſcribit, cæterùm ab hoc meatibus quibuſdam tenuibus tantùm dependere, & Rondeletius à iecore fellis veſicam longam pendere inteſtino annexam obſeruauit,) Lienem oblongum ſtomacho annexum (nigricantem, Rondeletius,) Vertebras minus frequentes, ſed oblõgiores quàm Anguillæ. In quibus hoc etiam animaduertendum eſt, proceſſus ineſſe tranſuerſos ac ſurſum ſpectantes, præter aliorum piſcium naturam. Carnem habet candidiſſimam ſub cute ductibus obliquis & tranſuerſis, vt in Muſtelo (Muſtela, puto) diſpoſitam varijs muſculis hinc & inde abeuntibus communitam, ſuauem ac delicatam, ſed multis ſpinulis breuibus & recuruis conſperſam, quæ manducantibus plurimum faſtidij adferre ſolent. Hiſce addit Rondeletius longum eſſe ventriculũ, & ab eius medio oriri inteſtinum ſine ſpiris ad anum protenſum, iuxtaque eum cellulas habere inſtar inteſtini eius quod in terrenis animalibus κῶλον vocant Græci. Idem ad duorum cubitorum longitudinem accedere ſcribit. Saluianus ad decem libras augeri, ſed neque maiorem ſe vidiſſe, neque ab aliquo viſam audiuiſſe: etſi Strabo[f] (inquit) ſcriptum reliquerit, circa Carteiam locis exterioribus minarum ſupra octoginta Murænas reperiri. Idem equidem ſcribere Strabonem Maſſarius ait: cæterùm ille Cete & oſtracoderma multò maiora fieri tradens quàm in mediterraneo mari; quin & Congri (inquit) ἀποθηριοῦται, hoc eſt, (vt exponit Geſnerus) efferantur, vt ita dicam, vel beluarum inſtar grandeſcunt multò noſtris maiores factæ: item Muræna & alij complures huius generis piſcium. Veteribus autem cùm ob magnitudinem, tùm ob bonitatẽ celebris erat Muræna Tarteſia teſte Suida.

*Dorſum.*

*Partes interiores.*

*Caro.*

*Spinulæ.*

*Longitudo.*

*Vbi maior & melior.*

[c] *L. 2. Hiſt. cap. 15.*

[f] *Lib. 3.*

## LOCVS.

MVræna neq; in ſtagnis gignitur, nec temerè fluuios ipſam ſubire inuenias; vt Galenus[a] tamen teſtatur, qui rurſus alicubi in mari & aqua dulci victitare ait his verbis: *nonnulli præterea piſcium duplici ex humore viuunt, tum marino, tum dulci, vt Lupi, Capitones, Cancri, Gobij, Muræna, Anguilla.* Quam contradictionem aduertens Vuottonus, nonnunquam fieri putat, vt in vtroque degant: Saluianus verò non aliam ob cauſam inter piſces duplici ex humore viuentes connumerari à Galeno hoc loco putat, quàm quòd fluuiorum oſtia petat, vt priori recitato loco dixerat, licet flumina non ſubeat: quippe qui in fluuiorum oſtijs (vbi marina dulci ſe immiſcet aquæ) degentes piſces, vt qui ab illis differant, qui in puro ſolùm mari viuunt, ex duplici humore viuere dixerit: quamobrem marinas tantùm cenſendas eſſe Murænas. Rondeletius quoque fluuios intrare negat, victitare tamen etiam circa fluuiorum oſtia. At meo iudicio haud iure Galenus, vt Saluianus retur, illis qui vtrobiq; viuunt, accenſet. Ariſtoteli & Oppiano tantùm marinus eſt, ille enim inter pelagios & litorales piſces ambigere tradit: hic petrarum caua habitare, item in petris degere quæ plenæ ſunt chamis & patellis, quod & Syneſius[b] commemorat, inquiens: piſcantes circa quoddam Africæ litus, loco petroſo *εἰ μὲν ἰητλεῖς, μύραινάς τι, καὶ καράβους τὺ μεγίθης ἰρῶντο: τὰ δὲ μυράκια, καραβὶς ἰυθιλεῖς καὶ ἰύλας.* Haud omnium marium piſcis eſt. Nihil enim in Oceano rarius Muræna, vt ex Fellonio dictum eſt, quanquam Plinius in Gallia Septentrionali (quæ ad oceanum eſt) Murænis omnibus dextra in maxilla ſeptenas maculas eſſe referat. Negat idem Bellonius in ſuis obſeruat. in Gallia Murenas eſſe, eam (opinor) Galliæ partem intelligens, quæ ad Oceanum eſt, nam quæ ad mediterraneum mare ora eſt, ijs minimè caret. Tarteſia magnitudine celebris eſt, ſed & ſaporis gratia commendari eam inuenio; Sic enim Gillius: Habet etiam delicatam vrbs Hiſpaniæ Tarteſſus (alij ſimplici ſ ſcribunt) nomine Murænam, adeo vt inter cibos electiles connumerata ſit. Pollux quoque Tarteſiam antiquis in pretio fuiſſe ſcribit. E` Siculo verò freto maximè commendabantur, vt meminit Clemens Alexandrinus, & apud [c] Athenæum Archeſtratus, voluptuarius philoſophus.

[a] *Lib. 2. de cib. bon. & mal. ſucc.*

*Galenus declaratur.*

[b] *In epiſt.*

*Vbi vera, & vbi maiores.*

[c] *In pædag.*

Ἰταλίας

A Ἰταλίας δὲ μεταξὺ καλᾶ συνοχύμενα πορθμὸν Ἢ πλατὺ μύραινα καλυμένη ἂν πόλι λαφθῆ,
Ὠνῦ. τοῦτο γὰρ ἐστιν ἐκεῖ θαυμαστὸν ἴδεσμα.
*Inter Italiam qua fretum angustum & fluctuosum est, Si quando capta Murena fuerit, quam Flutã vocãt,*
*Illam emas: edulium scilicet admirabile.*

Et M. Varro: [d] *Non enim si Murenæ optimæ flutæ, sunt in Sicilia, & Elops in Rhodo, continuo hi pisces omni mari similes nascuntur.* Eaſdem laudauit Columella: poëtæ item: Iuuenalis: [d] L. 2. de re ruſt.

*Virroni Murena datur, quæ maxima venit Gurgite de Siculo.* Et Martialis:
*Quæ natet in Siculo grandis Murena profundo. Non valet exuſtam mergere ſole cutem.*

Quamobrem accerſebantur olim ex eo freto, quod Rhegyum à Meſſana diſpeſcit, ad piſcinas Romanæ vrbis. Viuunt enim etiam maritimis piſcinis incluſæ, vt mox patebit. Minus verò probabantur ex Tarſenſi & Carpathio mari, quod his verbis indicat Columella: [e] *Sola ex pretioſis piſcibus Murena quæ-* [e] L. 8. c. 16.
*nis Tarſenſis Carpathiique pelagi, quod eſt vltimum, vernacula, quoniã hoſpes freto peregrinum mare ſuſtinet.* Exit etiam in terram, frequenterq; in ea capitur teſtante [f] Ariſtotele. [f] L. 5. Hiſt. cap. 10.

# COITVS. PARTVS.

B Licinius Macer referente Plinio [a] ait Murenas omnes fœminas eſſe; concipere autẽ è Serpẽtibus, idq; piſcatoribus notũ eſſe, qui illorũ imitatione ſibilo edito è mari Murænas euocãtes capiãt. Idem opinatus eſt [b] Oppianus, qui amorẽ iſtiuſmodi reciprocũ eſſe addit, venenoſoſq; eſſe eos Serpẽtes: cæterùm nũquã in Murænarũ amplexus ruere, niſi prius proximis in petris venenũ euomuerint, & niſi mox pacto coitu venenũ inuenerĩt, præ dolore emori: ſed verſus ex Lipp. verſione recitabo. [a] L. 32 c. 2. [b] Lib. 1.

*Quæ Murena facit, non fama obſcura ferunter,* *Serpenti nubit, prompteq; ex æquore ſultat*
*In litus petit à cupido cupidos hymenæos:* *Ardet amans ſerpens, & multo exæſtuat igne*
*Concitus in rabiem furibundus quærit amores.* *Et curuum ſubito ſaxum ſpeculatur, & omne*
*Lethiferum ponit virus, quod geſtat in atris* *Dentibus, & bilem ſaxo deponit amaram,*
*Vt tedas capiat tranquillo pectore mites,* *Littore conſiſtens, horrendùm ſibilat ore,*
*Concubituſque petit: ſubitò Murena profundo* *Excita voce furens, ruit ocyor illa ſagitta.*
*Ex terra ſerpens ponti deſcendit in æſtum,* *In Venerem prompti gaudent complexibus ambo,*
*Serpentis caput ore tenens ſtat ſponſa proterui.* *Sic ambo tædis læti, Murena profundum*
*Deſilit in pelagus, ſerpens per litora reptans,* *Omiſſum repetit virus, quod dentibus atris*
*Fuderat: at bilem nigram ſi forte viator* *Iecerit in pontum, iactat per litora corpus*
C *Et non ſperata claudantur lumina morte* *Priuatus ſerpens armis, quibus ipſe putabat*
*Se fortem & tanto Serpentis nomine dignum,* *Et vitam & tetrum perdit propè ſaxa venenum.*

Cæterùm Orus Apollo [c] non ſimpliciter Serpentes cum Murænis coire, ſed Viperas tradit, haſq; non in mare, ſed piſcem in continentem prodire. Ita & [d] Aelianus, *Cùm libidinis* (ait) *impetu plena eſt Murena, in aridum progreditur, & ſponſi iniquiſſimi deſiderio permota, latibulum Vipera intrat, ibique ambo inuicem colligantur, atque coitu implicantur, vt vulgi quidem hominum opinio eſt. Vipera quoque maſ ſtimulis libidinis concitata ad mare accedit: & vt adoleſcens in amoribus diſſolutus, cum tibia fores pulſat amata: ſic Vipera mas ſibilo edito amatam euocat: ea è mari exit, natura diuerſorum locorum incolas in cupiditatem vnam & cubile vnum cogente.* Et rurſus: [e] *Cùm proximum eſt, vt Vipera mas complexu Venereo iungatur cum Murena, venenum vomitione ejicit, atque expellit, vt blandus decorusque ſponſus videatur. Poſtea edito ſibilo (tanquam hymenæo quodam ante nuptias miſſo) ſponſam appellat, atq; vbi mutuam Veneris libidinem inter ſe expleuerunt, hæc quidem ad mare regreditur, illa verò exſorpto veneno & recollecto, ad domeſticam ſedem reuertitur.* Serpens itaq; ſiue is vel Vipera ſit, vel alius quiſpiam, mas eſt, Muræna fœmina, vt mirari ſubeat Cælium [f] Rhodoginum, qui à Vipera fœmina Murænam marem ad congreſſum euocari ſcribit. Credebant item priſci Viperarum catulos paternæ necis vindices, maternum ventrem erodere. Similiter & eos facere, qui ex Muræna prognaſci putabantur, priſcos aliquot ſibi perſuaſiſſe inuenio. Hierax enim in libro de iuſtitia ex Nicandro Colophonio & Archelao phyſico ſcribit, referente Stobæo in libro de iniuſtitia his verbis: *Quemadmodum ignis non poteſt præterita ſine damno materia, in quæ primùm conceptus eſt, priuſquam prorſus ipſam conſumat, ad aliorum noxam conuerti: neque Murena prius aquaticos ſerpentes in alienam permitiem parere poteſt, quàm proprium ventrem, in quo concepti fuerant, eraſerint.* Alij deniq; non pauci, cùm obſcuri quidam ſcriptores, vt Iorath: tum alij illuſtres authores eadem ferè de horum animantium coitu, vulgi opinionem, vulgaremq; quorundam ſcriptionem ſecuti, literis mandarunt. Atqui falſa iſthæc eſſe, non ſolùm ex hoc Plinij [g] manifeſtũ eſt: *In ſiccum litus elapſas, vulgus coitu ſerpentum impleri putat:* item ex hoc Nicandri apud Athenæum: *Fama eſt, ſi modò vera, Muranam maris paſcuo derelicto, in continenti cum venenũ iaculantibus viperis coire.* Verùm ex hoc Andreæ in lib. de his quæ falsò credũtur, apud eũdẽ Athen. *Mentiũtur, qui aiunt Murænã in lutulentã maris oram progredientẽ cũ vipera miſceri, quæ in cænoſis nõ verſatur, ſed nemorũ ſolitudines amat.* [c] In Hierog. [d] L. 1. c. 50. [e] L. 9. c. 66. [f] Li. 6 lect. antiq c. 13. [g] L. 9. c. 23.

Adhæc

Adhæc cùm in quàm plurimis litoribus marinis frequentiſſimæ Muræ degant, nec piſcatorum, nec E
eorum qui ibi aſſiduè verſantur, aliquem inuenimus vnquam, qui vel ſemel, nedum ſæpius (vti par eſt) eas cum viperis coire obſeruârit. Ne tamen temerè quis arbitretur natam eſſe hanc opinionem; *Opinio vnde orta.*
viſum aliquando eſſe Saluianus putat, quòd Vipera Murænam iniret, id quod Andræas etiam inquit) innuere videtur in libro de venenatis, inquiens: ex Murænis illas interficere quæ viperæ ſatu procreantur, eſſeque minores ipſas, rotundas, maculoſas. Dipſades Græcis peculiariter vocantur mari- *Dipſas ſerpens.*
timæ Viperæ, quas ob carnis falſedinem à theriaca compoſitione abdicauit Galenus: Muræna autem ſerpentibus ſimillima, & ipſa vel Ariſtotele teſte in terram exit; vt hinc potius orta fuerit fabula, quàm (vt Saluianus contendit) quòd fieri potuerit, vt Vipera cum Muræna ſit viſa coire: nam ſi catuli paréti ſimiles eſſent, vt Andreas ait, id exercitatos piſcatores non lateret. Alij vt Maſſarius & Rondeletius, *Myrus.*
Murænam volunt concumbere cum piſce qui Ariſtoteli σμύρος, Gazæ Murus vocatur, & nonnullis
[1] *L. 9 c. 23.* Murænarum maſculus creditur; Plinius: [1] *Ariſtoteles Myrum vocat qui generat.* Sed Ariſtoteles poſitis quibus Myrus & Muræna differunt, notis, ſubiungit: φασὶ δὲ ὥσπερ καὶ τἆλλα, τὸν μὲν ἄρρενα, τὴν δὲ θήλειαν εἶναι: id eſt: *Aiunt hunc, vt in aliis marem eſſe, Murænam fœminam.* Philoſophus itaque relator tantùm huius opinionis, non aſſertor eſt: neque fortè vero etiam conſona. Mirum enim, cùm frequentiſſimæ & vbiq; ferè ſint Muræ, tam rarus ſit Myrus. Neque eſt, quòd propter multam ſi- F
militudinem inuicem difficulter diſtingui quis cauſetur. Differunt enim manifeſtiſſimis notis. Ariſto- *Myri & Murænæ diferimen*
teles: *Differunt Myrus & Muræna. Eſt enim Muræna multis modis varia & infirmior, Myrus concolor & robuſtior, colore larici* (τῇ πίτυϊ, rectius dixeris Piceæ) *ſimilis. Huic ſunt denſes intrinſecus & extrinſecus. Aiunt hunc, vt in aliis marem eſſe, Murænam fœminam.* Quod Plinius ſic tranſcripſit: *Ariſtoteles Myrum* (in quibuſdam codicibus legimus Myrinũ ſed falsò) *vocat marem qui generat: Diſcrimen eſſe quòd Muræna varia & infirma ſit, Myrus vnicolor & robuſtus, denſeſque extra os habeat.* Idem & eiuſdem Ariſtotelis teſtimonio tradidit Athenæus, apud quem tamen quædam nunc aliter leguntur, quæ *Myri diuerſitas.*
mox in Myri hiſtoria excutiemus: Poſtremò Dorion apud Athenæum teſtatur Myrum, quod ad carnem pertinet, ſpinis carere, totumque bonum & tenerum ſupramodum eſſe, binaque genera reperiri, nigros nempe alios, alios ſubrufos, nigricanteſque. Quæ cùm ita ſint; vel minimo etiam negocio Myrus à Muræna internoſci poterit. Adde & Saluiani teſtimonium, profitentis multis ſeſe annis inquiſitum Myrum nunquam inuenire potuiſſe, neminemque vel vidiſſe, vel audiuiſſe, qui ſibi viſum diceret, cùm alioqui Romæ Murena frequentiſſima ſit & vilis. Arbitratur itaque Saluianus credendum potius eſſe, Muræas vt plerique alij piſces, in marem & fœminam diſtingui, opinionis ſuæ incertus, cuius alioqui ex aliquot diſſectis certiſſimus eſſe potuiſſet, nam cùm cæteri piſces ſtato pariant tem- G
*Quando pariat.* pore: omnibus anni temporibus teſte Ariſtotele, [k] & Plinio [l] parit Murena. Inclinabat itaque aliquando animus, vt omnes in hoc genere fœminas eſſe crederem, & ex ſeipſis concipere, quemadmodum de Rubellionibus & Channis ſcripſimus, ſed aduerſatur Ariſtoteles, Muræas coire ſcribens more
[k] *L. 5. Hiſt. cap. 10.* [l] *L. 9 c. 23.* ſerpentum, vt marem non deeſſe eis ſit certiſſimum; per marem enim & fœminam coitus peragitur.
*Ova.* Parit autem oua parua, vt ex Ariſtotele recitat Athenæus, eademque non vt piſces ſquamoſi ἐλαφρᾶ, id eſt, friabilia, ſiue (vt Gaza vertit) arenida, vt idem [m] Ariſtoteles prodidit. Quæ quidem oua etſi Pli-
[m] *L. 5. Hiſt. cap. 10.* nius præcitato loco citiſſimè creſcere, verè ſcribit; mentem tamen Ariſtotelis, quem interpretatur, haud aſſequitur. Non enim oua, ſed recens ortas Murænulas ex paruo, celeri adoleſcere incremento dicit, ſicuti non ſolùm clarè eius verba indicant, verùm & Athenæus aſſerit, Ariſtotelem citans his
[n] *Lib. 3. de Generat. c. 4* verbis: *Ariſtoteles inquit in quinto de animalibus Murænam ipſam ex paruo celerem auctionem capere*: neque hic etiam decendum erat, Murænarum oua citiſſimè augeri, cùm aliàs [n] omnium piſcium oua celeriter creſcere non docuerit ſolùm, ſed cauſam etiam reddiderit.

# NATVRA. MORES.

H

[o] *L. 8. Hiſt. cap. 15.* [p] *L. de greſſu anim. & lib 4. de Part. cap. 13.* LAtitat hyberno tempore Muræna teſte Ariſtotele. Plinius [o] quoque hyeme capi negat, præterquam diebus paucis. Cùm verò pinnis careat, flexuoſo corporis impulſu, ita mari vtitur, vt & cæteri longi & ſerpentis ſpecie piſces, vt idem [p] Ariſtoteles docet, nimirum vt ſerpens in terra. Cùm enim omnia animalia ſanguine prædita quatuor tantùm notis moueantur, aut malè aut omnino non mouerentur iſtiuſmodi longi piſces, ſi quatuor pinnas, & Serpentes ſi quatuor pedes haberent. Nam ſi iuxta ſe poſitas haberent pinnas, ſiue longiùs diſſitas, moueri uix poſſent. In illis enim altera alteri impedimento ad motum eſſet: in his, ob longius interuallum, nullo adiumento. Si plures motendi notas haberent, animalia ſanguinis expertia forent. Pinnis autem carentes piſces longos, vt ſerpentes pedibus ob longitudinem, flexuſque corporum, quatuor tamen moueri notis ibi- *Cur extra aquã viuit.*
dem oſtendit Ariſtoteles. Cùm ob hoc itaque, tum ob paruitatem branchiarum in terram aliquando exit, ut Theophraſtus in libello de piſcibus, citante Rondeletio, uel ut citat Maſſarius, libro quinto

de ijs

A de ijs quæ degunt in ſicco? *Langiori* (inquit) *tempore extra aquam viuunt Murena, & ſi quod aliud eſt ſerpentibus ſimile, quia paruas habent branchias, & parum aquæ admittunt*: item Ariſtoteles præcitato loco: *Anguilla & quæcunq; ſerpentis ſpeciem referunt* (vt Muræna) *quoniam branchias habent panciores, minuſq; continentes, diu extra aquam viuere poſſunt: non enim multum refrigerationis deſiderant.* Præter carnem nihil in cibum admittit aliud; quamobrem in petris degere, quæ Chamis plenæ ſunt & Patellis ex Oppiano dictum eſt. Feroxq; eſt, atq; morſu pluri.nùm valens eodem teſtante Oppiano; Ouidio item & Plinio: In ſquamoſos autem quàm maximè ſæuit, adeo vt Columella ſcribat, nonnullis commiſceri eas cum alterius notæ piſcibus non placere, quia ſi rabie vexantur (quod huic, inquit, generi velut canino ſolet accidere) ſæuiſſimè perſequuntur ſquamoſos, plurimoſque mandendo conſumunt. Dixerat antè piſcinam ſi ſemper influente gurgite riget, habere debere ſpecus iuxta ſolum; eorumq; alios ſimplices & rectos, quò ſecedant ſquamoſi greges; alios in cochleam retortos, nec nimis ſpacioſos, in quibus Murænæ deliteſcant. Humanæ quoq; carnis ſunt auidiſſimæ: cuius rei gnarus Vedius Pollio eques Romanus, & ex amicis Auguſti, inuenit (inquit [c] Plinius) in hoc animali documenta ſæuitiæ, viuarijs earum immergens damnata ſeruitia, non tanquam ad hoc feris terrarum, nõ ſufficientibus, ſed quia in alio genere totum pariter hominem diſtrahi ſpectare non poterat. Hoc item
B copioſè ſcribit Septimius Tertullianus in libro, quem de Pallio fecit, vt [d] Petrus Crinitus recitat [e]. Annæus verò Seneca, cùm Cæſarem Neronem ad clementiam inſtruxerat, ſic inclamat: *Quis non Vedium Pollionem peius oderat, quàm ſerui ſui? quod Murenas ſanguine humano ſaginabat, & eos qui ſe aliquid offenderãt, in viuarium quid aliud quàm ſerpentibus obũci iubebat? O hominem mille mortibus dignum, ſi ne deuorandos ſeruos obijciebat Murenis quas eſurus erat: ſine in hoc tantùm illas alebat, vt ſic aleret.* [f] Et rurſus: *Cùm D. Auguſtus apud Vedium Pollionem cenaret, fregit vnus è ſeruis cryſtallinum: ex quo rapi eum ad mortem Vedius iuſſit, nec vulgarem quidem. nam Murenis obijci iubebat, quas ingens piſcina continebat. Quis non putaret, hoc illum cauſa luxuriæ facere? Sæuitia erat. Sed euaſit è manibus puer, & ad Cæſaris pedes confugit, nihil aliud petiturus quàm vt aliter perires, nec eſca* (piſcium) *fieret. Motus eſt nouitate crudelitatis Cæſar, & illum quidem dimiſit, & cryſtallina antè omnia coram ſe frangi iuſſit, compleriq; piſcinam. Fuit Cæſari ſic caſtigandus amicus, bene vſus eſt viribus ſuis.* Mirum verò etiam eſt quod narratur à Nicandro de piſcis audacia, ſæpiùs nimirum prodeuntem è viuario, laborioſos piſcatores in ſalum fugientes mordere, & è nauibus in mare pronos deijcere. In morſu maleficum quiddam eſſe
E Ambroſius teſtatur, idq; veterum, (vt apparet) authoritate. Plinius enim Murænæ morſus, earundem capitis cinere ſanat, Kiranides, vt citat Aggregator, Lumbricis terreſtribus. Et teſte [h] Aetio
C ab ea morſis, eadem accidunt, quæ morſis à vipera, ideoq; ſimilia eis adhibenda remedia: Dari verò etiam iubet ſuccum fici cum ſerpyllo. Eadem ex eo repetijt Auicenna. Paulus Aegineta denique à Paſtinacea aut Murena morſis præſcribit liquoris è fico, guttas quatuor aut paullò plures cum ramulis ſerpylli tribus aut quatuor in potu: & quæcunq; ad viperas commendantur, Kiranides verò non ſolùm venenatam ait eſſe Murænam (ſubaudi morſu) ſed impetuoſam quoq; in homines, idq: Petrus Gillius proprio aſtruit periculo, his verbis: Dentibus maleficam non ſolùm legi, ſed etiam expertus ſum, cùm Maſſiliæ illius naturam perſcrutans, temerè lubricum roſtrum cepiſſem, non ſine magno dolore vulnus accepi. Hinc eſt quod piſcatores, circa Monſpelium, vt Rondeletius ſcribit, dentium Muræna maleficam valdeq; noxiam vim reformidantes, viuam non niſi forfice arripiant. Negat Rondeletius partem ab illa demorſam, niſi tota amputetur, à morſu liberari poſſe ob vncinatos dentes, maximeq; in os recuruos. Aeacus apud [i] Ariſtophanem iratus Dionyſio qui ad inferos deſcenderat, Herculem eſſe ratus (propter clauam & exuuium Leonis quibus erat indutus) à quo Cerberus antea eis abductus erat, ſic ei interminatur: Ἐχιδνα δ' ἑκατογκέφαλος ἡ ταρπλαγχνα σου Διασπαράξει πλωμόνου τ' ἀν θάψιται ταρτησία μύραινα. Vbi Scholiaſtes, Muræna (inquit) nominat pro dæmone aliquo terribili. Imitatur autem Euripidem qui ſimilia in Theſeo protulit. Tarteſiamq;
D cognominat (inquit Geſnerus) vt maiorem metum incutiat, ob loci longinquitatem. Non eſt tamen ſemper maleficus pernitioſuſq; Muræna morſus, quin è contrario ſalutaris aliquando, ſi Aeliano fides eſt præſtanda. Refert [k] enim virum quendam nomine Ciſſum Serapidis cultui deditiſſimum, cùm mulieris cuiuſdam quam prius amatam, dein vxorem duxerat, inſidijs oua ſerpentis deuoraſſet, miſerè adeo afflictum fuiſſe, ita vt à morte parum abeſſe videretur. Deum verò ab eo rogatum, vt viuam mercaretur Muræna, & manum viuario ſeu vaſi in quo aſſeruaretur, immitteret: cumq. ille pareret, & Muræna mordicùs manui inhæreret, vnà cùm ipſo malo auulſa eſt. Rurſus ferox licet ac immanis ſit ſua natura, mirum tamen quantum nonnunquam miteſcat, feritatemq; exuat. Id quod illius Muræna exemplo in primis conſtat, quam L. Craſſus qui cum Cn. Domitio cenſor fuit, inauribus & gemmis diſtincto monili, tanquam ſanè eximiam formæ pulchritudine puellam exornaſſe, Macrobius, [l] Aelianus, & ex hoc [m] Ioan. Tzetzes [n], Plutarchus item & alij memoriæ prodiderunt. Hæc inquam appellantis vocem Craſſi cognoſcebat, & ad eum adnatabat: cumq; quippiam ei porrigebat, gaudio exiliens, prompto paratoq; animo accipiebat; ideoq; ſic ab eo amata fuit, vt mortuam

*Cibus.*

*Rabie tentantur.*

*Vedij Pollionis crudelitas.*

[c] *Li. 9. cap. 23.*

[d] *Lib. 6. de honeſta diſcip. c. 10.*

[e] *Lib. 1. de clem.*

[f] *Li. de ira.*

*Audacia.*

[g] *Li. 9. Hexa. cap. 2.*

*Morſus venenoſitas, eiuſq; cura.*

[h] *L. 13. c. 38*

[i] *In Ranis.*

*Muræna pro dæmone.*

[k] *L. 11. c. 34*

*Docilitas.*

[l] *L. 3. Satur. cap. 15.*

[m] *Li. 8. Var. cap. 173.*

[n] *Lib. Verum animal.*

fleuerit vberiùs,atque honore ſepulturæ affecerit;& cùm aliquando Domitius in eum acerbiùs dixiſ- E
ſet: Stulte Craſſe Murænam fleuiſti mortuam,reſpondiſſe fertur: equidem ego de beſtiæ morte fleui: tu verò nullos,ne ex trium quidem vxorum interitu, quas ad ſepulturam dediſti, luctus percepiſti. Quod poſtremum Plutarchus ſic refert: Cùm obijceret Domitius, an tu Murænam luxiſti ò Craſſe? retorſit ille;at tu vxores tres cùm extuleris nunquam fleuiſti [a]. Porphyrius verò Craſſum tradit adeo commotum fuiſſe Murænæ illius morte,vt eam luxerit,cùm trium priùs liberorum amiſſionem moderatè tuliſſet. Idem quoque (videlicet Murænas diſciplinæ capaces eſſe) docuit Murænæ Antoniæ Druſi in villa apud Baulos in parte Baiana (vbi & Hortenſius orator piſcinam habuit, & Murenam ita dilexit,vt & ipſe teſte [b] Plinio exanimatam illachrimaſſe dicatur) inaures item admittens, cuius propter famam nonnulli Baulos videre concupiuerunt. Miro inſuper ingenio aſtuque in euitandis periculis natura eas donauit. Non enim ignorant vires proprias tam nocendi, quàm ſibi ipſi opem ferendi,in morſu ſitas eſſe: neque vim mordendi remittit,donec vel abroſerit lineam, vel omnino debilitata ſe captam & victam fateatur atque hoc eſt quod dicebat poëta:

*Lib. 3. de abſtin. ab animat.*

*[b] L. 9. c. 55. Ingenium & aſtus.*

*Nec proprias vires neſcit Murena nocendi, Auxiliog; ſibi, morſu: nec eo minus* (forte nimis) *acri*
*Deficit, aut animos ponit captiua minaces.*

*Vt rete capta euadat.*

Circundata rete,maculas ipſas appetit,conſcia teretis ac lubrici tergi, tum multiplici flexu laxat, donec euadat,vt Plinius ſcribit ex eodem Ouidio,qui ſic cecinit: F

*Et Murena ferox, teretis ſibi conſcia tergi, Tandem per multos euadit lubrica flexus:*
*Exemploque nocet, cunctis interuenit vna,*

*[1] Lib. 3. Oppianus correctus.*

Geſnerus legit,cunctis quod præuenit; Apud [1] Oppianum itaque, vbi Sphyrænas lubrico corpore eluctando penetrandoque per maculas retium euadere ſcribit,Smyræna vel (vt aliàs ſcribere ſolet) Myræna legi debet. Lubrica enim mẽbra & penetratio ſerpentis inſtar,Murænæ potiùs quàm Sphyræ conueniunt, & in argumentis halieuticorum authoris innominati, quæ vitæ Oppiani ab initio, editionis Aldinæ ſubijciuntur,Muræna ſcribitur,hoc modo,vt citat Geſnerus: περὶ παυργίας κεστρέων, μύραινης, καὶ τῶν ἄλλων: ſed iam olim error iſte in Oppiani poëma irrepſit, quem nimirum [2] Aelianus imprudenter æmulatus eſt. Plurima enim hic ex Oppiano mutuatus eſt. *Sphyræna* (inquit) *piſcis eſt pelagicus,qui cùm ſe reti incluſum ſentit,circumquaque natat, & quà euadat, vbi vel rariores laxioreſque ſunt maculæ,vel etiam diſruptæ,callidiſſimè quærit. Quod ſi talem aliquem locum inuenerit, è reti elapſa, priſtinam natandi libertatem recuperat. Vbi verò vnaquapiam euaſerit,reliquæ etiam eiuſdem generis, ſi quæ pariter captæ fuerint,eadem elapſæ,illam ſeu vitæ ducem ſequuntur.* Vt verò hęſit in hamo,alio aſtu vtitur. Amplius enim quàm hamum deuorat,admouetque dentibus lineam atq; ita erodit. Pytheas id tradit,vt citat [3] Plinius; Idemque infixas hamo inuertere ſeſe ſcribit,quoniam ſint dorſo cultellato, ſpinaque lineam prȩſecare: ſed poſterior iſte locus Saluiano ſuſpectus eſt,mendoſuſque videtur,cùm id Anthiæ, (inquit) non Murȩnę à Plinio tribui ſit credendum, vti clarè ex Ouidio, quem ad verbum eo loco ſequitur,conijcere poſſumus. Murȩna equidem ſpinam qua lineam prȩſecet,non habet;dorſum verò cultellatum,qua ſe explicet, habet: ſpina famoſus eſt Anthias. Plinius verò Pytheam non Ouidium ibi citat,ſed hunc antea citauerat. Obſcurus quidam author haud rectè ex Plinio, Murænam ſcribit libenter ſe tenere inter arundines & ligna,vt ſi fortè rete includatur, multiplici flexu euadat. Eaſdem & Thriſſas ſcribit Pierius Valerianus concentu & tintinnabulis euocari, vulgò exploratum eſſe: verùm ſi id Plinij teſtimonio fultus credit, qui ex Licinio Macro ſibilo à piſcatoribus tanquã à ſerpentibus, quibuſcum coire dicebantur, edito euocari capique tradit, fallitur, ſin verò ſibilo tanquam harmonia aliqua delectari intellexerit, id quidem ſine fideiuſſore tradit, & quod à ſene aliquo peritoque piſcatore petendum eſſet. Illud verò non temerè in hoc piſcium genere miremur,quod ex eodem Pythea ibidem Plinius narrat: *certum eſſe, animam habere in cauda, hacque ictu celerrimè exanimari,contrà capitis ictu difficulter.* Etenim ſi verum eſt, Congrum & Murȩnam inuicem caudam prærodere,quod idem [4] Plinius teſtatur verum eſſe,illud vero conſonum minimè fuerit,niſi dicamus, vel Congrum prærosá à Muræna caudà ſuperuiuere, hanc verò mox emori, quod tamen ille non dicit,vel negemus reciprocam eſſe hanc caudę eroſionem;ſiquidem [5] Ariſtoteles Cõgro caudam à Muræna abſcindi ſcripſit; Congrum verò illi talionem reddere,non dixit: quare & huius quoque rei veritas ab experimento pendet;ſubitque mirari, viros alioqui diligentiſſimos qui ſua de aquatilibus cõmentaria in locis maritimis,vbi quotidiè ferè Murȩnę capiuntur, conſcripsére, cur planè ſicco pedem hanc ſcitu pulcherrimam & ſumma dignam ſpeculatione præterierint. H

*Vt ab hamo ſeſe liberet.*

*[3] L. 32. c. 2.*

*An muſica delectetur.*

*Anima an in cauda.*

*[4] L. 9 c. 62.*

*[5] L. 9. Hiſt. cap. 2.*

ANTI-

A

# ANTIPATHIA. PVGNA.

*MAlum ingens* (inquit [a] Aelianus) *& morbus agreſtis & inhumanus inimicitia, atq; odium inhærens penitusq; inſitum: quod etiam ratione carentib. natura ingenuit inexpugnabile. Murena cũ polypo capitali odio diſſidet. Polypus cum Locuſta capitales gerit inimicitias. Murena autem terrima hoſtis eſt Locuſta atq; infeſtiſſima. Murena polypo brachia præſcindit, dentium firmitate: pòſt antè in eius ventrẽ ſubiens, his malis eum, quibus veriſimile eſt, afficit. Hæc enim è genere nantium eſt, ille verò Serpentium more graditur. Quod ſi polypus in ſaxorum colorem ſe vertat, nihil ei aſtutiæ hæ fallaces proſunt. Murena enim eius veteratoriam planè tenet. Cùm verò polypus Locuſtas à ſe comprehenſas ſtrangularit, exugit carnes, atque earum ſuccum exhauriit, ac nimirum locuſta cornibus erectis iracundia furens, in eum modum Murçnam mulieri irata ſimilem laceſſit. Hæc igitur aculeos quibus hoſtis præmunita eſt, mordicùs tenet: illa verò pedes acutos tanquam manus prætendens, utrimque cuti inhærere fortiſſimè non intermittit. Murena indignatur, ſeſeque huc & illuc verſat & acutas teſtas amplectitur, quibus* B *confixa remolleſcit & ſuccumbit: denique remiſſa iacet. Locuſta ex hoſte inſtituit prandium.* Hæc itaq; Aelianus, ex primo Halieuticorum Oppiani, cuius poëtę paraphraſim copioſiùs à Pet. Gillio redditam adſcribere non piguit. Odio (inquit) inimicitiarum capitaliter inter ſe diſſident, Polypus, Muræna & Locuſta, & mutuis inter ſe ſedibus differunt. Cùm Murçna ex ſaxo ad cibum inquirendum prodiẽs, polypum inſpexit, in ſumma aqua paulatim erraticis flagellis natantem, ſtatim incredibili gaudio elata, hanc iucundam appetit prædam. Is ſentiens ſe in proximum diſcrimen eſſe adductum, ſeſe in fugam impellit. At nulla machinatione tardus in natando effugere poteſt Murçnam, expeditiſſimo lapſu natantem. Itaque mordicùs eum premens, inuitum pugnare cogit. Hic igitur coactus magnum & difficile inire certamen primùm varium & multiplicem gyrum agens, brachia huc illuc verſat, conans horum iactatione ipſam à ſe depellere: at enim nulla arte euadere poteſt. Contrà Muræna polypi lubricis membris circumplicata, facilè ex his tanquam aqua effluens, elabitur. Is verò modò dorſum illius, modò collum, modò caudam circumplectitur, modò in os eiuſdem incurrit: ac nimirum quemadmodum in luctatione homines ſuas oſtentat vires, donec tandem defeſſi, manibus inaniter fluctuent: ſic polypi acetabula non palæſtricè iacta, Murçna acutis dentibus diſcerpit & lacerat, & partim ex his mandit, partim ſemicomeſta & palpitantia huc illuc diſtrahit. Nec prodeſt polypo hærere* C *ſaxis, eorumq; vt lateat, imitari colorem. Nouit enim eius dolum Muræna. Iam rurſus magna fiducia Locuſta Murænam ad pugnam laceſſit, extẽnſis tanquam irritans, iuxta petram, cuius incola eſt Murçna, geminis cornibus. Hæc irritata, in certamen deſcendit: at etſi animo infeſto hanc contra venit, tamen ipſam duro tegmento circũmunitam tam parum lædit, & fruſtra ideo dentes defigit, quòd tanquam à ſilice repulſi, ſic eius duriſſimo tegmine retuſi, hebeſcunt & debilitantur. Veruntamen Muræna magis magiſque tantiſper animo incitatur, dum ſuum collum tantoperè ſtrictè longis illius brachijs quàm ferreis forcipibus teneri ſentit, nihilq; remitti quantumlibet violenter in fugam ſeſe impellere conetur, & ſummo doloris ſenſu affecta quoquo verſum corpus ſuum intorqueat. Cùm enim aculeatum Locuſtæ dorſum temerè inuadit & circumplectitur, interea aculeis transfigitur, tandemque multis vulneribus acceptis, ſua imprudentia conficitur. Iam porrò Locuſtam ſiliceis forcipibus & robuſtis aculeis armatam & velocem tardus polypus & molliſſima pelle obductus expugnat. Hic enim cùm eam in ſaxea aliqua cauerna morantem deprehenderit, in eius dorſum latenter inuadit & vincula circumiacit, & fortibus acetabulis fauces intercludit, ne ſpirare poſſit. Locuſta verò illius circumplicatione vicina ad moriendum, nunc quieſcit, nunc mouetur, nunc ad ſaxa elidiitur. Is verò non intermittit tam diu oppugnare quoad exederit & confecerit, nec aliter carnes ſu-* D *gendo ex eius teſta exhaurit, quàm infans aliquis ex vberibus nutricis lac. Meminit eiuſdem pugnæ & Plutarchus is verbis: Locuſta Murænas, & Congros intra brachiorum complexum nactus, conficit quidem, nil læuore aduerſus aſperitatem proficiente. Ipſe verò intra polypi acetabula compulſus, perit. Kiranides hanc Locuſtæ & Murænæ inimicitiam tantam facit, vt non erubuerit ſcribere, euaneſcere & non apparere amplius Murænam, ſi vnà coquantur, ac ſi in mortuis odium adhuc perſeueret. Iam verò bellum Murænis eſſe cum polypo etſi ſimpliciter hactenus oſtenſum ſit; eſt tamen inter polypos quæ priuatim Ozæna vocatur, quam odore illecta Muræna inquirit, vt Plinius teſtatur, inquiens: *Polyporum generis eſt Ozæna, dicta à graui capitis odore, ob hoc maximè Muranis eam conſectantibus.* De Congri cum eiſdem inimicitia antè dictum eſt: quibus adde oculatam Perotti fidem, ſæpenumerò ſeſe Puteolis Congrum cum Muræna acriter pugnantem vidiſſe aſſerentis. Sunt præterea alia quibuſcum non benè conuenit Murænæ. Ferunt teſte Plinio [b] aceti guſti præcipuè in rabiem agi. Rabie autem affici, ex Columella oſtenſum eſt. Idem author eſt, ferulam contactu Murænas occidere: & alibi *Natura ferularum* (inquit) *Muranis infeſtiſſima eſt, cæſa ſiquidem ea moriuntur.* &

[a] L. 1. c. 32.

*Cum polypo Cum Locuſta.*

*Locuſta vt Murænam ſuperet.*

*Vt polypum inuadat.*

*Locuſta vt Murænam vincat.*

*Locuſta cur vincatur à polypo.*

*Cum Ozæna*

*Cum Congro.*

*Cum aceto.*

[b] L. 9. c. 23.

*Cum ferula.*

[a] L. 1. c. 37. rurſus: *Licinius Macer Murænas ait pingueſcere iactatu,* (aliàs lactatu) *fuſſe non interrimi, eaſdem ferula protinus*. Mirum verò præcipuè eſt, quod tradit Aelianus,[c] nimirum quòd Muræna quæ plagam vnã acceperit, torpeſcens perſtet: ſin plures inferas, funditus ira accendatur. Similia idem de Serpentibus ibidem tradidit, ſi feriantur arundine. E

# HIEROGLYPHICA.

*Concubitus alienigenarum appetens.*

*Adulterij typus.*

PIerius Valerianus ex hieroglyphicis Ori Apollinis ſcribit per pictam Murænam Sacerdotibus Aegyptiacis hominem procum vel alienigenarum concubitus appetentem, externiſvé matrimonio copulatum, intelligi. Idem & à D. Ambroſio, Murænas à viperis ſibilo euocari dicente, ac ſi hieroglyphicum eſſet, interpretari aſſerit: id ſcilicet ex hoc innui, vt mulieres admoneantur, ferendos eſſe mariti mores, ſit licet fallax vir, aſper, inconditus, temulentus, lubricus, multaque in hanc ſententiam. Baſilius ex hoc congreſſu anguis & Murænæ, adulterium interpretari videtur. Admonet enim eos qui nuptijs inſidiantur alienis, diſcant cuinam feræ, cui reptili ſint ſimiles, cùm naturæ quoddam adulterium Viperæ Murænæque coniunctio videatur: atque huc potiùs reſpicit Aegyptiorum hieroglyphicum. Non etiam incongruum erit hieroglyphicum, ſi occultam quandam ſignificaturi, ſanguinariam quippè crudelitatem, in molli alioqui atque effæminato homine, per irritatam Murænam expreſſerimus, immani Romanorũ procerum exemplo, qui ſeruitia olim Murænis exponebant excarnificanda: cùm ea alioqui beſtia exedentula ſit, vt diceret Tertullianus, atq; etiam exanguis & excornis. Huc pertinet emblema Alciati inſcriptum, REVERENTIAM IN MATRIMONIO REQVIRI. F

*Crudelitatis occultæ typus.*

*Cùm furit in Venerem pelagi ſe in litore ſiſtit*
*Vipera: & ab ſtomacho dira venena vomit.*
*Muranamq; ciens ingentia ſibila tollit,*
*At ſibitò amplexus appetit ille viri.*
*Maxima debetur thalamo reuerentia coniunx*
*Alternum ãcvet coniugi & obſequium.*

# VSVS IN CIBIS. G

*In honore fuiſſe.*

*Veterum frugalitas.*

QVo in honore atque æſtimatione apud veteres ac potiſſimùm Romanos proceres Muræna fuerit, non vno licet indicare argumento. Columella oſtenſurus priſcorum Romanorum frugalitatem ac in victu temperantiam, eos piſcium quidem curam celebraſſe tradit, adeo vt dulcibus aquis marinos etiam includerent piſces, cæterùm eadem curâ Mugilem, Squalumque (viles nimirum piſces) nutrijſſe, qua nunc Muræna & Lupus (maximæ impenſæ piſces) educantur. Quantum verò huius piſcis curæ impenderint, non obſcure indicat Varro, inquiens. C. *Hirrius circum piſcinas ſuas ex ædificijs duodena millia ſeſtertia capiebat. Eam omnem mercedem eſcis quas dabat piſcibus, conſumebat. Non mirum. Vno tempore enim memini hunc Cæſari ſex millia Murænarum mutuo dediſſe in pondus & propter piſcium multitudinem quadragies ſeſtertio villam veniſſe.* Idem Plinius tradidit, cuius verba alioqui obſcura ex recitatis ex Varrone, facilè dilucidantur. *Murenarum viuarium* (inquit) *primatim* (nimirum ab alijs piſcibus, aliqui legunt primus, ſed hoc per ſe etiam intelligitur in verbo excogitauit, & rurſus in verbis, ante alios,) *C. Hirrius excogitauit ante alios, qui canis triumphalibus Cæſaris dictatoris ſex millia numero Murænarum mutuò appendit. Nam permutare quidem pretio noluit, aliunde merce: Huius villam intra quam modicam quadragies piſcine venierunt. Innaſit deinde ſingulorum piſcium amor.* Meminit & Macrobius [a] Hirrij villam (inquit) quamuis non amplã aut latam, conſtat propter viuaria quæ habuit quadragies ſeſtertiũm venundatam. Fiebant autem viuaria Murænarum tantùm, quòd hæ fęcundiſſimæ ſint: nec vlli alij piſces niſi cibi gratia inijciebãtur, ob voracitatem; ſed nc id quidem ſine magno ſumptu fieri potuit; vt veriſſimè ſcripſerit Varro, viuaria ædificari magno, ſecundò impleri magno, tertiò ali magno: Satis etiam conſtat Licinios, Murçnas cognominatos, quod hoc piſce effuſiſſimè delectati ſint, vt eiuſdem Varronis authoritate teſtatur ibidem Macrobius, aſſerentis Licinios eodem modo appellatos Murçnas, quo Sergius cognominatus eſt Orata, quod ei piſces qui Oratę vocantur, chariſſimi fuerint. Vulgati codices Varronis nunc haud rectè pro Licinius Murçna habent Lucius. Idem deniq; legimus apud [b] Columellam: quanquam Licinius iſte L. Craſſi oratoris ætate prior reliquorum (præter oſtreas) piſcium viuaria inueniſſet. H

[a] *Lib. 3. Sat. Lin. cap. 15*

*Licinij Murçna.*

[b] *L. 8. c. 16*

Plinius

A Plinius de fictilium vaſorum pretio & luxu agens, tripatinum ex Feneſtella appellari ait, ſummam cenarum lautitiam, vnamque fuiſſe Murænarum, alteram Luporum, tertiam Myxonis piſcis. M. Tullius verò, vt ſuam in cibo modeſtiam atque temperantiam Gallo indicaret, inquit; *qui me oſtreis & Murænis facilè abſtinerbam*. Contrà Heliogabalus, qui in eo totus erat, vt totum perderet Romanum imperiũ, Murænarum lactibus, referente [d] Lampridio, & Luporum in locis mediterraneis pauit ruſticos. In conuiuio Attico quod Matron Parodus deſcripſit, apponitur Muræna tam grandis, vt menſam operiret, & circa ceruicem cinctum læua geſtans: Et in conuiuio Cotyis Thracum regis nominatur ab Anaxandride Muræna elixa. Commendabatur autem potiſſimùm prægnans, quod haud obiecurè oſtendit [e] Horatius, inquiens:

*Tripatinum.*

[c] L. 7. epiſt. fam. 27.

[d] In Heliogabalo. *Quando melior.*

[e] L. 2. Serm. ſat. 8.

*Aſſertur ſquillas inter Muræna natantes — In patina porrecta: ſub hoc herus: Hæc grauida, inquit, Capta eſt, deterior poſt partum carne futura.*

Quærat itaque aliquis, cur in tanto honore haberetur Muræna, cùm copiosè eam præberet vicinum mare, & copia plerumque faſtidium pariat. In promptu reſponſio eſt, Siculas, non ſuas viuarijs incluſiſſe, vt ex tubrica de loco conſtat, authorque eſt Galenus ſuo tempore, Romæ Muranis nihil vilius fuiſſe. Illæ enim pinguiſſimæ & ſaporis gratia commendatæ plurimùm; quamuis Iouius veteres Romanos à viuacitate potius quàm à ſaporis præcellentia æſtimaſſe velit, quoniam magna earum copia in quotidianos vſus viuarijs incluſæ diutiſſimè poterat aſeruari, cæteris piſcibus aut ta dio carceris, aut vitio piſcinarum facilè pereuntibus. Et ego reuera non paucos Muranis prætulerim, non ſaporis præcellentia, ſed quòd mandentibus ſuis auſtris plurimum pariat faſtidij. Carnem habent mediocrem inter duritiam & mollitiem, quare & ſuccum gignunt, neque craſſum neque tenuem, ſed mediocrem & bonum, vt docet Galenus, niſi in vitioſis aquis degant, cuiuſmodi ſunt fluuiorum oſtia, qui latrinas expurgant, aut culinas aut balneas, aut veſtium aut lintęorum ſordes, aut ſi qua ſunt alia in vrbibus per quas medias fluunt, expurganda, & potiſſimùm ſi populoſa vrbs fuerit, qualis eſt Tyberis Romanus pra terfluens. Innoxiæ verò ſunt, quæ in ea maris parte verſantur, quæ dulci ſe aquæ non immiſcet. Philotimas apud [g] eundem Murænas piſcibus molles carnes habentibus adnumerat, quod genus facilius concoqui ait. Ipſe verò Galenus addit diſtinctionem, ſi in puro mari verſentur. Saxatiles enim (inquit) ſemper ſunt optimi, quod Aſellis minimè contingit, nec Murænis, vt nec Gobionibus quidem. Etenim quidam ex his in fluuijs & ſtagnis, alij autem in mari naſcuntur, alij in ſtagnis maritimis quę vocant, aut omnino in aquis permixtis, vbi magni fluuij oſtium mari committitur, plurimùm certè particulatim inter ſe diſident, vt Mugilis & Muræna. Hæcſio apud Athenæum Murænæ non minus alunt, quam vel Anguillæ vel Congri. Actius verò [h] etiam in curatione colici affectus a frigidis & pituitoſis humoribus, Murænas & omnia mollia, vt qua difficulter concoquantur inflationes, pariant noxios humores generent, reprobandas cenſet; atque Iouius ait ob innatam eaſdem duritiem quandam & tenacẽ humorem, laborioſiſſimè digeri, ſed a lactibus eximijs ſummam commendationem accepiſſe. Quomodo exoſſetur, binis bacillis vtraque manu comprehenſis medjam aſtringendo detergendoque, in Congro ex eodem Iouio diximus: ſic modò exoſſatam, corio atque interaneis detractis, capiteque atque extrema cauda; circa quam plurimæ ob exoſſationem congeſtæ ſunt ſpinæ; abſciſſis atque proiectis, in plura fruſta ſecato, & in tegano, vino optimo, oleo, ſale, aromatibuſque ac benè oblentibus herbis impoſitis ad mitiores prunas excoquito, vel in oleo friętam aurantij mali ſucco condito. Apitius [i] condebat iure ex Pipere, Liguſtico, Saturcia, crocomagmate, cepa, prunis Damaſcenis enucleatis, vino, mulſo, aceto, liquamine, de ruto & oleo ſimul coctis. Idem iuſculum in Murænam aſſam ſic fieri iubet; Piper, Liguſticum, pruna Damaſcena, vinum, mulſum, acetum, liquamen, defrutum, & oleum coques. Ius aliud pro eadem aſſa ex eodem, Piper, Liguſticum, nepitam montanam, coriandri ſemen, cepam, nucleos pineos, mel, acetum, liquamen & oleũ coques. Ius aliter præparatum ad condiendam Murænam elixam, Piper, Liguſticum, careum, apij ſemen, coriandrum, mentam aridam, nucleos pinęos, rutam, mel, acetum, vinum, liquamẽ, & olei modicum calefacies & amylo obligabis. Aliud ad elixam condiendum: Piper, Liguſticum, careum, apij ſemen, coriandrum, careotam, ſinapi, mel, acetum, liquamen, oleum & defrutum præparabis. Aliud in elixa; Piper, Liguſticum, acetum, apij ſemen, rhun Syriacũ, careotam, mel, liquamen, oleum, ſinapi & defrutum, inferes.

B

C

D

*Viuacitas.*

*Carnis qualitas.*

[f] L. de cib. bo. & mal. ſuc.

[g] Lib. 3. de Alim. ſa.

[h] L. 9. c. 30.

*Vt nutriant.*

*Apparatus*

[i] L. 10. c. 2. *Iura in Murænam.*

## VSVS IN MEDICINA.

KRanides Smyrnam, id eſt Murænam ſi edatur ex iure piperis, nephriticos ſanare aſſerit, lepramque & ſcabioſas paſſiones perfectè. Item dentes eius ſuſpenſos e collo puto conuenire dentientibus pueris. Plinius [a] verò lichenes & lepras tolli cinere Murænarũ cum melle obolis tribus. Reperio & apud Marcellũ Empyricum Murænarum pellium cinerẽ ex aceto lichenum prodeſſe aduersus capitis doloręm. Quomodo contrà morſus earum curetur, ſuprà oſtẽdimus.

*Dentium v. fus.*

[a] L. 32. c. 7. *Cineris pellis*

E

# CAPIENDI RATIO.

SIculæ tanta abundant pinguedine, vt dum mergere ſeſe nequeunt, faciles captu euadant. Ariſtoteles [a] tradit ſæpè etiam capi, dum in terram exeunt. Quod verò Licinius Macer referente Plinio, ſibilo à piſcaroribus, tanquam à ſerpentibus euocari & capi tradit, id an verum ſit, dubitari poſſit, ſiquidem falſum eſt, ſibilum ſerpentium ſequi: quamobrem ſi id verum eſt, quod edito capiatur ſibilo, dicendum fuerit, eam eo tanquam harmonico aliquo ſono delectari. Capiuntur autem retibus, naſſis atque hamis: incantanturque teſte Oppiano polypis; quorum eſu, vt dictum eſt, ſummoperè afficiuntur. Eſca alia ex Tarentino: Aeluri (Geſnerus legit Siluri) fluuiatilis drachmas ſedecim, ſeminis rutæ ſylueſtris drachmas octo, adipis vitulinæ tantundem, ſeſami drachmas ſedecim. Conterens omnia, ex eiſque paſtillos fingens, vtitor.

[a] *L. 5. Hiſt. cap. 10.*

# DE MYRO. Cap. XXVIII.

F

MYrum æquè ac Myrænam παρὰ τὸ μύρειν ſiue μύρεσθαι id eſt, fluere, dici, quòd videlicet præ nimia pinguedine mari ſupernatet, in Muræna diximus. Vt verò pro μύραινα σμύραινα, ſimiliter pro μύρος etiam σμύρος ſcribitur. Volaterranus Plinio & Gazæ Oculatam vocari ait, Plautoque Ophthalmiam: quod falſum eſt. Gaza enim Murum reddidit, & Oculata ſiue Ophthalmia Melanurus eſt. Plinius Græcam nomenclaturam retinuit, licet in quibuſdam codicibus Myrinus legatur; quam lectionem ſi quis (inquit Rondeletius) tueri velit Ariſtotelis [a] ipſius authoritate, à quo Myrini piſcis alibi fit mentio: reſpondet hunc locum Ariſtotelis mendoſum eſſe & pro μύρινος legendum eſſe μύξινος, id quod contextus ipſe & Ariſtotelis ſenſus apertè docent. *Plurimis* (inquit) *piſcibus imbres conducunt. Mugili tamen & Capitoni, καὶ ὃν καλοῦσί τινες μύσινον, & ei qui Myrinus vocatur, nocent.* Mugilum enim hîc ſpecies recenſet, in quibus Myxinus eſt (quem aliàs etiam μύξωνα vocat) Sitnè modò Murænarum mas, vti Plinius Ariſtotelem citans & recentiorum nonnulli, item ex Grammaticis Heſychius volunt, præcedenti capite diſputatum eſt. Quod ad eſſentiam piſcis attinet, Murænis ſimilem eſſe, ex Ariſtotele, Plinio & Athenæo conſtat. *Differunt* (inquit Ariſtoteles) *Myrus & Muræna. Eſt enim Muræna multis modis varia & infirmior, Myrus concolor & robuſtior colore πίτυος*, id eſt *piceæ*, (Gazæ non benè laricis hîc reddidit,) *Huic ſunt dentes intrinſecus & extrinſecus.* Quem locum reddens [b] Plinius, quæ hîc de colore & dentibus intra os dicuntur, reliquit, inquiens: *Ariſtoteles Myrum vocat marem qui generat. Diſcrimen eſſe, quòd Muræna varia & infirma ſit, Myrus vnicolor & robuſtus, denteſque extra os habeat.* Citat eundem philſophum Athenæus, in quo tamen nonnulla etiam paullo aliter quàm in illo leguntur: nam cùm Myrus ei ſit vnicolor, & colorem habeat ſimilem τῷ πίθῳ, Athenæus habet λεύχρως, id eſt colore leonis & ἴυγγος id eſt Iyngis, ſiue vt Gaza apud Ariſtotelem vertit, Torquillæ, cuius auiculæ color, vt Leonis fuluus eſt, Rurſus cùm Ariſtoteles dicat dentes (ὀδόντας) habere intus & extrà, ipſe habet ὅλον, πάντ ἔσωθεν, καὶ ἔξωθεν, ſine ſenſu. cæterùm reliqua benenè apud Ariſtotelem, vel apud Athenæum legantur, quæri poſſit. Rondeletius ex Ariſtotele Athenæum reſtituit, colorem interim & dentium poſituram in ſuo Myro ſubticet. Saluianus, quòd piſcem nunquam vidiſſet, qui Myrus eſſe poſſet, iudicium ſuum cohibet. Quod ad Iyngis colorem attinet, Vuuottonus huic lectioni veterem Ariſtotelis interpretem conſentire videri tradit. Et Dorion duo Myri genera eſſe ait; nigrum vnum, rufum alterum, quod ſit deterius. Priorem à Rondel. infeliciter pictum nobis nonquam viſum piſcatores in Gallia non peculiariter agnoſcentes, ſerpentem vocant, antiqua (ni fallor) nomenclatura. Aelianus enim ex alijs Myrum ait eſſe ſerpentem marinum, nec vnde nomen habeat, facilè conſtare. Idem ait tradi de eo ſi oculus alteruter capto eruatur, ipſo viuo dimiſſo, & pro amuleto geſtetur, ophthalmiam ſiccam ſanare, piſci verò ſicco renaſci: præterea altero eum capi lumine, qui viuentem eum non dimiſerit. Rondeletius priorem ſuum Myrum ſic deſcribit. Myrus ſerpenti magis ſimilis eſt quàm Murænæ, roſtro acuto, longo, corpore nigricante, rotundo, ſine maculis, ſine ſquamis. Vnicum vtrinque foramen branchiarum imperfectarum habet. Pinnulas valdè exiguas, cutis ſubſtantia, vnam à ceruicis loco ad anum vſque, & alteram ab ano ad eandem, quarum ora nigra eſt, vt in Congro. In vtroque latere à ceruice punctis aliquot aureis notatur, quæ magis in viuentibus apparent, quàm in mortuis. Gulam ventriculo præpoſitam habet; inteſtina longa, rectà ad podicem porrecta; iecur longum, rubeſcens, ſine felle; ſplenem longum, tenuem. Carne eſt tenera ſine vllis ſpinis, aut certè pauciſſimas habet. Dorion verò apud Athenæum Myro ſpinas per carnem ſparſas omnino negat, & totum vtilem eſſe ait & ſupra

*Etymum. Oculata. Murus.*

*Myrinus.*

[a] *L. 8 Hiſt. cap. 19.*

*An Murænarum mas. Deſcriptio.*

G

[b] *L. 9. c. 23.*

*Myri duo genera.*

H

*Natura.*

*Deſcriptio prioris.*

*Caro.*

modum




modum tenerum. Alter Myrus rariſſimus eſt piſcis, ſerpens rubeſcens Rondeletio appellatus, nonnullis, vt ipſe teſtatur, etiam Myrus putatus eſt, ſed falsò, vt ipſe exiſtimat, quandoquidem deſcriptioni non reſpondeat; Nam branchias (inquit) oſſeo operculo ſquamoſorum more intectas habet, pinnaſque ad natandum maiuſculas, quibus Myræna & Myrus (Huic tamen exiguas tribuit) carent: ſed Dorionis Myrum alterum eſſe ὑποπυρίζοντα, id eſt, rubeſcentem non abſurdè quis exiſtimauerit. Corporis ſpecie Serpentibus terrenis ſimilis eſt, colore rubro vel phœniceo, lineis obliquis & ſinuoſis à dorſo ad ventrem ductis, eam lineam, quæ à capite ad caudam protenſa eſt, ſecantibus. Sciſſura oris non admodum magna, dentes habet acutos, ſerratos: brāchias opertas ſquamoſorum piſcium inſtar. In dorſo à capite ferè ad caudam veluti capillamenta tenuia à ſeſe diſiunēta, in ventre ſimilia. Cauda in pinnam vnam deſinit.

*Alterius Myri deſcriptio.*

*Myrus alter Dorionis*

# DE REVERSO INDICO ANGVILLIFORMI. Cap. XXIX.

DE Reuerſo Indico piſce aculeato, eiuſque nouo ac inſolenti piſcandi genere, dictum eſt. De hoc quem ex tabula quadam nauigationum in nouum orbē, deſumpſimus, hæc refert Pet. Martyr.[a] Non aliter ac nos canibus Gallicis per æquora campi lepores inſectamur, illi (nimirum piſcatores Cubæ inſulæ in cymba, id eſt, caua arbore piſcantes, vt Chriſtophorus Columbus ait) venatorio piſce piſces alios capiebant. Piſcis erat formæ nobis ignotæ, corpus eius Anguillæ grandiori perſimile, ſed habens in occipite pellem tenaciſſimam, in modum magnæ crumenæ. Hunc vinctum tenent, in nauis ſponda funiculo, ſed tantum demiſſo quantum piſcis intra aquam carinæ queat inhærere: neque enim patitur vllo pacto aēris aſpectum. Viſo autem aliquo piſce aut teſtudine quæ ibi ſunt magno ſcuto grandiores, piſcem ſoluunt. Ille cùm ſe ſolutum ſentit, ſagitta velociùs piſcem aut teſtudinem qua extra teſtam partem aliquam eductam teneat, adoritur; pelleque illa crumenaria iniecta, prædam raptam ita tenaciter apprehendit, vt exoluere ipſum eo viuo nulla uis ſufficiat, niſi extra aquæ marginem paulatim glomerato funiculo extrahatur. Viſo enim aeris fulgore, ſtatim prædam deſerit. Præda igitur iam circa aquę marginem euecta, in mare ſaltat piſcatorum copia tanta, quanta ad prædam ſufficiat ſuſtinendā, donec è naui comites eam apprehēdant. Prędа in nauim tracta, funiculi tantū ſoluunt, quantū ſatis eſt venatori, vt ad locum ſuæ ſedis intra aquam redeat, ibique de præda ipſa per alium funiculum eſcas ei demittunt. Piſcem incolæ Gaicanum, noſtri Reuerſum appellant, quòd verſus venetur. Quatuor teſtudines eo modo captas, quę nauiculam illis ferè implebant, noſtris dono dant. Cibus enim eſt apud eos non illautus. Hæc ille. Quæ omnia fermè Columbus quoque narrat.

[a] *Lib. 3. Ocean. dec. 1*

*Venandi modus.*

*Gaicanus?*

DE TÆ-

Reuerſus Indicus Anguilliformis.



A

# DE TÆNIA ARIST. Cap. XXX.

## ÆQVIVOCATIO. ETYMOLOGIA.

TÆniæ nomine duos diuerſos piſces celebrari, ſuprà meminimus, vnum ex Pſittaceis Soleæ ſpeciem à Speuſippo & Epicharmo apud Athenæum, alterum ab Ariſtotele, quo de nũc. Theodorus Vittam reddidit, Plinius Græcam nomenclaturam, quæ tamen etiam Latina eſt, retinuit. Nomen habet à ſimilitudine, quòd ſcilicet tęniæ, ſiue faſciæ, ſiue vittæ inſtar, longus, tenuis & latus piſcis ſit, vnde vermes quidam ſimiliter tæniæ nuncupantur. *Vitta.*

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

SVperioribus marinis ſerpentis ſpeciem referentibus commodè annectetur hoc genus piſcium. Illorum enim more binas tantùm iuxta branchias pinnas habet, vt Anguillæ exemplo oſtendit
B Ariſtoteles his verbis: *Piſces plurimi pinnas quaternas habent, longi autem vt Anguilla, binas iuxta branchias, & Mugiles lacus Sipharum, ſimiliter & quæ Tænia dicitur.* Hanc Rondeletius eum piſcem eſſe retur, qui ſuis piſcatoribus Flambo vocatur, id eſt Flamma, à ruſſo ſiue flammeo colore, vel quia cùm natat flammæ modo mouetur & flectitur. Quibuſdam verò Spaſe, id eſt, enſis nominatur à figura. Capite enim lato eſt, reliquo corpore in acutum paulatim deſinente. Faſciæ (inquit) ſimilis eſt, id eſt, longo, tenui, ſtrictoq; corpore, ac flexili longorum piſcium inſtar: corporis tenuitate, carnis ſapore & candore Bugloſſo ſimilis. (Hic ſibi aduerſatur, nam mox craſſum lentumq; ſucum gignere ſcribit.) Capite eſt depreſſo, oſſibus multis conſtante. Oculis magnis, rotundis, pupilla exigua. Ad branchias pinna vtrimq; vnica, ad natandum data. In prona parte villos habet ad caudam vſque & in eoſdem cauda terminatur. Tantæ eſt tenuitatis, vt oſſa vertebrarum ſpinæq; quibus firmatur, carne non tecta appareant. Altero loco pictum piſcem, ſimilitudinis cauſa, Tæniam alteram vocat, nomenclaturamq; aptiſſimè ei quadrare ait: eſſe enim tenuem & longiſſimum, ad duũm nimirum triumvè cubitorum longitudinem excreſcere: corporiſq; item ſpecie priori ſimilem eſſe, eò verò differre, quòd præter pinnas, quæ ad branchias ſunt ſitæ, duas alias habet ſub maxilla inferiore rufas, cuius coloris (inquit) ſunt villi dorſi caudæq;: præterea quinq; maculas habet in parte prona purpureas, rotundas, certo ſpacio à ſe diſtantes, quales ferè in Solea oculata. Squamis caret aculeiſq;. Obid fortaſſe de hac intelligendus Oppiani locus ταινίαι ἀβλαχρὰι, id eſt, Tæniæ imbecilles. Colore eſt argenteo. Ventriculum magnum habet & longum, inteſtina recta, ſine vllis gyris ad anum porrecta. Cor cõpreſſum. Hepar ex albo rubeſcens. Lien & fel vix ob paruitatem apparent. Huc referendus eſt etiam qui Venetorum vulgo à figura qua meſſoriam falcem imitatur, Falce nuncupatur, alibi Marmotto, quaſi Simia, nimirum ob capitis turpitudinem. Bellonius apud Tenedum intellexit, vulgò Græcè falsò Anthiam nominari, & alicubi in Italia Colpiſcem, à ſucco videlicet glutinoſo, in quem reſoluitur, dum coquitur, nam colla gluten eſt. Cùm vlnam longus ſit, palmi latitudinem non excedit. Polypi modo mollis eſt, glaberq; ac oblongus, ita tamen cartilagineus vt perfrixus vel aſſus, in quoddam veluti glutinum, vt dixi, reſoluatur, vnde ab omnibus ferè menſis exploſus eſt. Vnicam in tergore pinnam, eamque continuam, duas ſub branchijs, totidemq; ſub ſtemo oſtendit. Totus in gyrum quibuſdam veluti crenis ſerratus eſt, atq; in lateribus lineam habet aſperam. Subrubra eſt eius tergoris pinna, grandes oculi, deforme caput, vt Simiam eſſe dicas. Addidi deniq; lector amantiſſime alterius tenuiſſimi piſcis, hoc eſt, ſolis quodammodo ariſtis & cute conſtantis, ſeu excarnis planè iconem, quam doctiſſimo
D Ferranti Imperato acceptam feres. Piſcis eſt, vt icon ad viuum ſuis expreſſa coloribus oſtẽdit, pulchritudine & colorum elegantia nulli cedens. Ità enim rubro, amethiſtino, ceruleoq; ac aureo variat, vt planè cæleſtem æmuletur arcum, nec errauerit, qui marinam appellarit iridem. Rectiùs verò quàm proximè præcedens Tænia falcata dicetur.

*Lib. 2. Hiſt. cap 13.*
*Flamma.*
*Enſis.*
*Tænia Rondel. altera.*
*Falx. Simia.*

Tænia Rond.

DE

Digitized by Google

Tænia altera Rond.



Tænia meliùs quàm à Bellonio expreſſa.



Digitized by Google

# DE PISCIBVS CARTILAGINEIS IN GENERE. Cap. XXXI.

## NOMINIS RATIO.

RIuſquam de cartilagineis vocatis piſcibus agamus, operæpretium eſt explicare, cur eo nomine veniant. Hoc inter alios clariſſimè nos docuit, qui omnia, Ariſtoteles; [a] cuius verba quibus nominis ratio redditur, mox recitabimus. Scire verò licet, animalia quæ ſanguinem habent, etiam ſpinam habere, cæterùm haud omnia eiuſdem ſubſtantiæ. Quibuſdam enim oſſea eſt, alijs velut ſpinea, alijs denique cartilaginea. Quæ itaque oſſeam eam habent, eadem & oſſa habent; quæ ſpineam, ſpinas, quę cartilagineam, cartilagines, quibus nimirum haud ſecus atque oſſibus partes omnes ſuſtinentur, ſicut idem philoſophus teſtatum reliquit [b] his verbis: *Sanguineis autem non viuiparis* (viuipara ob robur oſſibus conſtare dixerat) *natura aliquantulum degenerat, vt volucribus, quamuis enim habeant oſſa, ſunt tamen imbecilliora. Inter piſces ſpinam qui oua pariunt, habent: ſerpentibus etiam natura oſſium ſpinacea eſt, praterquam magnis: robur enim eorum validiora exigit firmamenta, eadem qua & viuiparis ratione. At cartilaginea nomine, ſpinam ex cartilagine habent: motum enim eorum eſſe molliorem neceſſe eſt; itaque fulcimenti genus non rigidum, ſed mollius eſſe oportuit. Addè quòd terrenam omnem materiam ad eorum cutem conficiendam natura abſumpſerit: pluribus tamen locis ſimul tantundem exuperantia diſpenſare natura non poteſt: quoniam etiam in viuiparo genere oſſa cartilaginoſa complura habentur, ſcilicet in ys quibus expedit molle mucoſumque eſſe quod ſolidum habetur, ratione carnis obductæ: vt auribus & naribus euenire apertum eſt. Prominentiora enim ſi rigida ſint, frangi celeriter poſſent. Natura verò eadem oſſis & cartilaginis eſt, quamquam pluris minoriſue ratione intereſt: quapropter neutrum præciſum recreſcere poteſt. Vacant medulla cartilagines terreſtrium animalium diſcreta: quod enim in os diſcretum, continetur, id mixtum per totum facit, vt cartilago res mollis mucoſaque conſtituatur. At in cartilagineo genere ſpina dorſi quamuis cartilaginoſa, medullam habet: vicem enim oſſis hac pars tenet in eo genere.*

Aduertendum itaq; etſi in ſanguineis alijs ſuæ etiam dentur cartilagines, nullum tamen eorum cartilaginem dici poſſe, ſed ſolùm ex piſcibus illos, qui pro dorſi ſpina ſpinea cartilagineam habent. Græci χονδράναθα olim vocabant, deinceps σιλάχη & σιλαχώδη dici cęperunt, & (vt Saluianus addit) σιλάχια; à ſplendore cutis, vt teſtatur Galenus, qua noctu lucent. Latini ſimile nomen non habent, quod vel Plinius [c] profitetur inquiens: *Cartilaginea Græcè in vniuerſum Selache appellauit Ariſtoteles primus, hoc nomine eis impoſito: nos diſtinguere non poſſumus, niſi cartilaginea appellare libeat.* Nos itaque cum Plinio cartilaginea, ſeu potiùs cartilagineos piſces nuncupabimus.

[a] *L. 3. Hiſt. cap. 7.*

[b] *L. 2. Part. cap. 9.*

*Serpentium ſpina.*

*Cartilagineorum.*

*Os & cartilago non renaſcuntur.*

*Cartilaginea quæ dicenda.*

[c] *L. 9. c. 24.*

## GENVS. DIFFERENTIÆ.

## SYNONYMA.

PIſcium cartilagineorum Ariſtotele [a] & Plinio [b] teſtibus duo ſunt genera, vnum planum, vt Torpedo, Raia, Squatina, Aquila, Paſtinaca, Lamia, Bos; quorum alij aſpera; alij leui cute prædi-
ti ſunt; alijque rurſus ſpinis armantur; alij planè ijs carent: alterum longum eſt & rotundum, qui Galeno γαλεοὶ & γαλεώνυμοι, Ariſtoteli item γαλεοὶ, γαλεοειδεῖς, aliquando & γαλεώδη appellantur, nimirum ἀπὸ τῆς γαλῆς, id eſt, à muſtela terreſtri, non ſolùm quòd hanc beſtiolam corporis & rotunditate & longitudine referant, ſed ob alia quædam nonnulla quæ cum ea communia habere creduntur: nam ſicut muſtela terreſtris venenatos in terra proſequitur ſerpentes, ita Galeus ſiue Muſtelus piſcis Paſtinacam peſtiferum in mari piſcem. Iecur item vtrique adipoſum & in oleum reſoluitur. Et vtrumque ore parere nonnulli fabulantur. De hoc poſteriori genere prius. Galeum ſemel tantùm nominat Plinius [c], Paſtinacam in mari proſequi tradens. Saluianus Maſſarium (vt apparet) ſecutus, nomen ibi eſſe contendit ſpeciei, non generis, & ſi dijs placet, Gladium piſcem eo indicari, qui Straboni, vt oſtendimus, Galeotis appellatur, cùm tamen paulò antè in hoc Plinij loco: *Planarum piſcium alterum genus eſt quod pro ſpina cartilaginem habet, vt Raiæ, Paſtinaca &c. quo in numero ſunt Squali quoque quamuis non plani*, nunquid pro Squali, legendum ſit Galei, dubitet, itaque legendum

[a] *L. 2. Hiſt. cap. 13.*

[b] *L. 9. c. 24.*

*Etymum.*

[c] *L. 32. c. 2.*

*Plinij locus emendatus.*

A dum eſſe in capite de Squalo profiteatur: quo modo & ego lego, quicquid dicat Vuottonus, eumque ſecutus Rondeletius; nam licet aliàs idem Plinius [d] Squalum nominet, ſcire licet hunc quoque locum admodum ſuſpectum eſſe, quandoquidem Ariſtoteles, ex quo ille eum tranſtulit, pro Squalo habet Rhinam id eſt, Squatinam. Squalum verò peculiarem piſcem eſſe, ſuo loco oſtendemus. Nam quod dicunt Galeos dici Squalos quaſi ſqualidos, propter corij videlicet aſperitatem, probare non poſſum: cùm ſit aliud, ſordidum eſſe, aliud aſperum & horridum. Aſper & horridus viſu tactuque eſt echinus omnis, ſqualus tamen ſiue ſqualidus, ſordiduſque non eſt. Plinius itaque Galeos potius, quàm, vt nunc apud eum legitur, Squalos, hoſce longos rotundoſque cartilagineos piſces nuncupauerit. Theodorus Gaza Muſtelos latinè nominare voluit, & Muſtelinum genus. Nos promiſcuè modò Græca, modò Latina voce vtimur. Apud Oppianum & Aelianum κύων, id eſt Canis, latiùs quàm γαλεὸς extenditur, τῶν κυνῶν ſiue Canum marinorum tria genera eſſe profitentes, vnum maximum, quod Cetis annumerari poſſit, pelagium & in alto degens; bina alia in cœno hærentia, quorum vnum Galeus, alterum Centrina vocetur: ſed vtriuſque verba adſcribam: *Caniculorum* (κυνῶν, malim Canum) *marinorum* (inquit [e] Aelianus) *tria ſunt genera, quorum maxima quædam inter Cete robuſtiſſima numerari poſſunt: ex reliquis duobus generibus, aliud Galeos, aliud Centrina appellari ſolet. Quod*

B *colore varium eſt, Galeus nominatur: reliquum genus qui Centrinas appellauerit, non errabit: eis innati ſunt aculei duri & aduerſus omnia reſiſtentes, quorum alter in ſummo vertice, alter in cauda eſt, atque venenatum quiddam habent. Poſtrema duo genera paruarum Caniculorum in cœno capiuntur.* Hæcille; in quibus ab Oppiano differt, quòd eos tantùm Canes Galeos vocari ait, qui in hoc genere varij ſunt: item quòd Centrinæ nomine eos omnes comprehendat, qui in hoc eodem genere, aculeis armantur, cùm inter Galeos, ἀκανθίας etiam nominet Oppianus, qui ex Lippij verſione ſic canit:

*Atque pudenda Canum gens & furibunda propago*
*Cum Cetis numerata fuit per marmoris vndam:*
*Pugnaces inter piſces Centrina vocatur*
*Tertia dicetur Galeorum nomine turba.*
*Et leos* (Læueſq;) *& Catulos, Squatinas adiungimus iſtis*
*Diuiſa in gentes ternas: hæc horrida viſu*
*Quæ reſtant alijs cœno merguntur in alto.*
*Altera quòd ſtimulis credatur noxia nigris:*
*Aſi Galeis alias gentes numeramus, Acanthas,*
*Vulpes & Varios; cœno merguntur in alto.*

Cæterùm cùm pocta πίνας, id eſt, Squatinam, quæ ex latis eſt cartilagineis, reliquis longis rotundiſq; hic annumeret, ſuſpicandum eſt, in textum Oppiani mendum irrepſiſſe. Geſnerus itaque conijcit pro πίνας legendum eſſe εἰσὶν, id eſt, ſunt, ſic ſuadente ipſo ſenſu.

——γαλεῶν δ' ἑτεροτράπα φῦλα Σκύμνοι, καὶ λεῖοι, καὶ ἀκανθίαι, ἐν δ' ἄρα τοῖσι
Εἰσὶν ἀλωπεκίαι, καὶ ποικίλοι. id eſt:

C Alterum genus (nimirum tertium) vocatur Galeus, quibus annumeramus Acanthias, id eſt, Spinaces, Læues, & Catulos ſiue Caniculas: & ex his ſunt Vulpes & Varij. Sic quoque Athenæus citans Ariſtotelem eadem nomina Galeorum refert, nulla de Squatina facta mentione. Quòd verò ad Canis nomen vniuerſaliſſimum attinet; ego potiùs cum Ariſtotele omnes iſtos piſces, Galeos aut Galeorum generis dixerim; vt nempe latiùs patet Galei, quàm Canis vocabulum. Falliturque Saluianus, dum maximum illum & pelagium Canem ex Cetis eſſe credit; piſcis enim eſt, iſque quem Aelianus, aliàs ceu ſui oblitus Galeum vocauit, vt videlicet ex Galeorum genere eſſe indicaret: *Galeus* (inquit) *pelagius eſt & magnitudine præſtans: ſimul & canis figuram gerit:* Geſnerus addit, Cetacei nimirum; quod non probo; nam Canis Cetaceus ei hic Galeus vocatur. Et Athenæus Galeos & Canes teſtatur piſces eſſe cartilagineos. Appareteq; Canes dici iſtiuſmodi piſces dici quòd terreſtrium Canũ more mordeant, & dentibus noceant, quod & Varro innuit his verbis: *Vocabula piſcium pleraque tranſlata ſunt à terreſtribus ex aliqua parte ſimilibus rebus, vt Anguilla, Lingulaca, &c. alia à vi quadam, vt Lupus, Canicula, Torpedo,* etſi alioqui Varro Catulum hîc priuatim intelligere potuerit. Quamobrem omnium differentias ita conſtitui poſſe cum Rondeletio arbitror, vt alij Galei ſimpliciter, alij Galei Cetacei appellentur, quibus Galenus [f] Canes & Libellas ſubijcit. Aliàs verò etiam Galeis ſiue Muſtelis congenerem eſſe ait, qui apud Romanos ſuo tempore erat in pretio, Galaxia appellatus: Philotimum verò eum præterijſſe, propterea quòd in Græco mari naſci non videatur; qui an idem ſit Galeo Rhodio, quem Athenæus Galeis accenſet, & Cani pingui Syracuſanorum, ſuo loco ventillabimus. Differunt authore Ariſtotele [g] nonnulli mares cartilaginei generis à ſuis fœminis; eò quòd maribus binæ quædam circa excrementi oſtium pendent, quibus fœminæ carent, vt perſpici (inquit) in Muſtelino genere poteſt: In his enim, quod dixi, omnibus eſt. Sunt & fœminæ Muſtelini generis maiores quàm mares, quod cum rapacibus itaque auibus habuerint commune. Qui verò in hoc genere minores ſunt, ij teſte Aeliano, ad cubiti magnitudinem excreſcunt. Ariſtoteles [h] Galeos priuatim intelligit, vbi cartilaginea ſcribit ſquamis carere, cute verò aſpera muniri, quoniam ſpina cartilaginea conſtant, & terrenam portionem natura inde ad cutem tranſtulit, inque eius aſperitatem abſumpſit: eoſdemq; tantùm intelligit Galenus, cartilagineorum animalium aſperam cutem eſſe inquiens: nam ſicuti verißimum eſt, omnes cartilagineos piſces verè ſquamis cărere; ita haud verum eſt, omnes aſpera cute

[d] *L. 9. c. 5.*

*Muſtelus. Canis.*

[e] *L. 2. c. 55.*

*Galeus quid Aeliano & quid Centrina.*

*Oppiani locus emendatus.*

*Canes qui piſces.*

*Canes cur dicti.*

[f] *Lib. 3 de Fa. Alim.*

*Galaxia.*

*Differentia maris à fœmina.*

[g] *L. 5. Hiſt. cap. 5.*

*Magnitudo*

[h] *L. 4. Part. cap. 13.*

*Non omnia cartilaginea eſſe aſpera.*

operiri;nam ex Galeis λεῖος id eſt Læuis,ex planis Rana,Torpedo,Paſtinaca,Aquila & Lauiraia,læ- E
uia,non aſpera teguntur;quamobrem aliàs idem Ariſtoteles [1] cartilagineorum alia læuia, alia aſpera eſſe dixit. Rurſus os vt Delphinis ſupina parte eſſe,quod cartilagineo generi item tribuit, haud conuenit omnibus. Squatina namque & quæ in mari Rana vocatur, id in extremo roſtro habent. Qui verò id ita ſitum habent,niſi conuerſi reſupinentur,cibum corripere nequeunt,quod natura,vt philoſophus arbitratur,non modò ſalutis gratia cæterorum piſcium feciſſe videtur; dum enim iſti ſeſe conuertunt,mora intercedit,qua piſcis,quem inſectantur,euadere poſſit,(nam omnia id genus rapina piſcium viuit) verùm etiam ne nimis ſuam deuorandi auiditatem explerent: cùm enim faciliùs caperẽt, breui per immodicam ſatietatem perirent: & propterea cùm roſtrum eorum ſtructura tereti ac tenui ſit,facilè ſcindi in oris hiatum non poteſt. Branchiæ omnibus (cartilagineis) eodem teſte [2] detectæ ſunt;cauſa (inquit) eſt quòd cartilagine,earum tegumenta conſtent. Spina item omnibus cartilaginea: motuſque lentus & piger eſt,quoniam non ſpina aut neruo corroboratur. Contrà genus ſpinatum celeriter fertur. Tegumentum autem quod branchias operiat, celeriter moueri oportet, cùm branchiarum natura quaſi ad ſpirandi vſum piſcibus data ſit. Quamobrem in ſpinatis non modò tegumentum,verùm etiam ipſi branchiarum meatus contrahuntur, vt celeriùs agatur. Locus earundem variat;nam quæ plana ſunt,parte inferiore ſupinaque habent, vt Torpedo, Raia &c. oblongis verò in lateribus adhærent,vt in quouis Muſtelino genere cernitur,& tegumenti loco quinque habẽt foramina. Quod verò eiſdem Muſtelini generis branchias tribuit duplices,& vtrimque quinas, id in planis quoque manifeſtum eſt. Pinnæ Galeis iuxta branchias binæ totidemque à podice. Athenæus Acanthiæ ſiue Spinaci peculiariter tribuit cor pentagonum,cæterùm id ei cum reliquis Galeis commune eſſe Rondeletius aſſerit. Iecoris ſubſtantia quam in pleriſque diuerſa eſt. Ariſtoteles [1] enim adipeum eſſe ſcribit, & ex eo colliquato oleum fieri; ipſa tamen cartilaginea nullo diſcreto adipe carni ventriué adhærente pingueſcere. Idem & geminum iecur eſſe, iploſque piſces pinguedine & ſeuo carere aliàs tradit recitante Athenæo. Fel in iecore ſitum. Galeis appendices complures ſupernè circum ventriculum exeunt. Vulua item ab alijs differt: Qui enim oua pariunt, vuluas habent teſtante eodem philoſopho bifurcatas,atque inferiùs poſitas; cartilaginei ea potius ſpecie,qua aues habent,ſed intereſt,quòd oua non iuxta præcordia omnibus, ſed infra nonnullis ad ſpinam conſiſtant, ſed aucta in alium transferantur locum. Differunt verò inter ſe, tum etiam à planis ratione eiuſdem vteri: habetque eorundem vulua paulò à præcordijs inferius, veluti mammas albidas, quæ non niſi grauidis inſunt. De ouis,pariendique diuerſitate mox rurſus, cùm de partu dicemus. Atque iſthæc de nominibus,generibuſque cartilagineorum,deque partibus, quæ omnibus communes ſunt, dicta ſunto. G

*Pinnæ.*
*Cor.*
*Iecur.*
[1] *L. 3. Hiſt. cap. 5.*
*Fel.*
*Vulua.*
*Vterorum loca.*
*Mamme.*

# LOCVS. PARTVS.

*Differentiæ ouo.*

CArtilaginei omnes marini ſunt:cæterùm planorum alij pelagij ſunt,alij in cœno obuerſantur; & ex Aeliano atque Oppiano diximus Canes minores,hoc eſt,Galeos ſiue Muſtelos in profundo degere cœno,maximos verò ſiue Ceraceos pelagios eſſe. Ariſtoteli Galei omnes pelagij ſunt,lituſque & vada repetunt, cùm pariendi tempus inſtat. Iſque omneſné Galeos, an Spinacem ſolum in Euripo non gigni inquiat, ſuo mox loco ventillabimus. Galeos ore parere priſca ætas, Aegyptijque ſapientes ſibi perſuadebant,argumento quòd fœtui ſuo timentes ea parte eos recipiant, reddantque cãdem viuos & incolumes timore depoſito: ſed falſum id eſſe, nullumque animal ore concipere patereque poſſe in priori Ornithologiæ noſtræ tomo in Coruini generis hiſtoria oſtendimus. Ariſtoteles [a] itaque cùm dixiſſet Cartilaginea vuluas habere ea ſpecie,qua aues, ſed intereſſe quòd oua non iuxta præcordia omnibus,ſed intra nõnullis per ſpinam conſiſtant,vnde aucta in alium H
locum transferuntur; ſubdit; omnia cartilaginea ſimul & oua parte ſuperiore circa præcordia continent,alia minora,alia maiora;& inferiore animalia iam excluſa: vnde fit,vt genus id piſcium ſæpe immenſe & pariat & cocat; quippe quod non vniuerſa edere ſoleat,quæ conceperit, ſed particulatim repetens ſæpe & diu peragens;vt dũ ſuperiùs oua contrahit,inferius oua concoquat, atque perficiat. Anne ob ſeminis id fit inopiam? Hac enim laborare cartilagineos piſces,habemus apud eundẽ [b] Ariſtotelẽ: Cartilagineorũ nec fœminæ ſuos conceptus,nec mares ſuũ ſemen ſpargere viſuntur, cùm generis nõ viuipari piſces oua,& mares ſemẽ ſpargere ſoleãt:cauſa verò eſt quòd genus cartilagineũ ſemine minimè abũdat: Vuluas etiã fœminæ ad ſeptũ poſitas cõtinent: atquè enim mares à maribus, fœminæ a fœminis differũt: Sunt enim cartilaginei minus copioſi genitura. Coitus eorũ hunc in modum peragitur. Cùm piſces omnes admotis inuicẽ partibus ſupinis copulentur,plani aliter faciunt. Hi enim qui caudã habent, vt Raia & Paſtinaca & reliqua huiuſmodi, non ſolùm admotis ſupinis,ſed etiã tergo fœminarum ſupinis mariũ ſuperpoſitis,modò cauda impedimẽto nullo,ob craſſitudinẽ ſit,coeũt.

*An ore pariant.*

*L. 6. Hiſt. cap. 10.*

*Cur ſæpe pariant. Seminis inopia.*

[a] *Lib. 3. de Generat. animal. cap. 7.*

*Coitus. Plani vt coeant.*

At

A At Squatina & quibus plenior eſt cauda, his attritu mutuo tantùm partium ſupinarum coitus agitur. Sunt qui ſe vidiſſe affirment (inquit [c] Ariſtoteles) nonnulla ex cartilagineis auerſa canum more terreſtrium cohærere. Sed omnia cartilaginea hunc in modum coire apertiùs notatum à pluribus eſt. Morantur enim in coeundo diutius omnia, quæ animal generant, quàm quæ oua. Superfœtant eodem teſtante philoſopho [d], & ferunt vterum menſibus complurimùm ſenis: & cùm tempus pariendi inſtat, repetunt litus, & vada, pelago & alto relicto gurgite, vt neq; tepore careant, & progeniem tutiùs collocent. Partum eorum viperino ſimilem eſſe non vno [e] in loco tradidit, nempe oua viperæ more cùm intra generarunt, mox animal foris excludere, perfectumq; generare ouum: ita enim ex ouo animal gignit: ex imperfecto autem nullum: Oua verò non extrà edere, quia natura frigida ſint, non quia calida, vt quidam volunt. Meminit huius partus etiam Theophraſtus [f] ex Theodori verſione, inquiens: *Aparine flores in orbiculis ſuis aſperis continet, concoquitq; fructum deinde parit, vt illis ſimile ſit, quòd in Galeis ac viperis euenit* (ἐπὶ γαλεῶν καὶ ἐχιδνῶν (Theodorus legit κυνῶν vel ἰχθυῶν; Geſnerus legendum cenſet κυνῶν, quoniam Canes ſint ex Galeorum genere, quod non probo, quid enim attinebat, ad ſpeciem deſcendere, ſi toto generi id conuenire indicauerat, quare Theodori verſionem probo) *illa enim, vbi intra ſe oua peperierunt, mox animalia gignunt.* Haud omnibus tamen cartilagineis, idem partus eſt. Non enim viuos parit Rana, vt binis in locis teſtatum reliquit Ariſtoteles, & [h] Plinius quoq; his verbis: *Et cùm cæteri piſces oua pariant, cartilagineum genus ſolum & ea quæ Cete appellant, animal parit, excepta quam Ranam vocant.* Rurſus eorum qui viuos pariunt, & vteri & excludendi ratione differunt, ſicuti fuſiùs docet [i] Ariſtoteles, inquiens: Diſcrimen autem inter ſe ipſi piſces oſtendunt, vt Muſtelini, qui tum inter ſe, tum etiam à planis ratione vteri differunt. Nonnullis enim medio vuluæ circa ſpinam oua adhærent; quemadmodum dictum eſt, vt Caniculis: quę cùm accreuerint, abſoluta feruntur per vuluam bifurcem, annexamq; ad præcordia, quomodo & cæteris generis eiuſdem, in vtramq; partem transferuntur. Habet tam eorum quàm cæterorum Muſtelini generis vulua paulò à præcordijs inferiùs, veluti mammas albidas, quæ nonniſi grauidis habentur. Caniculæ & Raiæ teſtacea quædam gerunt, in quibus humor ad oui ſimilitudinem conſiſtit. Figura eius teſtæ, ſimilis tibiarum ligulis eſt; meatuſq; fiunt capillamentorum ſpecie in teſtis. Sed Caniculis quas aliqui ab hinnulo Nebrios Muſtelos appellant, fœtus rupta dilapſaq; illa teſta proueniũt. Raijs, cùm pepererint, rupta teſta excluditur fœtus: Spinaces verò Muſteli, ſic a ſpina quam habent, nuncupati, oua ad præcordia continent ſuper mammas; quibus vt deſcenderint, iam abſolutis, fœtus innaſcitur. Idem hic generandi modus & Vulpeculis eſt. Muſteli autem læues vocati, oua per vuluam mediam,
C vt Cæniculæ geſtant, quæ poſtea in vtrumq; vteri ſinum deſcendant. Mox animal gignitur, non aliter quàm in quadrupede contineri videtur. Adhæret vmbilicus ille prolixus capite altero ad partem vuluæ inferiorem, veluti acetabulo annexus: altera ad medium fœtum, qua in parte iecur eſt. Cibum ſi reſeces, fœtum ad oui ſimilitudinem videris, etiam ſi non præterea ouum habeat. Secundæ, membranæq; ſingulæ fœtus ſingulos modo quadrupedum continent. Caput prolis in vtero nouæ adhuc partem ſpectat ſuperiorem: auctioris iam & perfectioris, inferiorem verſus transfertur. Mares in læua, fœminæ in dextra ingenerantur; atq; etiam parte eadem vna, fœminæ & mares. Viſcera etiam fœtus habet, vt iecur; perinde atq; in quadrupede magna, cruentaque reſecto cernuntur. His addemus quæ Bellonius & Rondeletius in hoc eodem piſcium genere obſeruârunt. Ille ſenos vel octonos atque interdum etiam plures fœtus ſuis partibus abſolutos, pedali longitudine diuerſis temporibus parere ſcribit, & perſæpe viuo emergente fœtu, ouis adhuc crudis & excluſis ſcatere vterum, ſuperiorem eius partem quæ ad ſeptum eſt, occupantibus: (Athenæus Galeum vt plurimùm tres parere ſcribit.) eorumque alia dextro matricis cornu, alia ſiniſtro concludi: at in Catulis hoc præcipua admiratione dignum eſſe viſum, quòd nulla contegantur ſecundina, atque ab vmbilici venoſa quadam parte nutriantur. Cùm enim oua, (inquit) foras non exeant, certiſque vinculis matrici obuinciantur, amnio
D tantùm tunica opus habuiſſe videntur: quo iam efformato fœtu, & rimam quandam in ſterno inter pinnas, quæ ad branchias ſunt, ducente, alimentum à matrice per vinculum ſeu vmbilicum ſuſcipit, adeo quidem tenuem, vt Lyræ fidiculam non exuperet. Id autem alimentum ſecundum tenuem & exilem fidiculam in quandam veluti perulam fertur, quam ventriculum eſſe diceres, quo tanquam oui vitello perpetuò repleta eſſe conſpicitur: cuius poſitio eſt in ventre medio, duobuſque hepatis lobis ſubijcitur. Ac quod ita res habeat, Catulum à matris vtero exectum, ſi per ventrem diſſeces, verum eius ventriculum perpetuò vacuum & ieiunum comperies: nihil enim per os aſſumit aut deuorat. Rectum verò inteſtinũ recrementis liuidis turgere conſpicies: quin etiam uiuum piſciculum à matris vtero ſi quando illæſum exemeris, atq; in aquã proiecceris, protinus uiuere ac natare cernes: ac nihilominus in uteri profundo oua permulta reperies, quorũ ſena, interdum octona, craſſiora, mollia, lutea, tenuiſſima membrana contecta ac coaceruata, ad nouos fœtus producendos iam eſſe deſtinata conijcies: ſuper quibus infinita alia minora ac futurorum ouorum rudimenta cernes quæ nuſquam interituræ Galeorum prolis tibi ſpem aliquam adferre poſſint. Hæc itaque Bellonius, qui & ſuis aſſerit ſe ui-

[c] *L. 5. Hiſt. cap 5.*

*Superfœtatio.*

[d] *L. 6. Hiſt. cap. 11.*

[e] *Lib. 2. de Gen cap 10. & l. 3. Hiſt. c. 1 & lib 2 capit. 13. & lib 6. c. 10.*

[f] *L. 7. Hiſt. cap. 14.*

*Partus diuerſus.*

[h] *L. 2. Hiſt. cap. 13. & lib. 3. de Gen. cap. 1.*

[i] *L. 6. Hiſt cap. 10.*

*Caniculæ & Raiæ partus*

*Spinax vt pariat.*

*Vulpeculæ partus.*

*Bellonij & Rondeletij obſeruationes.*

*Catulorum oua.*

diſſe aliquando Canem exigui corporis fętus vndecim vno partu edidiſſe, ita vt caput, vt in alijs etiam E
animalibus primò naſceretur, non tunicis inuolutos, vt in Delphinis, ſed vmbilicali tantùm in ea cum
vtero matris coniunctos. Secuit eandem Ariſtotelis Caniculam Rondeletius, & in medio vteri ad
ſpinam adhærere oua obſeruauit, & cùm accreuerint, in vtrumque vteri ſinum transferri; cùm cæteri
Galei ad ſeptum tranſuerſum oua concipiant, non in vuluæ medio, vt ex Ariſtotele dictum eſt prius.
Eſſe autem huius Caniculæ oua, teſtacea quædam, in quibus ſimilis ouis humor continetur colore &
perſpicuitate cornu, figura verò puluinaribus quæ capiti ſupponimus dormituri, ſimilia: ex angulis
[k] *L.6 Hiſt. cap.10.* dependere meatus longos, tenues, quos [k] Ariſtoteles πόρους τριχώδεις vocat, id eſt, meatus capillares,
lyræ fidibus haud abſimiles, inſtar capreolorum vitis conuolui, ſed dum explicantur, duorum cubito-
rum longitudinem æquare. Teſta intus rupta dilapſaque fœtum exire, atque ita ex ouo viuum ani-
mal parere Caniculam. At rectiùs & ſignificantiùs, teſtaceum ouum quod vocat, teſtaceum oui in-
*Oui involucrum.* uolucrum vocaſſet, quo nomine vocandum eſſe ſua ipſius icon demonſtrat. Pinxit item in diſſecto
piſce mammas illas candidas, bifidamque vuluam, vt Ariſtotelis locus perſpicuè intelligi poſſit; cui
(inquit) maior adhuc lux accedet, ſi diligentiùs duo hæc expenderimus, ſcilicet figuram teſtaceorum
ouorum Caniculæ ſimilem τοῖς τῶν αὐλῶν γλωττίσις, id eſt, tibiarum ligulis: Et, ſint meatus, an non te-
nues illæ & capillares conuolutæque apophyſes ex ouorum angulis dependentes; ἡ γλῶττα præter F
notum ſignificatum, lingulam ſiue ligulam ſignificat, quæ tibijs adhibetur, à figura ſic vocatam, quæ
ex amplo ad ſtrictius tendit, fieri ſolitam ex arundine. Teſtis eſt Dioſcorides. [l] *In arundinum genere*
[l] *Lib.1. cap. 115.* *quadam naſtes*, id eſt, *farctior vocatur, ex qua ſagittæ fieri ſolent: alia famina, ex qua αἱ γλῶτται τοῖς αὐ-*
*λοῖς καταρτιζόμεναι*, id eſt, *tibiarum ligulas efficiunt*. Eædem ligulæ hodie quoque tibijs adhibentur;
abſque ijs enim ſonus edi non poteſt. Huiuſmodi ligulas referunt anguli teſtacei oui Caniculæ, qui
in anguſto in amplum latumque euadunt, vt ſi quatuor ligulas coniungas, teſtacei illius oui figuram
conſtituiſſe videaris. Iam verò πόρους τριχώδεις Ariſtoteles quos vocet, idem Rondeletius declarat,
ex piſcis eiuſdem anatome: Degenerant ij in tantam (inquit) tenuitatem, vt nullum meatum ineſſe pu
tem, fruſtraque ſi aliquis eſſet, illic à natura mihi conditus videretur. Nam vt aliundè aliquid hau-
riatur, quod ad nutritionem accretionemque neceſſarium ſit, aut vt aliquid ex ouo exhauriatur, mea-
tus illic ineſſe neceſſe eſt. Si per hos trahendum aliquid eſſet, eorum capita vteri venis adhærere al-
ligarique oporteret, quemadmodum in quadrupedibus vteri cotyledones cum ſecundarum venis
coaleſcunt. Præterea meatuum capita, quibus in eos aliquid primùm influit, ampliora eſſe, ſenſim
verò anguſtari neceſſe eſt. Quare cùm neque capita vtero adhæreant, ſintque anguſtiora qua parte
ampliora eſſe deberent, neque eſſe meatus, neque dici poſſunt: nihil verò per hos ex ouo effluere per- G
ſpicuum eſt ex humoris ipſius conſiſtentia, qui craſſior eſt, quàm vt per tam tenues meatus permeare
queat. Non ſunt igitur meatus, ſed ouorum appendices, capreolorum vitis modo intortæ, ad reti-
nendum & firmandum vndiquaque in vtero ouum, vt neque ſurſum neque deorſum loco moueatur,
quoad in eo, calore vteri formatus fœtus ſtato tempore in lucem exeat. Depinxit & Bellonius idem
*Matricula marina.* inuolucrum teſtaceum, matriculæ marinæ nomine, & Gallis vulgò Crapault de mer vocari aſſerit. Si-
militer ſeſe oua Raiarum habere idem Ariſtoteles tradit: qualia in litore ipſi ſæpe legimus.

# NATVRA. MORES. CIBVS.

OMne genus cartilagineorum ex aliorum piſcium rapina viuere, cibumque niſi conuerſa reſu-
pinentur, capere non poſſe, præcedenti rubrica ex Ariſtotele diximus, vbi inſolentem oris
in ipſis poſitum deſcribebamus, addita etiam ratione. Plinius id præterea teſtatur his ver-
[a] *Li.9.c.24. Quando lateant.* bis: [a] *Omnia autem cartilaginea ſunt talia & ſupina veſcuntur, vt in Delphinis diximus.* Latent omnia
diebus frigidiſſimis, vt idem Ariſtoteles teſtatum reliquit. Aelianus [b] omnia Canum genera ſpecie, H
[b] *Li 8 Hiſt. cap.15* moribus & victu conuenire author eſt. Galeos (vt oſtendimus) intelligit, qui teſte [c] Ariſtotele, fœ-
[c] *Li.6 Hiſt. cap.10.* tus ſuos intra ſeipſos recipiunt, & rurſus emittunt: quod item & Squatinæ & Torpedines faciunt: &
*Qui fœtus recipiant, et quà non.* quidem viſam Torpedinem ait grandem, quę fętus intra ſe circiter octoginta haberet: cæterùm Spi-
nacem vnum ex Galeis recipere prolem ſpinæ impedimento non poſſe; nec Paſtinacam & Raiam
propter caudæ aſperitatem: hanc verò etiam tum propter capitis magnitudinem, tum propter aculeo-
rum impedimentum. Quo verò loco, & cur recipiant, philoſophus non addit. Ore id fieri, plerique
veterum aſſerunt, Athenæus: *Parit Galeus vt plurimùm tres, eoſque recipit ore, & rurſus emittit: in pri-*
*mis quidem Varius & Alopecias, cæteri non item propter aſperitatem.* Aelianus: *Galeus in mari ore parit &*
*fœtum eodem denuo recipit, redditque eadem via viuum & incolumem.* Idem & aliàs cùm quòd ore pa-
riat, immundum cibum eſſe dixiſſet: *quidam* inquit) *ipſum non ore parere dicunt, ſed inſidiarum timore*
[d] *Lib. viva anim &c.* *perculſum, vt occultet catulos ſuos, deuorare: deinde, cùm nihil ab inſidiarum comparatione timet, vnos eno*
*mere.* Vbi & cauſam habes, cur recipiat: quemadmodum & ex hoc [d] Plutarchi: *Galei paterna quæ-*
*dam*

A *dam indulgentia nulli animalium vel ſuauitatis vel benignitatis ſumma palma cedunt. Ova pariunt primùm, mox animal, non foris, vt cætera: ſed in ſeipſis edunt, tum educunt, geſtantq; eam partu ſecundo quodam, ac vbi iam adoleuere, foris emittunt: ludere & natare circa ſe docent, mox in ſe rurſus per os recipiunt: inhabitandam incolendumq; corpus præbent: locum, cibum, refugium, tantiſper dum ipſis ex ſeſe præſidium certum ſit, ſuppeditantes.* Aelianus[q] verò Canem marinum ſimul atque peperit, nulla mora interpoſita, ſuos paruulos ſecum natantes habere ait: ſi quis verò eorum timeat, ingredi rurſus per genitalia in vterum matris, & vbi timor abierit, denuò prodire, tanquam rurſus eſſet editus: quod & Oppianus tradidit; canens,

*Amor in ſe tus.*

[q] *L. 1. c. 17.*

*Et Canis aquoreus fœtus (mirabile dictu)*
*Cuſtodit; catuli teneri poſt terga ſequuntur,*
*Fœtibus eſt ſcutum genetrix, illoſque tuetur,*
*Sed cùm formidant (pelago ſunt multa timenda)*
*Accipit in ventrem natos, iterumq; recurrunt,*
*Vnde prius lapſi fuerant, & ventre ſeguntur.*
*Et quamuis partus fuerit cruciata dolore*
B *Vt mater leto perpeſſa eſt omnia vultu,*
*Atq; iterum charos fœtus in viſcera condit,*
*Atq; pariit rurſus, cùm reſpirare timore*
*Ceperit, & rutas ſpeculetur marmoris vndas*

Quibus poſterioribus locis Saluianus, non Canem Carchariam, ſed Caniculam intelligi debere contendit, argumento quòd nemo hoc Carchariæ, omnes Caniculæ aſcripſerint: ego cur id & Carchariæ conuenire quoq; non poſſit, non video: Id & Tzetzes credidiſſe videtur,[r] Glaucum, Galeum & Canem, ingruente periculo prolem ſuam abſcondere ſcribens; cæterùm priores duos ore, Canem verò vtero recipere, rurſuſq; eos parere ſublato metu. Minorum mirus eſt in ſuos amor, qui aliàs ipſis ſæpè pernitioſus eſt, & vt capiantur cauſa, neq; enim latet is piſcatores, qui album piſcem ad eos captandos teſte[s] Aeliano deinittunt: ex quibus ſi quis capitur, cæteri omnes hoc videntes, circa captum affiliunt, eumq; dum hamo ex profundo extrahitur, ad nauem vſq; inſequi non ceſſant. Inuidia quadam (inquit) hoc eos facere exiſtimares, quaſi ille qua captus eſt, ſibi vni eſcam aliquam prædatus alicundè eſſet: atque ex ipſis nonnullos in nauem inſilientes, ſæpè ſua ſponte capi. Et[t] Oppianus qui hoc præ ſtudio & amore quo inter ſe mutuo ardent, Caniculas facere canit. Vnum aliquem (inquit)
C hamo captum, cæteri omnes ſtatim tam auidè inſequuntur ad nauim vſq; ceu ſimul volentes perire: nec antè fugiunt quam ſocium extractum viderint. Quare magnus eorum numerus partim reti (hypocha) concluſi, partim tridente fauci, partim alijs decepti dolis capiuntur.

[r] *L. 2. Var. 126.*

*Amor in ſuos.*

*Vt capiantur.*

[s] *L. 1. c. 55.*

[t] *Lib. 4.*

# ANTIPATHIA.

MVſtela terreſtris inteſtino quodam odio Serpentes in terra proſequitur: ita & Muſtelus piſcis in mari Paſtinacam malecticum piſcem, vt teſtatur[a] Plinius his verbis: *Nihil eſt venenatius vſquam quàm in mari Paſtinaca, vtpote cùm radio eius arbores necari diximus. Hanc tamen perſequitur Galeos. Idem & alius quidem piſces ſed Paſtinacam præcipuè, ſicut in terra Serpentes Muſtela. Tanta eſt audacia ipſius veneni. Percuſſis verò medetur & hic quidem ſed & Mullus & laſer.* Quo loco Maſſarius, deinde & Saluianus Galeoten, id eſt Xiphiam ſiue Gladium intelligi volunt, cùm alioqui Gladius a recto γαλέαν, non γάλη, appellatur.

D

[a] *L. 32. c. 2.*



Digitized by Google

# HIEROGLYPHICA.

*Pamenais ſymbolum.*

AEgyptij ſacerdotes (inquit Orus Apollo) hominem qui ſumptos cibos vomitu reddit, & anidè rurſus ſe ingurgitat, ſignificantes, γαλεὸν ἔνυδρον (id eſt Galeum piſcem, non felem aquaticum, vt quidam vertit) pingunt. Hic enim ore parit, & natans (denuo) fœtum abſorbet. Aelianus[a] verò Galeum piſcem à deorum ſacerdotibus edi negat alibi, quandoquidem ore pariens, mundus cibus eſſe non poſſit. Deorum (τοῖν θεοῖν) nomine quidam doctus Cererem & Proſerpinam intelligit, quos Atheniēſes (inquit) θεὰς (θεὼ) vocant: cuius iudicio facilè acquieuerim. Id enim & Plutarch. tradidit: & quos[b] Aelianus μύσας τοῖν θεοῖν, hic τὰς Ἐλευσῖνι μύσας vocat, ab Eleuſi ciuitate Atticæ, Athæniſq; proxima, vbi Eleuſinæ Cereris templum fuit teſte Strabone & phanum myſticum. Hic Eleuſium regnaſſe ferunt, qui cùm Cererem filiam quærentem liberaliſſimè hoſpitio excepiſſet; illa pro beneficio accepto oſtendit ei omne genus agriculturæ; filium etiam eius Triptolemum recens natum per noctem igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit, cùmq; grandiuſculus factus eſſet, currui ſuo impoſitum per totum orbem miſit ad vſum frumentorum hominibus indicandum; ob cuius beneficij memoriam Eleuſini Cereri ſolennia ſacra inſtituerunt, quæ Theſmophoria appellantur. Horum itaq; ſacerdotes Plutarchus intelligit: cæterùm Galeos ore parere qui dicūt, nugas nugantur aniles.

[a] *L. 9. c. 15.*

[b] *Lib. vtra animal.*

# VSVS IN CIBIS, ET MEDICINA.

*Carnis qualitas.*

DIphilus apud Athenæū cartilaginea omnia carnem teſtatur concoctu habere difficilem, ſuccumq; gignere flatuoſum, & ex diuturno eorum eſu viſum reddi hebetiorem. Aliàs qui inter Galeos Aſterias vocatur, cæteris ſuauiorem eſſe ait, teneriorемq; & meliorem. Galeno quoq; Galei dura carne ſunt, & quæ ventriculo inobediens eſt, quæq; ſuccos generat craſſos, excepto Galaxia. Eos hoc modo parabat coquus quidam apud Sotadem comicum; Γαλεὸς εἰ λαπτται μίσας. Ὠπτησε τὰ μίσα; τὼ δὲ λοιπὼ γρυμίαν Ἑψων ποιήσας τρίμμα συνέμιγεν. Apparet autem partem Galei mediam & meliorem, magiſq; carnoſam ipſum aſſauiſſe; reliquas verò minutiores eius partes, quas grymeam appellat, elixaſſe, moretoq; condiuiſſe. Timocles verò ex oxyliparo condiri ſolere indicat his verbis: γαλεὺς καὶ βατίδας, ὅσα τι τῶν γενῶν ἐξ ὀξυλιπάρου τρίμματι σκευάζεται: Galei & Raiæ, & quotquot huius generis, in intrita oxyliparo præparantur. Conijcio item ſale aſſeruari ſolita cartilaginea, niſi omnia, aliqua ſaltem, ex hoc Ephippi: Θύννι τιμάχη, γαλεὺ, ῥῖνες. Eſt enim Galeus τιμαχίτης ἰχθὺς qui fruſtatim diuidi ſolet, muriaque indurari, & τίμαχος plerumque de grandiorum piſcium fruſtis dici ſolet. Inuenio & eorundem nonnullos recentes non edi, ſed exenteratos inſolari abſque ſale; item Raias. Etſi verò cartilaginea omnia minus grata ſunt palato, carneque concoctu contumaci, ſi quis tamen eam confecerit, plurimum enutrient, ideoque diuinus[c] Hippocrat. eis qui laborant tertio genere tabis, edere conſulit Torpedinem, Squatinam, Raiam, & Galeum, tanquam cibos videlicet, ſi concoquantur, multùm ſolideque nutrientes. Et rurſus: Hepaticus quidam (inquit) morbus eſt pleuritidi non diſſimilis, quod ad dolentes locos &c. In hoc æger poſt indicationem morbi ex piſcibus veſcatur Galeo, Torpedine, Paſtinaca, & Raijs paruis, omnibus coctis. Item rurſus: Ab hepate laborans aqua intercute &c. poſt præſcripeam decem dierum diætam inter alios cibos vtatur Galeo & Torpedine aſſatis.

*Apparatus.*

*Sale conſeruari ſolita.*

*Quibus nocet.*

[c] *L. de intern. aff.*



Digitized by Google

# A DE GALEIS SIVE MVSTELIS IN SPECIE, ET PRIMVM DE MAXIMO SIVE CANE ARIST. Cap. XXXII.

INTER cartilagineos longos, de quibus primùm dicemus, ab eo exordiri lubet, qui Ariſtoteli ſimpliciter κύων, id eſt Canis appellatur, quòd hic meo iudicio omnium in hóc genere ſit maximus. Qui autem hic ſit, nec Rondeletius, nec Bellonius, nec Geſnerus etiam meminit. Saluianus verò, dum arbitratur cum Oppiani Cane Galeo eundem eſſe, & à Galeo Aeliani diuerſum, quòd hic Galei nomine cum tantùm intelligat, qui maculoſus eſt, in binos impegit errores. Galeus Canis enim Oppiano idem eſt cum eo qui Ariſtoteli (quod mirum eſt, aduerſiſſe neminem) ſimpliciter Galeus [a] nominatur, nempe vbi de Cartilagineorum partu loquitur circa finem: οἱ μὲν ὧν γαλεοὶ καὶ οἱ γαλεοειδεῖς, οἷον ἀλώπηξ καὶ κύων καὶ οἱ πλατεῖς ἰχθύες &c. ζωοτοκοῦσιν ὠοτοκήσαντες, id eſt. *Galei ſiue Muſteli, genuſq; omne Muſtelinũ, vt Vulpecula & Canis & plani &c. gignunt animal cùm oua intra ſe peperierint.* Ecce Galeus ſiue Muſtelus hic à Cane diſtinguitur, & tamen pro peculiari in hoc genere ſpecie accipitur: Ita & Oppianus Canes omnes enumerans, vnum omnium maximum & cetaceum pelagiumq; eſſe ait; carteros verò in cœno verſari, & horum rurſus alios Centrinas dici, alios ſimul ſiue coniunctim Galeos; quibus (inquit) annumero Acanthiam, ſiue Spinacem, Læuem, Vulpeculam & Varium. Vbi niſi Canis Galeus, etiam ſimpliciter accipiatur pro peculiari ſpecie, in enumeratione omniũ Galeorum, cum præteriiſſet, quod abſurdum eſt ſtatuere. Ita & Aeliano Galeos primùm generis nomẽ eſt, omnes comprehendens qui aculeis carent; deinde ſpecificum pro maculato tantùm. Bellon. κύνα Græcis, Latinis Caniculam nominari aſſerit, Galeorum (vt ait) maximum & minimè aculeatum, voracem ac cæteris piſcibus infenſiſſimum, dentibus omnium maximis, acutioribuſq;, latioribus atque crenatis, aſpera admodum cute, adeo vt fabris lignarijs propterea non minus quàm Squatina expetatur. Sed hic Ariſtotelis σκύλιον eſt, ideſt, Canis minor, Gaza Caniculam reddidit, nos ſuo loco Catulum vocabimus & duo eius genera eſſe oſtendemus. Opinor itaque Canem Ariſtotelis eundem eſſe cum Cane Oppiani & Aeliani, & Canicula Plinij, & Theophraſti Carcharia. Etenim Nicandro Colophonio teſte in Gloſſis, vt recitat Athenæus, καρχαρίας etiam vocatur Σκύλλα, & Ariſtoteli inter Galeos σκύλιον (Gazæ Canicula, malim Catulus, ne quis cum Plinij Canicula confundat) recenſetur. Rondeletius verò dum eiuſdem Nicandri authoritate Carchariam, Lamiæ eundem facit, fallitur. Licet namq; Carchariam hic alio nomine Lamiam vocari dicat, non propterea tamen ſic Ariſtoteli & Plinio vocari aſſerendum exiſtit, cùm vterq; Lamiam planis cartilagineis annumeret: ille Raia, Paſtinaca atq; Squatina nominatis, [b] ſubdens: *Cartilaginea præter ea quæ numerauimus ſunt Bos, Lamia, Aquila, Torpedo, Rana, omneq; Muſtelinum genus.* Ecce inter planos recenſet, & à Muſtelino genere omnino diſcernit. Idem & hic facit manifeſtiſſimè, inquiens [c] *Planorum piſcium alterum genus eſt quod pro ſpina cartilaginem habet, vt Raiæ, Paſtinaca, Squatina, Torpedo & quos Bonis, Lamiæ, Aquilæ, Ranæ, nominibus Græcis appellant.* Adde quod Oppianus Canes aliquoties numeret inter Cete: cùm de Lamijs priuatim agat, tùm alias, tum in quinto vbi diuerſum vtroſq; capiendi modum deſcribit. Quamobrem fieri poteſt, Nicandro Carchariam Lamiam vocari, quia ſic alicubi etiam vocetur propter aliquam naturæ ſimilitudinem, ſed quod Rondeletius de tergoris latitudine ait, friuolum & planè nullius momenti eſt. Quis enim ſibi perſuadeat, Ariſtotelem tantæ magnitudinis piſcem, qui lori-
catos homines etiam deuorat, planis accenſere? Bouem ibidem vterq; nominat ante Lamiam. Illum ex planis eſſe ſi Rondeletius concedit; cur non & Lamiam concedet? Lamiam hodieq; vel Bellonio teſte Genuenſes & Neapolitani vocãt planorum piſcium longè maximum, vt & inde quoq; conſtet Carchariam non vbiq; Lamiam vocari, vt Rondeletius credit. Quid. Rana marina Siculis etiam Lamia dicitur, vt Gillius teſtatur. Idem Rondeletius Caniculam Plinij à Canicula (Catulo, σκυλίῳ) Ariſtotelis recte quidem diſtinguit, at cum Cane Galeo haud rectè eundem facit, leui argumento quòd ex inferiori oculorum parte tunica enaſcitur, quæ totum oculũ operit, palpebræ auium modo quam Plinio nubem in Canicula appellari arbitratur; tum quòd ceu humani generis auidiſſimum, nudos appetere auidiſſimè, obſeruaſset. Nam Caniculam Plinij eandem eſſe cum Carcharia, vel ex hoc conſtat, quòd is integrum hominem abſumere poſſe manifeſtè innuat, quòd Canis Galeus ob corporis paruitatem facere non poteſt: etſi interim perſequi homines facilè conceſſerim. Adhæc aliàs idem [d] Plinius Carchariam latinè reddit Caniculam his verbis: *In mari rubro, ſylue viuunt, Lauros maximè & oliuas: fruticum magnitudo eſt ternarum cubitorum, Canicalis referta, vix vt proſpicere è nauitum ſit*

*Canis Ariſt. qui.*

[a] *L. 5. hiſt. cap. 11.*

*Galeus pro ſpecie Galeorum.*

*Galeus quid Aeliano.*

*Canis qui Bellonio.*

*Canis minor Ariſtotelis qui.*

*Canicula Plinij.*

*Carcharias Theophraſti.*

*Lamia Ariſtotelis, à Nicandri lamia diuerſa.*

[b] *L. 5. hiſt. cap 5.*

[c] *L. 3. c. 14.*

*Bos planorũ generis.*

*Lamia qua.*

[d] *L. 13. cap. 15.*

tum ſit, remos plerumq; ipſos inuadentibus. ex [c] Theophraſto, qui ſic habet: *Mare rubrum beluis refertum eſt, plurimaſq; Carcharias* (Caniculas hîc quoq; reddidit Gaza) *habet in tantum, vt nare tutum non ſit.* Ad tunicam eam quam oculos operire tradit Rondeletius, quod attinet, mihi cum Plinij verbis conuenire non videtur. Hic enim ait nubem ferri, ſuper capita craſſeſcere, planorum piſcium ſimilem: ille ex parte inferiore oculorum tunicam enaſci quæ totum oculum operiat. Quod ſi tamen id dicere voluit Plinius, haud propterea ſtatuendum eſt Caniculam eſſe. Fieri enim poteſt, quòd id vtriq; conueniat. Quod ſi autem mihi obiecerit, Canem diſtingui à Carcharia apud Athenæum, ei ego reſponderim typographi errore interpoſita virgula ea vocabula diſtingui, nam & Archeſtratus apud eundem τῦ καρχαρία κύνος dixit. Idem & Canes & Galeos diſtinxit, vtroſque tamen cartilagineos piſces eſſe docuit. Ammianus Marcellinus & Solinus non alios Canes marinos intelligunt quam Carcharias. Inquiunt enim: *Margaritæ frequentari ſueta litora propter piſcantium inſidias declinantes, vt quidam conijciunt, circa denios ſcopulos & marinorum Canum receptacula deteſcunt.* Hoc enim cum Theophraſti allato loco quo ad latebras, quodammodo conuenit. Καρχαρίας autem rectè dicetur Canis iſte λάβρος, ἀναιδὴς & ἁρπαχτὴρ Oppiano vocatus, quòd voraciſſimus, impudenſque ſit & fur, quòdq; dentibus plurimùm valeat, acutoſq; habeat. καρχαρος enim acutum aſperumq; ſignificat, vnde καρχαρόδοντα animalia, quibus acuti, pectinatimq; coniũcti dentes ſunt, Ariſtoteli nuncupantur. Columella latinè Carcharum dixit his verbis: *Eſca iacentium piſcium in piſcinis mollior eſſe debet, quàm ſaxatilium: itaque præberi conuenit Scombri, Carcharique ventriculos &c.* niſi cum Maſſario legamus Carchariæ. Σκύλλα hic idem piſcis dictus fuerit & λαμία, quòd nulli parcat, vt de eiuſdem nominis monſtris in fabulis eſt, quæ ſcorta interpretatur Anaxilas apud Athenæum: & apud Homerum Scylla piſcatur [f] Delphinos & Canes [g], vel quòd Scylla Niſi filia in hoc genus piſcis conuerſa fuerit, id quod diuinus poëta indicaſſe videtur, dum canit:

*Quid loquar? aut Scyllam Niſi quã fama ſecuta eſt* *Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris*
*Dulichiasq; vexaſſe rates, & gurgite in alto* *Ab timidos nautas canibus laceraſſe marinis.*

Item Lucretius, vbi probat nullum animal poſſe ex duorum generum animantibus procreari, proinde nec Centauros, nec Scyllas.

*Aut rapidis canibus ſuccinctas ſemimarinis* *Corporibus Scyllas & cætera de genere horum*
*Inter ſe quorum diſcordia membra videmus.*

niſi velimus ſic vocari à latendo atq; vrinando, à quo & Scyllias apud Herodotum vir quidam Scionæus dictus fuit, omnium ea tempeſtate optimus vrinator. Hunc Pauſanias Scyllin vocat, & anchoras claſſis Xerxis vrinando præcidiſſe tradit. Eſt verò & alius Scylla dictus piſcis ex cruſtaceis, quem rectiùs puto Squillam appellari: quare cùm Plinius in ſuo catalogo Scyllam nominet, Squillamne an Canem intelligat, incertum eſt. Carcharias verò etiamnum teſte Bellonio apud Aſiaticos Canis marinus appellatur Noruegianis Perrãſch quaſi montanus (inquit) piſcis: cæterùm cùm eius cuti ſubſit pinguedo, ſicut illi Galeo quem inde Porcum marinum Veneti dicunt, fortaſſis Porrãſch vocauerint, nomine nimirum vel ab Anglis, vel Gallis, vel Italis mutuato: Quid enim illi cum montibus? Angli nihilominus vocant à Doggefiſche quaſi canarium aut caninum piſcem, ſicuti & cæteros generis Muſtelini, quos ſimiliter Germani, vnà cum Carcharia Hundfiſch dicunt, Græcorum imitatione, qui omnes κύνος nomine comprehendunt.

[c] *L. 4. hiſt. plantar. c. 8.*
*Obiectio.*
*Canis cur Carcharias dictus.*
*Carcharus.*
[f] *Egloga. 6.*
[g] *Lib. 5. de nat. rer.*
*Scyllias vrinator.*
*Lib. 8.*
*Parens marinus.*

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

CArchariam Canemvé ſimpliciter dictum Cetaceum branchiatumq; piſcem, haud verò Cete eſſe diximus aduerſus Saluianum, cui alioqui fauet Euſtathius, qui apud Homerum vbi Scylla piſcatur Δελφῖνας τε κύνας τε καὶ εἴ ποτε μείζονα θῆλυς

Κῆτος. Delphines enim (inquit) & Canes non ſunt piſces ſed Cete. Fauet & Aelianus & Oppianus, quorum ille Canem maximum inter Cete robuſtiſſima ſcribit enumerari: hic inter alia Cete nominat. Fauet ipſi deniq; author libelli de vtilitate reſpirationis Galeno attributi, qui Canem piſcem, Phocam, Delphinum & Cete omnia pulmonem habere & plus caloris quàm cæteros piſces teſtatur. Cæterùm cùm vel philoſopho teſte illa tantùm Cete ſint, quæ abſq; ouificatione viuos excludunt fœtus, & verè reſpirant, vero reſpirationis inſtrumento, pulmone (inquam) prædita, Canis iſte nequaquam Cete dici poterit, Licet enim viuos excludat, cæterorum tamen cartilagineorum more prius bua concipit, & branchias habet, (vt & cæteri Canes) non pulmonem, vt falsò tradidit author ille quiſquis fuit, de vtilitate reſpirationis. Apparet autem hunc Cetis accenſiſſe Canem, ex malè intellecto [a] Galeno, qui inter Cete Canes etiam enumerat, vnà cum magnis Thũnis & Zygænis, hos quoq; Cete vocans, non quòd Cete ſint, ſed quòd ad eorũ magnitudinẽ excreſcant, alioqui & Thunnus & Zygæna eſſent Cete, cùm vel ipſo Saluiano teſte branchiati ſint. Sic eoſdẽ Thunnos vbi iam grandiſſimi euaſerunt, Soſtratus apud Athen. Cete vocat; atq; ſic Aelian. quoq; & Oppian. ſunt intelligendi.

*Piſcem eſſe.*
*Cete quæ Ariſt.*
[a] *L. 3. Alimen.*

Eſt itaq;

A Eſt itaque Canis Galeorum omnium maximus, magnitudine Thunnos ipſos uincens, & in tantum aliquando excreſcens teſte Rondeletio, ut currui impoſitus uix à duobus equis uehi poſſit, quare euiſceratus, & in frusta diſſectus, duobus aliquando curribus imponendus fuit. Addit Rondeletius uidiſſe ſe mediocrem mille librarum pondere. Nicenſes uerò teſtatos ſibi eſſe refert Gillius, ſeſe iſtiuſmodi piſcem ad quatuor millia librarum accedentem cepiſſe, & quod magnam admirationem habet, in eiuſdem uentre ſolidum hominem reperiſſe; ſimileq; quid Maſſilienſes ſibi narraſſe, comprehendiſſe (inquam) aliquando, in quo loricatum hominem inueniſſent. Vidit item Rondeletius in Santonico litore, alium cuius os & gula, tanta erant uaſtitate, ut hominem etiam obeſum commodè capere potuiſſet: imo uerò ſi os ita hians conſeruetur, reliquo corpore contecto, Canes terreſtres piſcium reliquias deuoraturos, uentriculum per id ſubire poſſe. Quamobrem ſuſpicatur idem Rondeletius hûc fuiſſe illum piſcem, in quem Ionam Prophetam ingreſſum, illicque triduo diuina prouidentia conſeruatum, tandemque incolumem eiectum ſacra pagina teſtatur, licet hæc in uentre Ceti dicat, Cetum fortè uocans maximum & immanẽ piſcem. Bellonius quoq; tam uaſto & capaci ore eſſe ait, ut quodlibet eius latus ſex & triginta dentibus munitum ſit. Tam amplum itaq; & uaſtum os, ampliſſimum etiam latiſſimumq; caput requirebat. Os autem non in roſtro eſt, ſed vt alijs Canibus, ſupina parte; B Bellonius roſtrum in mucronem exporrectum facit. Eius ſciſſura maxima eſt, & in eo dentes duriſſimi, acutiſſimi, trianguli figura, vtrimq; ſerrati: ſeno ordine diſpoſiti, vti ex iconibus iſtis videre liquet: quarum prior in noſtro cõſeruatur muſeo; alteram Fabius Dondulus ciuis noſter, antiquitatum ſtudioſiſſimus communicauit. Qui in priori ordine ſunt, extra prominent, & in anteriorem partem vergũt: ſecundi ordinis rari ſunt: tertij, quarti, quinti & ſexti in os recurui maximè ex parte, in vtraq; maxilla carne molli, ſungoſaq; contecti. Quælibet autem maxilla duos & ſeptuaginta comprehendit; quæ ſumma eſt in vtraq; centum quadraginta quatuor dentium. Dorſum breue & ad cæteros Muſtellos comparatum, latiſſimum. Latera & tergoris pinnas longè quàm in quouis ſui generis maiores habet. Binæ earum haud procul à cauda, vna ſuperior; altera inferior: ad brãchias & podicem binæ aliæ: alia rurſus in medio ferè dorſo. Cauda ſi reliqui corporis magnitudinem ſpectes, minus craſſa ſpiſſaque, in lateribus compreſſa, duabus conſtans pinnis, cubitalem longitudinem (vt Bellonius ait) æquans; hocq; ei cum Vulpecula (ſic Cẽtrinen vocat) commune habet, quòd ſuperior eius pars quæ vertebris cõmunita eſt, altiùs attollitur quã inferior, quæ (inquit) creſcentis lunæ figuram exprimit, quarum intercapedinem dimidia linea explere poteſt. Podex inter ſupinas pinnas latet. Cute aſpera integitur. Vnde prouerbialiter quodãmodo Varinus: *ἅμα δὲ καὶ κυνίῳ σε δέρματι παίσω. ἐσὶ γὰρ τραχύτατον*, id eſt, *ſimul verò & Canino te pelle ludam; eſt enim aſperrimum*. Oculi maximi, rotundi, quorũ muſculi qui ſurſum, deorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum mouent, manifeſtè conſpiciuntur. Qui oculos quodammodo intrà trahunt, & veluti in contem plantibus diligenterq; aliquid intuen-

*Magnitudo.*

*Homo in Cane inuentus.*

*Oris magnitudo.*

*Ionas Prophetæ in vẽtre piſcis.*

*Caput.*

*Roſtrum.*

*Dentes.*

*Maxillæ.*

*Dorſum i Pinnæ.*

*Cauda.*

*Cutis.*

*Oculi.*

Carchariæ rictus ex noſtro muſæo.



Canis Carchariæ dentium ſenis ordinibus expreſſorum imago à D. Fabio de Dondulis.



intuentibus fixos immotoſq; tenent, non radicem neruorum opticorum ambiũt, ſed à ſuperiore parte oſſis regionis oculorum orti, in longum extenduntur. Similis huiuſmodi muſculorum ſitus etiam in humanis oculis eſt. Eſt & aliud in Carchariæ oculis obſeruatione digniſſimum. Neruorum opticorum loco qui in hominibus cæteriſq; animantibus inſunt, ſubſtantia eſt cartilaginea, dura, omniſq; mollitudinis expers. Tunica cornea parte anteriore poſterioreq; dura eſt: parte etiam anteriore exquiſitiſſimè perpolita. Cæterùm in oculis conſpiciuntur humores omnes tunicæq; longè manifeſtiùs quàm in bubulis, maximè quæ humorem cryſtallinum inuoluit, telis aranearum tenuior, maximeq; pellucida. Ventriculum habet vaſtiſſimum gulamq; ampliſſimam. Hepar adepatum, in duos maximos lobos diuiditur. Quæ ſecundo loco additur icon, piſcem oſtendit ſuperiori ſiue Cani Carchariæ vulgari ſimilem, ſed qui in medio dorſo, vbi alijs pinna eſt, Serram, qualem Preſtis in fronte, gerit. Dabitur præterea Canis Carchariæ alia figura in capite de Cane Galeo, quocum pictor ita implicauit, vt ſeparari non poſſit.

LOCVS.

## Canis Carcharias.



Digitized by Google



E

# LOCVS. NATVRA. MORES.

CAnis Cetaceus degit in alto, teſtantibus Oppiano atque Aeliano. Haud tamen ſemper ibi moratur: nam vt & alia maris alumna animalia quibus audaciam natura inſeuit, cùm ſummus per æſtatem viget calor, ad litora (inquit [a] Aelianus) ſe recipiunt & verſus præcipitia natant, & expoſita fluctibus promontoria ſubeunt, & anguſtis profundiſque fretis ſe inſinuant. Refugiunt enim pelagus, & quæ in eo ſunt, paſcua negligunt. Litora autem petere, mox rurſus etiam apparebit ex epigrammate Auſonij, in quo leporem in mare ſe præcipitantem capere ſcribitur. Teſtatur ex nuperis Vuottonus amnes nonnunquam ſubire, fortè dum prædam quandam inſequitur. Hãc autem ex inſidijs adoriri Plinius innuere videtur de ſyluis, quæ in mari rubro ſunt, loquens. *Fruticum magnitudo* (inquit) *ternorum eſt cubitorum, Caniculis referta, vix vt proſpicere è naui tutum ſit, remos plerumque ipſis innadentibus.* Et margaritæ frequentari ſueta litora propter piſcantium inſidias declinantes, circa deuios ſcopulos & marinorum Canum receptacula deliteſcunt, vt ex Ammiano Marcellino & Solino recitauimus, & hinc fortè ἀφραξίπορα, id eſt furem vocauerit Oppianus. Canum omnium maleficentiſſimus eſt & robuſtiſſimus, ſuperbus, contumelioſus, impudenſque adeò, vt ſæpe in ipſis etiam retibus & naſſis piſces adornatur ac deuoret, ſuo tamen ſæpè etiam malo: nam dum ventri indulget, piſce aliquo ei grato pro eſca in hamũ infixo a piſcatore capitur, vt ſcribit idem Oppianus. Carnis humanæ præ cæteris ſunt auidiſſimi, quod tum aliàs conſtat, tum quòd ἀνθρωποφάγος Archeſtrato apud Athenæum dicatur, tum verò potiſſimùm ex pugna eorum cum vrinantibus, quam nobis deſcriptam reliquit [b] Plinius. *Caniculorum maximè multitudo circa eas* (ſpongias ſubaudi, de quibus proximè per egerat) *vrinantes graui periculo infeſtat. Ipſi feruntur, vt nubem quandam craſſeſcere ſuper capita animaliũ, planorum piſcium ſimilem, prementem eas* (aliàs eos) *arcentemque à reciprocando, & ob id ſtylos præacutos lineis annexos habere ſeſe, quia niſi perfoſſa ita non recedant, caliginis & panoris, vt arbitror, opere. Nubem enim & nebulam (cuius nomine hoc malum appellant) inter animalia illa haud vltrà comperit quiſquam. At cum Caniculis atrox dimicatio, inguina & calces omnemque candorem corporum appetunt. Salus vna in aduerſas eundi, vtroque terrendi. Panet enim hominem æquè ac terret. Et ſors æqua in gurgite. Vt ad ſumma aquæ ventum eſt: ibi periculum anceps. Adempta ratione, contrà eundi, dum conetur emergere, & ſalus omnis in ſocijs: funem illi relegatum ab humeris eius trahunt. Hunc dimicans, vt ſit periculi ſignum, læua quatit, dextra apprehenſa ſtylo in pugna eſt, mordicùs aliàs tractus Vt prope carinam ventum eſt, niſi præceleri vi repentè rapiant, abſumi ſpectant. Ac ſæpè iam ſubductis è manibus auferuntur, ſi non trahentium opem, conglobato corpore in pila modum, ipſi adiuuere. Protendunt quidem tridentes alij, ſed monſtro ſolertia eſt nauigium ſubeundi, atq; ita è tutò præliandi. Omnis ergo cura ad ſpeculandum hoc malum inſumitur.* Hactenus Plinius. Profuerit verò piſci item natatus velocitas, qui alioqui cæteris Caniculis tardus eſt, vt Oppianus teſtatur. Nautis etiam infeſtus eſt, vt ex Virgilio oſtenſum eſt: & ad hoc alludit fortaſſis M. Tullius Verrem eiuſdem piſcis ſymbolo proſcindens: Hoc infeſtior nautis Varres quàm Scylla quòd multò ſe pluribus & maioribus canibus cinxerit. Inter piſces, Thunnos in primos perſequitur, & ex eorum venatione, cùm gregatim præter Italiam acti elabuntur, & Siciliam attingere prohibentur, pingueſcunt vt in Thunno ex Strabone diximus.

[a] L. 14. c. 14

*An amnes ſubeat.*

*Vt prædam adoriatur.*

F

*Pugna cum vrinantibus.*

[b] L. 4. c. 46.

G

*Natatus.*

# VSVS IN CIBIS.

*Carnis qualitas.*

CArne (inquit Rondeletius) eſt candida, neque ferini ſaporis, & ob id multorum Galeorum carni præferenda, haudque ideo reijcienda, quòd hominum cadaueribus veſcitur. Id quod eleganter apud Athenæum indicauit Archeſtratus diuinum hunc cibum vocans: H

*Mortalium pauci diuinum hunc cibum nouerunt,* *Atque adeo veſci eo volunt homines leuis*
*Stupidaque mentis, & prorſus attoniti,* *Quòd ea bellua humana carne paſcatur: quinis ſanè*
*Piſcis hominum carne gaudet; eam ſi adipiſcatur.* *Certè quicunque ſtolidè hæc nugantur, puriores vt ſint*
*Relegare ad olera conuenit, & ad Diodorum* *Ire ſapientẽ, vt tẽperantes apud illũ Pythagoræ præcepta diſcãt.*

Mneſitheus ijs annumerat, qui facile concoquuntur, inquiens: *Piſces qui neque ſolitarij apparent, neque rurſus gregarij ſunt, facilìs concoquuntur, vt Congri & Carcharia & ſimiles.* Galenus [a] verò Canis Cetacei carnem quòd prædura atque excrementitia ſit, in plebis cibum cedere, ſale macerari; ingratique ſaporis eſſe ait, atque muccoſam: ideoque non niſi rarò abſque ſinapi aut exelæo, aut alio id genus acri quopiam condimento edi ſolitam. Alibi etiam [b] carnem hanc ſale induratam ſanguinem ſcribit generare melancholicam. Et Alexander Benedictus multos ex damnato victus genere ſtultos effectos eſſe teſtatur, vt ex carne (inquit) ſuilla, bubula, aſinina, canina, ſalſamentis continuis, Canibus marinis, Cetarijſque omnibus. Cæterùm, vt Galeno facilè adhæſerim, ita etiam fieri poteſt, vt culpa

[a] L. 3. Alim.
[b] Lib. 3. de loc. aff.

A vt culpa in apparatum referenda ſit, de quo idem Archeſtratus obſonatorum Heſiodus aut Theognis, in hunc modum ſcripſit: *Apparatus*

*In Toronaorum ciuitate Carcharie Canis oportet*
*Deinde cymino conſperſa, ſaleque non multo aſſare,*
*Præter glaucũ oleum: vbi verò aſſata iam fuerint*
*Quotiens antẽ in pleno lancis alueo iurulẽta coques*
*Commiſce, verùm oleum affunde ſolum,*
*At ſuper prunã id elixa, nec flammam admoue,*
*Cana obſonari ſubdita infernè abdomina,*
*Quibus, ò charum caput, addendum inſuper nihil*
*Ea cum intrito ſuam afferenda ſunt.*
*Nec aquæ gelidæ fontem, nec confectum è vino acetum,*
*Arido cum cymino & olentibus ſuauiter herbarũ foliis*
*Agita crebrò, ne te inſcio exurantur.*

# VSVS IN MEDICINA.

DEntes huius piſcis argento includunt aurifices, ſerpentis dentes nuncupantes. Eos mulierculæ è collo puerorum ſuſpendunt, quoniam dentitionem iuuare vulgò creduntur, puerorumque arcere pauores. Ex eiſdem dentifricia parari optima Rondeletius tradit, eorumq; aſperitate dealbari dentes, ſiccitate conſeruari & firmari, ne quis (inquit) à cæco quopiam effectu id prodire putet. Apparet autem ipſum hæc accepiſſe à Plinio, qui tamen ſic habet: *Infantium gingiuis dentitionibuſque multum confert Delphini cum melle dentium cinis & ſi ipſo dente gingiua tangantur. Alligatuſque idem pauores repentinos tollit. Idem effectus & Caniculæ dentis.* Eandem facultatem dentibus Canis Galei idem Rondeletius tribuit: item dentibus Galei glauci, vt omnibus Galeis communem eſſe ſit credibile. Aliàs etiam Plinius dentium dolores ſedari dixit, Cerebro Caniculæ in oleo decocto, adſeruatoq; vt ex eo dentes ſemel anno colluantur. Succedaneorum incertus author & Raſis pro crocodili adipe, adipem Canis marini in remedijs ſubſtitui volũt. Hic ſi coquatur cum aqua & aceto, & os colluatur, ſedat dolorem dentium. *Dentium vſus. Dentifricia.* *Cerebri vſus.*

# EPIGRAMMATA.

IN Leporem qui dum canem terreſtrem concitatiùs fugit; in mare deuolutus è rupe quadam, à Cane marino laceratus eſt, extant epigrammata duo Germanici Cæſaris & vnum Tiberij. Eſt & [a] Auſonij ſuper eodem tetracticon huiuſmodi: *a L. 1. Anthol. Gra. 33.*

*Tænarij quondam currentem in litoris ora*
*Ante canes, Leporem cæruleus rapuit.*
*At lepus: In me omnis terræ pelagique rapina eſt.*
*Forſitan & cæli, ſi canis aſtra tenet.*

# DE CANE GALEO, VEL GALEO ARIST. Cap. XXXIII.

## SYNONYMA. ETYMVM. ORDO.

ARiſtoteli γαλεὸν ſimpliciter vocari præcedenti capite oſtendimus, quem Oppianus γαλεὸν κύνα, id eſt Galeum ſiue Muſtelum Canem vocat, inquiens: ἄλλο δ' (φῦλον κυνῶν) ὁμωνυμῆ κλείουσι γαλεοὶ, id eſt: Alterum (Canum genus) vnum vocatur Galeus. Inter minores Galeos hic non immeritò primum locum obtinebit, quandoquidem generis nomen quoq; ſubit, cæteroſque complectitur. Apud Latinos cùm nomen non habeat, poterit ad Ariſtotelis & Oppiani imitationem vel ſimpliciter Muſtelus, aut Galeus, aut Galeus Muſtelusué Canis vocari. *Galeus ſimpliciter dictus.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

HHunc cum viris doctiſſimis eum eſſe reor, qui Græcis noſtri tẽporis στυλλόφαρο appellatur, Romanis communi quibuſdam alijs Galeis (Spinaci ſcilicet & leui) nomine, peſce Palũbo, & propria appellatione Canoſa appellatur, Maſſiliæ verò Pal fortè à pali quadam ſimilitudine circa roſtrum acuminatum, ut in Sphyræna, ſeu potiùs decurtata uoce à Palũbo. Alicubi in Gallia teſte Rondeletio Milandre dicitur, & Cagnot, quaſi paruus Canis. Corporis ſpecie alijs Galeis ſimilis eſt. Roſtrum enim acutum habet & rotundum; oculos mediocres & oblongos, & retro eos bina foramina, auditui inſeruientia. Os in ſupina parte, valde denticulatum, & ante ipſum duo alia foramina olfactui dicata. Branchias utrimque quinas detectas habet, & iuxta eas, duas pinnas, *Canoſa. Roſtrum. Oculi. Os. Branchiæ.*

Canis Galeus vulgaris.

Canis Carcharias alius ſuo antè loco referendus.



A vtrinq; vnam : aliæq; rurſus duæ ſupina parte, ex vtroque nempe podicis latere vna enaſcuntur: præter quas maribus duæ appendices, vtrinq; vna, ex podice pendent. In dorſo etiam binæ ſingulares pinnæ eriguntur, prior & maior, in eo ferè medio, poſterior & minor, caudæ proxima; è cuius regione altera etiam ſingularis imo ventri hæret. Cauda in geminam & inæqualem pinnam degenerat: ſuperior namq; pars eius maior, inferior verò minor eſt. Corpus totum oblongum eſt & rotundum, à podiceq; in extremam vſque caudam ſenſim gracileſcit. Non ſquamis ſed corio tegitur. Ventre eſt albo, corpore reliquo cinereo. Ventriculum habet magnum & inteſtina etiam ampla, hepar biſidum & pallidum, cui fellis veſica ſubnectitur: ſplenem verò ſubrubrum. Ad multam magnitudinem excreſcit, ita vt aliquando centenas etiam libras excedere ſoleat. Scribit Rondeletius ex parte interiore oculorum huius piſcis tunicam enaſci, quæ totum oculum operit palpebræ auium modo, non quòd reuera palpebra ſit; nam authore etiam [a] Ariſtotele palpebris carent piſces, & palpebræ ex cute hunt: hæc autem membrana eſt tantùm.

*Cauda.*

*Cutis.*

*Color.*

*Magnitudo.*

[a] *Lib. 2. de Part. 13.*

# LOCVS. NATVRA. MORES. PARTVS.

B Piſcis eſt marinus tantùm, mariſque potiùs cænoſa quàm ſaxoſa loca habitans, cæterorum minorum Canum more. Oua gignit vitellis ouorum Gallinæ ſimillima, ex quibus fœtus nutriuntur, donec tandem perfecti foris excluduntur. Saluianus gregalem eſſe ſcribit; quod haud facilè crediderim. Non ſolùm enim carne veſcitur, ſed famelicus admodum atq; helluo, quales natura gregarios facere non aſſolet. Cùm verò dentes habeat acutiſſimos, ſimul & validiſſimos, ipſe; que fortis ſit ac robuſtus, non ſolùm maiores piſces, verùm etiam natantes homines adoritur, vnde hodieque piſcatores & litorum marinorum accolæ eum formidant; apperit enim calces, inguina popliteſq; tam auidè (inquit Rondeletius) vt aliquando in terram exiliat: quam ob cauſam ipſe Plinij Caniculam, quæ cum vrinantibus (vt recitauimus) pugnat, eſſe conatus eſt oſtendere.

*Oua qualia.*

*An gregalis.*

*Robur.*

# VSVS IN CIBIS.

C INſuauem duramq; carnem habet, & propterea ægrè concoquitur. Negligitur itaq; ſordidæque plebi relinquitur. Editur autem elixus ex alliato, id eſt intinctu ex allio.

*Carnis qualitas.*

*Apparatus.*

# DE CATVLIS. Cap. XXXIV.

## SYNONYMA. ETYMVM.

ARiſtoteles [a] ageus de Galeorum partu, τὰ σκύλια, ſiue vt Gyllius ſcribit, σκύλλια, & Raias ait teſtacea quædam gerere, in quibus humor ad oui ſimilitudinem conſiſtit. Gaza reddidit Caniculas, ad differentiam nimirum τῆς σκύλλης, id Scyllæ ſiue Canis maioris, de quo dictum eſt. Athenæus non vocem (vt Rondeletij verbis vtar) ſed ſignificationem ſecutus σκύμνους appellauit, vtraq; voce (dixerat Ariſtoteli τὰ σκύλια vocari) à terrenis animantibus ad marinas translata, illa à ceruorum, hac à leonum catulis. Ita & Oppianus vocat, apud quem interpres Catulum reddidit, & ſic nos quoq; vocabimus, ne cum Canicula Plinij, quæ Canis maior eſt, ſiue Carcharias, implicetur. Ariſtoteles hoſce piſces etiam νιβρίους γαλεοὺς vocari teſtatur. Bellonius, Rondeletius & Saluianus Hinnulos vertunt, Theodorus Græcam vocem retinuit, & ſic vertit: Caniculæ quas aliqui ab hinnulo Nebrios Muſtelos appellant, quaſi νιβρίας legiſſet: Quare vel cum hoc Nebrios Muſtelos, vel Muſtelos ſiue Galeos hinnulares appellauerim: non enim dubito quin νιβρίας ſit legendum à recto νιβρεὰς, non νίβρις, vt Bellonius habet, nam & alios quoſdam Galeos ἀετρίας, ἀκανθίας, ἀλωπεκίας vocant: quomodo & aquilam quandam hinnularem vlem Gaza nuncupauit, quam Ariſtoteles νιβροφόνον, etſi hinnulares dicantur iſti Galei à maculis, quas toto corpore diſperſas habent, aquila verò quòd hinnulos occidat.

[a] *L. 6. Hiſt. cap. 10.*

*Scymnus.*

*Catulus.*

*Hinnulus.*

*Aquila hinnularis.*

Catulus maior Saluiani.

Catulus minor eiuſdem.



A

# FORMA. DESCRIPTIO.

BEllonius pro Galeo Nebria, ſiue Muſtelo hinnulari, eũ pingit, qui Maſſilienſium vulgo, (apud quos frequentiſſimum eſſe ſcribit) Niſſola appellatur, ob albas nimirum maculas quas per dorſum diſperſas habet. Sed cùm de memorabili ac peculiari partu non meminerit, nos cum ipſo etiam Bellonio hunc Galei læuis alteram ſpeciem faciemus. Galli duos alios huius generis piſces Rouſettes vulgò dicunt, magnitudine & loco quo degunt potiſſimùm differentes: Maiorem Romani Scorzonem (ſic à maculis viperam vel ei congenerem ſerpentem à quo Scorzonera herba nomen inuenit dicimus) appellant, minorẽ peſce Gattoquaſi Catum: quod tamen poſtremum nomen Maſſilienſes maiori tribuunt quodammodo, nam Guat aughier ſiue rochier dicunt. In vtroque diſſecto mammas illas candidas & teſtaceum illud inuolucrum, de quo ſuprà multa ex Ariſtotele, qui hæc generationi deſtinata membra priuatim Scylio tribuit, ſcripſimus, Saluianus & Rondeletius obſeruarunt: quamobrem Saluianus vtrumq; Catuli nomine & deſcripſit & pinxit, ſola magnitudinis addita differentia. Rondeletius verò minorem peculiariter Scylij, ſiue (vt ipſe Gazam ſecutus vertit) Caniculę Ariſtotelis nomine propoſuit: maiorem verò quòd in ſaxis & in alto mari frequentiùs verſetur, Saxatilem Caniculam appellauit. Maioris dorſum & latera ſubnigricant nigerrimiſq; & latiſſimis maculis inſigniuntur. Minoris verò læuiſſimè ſubrubent, notis liuentibus, & multò quàm in maiori minoribus conſperſa. Vnde Maſſarius atq; Gyllius hos piſces non ἐκίλια, ſed ἀσπρίας eſſe voluerunt, cùm hic alius ſit, vt modò patebit. Saluianus verò cùm hos priuatim κύνος γαλεὸς nomine Aeliano intelligi velit, quia hic dixit, *Canum genus quod varium eſt, Galeus vocatur*, fallitur: nam Aelianus præter hos ibidem ſtellarias etiam, qui & ipſi varij ſunt, intelligit. Vt verò pariendi modo & partibus internis conueniunt, ita vita, magnitudine, cutis aſperitate duritiaq; differunt: Minor in cœno, & litoribus degit: maior in ſaxis & alto mari frequentiùs, vnde fit vt ille ſæpius, hic rarò capiatur. Saluianus maiorem ad cubitalem menſuram excreſcere ſolere ait, minorem nunquàm ferè cubitum implere: Rondeletius verò minorem in ſuo mari ad ſummum cubitalem eſſe refert, maiorem binos cubitos aliquando ſuperare, cuteq; adeo aſpera & dura eſſe, vt ea lignum eburq; perpoliri poſſint, non aliter quàm cute Squatinę, eademq; enſium capulos muniri: minorem quidem cute etiam admodum aſpera eſſe, ſi à cauda ſurſum ad caput manu ducas, ſin à capite ad caudam, minimè. Eſt tamen aliàs etiam ita aſpera, vt Bellonius, qui pro Aſteria pinxit, fabris cum lignarijs, ad perpolienda opera vſurpari teſtetur. Oculis, ore, branchijs, pinna caudaq; ſimiles, ijſdemq; ab alijs nihil vel parum differentes.

*Scorzon.*

B

*Caniculę ſaxatilis.*

*Differentia.*

*Magnitudo.*

C

## LOCVS. PARTVS. NATVRA. MORES.

QVem maris locum vtens, incolat, iam diximus: de partu verò ſupra: vbi de Galeorum partus fecunditate ex Ariſtotele agebamus. Vterque licet ſit carniuorus reliquorum Galeorum more, minor tamen (inquit Saluianus) gregalis eſſe creditur, propterea quòd maior ferè ſemper ſingularis: ille verò vnà cum alijs pleriſq; ſui generis capi ſoleat.

## VSVS IN CIBIS.

D

VTerq; vſum in cibis habet: nam & infima eos plebs etiam aſpernatur, non tam ob inſignem carnis duritiem ac viſciditatem, quam ventriculus conficere non poteſt, quàm quòd virus omnino oddleat. Maior tamen teſte Rondeletio paulò eſt meliore carne, ſed quæ & ipſa tamen ferinum quendam odorem edat.

DE GALEO

# DE GALEO, SIVE MVSTELO-LÆVI. B

## Cap. XXXV.

## SYNONYMA. ETYMVM.

Galei læuis ſpecies ex Geſnero.

*Galeus glaucus.*

*Vt à Cane Galeo, & Stellari differat.*

*Vt à glauco Galeo Aeliani differat.*

Aliis Galeos, id eſt læues, non à læuitate cutis Græcis appellari apparet, cùm qui Ariſtoteli Stellaris vocatur, & qui Aeliano glaucus, læuitate ipſum ſuperent; ſed vt ab Acanthia ſiue Spinace, cui aliàs perquàm ſimilis eſt, diſtinguatur. Arne quis Aeliani glaucum. læui Ariſtotelis eundem exiſtimet, refragatur generationis modus, quem Muſtelo læui ex Ariſtotele aſcripſimus. Læuem itaq; Rondeletius ex anatomica inſpectione oſtendit, eum eſſe qui Romæ vulgò Peſce Colombo, ſeu potiùs Palumbo appellatur; quod nomen licet Romani alijs quibuſdam Galeis etiam tribuant, eo tamen peculiariter & propriè læuem teſtante Saluiano intelligunt. Galli Emiſſole dicunt. F

## FORMA. DESCRIPTIO.

ROſtro, branchijs, pinnis, cauda, corporis forma, colore, interaneiſq; cum Cane Galeo & Stellari conuenit. Ab vtroq; verò non tam partus modo, quàm alijs etiam eum dentiſſimis notis diſtinguitur. A Cane Galeo in primis differt ore. Hoc enim huic valde dentatum, cùm læui planè ſit edentulum, dentiumque vice aſperæ tantùm maxillæ: deinde corio, quod læui lęuius eſt: poſtremò magnitudine, nam cùm Canis Galeus vltra centenas etiam libras excreſcere ſoleat: læuis Muſtelus vix ad viginti peruenit vnquam: A Stellari verò maculis quibus hic per dorſum ſtellarũ ſimilitudine varius eſt, quibus læuis planè caret. Diſtinguitur item à glauco Aeliani, colore, qui huic glaucus nimirum eſt, vnde nomen, illi albicans, vel ſaltem cinereus. Foramina pro naribus habet oblonga quibus minora ſunt alia poſt oculos. Quæ hic poſita eſt icon, ſi non eiuſdem eſt Galei ſaltem ei coniungenda videtur, inquit Geſnerus, cui eam lector debes. G H

LOCVS.

A

## LOCVS. NATVRA. MORES. PARTVS.

CVm ſit itaque ex minoribus Muſtelis, haud dubio in cœnoſis potiùs quàm ſaxoſis maris locis obſeruabitur. De peculiari inter Muſtelos eius pariendi modo, antea diximus ex Ariſtotele, vbi de pariendi varietate in hiſce piſcibus agebamus in genere. Quamuis verò dentibus careat, carniuorum tamen cæterorum Galeorum more eſſe certum eſt, piſceſque maxillarum aſperitate atterere. Apparetq; gregalem eſſe: plures enim vnà capti conſpiciuntur.

## VSVS IN CIBIS.

ET hic quoque plebi relinquitur, propter duram inſuauemque carnem. Editur elixus ex allio.

B

## DE GALEO ASTERIA. Cap. XXXVI.

## SYNONYMA. ETYMVM.

GAleus ſiue Muſtelus, qui Ariſtoteli ἀστερίας, Gazæ modò ſtellatus, modò ſtellaris appellatur; ab albis maculis (inquit Rondeletius) lentis magnitudine quibus depictus eſt, vnde ſuis forſitan Lentillat dictus fuerit. Sunt autem etiam aſteriæ aues in ardearum, item aquilarum & accipitrum genere, ſimiliter maculis ceu ſtellis quibuſdã variæ. Oppianus ποικίλον, ideſt, varium, Aelianus ſimpliciter γαλεὸν vocat, vt indicat his verbis: [a] *Canum minorum alius Galeus, alius Cẽtrina appellatur: qui colore varius eſt, Galeus vocatur*: niſi dicamus, Galeos ipſi appellari omnes maculatos Galeos, vt Geſnerus opinatur. Bellonius Muſtelum ſtellarem Oppiano à verſicolori cute Pardalionem, (Pardalim dicere voluit, nam Pardalio apud probatos authores non legitur) alijs verò Pantheram (ſic Lippius Pardalin apud Oppianum reddidit, vt pro pardali quadrupede etiam plerique reddere ſolent) vocari ſcribit, cùm Pardalis ab eo primùm inter Cete & belluas marinas ſeparatim numeretur, mox Galeus ποικίλος inter Canes. Adde quòd vel ipſo Bellonio teſte dentium Pardalis morſus non ſecus Oppiano lethalis eſt, quàm aculei Draconis marini ictus: vnde illud poëtæ: ex Lippij verſione:

*Exitiale facit vulnus Panthera tremendis Dentibus in terra, fluctu magis aſpera ponto.*

*Aſteriæ aues.*

[a] *L. 11 c 8.*

*Pardalio. Panthera.*

## FORMA. DESCRIPTIO.

IDem Bellonius Galei ſiue Muſteli ſtellati duas exhibet ſpecies, ſed has Ariſtotelis τὰ σκύλια, ſiue Catulos eſſe ex peculiari pariendi modo dictum eſt. Saluianus Aſteriam non depingit, propterea quòd tam internis, quam externis partibus ſimillimus adeò læui Muſtelo ſit, vt facillimè D ex illius icone cognoſci poſſit, ſi dorſum maculas habere tibi imagineris, quibus ſolis ab illo diſtinguitur. Rondeletius ait cute tegi læuiore quàm eſt Galeo læui, dorſiq; memoratas maculas, alias ſtellarum ſpeciem referre, vnde illi (inquit) nomen: alias rotundas eſſe: Hæc ille addita hac icone.

Galeus Aſterias Rondeletij.



LOCVS.

## LOCVS. PARTVS. NATVRA. MORES.

E

LOco cum alijs minoribus Canibus conuenit, De partu & ſuperfœtatione ſuprà diximus ex Ariſtotele. Moribus, victu, naturaq; ab alijs minoribus Galeis non differt.

## VSVS IN CIBIS.

*Carnis qualitas.*

HIceſius apud Athenæum author eſt Galeorum optimos & tenerrimos eſſe, qui Stellares appellantur. Cæterùm reuera Muſtelo læui, neq; tenerior, neq; ſuauior eſt: ſimiliterq; ac cæteri plebeculæ in cibum cedit, paraturq; eodem quo illi modo.

## DE GLAVCO ÆLIANI. Cap. XXXVII.

GLaucum Aeliani à ſuis Glaucis eleganter Rondeletius diſtinguit. His enim fœtus ore recipere, & rurſus abſq; vlla læſione cuomere, propter aculeos quos in dorſo gerunt acutiſſimos, non conuenit, quod ſuo Glauco tribuit Aelianus his verbis: *Glaucus piſcis pater factus, quos ſuſtulit ex coniuge, diligentiſsimè cauet, ne inſidijs impetantur, & ne permittes vlla eis inferatur: itaq; donec lati ac ſine timore natant, tam diu cuſtodire ille non intermittit, nunc à tergo cum eis natans, nunc verò non à tergo, ſed adnatat modò ad vnum eorum latus, modò ad alterum. Si quis verò ex parvulis timere cœperit, ille timore cognito, ore hiante parvulum excipit: deinde timore præterito, quem deuorauerat, reuomit, qualem acceperat; ille rurſus natat.* Cùm ob hanc itaq; naturam merito omni iure Galeis eum accenſuit Rondeletius, tum quòd tota corporis figura cæteros Galeos referat, & piſcis item ſit cartilagineus. Adhæc fœuitia audaciaq; Cani Galeo non cedit: quin æquè atq; ille carnis humanæ eſt auidiſſimus, cuius rei ſeſe oculatiſſimum teſtem eſſe ſcribit. Cùm enim ætate puer qui militi cuidam erat à pedibus, in litore ambularet, eum diu ſecutus Glaucus, calces tibiaſq; quin arriperet, parum (inquit) abſuit, & à puero gladio confoſſus in litus eiectus eſt. Piſcis eſt quatuor aut quinq; cubitorum magnitudine. Dorſum cærulei eſt coloris exaturati, vnde illi cognomen, venter candidi. Roſtro eſt acuto, oculis ſatis magnis, ex quorum inferiore parte enaſcitur membrana candida, quæ ad oculos ſurſum attollitur, eiſq; veluti nubes caliginem offundit. Os habet in ſupina parte. Dentium acutorum, latorum, quodammodo ſerratorũ, ad latera ſpectantium ordines duos. In palato ſubſtantiam quandam fungoſam, & mollem, digitiſq; cedentem, quæ ſupernam internamq: oris partem replet. Linguam craſſam, latam, aſperamq;. Ventriculum ampliſſimum ac longiſſimum: huic ſplen annectitur longus, ex multis particulis carnoſis, rotundiſq; inſtar racemi compactus; renum Delphini modo. Inteſtina primùm gracilia ſunt, deinde lata, ſine vllis ſpiris. Ex venis meſaraicis rami duo oriuntur: quorum alter ad hepar, alter ad ventriculum perducitur, in eo in alios multos ramos diuiſus. Hepar adipoſum in lobos duos diſſectum, quorum alteri veſica fellis hæret, fel viride eſt, cor angulatum. Ventris parte infima in maribus feminis vaſa in partes duas diuiſa conſpicias, in fœminis vuluam. Præterea in maribus ſubſtantiam quandam carnoſam, digitali magnitudine, penis ſpecie. Branchiæ detectæ ſunt: prope has pinnæ duæ magnæ, ad podicem aliæ duæ minores. Aliæ duæ ſunt in tergore: prior in medio ferè maior: poſterior prope caudam minor. Cauda ex duabus conſtat: ſuperior multò longior eſt, quàm inferior, ſurſumque ſpectat. Cute lęui tegitur.

*Amor in filios.*

*Ex Galeorũ genere eſſe.*

*Deſcriptio.*

F

G

Galeus glaucus Rondelet.

H



DE MALTHA.

A

# DE MALTHA. Cap. XXXVIII.

MA'λθη inter marinas beluas enumeratur ab Oppiano. Et Suidas aliquando Prestì eandem facit his verbis: πρῆστις εἶδος κήτους θαλασσίου, ἡ λεγομένη μάλθη: id est, Prestis genus est Ceti marini, quod vocatur Maltha: De qua belua dicemus in Physetere: aliquando a Preste distinguit, beluamq; δυναπαγάνιστον, id est, inexpugnabilem, vel expugnatu difficilem esse scribit: κῆτος (inquit) θαλάσσιον θηρίον πολυωδὲς: ἔστι γὰρ λέων, ζύγαινα, πάρδαλις, φωκάλος, πρῆστις ἡ λεγομένη μαλθα, ὁ καὶ δυναπαγάνιστον ἐστὶ καὶ ἀρίος. Desumpta est autem simplex ista Cetorum enumeratio ex Oppiano, & post πρῆστις rectè ponitur comma. Dicitur μάλθη teste Rondeletio quasi μαλθακή. Oppianus: Μάλθη δ' ἡ μαλακῇσιν ἐπαυρομος ἀδραίνει. *Maltha qui sit piscis.*

*Etymum.*

[a] Plinio maltha est limus flagrans, qui cùm quid attigit solidi, adhæret, quem in Comagenes vrbe Samosata stagnum emittit: [b] Alicubi ipsi etiam permistio quædam est ad lapideam duritiem accedens, ex rebus tamen mollibus composita: *Maltha* (inquit) *ex calce fit recenti, gleba vino restinguitur: mox* B *tunditur cum adipe suillo & ficu, duplici linimento: quæ res est omnium tenacissima, & ad duritiem lapidis accedens: quod malthatur, oleo perficatur antè*. Maltha etiam veteribus dicebatur mollis teste Nonio: Lucilius; *Insanum quem maltham & faminam dici iubet.* Sanè malthacia Græcis, mollities Latinis est, & malthacus mollis, effœminatus: Proinde etiam maltham vocant ceram mollitam, ac quicpiam simile ad tabularum ferruminationem aptum, vt promptuarij consarcinator tradit: vt à mollitie seu potius à molliendo Maltha piscis nomen inuenerit: quamobrem Rondeletius hunc Cetaceum piscem ex Galeorum genere, Maltham esse conijcit, quòd caro ipsi sit laxa mollisque, non sensu modò, sed & facultate: aluum enim (inquit) mollit cietque succi lentore: Nostri Sorrat, Romani Lamiolam vocãt. Rostro est breui, dentibus latis & acutis, Carchariæ modo. Os habet in supina parte non multum infra rostrum, dentium multos ordines. Pinnis, cauda, internis partibus à Cane galeo non differt, nisi quòd alba oculorum nebula caret.

[a] *Plinio.* [b] *Lib. 32.*

*Maltham esse depictã hic piscem.*

Maltha Rondelet.

C



# DE VVLPECVLA MARINA. Cap. XXXIX.

D

## SYNONYMA. ETYMVM.

GRæcis ἀλώπηξ vocatur, Latinis Vulpes aut Vulpecula, Oppiano etiam ἀλωπηκίας γαλεὸς, & non simpliciter ἀλωπηκίας, quasi Vulpinus Galeus. Nomen ei non à caudæ longitudine, vt Rondeletius retur, verùm vel ab insuaui ingratoq; eius gustu, vt Diphilus tradit, vel ab astu ingenijq; calliditate, vt Aristoteles innuit, quibus terrestrem Vulpem æmulatur. *Etymum.*

GENVS.

Digitized by Google

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

E

*Simia Bellonij.*

INter cæteros Galeos ab Ariſtotele Oppianoque enumeratur. Rondeletius & Saluianus veram ac genuinam Vulpeculam eſſe profitentur, quem Bellonius à vultus (vt ſic dicam) ſimilitudine Simiam marinam vocari teſtatur (longè tamen alia eſt marina Simia Aeliani.) quique Romæ & pleriſque alijs locis ob longam falcatamq; caudam peſce Spada quaſi Gladius piſcis nuncupatur, nomine cum vero Gladio, & Tæniæ quadam ſpecie communi. Quibus aduerſatur Bellonius: cui nimirum Vulpes veterum eſt, quem illi Centrinam faciunt. Ego illis omnino acquieſcendum eſſe non dubito. Galli Ramart, quaſi Vulpem dicunt. Notandum interim eſt, alium eſſe, quem Archeſtratus apud Athenæum circa Rhodum omnium ſapidiſſimum eſſe tradit & alio nomine κύνα πίονα, id eſt Canem pinguem appellari, licet ſecus arbitretur Rondeletius. Huius itaque & Saluiani Vulpeculam inter reliquos Galeos notiſſimam reddit caudæ proceritas, & totius inſuper corporis habitus. Craſſior enim eſt & breuior, ita vt cauda, quam falcatam & quodammodo enſiformem eſſe diximus, reliquum corpus magnitudine non ſolùm adæquet, verùm etiam ſuperet. In cuius caudæ exortu pinna conſpicitur. Cute tegitur. Ventre eſt candido, dorſo verò cineraceo. Ventriculum habet amplum, inteſtina lata, iecur vt in alijs in duas fibras diuiſum & pallidum: cui fellis veſica commiſſa eſt, & ſplenem ſubatrum. Haud minus quàm Canis Galeus augetur, adeo vt aliquando non ſecus quàm ille, vel ad centenas libras excreſcat. Cum illo item oculis, foraminibus auditui & olfactui inſeruientibus, & branchijs quoq; conuenit. Rondeletius pinnas quæ ad branchias ſunt & ad anum, longiores eſſe ait ijs quæ ſunt in dorſo: videturque diuerſum à Saluiani Vulpe piſcem pingere, nam & caudam ita exprimit, ac ſi ex binis conſtaret pinnis, quarum vna quæ ſurſum abit, toto corpore longior eſt, altera decuplo minor: cùm Saluiani piſcis vnica tantùm pinna anguſtiſſima conſtet, pinnaſque tam in prona parte quam in ſupina habeat. Idem Rondeletius os paruum tribuit, idque non multùm infra roſtrum eſſe aſſerit, dentibus acutis inſtructum: cuius roſtri poſitus Saluianus non meminit, attamen ex roſtri proceritate aliter ſuſpicari poteſt. Anne fortaſſis duo ſunt genera? Rondeletius autem hunc ſuum piſcem, verum ac genuinum Galeum Vulpinum eſſe, cùm ex tetro ingratiſſimoque eius odore, vnde nomen inuenit, tum ex moribus quos veteres ei aſcribunt, pulchrè oſtendit: ſed vnicus eſt (inquit) Athenæi locus, qui nobis obijci poteſt: *Ariſtoteles plura Galeorum genera eſſe tradit &c. Vulpem vnam habere pinnam ἐν ὑραν῾ῳ, in dorſo verò nullam.* At locum hunc mendo non vacare conſtat: nam ſi ad omnes Galeos qui hîc numerantur, poſtremam ſententiam referas, nullam ſcilicet eos habere in tergo pinnam (λοφίας enim nomine metaphoricῶς pinnam ſignificari in Muſtelo Centrina docuimus) id procul a vero abeſſe, omnibus qui vel Galeos viderunt, vel de eis aliquid legerunt, notiſſimum eſt. Si ſoli Vulpi id tribuas, quid id ſibi vult, vnicam habere pinnam πρὸς τῷ ὑραν῾ῳ? nam ὑρανὸς in animantibus dicitur palarum quaſi oris cælum, quod etiam ὑρανίσκος & ὑπερῶα appellatur. Quod ſi dicas pinnam in palato eſſe, quid abſurdius? Legendum itaque cenſet πρὸς τῷ ὑραίῳ id eſt, ad caudam. Cæterùm nullam in cauda pinnam eſſe, neque de Vulpe, neque de vllo alio Galeo verè poſſis dicere, præterquam de Zygæna, quæ neque in ceruice neque in dorſo, ſed πρὸς τῷ ὑραίῳ λοφιὰν ἴχ῾ει, id eſt ad caudam pinnam habet: quo fit, vt in Galeorum enumeratione poſt ἀλοπηκίαν, ζύγαιναν addendum putet, ad quam referantur iſta: μίαν δὲ ἔχειν φησὶ λοφιὰν πρὸς τῷ ὑραίῳ, ἐπὶ δὲ τῆς ῥάχεως ἑτέραν, id eſt, vnam dicit habere pinnã iuxta caudam: in dorſo verò nullam: quod tamen Zygænæ etiam non quadrat, nam & hæc in tergore pinnam habet, eamque in ſua icone eleganter etiam expreſſit Saluianus. Ad Rondeletij Vulpẽ proximè accedit icon noſtra, quam veræ ac genuinæ Vulpeculæ marinæ nomine communicauit nobis Bernardus Caſtellettus Genuenſis, cuius viri induſtriæ plurimum debet tota ſtudentium reſpublica. Ad eandem Vulpeculam potius quàm ad alium quemuis ex Galeis referri debere videtur ob caudæ proceritatem qui ſecundo loco pingitur.

*Vulpecula marina.*

LOCVS.



# LOCVS. PARTVS. NATVRA. MORES.

*Marinum piſcem eſſe.*

INter marinos, mariq; peculiares refertur à Plinio, idq; merito iure. Dulces enim aquas omnino aſpernatur. Loca autẽ maris cœnoſa potius quàm petroſa,& à litoribus remota potius quàm vicina incolit. Concipit,paritq; eodem quo Spinax modo, de quo ſuprà ex Ariſtotele diximus. Cápitur fermè ſingularis,vnde ſoliuagum eſſe conijcitur. Carniuorus eſt,ferocululq; & in grandiores etiam piſces graſſans,& ſicut Vulpes terreſtris πανοῦργος eſt, καὶ κακοῦργος, vt verbis vtar Ariſtotelis, id eſt callida & malefica,ita & Vulpes iſta marina vel ipſo etiam atteſtante [a] vaferrima eſt, &

*Soli tarium eſſe.*

*Aſtutia.*

[a] *Lib.9 Hi. cap. 17.*

*Aſtutiam vapido ſernat ſub pectore Vulpem.*

*Qui autem Centipeda appellatur* (inquit Ariſtoteles) *vbi hamum deuorauerit, euomit foras ſua interiora,donec hamum ejciat;tum recipit intrò ac valet eadem qua antè ſalubritate &c. Piſces qui Vulpes appellantur,cùm ſe deglutiſſe hamum ſenſerint;ſibi opitulantur,vt Centipeda: longiùs namq; ſeſe efferentes hami lineam abrodunt. Capiuntur enim locis nonnullis hamo multiplici, gurgite prealto & fluctuoſo.* Quod

[b] *Li 9.c.43.* ſic tranſcripſit [b] Plinius: *Scolpendræ terreſtribus ſimiles quas Centipedas vocant,hamo deuorato omnia interanea euomunt,donec hamum egerant,deinde reſorbent. At Vulpes marinæ ſimili in periculo glutiunt amplius vſq; ad infirma* (malim infima,ſicut & Oppianus dixit ἄκρας χάιτας, & idcirco hami ceruicem longiorem fieri) *lineæ quæ* (alij legunt quàm) *facilè prærodant.* Oppianus autem latinus factus ſic canit:

*Aſt Amiæ celeres & Vulpes fraude revinctæ*
*Præveniunt ſummas morſu confringere ſetas*
*Hinc piſcatores plumbum de cuſpide nectunt*
*Plumbum,quod piſces cruciaret dente remoto.*

[c] *Li 12.c.60.* Quare cùm [c] Aelianus marinæ Vulpi machinationem quandam atque ſolertiam ad declinandas inſidias tribui ſcribat:principio nimirum ad hamum non accedere,aut ſimul vt hunc deuorarit,ſtatim tanquam veſtem inuertere, Vulpi tribuit,quod Ariſtoteles & Plinius Centipedæ,vt ſuſpicandum ſit memoria lapſum id potius prodidiſſe, quàm quòd rem ita ſe habere obſeruauerit. Verborum Ariſtotelis alius ſenſus eſt, Vulpem nempe cùm ſe deglutiſſe hamum ſenſit, opitulari ſibi more Centipedæ, hoc eſt,cùm in ſimili periculo (vti & Plinius conuertit) vtraq; conſtituta eſt, vtramq; ad euitandum hamum,ſuo aſtu vti: Centipedam interiora ſua euomendo donec eiecerit hamum, Vulpem prærodendo lineam. Aliorum verò Galeorum more,cùm de ſobole timet,eam recipit, rurſuſq; emittit, cuius rei oculatum ſe teſtẽ eſſe Rondeletius aſſerit: Cùm enim (inquit) in litore diſſecaretur iſte piſcis, in eius ventriculo catulos vidimus,quos pro cibo deuoraſſe piſcatores exiſtimabant,ſed cùm viui atq; illæſi inuenti eſſent,eos in metu intrò receptos à parente dubitandum (inquit) non eſt. Neq; obſtat caudæ longitudo:etenim cùm adhuc parui ſunt & tenelli fœtus,mollis ea eſt & flexilis.

*Amor in proles.*

# VSVS IN CIBO.

*Caro qualis.*

NOn ſolùm reliquorum Galeorum more duram excrementitiamq; ac concoctu difficilem carnem habet,verùm etiam planè viroſam. Adeo enim grauem ferinumque dum manditur, odorem edit,vt ſanè terreſtrem Vulpem edere videaris, vt nõ temerè id nominis obtinuerit.

# DE GALEO ACANTHIA. Cap. XL.

## SYNONYMA. ETYMVM.

QVi Græcis γαλεὸς ἀκανθίας appellatur, apud Latinos nomen non habet: Theodorus in Ariſtotele Muſtelum Spinacem tranſtulit. De hoc propter dorſi ſpinas, à quibus nomen obtinuit,nulla eſt controuerſia: omniumq; iudicio eſt qui Romæ nomine cum alijs quibuſdam Galeis communi,peſce Palombo vocatur, ab alijs verò peculiari nomine Scazone,Venetis Azio,Liguribus Aguſco,Maſſilienſibus Aguillar, ab aculeis, Gallis Chien de mer,quaſi Canis marinus. Hunc Centrinæ etiam nomine Aeliano intelligi,ſequenti capite apparebit.

FORMA.

A

Galeus acanthias ſiue Spinax.



B

C

# FORMA. DE-SCRIPTIO.

QVamuis tùm ad Canis Galei, tùm ad Galei lęuis figuram proximè admodum accedat, ab vtroque tamen manifeſtiſſimis notis interſtinguitur, vti ex procedenti hiſtoria patebit. Roſtrum huic primò latum, mox in acutum deſinens. *Roſtrum.* Oculi mediocres & oblongi; retrò quos bina ſunt foramina auditui dicata. *Oculi.* Os in ſupina parte, dẽtibus magnis & acutiſſimis armatum, quibus à lęui Muſtelo differt, quippè quem edentulum eſſe diximus. *Os.* Ante os bina alia ſunt foramina, quæ olfactui inſeruiunt. *Branchiæ.* Branchiæ à lateribus, vtrinq; quinæ & detectæ ſunt, cętorum Galeorũ more. *Pinnæ.* Has ſequuntur pinnæ duæ natatui deſtinatæ: in parte ſupina nullæ ſunt: præterquam ex podicis vtraq; parte, quę in fœmina minores, in mare maiores ſunt; qua nota à cæteris Galeis omnibus differt, quando in omnibus inter podicem & caudam imo ventri ſingularis pinna commiſſa conſpiciatur. *Maris & fœminæ diſcrimen.* Prętera mas appendices paruas illic habet, qua nota potiſſimùm à fœmina diſtinguitur. In dorſo pinnæ, vt in alijs Galeis, binæ ſunt: hoc tamen à cæteris excepta Centrina differt, quòd huius vtraq; pinna, anteriore parte aculeum longum, triangularem potiùs quàm rotundum, annexum habeat, vnde nomen inuenit. *Aculeus.* Corpus ſenſim gracilieſcens in caudam deſinit geminam, cuius ſuperior pars lõgior eſt, inferior breuior. *Cauda.* Venter albicat, dorſum verò cinereum apparet. Rondeletius author eſt, dum in mari viuit, colore ferè argenteo eſſe, cùm expirauit, ex cinereo rubeſcere: *Color.* ſplenemque habere in duos lobos diuiſum: cæteris partibus internis cum alijs Muſtelini generis conuenit; & quamuis huic Athenæus peculiariter cor pentagonum attribuat: hoc tamen & ipſi cum cæteris Muſtelis commune eſt. *Partes internæ.* Magnitudine nũquam vel ad Canem Galeum, vel ad Vulpeculam accedit. Nunquam enim viginti libras implet. *Magnitudo*

# LOCVS. PARTVS.

MOre aliorum Galeorum minorum cęnoſa maris loca habitat, & flumina nunquam ſubit. Negat hos in Euripo Pyrrhæo reperiri [a] Ariſtoteles his verbis: *Muſtelæ etiam & Spinaces in eo mari* (Euripo Pyrrhæo) *nequaquam gignuntur*. Quo loco particulam & expungandam eſſe volunt, quoniam ſi id de omnibus Galeis dicit, nihil attinebat, & Spinaces dicere, quando Spinaces ipſi ex Galeis ſiue Muſtelis ſint. Nos Galeum ſimpliciter dictum peculiarem ſpeciem eſſe ſuprà oſtendimus: & hìc ea particula in omnibus codicibus legitur. Huic eodem [b] Ariſtotele teſte oua continentur ſupra ſeptum transuerſum, ſupra mammas, in quibus iam abſolutis, cùm deſcenderint, fœtus naſcitur, quem poſtea re-

[a] *Lib. 9. Hiſt. cap. 31.*

*Ouorum ſitus & locus.*

[b] *L. 6. Hiſt. cap. 10.*

liquorum cartilagineorum more parit. Rondeletius teſtatur ſeſe ſex in ventre perfectos fœtus ob- E
ſeruaſſe, quos ex ouis per venam quam anatomici vmbilicalem vocant, excludat, pendentes, multis alijs ouis nondum excluſis: oua autem nullo vinculo alligata eſſe: itaque ex ouis alimentum trahi ab illis, donec perfecti foras emittantur.

## NATVRA. MORES.

*Gregalis eſſe.* SIt licet Spinax cæterorum Muſtelorum more carniuorus, gregalis tamen eſt, & propterea plures ſæpenumerò vnà captos conſpicimus. Cùm verò cæteri Muſteli fœtus ſuos & recipiant & rurſus emittant, ſicuti Squatinæ quoque & Torpedines: Spinax id facere non poteſt, propter memoratæ ſpinæ impedimentum, vt ſuo loco ex [a] Ariſtotele oſtendimus.

[a] *L. 6. Hiſt. cap. 10.*

## VSVS IN CIBO.

DVra quidem inſipidaq; & huius caro eſt, cęterùm longè minus quàm Vulpecula virus reſipit, F
quare & minus faſtidiri & à menſis arceri aſſolet. Plebeius interim vilisque piſcis eſt. Editur vt cæteri ex alliato.

## DE CENTRINE. Cap. XLI.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Centrina ſerpens.* [a] *L. 2. Hiſt. cap. vlt.*

VI Græcis κεντρίνης quaſi aculeatus piſcis vocatur: à recentioribus Centrina redditur: quod improbat Geſnerus: & rectè quidem: cùm ſit Centrina (κεντρίνα) teſte Scholiaſte Nicandri, dipſas, è viperæ ſpeciebus, & ſpecies etiam culicis apud [a] Theophraſtum. Vitandæ itaque æquiuocationis cauſa, nos quoque Centrinem vocabimus hunc aculeatum piſcem, qui ab aculeis nomen accepit, vt Oppianus teſtatur his G
verſibus ex Lippij verſione:

*Pugnaces inter piſces Centrina vocatur* *Altera, quòd ſtimulis eredatur noxia nigris.*

*Centrines quid Aeliano.* Dixi autem aliquoties Aeliano hac voce non vnum & peculiarem piſcem intelligi, ſed omnes qui inter minores Canes, id eſt, Galeos ſiue Muſtelos aculeis præditi ſunt: hoc enim manifeſtè innuunt hæc eius verba: *Ex reliquis duobus generibus Canum, alius Galeos, alius Centrines appellari ſolet: quod colore varium eſt, Galeos nominatur: reliquum genus qui Centrines appellauerit, nõ errauerit; eis innati ſunt aculei duri & aduerſus omnia reſiſtentes; quorum alter in capitis ſummo vertice, alter in cauda eſt, atque venenatum quiddam habent.* Quamobrem præter eum quo de hîc agitur, Spinacem Muſtelum quoq; intelligere arbitramur, nam & ipſe quoque eodem loco aculeos gerit, cum quo ne confundatur, hunc

*Hyæna.* Græco nomine retento Centrinem appellabimus. Hunc nonnullis eundem cum Hyæna videri teſtatur Hermolaus: cæterùm diuerſa planè animalia eſſe ex Oppiano conſtat, cui Centrines minoribus accenſetur Muſtelis; Hyæna verò beluis marinis, epitheto etiam ab immani magnitudine adiecto, ἀπαίσιον ἀχθος ἁλός. Alij item Centrinen eum eſſe volucrunt, qui Romæ Lechia appellatur, quem Rondeletius Glaucum eſſe oſtendit, non quidem Muſtelini, ſed ſui generis piſcem. Idem Rondeletius & Saluianus verum & genuinum Centrinem eſſe docent, qui Romæ & tota fermè Italia peſce H

*Porcus piſcis.* Porco, Maſſiliæ Porc nominatur, nec id ineptè (inquit Rondeletius) vel quia ſpeciem porci referat, vel quia porci more in cœno ſe volutet: Vocatur & alicubi in Gallia Bernadet, alicubi item Humanthin, alicubi denique etiam Renart, id eſt Vulpes, vt hoc poſtremum nomen fortè Bellonio impoſuerit, qui hunc piſcem nobis pro veterum Vulpe obtruſit.

GENVS.

A

# GENVS. DIFFERENTIÆ. DESCRIPTIO.

PLinius nuſquam huius piſcis meminit: neq; etiam Ariſtoteles in ijs, quæ nunc extant, licet eum Athenæus teſtetur ab eo inter Galeos enumerari: quod etſi nunc apud eum nō legitur, haud malè tamen Centrinæ aliorum, (noſtriſq;) conuenit: nam cùm cartilagineus ſit, & ferè teres, & pleriſq; item notis alijs cum reliquis Galeis conueniat, haud malè cæteris annumerabitur. Cum ijs autem collatus, quod ad corporis formam, breuis eſt, craſſus, & ſpiſſus. A capite ad podicem trianguli eſt figura, ventre nimirum plano latoq;, vnum trianguli latus; partibus quæ vtrinque dorſo adiacent, reliqua duo latera conſtituentibus: itaq; in ſuperiori dorſo vnus eſt angulus, reliqui duo in ventris dextro ſiniſtroq; latere. Roſtrū habet neq; admodū extenſum, neq; valdè acutum: caput exiguū & depreſſum: oculos mediocres & ſplendentes, & poſt eos duo foramina auditui deſeruientia: duo item ad eoſdem alia ſupina roſtri parte pro naribus. Os vt in alijs Galeis ſupina parte, rotundum, magnum, ferè ſemper hians, dentibus latis acutiſq; armatum: quorum in ſuperiori maxilla triplex ordo eſt, in prona verò ſimplex. Branchias vtrinq; quinq; in lateribus, eaſdemq; detectas, vt in alijs Galeis, habet. Pinnæ ad eas vtrinq; vna, totidemq; ad podicem, & rurſus in dorſo totidem, quarum prior

B à capite ſtatim enaſcens, multùm ſurrigitur criſtæ inſtar, aculeo armata longo & ad caput ſeſe inclinante: altera è podicis regione minor eſt, minoremq; habet aculeum, & ad caudā vergentem. Vterq; aculeus in radice latus eſt, membrana circuntectus, colore albo: vnde cùm iſtiuſmodi aculeos nigros appellarit Oppianus, vt antea oſtendimus, Rondeletius id ob tegumentum factum fuiſſe arbitratur: intus enim (inquit) candidi ſunt, foris nigra membrana obtecti: ſed meo iudicio nigros potiùs vocauerit, quaſi pernitioſos: nam nigredo pro pernitie ſæpè apud poëtas accipitur, atque ita Oppianum interpretatur Aelianus: vtrumq; venenatum quid habere ſcribens. Quod ſi quis dixerit Aelianum non de hoc ſed de alio piſce loqui, vtpotè qui iſtorum aculeorum alterum in capitis ſummo vertice: alterum in cauda eſſe dicat: reſpondemus impropriè capitis verticem accipere pro pinna, quæ in principio dorſi eſt, quomodo & Athenæus ſcribit Centrinem cognoſci ex eo, quòd iuxta primam λοφίαν, id eſt ceruicis criſtam, aculeum habeat: quo quæ eiuſdem ſunt ſpeciei carent: Λοφιὰ verò de Sue propriè dicitur, vt χαίτη, id eſt iuba de equo & leone, eſtq; in Suis ceruice ſurrecta ſeta: λόφος verò apex ſiue id quod in auium quarundam capite eminet. Metaphoricè itaque Athenæus etiam τὴν πρώτην λοφίαν huius piſcis appellat, pinnam illam quæ ceruicis loco eſt erecta. Sic λόφος aliquando ceruicem & galearum criſtam & quicquid aliud eminet, ſignificat. Licet verò Galeus Spinax ibidem ſpinam ha-

C beat, ſuſpicari tamen nemo queat, hunené etiam ijs verbis intelligat Athenæus: diſertiſſimis enim verbis diuerſis de vtroq; locis egit. Cauda in pinnam inferiore parte latam, ſuperiore verò in acutum angulum deſinentem degenerat. In caudam verè & podicis pinnas imo ventri nulla alia pinnula ſubnectitur; quod ei cum Muſtelo Spinace commune eſt: nam reliquis omnibus Muſtelis inter podicem & caudam imo ventri ſingularis pinna ſubnaſci ſolet. Neq; dorſi quoq; aculeis illi abſimilis eſt. Vt verò aculei vtriuſq; different, ex vtriuſq; icone peti poteſt. Cute integitur aſperrima, nempe breuibus crebriſq; aculeis horrida, qui in capite & dorſo robuſtiores ſunt. Hæret ea duræ atq; muccoſæ eius carni tam firmè ac pertinaciter, vt acuto vix cultro ab ea ſeparari ac diuidi queat. Colore eſt ex cinereo nigricante. Ventriculum habet oblongum & craſſum: inteſtina ampla, haud multis gyris reflexa. Hepar albicat, præpingue, magnum, in duos lobos ad infimam ferè vſq; ventris ſedem extenſos diuiſum, quorum dextro lata ſatis fellis veſicula committitur. Fel album eſt & aquoſum: Splen ſimiliter in duos lobos diuiſus colore carnis eſt. Cor compreſſum ex rubro albicat. Addidi & duas alias Centrines icones tum alias, tùm caudæ potiſſimum tenuitate à vulgari differentes: poſteriorem Bernardus Caſtellettus Genuentis veræ ac genuinæ veterum Centrines nomine miſit. Vtraque ad ſceleton efficta eſt.

*Ex Galeis eſſe.*
*Forma.*
*Roſtrum.*
*Os.*
*Branchiæ.*
*Pinnæ.*
*Aculei.*
*Nigredo pro pernicie.*
*Cauda.*
*Vt Spinaci ſimilis.*
*Cutis.*
*Color.*
*Partes internæ.*

Centrina Rondelet.

D



Digitized by Google

Digitized by Google

E

# LOCVS. PARTVS.

*Rarò capitur* MVſtelus Centrines planè marinus piſcis eſt,& nuſquam in dulci aqua viſus:pelagius potius quàm litoralis,quod vel inde licet colligere, quia rariùs capitur . Capitur autem & verſatur in cœnoſis maris locis, vti Aelianus & Oppianus teſtãtur. Oua primùm intra ſe gignit numeroſiſſima,vitellis gallinaceorum ouorum ſimillima, deinde reliquorum cartilagineorum more animal excludit.

# NATVRA. MORES.

PIſcis eſt carniuorus & ſolitarius. Aculeis ſuis armatus nulli non reſiſtit, quin inuadit etiam ac lædit,inficitq; veneno. Oppianus[a] enim inter alios venenatos recenſens, ſic canit: *Venenoſum eſſe.* [a] *Lib.2.*

F

*Horrendus curuo qui gaudet Scorpius antro  Gobius in curua nimium contentus arena*
*Et Canis,atq; Draco,volucriſq;per æquora Hirũdo, Hi duris pugnant ſtimulis,fundunteque venenum.*

Interpres quidem ſimpliciter Canem reddidit,cùm Canem Centrinen reddere debuiſſet, nam Græcè ſic legitur: Καὶ κύνες,οἱ κέντρωσιν ἐπώνυμοι ἀργαλέοισι: id eſt,& Canes qui ab aculeis feris nomen habent. Meminit & [b] Aelianus, ſed venenum hoc negat eſſe lethale. *Venenum* (inquit) *quidem piſces pungendo immittunt,non tamen lethale,vt Gobius,Draco,Hirundo.* Cæterùm vt Hirundinem & Gobium pungendo innocuum venenum effundere, facilè credo, ita è contrario Draconis ictus lethalis eſt,quocum fortaſſis Centrines numerandus fuerit. Licet verò ex Galeorum genere ſit, fœtus tamen eorum more intra os aut vterum recipere non poteſt, vt de Spinace etiam dictum eſt, propter præfatos videlicet aculeos. [b] *L.2.c.50.*

# CAPIENDI RATIO.

CApitur Centrines eodem quo alterũ Galeorum genus modo, vt Aelianus ait: Album piſcem illecebram ad eos capiendos demittunt,ex his ſi qui capitur, cæteri omnes hoc videntes, in captum inſiliunt,eumque niſi repellantur, hamo ex profundo extractum ad nauem vſque inſequuntur, vt ſuprà dictum eſt.

G

# VSVS IN CIBIS ET MEDICINA.

VIx alius piſcis datur,qui Centrine duriorem carnẽ habeat, vtpotè quæ neruea potiùs quàm carnea ſubſtantia conſtat: eſtque inſuper viſcoſa admodum ac glutinoſa, & vt Epænetus ait in libro de re coquinaria,non ſolùm inſuauis, ſed grauis etiam viroſiq; odoris: quamobrem ſi quæ alia,difficillimè coquitur,& peſſimi ſucci eſt;ideoq; recta ratione ſpernitur, vixq; ab infima plebecula attingitur. Hepar quidem tenerrimum ſed ingratum eſt: quod dum frigitur, copioſum oleum effundit. Hoc ad duritiem humani hepatis emolliendam conferre, idque ſubſtantiæ ſimilitudine corroborare author eſt Rondeletius,maximè ſi aſtringentia quædam admiſceantur, vt cyperus, ſpica nardi,abſynthium,ladanum, ſtyrax, at ſic minus emollire; dolores item articulorum leuare; vtrumque magno cum ſucceſſu expertum eſſe. Eodem oleo (inquit) ad lucernas vti poſſumus. Fel ſuffuſiones delet,melli permiſtum & palpebris illitum. Cute item artificum opera poliri poſſunt. Cinis ad pſoras & capitis vlcera manantia detergenda,exiccanda, miraq; celeritate percuranda valet cum cedria admotus. Vrinas non minus mouet quàm cancrorum & erinaceorum cinis.

*Carnis qualitas.*

*Hepar,eiuſque vſus.*

*Fel.*

*Cinis.*

H

DE

A

Simia marina Danica.

B

C

D

# DE SIMIA MARINA. Cap. XLII.

BEllonius, vt meminimus, Simiam marinam facit, quem nos cum Rondeletio alijſque in Galeorum genere Vulpeculam. De Simia verò marina, ſolus, quod equidem nouerim, mentionem facit [a] Aelianus, inquiens: Eſt etiam in mari rubro Simia, non piſcis quidem hæc, ſed beſtia cartilaginea, veluti ſquamarum expers, eaque ipſa non magna, Colore eſt terreſtri ſimilis, tum facie ſpeciem ſimilitudinemque eiuſdē gerit. Non piſceo tegmine reliquum corpus, ſed illiuſmodi circumueſtitur, cuiuſmodi teſtudinis inuolucrum eſt. Eadem ſimiliter atq; terreſtris leuiter reſima eſt: eius reliquum corpus inſtar Torpedinis latum eſt, vt dicas auem eſſe alas explicantem. Cùm natat, volare videtur. In hoc verò à terreſtri differt, quòd variè diſtinguitur, & ruffa eſt ceruice,

[a] L. 11. c. 17



Digitized by Google

Simia marina alia, Serpens Indicus Cardani.

ceruice, vt branchijs quoque. Os verò non in ſumma facie oblongum ei prominet; ſed hac etiam parte modicè ſimiã terreſtrem repræſentat ſibi cognatam. [b] Hæc ille, & rurſus: In media natura quędam communitas retruſa leoni eſt, & affinitas cum Delphino: non ex ea parte ſolùm, quod vterque imperat, ille quidem terrenis beſtijs, hic verò aquatilibus: ſed quòd ſiue ſenectute, ſiue morbo infirmis ambobus, illi terreſtris ſimia medetur, huic marina quoq; ſimia remedio eſt. Nam vt in terra, ſic etiam in mari aliquod eſt ſimiarum genus, quod ſimiliter huic, vt illi terrenum, medicinam morbi affert. Eadem ex Aeliano Philes repetijt. Cùm verò cũ hiſce Aeliani deſcriptionibus minimè cõgruat piſcis ille Bellonio Simia marina putatus, Galeorum generis: Geſnerus propiùs accedere putat, cuius iconem, qualem ipſe Ioann. Kentmanno acceptam refert, hîc exhibui. Vulgò alicubi (inquit) Simia marina vocatur (ein Meeraff.) hoc enim nomine è Dania ſibi allatum ſcribit. Pinnas tanquam volans extẽdit, vt pictura præ ſe fert, & inter duas in ſummo dorſo pinnas aculeum retrò tendit, ceu Galeus Centrines. Os ſimum habet, non vt Galei in longitudinem protenſum roſtrum. Branchiarum foramina quina apparent, obliquo inter os & oculos deſcenſu. Color ei viridis corpore toto: ſed in dorſo magis fuſcus, ad latera pallidus: dentés lati & continui. Reliqua ſatis apparent in icone: quæ cùm ad ſceleton facta ſit, in viuo animali non omnia ſimiliter ſe habere ſuſpicamur. Teſtudinem inuolucrũ ſi accederet, Aeliani hanc ſimiam facerem. Hucuſq; Generus: qui iſtiuſmodi monſtrum, cuius picturam Hier. Cardanus ipſi commuuicauit, marinis Simijs adiunxit. Cardanus Serpentem Indicum (inquit) eſſe ſcribit, Mediolani in macerie quadam repertum, nec aliud addebat: ſed cauda videtur animalis aquatilis eſſe: caput πιθηκοειδὲς, id eſt Simijs cognatum aliquid præſefert, vt & digiti pedum, quos binos tantùm oſtendit, manuum inſtar oblongi. Vix equidem auſus hoc animal proferre fuiſſem, niſi à tanto viro accepiſſem.

[b] L. 15. c. 17

*Simia marina Geſneri.*

E F G H

D E

A

# DE ZYGÆNA. Cap. XLIII.

## ORDO. SYNONYMA. ETYMVM.

INsolentis istiusmodi figuræ piscem, cùm haud pauca habeat cum Galeis communia, non incongruè, ijs subnectemus. Nomen inuenit ab inusitata ac monstruosa penè dixerim capitis figura, qua τὸ ζυγὸν imitatur, quo transuersum librile significatur, ex quo lances dependent: item iugum quod vt transuersum boum ceruicibus imponitur, ita in hoc pisce caput ex transuerso situm est: quæ de causa alicubi in Italia Pesce balestra, & Pesce Martello appellatur, quòd arcum malleumque itidem imitetur: vnde est quòd Gillius hunc piscem veterum Sphyrænam esse crediderit, quoniam σφύρα malleus est. Aduertendum autem Aprum quoque Romæ pesce balestra vocari. Theodorus ζύγαινα apud Aristotelem Libellam interpretatur, sed haud appositè, imò ignorata nominis libellæ proprietate, vt Saluianus arbitratur, cùm sit (inquit) libella fabrile instrumentum ab Italis Arcopendolo vocatum, ad cuius similitudinem nequaquam iste piscis accedit. Cæterùm fallitur Saluianus, & Italus cùm sit, maternæ atque inquilinæ huius vocis vim non intelligit. Arcopendolo enim impropriè pro eo accipitur instrumento fabrili, è quo dependente perpendiculo rectas parietum & lignorum facies, oculorum ictu cognoscunt fabri: propriè verò illud est, quo rerum in plano positarum æquilibrium siue libramentum, & neutram in partem propendens situs exigitur. Huic arcus ferè figura est, & Arcopendolo quasi ex arcu pendens (nimirum plumbum) appellatur, aliàs item liuello nomine à libella detorto. Fit item ex ligno transuerso, & altero in huius medio erecto, ex cuius summo filum annexo plumbo demittitur. Id quoque piscis noster transuerso capite & reliquo corpore in huius medio sito aptè refert, vt appositissima voce Gaza Libellam vertere potuerit: nõ enim Libellam quasi paruam libram seu paruam bilancem appellauit, vt Saluianus credit, sed à capitis similitudine cum eo instrumento. Alio nomine Romæ Ciamberta dicitur: Massilienſibus à dentium sæuitia Cagnola teste Bellonio: item peis Iouziou, id est piscis Iudæus, non à feritate, vt Bellonius ait, sed a similitudine tegumenti capitis, quo olim (inquit Rondeletius) Iudæi in Prouincia vtebantur. Hispanis peis Limo, Limada, Toilandolo.

*Balestra. Martello.*

*Libella.*

*Cur libella dictus Gazæ*

*Iudæus piscis.*

B

C

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

ZYgænam Oppianus, eumque puto secutus Suidas Cetis annumerant: item Galenus, Aelianus & Paulus Aegineta, cùm reuera piscis potius sit Cetaceus, & ad Cetorũ magnitudinem quandoq; excrescat. [a] Aristoteles enim inter pisces enumerat longos. Quare cùm ob longitudinem rotunditatemq; corporis, tùm quòd os habeat in supina parte, si Galeis eam accensuerim, nemo, opinor, vitio vertet. Differt verò non ab his tantùm, sed etiam cæteris piscibus omnibus monstruosa capitis figura: Est enim id non rotundum (inquit Saluianus) nón rostratum, non fastigiatum, neq; in latera compressum, quale in piscibus reliquis esse solet, sed (quod ei peculiare est) in latera extensum, atq; transuersum habet. Cuius quidem frons, anteriorue pars (quæ vtroq; clauditur oculo) vti anterius in semicirculum ferè extuberat, sic ita in acié acuitur, vt dum celeriter piscis natat, obuios pisces secare posse credatur. In medio extremæ vtriusq; lateralis partis capitis, sunt oculi mãgni, rotundi deorsum potius quàm in latus aut sursum spectantes. In vtroq; præterea vltima frontis parte oculis proxima, oblongum insculptum est foramen, auditui olfactuiue aut vtriq; (vt arbitror) subseruiens. Os subtus in priore parte permagnum habet, dentibus validissimis, planis (latis, Rõdeletius) in latusq; serræ modo vergentibus, tripliciq; (quadruplici, Bellonius) ordine digestis armatum: Linguam latam, humanæ haud absimilem; branchias vtrimque in lateribus quinas & detectas, cæterorũ Galeorum instar; in dorso pinnas duas, vnam capiti proximam & maiorem, alteram prope caudam & minorem (licet in dorso nullam, prope caudam verò duas paruas esse Rondeletius scripserit) binasq; alias vtrinq; priores & maiores ad branchias; posteriores verò & minores in medio ventre; post quas rursus alia vnica & parua prope caudam è regione alterius minoris in tergo existentis, imo ventri subest. Cauda pinnis duabus æqualibus constat, quarum superior vertebris fulcitur, ac multò longior est: inferior verò vertebris caret, breuiorque extat. Non squamis sed corio tegitur. Venter albus est, tergum verò cineraceum: pro spinis cartilagines habet. Rondeletius ceruicem gulamque habere scribit. Ab istiusmodi Zygæna plurimùm differt, vt icon ipsa præ se fert, quæ altero loco depicta est, ventre candicante, cætera nigra. Os miniacei coloris est.

[a] *L. 2. Hist. cap. 15.*

*Galeis cur annumeretur.*

*Caput.*

*Oculi.*

D

*Os.*

*Dentes.*

*Lingua.*

*Branchiæ.*

*Pinnæ.*

*Cutis.*

*Color.*

LOCVS.

## Zygæna.



Google



Mm LO-

## LOCVS.

E

L.10.c.2. LIbella,vti cetaceus piſcis eſt (inquit idem Saluianus) ita etiam pelagius, non litoralis, quemadmodum Aelianus[a] quoque teſtatur his verbis: *Ad litora aut minimè profunda loca aut breuia ex Cetaceo genere nullum appropinquat,ſed in alto & profundo verſantur. Eximia autem magnitudine exiſtimantur Leo,Libella,Pardalis,Phyſeter,Preſtis,Maletha belua inexpugnabilis,Aries vel ipſo aſpectu infeſtiſsimus:procul enim licet compareas,maris procellas ciet & agitat.* Hæc ille, ex[b] Oppiano nempe qui interprete Lippio ſic canit:

b Lib. 1.

*In litus panca exiliunt,quæ corpore vaſto* *Sunt,hæc veliferis ſemper voluuntur in vndis.*
*Magno horrore Leo poſt hos horrenda Zygæna,* *Panthere varia maculis,Ranæque furentes,*
*Atque Melanthion gentes & dente timenda* *Preſtis,lethiferum Lamiæ,fœdumque barathrum,*
*Mollitie nomen Maletha quæ ferre videtur* *Cornu Aries pugnax,& ſacrum pondus Hyænæ*
*Atque pudenda Canum gens & furibunda propago.*

Quamobrem cùm haud longè à litore piſcari ſoleant piſcatores,eas perraro & minores ſolùm(vt quæ fortuitò ad litus adnatarint) capi videmus.

F

## NATVRA. MORES.

IDem Oppianus terreſtres cum aquatilibus animantes quod ad magnitudinem & vires comparans,Leoni Zygænam opponit & præfert.

*Qui tantùm ſolui præſtant virtute Leones?* *Quantum ſub fluctu fertur præſtare Zygæna.*

a Hex Homil. 7. TErribilem autem piſcem eſſe D. Baſilius[a] quoque aſſeuerat. Non ſolùm enim piſces reliquos,etiam magnos,atque natantes homines ſi qui obuij occurrant,ſuæ frontis acie vulnerare ac ſubuertere, ſed amplo etiam ore & valde denticulato dilaniare ſolet. Vnde qui piſcandi aut quauis alia cauſa longiùs a litore per pelagus natant,haud ab re eam exhorreſcunt: quin cùm ſit aſpectu ipſo horribili trucique, occurſus eius nauigantibus & natantibus infauſtus inauſpicatuſque olim habitus fuit, vt idem Aelianus memoriæ prodidit.

## VSVS IN CIBIS.

Caro qualis a L.3. Alimen. b L.1.c.94. CArne eſt dura & inſuaui,ferinique odoris: ideoque[a] Galenus, eumq; ſecutus Paulus[b] Aegineta inter Cetaceos numerandam cenſuere,quibus dura caro eſt,inſuauis,muccoſa,excrementitia,mali ſucci. Haud ſecus quàm reliqua Cete (inquit Galenus) ſale prius induratur,vt tenuius corpori alimentum præſtet, coctionique & ſanguini faciendo accommodatius. Nam recens caro,niſi valdè probè concoquatur,crudorum ſuccorum magnam in venis copiam congerit. G

## DE MOLA SALVIANI SIVE ORTHRAGORISCO RONDELETII. Cap. XLIV.

## SYNONYMA. ETYMVM.

Mola cur dictus. IGenæ inter cartilagineos ob capitis inſolentem figuram quodammodo monſtruoſæ monſtruoſiſſimus iſte toto corpore cartilagineus piſcis haud incongruè adijcietur. Molam in pleriſq; Italiæ locis,item Maſſiliæ vocant, quòd ſanguineã informemq; opinor, eam molem quam aliquando mulieres ſine maris congreſſu,in vtero concipiunt,quodammodo referat: Ex ſolo enim capite conſtare piſcem apparet ob corporis breuitatẽ: ſeu quòd rotunditate corporis,molæ molendinariæ ſimilis,ſit vt Rondeletius exponit. Hiſpani neſcio cur Bout appellant. Rondeletius ſuis,id eſt Monſpelienſibus ſcribit Lunam dici,quoniam extrema corporis parte quæ pinnis ſubeſt,lunæ creſcentis figuram aptiſſimè referat, vel quia demptis pinnis toto corpore rotundo eſt Lunæ plenæ inſtar, vel propter corporis extremum quod lunæ in cornua curuata ſimile eſt,vel propter rotundam corporis figuram lunæ in orbem ſinuatæ,vel denique quòd noctu ſplendeat. Lunam tamen antiquorum eſſe negat, quoniam Aelianus ex[a] Demoſtrato viro à piſcandi ſcientia eatenus inſtructo,vt probè rem piſcatoriam interpretaretur, ſcripſerit piſcem formę pulchritudine eximium appellari Lunã,exigua magnitudine, lata figura: Idemq; aſſerebat cyanei coloris ſpeciẽ ſimilitudinemq; gerere: in dorſo pinnas habere molles & leues (id eſt,nõ duras,aut aſperas) eaſdemq; H

Luna piſcis.

Non eſſe Lunã antiquorum

a L.15 c.4.

A eaſdemq; in natãdo explicare,& ad ſimilitudinem lunę ſemicirculum efficere:ſimul & eum ipſum (vt Cyprij piſcatores aiunt) quum eſt plena luna exiccari atque interire: ac ſi ad plantas admoueris,eas marceſcere & euaneſcere: item ſi iam plena vel creſcente luna,in id æque,quod in perfoſſis puteis reperitur,quis hunc piſcem eiecerit,aquam iugem ac perennem fore:ſin extrema & decreſcente luna, aquam exareſcere. Quòd ſi hunc eundem in fontem ſcaturientem conieceris, quomodo dixi de puteo,is ad rationem lunæ modò euaneſcet, modò implebitur. Cùm itaque in his multa lunæ piſci tribuantur,quæ huic noſtro deſunt,Aeliani Luna (inquit Rondeletius) dici non poteſt. Hic enim noſter magnus eſt & cetaceus,argentei coloris in mari,non cyanei:pinnis dorſi mollibus caret, neq; cum luna impletur, neq; mirabilia alia efficit,quæ narrat Aelianus:à quibus cùm deceſſeris, nullus piſcis eſt cui meliùs reliqua quæ ſcribit Aelianus,competunt,quàm Seſerino. Exiguus enim eſt & rotundus, latuſq; cyanei coloris,pinnas molles leueſq; in dorſo habet. Quare cùm piſcis hic noſter Aeliani Luna dici non poſſit;quærit idem Rondeletius,num Rota Plinij eſſe poſſit,cui Maſſilienſium ac Italorum appellatio affinis eſt:ſed cùm & ea quæ [b] Plinius Rotæ tribuit, ab hoc noſtro piſce alieniſſima ſint, aliter ſentit: *Apparent* (inquit Plinius) *Rotæ appellatæ à ſimilitudine quaternis diſtinctæ radijs, modiolos earum oculis duobus: omnia, claudentibus*. Neq; enim noſter hic quatuor radijs conſtat,neq; tam magnos habet oculos,vt ſi quatuor radijs diſtingueretur,totum rotæ modiolum,id eſt, medium id cui radij rotæ affixi ſunt,occupare poſſint. Quocirca cùm rem attentiùs conſideraſſet, coniecit hunc noſtrum piſcem eum eſſe qui Orthragoriſcus veteribus dictus eſt;de quo hæc [c] Plinius: *Appion maximum piſcium eſſe tradit Porcum quem Lacedæmony Orthragoriſcum vocant: grunnire eum, cùm capiatur*. In quam opinionem tres potiſſimùm coniecturæ ipſum induxerunt. Prima eſt, quia Plinius ex Appione piſcium maximum eſſe dicit, quod certè noſtro aptiſſimè quadrat,nam ad mirandam molem accreſcit, vtpotè qui quatuor aut quinq;, vel ſex cubitorum molem æquet, neq; quicquam obſtat quòd beluæ multæ marinæ multò ſint grandiores, vt Balenæ, Phyſeteres, Priſtes,Scolopendræ Cetaceæ:cum reliquis enim piſcibus,non cum beluis marinis,quæ propriè piſces non dicuntur teſte Ariſtotele, Appion Orthragoriſcon contulit. Altera coniectura eſt,qua magis mouetur,quòd porci modo grunniat, dum capitur, cuius rei ſe auritum teſtem profitetur,eiuſq; ſoni cauſam eſſe rimam branchiarum ſtrictam: id quod (inquit) cùm de alijs piſcibus ſonum edentibus tractaremus,ex Ariſtotele expoſuimus:Non ſolùm porcum grunnitu,ſed etiam aſpectu,cauda porci,pedibuſq; demptis, ſimilis eſt. Quod ſi quis [d] Plinij obijciat authoritatem,qui alio in loco de Porco marino hæc prodidit: *Inter venena ſunt Porci marini ſpinæ in dorſo, cruciatu magno laſorum: remedium eſt limus ex reliquo eorum piſcium corpore*. Reſpondet alios eſſe præter Orthragoriſcum qui Porci dicti ſunt, vt Capriſcus, qui Porcus à Strabone etiam dicitur,& Aper,quibus ſunt in dorſo ſpinæ acutiſſimæ & noxiæ,de quorum alterutro Plinij citatum locum intelligendum eſſe arbitratur. Sunt item alij,vel à figura, vel ab aliqua cum porcis morũ affinitate, Porci marini appellati. Suſpicetur verò rurſus quiſpiam Ariſtoteli notum fuiſſe hunc noſtrum piſcem,& Molarem nuncupari ob allatam rationem. Sic enim ille in Gazæ verſione *Sacer aſſatæ parit, mox Aurata, Lupus, Mormur, Molaris*. Cæterùm in omnibus Græcis codicibus,cùm impreſſis, tùm manuſcriptis nihil eſt, quod huic voci reſpondeat. Quare & nos vel cum Saluiano vulgari nomine Molam,vel cum Rondeletio Orthragoriſcum nuncupabimus, donec alius aptius naturæq; eius conuenientius inuenerit.

Seſerinus.

Rota Plinij.

[b] Lib. 9. c. 4.

Orthragoriſcus.

[c] Li. 32. c. 2.

Cur grunniat.

Vt porco ſimilis.

[d] Li. 32. c. 5.

Porcus marinus.

Molaris.

[e] Lib. 6 Hiſt. cap. 17.

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

D SVi planè generis piſcis eſt,nulliq; ob inuſitatam corporis formam affimilandus; hîc tamen haud malè referendus, quia pro oſſibus cartilagines habet: licet cartilagineorum alij longi ſint, alij plani:ipſe verò neq; planus, neq; longus dici queat. Non enim in dorſum & ventrem planorum more,ſed in latera compreſſus eſt,neque vt Galei longus eſt,ſed breuis adeò, vt ſolum caput potius quàm integrum piſcem repræſentare videatur. Quid dicam? Informe horrendumq; monſtrum eſt: Vnde cùm à Luca Ghino medico clariſsimo huius piſcis iconem Piſis accepiſſet Saluianus, cæteris piſcium imaginibus addere recuſauit, veritus ne pictoris alicuius impoſtura eſſet, donec tandem ipſiſſimum piſcem in foro Romano quindecim argenteis mercatus multis viris eruditis inſolèntem corporis figuram admirantibus oſtendiſſet. Exiguum (inquit hic) os habet: dentes tantàm geminos(quos pictor eius elegãter expreſſit,noſter omiſit)ſuperius vnũ, inferius alterũ, vtrumq; magnũ,latũ,atq; vniuerſam oris partẽ muniẽtẽ,quorũ inferior retuſior, ſuperior verò magis acutus ac ſecans eſt. Oculi parui sũt,ac orbiculares. Brãchiarũ internũ orificiũ vtrimq; vnũ eſt paruũ & ſemicirculare; ppe qđ cũã vtrimq; pinna vna parua & rotũda ſita eſt,quæ alia prorſus ratione quã aliorũ piſciũ

Os.

Dentes.

Oculi.

Pinnæ.

## Mola Rondeletij.



E

F

G

H

laterales pinnæ, mouentur. Cùm enim illæ in piſcibus à cauda ad caput, in hoc noſtro à dorſo in imũ ventrem deducuntur, atque mouentur. In extremo præterea dorſo prope caudam alia multò maior pinna, non rotunda, ſed oblonga, erigitur: è cuius regione altera eiuſdem magnitudinis & figuræ imo ventri ſtatim ab ano ſubeſt, quæ alio etiam modo quàm dorſi & ventris aliorum piſcium pinnę, mobiles ſunt. Non enim vt illæ à cauda ad caput eriguntur, & à capite ad caudã inclinantur, ſed in vtrumq; latus mouentur. *Cauda.* In caudam carneam non degenerat: nam poſtrema eius æquè ac latera lata ſunt: pinnata tamen cauda non oblonga ſed lata, atque omnem poſtremam piſcis partem amplexante, in lateraque mobili munitur. *Cutis.* Cute tegitur aſpera, non ſecus ferè quàm Squatina. *Color.* Ventre eſt ſubalbido, dorſo verò cineraceo. Caro eius candidiſſima eſt, ita vt nerueam potius quàm carneam ſubſtantiam præ ſeferat. Carni corium firmiter adeò hæret, vt non niſi maximo labore acutiſſimiſque cultris ſeparari queat. *Iecur.* Iecur habet pallidum, magnum & tenerrimum, quod dum coquitur, pro maiori parte in oleoſam pinguedinem liquatur. Noctu partes internas ita ſplendentes habet, vt cæruleus atque oculis gratus ex eis ſplendor è longinquo etiam eniteat. Ad maximam excreſcere magnitudinem intelligo. Quem nos vidimus atque pertractauimus, centenas libras ſuperabat. Hæc Saluianus. Addam & aliam deſcriptionem ex Rondeletio, ne quid reliquiſſe videamur, quod ad partium figuram vſumue pertinere poſſit. *Ex Rondel* Piſcis eſt (inquit) maximus, longus, latuſque, terete vel potius ouata figura. Etenim pars anterior acutior eſt, poſterior latior & rotundior. Cute integitur aſpera, argentei coloris. Ore eſt paruo, dentibus latis continuiſq;: oculis paruis & rotundis. Pro branchiarum ſciſſura foramen eſt in medio circuli veluti centrum. Ad branchiarum foramina pinnæ ſitæ ſunt

breue

Mola peregrina..



breues & rotundæ & latæ: quæ pinnarum conſtitutio ad ſurſum deorſumué impellendum corpus accommodata eſt. Prope caudam aliæ duæ ſunt aliter conformatæ, nempe longiores & ſtrictiores, quibus corpus dextrorſum ſiniſtrorſumq; mouetur: altera harum in dorſo eſt; altera prope anum. Cauda creſcentis lunæ figura eſt. Superiore inferioreque parte articulata eſt, vt tum in dextrum, tum in ſiniſtrum moueatur, iterque dirigat. *Caro. Adeps.* Caro huius cocta glutinum ex tergoribus boum confectum refert, vel ſepiarum ſalſarum & coctarum carnem. Præter carnem adipis multum habet porci modo. Partes internæ, ob totius corporis rotunditatem conglobatæ ſunt. Alius item multò maior ex Megalenſi ſinu ad me delatus eſt. Noctu quibuſdam partibus ità lucet, vt ex ijs ignis ſplendidiſſimus, vel aliquod aliud illuſtriſſimum lumen emicare videatur, ita vt ſeruus aliquando meus, cùm noctu in locum, in quo Orthragoriſcus erat, incidiſſet, territus inde fugerit. Icon noſtra cum Rondeletiana magis quàm cum Saluiana conuenire videtur. *Orthragoriſci alterius deſcriptio.* Alterius huius ſpeciei piſcis iconem Venetijs ad viuum depicti à nobili viro Gallo ſibi miſſam, addita hac deſcriptione, Geſnerus hanc depinxit. Piſcis Cal. Martij anno ſalutis 1552. non longè à Venetiarum ciuitate captus eſt, qui primo aſpectu maſſa carnea potius exiſtimabatur, quàm piſcis. Forma in orbem vergebat. Corio ſine ſquamis & pilis tectus erat. Os in arctum colligebatur, vt pro beluæ magnitudine, miraculo fuerit. Oculi patentes, prominentes & ampliores quam bobus. Branchiæ detectæ. (non apparent in pictura) carnoſæ læueſque. Pinnæ in lateribus dodrantales. Tuberculum habebat in fronte duriſſimum. Maxillæ vtrinque dentium vice continui oſſis ſoliditate armabantur. Lingua inferiori maxillæ adhærés, vt multis elinguis viſus fuerit. Cauda paulò minus pedes quatuor longa erat. Pinnæ in cauda tres, ita vt in altitudinem cauda cum pinnis nouem pedes efficeret. Longitudo piſcis pedum octo erat: altitudo quinque paulóque amplius, & quamcumque in partem volueretur, ſuã ſeruabat altitudinem. Duo foramina quæ ante oculos vides, non profunda erant. Exenterati cor, hepar, lien, bubalo maiora reperta ſunt, ac unicum inteſtinum perueniens ad meatum excrementarium ſub aluo collocatum. In imo inteſtini glomus quidam erat ex neruis quaſi contuſis inſtar fidium contuſarum. (Neruos contuſos vocat, quòd non teretes, ſed lati & plani eſſent) Caro lactea ſolidaque tanquam in ſue, lardo quinque aut ſex digitos craſſo veſtita, nimirum vt in Balænis. Hæc ille. *Color.* Color in ea quam miſit pictura, partim fuſcus eſt ad ruſſum accedens, quales præcipuè in vtroque latere lineæ quaternæ non ſine latitudine apparent; reliquæ partes ferè albicant, præſertim pinnæ in cauda, ita tamen vt fuſcus ille, quem dixi, color nuſquam omnino deſit. Eundem hunc piſcem alius quidam à ſe viſum retulit, quem magnitudine dicebat fuiſſe duplici fermé bouis, nulli ne doctiorum quidem cognitum, emptum à quodam drachmis aureis quadraginta, pinnis laterum etiam naues ab eo ſubuerti. Idem puto eſt piſcis cum eo quem ego altero loco pictum exhibui, in quo oris figuram rectiùs expreſſam deſidero.

## VSVS VARIVS.

*Caro qualis.* TOtus piſcis ferini odoris eſt, inſuauiſſimuſque. Carnem habet Centrinæ inſtar, piſcium omnium duriſſimam, vt quæ neruea potiùs quàm carnea, vt diximus, præſeferat ſubſtantiam, & propterea coctu difficillima, peſſimique ſucci eſt. *Iecur.* Attamen ipſius iecur tenerum eſt, idemque haud inſipidum. Id frictum atque mali aurantij ſucco pipereque aſperſum, à pleriſque teſtante Saluiano, expeti ſolet. *Pinguedo.* Pinguedo verò ad lucernas valet, ſed hoc habet incommodi (inquit Rondeletius) quod piſculentum fœtorem redolet, veluti Balenę adeps. Eandem pinguedinem ad dolorem articulorũ & neruorum contractionem ſiue rigorem valere experti ſumus. Cum farina frumenti, abſceſſibus impoſita ſuppurationem promouet. Tumoribus duris hepatis, vel aliarum partium mol-liendis confert, ſtyrace addita. *Dentes.* Dentes vſti ſpodij vice eſſe poſſunt.

DE

A

# DE CARTILAGINEIS PLANIS. ET PRIMVM DE TORPEDINE. Cap. XLV.

## ORDO. SYNONYMA. ETYMVM.

B EXpedita cartilagineorum longorum, monſtruoſorumq; hiſtoria; plani ſequuntur, cartilaginei videlicet, nam de ſpineis dictum eſt aliàs. Inter illos Torpedo recta ratione primum locum obtinebit. Præ cæteris enim, ſola excepta Paſtinaca, meliori ſalubrioriq; carne prædita eſt. Et licet tarda ſit, & viribus infirmis, natura tarditatem, viriumq; debilitatem miro aſtu compenſauit, vt in procedenti hiſtoria declarabitur. *Cur à Torpedine exordium.* Nomen inuenit à facultate, ſiue (vt Varro ait) à vi quadam, qua cùm piſcium quos captat, tùm piſcantium membra torpida, immobiliaq; reddit. *Cur ſic dicta.* Vnde eſt quod Torpedo ſimiliter apud Latinos, ac apud Græcos νάρκη (quo nomine apud hos audit,) accipiatur pro pigritia, torpore, atque ſtupore. A νάρκη fit, νάρκωσις, ſiue νάρκησις, hinc ναρκωτικὰ pharmaca, quæ ſtupefaciendi vim habent: quo modo Alberto hoc genus piſcis Stupefactor appellatur, aliiſq; nonnullis mixobarbaris Stupor, Stupefacio & Stupeſcor, vt Auicennæ interpreti. *Stupefactor* Inuenitur & apud alios Torpigo, & Terpigo. Athen. author eſt ſoli Menandro νάρκαν per α pro νάρκην dici: ipſe tamen mox ex Diphilo hæc recitat: μὴ πᾶν τὸ ζῷον νάρκαν ἐμπτύειν· μίρος δὲ τι αὐτῆς: & apud [a] Trallianum quoq; νάρκαν legimus. Syluaticus Narcon habet, corruptè pro Narce aut Narca. Cùm itaque tam apud Latinos, quàm apud Græcos piſcis ipſe, affectioq; quam inducit, eodem nomine veniant, Plato, Dioſcorides, nonnullique alij, piſcem diſcernendi cauſa νάρκην θαλαττίαν, id eſt Torpedinem marinam nominârunt, niſi ſic, vel à fluuiatili Torpedine diſtinxiſſe velimus. Alio nomine recentioribus Græcis vſitato Τυρπαινα vocatur, quod nomen à latino deflexum eſſe Geſnerus conijcit, id quod ex nominis (inquit) ſimilitudine, tùm remedij ad podagras, affirmare non vereor. *Torpæna.* Hermolaus cùm de Torpedine dixiſſet, ſubdit: Eſt C & Torpæna piſcis marinus, à quo cerati quoddam genus ad duritias emolliendas appellatum eſt à medicis, vt eſt apud Paulum Aeginetam, tanquam à Torpedine diuerſum eſſe ſentiens. Diuerſum etiam Maſſarius arbitratus eſt. Cæterùm ceratum non fit ad emolliendas duritias, ſed ad podagræ dolores mirabiliter leniendos. Vulgus Græcorum nunc teſte Bellonio Margotirem vocat, fortè Narcotirem dicere voluit. *Margotir.* Iorath obſcurus author Rahas vocat, nomine, vt apparet, Arabico, nam & Syluaticus Rahadar dicit, alij ex Auicenna legunt Rahadat, Geſnero verò magis placet, vt cùm articulo Alrahade vt Bellunenſis habet, vel Rahade ſcribatur. Harada Hebræis ſtuporem ſignificat, vt docet author lexici trilinguis, à verbo harad vel charad, quod eſt ſtupuit, horruit. Interpres Serapionis Thead interpretatur Torpedinem. Venetis ab eadem affectione vulgò Tremulo vocari Matthiolus tradit apud Dioſcoridem, ſiquidem membro ſtupefacto, ſubinde tremorem incutit. *Tremulo.* Liguribus quidem Tremorizam dici inde certum eſt, Venetis verò Sgramſum dici teſtantur Bellonius & Iouius, qui hoc nomine torpeſcentis membri affectum indicari tradit, cùm ſit ſgramſus ſiue gramſus conuulſionis ſpaſmivè potiùs ſpecies, nobis ſaltem Bononienſibus: à torpeſcente tamen affectu ſic Venetis vocari non dubito, quo ſenſu item Burdigalis in Gallia Tremble teſte Bellonio, cæteris Gallis Torpille, Hiſpanis Tremielga, & Maſſilienſibus Dormilouſe appellatur, vt Rondelet. teſtatur. *Tremorizam.* *Sgramſus.* pedem enim D torpidum ſiue ſtupefactum endormi (inquit) dicimus. Romanis verò cur Battipotam & Foteriſiam (ita ipſis vocari Iouius & Matthiolus tradunt) obſcœnis appelletur nominibus, non reperio. An ideo membro inſatiabili mulierum allidendum innuant priori vocabulo, vt inducendo torpedinem, deſiderium ſatiet? Foteriſia verò vel potius Foteria dici etiam fortaſſis potuerit, quaſi vilis piſcis & contemptus. Frequentiùs verò Oculatellam teſte Iouio, ſiue (vt Saluianus ait) Ochiatellam vocant: cæterùm hoc nomen peculiari tantùm Torpedinis ſpeciei conuenit: vt ſubinde patebit. *Ochiatella.*

[a] *Lib. 11.*

GENVS.

# GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA. DESCRIPTIO.

E

ATHenæus authoritate Ariſtotelis (ne quis temerè quid nos ſtatuiſſe arguat) Torpedinem ex cartilagineis eſſe ait, ijs autem quæ catulos, non oua parturiunt. Verùm addendum erat, ex planis; quod idem [a] Ariſtot. & ex eo [b] Plinius ſcripſerunt. Iam qui piſcis ex planis reuera Torpedo ſit, ex notis quas de ea veteres reliquerunt, peti debet. Inter quas ceu præcipua eſt, peculiaris & cum nullo alio cõmunis narcotica ſiue ſtupefaciens facultas. At hæc non ſufficit. Inuenio enim Torpedinem ab alijs ſpinoſam, ab alijs planè læuem deſcribi. Ex recentioribus Hieronymus [c] Cardanus Torpedinem aculeatam facit his verbis: Solo tactu omnia congelat. Vis in alis quæ etiam aculeis munitæ ſunt. Quod ſi quis Cardano Torpedinem omnino ignotam fuiſſe dixerit, vti reuera fuit, vtpotè qui Echino ſimilem eſſe dicit: vnde meritò cùm ob hoc, tùm ob alia abſurdiora Scaliger hominem ridiculum expoſuit: nondum tamen controuerſia tollitur: nam & antiquis ſpinoſa videtur Torpedo, ac in primis [d] Ariſtoteli dicenti: *Cauda verò ipſa non omnibus ſimilis eſt, ſed cùm ceteris non cuariet, planorum nonnullis ſpina conſtat & longa eſt. Incrementum enim eius partis ad piſcis latitudinem tranſit, vt in Torpedine, Paſtinaca, & ſi quid aliud huiuſmodi cartilagineum eſt. Horum igitur cauda ſpinoſa & longa eſt.* Quibus verbis diſertiſſimè ſpinoſam facit Torpedinem. Sed locum corruptum eſſe, ſequentia declarant. *Quorundam carnoſa quidem* (cauda) *ſed brevis, eadem cauſa qua & Torpedini: nihil enim refert, brevis carnoſaq; ſit, an longa, an rigidior: ideo natura quantum corpulentiæ priori ademerat, tantum poſteriori & caudæ addidit.* Senſus itaq; verborum Philoſophi eſt, duplicem eſſe caudæ diuerſitatem in cartilagineis planis, vnam longam & ſpinoſam, qualis Paſtinacę ſimilibuſq. alijs, alteram breuem & carnoſam, quæ differat in Torpedine & Rana, quòd hæc cùm natura anteriorem latitudinem corporis ademerit, vel ſaltem diminuerit, Torpedine craſſiorem carnoſioremq; obtinuerit: Torpedo tenuiorem macilentioremq;, quia latitudine corporis cum longicaudis, vt ſic dicam, conueniat. Quamobrem priori loco Torpedo eximenda eſt. Quid enim attinebat, iterum ſolam nominare Torpedinem? Læuem autem piſcem veteribus eſſe quidam apud Atheuæum elegantiſſimè indicat, inquiens: *Torpedinem emi, cogitans quòd mulier* (apparatura ad cibum) *teneris eam digitis tractans, nihil ab vllis ſpinis ladi poſſet.* Differt modò Torpedo loco. Pręter marinam enim fluuiatilis etiam eſt, quam Athenæus & Strabo in Nilo degere tradunt: de qua nec hîc quicquam, nec alibi velim expectes, cùm ſit marinæ vndiquaq; ſimilis. Marinæ vnumné genus veteres duntaxat, an plura agnouerint, non ſatis conſtat. Reperio tamen nigram Torpedinem priuatim ad dolorem capitis commendari, vt aliam à communi quæ ſubruffa eſt, ad rubricæ fabrilis quam vulgò pro terra Armenia vendunt, colorem accedens, vt Rondeletius annotauit. Non plures tamen quàm vnam depinxit Saluianus; Bellonius noſq; duas, Rondeletius quatuor, tres maculis varias, vnam ſine maculis, quam quartam facit, primæq; & ſecundæ concolorem eſſe ſcribit: priores verò etiam tres, quia ſolis duntaxit maculis, non autem viribus & corporis ſpecie differant, eodem capite perſtringit ac concludit. Apparetq; eaſdem Saluiano etiam non fuiſſe incognitas. Inquit enim in nonnullis (etſi veterum nemo id annotauerit vnquam) quinas maculas rotundas, nigricantes, oculoſque egregiè repræſentantes & pẽtagoni figura collocatas, in alijs verò alias minores ſed plures, albicantes, & nullo ordine digeſtas, depingi: in reliquis verò ſubflauum dorſum his omnibus maculis carere. Bellonius ſuam priorem Torpedinem, ſimpliciter Torpedinem vocat, cùm alioqui admodum maculoſa ſit, videturque eadem cum ea quam tertio loco exhibet Rondeletius, & quam magis variam eſſe ſcribit. (Habet enim maculas diuerſarum figurarum, huc & illuc, & ſine ordine ſparſas). Alteram cognomento oculatam, fallique mirum in modum eos retur, qui Plinium reprehendunt, quòd Torpedinis id genus, quod in tergore ſex atque interdum ſeptem (Saluianus in ſua icone quinque tantum huiuſmodi maculas pingit ceu per angulos pẽtagoni digeſtas: & Rondeletius ſimiliter in duabus ſuis prioribus,) aut eò minus, maculas, quoſdam quaſi oculos referentes gerat, Oculatam appellauit: atque id cognomen ad Melanurum potius referendum eſſe autumant. Sin verò ab oculorum pulchritudine, & magnitudine Melanurus Oculati apud Latinos nomen acceperit, nihil vetare ait, quò minus à multorum oculorum ſpecie, Torpedinis hoc genus etiam Oculatam appellemus, cùm ipſa dictio oculorum multitudinem potiùs quàm magnitudinem ſonet, quanquam etiam vtrumque (inquit) ſignificare poſſit. Ac quantum illi cenſores paulò (vt mihi videtur) rigidiores fallantur, ipſum vulgus Romanum ſatis indicat, à quo adhuc hodiè Occhiatella dicitur. Omnium corpus ſi caudam exceperis, orbiculare eſſe [e] Ariſtoteles innuit his verbis: Duas iuxta caudam pinnas habet, pro reliquis latitudine vtitur, & vtroq; ſui corporis ſemicirculo quaſi geminis pinnis natat. Capitis nullum ferè in hiſce

piſcibus

[a] *Lib. 5. Hiſt. cap. 5.*
[b] *Li. 9. c. 24.*
[c] *L. 7. de variet. rer. c. 37*
[d] *Lib. 4. de Part. c. 13.*
[e] *Li. 4. Part. cap. 13.*

*An ſpinoſa.*
*Læuem eſſe.*
*D. Hieronymus à loco.*
*Torpedo nigra.*
*Torpedo Oculata.*
*Forma.*
*Caput.*

Torpedo Saluiani maculoſa.



Torpedo non maculosa.



A piſcibus videas veſtigium. In ſuperiore tamen parte, anterius oculos habent exiguos & ſubinde retro eos foramina duo, ipſis oculis grandiora ſemper patula, & in palatum peruia. Os verò eſt in ſupina parte, paruum, dentibus quidem munitum ſed minutis, vt propterea Mneſimachus apud Athenæum piſcibus καρχάρος, id eſt, ſerratos dentes habentibus Torpedines annumerarit. Cerebro item non caret, nam ex hoc remedia quædam etiam præſcribuntur. Ante os bina alia ſunt foramina olfactum deferentia. Lingua prorſus caret. Branchiæ in medio ſunt corpore, quia ob corporis tenuitatem ad latera, vt in Galeis & Squatina collocari non poterant. Sunt autem vtrimq; quinæ & detectæ, quarum orificia parua ſunt, ſemicircularia, tenuiq; quadam cuticula ferè contecta. Podex in caudæ exortu eſt. Poſterior corporis pars in carnoſam & breuem caudam, & latiuſculam degenerat, vt ex Ariſtotele oſtendimus: quo authore duas iuxta caudam pinnas gerit, vtrimque ſcilicet iuxta caudæ exortum vnam, craſſiuſculam & ſemicircularem. In medio verò ſuperioris partis caudæ aliæ duæ eriguntur pinnæ, vna ſuperior & maior: altera inferior & minor. Partes quæ ad caudam ſunt, teſte Galeno, medijs partibus ſunt corpulentiores: nam partes mediæ videntur in ſeipſis habere velut cartilaginem quandam tabidam. Molli & lubrica cute teguntur. Venter ſubalbidus eſt, dorſum verò ſubflauum, ad rubricæ fabrilis colorem accedens, illi ſalem quam Romanis Oculatam diximus appellari. Magnum & carnoſum habet ventriculum inteſtinum verò breue & amplum. hepar pallidum

B in duos lobos diuiſum. Fellis veſica quæ pro piſcis mole ſatis magna eſt, hepati commiſſa eſt: dextro enim lobo annexa cùm ſit, in ſiniſtrum quoque meatus ſiue venulas quaſdam immittit. Lien paruus eſt, & ſubrubens. Vterus oblongus & bifidus. Haud multum excreſcunt: authorq; eſt Saluianus, ſeſe nunquam obſeruaſſe quæ ſenas libras excederent, etſi [f] Ariſtoteles & [g] Plinius grandem Torpedinem viſam eſſe referant, quæ fœtus intra ſe circiter octoginta haberet.

*Os.*
*Dentes.*
*Cerebrum*
*Branchiæ.*
*Cauda.*
*Pinnæ.*
*Cutis.*
*Color.*
*Partes interna.*
*Magnitudo*
[f] *L. 6. Hiſt. cap. 10.*
[g] *L. 9. c. 5.*

## LOCVS. PARTVS.

FAllitur Saluianus, exiſtimans ſolùm Athenæum ſcripſiſſe, Torpedinem etiam fluuiatilem eſſe. Non enim hoc dicere voluit Athenæus, ſed dari aliam quoq; ſpeciem, Nili incolam, quod videlicet præter ipſum Strabo quoq; teſtatur, & poſt vtrumq; Aetius fluuiatilis Torpedinis quoque meminit, quamobrem vna cum Rondeletio in marinam & fluuiatilem modò diſtinguebamus. Marina autem fluuios nunquam ſubit, in cœnoſis maris locis ſemper degens, cum alijs quibuſdam, quos hic ordine recitat [a] Oppianus:

C

*Aſt alij cæno turpi, fœdaque palude* — *Paſcuntur Ratidesque, Beum genus vſque proteruum*
*Difficilis Trygon, Torpedo nomine vere,* — *Et Claria, Pſetta, Scepani, Triglis, Aſellus,*
*Atque Lacertorum gentes quæ putrida paſcunt* — *Inter cœnoſas volucres corpora ſordes.*

[a] *Lib. 1.*

Parit autu no circa æquinoctium, vt [b] Ariſtoteles & [c] Plinius teſtantur, reliquorum cartilagineorum more, oua autem præmollia, in alium vteri locum transferens atque ibi excludens, vnde catulos parit, vt Athenæus ex eodem Ariſtotele tradit, eoſdemque admodum numeroſos, nam ex Ariſt. habemus inuentam fuiſſe Torpedinem quæ octogenos haberet.

*Quando pariat.*
[b] *De Hiſt. c. 12. & 6. Hiſt. c. 11.*
[c] *L. 9. c. 51.*

## NATVRA. MORES.

AElianus [a] & Athenæus authoritate Theophraſti in libro de Latentibus, Torpedinem hyeme propter frigus in terra ſe abdere tradunt. Natat latitudine ſua & vtroque corporis ſui ſemicirculo quaſi geminis pinnis, vt ex [b] Ariſtotele dictum eſt: vnde eſt quod pigram eſſe alicubi inquiat: item & [c] Oppianus his verbis:

D

*Hæc grauis & mollis, ſunt nullo in corpore pigro* — *Vires, & nimium premitur grauitate, natantem*
*Non credas, liquidis ita clam ſubrepit in vndis.* — Et paulò pòſt.
*Hæc celeri properat quamuis tardiſſima greſſu.*

[a] *L. 12. c. 5.*
*Natatus.*
[b] *Lib. 4. de part. cap. 13*
[c] *L. 9. Hiſt. cap 4.*

Quamobrem cùm Natura carniuoram eam fecerit, & ex raptu viuere voluerit, omnino ipſi fuiſſet noxia, niſi cùm ob tarditatem piſces aſſequi non poſſet, corporis defectum aſtu compenſaſſet: quare, vt eiuſdem Oppiani verbis vtar:

*Cui deſunt vires, cui deſunt ſpicula, magnum* — *Ingenium natura dedit: ſe fraude tuetur*
*Atque dolis, magnum piſcem fortemque trucidat:* — *Turpe veneficium tenero ſub corpore ſentit*
*Natura Torpedo datum proprium quoque membris.*

Et vt Plinius ait, *Nouit Torpedo vim ſuam*. Turpe veneficium vocat poeta ipſam ſtupefactionem ſiue torporem, vti vocauit M. Tullius [d] inquiens: *Atramenti effuſione Sepia, Torpore Torpedines ſe tutantur*, vnde nimirum ipſi nomen eſſe diximus, & pulchrè docet Claudianus dum canit:

*Quis non edomitam miretur Torpedinis arsem* — *Audit & emeritas ſignatas nomine vires.*

[d] *Lib. 2. de nat. Deor.*

Aſtum

[a] *L. 9. Hiſt. cap. 37.* Aſtum notauit præ cæteris [c] Ariſtoteles (ne quis fabulã eſſe ſuſpicetur) Abdere ſe in arena (inquiẽs) E
& limo, tum piſces qui adnatantes obtorpuerint, corripere, idque pleroſque à ſe conſpectum ſibi retuliſſe. Dixerat autem Torpedinem quos appetit, afficere ea ipſa quam in ſuo corpore continet, facultate torpẽdi, atque ita retardatos præ ſtupore, capere & veſci. Meminit item [f] Plinius, aitq; ipſam
[f] *L. 9. c. 42.* non torpentem, merſam in limo ſe occultare, piſcium qui ſecuri ſupernatantes obtorpuere, corripere: ſed nemo diſertiùs Oppiano:

*Dona deum & proprios membris cognoſcit honores,*
*Immota exanimi ſimilas, cui piſcis inharet*
*Hæc celeri properat, quamuis tardiſſima greſſu:*
*Oſtendit tactu virus, curſumque moratur*
*Atq; fuga immemores ſenſ, immemoreſque viarũ.*
*Et velut obſcuris terrent ſimulacra figuris*
*Cor ſalit, & fruſtra tentant contendere curſu*
*Impediunt viſu pauidos, ſomnoq; grauatos,*
*Perrecta in plana diſtendit corpus arena,*
*Oppreſſus torpore grani, ſomnoque ſolutus,*
*Semineces lacerat piſces, & ſæpe natantes*
*Perculſi torpore grani, victique rigore*
*Hæc manet, auxilio caſſos opibuſque trucidat.*
*In ſomnis homines, quatiuntur membra pauore,*
*Et fruſtrà properare fugam, nam vincula dura*
*Tales Torpedo meditatur piſcibus artes.*

*Mugilem capit.* Vti autem hoc aſtu Torpedinem, Ariſtoteles & Plinius ex eo cognoſci ſcribunt, quòd ipſa cùm ſit omnium piſcium tardiſſima, Mugilem omnium velociſſimum in ventre habens ſæpe capiatur. At verò F
non ſolùm contactu ſuo inficit, ſed etiam eminus & à longè per aliquam rem, verbi cauſa per ligna & fuſcinas, vt ſcribit Theophraſtus in libro de ijs, quæ morſu vel ictu venenum infundunt, citante
[g] *Lib. 6 de loc. aff.* Athenæo, ita vt manus tenentium obſtupeſcant. Idem & [g] Galenus teſtatur, ea potentia Torpedinem inquiens præditam eſſe, vt ſi fuſcina attingatur à piſcatore, tranſmiſſa qualitate per haſtam ad manum, eam repentè obſtupefaciat: item Plinius his verbis: *Torpedo etiam procul & è longinquo, vel ſi haſta virgaue attingatur, quamuis prænalides lacertos, torpidos, & quamlibet ad curſum veloces pedes, aligatos reddit.* [h] Aelianus verò, cùm dixiſſet, manum hominis, qui Torpedinem contigerit, torpore
[h] *L. 9. c. 14* affici, dùm etiamnum puer eſset, à matre ſua frequenter audiuiſſe, addit, ſe præterea à viris peritis accepiſſe, illum qui rete in quo fuerit capta, attigerit, omnino paſsurũ torporem: item ſi quis eam viuam in vas impoſuerit, & marinam aquam infuderit, ſiquidem grauida fuerit, parituram ſuo tempore: eam deinde aquam ſi ex vaſe in hominis aut manum aut pedem infuderit, membra hæc non dubitanter obtorpeſcere. Inſici autem veneno eius aquam, idque piſci non ignotum eſſe, eaque inſidiantes ſibi
[i] *Lib. vtra animal. &c.* piſces capere teſtatur Plutarchus his verbis: [i] *Torpedo quam vim habet, nemo neſcit, nempe qua non ſolùm tangentes alligat, ſed per ipſum etiam rete, obſtupefacientem grauedinem piſcatorum manibus inducit. At narrant quidam periclitati ſæpe, ſi quis cùm vina elabitur ſupernè, interea manibus agitet aquam, vim ad* G
*manus remeantem & tactum obſtupefacientem penetrare, aqua prius omni, vt videtur, mutata infectaq;.*
*Vt in diatorem vincat.* *Hanc igitur vim ſuam quoniã exploratam habet, certamen quidem cum nullo ſuſcipit, nec periculum adit: inſidiatorem verò circumiens, & tanquam ſpicula vim iſtam ſuam tacitè interim mittens, primùm aquas, mox ipſum per aquas animal inficit, ſic vt iam nec tueri ſe, nec fugere poſſit, ceu vinculis conſtrictum alligatumque.* Minorem tamen vim aquæ imprimere quàm durioni alicui rei arbitratur Pierius Valerianus, inquiens: Vehemens hoc Torpedinis virus inſuperabili frigore præditum, vbi duriorem aliquam materiam nactum fuerit, quippe vel vimen vel funem, illi pertinaciùs & copioſius adhæreſcere, circumfuſumque aëra faciliùs contaminare, atque ita prorepere, non ſecus ac flamma ipſa per incenſum filum vehementiùs tranſineat, quàm ſi cum torre iactetur. Cæterùm ſi piſcatorum manus eius contactu ſic obſtupeſcant, quomodo torpidis manibus capi poteſt? An mortua tantùm capitur? Secus indicat Galenus qui viua vtitur ad intenſos capitis dolores pro medicamento narcotico: *Torpedinem* (inquit) *capitis dolores ſanare, capiti admotam, ſedemque euerſam coercere, à quibuſdam eſt proditum. Verùm ego cùm vtrumque eſſem expertus, neutrum verum comperi. Eam igitur cùm cogitaſſem viuam eſſe applicandam, cui caput doleret, (poſſe enim fieri, vt hoc medicamen anodynon ſit ac dolore liberet, ſimiliter alijs quæ ſenſum ſtupefaciunt) ita habere comperi: putoque eum qui primus eſt vſus, vali quapiam motũ ratione, experiri aggreſſum.* Idem ex eo tranſcribentes Paulus & Aetius, ita etiam ſenſiſſe credendum. Ex quibus duo diſcimus, & viuæ tantùm eam vim ineſse, (quod item ex Aeliano paulo antè oſtendebamus) & eandem tam magnam non eſſe, vt præcitati authores innuere videntur. Sum-
*Vim ſtupefaciendi parum eſſe.* ma enim ſi ea eſſet, nec capi poſſet, nec medicamentum fieret: torpidos enim omnes efficeret & immobiles. Exiguam autem eſſe, ex proprio periculo ſic ſcribit Pet. Gillius: Huius piſcis torporem meæ manus tactione periclitatus ſum: ſed haud quaquam mihi manus tantoperè obtorpuit, quàm ſcriptores decantant. Torpor non modò læthalis non eſt, ſed non ita multò pòſt euaneſcit. Id etiam
*Remora & Torpedinis virium differentia.* eleganter, vt omnia oſtendit Scaliger pater, Remoræ vim à Torpedinis vi diſtinguens. *Remora* (inquit) *tollit motum, Torpedo non tollit, ſed depranat. Non enim quieſcit piſcatoris, ſed tremit manus, vnde Tremulam vocant Iſiri.* Vt falli omnino dicendum ſit Albertum, qui tantam huic piſci vim ſtupefaciendi tribuit, vt hoc veneno & viuus & mortuus hominem interimat. Hic quicunque modò eſt torpor, à cęci quadam & occulta potiùs quàm manifeſta qualitate proficiſcitur, vt ratione, & probatiſſimorum au-

thorum

A thorum authoritate comprobari poteſt. Cùm namq; viua ea facultate polleat; mortua verò eádem deſtituatur, clariſsima ratione intelligitur (inquit Saluianus) eam ſtupefaciendi vim non à manifeſta qualitate, frigiditate ſcilicet, quæ multò maior in mortua (extincto natiuo calore) dubio procul reperitur; ſed à cœca & nobis incognita (cuius viuens ſolùm particeps eſt) emanare. Quod Galeni quoq; confirmatur teſtimonio, qui cùm torporis cauſas enumerans, inquiat: *Torpor verò qui ex tam motus quàm ſenſus difficultate eſt compoſitus, in toto corpore & maximè in artibus manifeſtè videtur à frigore & compreſsione nerueſorum corporum, incidere. Ad hæc etiam à Torpedinis marinæ contactu:* Si Torpedinem frigiditate ſolùm ſua torporem inferre arbitratus eſſet; cùm primo loco, torporis cauſam, frigiditatem poſuerit: fruſtrà rurſus tertio loco, ac ceu tertiam cauſam ipſius torporis, Torpedinis contactum ſtatuëret. Diſertè verò aliàs in libro de vſu reſpirationis, occultam qualitatem facit, qua Torpedo ſtupefacit. Auerroës cæteriq; philoſophi ea quoq; qualitate manus adhærere exiſtimarunt, qua ferrum à magnete lapide pertrahitur. Idem Simocatus ſcribit, & addit, quoniam aër medius ἐντατὸς, δίπχὺς, διαφανὴς & ἴσοπυος eſt, idq; dei conſilio, vt per aerem terra cœleſtibus iungeretur. Plinius item de Echineide locutus ſubdit: *Quis ab hoc tenendi naufragia exemplo de vlla potentia naturæ aſq; effectu, in remedijs ſponte naſcentium rerum dubitet? Quin & ſine hoc exemplo per ſe ſatis eſ-*

B *ſet ex eodem mari Torpedo, etiam procul & è longinquo, vel ſi haſta virgaue attingatur, quamuis prænalidas lacertos torpeſcere, quamlibet ad curſum veloces alligari pedes. Quodſi neceſſe habeamus fateri hoc exemplo eſſe vim aliquam, quæ odore tantùm & quadam aura ſui corporis afficiat membra, quid non de remediorum omnium momentis ſperandum eſt?* Iam verò videndum totiné piſci, an alicui parti peculiariter hæc occulta uis inſit? In eo enim diſſentire authores inuenio. Diphilus Laodiceus in libro de theriacis Nicandri recitante Athenæo, non totum hoc animal, ſed partem eius quandam torpefacere ſcribit, ſed quænam ea ſit, non exprimit. Nominat eam Oppianus his verſibus: *An ſit in toto piſce vis ſit ſtupefactoria.*

*At dum ſe tollunt diſtenta per ilia rami* *Qui frondem pro robore habent, piſcemq; tuentur*
*Quos ſi quis tractat, perdit per membra vigorem,* *Sanguine concreto, rigidos nec commouet artus,*
*Soluuntur ſubito contracto in corpore vires.*

Cardanus verò ex recentioribus vim in alis eſſe voluit. Verùm cùm hi rami ſiue radij (vt magis Græca vox ſignificare videtur, κεραίδες enim ab eo vocantur) nulli in Torpedine appareant (niſi ſemicircularia eius latera, κεραίδας, id eſt, radios vel ramos vt vertit interpres, ab ipſo impropriè admodum appellari credamus,) cumq; reliqui ſcriptores omnes (vt qui nunquam alicui tantùm piſcis parti vim eam ineſſe notauerint) totùm piſcem torporem inferre arbitrari videantur: nos quoq; (inquit Saluia-

C nus) non aliquam tantùm partem, ſed ipſam Torpedinem totam torpefaciendi vi præditam eſſe, cenſemus: & reuera vis illa torporans à toto piſcis corpore emanare videtur, nam vel felli, quæ pars calidiſsima in animalibus eſſe ſolet, facultatem eandem ineſſe ex eo conijcimus, quod Plinius ſcribit, fel viuæ Torpedinis, genitalibus illitum, Venerem inhibere. *Fellis vſus.*

# CAPIENDI RATIO.

CApiuntur piſces (inquit [a] Aelianus) etiam ſine naſsis hoc modo: Sinus maris multi deſinunt in paludes quaſdam, quæ quidem vadoſæ ſunt. Ad hæc loca periti piſcatores, eo tempore cùm à procellis & tempeſtatibus conquieſcunt, multos mortales adducunt, eosq; iubent inambulare, & arenam earenus proterere & conculcare, quoad ex vehementi pedum impreſsione bene alta veſtigia faciant. Quod ſi necipſa veſtigia concidens arena confundat, neq; ventorum perturbatione aqua concitetur, non longo interuallo eò ingreſsi in veſtigijs impreſsis planos piſces conſopitos, Pſettas, Rhombos, Struthos, Torpedines & plerosq; alios iſtiuſmodi capiunt. Quam ca-

D piendi rationem hîc repetij, vt abſq; manuum ſtupefactione piſcator Torpedines capere noſcat: alioqui enim retibus capi ex allatis de ſtupefactoria vi ſatis clarum eſt. [a] *L. 14. c. 3.*

# HIEROGLYPHICA.

ORus Apollo [a] Aegyptios tradit quando hominem, qui multos in mari ſeruaſſet, ſignificare vellét, Torpedinem piſcem pinxiſſe. Hæc enim (inquit) vbi piſces multos viderit, qui natare non poſsint, ad ſe trahit, ac eos ſeruat: contra nimirum aliorum omnium authorum authoritatem, qui vno omnes ore ipſam piſciculis inſidiari ſcribunt, & torpore affectos; ita vt natare non poſſint, deuorare, niſi de proprio fœtu intelligere Orum arbitremur, quem vt diximus, numeroſum & viuum parit, & in metu intra ſe recipit. Quin etiam inquit Pierius Valerianus vnà cum piſcibus alijs in verriculo deprehenſa, vt ipſi Aegyptij tradidere, omnes plerumq; ſoſpitat (per accidens nimirum) *Alios piſces liberat.*

[a] *L. 2. Hier.*

cùm ne vis quidem hominum innumera poſsit verriculum educere, manibus & pedibus penitus ob- E
torpeſcentibus veneno, quod effundit per retia dilapſo &c. Si quando tamen piſcibus alijs obuolutæ extrahuntur è mari, torporem experti ſunt multi, quàm primùm piſcem virga tangere voluerint: quare in Anconitano mari maximè cauent, ne rete in altum iaciant, piſcatoribus ea incommoda ſæpe ſubeuntibus. Quæ quidem vis torporem infundendi non attingentibus modò, verùm etiam è lon-
*Ignaui typus.* ginquo, argumentum dedit, vt hominem ignauia egregiè præditum, per Hieroglyphicum eius indicari commodiſsimè poſſe pleriq; dicerent. Hæc ille. Poterit item piſcis iſte pictus accommodari pro eo qui apertoné an clandeſtino Marte pugnet, non curat, dummodo potiatur victoria, quod his verbis indicat etiam Marcellus Virgilius: Ignaui ingenij piſcis & qui quam alij manifeſtam & genero-
*Dolofi typus* ſam venationem faciunt, clandeſtinis dolis & quaſi veneno quodam hæc ſibi acquirat; quaſi Maronis illud ad vitam magis laudauerit,

—— *Dolus an virtus quis in hoſte requirat?*

Poterit præterea ſymbolum Hieroglyphicum eſſe hominis qui in diſputationibus & congreſsionibus
*Arguti.* ſit acerrimus, quiq; difficilibus & argutis argumentis hoſtem irretit; quo nimirum ſenſu Menon Socratem apud Platonem Torpedini aſsimilem eſſe dicebat, quòd eos quibuſcum diſputaret, ita argumentationibus irretiret, vt tanquam ſtupidi facti, nihil omnino reſiſtere poſſent. Et videris mihi, F
(inquit) ſi quid te cauillis perſtringere licet, tum ſpecie, tum alijs huic latæ marinæ Torpedini ſimilis
*Narciſſus.* eſſe &c. Alias torporis ignauiæq; typus eſt, ſicuti & narciſſus flos, à Narce ideſt Torpedine dictus,
[b] *L. 3. Sym poſ.* quòd videlicet ſuo odore torporem veternumué inducat, vt meminit [b] Plutarchus, vnde furijs infernalibus è narciſſo coronam attribuebant teſte Euſtathio & Sophocles narciſſum vocauit magnorum deorum ſubterraneorum coronamentum, quoniam hi torpeant, vt mortui. Symboli deniq; aut prouerbij locum habere poterit hoc Varini ex Euſtathio, *νάρκη μαλθακὴ μὲν ἁπτὰ θιγεῖν, ναρκᾷν δὲ τὸ πελάσαι ποιεῖ*, id eſt, Torpedo mollis quidem ad tactum eſt, appropinquantem ſeu potiùs contingentem torpore afficit. Poterit enim ad voluptatis animum effæminantis & ratione ceu ſenſu motuq; priuantis symbolum trahi.

# VSVS IN CIBIS.

[a] *L. 3. Alim. Carnis qualitas.* TOrpedo & Paſtinaca (inquit [a] Galenus) *inter cartilaginea, carnem habent mollem & iucundam & mediocriter per ventrem ſubeuntem, nec concoctu difficilem. Nutriunt item mediocriter, cæu alia etiam omnia quæ carne molli ſunt prædita.* Et rurſus alibi ſolam inter cartilaginea laudari ait, poſſeq; nonnunquam ſaxatilium vice fungi. Alibi deniq; ſolam ex cartilagineis Torpedinem epilepticis conuenire ſcribit. [b] Plato quoq; apud Athenæum Torpedinem cibum ait eſſe gratum. Ab Epicharmo cum alijs cibis lautis cenſetur in nuptijs Iunonis, & *νάρκιον* ideſt, Torpeduncula ſeu parua Torpedo nominatur in conuiuio, quod Philoxenus Cythereus deſcribit, quaſi parua præ-
*Quando melior.* ſtet adultiori, quod & Diphilus teſtatus eſt; & *νάρκη πνιγὴ* id eſt ſtrangulata aut ſuffocata memoratur ab Antiphone inter alias lautitias, ac ſi ita palato gratior euadat. Hiceſius item exiguum quidem ab ea in cibo ſuccum præberi ait: at cartilagineum quiddam habere, quod ſtomacho valdè gratum ſit. At verò Diphilus concoctu vult eſſe difficilem, præter eas partes quæ circa caput ſunt; quæ (inquit)
*Quæ partes in ea meliores.* teneræ ſunt, ſtomacho gratæ, & concoctu faciles; aliæ verò minimè. Quod verum eſſe, nos etiã experiri, idq; Galeno minimè aduerſari arbitratur Saluianus, quippe qui (Galenus) dum huius piſcis partes medias, cartilagines & molles; inferiores verò & caudæ proximas magis carnoſas eſſe teſtatur; illas teneriores concoctuq; faciliores: has verò duriores, coctuq; contumaciores innuit. Iecoris eius
*Iecur.* nulla deniq; teneritas præfertur teſte [c] Plinio. Nihilominus Rondeletius eos rectiùs iudicaſſe putat,
[c] *L. 9. c. 42.* qui Torpedinem in cibo damnarunt, cùm alioqui, qui ex toto eam à menſa reijciat, adducat neminem: miraturq; Galenum, quòd tanti eam fecerit, cùm ſit (inquit) mali ſucci, inſuauisq;, humida, molli, fungoſaq; carne, adeo vt à noſtris reijciatur, quòd ſi quando edatur, abiectis capite partibusq; quæ circa caput & branchias ſunt, allijs cæpisq; condita editur. Et Venetijs, ne in foro piſcario vendatur, authoritate præfecti ſanitatis cautum eſt. Ego quidem Torpedinis eſum non laudauerim; Venetijs tamen, Genuæ, Maſsiliæ, atq; vbiq; gentium edi Gillius teſtatur, à plebe fortè ac tenuioris for-
*Apparatus.* tunæ hominibus, ſicuti & Iouius ait. Quod ad apparatus modum attinet, Diphilus ſimpliciter elixas laudat; Archeſtratus verò in oleo & vino, cum beneolentibus herbis & modico caſeo trito incoquendam eſſe inquit. Si pro attenuante medicamento ea vti velimus, Galenus cum beta trita aut albo iure, porrum prolixius miſcendo & piperis portiunculam, parandam eſſe monuit. Alioqui cùm communiter editur, frixa & arancij mali ſucco conſperſa, ſuauior euadit.

# VSVS IN MEDICINA.

CEdit torpedo in medicinæ vſum,quandoq; tota,quandoq; parte quadã: ſumiturq; vtroq; modo vel intus,vel foris applicatur. Sumpta in cibo,aluum teſte [a] Plinio emollit. [b] Hippoc. in quodã morbo hepatico nõ diſſimili pleuritidi,iubet vt æger ex piſcibus veſcatur Galeo, Torpedine, Paſtinaca & Raijs paruis,omnibus coctis &c. Ibidem laboranti ex tertio genere tabis, tertio menſe præſcribit pro cibo Torpedinem,Squatinam, Raiam. Et rurſus pro eodem:poſt reliquam victus rationem,obſonium, fruſtum Torpedinis aut Squatinæ aut Galei. Item, ab hepate laborantem aqua intercute &c. piſcibus vti vult Galeo & Torpedine aſſatis. Dioſcorides ad diutuſnos capitis dolores, capiti admotam, mulcere eos author eſt, & euerſam ſedem prociduamq; coercere. Galenus verò,eumq; ſequentes Paulus Aegineta,Auicenna & Kiranides,eadem quidem ex Dioſcoride tranſcripſere,ſed facto periculo,viuam Torpedinem applicandam eſſe docuerunt. Id quod ex latinis quoque ſcribit Marcellus Empyricus,qui præterea nigra vtitur. *Capitis dolorem* (inquit) *quamuis veterem & intolerabilem,protinus tollit & in perpetuum remediat Torpedo nigra, viua impoſita ei loco qui in dolore eſt,donec deſinat dolere & obtorpeſcat pars:quod cùm primùm ſenſerit,qui dolet, remoueatur remedium, ne ſenſus auferatur eius partis. Plures autem parandæ ſunt Torpedines eiuſdem generis, quia nonnunquam vix ad duas treſvè reſpondet curatio,id eſt,torpor, quod ſignum eſt remediationis.* Cæterùm alij ad alios pariter dolores mulcendos vtuntur hoc piſce,maximè verò articulares, aduerſus quos idem Marcellus,ſiue à podagra fiãt calida ſiue etiam frigida, Torpedinem nigram viuam; cùm admonuerit dolor, ſubijci pedibus iubet in litore non ſicco, ſed quod adluit mare, & tam diu premi, donec ſentiatur torpor per totum pedem & tibiam vſq; ad genua. Hoc & in præſenti ait tollere dolorem & in futurum præſidio eſſe: eodemq; modo Anteroen Cæſaris libertum ſupra fidem podagram curaſſe, quod & Scribonius Largus teſtatur. [c] Aetius tum marinam, tum fluuiatilem commendat, non in paruis tantùm, verùm & in magnis inflammationibus. Naturali enim (inquit) facultate quadam ſtuporem inducit,& dolores è corporibus tollit:ideoq; ipſam viuentem aſſiduò admouere inflãmatis locis oportere. Idem viuam in oleo coctam,deindeq; extinctam & modicæ cera cum oleo eliquata,commodiſſimum remedium omnibus dolore afflictis podagricis reddi aſſerit. Extat & apud [d] Aeginetam ceratum ad podagram,dolorem mirabiliter leniens,quod Diaturpænes appellatur, à Turpæna, id eſt, vt monuimus,Torpedine,cuius in eo libra imponitur. Idem ceratum ex eo repetijt Nicolaus Myrepſicus inter emplaſtra, & [e] Trallianus, qui paulò pòſt aliud docuit medicamentum præſeruans à podagra & morbo articulari,quod tale eſt: *Torpedinem in vas æreum aut cacabum cum oleo & aqua (ne oleũ uſtum,nidorem reſipiat) conijcito ac herbam narciſſum* (tanquam & Narciſſus vt nomine, ita & vi medica,cum Narce piſce conueniat,narcen ſcilicet,id eſt, ſtuporem & indolentiam conciliando) *Lunæ deſinente collectã adiungito,ipſamq; cũ animali,incoquens,vſq; dũ tota diſſoluatur, & oſſa nudentur: tunc tandem oleũ ab aqua paulatim ſeparabis. Omnia facito luna deſinente;vngitoq; ægrũ ter die:& ſiquidẽ articuli dolent,patiunturq;,curantur:ſi verò non dolent,præſernat ea,ne vnquã doleãt. Id antẽ facito,vngitoq; ad dies tres,luna omnino deſinente: nam ſi in alio tempore hæc facies,non ſuccedet.* Cùm verò iſtiuſmodi medicamentũ in maritimis tantùm locis componi poſſit: (viua enim in eo Torpedo requiritur)in mediterraneis tam in articularibus quàm capitis doloribus mulcendis,inflammationibuſq; ſedandis Tincæ adhiberi poterunt,vel aliud quidppiam ſummoperè refrigerans. Tradit Iacobus Hollerius nouiſſe podagricos,qui ſæuiente malo dolentem pedem frigidiſſima perfundant,alios hybernas reponere niues eidem remedio; ſed vbi frigore dolor obtorpuit, petroleo fouere & paroxiſmis liberari, ſed redeamus ad Torpedinem. Miratur Plinius quod ſcriptum inuenerit, ſi capiatur,cùm luna in libra fuerit,triduoq; aſſeruetur ſub dio,faciles partus facere poſtea,quoties inferatur. Id autem non alia vi fieri conijcit Hollerius, quàm quòd velut inducijs dolorum datis, natura ad excludendum fœtum confirmetur. [f] Aelianus carnem Torpedinis in aceto putrefactam & mento aſperſam pilos fugare perhiberi tradit:quare vbi apud Nic. Myrepſicum ſcribitur; Ad oculos quos pili pungunt,probatum. Aluminis ſciſſi,cerebri arces marinæ viuæ (nimirum portiones æquas) ſubigito ſimul,illinito prius euulſis pilis,pro arces legendum narces,id eſt Torpedinis, nam & Plinius cerebrum huius piſcis cum alumine illitum ſextadecima luna pſilothrum eſſe ait [g]. Actius corium Torpedinis nuper decorticatum, ſi parti matricis prolapſæ inuoluatur,ipſam reducere,eſſe qui dicant ſcribit. Fel genitalis membri arrectionem prohibere [h] Galenus aſſerit,viuæ nempe,nam & Plinius genitalibus illitum, Venerem inhibere teſtatur. Eſt quidem fel calidiſſima animalium pars,& è Torpedine non ſimpliciter,ſed viuente tantùm,id eſt,recens exemptum,ſtuporem partibus quibus illinitur,inducere putarem: ſicut & ipſa Torpedo viua tantùm id præſtat,quod ipſo nomine præſefert. Sed leporis quoq; fel vim quoque ſoporiferam habere à Nicolao traditur è vino potum: Quamobrem eorum opinionem non refutauerim,qui narcotica occulta facultate agere in nos exiſtimant.

[a] *Li. 32. c. 9.*
[b] *L. de inter. affect.*

*Ad capitis dolores.*

*Nigra Torpedo.*

*Ad dolores articulares.*

[c] *L. 12. c. 35.*

[d] *L. 17. c. 17.*
*Diaturpane.*

[e] *Lib. 11.*

*Tincæ.*

*Ad partum facilitandi.*

[f] *L. 13. c. 27.*

*Cerebrum.*

[g] *L. 16. c. 38.*
*Fel.*

[h] *Experim. 2. 75.*

*Leporis fel*

# DE PASTINACA MARINA.
## Cap. XLVI.

## SYNONYMA. ETYMVM.

NOmine cum Turture aue communi τρυγὼν Græcis vocatur, quem nunc in manibus aſſumpſimus: quamobrem Diuus [a] Ambr. Latinè Turturem appellauit; quem deinceps alij ſecuti ſunt, vt Martinus Gregorius alias Græcè & latinè doctiſſimus, in libello Galeni de attenuante victu, quem latinum fecit. Turtur autem auis Græcis τρυγὼν appellatur παρὰ τὸ τρύζειν, id eſt, murmurare, quod huic piſci neutiquam conuenit, qui nimirum ab alarum expanſarum ſimilitudine, id nominis obtinuit, vnde hodieq; Veneti teſte Maſſario piſcem columbum dicunt, non autem à conſimili cum turture colore, vt Bellonius credit, nam piſcis hic flaueſcit. Plinius Latinè Paſtinacam reddidit, & antè ipſum [b] Corn. Celſus his verbis: *Plani piſcis, quem Paſtinacam noſtri, τρυγόνα Graeci vocant, aculeum &c.* Admonet autem lectorem hic Rondeletius Paſtinacam marinam eidem Celſo, etiam pro herba ſumi, vt hoc loco: *Italiæ frigidiores regiones, hac quoq; parte ſalubritatem habent, quòd minus terribiles angues edunt, aduerſus quos ſatis proficit herba betonica, vel cantabrica, vel centaureum, vel argemone, vel triſſago, vel perſonatia, vel marina paſtinaca, ſingula binæ vè trita, & cùm vino potui data, & ſuper vulnus impoſita.* Quare cùm & herba ſit eiuſdem nominis, rectè pro Paſtinaca marina, Paſtinacam piſcem Latinè dicemus. Paſtinacam autem Latinis appellatam idem Rondelet. arbitratur, cùm à colore, tùm à rotunditate eius caudæ, paſtinacæ herbæ (non marinæ ſeu potiùs maritimæ) radici ſimili. cæterùm Geſnerus quærẽdum proponit, an potiùs ſic dicatur, quòd radio ſuo ceu paſtino inſtrumẽto foſſorio fodiat & pungat. Cùm enim paſtinacam herbam ſeri ſolo quàm altiſſimè effoſſo Plinius ſcribat, (vt radix nimirum altiùs deſcendat, & laxa ſuſpenſaq; terra incrementum amplius capiat) ijs verbis etiam nominis rationem inſinuare videtur; nam & paſtinacare Columellæ eſt agrum fodere, vnde & paſtinator apud eundem & vinitorium inſtrumentum paſtinum, quod Grammatici interpretantur ferramẽtum biſurcum quo ſemina panguntur. Vineæ veteres repaſtinabantur, id eſt, refodiebantur. Paſtinum inſtituere Palladio eſt agrum vitibus deſtinatum fodere, frutices & arbores inutiles ſemouere. Idem Columella paſtinatum (ſubaudi ſolum) ſubſtantiuè genere neutro vocitat. Hæc ille; Macrum aut quiſquis eſt author huius carminis, *Quod paſtum tribuat, eſt Paſtinaca vocata.* non laudans. [c] Plautus Græcam nomenclaturam retinuit: *Pernam, atq; Ophthalmiam, Horeum, Scombrum, & Trygona, Cetum & mollem, eaſcum.* Theodorus Plinium & Celſum ſecutus in Ariſtotele Paſtinacam reddidit. Rondelet. Epicharmo quoq; ἰκριόδοντον vocari ait, quòd in poſteriori parte aculeo armata ſit, ſed hoc epitheton potiùs, quàm nomen abſolutum eſt. Quis modò piſcis ſit, nulla penes recentiores controuerſia eſt. Vnanimi .n. ſententia eum eſſe volunt, quẽ hîc expreſſimus. Romanis Bruco nominatur; quærendũ an veluti branchus, ab ore prominente? Venetis peſce Colombo, vt Maſſarius, vt Saluianus ait, Palumbo; In Liguria Ferrazza, ſiue vt alij ſcribunt Ferraſa, à ferro, vt apparet, quòd videlicet eius cauda mucrone oſſeo ad vulnerandum, vt haſta ferreo muniatur: Plinius: *Arma vt telum perforat vi ferri, & veneni malo.* Siculis Latini nominis veſtigio Baſtonaga, Monſpelienſibus Paſtenago, & nonnullis Prouincialibus Baſtango vel Vaſtango, Burdigalis Tarc ronde, ad diſcrimen Aquilæ, quam Taranfrancam vocant, vt Bellonius annotauit. Taræ autem nomen à Turture forſan factum fuerit, quæ auis Hebræis Tor uocatur, Italis Tortora. Maſſiliæ Bougnette quia farina conſperſa, & in ſartagine fricta ſtrij genus quod vulgari lingua bougnette vocatur, (inquit Rondeletius) referat. Gillius verò ibidem Glorinum vocari ſcribit. Apparet autem Glorinum dici quaſi glorioſum, ſeu ambitioſum, fortè quòd caudæ radium erigat, vt ceruicem & criſtas ſuperbi & ambitioſi milites ſolent, & pleroſq; cæteros piſces facilè prę ſe contemnat; vel fortè quòd & maiorem Paſtinacam glorioſam nominent. Cæteri Galli Raiam dicunt, ob ſimilitudinem quam cum Raijs habet, Dalmatæ Laccizam: Flandri ſuo idiomate, muris caudam, vt huius nominis quadrupes caudam habet longiſſimam, lęuem, flexibilem, initio craſſam, paulatimq; in eam tenuitatem terminantem, vt filum eſſe dicas, quod tamen nomen Genuenſes Aquilæ tribuunt, vt ſuo loco dicetur. Hollandi een Pylſteert quaſi caudam ſagittalem, non ab aculeata iaculi in modum cauda, vt Iunius exponit, ſed quòd venenoſo ſuo radio, tanquam iaculo aut ſagitta percutiat.

[a] *L. 5. Hex. cap. 10.*

*Paſtinaca.*

[b] *Lib. 6. c. 7.*

*Paſtinacare quid.*

*Paſtinum.*

[c] *In Captiuis*

*Quis piſcis ſit.*

*Raia.*

*Cauda mu-*

GENVS.

A

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

PAſtinacam piſcem planum & cartilagineum eſſe, præter Ariſtotelem & Plinium, Galenus quoque ateſtatur. Torpedini autem ex eodem genere non incongruè ſubnectetur, quandoquidem læui quoque cute prædita eſt, æquè in cibo à Galeno probatur, & vt illa torpore, ita veneno hęc inficit mortifero. Quamuis autem vnius tantùm Paſtinacæ piſcis veteres meminerint, Bellonius tamen & Rondeletius duas ſpecies agnouerunt, ſed alius alias. Ille in læuem & aſperam diuidit: hic roſtro tantùm & capite differre ait. Læuis (inquit Bellonius) cute glabra ac perpolita integitur cuius dorſum liuet, in corticis platani modum: venter autem albicat, pluribus veluti ſtrijs per carnem hinc inde deductis. Aſpera Paſtinaca tota horret aculeis, atque ad caudam præſertim perinultis vncinis in gyrum diſpoſitis ſcatentem. Vtraque verò Paſtinaca pinnas latiores exerit, quas in alarum morem, cùm natat, expandere ſolet, in quo Turturem imitari crediderunt. Proinde dentibus caret, ſolaq; maxille aſperitate, vice dentium vtitur, ac branchiarum foramina vtrimque quina, in oris parte ſupina

*Species.*

B gerit. Rondeletij verò altera Paſtinaca eſt, quam Bellonius & Saluianus Aquilam putant, qua de ſequenti capite. Mihi aſpera Bellonij Paſtinaca non alia eſſe videtur, quàm cuius hîc ſeparatim caudam exhibeo, & ante me etiam exhibuit Geſnerus ab amico acceptam. Longa eſt (inquit ille) hæc cauda in pictura quam habeo, dodrantes ſex cum palmo: lata circa initium digitos ferè tres. Radius maior (duos enim etiam appingit) longus palmos duos, vel paulò plus. Ego hanc meam à circumforaneo emi, qui ſi bene memini, ex Sicilia attuliſſe dictitabat. Longa eſt dodrantes ſex: radij haud eiuſdem longitudinis, licet ita pictor expreſſerit. Cæterùm Aquilæné an Paſtinacæ cauda ſit dicenda, definire non poſſum, vt qui piſcem ipſum non viderim. Addita eſt ſaxi icon, in quo ſimilis Paſtinacæ radius naturæ luſu exſculptus eſt. Cõmunicauit eam Io. Pona pharmacopola Veronenſis diligentiſſimus, ſimplicium medicamentorum ſi quis alius peritiſſimus, de quo ſaxo aliàs fuſiùs ſcribam. Bellonius Paſtinacæ caudæ aliquando ſimplicem, aliquando duplicem, aliquando item triplicem aculeum ineſſe teſtatur. Paſtinacæ vulgaris corporis figuram non orbicularem, vt Torpedo, ſed vt Raiæ, quatuor laterum habet: ſicuti enim anterior & poſterior pars eius, ſic & latera in acutum deſinunt, tenuibuſque atque quàm plurimis lateralibus ſtrijs inſignitur. In ſuperiore corporis parte anterius aliquod capitis veſtigium cernitur, capiti paluſtris ranæ non abſimile: in quo tamen non niſi oculi ob-

*Paſtinaca altera Rondel. Bellonij Paſtinaca aſpera.*

C longi & grandiuſculi ſiti ſunt; & ab eis ſubinde bina foramina, vtrimque vnum, oculis grandiora, ſemper patula, in palatumque, vt in Torpedine peruia. Pars reliqua oculis anterior, cùm maximè extenuetur, in carnoſum roſtrum acuitur. Inferiore parte os eſt, paruum & edentulum, viceque dentium maxillæ aſperæ ſunt, & ante os foramina olfactui inſeruientia: poſt illud deinde in medio ferè ventre quinæ ſunt brãchiæ: partes verò in quibus ſitæ ſunt, flaccidæ & carne vacuæ; quamobrem [a] Galenus cartilagineis planis hoc commune eſſe ſcribit, vt partes quę circa caudam ſunt, carnoſiores ſint medijs partibus, quod Torpedinibus maximè ineſt. videntur enim mediæ earum partes, veluti cartilaginem quandam tabidam habere: illud eſt circa branchias mucoſum, vel vt modò diximus, flaccidum, quod χόνδρον ταχίρον, ideſt cartilaginem tabidam vocat. nam paulò infra quina branchiarum foramina, alia eſt cartilago dura, ac ferè oſſea quæ naturales partes à ſpiritualibus ſeparat: quam & in Torpedinibus, Raijſq; licet videre. Cauda (vt dixi) longiſſima eſt, muriſq; caudæ perſimilis, hoc eſt, quæ craſſa primùm, paulatim in magnam tenuitatem contrahitur, vnde tenuiter caudatum hunc piſcem eſſe Ariſtoteles ſcripſit. Idem alibi caudam longam & ſpinoſam ei eſſe tradidit; alibi etiam propter eandem aſperitatem prolem non recipere, aliorum cartilagineorum more, ſpinarum & aſperitatis nomine intelligens aculeum illum, qui ſuper caudam in eius medio ferè, & priuſquam maximè extenuetur, eminet,

*Os.*

[a] *L. 3. Alim.*

*Cauda.*

D & non ad radicem caudæ, vt Bellonius aſſerit, falſus fortè interpretatione Lippij, qui hunc Oppiani verſum: Τρυγόνι δ' ἐκ νιάτης ἀντιάλλεται ἄγριον ἰὸν Κέντρον, vertit:

*Naſcitur extrema cauda impenetrabile telum,*

cùm νιάτη pro epitheto potiùs caudæ etiam accipi poſſit. Eſt autem aculeus iſte oſſeus, longus, acutiſſimus, & vtrinq; ſerratus. Hunc itaque aculeum Oppianus, itemq; Dioſcorides κέντρον, Orus Apollo τὸν ἐν τῇ οὐρᾷ ἄκανθαν, id eſt, in cauda ſpinam appellauit, Marcellus Empiricus latinè ſpiculum, vel acum oſſeam, Plinius radium. Hic & quincunciali magnitudine eſſe ait. Dioſcorides de eo loquens, planè impropriè ἀνασπαώμενον ταῖς φολίσιν, id eſt, aduerſis ſquammis inflexum eſſe: vel enim (inquit Rondeletius) aculei ſerrati dentes ad caput ſpectantes φολίδας appellat, vel Paſtinacæ tegumentum, id eſt ſquammas ſiue corticem: quorum alterum φολίδος nomine ſignificari non poteſt: alterum Paſtinacæ minimè competit: φολίδες enim propriè ſunt τῶν ὄφεων λεπίδες, id eſt Serpentum ſquamæ: vel cortex meliùs, vt in Ariſtotele vertit Gaza: vnde φολιδωτὰ animalia vocat cortice tecta, quæ hyeme latent. Id apertiſſimè oſtendit Alexander Aphrodiſienſis in problematis: πτηνοῖς δὲ ζώοις τρίχας ἡ φύσις περιέβαλε ἐρπετοῖς δὲ φολίδας: ὑδρόβιος

*Aculeus minor.*

*Animalium tegumenta.*

Pastinaca marina nostra.





## Cauda alia Paſtinacæ, aut Aquilæ, ſitu radiorum à ſuperiori differens.



Saxum, in quo ſpina Paſtinacæ marinæ, à natura ſculpta eſt, colore albo.



δὶ λεπίδας, ἢ ὄστρακα: id eſt, Pilis gradientes beſtias natura texit, ſerpentes cortice, aquatiles ſquamis vel teſta. Quare cùm neque aculei ſerrati dentes, φολίδες dici poſſint, quòd ſubſtantia ſint dura, planeque oſſea, neque Paſtinaca cortice, vel ſquamis intecta ſit, aduerſus quas à capite ad caudam verſus radij dentes reflectantur, non poſſum non exiſtimare, vel Dioſcoridis locum inemendatum eſſe, vel improprio vocabulo, aut radij dentes, aut cutem læuem Paſtinacæ eum expreſſiſſe. Quæ reprehendendi eius authoris cauſa, cuius maximè ſum ſtudioſus, nemo à me dicta eſſe putet, ſed annotandi tantùm loci gratia, ne vnica vocula à piſcis huius cognitione lector diligens retardetur. Hactenus ille. Eſt verò & alter ipſius Dioſcoridis locus excutiendus, qui ad os ipſius piſcis pertinet. Ille enim dentatum facere videtur, denteſque venenoſos eſſe dicere; Inquit[b] enim Τοῖς δ' ὑπὸ τρυγόνος θαλασσίας δηχθεῖσι, hoc eſt Paſtinacæ marinæ morſibus: &[c] aliàs rurſus inſcribitur caput, περὶ τῶν ὑπὸ τρυγόνος θαλασσίας διδηγμένων, id eſt de ijs qui à Paſtinaca marina morſi ſunt. At verò ſi diligenter legatur

[b] Lib. 6.

[c] Lib. 8.

tur Dioſcorides, dentaram eſſe minimè dicere velle videbimus, ſed impropriè tantùm loqui, nam cùm posteriori loco περὶ τῶν δεδηγμένων caput inſcripſerat, mox in ipſo textu remedia præſcribit τοῖς πλαγεῖσι, id eſt percuſſis; priorique loco cùm enumeraſſet ſymptomata, quæ morſum ſequuntur, addit αὐτὸς δὲ ὁ πληγεὶς τόπος μέλας γίνεται id eſt, *Locus autem ictus niger euadit*. Adde quod δάκνω ſiue mordeo latiùs patet, nam & Heras apud [d] Galenum στομωτιοδήκτους dixit; item Abſyrtus: τῷ δὲ ὑπὸ στομωτίου δηχθέντι &c. rurſus: ἄριστον δ' ἐπὶ πάντων θηριοδήκτων τὸν πεπληγότα τόπον ὥσαντες αἵδηλον διαχάιειν: vbi τὸ δάκνεσθαι & πλήσσεσθαι promiſcuè accipiuntur. Paulus [e] Aegineta, τοῖς ὑπὸ τρυγόνος καὶ μύραινης δηχθεῖσιν remedia præſcribit; ſed hoc πλησσομένοις in propria ſignificatione non quadraret Muræna, quæ mordet, non percutit. Iam reliquas partes proſequamur. [f] Ariſtoteles cùm dixiſſet Paſtinacam latitudine ſua natare, addit id fieri quia pinnas ei natura non dederit; quem locum ſic vertit Plinius: *Eplanis aliqua non habent pinnas, vt Paſtinaca. Ipſa enim latitudine natant.* Habet tamen circa caudæ exortum pinnam vtrimque vnam orbiculalarem. Sed Ariſtoteles & Plinius, cùm de piſcium pinnis loquuntur, eas quæ ad natandum impellendumque corpus datæ ſunt, intelligunt, non eas quæ vel ad tuendum corpus, vel ad dirigendam natationem conferunt. Ventre albicat, dorſo verò liuet. Oris interna regio ampla; contrà ventriculus paruus, anguſtus ſatis ab ore diſſitus, quo circa ſtomachus ei proponitur. Ventriculus idem in ecphyſim deſinit, à qua gracile breueque inteſtinum dependet. Sequitur aliud initio anguſtius, quod ſenſim latius fit, ſed priuſquam maximè amplificetur, rurſus anguſtatur, poſtremò in rectum inteſtinum deſinit, vnde excrementa porracei coloris excernuntur, qualia in morbis quibuſdam & à pueris reijci videmus. Iecur amplum in duos lobos diuiſum, quorum dexter latior eſt & maior, ſiniſter breuior & minor. Ex albo flaueſcit; Fel ei adhæret ex viridi flaueſcens. Iecore in dolium conjecto piſcatores pro oleo vti teſtatur Bellonius, ſuaq; ſponte eliquari. Vterus eſt oblongus, quo ouo continentur. Latera in tenuem quandam ſubſtantiam, & branchiarum ſubſtantiæ ſimilem deſinunt. Ad denas quandoq; libras auctam Paſtinacam ſe vidiſſe Saluianus refert, maiorem verò nunquam; ad quam neque crebrò magnitudinem excreſcit.

[d] *Lib. 5. de Cõpoſ. med. ſec. gen.*
[e] *Lib. 5.*
[f] *L. 1. Hiſt. c 9. & lib. 9 cap 20.*
*Pinna.*
*Color. Partes interna.*
*Magnitudo*

# LOCVS. PARTVS.

Ariſtoteli Paſtinaca piſcis, vt & reliqui cartilaginei, pelagius eſt. Oppianus verò in lutoſis cœnoſiſque maris locis degere ſcribit, nec longè à litore. Coit (inquit Plinius) vt Raia. Hæc autem coit admotis inuicem non ſolùm partibus ſupinis, ſed etiam tergo fœminarum ſupinis marinum ſuperpoſitis, vt Ariſtoteles docet, qui & ipſe alibi Paſtinacam Raiæ inſtar coire ſcripſit: quãobrem integrum hunc & genuinum eiuſdem [a] Ariſtotelis locum arbitror: *Pedeſtrium quadrupedes quæ oua pariunt, eodem coeunt modo quo ea quæ animal generant, mare ſuperueniente. Habent verò, in quod meatus* (genitales) *contingant, & quo per coitum adhæreant, vt Rana & Paſtinaca & reliqua eiuſdem generis*: licet Geſnerus hoc loco pro τρυγόνος, reſtitui debere arbitretur φρυῶνος id eſt rubetæ, exiſtimans de ſolis quadrupedibus loqui Ariſtotelem.

*Coitus.*
[a] *L. 5. Hiſt. cap. 3.*

# NATVRA. MORES.

Latitudine ſua natare aliorum planorum more, iam dictum eſt. At non ſolùm natare, ſed volatum etiam exercere Aelianus Paſtinacam teſtatur: *cùm enim natandi* (inquit) *cupiditate affecta eſt, natare poteſt: cum rurſus volandi ſtudio tenetur, ſurſum verſus ſublimis volat*. Cæterùm falſum id eſſe Gillius exiſtimat, & Saluiano quoque veriſimile non videtur, quandoquidem ob corporis grauitatem ad volandum inepta videatur. Fortè Aquilæ cui latiores alæ ſunt, id potius conueniat. Sed Aquilam vulgò creditam Rondeletius Paſtinacæ ſpeciem eſſe probat. Carniuora eſt & & ex rapto viuit: & ſi quos piſces ob motus ſui tarditatem aſſequi non valet, aſtu aggreditur, atque ex inſidijs, quod his verbis meminit [a] Plinius: *Paſtinaca latrocinatur ex occulto, tranſeuntes radio* (quod telum eſt ei) *figens*. Idem quoque dicere voluit [b] Ariſtoteles his verbis. *Paſtinaca etiam ſeipſam occultat, ſed non ſimili modo*, nimirum vt Torpedo. Quoſcunque autem capit, ſiue viuos ſiue mortuos, eos non attingit, niſi telo ſuo vulnerarit, quod teſtatum reliquit Oppianus.

*An volitet.*
*Cibus.*
*Aſtus.*
[a] *L. 9. c. 42.*
[b] *L. 9. Hiſt. cap. 37.*

*Non viuum quicquam, non quicquam morte peremptum*
*Trygones Gladiunè vorant, niſi ſpicula figant Antea, purpureo lanientque cadauera telo.*

Solerter autem & ex inſidijs venari argumento eſt, quòd vt Ariſtoteles & Plinius tradunt, capta ſæpe ſit Paſtinaca, quæ cùm ſit tardiſſimi motus, velociſſimum piſcium Mugilem in ventre haberet; quanquam hoc argumentum haud ſatis efficaciæ habeat, quãdoquidem iam mortuum deuorare potuerit. Ingenio verò valere eam, vel ex eo cognoſcitur, quòd radij ſui veneno tueri ſeſe calleat. Præhendentis

A tis enim manum ſubinde ea vulnerat, venenumq; peſtilentiſsimum infundit. Gaudet muſica, ſaltationibus & dicterijs, quibus vt capiatur, mox ex Aeliano dicemus: cur verò aliorum cartilagineorum more fœtus non recipiat, antea dictum eſt. *Muſica gaudet.*

# CAPIENDI RATIO.

BEllonius Paſtinacas capi ſcribit eodem modo quo Raiæ ſolent, nempe hamo & euerriculis. Quomodo autem retibus capiantur, oſtenſuros nos modò pollicebamur ex[a] Aeliano; Inquit itaq;: *Piſcatores ſaltant & canunt, quàm poſſunt ſuauiſsimè. Paſtinaca verò oblectata adnant propius. Illi ſenſim ac pedetentim recedunt. ibi tum dolus in miſeræ ſtructus apparet, quæ ſaltatione & cantu allectata fuerant, retibus iam extenſis incluſa capiuntur.*[b] Et rurſus: *Cũ paſtinacam ſubnatantem piſcator inuitus fuerit, ridiculum quiddam in piſcatoria nauicula ſaltat, & dicteria & conuitia aliqua iactat, & inſuper ad tibiam (ſi norit) quàm tanquam illecebram fert, canere incipit: hac ex ea re magnam lætitiam voluptatemq; capit. Etenim ſicut ferunt, tum aures habet muſicæ, tum ſaltationis oculos intelligentes: atq; hac permulſione illecta ſenſim ad ſummam aquam effertur. Interea verò dum hic cantat, & ſaltatione illecebras egregiè machinatur, alter quiſpiam naſſa imprudentem ſubducit.*

[a] *Lib. 1. cap. 39.*

[b] *Lib. 17. ca. 18.*

# VENENI VEHEMENTIA ET CVRA.

IDem [a] Aelianus radium huius piſcis venenatum eſſe ſcribit, vt ab omni medicina inuictus exiſtat. Quandoquidem primùm ac pungit, ſtatim interficere, ideoq; eius telum maritimæ rei peritiſsimos perhorreſcere, quoniam neq; alius quiſpiam piſcis, neq; ipſa etiam vulneratrix medicinam facere poſsit, hoc ſcilicet dono ſoli haſtę Pelei conceſſo. Sed iſtac falſa eſſe cum ex alijs remedijs, tum ex ipſa Paſtinaca, atteſtantur. Eſſe item vehementiſsimum hoc venenum, idem [b] Aelianus, & periculoſiſsimum hoc argumento oſtendit, quòd ſi aculeum quis in arborem virentem & florentem infixerit, non longo interuallo emarceſcat, ſed potiùs è veſtigio exiccetur. Idem & Plinius teſtatus eſt, inquiens. *Nullum* (inter marina animalia venenata) *uſquam execrabilius quàm radius ſuper caudam eminens Paſtinaca, quincunciali magnitudine. Arbores infixus radici necat: arma, vt telum perforat, vi ferri & veneni malo.* Ictum autem ipſius mortiferum eſſe homini, habemus ex duabus hiſtorijs, quarum Dictys Cretenſis vnam, item Oppianus, alteram [c] Aelianus memoriæ prodidit. *Leonides Byzantius* (inquit hic) *hominem piſcium naturam & diſcrimina ignorantem è reti ait Paſtinacam arripuiſſe. Putabat infelix ille Paſſerem eſſe; ſimulq; vt ille rapuiſſet, in ſinum ſuum abdidiſſe, clamq; ſe ſubduxiſſe, tanquam quiddam lautum & pretioſum fuiſſet. Vbi Paſtinaca ex compreſſione dolere cœpiſſet, aculeo eum, qui ſe diripuiſſet, confixiſſe, atq; infelicis furis ventrem adeo vulneraſſe, vt inteſtinis effuſis mortuus inueniretur, & cum eo piſcis, vnde quidnam imprudens ille patraſſet, facilè conijcitari potuit.* Dictys Cretenſis verò in fine hiſtoriæ ſuæ ſcribit Telegonum Vlyſsis filium, dum patrem quęreret, & non agnoſceret, nec agnoſceretur, haſtili, cui ſummitas Paſtinacæ piſcis oſſe armabatur, eum vulnerauiſſe, indeq; illum triduò pòſt mortuum eſſe. Hunc radium Telegono dediſſe Circen[d] Oppianus tradit, vt eo aduerſus hoſtes vteretur, eò verò incautum necauiſſe parentem, ſed & hos & alios eius verſus, quibus immanitatem, maleficamq; vim huius radij proſequitur, adſcribere non piguit.

[a] *Lib. 1. cap. 56.*

[b] *Lib. 2. cap. 66.*

[c] *Lib. 2. cap. 50.*

*Furti pœna.*

*Vlyſsis mors.*

[d] *Lib. 1*

*Nil tam peſtiferum, ſeuo nil vulnere mains*
*Sunt fabre facta manu, vel dura incude polita,*
*Nec tales faciunt plagas, nec vulnera tanta*
*Eſt nobis audire timor vel dicere verſu,*
*Inuictumq; tenet robur; non corpora ſolum*
*Et virides ladit ramos, ſi cominus illos*
*Germina vere nouo contacta labe necantur:*
*Si radix ſeuo fuerit mucrone notata,*
*Siccatur truncus, fluit & velut acta labaſcit*
*In iaculo mater donauit Dædala Circe*
*Hic Itaca appulsus magni geniteris abegit*
*Lathifero incautus miſit mucrone ſub Orcum*
*Emenſum terra & mille pericula ponti,*
*Trygonis; quæcunq; viri Maurortia tela*
*Spicula quæ à Perſis nigro ſunt tincta veneno,*
*Trygonis viua quantum eſt horrenda ſagitta:*
*Indomitas ſernat vires Trygone perempta*
*Mortalis capit iſta lues, ſed ſaxa peredit,*
*Attigerit; perennt plantæ, ramiq; virentes,*
*Arboreiq; caduns autumni tempore fœtus*
*Ac primo virides labuntur ſtipite frondes*
*Arbor, corrupti languent cum robore rami:*
*Telegono nato telum, vt proſterneret hoſtes.*
*Armenta, & clarum belli virtute parentem*
*(Hunc quærens Itaca luſtrabat paſcua læta)*
*Et paſſum duros longo ſub Marte labores*
*Et multa expertum Trygon mactanis Vlyſſem.*

D

Idem

Idem refert Euſtathius,at paulò diligentiùs exponens hoc Tireſiæ vaticinium ad eundem Vlyſsem E
apud Homerum: ——θάνατος δὲ τοι ἐξ ἁλὸς αὐτῷ
Ἀβληχρὸς μάλα τοῖος ἁλιύσσεται ὅς κε σε πέφνῃ Γήραϊ ὑπὸ λιπαρῷ ἀρημένον.
Duplex (inquit) lectio; vna ἔξαλος pro eo quod eſt,extra mare, in continente; altera ἐξ ἁλὸς duabus dictionibus,id eſt,ab ipſo mari. Aiunt enim Telegonum Vlyſſis & Circes filium haſtam à Vulcano fabricatam habuiſſe,cuius ſpiculum (ἡ ἰκτιδοφατὶς) adamantinum fuerit: cuſpis verò (ἡ αἰχμὴ) aculeus Paſtinacæ marinæ: haſtile verò (ὁ σύραξ) aureum. Sic inſtructum Tyrrhenis relictis ad inquiſitionem patris profectum, poſſeſſiones quaſdam patris in Epiro inſcium inuaſiſſe, & patrem ſe opponentem interfeciſſe. Porrò aculeum illum Paſtinacæ, fuiſſe aiunt de huius generis piſce,quem Phorcys interemerit graſſantem in piſces Phorcidis ſtagni. Huc reſpexit* Lycophron,inquiens: *Occidet autem* (Vlyſſem) *haſtile pernitioſum,aculeo prapilatum agrè curabili piſcis venenati,vulnere coſtis impacto.* Cæterùm venenum iſtud alias ſæuiſſimum,tam vehemens, tantæque potentiæ non eſſe, vt ſubinde vulneratum interimat,ex ſequenti hiſtoria colligi poteſt, quam his verbis de quodam ruſtico narrat Rondeletius oculatus rei teſtis. Ruſticus quidam è Cemenijs montibus cùm Paſtinacã à ſe furto ſublatam veſte tegeret,telo femori infixo vulneratus eſt:ſed ne furtum deprehenderetur,ad vulneris dolorem exclamare non auſus,clam ad me venit,rem omnem aperit, telum adhuc infixum monſtrans: F
quod dilatato vulnere extractum eſt, atque interea dum cremaretur, atque in cinerem redigeretur, vulneri iecur Paſtinacæ imponendum curaui,nec id ſine ſucceſſu: paullò pòſt enim ſedatus fuit dolor, cœpitque tumor ſubmitti:nihilominus tamen cùm non ignorarem piſcem iſtum ſui veneni habere in ſe antipharmacum,radij cinerem cum aceto vulneri admoui;quo & veneno medicatus ſum & vulnus recens planè exiccaui. Sunt & permulta alia huius veneni remedia,de quibus mox,poſt enumerata, quæ ictum ſequuntur,ſigna. Ea recenſet Dioſcorides in ſexto. *Protinus* (inquit) *fiunt moleſti dolores, aſsiduæ conuulſiones,laſsitudo & imbecillitas. Mens percuſsis labat,poſtea obmuteſcunt,oculi caligant. Percuſſus autem locus in ambitu cum vicinis partibus denigratur,& ita obſtupeſcit,vt tangentem non ſentiat. Hunc ſi quis premat,atra ſanies,craſſa & malè olens excernitur.* Actuarius hæc eadem tranſcripſit: Aëtius nonnihil variat,inquiens: *Qui à marina Paſtinaca percuſsi ſunt,his vulneris locus manifeſtè apparet. Sequitur autem dolor pertinax & totius corporis ſtupor. Acutum enim & firmum habet aculeum, quo vehementiſsima vi in altum impulſo nerui lanciantur.* Quapropter in aliquibus derepente totum conuellens corpus comitatur. Paulus Aegineta verò ſignis deſcribendis haud opus eſſe credidit, quòd piſcis ipſe notiſsimus omnibus eſſet. Remediorum aduerſus hunc maleficum ictum,alia ſimplicia ſunt, compoſita alia: aliaq; intra corpus aſſumuntur, alia forinſecus applicantur. Inter ſimplicia quæ foris G
admouentur, haud vltimum locum habet ipſemet piſcis,diſſectus & vulneri impoſitus, vt [c] Dioſcorides teſtatur. Plinius verò Paſtinacam aduerſus ſuum quidem ictum ſuum remedio eſſe tradit, [f] ſed cinere ſuo ex aceto illito, vel alterius, nimirũ Paſtinacę. Tarentinus ſtercus columbinum aqua perfundi iubet, idq; ex ſimilagine læuigari: Aliàs etiam lactucæ ſemen,butyrum & ſimilaginem vſurpari iubet. Si ſtupor & refrigeratio totius corporis percuſſum conſequatur, auxilium feret ex calidis illitionibus,inquit Actius,& conſimilibus cataplaſmatis. Propriè autem furfures aceto cocti, & pro cataplaſmate impoſiti, auxiliantur:& ipſum adeo acetum affuſum pro fotu valde prodeſt. Magis autem conuenient attractoria,& quæ tenuium partium ſunt & calida;quò nimirum per attractoriam facultatem venenum ex profundo attrahatur, & per calorem frigiditas mitigetur, & quæ tenuium ſunt partium in altum proreptent. Ad hanc igitur rem in promptu habebis apta; ſulphur viuum vrina veteri rigatum,marrubium,lauri folia,echium,radicem panacis,ſaluiam & ſimilia. At verò ſi his careas, fermentum acidum cùm liquida pice emollitum imponito. Ex compoſitis laudatur eodem Aetio teſte emplaſtrum piſcatoris; quo & Heras apud [g] Galenum ſeſe aliquando vſum teſtatur in homine percuſſo ab hoc piſce & miſerrimè afflicto,& admirandam eius opem ſenſiſse, ſimiliterque & in ictis à ſcorpione. Idem Heras medicamentum Epigoni dictum, ab alijs Iſin ad extrahenda Paſtinacæ & H
aliorum marinorum venena commendat. Aetius paſtillos ex bryonia tum impoſitos, tum ex vino lymphato potatos, è veſtigio vtilitatem ſuam demonſtrare aſserit. Idem & lauri decoctum laudat, aut ſuccum Cyrenaicum cum myrrha magnitudine fabæ ac modico pipere trito ſi detur cum vino, aut ſylphium aut laſer ex vino;aut ſucci fici guttas cum tribus ſerpylli granis. Quod nouiſſimum remedium etiam habet Paulus Aegineta, ſed pro tribus ſerpylli granis ponit tres aut quatuor eiuſdem herbæ ramulos,additque (ex Dioſcoride nimirum) omnia prodeſſe quæ ad viperas ſolent. Dioſcorides & ſaluiæ commendat decoctum; cuius etiam Plinius meminit his verbis: Eliſphaci ſiue lentis ſylueſtris genus alterum folia habet cotonei mali effigie,ſed minora & candida, quę cum ranis decoquuntur: Paſtinacæ marinę ictus ſanat: torporem autem obducit percuſso loco (nempe radius Paſtinacæ ſuo ictu, non eliſphacus herba, Geſnerus) ſanat & ſerpentium morſus: noſtri qui nunc ſunt herbarij eliſphacon Græcè, latinè Saluiam vocant. Vule & Matthiolus bibi continuè decoctum eiuſdem herbæ; quin & ſcordium in puluerem tritum & ex ſui ipſius decocto potum probat,

itemque

*Haſta Telegoni.*

** In Alexandra.*

*Curatio vulneris.*

*Signa ictus Paſtinaca*

*Remediorũ farrago.*

*[c] Lib. 8.*
*[f] L. 32. c. 2.*

*Medicamẽta in cõpoſita.*
*[g] Lib. 5. de comp. med. ſec. gen.*

A heinq; verbenacam prodeſſe aſſerit; theriacam interim & Mithridatis antidotũ non negligi oportere ait. Laudat & ſuam quam vocat, quintam eſſentiam; additque Nicandrum quoque nonnulla re cenſuiſſe remedia, nimirum anchuſæ folia, quinquefolium, rubi flores, arctium &c. Atqui Nicander in theriacis poſt phalangiorum & Scorpionum & aliorum quorundam non magni veneni animalium mentionem, marina quoque venenata nominat, Murænam, Draconem, Paſtinacam: demum remedia ſubiungit communia, aduerſus prædictas leuioris ferè veneni animantes, anchuſæ folia, quinquefolium &c. nihil verò priuatim neque contra Paſtinacam, neque contra aliorum venena. Celebratur à Plinio etiam Mullus piſcis ſiue illitus ſiue ſumptus in cibo, nominatque ibidem cum eodem piſce etiam Galeum; quod poſtremum repetijt Aggregator, additq; intus & extra. Geſnero hoc ex Galeo remedium ſuſpectum eſt; mihi minimè. Galeus enim naturali & inteſtino quodam odio inter cæteros piſces hanc inquirit, proſequitur, capit, interimit, veſcitur, quod idem teſtatur Plinius: *Nihil eſt* (inquit) *venenatius vſquam quàm in mari Paſtinaca, vtpotè cùm radio eius arbores necari diximus: hanc tamen proſequitur Galeus; idem & alios quidem piſces, ſed Paſtinacas præcipuè, ſicut in terra ſerpente Muſtela: tanta eſt auiditas veneni.* Si itaque Paſtinaca ipſa ſuo medetur veneno, cur non & Galeus, qui eodem veſcitur? Coagulum leporis vel hœdi vel agni drachmæ pondere eodem tradente ex vino prodeſt. Refert Aetius, ſi quis Paſtinacæ caudã quæ ictum intulit, auferat, & in arborem, maximè quercum infigat, aut ſuſpendat, ipſam quidem arborem areſcere, ægrum autem ſanari; atque id quidem iuxta contrariæ affectionis & remedij rationem contingere.

*Galeus Paſtinacã edit.*

B

## VSVS IN CIBIS.

PAſtinacæ venenum (inquit Rondeletius) noſtris piſcatoribus notum eſt. Captâ enim eâ caudam amputant, niſi aliquando in ſorum piſcarium integras deferant, in gratiam medicinę ſtudioſorum, qui a me & de piſce & de eius in medico vſu admoniti eas emunt & exiccant. Bellonius tamen & ipſe Gallus in Propontide quidem captis Paſtinacis caudas præſcindi teſtatur, à ſuis verò ad Oceanum piſcatoribus id negligi. Lutetiam enim & Rhotomagum vnà cum aculeis afferri. Nunc illud diſquirendum, num à menſis reijcienda ſit, neque in cibis numerãda Paſtinaca, quod nonnullis (inquit Rondeletius) viſum, quia radio venenato ictus inferat. At omnia quæ vel ictu vel morſu venenum infundunt, omnibus partibus venenata non ſunt, ſed vel aculeos duntaxat, vel dẽtes venenatos habent, reliquas verò partes veneni expertes. Et, vt terrena omittamus, in marini Aranei

*An ſit edendo.*

C ſiue Draconis aculeis, qui ad branchias ſunt & dorſi initio, venenum ineſt. Sic & Scorpio ictu lædit; illis tamen citra vitæ vel valetudinis periculum veſcimur. Idem de Paſtinaca ſentiendum, cuius radius duntaxat venenatus eſt, quo reſciſſo citra incommodum vllum quilibet ea veſci poteſt. Haud tamen multum probo quæ Galenus [a] de carnis ſubſtantia qualitatibuſque memoriæ prodidit, mollem iucundamque eſſe inquiens, [b] aliàſq; ſaxatilium loco ſubſtituens. *Sola* (inquit) *cartilagineorum Torpedo & Paſtinaca laudantur, poſſiſque nonnunquam in ſaxatilium penuria ijs vti. Satius tamen fuerit, eos piſces præparari aut albo iure, porrum proluxius immiſcendo & piperis portiunculam.* Ea enim præparatio ſatis arguit Paſtinacam Torpedinemque ſucco & ſubſtantia, ſaxatilibus minimè ſimiles eſſe: porrum enim piperque non niſi ad glutinoſi humoris craſſique attenuationem in cibis permiſcentur. Quod ſi certius huius rei iudicium facere volueris, ſenſum guſtatus iudicem adhibeas, carnem Paſtinacæ mollem, inſuauem, ferinum quid reſipientem, malique ſucci eſſe comperies. Quare non ſine ratione etiam à plebe reijcitur, nec niſi in ſumma aliorum piſcium inopia emitur. Editur autem ex aceto elixa, & farina conſperſa frigitur. Plinius aliam apparandi rationem docet. [c] *Cibi cauſa extrahi debet è dorſo Paſtinacæ quicquid ſimile eſt croco, caputque totum. Et hanc modicè collui in cibis, quia ſaporis gratia perit.* Per id quod croco ſimile in dorſo Paſtinacæ eſſe dicit, nihil aliud (inquit Saluianus)

*Carnis qualitas.*

[a] *Lib. 3. Alimenti.*

[b] *L. de vict. attenu.*

*Apparatus.*

[c] *L. 32. c. 5.*

D intelligit, quàm branchias ipſas croco verè ſimiles.

## VSVS IN MEDICINA.

HIppocrates laborantem tertio genere tabis, quarto menſe Raias & Paſtinacas iubet edere, vt in Torpedine diximus: eoſdemque piſces in morbo hepatico, qui pleuritidi ſimilis eſt, præſcribit. Quomodo ictui proprio medeatur, paulo antè, etiam dictum eſt; necnon etiã iecore eius in oleo decocto lichenas & lepras tolli. Abſyrtus id equo percuſſo in vino tritum infundit. Plinius [a] pruritum ſcabiemque non hominum modò ſed & quadrupedum efficaciſſimè ſedari tradit, ex oleo decoctum. Radio dentium dolores mitigari author eſt Dioſcorides: frangere enim eos & extrahere: quod non ſolum Paulus Aegineta, Plinius & Celſus etiam tradunt; ſed quo etiam modo eo vti debeamus, perdocent. Paulus enim denti affecto impangi vult; Plinius gingiuas eo iubet ſcarificari, conterique & cum elleboro albo illini, eoq; modo dentes ſine vexatione extrahi pollicetur. Celſus verò de eodem dolore agens, aculeum teſtatur torreri, mox conteri, reſinaque excipi. Hac dente

*Iecoris vſus.*

[a] *L. 32. c. 10.*

*Radius.*

circundata,dolorem ſolui. Plinij locum de ſcarificatione Cardanus quodammodo explicans: dolorem (inquit) tollit,ſi eo gingiua ſcarificetur. Affert enim magnum dolorem, adeo vt acris dolor gingiuæ,dolorem dentis hebetet.Auocat & ob propinquitatem doloris cauſam, quæ plerumque eſt in neruo denti inſito:nec hoc ſemper,neque omnibus contingit. Nouiſſe ſe quendam narrat Geſnerus, qui dentem è caluaria denti dolenti admoueret aliquandiu, manu occultans, vnde ſiue credulitate, ſiue vi aliqua occulta,dolor in aliquibus ceſſabat. Aetius [b] eodem aculeo ſi cum ſucco hyoſcyami illinatur,matricem prolapſam reduci pollicetur. Plinius verò partus adiuuare & faciles facere æſtimari vmbilico alligatum ſcribit,at non cõmuniter quemlibet, ſed illũ tantùm qui viuenti Paſtinacæ ablatus ſit,ſed nec cuiuſlibet,ſed illius quæ detracto radio iterum in mare demiſſa ſit. [c] Alibi denique ſtrumas hoc eodem radio pungi tradit,ita tamen,vt non vulneret,idque faciendum quotidie,donec percurentur. Idem ferè etiam teſtatur Marcellus Empiricus his verbis: *Acuoſſea, id eſt ſpiculo Trygonis quæ Paſtinaca dicitur,ſtrumam ſæpius punge,ſtatim areſcit.*

[b] *L.16.c.88*

[c] *L.32.c.8.*

# HIEROGLYPHICA.

*Pœnas parricidij dantis tygris.*

HOminem qui cædis (φόνου parricidij,Pierius Valerianus,) admiſſæ pœnas dederit,quemque pœnituerit,diſignare volentes Aegyptiorum ſacerdotes, Paſtinacam hamo implicitam pingunt,inquit Orus Apollo. Hæc enim capta,ſpinam quam in cauda habet, abijcit (πλήττει, idem Pierius periphraſticè vertit,in raptorem eiaculatur (ictu maximè lethali) id quod πλήττω quoq; ſignificat. Alioqui quod Paſtinaca capta aculeũ abijciat,nemo alius tradidit,& ſi velit, nõ poſſit,nam tenacißimè caudæ hæret,atq; altè ei impacta eſt. Quærit Geſnerus an Paſtinacã Orus ſymbolũ punitæ & pœnitentis faciat? an potius piſcatorem? quoniã prouerbio celebratur, *piſcatorem ictum ſapere*.

# DE AQVILA. Cap. XLVII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Veſpertilio. Falco.*

AQuilæ nomine vnà cum Saluiano & Bellonio hunc planum & cartilagineum piſcem exhibemus,non quòd profiteamur,reuera genuinũ Ariſtotelis ἀετὸν, Plinij Aquilam eſſe:hoc enim haud inualidis argumentis nixus inficiatur Rondeletius, ſed quia Romæ hodieq; Aquilone,Neapoli Aquila nuncupatur,alicubi etiã in Gallia Ratte pennade quaſi Veſpertilio aut Mus alatus ſiue volãs,alicubi item Falco:alas enim ad volandum latißimas habet,vt in deſcriptione patebit. Genuæ duobus audit nominibus, Roſpo ſcilicet & Peſce ratto,quorum hoc à caudæ longitudine ſimilitudineq; cũ cauda muris domeſtici,illud à capitis figura quæ bufonem imitatur, deprompta eſt. In Gallia pariter nomina variant, nam Monſpelienſibus Gloieuſe, Aquitanis Tare Franche ad differentiam Paſtinacæ quæ Taretonde vocatur,alibi Erango & Ferraza.

## FORMA. DESCRIPTIO.

SAluianus nihil omnino in hoc piſce deeſſe putat, quò minus veterũ Aquila eſſe poſſit: cæterùm nullum ſatis validum aſſertionis ſuæ argumentum adducit. Nec ſi caudam (inquit) aculeo (de quo mox) Paſtinacæ inſtar armatam habeat, Paſtinacæ ſpecies & non Aquila (vt nonnulli contendunt) exiſtimari debet: quando haud dedecet conſimili radio vel aculeo diuerſas piſcium ſpecies munitas eſſe: Neque etiam obijciendum eſt,apud nullum veterum ſcriptorum legi,Aquilæ caudam radio armari,nã cùm veteres nil aliud de Aquila teſtatum reliquerint, quàm quòd plana & cartilaginea eſt,atq; duram carnem habet,quid obſecro mirum eſt, ſi caudam eius radio muniri nõ notauerint? Quin imo (quod maius eſt) neq; etiam radij in Paſtinacæ cauda eminẽtis,cuius quàm plures alij veterum mentionem fecerunt,vſq uã meminit Ariſtoteles. Hæc ille. Contrà Rondel.hunc piſcem alteram Paſtinacæ ſpeciẽ facit,quia Paſtinacę vita,moribus,partibus internis & externis omnino ſimilis ſit,niſi quòd capite magis (inquit) eſt exerto,roſtro non angulato,ſed rotundato &c. Aquilam verò non eſſe vel propterea inficiatur,quòd nemo vnquã apud Ariſtot. Pliniumue aut vllũ alium veterem ſcriptorem legerit,Aquilã in cauda aculeũ venenatum gerere. Ego Rondel. ſententiã probo, & fortè Aquila fuerit,ille qui in hoc genere caudã habet aculeatam quidẽ,ſed lęuem,hoc eſt,nullis ſerris aſperam,cuius duas obſeruaui ſpecies,vnã cui vnicus tantùm eſt radius,ſiue aculeus,alterã cui duo, qualẽ olim antè nos exhibuit Geſnerus,quæ hæc eſt, ex qua alteram quoque facilè mente queas concipere. Cæterùm ne quis diuerſos piſces à Saluiano & Rondeletio depingi exiſtimet, itaque vtriuſque verba recitabimus. Capite eſt (inquit hic) magis quàm Paſtinaca exerto,roſtro nõ angulato,ſed rotundato; deniq; capite bufonem planè refert. Latera veluti alæ expanſæ magis in angulum acutum

*Paſtinacæ ſpeciem eſſe. Aquilam nõ eſſe.*

*Aquilæ ſpecies duæ.*

deſinunt

A deſinunt, quàm in Paſtinaca. Cauda verò eiuſdem radio & veneno minimè ab ea diſſidet. Saluianus cùm Ariſtotelis, Plinij atque Athenæi teſtimonio docuiſſet, Aquilam ex cartilagineis eſſe, ſuam deinceps ſic deſcribit. Licet autem reliqui plani & cartilaginei piſces aut ferè nullum aut modiculum capitis veſtigium habeant; Aquilæ tamen caput expreſſum exertumque eſt, atque bufonis capiti ſimillimum: in quo oculi ſatis magni, rotundi atque prominentes conſpiciuntur & poſt eos bina magna & patula foramina (non ſecus quàm in alijs planis & cartilagineis) inſculpta ſunt. Os habet ſupina parte mediocre & valdè denticulatum. Latera vti latiora, ita etiam magis acuta ſunt, quàm in Paſtinaca, ita vt expanſas volantis Aquilæ alas egregiè æmulari videantur. In caudæ exortu vtrimque vna parua & rotunda pinna exorta eſt. In maribus verò ex vtroque podicis latere, qui circa caudæ principium extat, vna appendix pendet. Caudam multò tenuiorem atque longiorem habet, quàm Paſtinaca, vnde forſan alicubi (vt dictum eſt) Peſce ratto appellatur, quia marinam caudam habere videatur. In caudæ dorſo paulò poſt principium, pinnula vna parua primùm erigitur; ab hac verò deinceps aculeus, oſſeus, longus, acutiſſimus, atque vtrimque ſerratus eminet. Læui & molli cute tegitur, inferiore parte alba, ſuperiore verò liuida. Ventriculum habet mediocrem, inteſtina ſatis magna, iecur ſubflauum, Lienem ſubatrum. Quæ in Romano foro piſcario conſpici ſolent Aquilæ, depictæ iconis magni

*Caput. Oculi.* *Os.* *Pinna. Cauda.* *Partes internæ.*

B tudinem non excedunt: audiuimus tamen alicubi ad trecentas libras etiam excreſcere conſueuiſſe. Hactenus Saluianus. Bellonius iudicio Rondeletij monſtrum potius quàm verum piſcem depingit, Bufonem enim capite minimè refert, quod tamen ipſe aſſerit. Alieno quoque ſitu radium locatum habet, alæque à naturali figura diuerſiſſimæ ſunt, & totum denique corpus aliena prorſus ſpecie & à naturali prorſus diſtante. Olim charta quædam in Italia impreſſa per Europam circumferebatur, in qua Bellonianæ ſimilis icon depicta erat, ſine tamen aculeo, ſiue quòd reuera eo careat, ſiue quòd à piſcatore (vt fieri ſolet) ademptus fuerit. Hinc ſuam accepiſſe figuram Bellonium Geſnerus ſuſpicatur. Legebatur in eadem charta exacta piſcis deſcriptio Italico ſermone conſcripta, quam Latio donatam idem Geſnerus ſuis corollarijs inſeruit, & ſi vera eſt, non dubitat, quin Aquila marina iſte piſcis nominari poſſit: fierique poteſt, vt in ſceleto aliquid peruerſum fuerit, vt ſolent circulatores, alijque in animalibus, quorum ſeruaturi ſunt & oſtentaturi cadauera, aliqua interdum admirationis augendæ cauſa mutare. Piſcis hic rarus (inquit) & ignotus omnibus, duobus millibus paſſuum ſuprà Clodiam (inſulam) captus eſt, anno Salutis M. D. X L I I. menſe Iunio: de genere planorum. Longus à capite ad initium caudæ pedes quatuor & amplius: latus verò à pinna extrema extenſa ad oppoſitam extremam duplò ferè: craſſus pedem. Colore ventris albo, vt & plani omnes. Dorſum verò

*Aquila Bellonij.*

C tum colore, tum ſpecie pellis Thunnum refert. Caput ei mirabile: oculi parte prona ferè: & ſub eis duæ magnę ceu auriculæ, vel potiùs foramina caua, ita vt non viſum modò, ſed etiam ſolidum aliquid reciperent. In extremo capite roſtrum eſt acutum & carnoſum & ſub eo labrum cartilagineum, mobile, in quo nares duę maximæ latent. Vtrimque foramina quinque, ſeptenis illis quæ in Lampreda conſpiciuntur, ſimilia. Poſt pinnas maiores, aliæ binę minores ſpectantur, vtraque magnitudine manus: inter quas exoritur cauda neruoſa, ſubtiliſſima, tres vlnas longa; quæ & ipſa in primo ſui exortu pinnam breuiſsimam habet. Depinximus nos hunc eundem monſtruoſum piſcem ex Ambroſio Paræo, qui item ſic breuiter deſcripſit. In mari Veneto inter Venetias & Rauennam duobus ſupra Quiozam (Clodiam ſiue (Chiuozam) miliaribus anno D. 1550. captus eſt piſcis volans, valde horribilis & monſtroſus, quatuor pedes longus: Capite erat craſſiſsimo, binis oculis ad pendiculum, non è regione poſitis, duabus auribus & ore duplici, roſtro valdè carnoſo & viridi, alis geminis, quinque in gula foraminibus, Lampetræ foraminũ æmulis, cauda vlnam longa, in cuius ſummo duæ viſebantur aliæ exiguæ. Viuum id monſtrum Quiozam allatum eſt & vrbis primatibus, ut nunquam

D antea viſum, oblatum. Aquila noſtra prior contrà ac Saluiani quodammodo videtur ἀκέφαλος. Lateſsimas habet alas, quà corpori hærent cæruleas, in extremitate verò rubras. Alter capite cum Saluiana conuenit, niſi quod ſupra oculos & in fronte ſit aculeata. Differt item quod binos in cauda gerat radios.

# Vlyſsis Aldrouandi
# Aquilæ cauda ex Geſnero.



Monſtroſi piſcis volantis imago.



## Aquila authoris prior.





Aquila duorum radiorum ſupinè picta.



A

## LOCVS. PARTVS. NATVRA. MORES.

PIſcis noſter maris duntaxat incola eſt, & in cœnoſis locis degens. Viuos fœtus parit, aliorum cartilagineorum more, quos tamen intrò recipere in timore, vt nec Paſtinaca non poteſt. Soliuagus eſt, & carniuorus, & cùm os ſupina habeat parte in ipſo ferè ſ étre, reſupinatus etiam veſcitur: quare tum ob id, tum quia haud admodum celer eſt, cùm piſces quibus veſcatur, difficulter aſſequi poſſit, aſtu eos venatur, inquit Saluianus. Nam Paſtinacæ inſtar latrocinatur ex occulto, tranſeuntes radio caudæ figens: quem quidem radium, non ſecus quàm Paſtinacæ pernitioſum atq; peſtiferum non ſolùm piſcibus, ſed & hominibus eſſe arbitrantur. Vnde captis cauda non minus quam Paſtinacis, vbiq; à piſcatoribus amputari ſolet, ne eius radio temerè pertractantes lædantur. Addit Bellonius ijs locis quibus frequens eſt, arctiſſimo interdicto vetitum eſſe, ne publicè cum aculeo diuen-

*Aſtutia.*
*Radij venenoſitas.*

B datur.

## VSVS IN CIBIS.

CArnem habet præhumidam mollemq;: vnde Rondeletius ſumpto argumento, Aquilam eſſe negat, cui Philotimus duram tribuit, quod Galen. approbat. Addit Bellonius grauem tetrumq; ſpirare odorem, ideoq; qui hunc piſcem eduut, alliatis intingere ſolere condimentis, vt acutiſſimus alij ſapor alterum obtundat. Saluiano item piſcis eſt inſuauis palatoq; ingratus, vilis item, nobilibuſq;, quin ipſi quoq; plebi exoſus.

*Caro qualis.*

## DE RAIA IN GENERE. Cap. XLVIII.

C

## SYNONYMA. ETYMVM.

LAtini nulla ſexus habita ratione Raias vocant, de quibus nunc agimus, piſces. Ariſtoteles verò marem in hoc genere *βάτον* vocat, fœminam *βατίδα*: qua poſtrema voce vtitur tantùm, vbi de ijs loquitur quæ ſoli fœminæ conueniunt, quod Rondeletius quoq; aduertit, & inter Lexicographos Heſychius & Varrinus, apud quem tamẽ nõ bene *ἡ βατία* pro *ἡ βάτις* ſcribitur. Pleriq; tamen Græci ſimpliciter *βατίδα* hunc piſcem dicunt, vt conſtat ex hoc Athenæi: *Βάτις σίλαχος ἐστι*; item ex hoc Aeliani: *Batidæ* Argolico clypeo non minores gignuntur in India. Apud Iulium Pollucem *Θάτις* deprauatum eſt pro *βάτις*. Conijciunt eruditi *βάτον* hoc piſcium genus appellari ob quandam ſimilitudinem cum rubo frutice, quem ſimiliter Græci *βάτον* dicunt, quemadmodum enim recuruas ſpinas ſupina parte habet rubus, ita quoq; Raiæ dorſo aſperæ ſunt. Quare non placet, quòd nonnulli à caudæ aſperitate ſic dictas velint. Quid enim rubo cum cauda ſimilitudinis? Rubum nos vulgò Ragiam dicimus, nomine (vt apparet) à Raia detorto, vel à Venetis accepto, qui Raiam Ragiam appellant. Vnde autem

*Thetis. Etymon.*

D Raiæ vocabulum fluxerit, traditum non inuenio, niſi à radendo dictam exiſtimes, inquit Rondeletius. Hic ſcribit, fuiſſe aliquando qui ſibi negaret Raiæ nomen latinum eſſe, præſertim cùm [a] Plinius in piſcium catalogo eo minimè ſit vſus, ſed Græco: *Box, Batis, Branchus, &c.* Vtitur tamen Latina etiam voce, nimirum, vbi ex planis cartilagineis eſſe oſtendit. D.[b] Ambroſius vel quòd Latinũ nomen ignoraret, vel vt Græcum exprimeret, Rubum appellauit, quod haud probo, niſi Rubum piſcem dicere malis. Hiſpanis ſimiliter ac Latinis Raia nominatur, Gallis Raye, Arnoldo Villanouano Rex, Hollandis Roch, Germanis Rech, Anglis a Thornebacke à ſpinoſo tergo. Bellonius fœtus adhuc puſillos Gallis Papiliones vocari teſtatur.

*Raia vnde dicta.*
*[a] L. 32. c. 11*
*[b] Li. 9 c. 24.*
*Rubus piſcis Rex.*
*Papilio.*

GENVS.

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

a Cap. 5.

Athenæus authoritate Ariſtotelis Raiam cartilagineum piſcem eſſe ſcribit. Legitur ea cùm aliàs, tum potiſſimùm quinto hiſtoriæ, vbi [a] Raia, Paſtinaca & Squatina recenſitis; ſubdit, *Cartilaginea verò præter ea quæ numeranimus, ſunt Bos, Lamia, Aquila, Torpedo, Rana, omnesque genus Muſtelorum*. Cæterùm ſi hoc loco tradenda eſt eius hiſtoria, planum piſcem eſſe oportebit. Hoc quoque teſtatur idem [b] Ariſtoteles his verbis. *Quæ tegumento branchiarum carent, cartilaginea dico: ex iis ſi plana ſunt, parte inferiore ſupinaque habentur branchiæ, vt in Torpedine & Raia, ſed ſi oblonga ſunt, eorum lateribus adhærent, vt in quouis Muſtelino cernitur*. Idem & Plinius [c] ſua authoritate ratum facit: *Planarum piſcium alterum genus eſt, quod pro ſpina cartilaginem habet, vt Raia, Paſtinaca Squatina, Torpedo & quos Bonis, Lamiæ, Aquilæ Ranæ, nominibus Græcis appellant*. Author quidam obſcurus de natura rerum, item Albertus, cum Raias ex Pectinum genere eſſe dicunt, idem indicant; nam Pectines vocare ſolent, quos Græci ψαττάδας, nos Pſittaceos appellauimus, cùm Pectines alioqui ſint ex bialuium teſtaceorum genere. Raiarum tria tantùm genera apud veteres reperio, duo apud Ariſtotelem & Galenum, quorum vnum ſimpliciter *βάτον*, id eſt Raiam, alterum *λειόβατον* compoſito vocabulo: tertium apud Athenæum *βάτις ἀστερίας*, id eſt Raia ſtellaris aut ſtellata nuncupatum. Et ſi verò plures differentiæ præterea dari videantur, non ſolùm tamen ad tria iſtæc genera, verùm ad duo priora tantùm reduci poſſe cenſet Saluianus: nam cùm omnes Raiæ (inquit) aut aſperæ aut læui cute intectæ ſint, quæcunque aſperam cutem habent, quouis modo illa ſit aſpera (multifariam enim, vt infrà declarabimus, Raiarum exaſperatur cutis) ſimpliciter *βάτοι*, id eſt Raiæ: quæ verò læui cute teguntur *λειόβατοι*, hoc eſt Læuiraiæ appellantur. Cùm præterea Raiæ nonnullæ dorſum (vt infra latiùs explicabimus) notis quibuſdam depictum habeãt, has Stellares Raias vocauit Athen. Verùm cùm hæ quoq; aut aſperæ aut læui intectæ ſint cute (vtrumq; enim accidit) vel ad Raiarũ, vel ad Læuiraiarũ genus reduci debẽt. Et propterea vt Athenæi laudanda eſt diligentia, quippe qui paulò exactiore vſus ſit diuiſione: ſic Ariſtoteles & Galenus, cùm eam fecerint geminam partitionem quę neceſſario Raias omnes complectitur, damnandi ceu diminuti non ſunt, vt Rondeletius credidit, qui antiquos vel neglectis aliquot differentijs vel quòd fortaſſis nominibus deſtituerentur, ita Raias partitos eſſe ſcribit. Ipſe verò clarioris doctrinæ gratia Raiã primùm etiã in læuem & aſperam diuidit; deinde in Raiam ſtellulis notatam & ijs carentem. Aſperarum aliæ tactum modicè ſolùm vellicante lanugine; aliæ aculeis robuſtis ſed raris: aliæ aculeis robuſtiſſimis & denſiſſimis aſperantur. Cauda non omnibus æquè aculeata eſt: nonnullis enim triplex aculeorum ordo eſt: in alijs ſimplex duntaxat. Eadem in nonnullis ſola horret aculeis: in nonnullis item dorſi ſpina, in nonnullis præter ſpinam ipſum quoque dorſum: in nonnullis denique ſupina pars, roſtri nimirum & ventris. Eſt & in ipſis aculeis differentia: Quidam enim molles & imbecilles ſunt, pilorum vel lanuginis modo; nonnulli paulo validiores, alij robuſtiſſimi ex oſſea planè ſubſtantia: rurſus alij longi & tenues, alij parui & vix ſupra cutem extantes, alij medio modo ſe habent: denique in nonnullis frequentiores, in alijs rariores. Omnes ferè ad caudam ſpectant, longi tamen ferè ad caput. Differunt præterea dentibus: aliæ enim eos habent, aliæ carent, ſed eorum vice, os habent aſperum & rugoſum. Partes internæ non eodem in omnibus modo ſe habent. Hepar enim in quibuſdam magis rubeſcit, in quibus magis flaueſcit. Sexus denique etiam differentiam conſtituit nam mari, vt in alijs cartilagineis, binæ appendices ex lateribus podicis pendent, quibus fœmina caret. Rurſus earum quæ ſtellulis inſigniuntur, aliæ binas duntaxat maculas habent, aliæ plures. Illæ binis maculis circumiectos circulos habent, vt in Bugloſſi & Torpedinis ſpecie. Harum nonnullæ rotundæ ſtelliſque pictis ſimiles notas multas habent, quædam albis nigriſque prona parte conſperſæ ſunt. Caudam cùm Ariſtoteles Raiæ tenuem tribuit, de omnibus intelligi poſſe videtur: de aſperis verò duntaxat illud Plinij: *Cutis ei aſpera eſt*. Cauda omnibus procera atque aſpera, vnde Hollandi malum alicui imprecaturi, Raiæ caudam augurantur in œſophago gulauć. In caudæ dorſo duæ ſunt pinnulæ, totidemq; ſed exiguæ & orbiculares (non aliter quàm in Paſtinaca) iuxta eiuſdem exortum: vtrimque nempe vna: neque id Ariſtoteli aduerſatur, (vt Saluianus [d] ſibi perſuadet) ſcribenti, *cartilaginei generis aliqua pinnis carere, videlicet quæ plana ſunt, & caudam habent, vt Raia & Paſtinaca, ſuaque latitudine natant*; nam philoſophus de ijs loquitur pinnis, quod & Rondeletius aduertit, quibus piſces natando corpus impellunt, quemadmodum in Paſtinaca quoque annotauimus; non autem de ijs quæ non natandi, ſed dirigendi tantùm itineris cauſa datæ ſunt, quales ſunt, quæ iuxta caudam ſunt. Latitudine enim ſua natare planos piſces aliàs docet. Aduerſari tamen ibidem ſibi videtur, vt qui ſequente mox ſententia dicat: *βάτος δὲ ἴχει, καὶ ὅσα τὸ πλάτος μὴ ἴχει ἀπολελεπτυσμένον*, id eſt, vt vertit Gaza: Raiam tamen pinnas habere videmus, & quęcumque ſuam latitudinem non colligunt in mucronem: cæterùm hunc locum mendoſum eſſe Saluianus

b L. 2. Hiſt. cap. 13.

c L. 9. c. 24.

Teſtis quid Alberto.

Raia ſimpliciter dicta. Læuiraia. Raia ſtellaris.

Diuiſio ſecundũ Rondeletium.

Cauda.

Aculeorum diuerſitas.

Differentia à dentibus.

A ſexu.

Cauda.

Ariſtoteles defenditur.

d L. 1. Hiſt.



Draco effictus ex Raia.

uianus & Rondeletius quoque oſtenderunt, legendumque pro βάτος βάτραχος, id eſt Rana, nimirum marina ſiue piſcatrix, quæ quemadmodum & Squatina, quamuis piſces ſint cartilaginei & plani, tamen pinnas habent ad natandum, nec ſolùm ſua latitudine natant, vt ipſe Ariſtoteles docuit his verbis: οἱ δὲ βάτοι καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀντὶ τῶν πτερυγίων τῷ ἐχάτῳ πλάτει νέουσι: ἡ δὲ ῥάϊνη καὶ βάτραχος τὰ ἐν τῷ πρανεῖ κάτω (ἔχουσι) διὰ τὸ πλαῖος τῶν ἄνω, id eſt Raiæ & ſimiles pro pinnis extrema ſui corporis latitudine natant. Torpedo verò & Rana pinnas lateribus accommodatas, infra gerunt propter amplitudinem partis ſuperioris. Cæterùm & iſte locus mendo non caret, nam pro ἡ δὲ ῥάϊνη legi debet

A bet ἀδὶ ῥίνη, id eſt Squatina, vt & Gaza reddidit, vel quòd meliore vteretur codice, vel quòd rem diligentiùs examinaret, cùm mox Ariſtoteles Torpedini (τῇ νάρκῃ) alias binas tribuat, nimirum iuxta caudam. Omnibus membranula quam nebulam vocant, oculis obtenditur: & iuxta oculos foramina ſunt magna amplaq;, ad oris intima vſq; patentia, quibus operculum interiore parte a natura additum eſt: quæ foramina ore aperto dilatantur, clauſo verò magna ex parte occluduntur; neque enim maximè in mortuis Raijs ab operculo toto obturantur. Foramina alia pro naribus omnes ante oris rictum obtinuerunt. Branchias detectas in ſupina parte eodem ſitu ordineque omnes habent: ſuntq; teſte Ariſtotele non ſpineo tectæ operimento, ſed cuticulari. In hepate omnium, fellis eſt veſica: ſplen in verticuli plexu: inteſtina craſſa, in ecphyſi & recti inteſtini extremo anguſta. Genitale Vitulæ marinæ ſimile, vt idem Ariſtoteles obſeruauit. Quod ad magnitudinem attinet; hac quoque inuicem differe conſtabit. Pleræq; plurimum exereſcunt. Scribit Saluianus ſe bicubitales aliquando vidiſſe, audiuiſſeq; alicubi multò maiores reperiri. Et nos ex * Aeliano diximus, non minores Argolyco clypeo in India gigni. Circulatores ex Raijs exiccatis diuerſimodas figuras confingunt, ignaroque vulgo vel pro draconibus, vel pro baſiliſcis, ſimilibusq; feris minus notis obtrudunt. Libuit duas adijcere quarum alteram volantem draconem, alteram Baſiliſcum vocabant, quòd galli gallinacei (fingunt
B enim ex eius ouo ortum ducere) typum etiamnum quodammodo præſeferat.

*Branchiæ.*

*Cutis.*

*Genitale.*

*Magnitudo*

* *L. 13. cap. 4.*

# LOCVS. CIBVS. COITVS. PARTVS.

PLinius * Raiam recenſet inter piſces maris peculiares; Oppianus inter eos qui in cœnoſis maris locis degunt, haud procul à litore. Aelianus quoque præcitato loco Indicas Raias non longè à litore degere ſcribit. Carniuoræ ſunt. Quo verò ingenio atque aſtu prædentur, modò oſtendemus. Saluianus gregales eſſe tradit, argumento fortaſsis inde ſumpto, quòd ſatis numerosè capiantur. Hyeme teſte Ariſtotele latent: quod licet in impreſſis codicibus Græcis non legatur, in Theodori tamen traductione, & in manuſcripto vetuſto exemplari legi teſtatur Saluianus. Coëunt eodem
b Ariſtotele teſte non ſolùm admotis inuicem partibus ſupinis, ſed etiam tergo fœminarum ſupinis marium ſuperpoſitis, vt cæteri cartilaginei plani caudam habentes. Ex quo philoſophi loco, Plinij iſte reſtitui poteſt: *Plani piſcium* c (inquit) *quibus cauda non eſt, aculeatiq; vt Teſtudines, in coitu ſupernemãt.* legendum: Plani piſcium quibus cauda non obeſt, aculeatiq; &c. Cæterùm non cum ſui generis piſcibus tantùm, verùm & cum Squatina coire, authorem habemus eundem Ariſtotelem, vt in Squa-
C tinoraiæ hiſtoria oſtendetur. Gerunt vtero teſtacea quædam, vt idem d ſcribit, cuius teſtæ ſimilis figura tibiarum ligulis eſt; etſi hæc ſententia nonnullis ſuſpecta ſit, quoniam in veteri Ariſtotelis traductione non habetur. Parit aliorum cartilagineorum more animal, cùm primùm oua intra ſe peperit, vt idem c philoſophus prodidit: ex quo loco duo alij reſtituendi, nimirum vbi ait: *Raia non vt reliqua cartilaginea ouum intra ſe parit & excludit:* item, cùm dicit, *vna ex cartilagineis non parit animal, ſobolemq; emiſſam non recipit, tum capitis magnitudine, tum aculeorum impedimento & propter aſperitatem.* Vtrobiq; enim pro Raia ſcribendum Rana, nempe pro βάτος βάτραχος. Parit autem vnum aut ſummum duo oua, vt Rondeletius tradit, eamq; ob cauſam vnicum duoſue fœtus edit. Quod ne mirum alicui videretur, cùm maximus vbique Raiarum ſit prouentus, & ita mare Raijs, vt rubis, tribulis, rhamniſq; ac alijs ſentibus ac ſpinis terra abundet, luculenter admodum tantæ fœcunditatis cauſam nobis reddidit; inquiens; non ſolùm magnum horum piſcium prouentum eſſe, quia vix piſcis ſit tam lato oris rictu, Lamia (ſic vocat Canem Carchariam,) excepta, qui Raiam deuorare poſſit: vel quia ob totius corporis, vel certè caudæ aculeos reliqui piſces ab his abſtineant: ſed alia eſt certior fœcunditatis cauſa, quæ non facilè ab omnibus intelligetur, niſi Raias grauidas aliquando diſſecuerint, & diligenter contemplati fuerint. De Raiarum ouo
D f Ariſtoteles: *Canicula* (Catuli potius) *& Raia teſtacea quædam gerunt, in quibus humor ad oui ſimilitudinem conſiſtit: figura eius teſtæ ſimilis tibiarum ligulis eſt, mearusq; fiunt capillamentorum ſpecie in teſtis. Caniculatum quidem quas nonnulli Nebrios* (Nebrias) *Galeos vocant, fœtus rupta dilapſaq; teſta proueniunt, Raijs cùm peperint, rupta teſta excluditur fœtus.* De Catulis, & eorum ouo & partu ſuo loco dictum eſt: nunc de Raijs tantùm. His teſtaceum ouum vnum tribuit Ariſt. quale reuera habent. Fœtum igitur vnicum aut ſummum duos vno partu edunt, quod verum eſt, ſed præter ouum teſtaceum, quod hîc depingendum curaui, aut duo, quæ perfecta in inferiore vuluæ parte cernuntur, ex diſſectione cõperi permulta alia, & ferè infinita in ſuperiore vuluæ parte haberi, quæ tempore perficiuntur, ex quibus ſæpius iteratis partibus fœtus excluduntur. Atq; hęc fœcunditatis cauſa eſt eadem quæ in Gallinis, vt quotidiè experimur, quæ vnicũ ouum vnico partu ponunt, cùm plurima alia in vtero geſtent, quorũ ſingula poſtea, vt prius abſoluta fuerint, ita prius eduntur. Hæc de Raiarũ fœcũditate. Nunc vt pictura, ita oratione earundẽ oua repræſentemus. Oua qualia in præfixa capiti pictura ſuperiore loco ſpectantur, ſine teſta primùm conſpicimtur, in ſuperiore vuluæ parte, quorũ aliæ gallinæ ouorũ magnitudinem æquant, alia his minora ſunt,

*Coitus.*

b *L. 5. hiſt. cap. 5. Plinius correctus.*

c *L. 9. cap. 51.*

d *L. 6. hiſt. cap. 10.*

*Partus.*

* *L. 6. hiſt. cap. 11.*

*Cur Raiarũ copia ſit.*

f *L. 6. hiſt. cap. 10.*

*Ouum quale.*

*Fœcunditatis cauſa.*

quædam vix ciceris ſunt magnitudine. Equidem plura centenis aliquando in Raijs ſingulis numeraui. Ex his quæ à perfectione propriùs abſunt, in inferiorem vuluæ partem demiſſa, teſta operiuntur, in qua albumen & vitellus continentur, quemadmodum in Gallinarum & aliarum auium ouis primùm conformatis, quæ tum vitello ſolo videntur conſtare, cùm tamen poſtea albumen à vitello ſecernatur. Quam rem cùm vehementiùs admirarer, cauſamq; eius ſolicitè inueſtigarem, oua gallinarum recens formata, in quibus ne veſtigium quidem albuminis apparebat, coxi, tum caloris vi (cuius proprium eſt quæ eiuſdem ſunt generis congregare & cogere, quæ diuerſi, diſſipare & diſcutere) candidum à luteo ſecretum vidi. Quamobrem initio quidem vtrumq; commiſſum eſt & confuſum; ſed paulatim calor magis ac magis vires ſuas exerens ſeparat, & ex craſſiore parte indurata, teſta circundat. Tale eſt igitur in teſta ſua Raiarum ouum, quale Gallinarum & auium initio. Teſta verò ouum ſuum cõcludens ſub pictura ouorum teſta nudatorum expreſſa, quæ in figura puluinar à quibuſdam hodiè vocatur, quadrati forma eſt, demptis angulorum appendicibus, quæ variæ ſunt. Vnius enim lateris appendices longiores ſunt ſimiles folijs gladioli herbæ; alterius breuiores, latiores, repliçatæ, quibus vndique ſummotis laterum anguli tibiarum ligulis ſimiles ſunt, vt ſcribit Ariſtoteles. Qua de re plura &(ni fallor) notatu digniſsima, cùm de Galeis diceremus. Teſtaceum ouum (ſic & oua ſingula nominare videtur, quæ vna communi ceu teſta continentur, & ipſam quoq; continentem teſtam) Raiarum à Canicularum (Catulorum) ouo differt: illarum enim magis fuſcum eſt, harum magis flauũ. Hæc omnia ille, reſtituto prius hoc Ariſt. loco: *Raia* (inquit philoſophus ſecũdũ vulgarem literam) *inter cartilagineos fœtificat numeroſiùs: verùm quia facilè pereunt, hinc efficitur, vt appareant pauca.* Legit ille hic qnoque Rana, quoniam Græca exemplaria *βάτραχον* habent, non *βάτος*

[5] *L. 6. hiſt. cap. 17.*

# NATVRA. MORES.

RAia cùm & ipſa ſua natet latitudine, celerem natatum exercere non poteſt: quamobrem carniuora cùm ſit & ex rapto viuat, eãq; quam captat, tarditate motus ſui impedita, aſſequi nequeat, aſtu doloq; vtitur, quod [a] Plinius indicat, ſubinde à Ranæ quæ in mari piſcatrix vocatur, ſolertia, his verbis: *Similiter Squatina & Rhombus abditi pinnas exertas mouent ſpecie vermiculorum: item quæ vocatur Raia:* quem locum explicans Maſſarius: Verùm Raia (inquit) cùm pinnis careat ex Ariſtotele, primo de hiſtoria & quarto de partibus animalium, non videtur eſſe verum quod dicit Plinius, ſcilicet quod pinnas exertas moueat, quod de Squatina & Rhombo concedimus. Hæc enim pinnis prædita ſunt. Attamen Ariſtoteles non pinnis hoc ſed radiolis ſui oris eiuſcemodi piſces facere, teſtatus eſt. Ait [b] enim. *Obruunt & arena ſeſe & Aſelli & Raia & Pſitta & Squatinæ, cumq; nullam ſui corporis partem intectam reliquerint, verberant radiolis ſui oris, quos piſcatores virgulas vocant, quos piſciculi cùm aſpexerint, adnatant quaſi ad algas quibus neſci ſolitæ ſunt,* niſi quis dixerit in Plinio legendum eſſe Rana non Raia, hoc modo. Simili modo Squatina & Rhombus abditi pinnas exertas mouent ſpecie corniculorum, itemq; quæ vocatur Rana. Paſtinaca latrocinatur ex occulto &c. vt nam iungatur cum verbo præcedenti, & non legatur Raia, nam ſed Rana: vt ſit ſenſus: Vt illa (ſcilicet Rana piſcatrix) corniculis ſuis piſcatur, ita Squatina & Rhombus quamuis corniculis careant, pinnis ſuis vice corniculorum vtuntur, quod ſimiliter & eadem quæ vocatur Rana, facere videtur: nam quãdo præpilatis illis capillamentis ſiue corniculis caruerit (vt inquit Ariſtoteles eodem loco) eorum vice vtitur pinnis, quamobrem macilentior capitur, quia non ita commodè piſcari poteſt. Nec obſtat quod paulò antè Plinius de Rana meminerit, cùm intellexerit ibi, quando cornicula ſua habuerit, & pòſt, cùm ijſdem caruerit. Hucuſq; Maſſarius, certior futurus opinionis ſuæ, ſi apud Ariſtotelem præcitato loco in omnibus codicibus Græcis cùm impreſſis, tum manuſcriptis *βατράχος* pro *βάτος* legi in ijs animaduertiſſet. Sic autem legi teſtatur Saluianus, opinionis primùm Maſſarij aſſertor; ſed cùm deinceps rem diligentiùs ponderaret, aduerteretq; quod Ariſtoteles paulò antè eodem capite eandẽ machinationem Ranæ attribuiſſet, mutata opinione, Græcos codices omnes quotquot vidit, vitiatos eſſe non dubitabat, & pro *βατράχος βάτος* legi ibi oportere (cùm non ſit vero conſonum Ariſtotelem bis eodem capite eadem repetere) quo modo & Gaza legit, vel quòd correctiori exemplari vteretur, vel quòd mendum ipſum ex præcedenti ſermone cognoſceret, quare Maſſarius Ariſtotelis locum ex Plinio potius quam Plinij ex Ariſtotele reſtituere debuerat. Saluianus verò dum ex hoc Ariſtotelis loco, vbi vna cũ Raijs nominat Aſellos, Pſettas (nõ Paſſeres, ſed Rhõbos, vt Plinius reddidit) & Squatinas hoſce manifeſtos oris radiolos ſiue virgulas habere negat, argumẽto quòd in Raijs manifeſti non ſunt, fallitur; nã Aſelli (quos ille non agnouit) eos habent manifeſtiſſimos, item Rhombus, vt oſtendimus: item Squatina, vt in huius quoq; hiſtoria declarabitur. Itaque rurſus quæſtio eſt, cur radiolis piſces venari Raias Ariſtoteles, Plinius verò pinnis dicat, cùm neutris præditæ ſint. Plinium impropriè pinnas vocare, quas Ariſtoteles virgulas ſiue radiolos certum eſt. Ad Ariſtotelem nulla reſponſio eſt, quando ex tot Raijs quæ à Rondeletio diligentiſsime deſcribuntur, nulla eſt, quæ apophyſes eas iuxta os habeat, quanquam habere ſcribat Pierius Valerianus.

[a] *Aſſut.* *L. 9. cap. 42.*

[b] *L. 9. hiſt.*

An

An itaq; roſtri quod acutum habent, extremitate pro ijs vtitur? ideoq; Ariſtoteles ijs immiſcuit? Nam aliàs receptos pro Raijs piſces, veras ac genuinas eſſe, certo certius eſt. Quod ſi verò quis falsò hanc venationem Raijs ab Ariſtotele aſcribi velit, Alberti fretus authoritate, qui nimirum tradit, Raias demergere ſe in profundo & turbare aquam & piſces qui acceſſerint, incautos confodere, ita quòd velociſſimum piſcem Mugilem in ventre habere videatur: reſpondebo Albertum memoria lapſum Raijs tribuere quod nos ſuprà Paſtinacæ & Torpedini ex Ariſtotele. Ex quo item oſtendimus, cùm pleraq; cartilaginea plana prolem quotieſcunq; de ea metuunt, intra ſe recipiunt, id tamen Paſtinacam ob caudæ aſperitatem facere non poſſe. Idem quoq; de Raijs ſcribit, quod cùm Iouius fideliter ex eo repeteret; immeritò à Geſnero erroris inſimulatur, qui Ariſtotelem non Raias ob hanc cauſam, ſed Ranas piſces propter amplum & ſpinis aſperum caput ſobolem ſuam ore non recipere, ſcribere contendit, immemor huius qui apud eundem Ariſtotelem legitur, loci; quem Græcè recitabo, quandoquidem in Latino mendum irrepſit. Τῶν δὲ πλατέων τριγὼν καὶ βάτος οὐ δύγονται διὰ τὴν τραχύτητα τῆς κέρκου. οὐκ εἰσδέχεται δὲ οὐδὲ βάτραχος τὰς νεοττιὰς διὰ τὸ μέγεθος τῆς κεφαλῆς, καὶ τὰς ἀκανθας, ideſt: Ex planis autem Paſtinaca & Raia non recipiunt propter caudæ aſperitatem. Neque etiam fœtus recipit Rana propter capitis magnitudinem & aculeos. In quibus poſtremis verbis in latina Theodori verſione non tamẽ ipſius, ſed typographi errore pro Rana, perperã legitur Raia. Olaus Magnus in Tabula Septẽtrionali ſua, paullò vltra Daniæ fines in Oceano pingit Raiam, quę hominẽ natantem, qui à multitudine Canum in profundum trahi periclitabatur, naturali quodam affectu aliquandiu defendit, & tuetur. Eius icon præcedenti pagella data eſt.

*Fœtum non recipere.*

*Lib. 6. hiſt. cap. 10.*

E

F

# VSVS IN CIBIS.

GAlenus, eumq; ſecutus Pſellus Raias & Læuiraias, duriores eſſe & concoctu difficiliores, copioſioriſq; nutrimenti quàm eſt [a] Torpedo & Paſtinaca, tradunt. Aliàs idem Galenus, ſola (inquit) cartilagineorum Torpedo & Paſtinaca laudantur. Ita & Mneſitheus: piſcium genus quoddam διαβρῶτον vocatur, cuius cutis aſpera & ſine ſquamis quales Raiæ & Squatinæ ſunt. Hi omnes friabiles quidem (εὔθρυπτοι) ſunt, ſed haud boni odoris & alimentum humidum præbẽt, elixati aluum maximè omnium ſoluunt: aſsi verò deteriores ſunt. Quomodo itaq; Diphilus Siphnius εὐστομαχον, id eſt ori gratam eſſe dixit? cur poẽtarum nonnulli lautiſsimis aliquando cibis annumerarunt? Eupolis in Adulatoribus: παρὰ τῷ δὲ Καλλίᾳ πολλὴ θυμηδία, ἵνα παρὰ μὲν χάραβοι καὶ βατίδες, καὶ λαγῳὰ, καὶ γυναῖκες εἰλίποδες: id eſt, apud hunc Calliam multum voluptatis fuit: Aderant enim, Locuſtæ, Raiæ, Lepores, ac mulieres tolutim incedentes, id eſt curuatis & inuerſis pedibus ob fœmora implicata faſcijs. Epicharmus in nuptijs Hebes: fuiſſe ſcribit Torpedines, Raias, Zygænas, Preſtes, Squatinas. Sannurion: Ὦ βατίδες, ὦ γλαύκων κάρα, O Raiæ, ò Glauci caput. Ariſtophanes in Acharnenſibus: Θ'ὑδὶ κάρα βατίου, δύο' ἐγχέλυσιν. Glaucorum enim caput ſummopere commendari ab opſophagis oſtendimus. Λαγὸς verò non venenoſum illud malachion, hîc intelligitur, ſed de quo [b] Horatius. *Nec ſcarus aut poterit peregrina iuuare Lagois,* vbi Acron dubitat, an Lagois ſit genus piſcis quod in Italo mari non reperitur, aut auis, quæ carnem Leporis habet. Porrò quantoperè quoq; celebrentur Anguillæ quibuſcum poſtremo loco nominantur Raiæ, ſuo loco patebit. An ab aliqua parte celebratur? nam & Antiphanes βάτου νῶτον, id eſt Raiæ dorſum, βάτραχου verò γαστέρα, id eſt, Ranæ ventrem inter lautiſsimos cibos prædicat: Suntq; qui Raiæ ſcapulas laudant ex Archeſtrato: & Geſnerus ſeſe intellexiſſe ſcribit, dimidias láterum extremas partes de Raijs edi à diuitibus: reliquam partem plebi & familiæ relinqui. An verò potiſsimùm iecur intelligunt? hoc enim maximè delicatum habere Rondeletius teſtatur, idq; alios ex aceto tantùm comedere, alios primùm elixum, deinde in ſartagine frixum aceto vel oxalidis ſucco cum pipere condire. An & temporis anni rationem habuerint, & non quouis tempore edi voluerint? nam & Archeſtratus ille obſonatorum coryphæus hyeme potiſsimùm eas maximè comedendas eſſe ſuadet, caſeoq; & ſylphio condiri. Alijs enim temporibus multò grauiùs olet & multò duriori carne, ſiccioreq; & exucciore (ita quæſo mihi liceat loqui) prædita eſt; quamobrem cùm aliquãdo nonnulli in conuiuio de ſucco & ſubſtantia Raiarum Rondeletium interrogaſſet, reſpondit idem quod Dorion tibicen apud Athenæum, qui cùm quidam diceret Raiam bonum piſcem eſſe, perinde ac ſi quis (inquit) pallium elixum comedat. Euaneſcit odor ille ferinus marinuſuè fœtor in diutiùs ſeruatis. Quare Lutetiæ meliores ſunt Raiæ (inquit Rondeletius) quàm Rhotomagi, & Lugduni quàm Maſſiliæ. Longa enim vectura tenereſcunt. Noſtro item æuo vbiq; locorum *vilis* plebeiuſq; piſcis eſt. Gallis tamen, qui duris & firmioris carnis piſcibus delectantur, in delicijs eſt. Hollandi potiſſimùm elixant, butyroq; & aceto affuſis, addito ſinapi inferunt, in aliorum inopia. Romæ maiores teſte Saluiano elixas ex alliato, minores frixas & ſucco mali aurancij pipereq; conſperſas comedunt, at plebei tantũ.

*Vt nutriant.*

*[a] Li de vict. atten.*

*A quibus laudetur.*

*[b] Lib. 2. Serm. Lagois quid*

*Iecoris delicia.*

*Quo anni tẽpore melio res.*

*Apparatus.*

G

H

VSVS

A

## VSVS IN MEDICINA.

AVribus vtiliſsimum eſſe Bati piſcis fel recens, ſed & inueteratum vino * Plinius tradit. Rondeletius in penuria hepatis Paſtinacæ, ſe Raiæ hepate vſum eſſe ad pruritum (ſic lego, nam deprauatè apud ipſum legitur priuatum absq; ſenſu,) non exempto felle ſcribit, idq; cum ſucceſsu. Idem, quod Plinius officulo de cauda Ranæ marinæ tribuit, de oſſiculo ideſt, aculeo caudę Raiæ intelligendum conijcit. *Marinarum* (inquit Plinius) *muria & capitis eius cum melle ſanat ſtrumas. Pungi piſcis eius qui Rana in mari appellatur, oſſiculo de cauda, itâvt non vulneret, id faciendum quotidie, donec percurrentur.* Neq; enim aculeos in cauda habet Rana marina, vt ex eius deſcriptione poſtea perſpicuum fiet, neq; oſsa, cùm cartilaginea ſit: neq; de Paſtinacæ radio locus intelligi poteſt: de eo enim mox ſequitur. *Eadem vis & Paſtinacæ radio.* Quamobrem non video (inquit Rondeletius) quò meliùs iſta referri poſſint quàm ad Raiarum aculeos: ex his enim ſunt quæ magnos habent & firmos planeq; oſseos, præſertim cùm ex Raia in Ranam facilis lapſus fuerit, qui ſæpiùs & in
B conuerſione librorum Ariſt. reperitur.

*Fel.*

* *Lib. 32. ca. 7.*

*Hepar.*

*Plinius correctus.*

## DE RAIIS IN SPECIE. ET PRIMVM DE LÆVI. Cap. XLIX.

### SYNONYMA. ETYMVM.

C QVAE ex Raijs apud Græcos λαόβατος appellatur, licet apud Latinos nomen non habeat, verbo reddito, Latinè Raia læuis, vel vt recentioribus placet, coniunctis dictionibus, Læuiraia vocari poterit. Nec obijciendum eſt (inquit Saluianus) ſimul ſtare non poſſe, læuem eſſe & βάτον vocari, cùm βάτος piſcis (vt ſuprà monſtrauimus) ob recuruos aculeos, quibus rubi inſtar horret, dicatur: nam etſi dorſum huius piſcis eiuſmodi aculeis careat, ijſdem tamen munita eſt cauda. Vnde cùm aculeatam & horridam caudam habeat, dorſum verò læue, iure λαόβατος à Græcis, à noſtris verò Læuiraia vocatur. Athenæi locus, in quo λαόβατος etiã *pínn* vocatur, neceſſario mendoſus iudicari debet, vel Athænæus præcipitanter ita ſcripſerit, cùm Rhine Squatina ſit & aſperrima cute præditus piſcis: Ita autem in chirographis codicibus legi Caſaubonus atteſtatur. Lęuiraiam Romani à muco quo abundat, Mucoſam, & à lata faſcia qua mucus ſeu potiùs coriza, in coriza laborantibus atq; in infantibus excipi ſolet, Bauoſam appellant: bauum enim iſtiuſmodi faſciam dicimus, vt Bellonium falli conſtet, qui Romanis Falſam velam à carbaſorum forma nuncupari ſcribit. Idem etiam Maſſilienſibus Flaſſadam vocari teſtatur à lecti tegminis ſimilitudine, quod & Saluianus confirmat. Rondeletius verò hoc nomine dictam Raiam, Oxyrinchum alteram facit; huiuſce verò Lęuiraiæ nomẽ apud Maſſilienſes ſubticet: eſſe tamen ait qui in Gallia raſam vocant à glabra cute, & alicubi, vt apud ſuos, à colore fumat & Fumado. Sunt enim (inquit) colore fuſco, quem exfumat vocamus, quòd eo colore ſint quæ fumigantur, priuſquàm maximè denigrentur. Hiſpanis quoq; à cute læui & pellucida
D Liuda nominatur.

*Lauiraia.*

*Mucoſa.*

*Bauoſa.*

*Falſa vela.*

*Color.*

### GENVS. FORMA. HISTORIA. DENIQ; TOTA.

RAiarum læuium non vnum genus eſt, poſſuntq; diſtingui in acutum, & obtuſum roſtrum habentes. Ex poſtremis eſt, quæ inter omnes læues generis nomen obtinet, quam nunc deſcribimus. Piſcis eſt cartilagineus, planus, corpore quidem tenui ſed in ampliſſimas alas expanſo, omnium ſui generis piſcium poſt Bouem (ſic vocat Raiam eam quam Rondeletius Oxyrinchum maiorem) teſte Bellonio maximã, à quo (inquit ipſe corporis tenuitate, roſtro, ſpinis vncinis, cute, dentibus & ore diſtinguitur. Dixerat autem dentibus eſſe obtuſis, cum ſubtus læui, Paſti-

*Diuiſio.*

*Magnitudo.*

*Dentes.*



Digitized by Google


A
A
A
B
C
D
D
C
F
G

nacæ modo, roſtro in faſtigium aſſurgente: prona parte albida, ſupina ſubnigra, tactuiq; aliquantu- E
lum ſubaſpera. Nos ſuprà omnes Raias dentibus carere diximus, idq; Saluianus teſtatur, & den-
tium loco in maxillis aſperitates habere, & Rondeletius quoq; Læuiraiæ os latum eſſe ait, & aſperis
oſſibus pro dentibus munitum, cùm alioqui cartilagineus piſcis oſſium loco cartilagines à natura ac-
ceperit, vt improprie loqui vtrumq; conſtet. Idem Rondeletius cutem glabram læuemq; interpreta-
*Cutis.* tur, ab aculeis nudam, præterquàm in locis prope oculos, quorum vterq; aculeo munitus eſt; item
media dorſi linea & cauda. In illa enim infixos ait eſſe aculeos paruos rarosq; : in cauda verò tres
eorundem ordines, rariores, tenuioresq; quàm in alijs generibus: in ſupina item parte aliquot eſſe in
*Roſtrum.* os recuruos, cibi, vt opinatur, retinendi gratia. Roſtrum tenui cartilagine conſtat & pellucida, eſtq;
mediæ longitudinis. Rima pro podice eſt, pudendo muliebri non abſimilis. Alæ vtrimq; expanſæ
tenues ſunt, prona parte nigricant, vt & cauda, dempta quadam parte candida: ſic etiam tota pars ſu-
*Carnis qualitas.* pina alba eſt, Diphilus cùm Raiam ori gratam eſſe dixiſſet, Raiamq; ſtellarem teneriorem & boni
ſucci; addit Læuiraiam aluo difficiliorem eſſe & virus olere: quem locum exponens Saluianus, vt
Raiam minus inſuauem (inquit) Raiam verò Stellarem minus duram ac minus mali ſucci, quàm Læ-
uiraia (quæ reuera omnium deterior eſt, etſi carnem albam habeat, vt apud Athenæum Epæneius in
re coquinaria aſſeuerat) eſſe, ei aſſentiri poſſumus & debemus, ſic neq; Raiam ſuauem, neq; Raiam F
ſtellarem teneram boniq; ſucci eſſe concedendum eſt, quando omnes inſuaues ſint, atque duræ car
nis ſolumque hepar tenerum atque ſapidum habeant. Noſtra Læuiraia à ſummo roſtro, vſque ad
caudæ extremum longa erat tres dodrantes. Roſtri pars in obtuſum angulum tendit figura depreſſa, & quaſi quadrangula. Oculos habebat parte ſupina, oblongos, pupillam nigram, iridem albam.
Supra oculos bini vtrimq; emipebāt aculei. Parte ſupina ſupra os bina erāt foramina olfactus organa,
rima quadam ad os vſq; deducta. Maculis ſupina parte nigris vndiq; variabat, quod ei in Raiarum
genere peculiare eſt. Branchias habebat detectas, quinas. Inter cutem & peritonæum albida caro
mucoſa panniculi carnoſi vicem obtinet. Hepar in latitudine ventris, tribus diſtinctum lobis longiuſculis habebat, ſed quorum medius eſset breuiſſimus; qui ſinguli linguarum figuram referebant, colore ex albo rubeſcente. Sub hepate ventriculus ad ſiniſtrum latus figuræ planè, vniuerſam occupabat
capacitatem. Eius pars conuexa in latus vergebat ſiniſtrum, concaua in ſpinam. Pylorum excipiebat
inteſtinum latum, rotundum & occupabat dexteram partem vniuerſam, deſinebatque ad inferiorem
ſpinam, anguſtum in proximo ſupra ipſam ſpinam cæcum habens inteſtinum tenue admodum. Nullum cernebatur meſenterium ad ipſum inteſtinum ſecundum ipſius longitudinem, niſi ad connectionem ventriculi & inteſtini, cuius beneficio medio hepatis lobo colligebatur. Sub ventriculo in me- G
dia eius regione caro cernebatur rubicunda, quæ fortaſſis lien fuerit. Pars inferioris pectoris ſubſtantia oſſea. Cor thoracis ſinu exiguo triangulari continebatur exiguum, quale Lucio, trunco vnico veluti pediculo appenſum.

AAA. Hepar tribus diſtinctum lobis.
B. Ventriculus.
CC. Ventriculi pylorus oblongus & rotundus, recurrens ad ſuperiora.
DDD. Inteſtinum rotundum, amplum, absq; meſenterio.
E. Inteſtinum cæcum tenuiſſimum, ad ſpinam.
F. Exitus inteſtini.
G. Os pudendi.
H. Lien.

# DE RAIA VNDVLATA, SIVE CINEREA RONDELETII.

## Cap. L.

H

*Nomen.* ALiquot Raiarum ſpecies Rondeletio debemus, ex quibus & hanc, quam à colore cineream, à maculis verò flexuoſis, vndulatam cognominauit, additque quibuſdam Coliart vocari. Eſſe autem ex læuium genere, corpore minus ad Rhombi figuram
*Forma.* accedente, quàm in reliquis Raijs, ſed oui potius forma: Corpus ab aculeis nudum,
*Aculei.* præterquam in linea dorſi, in qua pauci ſunt, parui, rari: circa oculos nonnulli. In
cauda ſunt triplici ordine diſpoſiti, maiores & denſiores. In eadem pinnulæ ſunt
*Pinna.* duæ. Ore, oculis, foraminibus, branchijs, partibus internis, carnis duritie alijs ſimilis, ſed colore eſt
*Color.* cinereo, prona parte multis ſinuoſis lineis deſcripta. Iconem non appoſui, quòd facilè ex alijs haberi poſſit.

DE

A

# DE RAIA LÆVI ALTERA ſIVE OCVLATA. Cap. LI.

RAETER Raiam aſteriam ſiue ſtellarem binæ ſunt aliæ, quas ab oculorum maculis idem Rondeletius oculatas nuncupat, ſed quia altera læuis, altera aſpera eſt, hac itidem differentia addita, vtramque diſtinxit. Illam nonnullos ( Gillium intelligit, ego & Saluianum in eadem opinione fuiſſe inuenio) aſteriam eſſe exiſtimaſſe tradit, macularum cauſa motos, quorum opinionem refellit, argumento quòd Galeus aſterias ab Ariſtotele à maculis ſtellatim diſpoſitis nominatus ſit, quales in iſta Raia minimè ſunt, verùm in alia ſpecie maximè cuidentes & conſpicuæ; quamobrem hanc rectiùs videor (inquit) mihi oculatam nominaſſe: aliam à ſtellis manifeſtis in toto corpore ſparſis Aſteriam. Præterea veterum Aſterias tenerior eſt, boniq; ſucci, quod de hac, de qua nunc agimus, dici non poB teſt. Galli in Prouincia hoc Raiæ læuis genus Mirallet dicunt, à ſpeculorum paruorum ſimilitudine, vt Rondeletius teſtatur. Quo Gallico nomine vtitur Bellonius, Miraletum vocans, Rondeletius verò neglecta vulgari appellatione oculatam appellare maluit, quòd in maculis, à quibus ei nomen, maior cum oculis ſit ſimilitudo, quàm cum ſpeculis. Nobis incognita eſt.

*Nomen.*

*Aſterias quorundam.*

Raia oculata, & læuis Rond.

C



# DE BOVE BELLONII. OXYRINCHO MAIORE ROND. Cap. LII.

D

## SYNONYMA. ETYMVM. ÆQVIVOCATIO.

BOVIS nomen pro piſce admodum varium eſt, deq; diuerſis piſcibus prædicatur, quod beneuolus lector omnino aduertendus eſt, ne homonymia intricatus, authores haud clarè percipiat. Strabo inter Nili piſces Bouem recenſet. Salpa (vt diximus antè) Bos vocatur, quòd marinis herbis ita veſcatur, vt terreſtribus bos quadrupes, vt Pancrates teſtatur apud Athænæum. Seruius verò Phocas interpretatur Boues marinos: quos alij communiter marinos Vitulos dicunt. Maſſilienſes item & Genuenſes Boues marinos hodieq; nominant. Celebrantur & alij marini piſces ſeu potius belnæ marinæ,

*Boues qui piſces dicantur.*

*Phoca.*

*Boues marini quadrupedes vbi.*

*Vacca marina cornuta.*

*Nomina vulgaria.*

*Subula.*

marinæ, Bouis nomine, quæ quadrupedibus ſimiles eſſe dicuntur. Scribit quidam Hamburgenſis in ſua nauigatione peracta anno Domini 1549. in mari iuxta Arabiam nigram varias degere animantes terreſtribus ſimiles ſed breuioribus cornibus, ijſdemq; pinnatis: corpore pilis obtecto perbreuibus, nempe Aſinos, Canes, Boues. Cæterùm haud ſatis intelligo, ſoloſne Boues cornutos eſſe innuat; an etiam Canes & Aſinos. Aſinos quadrupedes cornutos inuenio; Canes minimè. Vacca marina cornuta ab Olao depingitur in tabula regionum Septentrionalium: & Cornuta Plinio inter beluas eſt; & Albertus deniq; teſtatur peritiſſimorum piſcatorum authoritate, in profundo ſui maris marinos Boues degere. Nos modò iſtiuſmodi ſiue piſces ſiue beluas non intelligimus, ſed Raiarum generis maximum piſcem, qui non à ſimilitudine quadrupedis, ſed à magnitudine Bouis nomen apud Græcos obtinuit, quomodo item bulapathum quidam dicunt, quod Dioſcorides hippolapathum ab equi magnitudine maluit appellare; magnus enim vterq; quadrupes. Vnde eſt quòd Ligures teſte Bellonio etiamnum Vaccam, vocent, Dalmatæ verò, vt Gillius ſcribit, Bouem. Rondeletius quibuſdam è ſuis Flaslate dici ait quaſi lecti ſtragulum: quod nomen antea ex Bellonio & Saluiano Læuiraiæ tribuimus: ſed fieri poteſt, quòd vtraq; Raia ſic vocetur: vtraq; enim latiſsimo corpore eſt. Pariſinis eodem Bellonio ſcribente, non alio quàm Raiæ nomine agnoſcitur, quòd eius quidem caro, non modò ſapore, ſed etiam colore atq; adeo inſertis cartilaginibus, maiorem Raiam præſeferat. Alibi in Gallia Eleno dicitur, nomine cum Oxyrincho communi, quaſi ſubula, nimirum à roſtri figura. Eſt autem ſubula inſtrumentum cerdonum quo ad perforandos ſuendosq; calceos vtuntur: cæteri Galli aleſne dicunt, nos Leſinam: quare & piſcis nobis ita vocari poterit: qualis enim eſt ſubula, id eſt acuta, tenuis, latiuſcula, nõ rotunda; tale eſt huius piſcis roſtrum. Venetijs Stramazzo vocari ſeſe intellexiſſe ſcribit Geſnerus, aliquoſq; Lamiam interpretari.

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

[a] *Lib. 5. Hiſt. cap 5.*

*Planum piſcem eſſe.*

[b] *L. 9. c. 24.*

ARiſtoteles [a] manifeſtè inter planos cartilagineos Boues nominat: cùm enim Raiam, Paſtinacam, planos & cartilagineos piſces nominaſſet, ſubiungit. *Cartilaginea verò præter ea quæ nominauimus, ſunt Bos, Lamia, Aquila, Torpedo, Rana, omneq; genus Muſtelorum.* Si enim ſimpliciter cartilaginum piſcem eſſe innuere voluiſſet, vt quidam contendunt, quid attinebat addere, & omne genus Muſtelorum, cùm omnia cartilaginea vel Muſteli ſint, id eſt longi piſces, vel plana. Ad hæc omnes quos ibi nominat, plani ſunt, quanquàm Lamiã Rondel. longam faciat; cùm alioqui hanc Ariſtotelis ſententiam veluti pro nobis fideliter reddiderit [b] Plinius his verbis: *Planorum piſcium alterum genus eſt, quod pro ſpina cartilaginem habet, vt Raiæ, Paſtinaca, Squatina, Torpedo, & quos Bonis, Lamia, Aquila, Ranæ, nominibus Græcis appellant.* Poſtremò accedit Oppiani ac Aeliani authoritas quorum ille omnium latiſſimum eſſe ſcribit, ſæpè enim ad vndecim vel duodecim cubitos latitudinis accedere tradit, his verſibus.

*Incola Eos cæni qui vaſta mole mouentur  Corporis, & latos ſeſe diffundit in armos*
*Biſſenis magnos cubitis porrectus in artus.*

Aelianus verò longitudine & latitudine inſignem eſſe: ex quibus tamen verbis longum piſcem eſſe credere non debemus, ſed longitudinis etiam meminiſſe, ne quis latitudinem eam enormem in monſtruoſitatem conuerteret. Duo eius genera Rondeletio nota, & Raiæ oxyrinchi maioris & minoris nomine deſcripta ac depicta. Minorem ſubinde ab hoc capite deſcribemus. Maior (inquit) illi ſimilis eſt, alis quidem valdè amplis & extenſis, ſed ipſo corporis trunco ſtrictiore, acutioreq;, dorſo longiore. Aculeos nullos omnino habet, præterquam in cauda, in qua vnicus eſt eorũ ordo. Partibus cæteris ab alijs non differt. Bellonius quoq; aculeis carere tradit, coloreq; eſſe totius corporis liuido: contrà Aeliano, dorſo, facie, & lateribus admodum niger eſt, & ſupinæ partes albicant. Idem Bellonius dentes habere ait truces, atq; in hami modum inflexos, triplici ordine in maxilla diſpoſitos, eoſq; mobiles; qua in re cum Oppiano atq; Aeliano non conuenit: ille enim dentes habere ait obſcuros exiguoſq;; hic incluſos haud in conſpectum venire aſſerit, Rondeletius Oppiani verſus recitat, eiq; ſubſcribens, ſunt (inquit) qui Bouem antiquorum eſſe putent, quòd in maximam molem accreſcat, quòd in ore latentes habeat dentes, paruos, inualidos, vtpote qui mobiles eſſe videantur: quamobrem colligo Bellonium hunc ipſcem ad ſceleton deſcripſiſſe, cui aliquis, vt piſcem truculentum eſſe oſtenderet, fæuitiamq; magnitudini corporis competere, dentes affinxerit. Adde quòd & amplum ei rictum tribuat, cùm os exiguum eſſe Aelianus teſtetur: item ad latera capitis aculeos permultos & ad caudam recuruos, quorum Rondeletius non meminit; ſed minorem ſuam oxyrinchum iuxta oculos, quatuor aculeos habere aſſerit. Saluianus pro Raia læui exhibere videtur, niſi ſint tres oxyrinchi ſpecies.

*Maioris deſcriptio.*

*Aculei.*

*Dentes.*

*Os.*

LOCVS

A

# LOCVS. PARTVS. NATVRA. MORES.

BOues Ouidio pelagij ſunt: Oppiano verò in cœnoſis lutoſiſq; locis degunt: & Aeliano in limo gignuntur. Gignunt non ouum ſed ſtatim animal, vt Ariſtoteles tradit. Magno autem licet ſint corpore, viribus nihilominus planè ſunt imbecilli, & corpore molli, & vorax eſt, vt Oppianus & Aelianus tradunt, & cùm piſces plurimos voret, tùm humanam potiſsimùm appetit: porrò cùm vjrium ſuarum infirmitatis omnino ſit conſcius, ſola corporis mole fretus eſt: Itaq; ſi forte natantem aut piſcationi intentum aliquem obſeruauerit, adnatans in altum ſe tollit & incuruatus deſuper ſe injcit, ac ſuo pondere deprimit, & corpore toto grauis, tecti inſtar ſupereminens, & membris ſuis omnibus ceu vinculis impediens, emergere hominem & reſpirare prohibet. Quamobrem homo ſpirandi facultate erepta extinguitur, Bos præda fruitur. Quæ cùm Pet. Gillius legeret, Bouem ab Ariſtotele inter Cetarios numerari ſcribit, taleſq; intelligi ab Oppiano & Aeliano. Verùm ego cum Ariſt. locum non inuenio: quod ſi tamen is alicubi legitur, non alium quàm hunc cartilagineum
B piſcem planum ab eo intelligi, non dubito; Ob corporis enim molem, vnde Bouis nomen ſibi vindicauit, Cetaceis annumerari optimè poteſt, vt & Thunnus, magniq; alij & duræ carnis piſces. Eadem corporis mole piſcatorum manus euadunt, vt idem Oppianus notauit, inquiens: Boues, oues, Raiæ &c. appenſa mordicus eſca hamo infixa, ſequi nolunt, & magni corporis mole ad aquæ fundum adhærentes, trahentibus renituntur, & ſic elabuntur interdum ab hamo.

*Cibus.*

*Vt hominem ſuffocet.*

*Vt piſcatoris euadant manus.*

## VSVS IN CIBIS.

BOs authore Diphilo ex cartilagineis carnoſus eſt, ſed præfertur illi Muſtelus cognomine ſtellaris. Vbi Galeus ſiue Muſtelus fortaſsis expungi debet, vt comparatio ſit in ſolis planis cartilagineis. Aliàs enim ſtellarem Raiam præ cæteris (vt oſtendimus) commendauit, vt videlicet Bos inter Raias non poſtremum bonitatis locum obtineat; nam & Rondeletius, carne (inquit) eſt molliore quàm cæteræ, maximè ſi non ſenuerit. Eodemq; referente piſcatores hoc genus Raias ſale conditas in fumo ſoleque exiccant, multis primùm vulneribus, lateribus inflictis, quò mulius citiùsq; exiccentur. Exiccatæ diù incorruptæ ſeruantur, tum ob humiditatem ſuperuacuam & excrementitiam à ſole abſumptam, vt nullum ſit putredinis periculum, tum ob carnis ſubſtantiam glutino-
C ſam & viſcidã. Nam qui piſces carne nimium pingui molliq; ſunt, ſalit uræ idonei non ſunt, quia in ea contabeſcunt & diſſoluuntur.

## DE RAIA OXYRINCHO MINORE. Cap. LIII.

RONDELETIVS (vt diximus) à roſtri acumine binas Raiæ ſpecies, oxyrinchos nominauit. De maiore iam dictum eſt. Minorem Italis Raſam peroſam vocari tradit (ad differentiam nimirum alterius quæ ſimpliciter peroſa vel petroſa appellatur, quæ aculeata eſt,) ſuis ſimili de cauſa Eleno quaſi ſubulam, alijs Sot, alijs Gilioro. Corpore eſt (inquit) maximo, maculis multis lentis ſpecie in parte prona notata; qua de cauſa à noſtris piſcatoribus Lentillade dicitur. Ad oculos quatuor habet aculeos: in cauda tres eorum ordines qui diuerſi ſunt & inæquales, vt primus medij ordinis maior ſit ſe-
D cundo, tertius primo, quartus ſecundo reſpondet, & ſic deinceps, donec ad caudæ pinnulas ventum ſit, circa quas aliter ſiti ſunt. Vtrimque enim per tranſuerſum recti ſunt, ad latera conuerſi, qui per hos ſequuntur in cauda extremi, in caput recuruantur. In ſupina parte roſtri, alij ſunt acutiores, alij in os recurui ad capiendos vel retinendos piſces. Dentes habet in os vergentes, Squatinæ dentibus ſimiles, non in lateribus ſed in medio maxillarum. Oculis, ore, foraminibus, caudæ pinnulis, alijſque partibus & internis & externis, ſuperioribus (Læuiraiæ & vndulatæ) ſimilis: Carne eſt non æquè dura. Hæc ferè ille.

*Nomen.*

*Deſcriptio.*

DE



# DE RAIA STELLARI. Cap. LIV.

GILLIVS eumq; ſecutus Saluianus Stellarem ſiue Aſteriam, eam eſſe arbitrantur (vt monuimus) quam nos ex Bellonio & Rondeletio Raiam læuem oculatam vocauimus, qua cum vera Aſterias comparata veluti purpura cum purpura (vt dici ſolet) certiùs dignoſcetur. Vtraq; ex læuibus eſt, ſed rarior Aſterias, ideoq; multis minus cognita. Corporis ſpecie ab omnibus primo aſpectu Raiæ ſpecies eſſe iudicabitur: tamen ab alijs diſtinguetur aculeis quos in dorſo habet mox a capite incipientes & in priorem caudæ pinnulam deſinentes. Præter hos nulli alij ſunt in toto corpore. Dorſi pars prona, alæq; expanſæ, ſtellulis eleganter ſunt depictæ, à quibus Aſteriæ nomen inuenit. Cauda tenuis eſt & breuior in hac ſpecie quàm in reliquis. Caput Paſtinacæ quàm alijs Raijs ſimilius. Eſt enim craſſius & latius. In alto mari & puriore aqua degit; ob id rarior eſt & in litoribus minus frequens: quamobrem meliore eſt carne quàm reliquæ, ſcilicet molliore, teneriore, facilioris concoctionis, melioriſq; ſuccι. Rectè igitur Athenæus: Stellata Raia tenerior eſt & εὔχυλος, id eſt boni ſuccι. Geſnerus legit εὐχόλιος, id eſt quæ facilè deſcendit.) Nec dubium eſt quin laxatilibus ſubſtitui poſſit, Torpedini; & Paſtinacæ præferenda, quas tamen Galenus Raijs præfert. Hanc quæ ex Rondeletio hic oſtenditur, genuinam veterum Raiam ſtellarem eſſe, tum ex carnis ſubſtantia, tum ex maculis pictarum ſtellularum ſpecie, à quibus & Galeus ſtellaris nominatus fuit, iudicari indubitanter poteſt, liceretq; plura addere, niſi res meridiana luce clarior foret, cùm nullus ſit, qui non ſtatim primo intuitu maculas pro ſtellulis agnoſcat.

*Deſcriptio.*

*Locus. Caro.*

*Veram Aſteriam eſſe.*

Raia Aſterias Rond.

B



C

# DE RAIIS ASPERIS, ET PRIMVM DE STELLARI. Cap. LV.

ENARRATIS Læuibus Raijs accedimus ad aſperas: inter quas primùm dicam de maculatis; quarum Aſteriam ſiue Stellarem vnam, alteram oculatam Rondeletius cognominauit: hanc quòd oculatæ læuis modo duos in tergore ceu oculos gerat, illā quod lætus aſteriæ inſtar, ſtellarum ferè ſimilitudine in lateribus caudæq; principio notata ſit. De Oculata mox. Stellata à Gallis, inquit ille) Raie eſtelee, ab Italis Rometa vocatur. Tota aculeis plurimis horret. In oculorum interuallo multi ſunt, breues, frequentes, peracuti, in medij dorſi linea alij, magnis in cauda tres magnorum ordines, alijs plurimis & minutioribus diſtincti. Infiniti ſunt alij huc illucq; ſine ordine toto corpore inſperſi. Pro dentibus oſſa dura & aſpera habet. Carne eſt dura ſiccaq;. Bellonius hoc genus Raiæ Aſteriam ſiue ſtellatam ſimpliciter facit, eademq; quæ Rondeletius nomina tribuit, aitq; Miraleto ſuo (Raia oculata læui) maiorem eſſe, multaſq; in tergore maculas rotundas, illius lituris perſimiles gerere: cute tamen eſſe aſperiore, craſſioreq; corpore; & caudam item permultis veluti ſpinis horrere; cæterùm guſtu ac ſapore nihilo eſſe aſperis Raijs inferiorem. Addit deniq; huius ſtellatæ Raiæ quoddam genus à Romano vulgo Arzillam (ſic ibi vocari ſcribit Saluianus eam, quam ille Raiam ſimpliciter vocat) vocari, cuius dentes (inquit) obtuſi ſunt, quemadmodum & Heſſadæ id eſt læuis aiæ, à qua hoc præcipuè differt, quòd cute ſit aſperiore & ſtellas multò quàm Rometa latiores & pauciores habeat. Huius generis ſpecies duæ eſſe videntur; vna quæ ſtellulas habet in medio albas, ſed quas ambit circulus ex nigris punctis conſtans, totumq; corpus aculeis horridum eſt: altera ſtellulas prorſus candidas cum multò paucioribus aculeis.

*Etymon. Nomen. Aculei. Dentes. Caro.*

A

Raia Aſterias aſpera Rond.



B

# DE RAIA ASPERA OCVLATA. Cap. LVI.

*Aculei.* OCVLATAE læui maculis ſimilis eſt: differt verò aculeis; quos in alis extenſis è regione macularum vtrimq; habet, alios in lateribus capitis vtrimq;, alios in dorſo, alios in cauda maiores, validiores & frequentiores. Colore non differt. Ne verò quiſpiam ſexu differre ſuſpicetur, addit Rondeletius, ſe in vtraq; & marem & fœminam ex lacte & ouis comperiſſe. *Caro.* Carne eſt dura maliq; ſucci. C

Raia oculata aſpera.



D

D E

Digitized by Google



# DE RAIA CLAVATA.
## Cap. LVII.

*Nominis ratio.*

RAIAM clauatam appellat idem Rondeletius (qui in Raiarum ſpeciebus obſeruandis atq; diſtinguendis fuit & diligentiſſimus & oculatiſſimus) ab aculeorum magnitudine & ſimilitudine cum clauis æreis ſiue ferreis, qua de cauſa Maſſilienſibus Clauade, à Gallis Raie boucleé vocatur, quia aculeos habet fibularum ſpecie: ab Italis Peroſa ſiue Petroſa. Corporis ſpecie reliquis ſimilis eſt, ſed multo breuiore & minus acuto, aculeis longè diſſimilibus & ſitu & figura: ij enim in oſſibus rotundis extant, vnciq; ſunt. *Aculei.* Horum vnus ſuperiorem & ferè roſtri partem occupat: ſequuntur alij duo in lateribus anterioris partis procul à ſe diſtantes; alij duo in medio corpore minus à ſe diſiuncti. His forma & magnitudine pares duo ad radicem pinnulæ prioris in cauda. In media dorſi linea caudaq; aculei alij, F quales in cæteris Raijs ordine locati ſunt vſq; ad priorem caudæ pinnulam: hanc ſequitur vnus duntaxat. In caudæ lateribus vtrimq; ordo eſt vnus aculeorum maiorum, clauorum ſiue fibularum ſpecie, ab initio caudæ ad medium eiuſdem tantùm, ne (vt opinatur Rondeletius) tot magnis aculeis rigidior commodè in omnem partem flecti non poſſet, tamen ne alicui caudæ parti arma deeſſent, maiorum aculeorum ordines ſequuntur parui alij, quales in cæteris Raijs cernuntur. Vidit item huius generis Raias quibus poſteriore parte corporis tantùm aculei illi magni eſſent, nulli verò parte anteriore, ſed horum ſitum diuerſum ſpeciem mutare non putat, quòd alia omnia reſpondeant. Monet deinceps ne nos decipiat Belloni j pictura, quòd in ea multa ſint à veritate aliena, ſicut (inquit) facilè iudicabit, qui illius deſcriptionem cum noſtra, & vtramq; cum ipſo piſce contulerit. Atqui Bellonius pictam quidem exhibet, atq; omnibus notis cum Rondeletiana eandem, piſcem verò non deſcribit, notiorem eſſe inquiens quàm vt deſcriptionem requirat. *Hepar.* Hepar flaueſcens in duas partes ſectum eſt, in quo veſica, fel aqueum & tenue continens latet. Illud pro delicatiſſimo cibo habetur, pingue eſt ideo in oleum reſolui poteſt, contra affectus hepatis vtile. Emollit enim citra magnam caliditatem *Vſus in medicina.* Fel aduerſus ſuffuſiones prodeſt. Poſſet (inquit idem Rondeletius) hæc Raiarum ſpecies Aquila antiquorum conferi (nihil tamen affirmat.) Colore enim nigricante eſt; incurui aculei vncis vnguibus G reſpondent, alas valdè expanſas habet, veluti Aquila. Præterea in genere cartilagineorum & planorum numerarunt antiqui. Poſtremò dura eſt carne, cuiuſmodi carnem Aquilæ Philotimus eſſe ſcripſit, quod & à Galeno approbatur. Bellonius verò cæteris Raijs delicatiorem eſſe ſcribit. Maritimi experiri poterunt. Eius iconem præcedenti pagella dedimus. *Aquila.* *Caro.*

# DE RAIA CLAVATA ALTERA.
## Cap. LVIII.

*Vt à ſuperiore differat.* HANC quoq; clauatam Raiam vocat idem Rondeletius. Sui Ronſe dicunt quaſi rubram, cùm alioqui colore ſit cinereo. A ſuperiore (inquit) differt, quia roſtro eſt acutiore, aculeoque illic caret. In ore dentes nulli ſunt, ſed pro dentibus maxillæ aſperæ: vnde qui hanc Raiæ ſpeciem Bouem veterum eſſe credunt, facilè refelluntur. *Aculei.* Huic enim ſuprà ex Oppiano dentes tribuimus. In lateribus vtrimque octo ſpinas longas habet cuti ſuperpoſitas, quibus aliæ Raiæ omnes carent. In dorſo aculeos H quatuor habet, clauis vel fibulis ſimiles, vt in ſuperiore, inter quos in media dorſi linea tres alij ſunt alterius generis, quos ſtatim ſequitur aculeorum ſimilium ordo, per mediam caudam ad pinnulas *Caro.* vſque continuatus. Vtrinq; in cauda aculeorum clauis fibuliſué ſimilium ordo eſt ad medium vſque, reliqua pars alterius generis aculeis armata eſt. Carne eſt dura & ferini odoris.
Icon proxima pagella dabitur.

DE

A

Raia clauata Rond. altera.



B

## DE RAIA SPINOSA. Cap. LIX.

C

ISTIVSMODI Raiam à ſpinis, quas non in alis ſolùm habet, vt clauata altera, ſed etiam in lateribus circa caput, Spinoſam cognominauit idem Rondeletius, Gallos imitatus, qui Carduire eam vocant, quaſi (inquit) Lanificam, a ſpinis ſiue aculeis, cuiuſmodi multi infixi ſunt inſtrumentis ijs, quibus Lanifici lanas carpunt. Sunt & alij duo aculei oculis præfixi, & in media dorſi linea & ad priorem vſque caudæ pinnulam continuus eſt aculeorum ordo vnicus. Figura corporis Læuiraiæ ſimilis eſt, ſi longas cutis ſpinas excipias. Carnis item ſubſtantia & ſucco ab alijs non variat.

*Nominis ratio.*

*Forma.*

*Caro.*

Raia ſpinoſa Rond.



D

## DE RAIA ASPERA. Cap. LX.

ASPERAM peculiariter ex omnibus Raijs vnam cognominauit idem Rondeletius quæ à cæteris eò differt, quòd aculeis paruis latera conſperſa habeat, corporis verò truncum nullis. In cauda tres ſunt longorum & firmiſſimorum aculeorum ordines ad extremum vſque caudæ. Roſtro eſt acutiore; carne dura, malique ſucci, vt cæteræ.

Raia Aſpera Rondelet.

E

# DE RAIA FVLLONICA. Cap. LXI.



*Nominis ratio.*

HANC Raiarum ſpeciem vt ab alijs diſtingueret, Fullonicam appellauit perquã oppoſito cognomine, eò quòd vbiq; in alis, corpore, capite, & cauda, tota frequentiſſimis aculeis conſperſa ſit, inſtar inſtrumenti eius quo fullones pãnos curant poliuntq; quod totum aculeis ferreis cõſertum eſt. Roſtro ſatis longo eſt & acuto: caudæ aculei incurui ſunt, triplici ordine diſpoſiti. Hanc Raiam ait pugnaciſsimam eſſe, raramq; & carnis ſubſtantia ab alijs, non differre.

F

Raia Fullonica Rond.

# DE RAIA ASPERRIMA. Cap. LXII.



NOuiſſima iſthęc in ſupinum conuerſa proximè deſcriptę omnino ſimilis eſt, niſi quòd illa parte tantùm prona frequentiſſimos habeat aculeos; hęc verò non ſolùm prona, ſed etiã ſupina, tota aculeis peracutis ita horret, vt manu tolli non poſſet, niſi pinnulis cauda apprehẽſis. Hæc itaq; cauſa fuit, quòd ſupinam pingeret, tum vt huius, ita aliarum partes ſupini ſitus cognoſcerent ſtudioſi, ſcilicet oris, narium, foraminum, branchiarum, podicis, duorum vuluæ foraminum, formam & ſitum. Dentibus hæc caret, vt aliæ plurimæ, ſed horum vice maxillas habet aſperas & ferè oſſeas.

G

Raia aſperrima Rondel.



H

4

# DE LAMIA. Cap. LXIII.

LAMIAM Grammatici παρὰ τοῦ λαίμης, id eſt à gula deducunt, quòd magnam habeat gulam, quòd piſcis ſit voraciſsimus. A qua ingluuie quidam ſimiliter appellatas fuiſſe opinantur maleficas quaſdam mulieres, quæ cùm carnes humânas auidiſsimè expeterent, Veneris illecebris forma præſtantes iuuenes, quiq; optima eſſent corporis conſtitutione, delinitos atq; allectos deglutiebant, quod (vt aiunt) Menippo Lucio contigiſſet, niſi grauis & prudentis viri conſilium ab amore iuuenem amore auocaſſet, eumq; hoc dicto deterruiſſet, ὄφιν θάλπεις, καὶ σὺ ὄφις, id eſt ſerpentem foues & te ſerpens, quod percommodè de eo dicitur, qui id amat, fouet, amplectitur, quod tandem certum exitium eſt allaturum: vnde fortaſsis iſtiuſmodi piſcis Oppiano ἀναρπὸς, id eſt noxius & damnoſus fuit cognominatus. Cæterùm Euſtathius Lamiæ nomen deriuari voluit à verbo λάπτω, quod eſt lambendo bibo, more canum, Luporum & animantium τῶν καρχάρων, id eſt acutos dentes habentium, Eſt autem λάπτω vox fictitia à ſono quem canes & Lupi bibendo edunt: ſed hoc piſci conuenire non puto. Eſt verò & λάψαι plenis ſe proluere poculis, confertim ſe ingurgitare mero, vt docet [a] Athenæus ex Ariſtophane, vnde τὸ λάπτειν teſte eodem Euſtathio eſt quoq; euacuare & inanire, quod piſci quadrat. Oppiano non λάμνης, vt Bellonius credidit, ſed λάμυρα nuncupatur. Nicander Colophonius in libro de linguis recitante [b] Athenæo, Lamiam pariter Carchariam & Scyllam vocari ſcribit; cuius ſcriptoris authoritate fretus Rondeletius Lamiam Plinij & Ariſtotelis cum hac Lamia, id eſt, Cane Carcharia eandem eſſe voluit, vt in Cane dictum eſt, Pliniumq; inter planos enumeraſſe quòd hic inter Galeos dorſum latiſsimum obtinuerit: quam opinionem refutauimus, quandoquidem præter & ante Plinium Ariſtoteles planum, non longum piſcem eſſe oſtendit, & diſertis item verbis à Galeis ſeparauit, ſed verba vtriuſq; licet iam aliquoties recitata repetam, veniam à beneuolo lectore petens, ne velut cramben bis tervé coctam apponere me arbitretur, rideatq; vt citharœdum chorda qui ſemper oberrat eadem. Ariſtoteles [c] itaq; poſtquam nominaſſet Raiam, Paſtinacam & Squatinam, qui piſces & ipſi (vt oſtendimus) plani ſunt, ſubinde ſubiungit. *Cartilaginea verò præter ea quæ numerauimus, ſunt Bos, Lamia, Aquila, Torpedo, Rana, omneq; Muſtelorum genus.* Diuidit itaq; cartilagineos piſces in planos & longos, nimirum Muſtelos, & inter planos nominat Lamiam: atq; ita quoque ex eo tranſtulit [d] Plinius, planorum piſcium duo genera eſſe oſtendens, ſpinoſum vnum, cartilagineum alterum; nam de ſpinoſo cùm dixiſſet, addit: *Planorum piſcium alterum genus eſt, quod pro ſpina cartilaginem habet, vt Raiæ, Paſtinaca, Squatina, Torpedo, & quos Bouis, Lamia, Aquila, Rana, nominibus Græcis appellant.* Oppianus item Lamias à Canibus diſtinxit, vt antea etiam dictum eſt. Quamobrem Lamiam cum Bellonio latum piſcem eſſe ſtatuo: cæterùm quid ſibi velit, Lamiæ vocem ad Hamiam accedere ſcribens, non video: neq; enim cum Amia piſce, quem Hamiam cum aſpiratione haud rectè videtur appellare, quicquam commune eſt Lamiæ præter literas quibus ſcribuntur: accentibus tamen etiam variant: ἄμια enim paroxytorum eſt, λάμια proparoxytonum. Ab eodem qua ratione Lamia latus planuſq; piſcis, & tamen generis Galeorum qui longi ſunt, eſſe dicatur, miretur aliquis. Ait autem maximæ molis euadere, cute integi ſcabra, os eſſe in anteriore capitis parte, vt in Squatina & Rana, & in eo hoc mirum videri quòd dentibus plus minus ducentis ſit refertum, in vtraq; maxilla per quaternos verſus diſpoſitis; ad radicem latis, in acutum ac pyramidem deſinentibus atq; ad latera crenatis, quibus noſtri (inquit) fabri aurarij plurimùm vtuntur: Linguas ſerpentinas falsò appellant. Lamias enim qui capiunt, ex earum dentibus ac maxillis magnum quæſtum facere ſolent. Aiunt aduerſus venena conferre; quamobrem auro & argento vulgus includere ſolet. Noſtris alioqui piſcatoribus incognitus eſt piſcis, Genuenſibus ac Neapolitanis veteri Lamiæ appellatione notiſsimus; cuius carne veſci minimè dedignantur. Hactenus ferè Bellonius, icone piſcis omiſſa. Cæterùm verendum eſt, quod de dentibus ſcribit, non huic Lamiæ, ſed Carchariæ conuenire, cuius nimirum dentes argento includi, & ſerpentinos vocari ex Rondeletio docuimus, vixq; mihi perſuadeo planis piſcibus tam amplos eſſe dentes, licet Lamiæ à voracitate nomẽ ſit, robuſtiſſimamq; ſuam Lamnam faciat Oppianus hoc verſu. *Et quis vaſtus aper ſuperabit robore Lamnam?* Rurſus Rondeletius Canem Carchariam in Italia Lamiam vocari teſtatur

Etymum.

Lamiæ veneficæ.

Serpentem fouere.

[a] Lib. 11.

[b] Lib. 7.

[c] L. 5. hiſt. cap. 5.

[d] L. 9. c. 24.

Dentes eorumq; vſus.

# DE RANA MARINA, SIVE PISCATRICE. Cap. LXIV.

## SYNONYMA. ETYMVM.

RANAE vocabulo duo diuerſiſſima animalia intelliguntur, amphibium vnum, quadrupes, alterum marinum; quod cùm obſcuri quidam authores non aduerterent, vtrumq; turpiſſimo errore confuderunt. Marinam Ranam de qua nunc agimus, licet [a] Ariſtoteles ſæpius ſimpliciter βάτραχον, id eſt Ranam vocat, ſemel verò τὸ ἁλίαν καλούμενον, ſed hæc lectio ſuſpecta eſt, appareteq; legendum eſſe vel ἁλίαν, vt Gaza & Plinius legiſſe videntur, qui piſcatricem reddiderunt, aut ἁλίαν, id eſt marinam, prior lectio magis placeat, quandoquidem & Aeliano & Plutarcho βάτραχος ἁλιεὺς nominatur, id eſt, piſcatrix: ἅλιος verò vocabulum eſt Ariſtoteli haud multùm vſitatum. Improbatur & βάτραχος ἁλιεὺς, ſicut in Hermolai corollario legitur. Idem Ariſtoteles in Admirandis, & Theophraſtus in Libello de piſcibus βάτραχον θαλάττιον, id eſt Ranam marinam ad terreſtrium & in dulcibus aquis degentium differentiam vocant. Quomodo & Cicero marinas Ranas dixit, & Auicennæ interpres. Aduertendum verò in libris Ariſtotelis à Theodoro tranſlatis, quòd non ſemel Raia pro Rana legatur. vt Hermolaus & Maſſarius & poſt hos alij quoque obſeruarunt; quin & in Græcis exẽplaribus eiuſdem, nomina βάτος & βάτραχος quandoq; tranſpoſita ſunt, vt oſtendimus in Raia, iterumq; oſtendemus. Bellonius cùm nobis fictam planeq; portentoſam iconem pro iſtiuſmodi Rana obtruſiſſet, non minus etiam ridiculam nomenclaturæ rationem reddidit; dum Ranæ nomen ſibi acquiſiuiſſe hunc piſcem ſomniat, à pedibus, quos ſub ventre geminos habeat ad Ranæ paluſtris ſimilitudinem membrana intertextis, quibus ſit veriſimile per vadum maris incedere. A Rana profectò ſiue paluſtri ſiue terreſtri nomen accepiſſe certum eſt, ſed cùm recens nata eſt & imperfecta & adhuc gyrinus appellatur. Pariunt enim ranæ teſte [b] Plinio minimas carnes nigras quas gyrinos vocant, oculis tantùm & cauda inſignes; mox pedes figurantur, cauda findente ſe in poſteriores. Ita marina Rana capite quoq; & cauda tantùm conſtare videtur. Piſcatricis verò cognomen additum fuit à piſcandi venandiuè ſolertia, quod nomen hodieq; retinet apud Neapolitanos, aliàs Romæ Martino peſcatore, in Liguria Peſce peſcatore appellatur, & Burdigalæ in Gallia Peſcheraeu. Epidaurij, apud quos ingentes iſtiuſmodi piſces reperiri ſolent, ob deformitatem & fœdum atq; horridum corporis aſpectũ, Diabolum marinum teſte Bellonio nuncuparunt. Siculi, cùm ob eandem (ni fallor) rationem, tùm ob voracitatem, oriſq; hiantis amplitudinem, Lamiam dicunt. Simil ferè ſenſu Maſſilienſes Baudroy dicunt, nimirum quaſi Baudrier, id eſt Marſupium, niſi cum Bellonio & Gillio à batracho hoc nomen detorqueamus. Monſpelienſibus Gallanga dicitur, in Luſitania Emxarrocco, in Iſtria teſte Maſſario Roſpus quaſi Bufo, quo nomine Aquilam piſcem quoq; vocari diximus. Bellonius hunc eundem piſcem, veterum Malthan eſſe arbitratur, vnico tantùm eodemq; nullius planè momenti argumento fultus, quòd mollem carnem habeat. Cùm autem hos Oppiani verſus

*Nollisse nomen Malthæ quæ ferre videtur, Exitij ignaros piſces ſic Rana maligna*
*Decipit, imbelles magno deglutit hiatu.*

citat, lectorem decipit; diuerſis enim ex Poëtæ locis, quibus de diuerſis piſcibſis agit, exceptos falsò coniunxit ſine vllo verborum ſenſu.

[a] *L. 9. hiſt. cap. 37.*

*Rana marina.*

*Etymon.*

[b] *L. 9. c. 51. Rana vnde partus.*

*Cur piſcatrix dicta.*

*Diabolus marinus.*

*Malthæ vocabulum.*

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

ARiſtoteles [a] inter cartilagineos planos Ranã quoq; enumerauit, & à longis planè ſeparauit. Idem & [b] Plinius fecit, atq; item Athenæus, cùm alioqui & hæc & Squatina multis corporis partibus à cæteris plan s euarient, vt deinceps patebit, corporiſq; figura haud ſatis conueniant, (Sunt enim longiore contractioreq; corpore, & cauda ſpiſsiore,) quamobrem Rondeletius inter longos & planos medias conſtituit, nos qui à longis inchoauimus, vtramq; in poſtremum locum reiecimus, & cum antiquis ob capitis ceruiciſq; latitudinem planiciemq; planis addidimus. Rana marina (inquit Bellonius in quadrupedum ranarum hiſtoria) ad paluſtrem accedit; ſed cartilagines habet oſsium loco, eſtq; paluſtri procerior, atq; æſtuarijs frequens, vt ſuo loco tractabitur. Atqui de alia nulla quam piſcatrice, ſcripſiſſe ipſum reperio, quam paluſtri ſimilem eſſe ait, & quadrupedem pingit, non ſine dictorum virorum riſu. Vera autem Rana marina caput habet toto corpore longè grandius,

[a] *L. 5. hiſt. cap. 5.*
[b] *l. 9 c. 14.*

*Deſcriptio ex Bellonio*

*Caput.*

(ei

A ſci enim cauda duntaxat ſine corpore affixum eſſe videtur, vt nihil ferè præter caput & caudam in hoc piſce conſpicias (vt [c] Ariſtoteles & [d] Aelianus teſtantur, idq; aculeatum valdèq; aſperum, orbiculatumque atque depreſſum. Os non in ſupina parte, vt in cæteris planis cartilagineis, ſed (vt Rondeletij verbis vtar) in promptu, hoc eſt in anteriori roſtro, quod ipſi cum Squatina commune eſt, vaſtum & pro corporis portione grandiſsimum, ac quàm maximè hians; dentibuſq; permultis, magnis, acutiſsimiſq; in os recuruis; atq; non ſolùm in vtraq; maxill, verùm etiam in duobus palati oſsibus & in linguæ radice infixi. Hos Bellonius mobiles eſſe ait, alboſq; & confuſis ordinibus diſpoſitos, Mneſimachus apud Athenæum ſerratos vocat his verbis; τῶν καρχάρων ἁρπη, βάτραχος, πέρκη. Maxillæ non exporrectæ ſed retuſæ potius & ſemicirculares; quarum ſuperior breuior eſt, inferior longior & prominens; quò fit (inquit Rondeletius) vt ſemper os hiet pateatque. Lingua quoq; maxilla ſuperiore longior, lataq; eſt & magna pro maxillæ magnitudine. Eſſe & membranam quandam gingiuarum interiore parte enatam & in os complicatam, quæ a maxilla ſeparari, niſi diligenter inſpicias, non videtur, Rondeletius annotauit, ſed vſum non edocuit. Oculos habet amplos in capitis vertice potius quàm in temporibus ſitos & aculeis ſeptos; ante quos duæ propendẽt appendices, tenues, albæ, tetrique odoris, ſi Oppiano credimus, cui paruæ ex roſtro albicantes caruncułæ appellantur,
B Plinio eminentia ſub oculis cornicula, Ariſtoteli fila capilli ſpeciem referentia, poſtremis rotundis quibuſdam præpilatis, Bellonio gracilia quædam cornua, Gillio pili, Saluiano geminæ rigidæ albæq; ſetæ. Vſum pòſt aſſignabimus. Branchias neque detectas teſte [e] Ariſtotele (apud quem tamen in latina verſione Raia pro Rana legitur) neq; ſupina parte cæterorum planorum cartilagineorum more, ſed in lateribus intectas, non tamen ſpineo operimento, vt quæ non cartilaginea ſunt, ſed cuticulari habet. A capite ilicò cauda ſequitur rotunda, & vt [f] Ariſtoteles ait, breuis & carnoſa; quod enim latitudo eius parte priore minus carnoſa eſt, ideo natura quantum corpulentiæ priori ademit, tantum poſteriori & caudæ addidit. Deſinit autem in pinnam rotundam, craſsiuſculam & latam. Habet item contra aliorum planorum cartilagineorum morem pinnas duas in medio corpore, nimirum vbi cauda capiti iũgitur, membranaceas ac craſſiuſculas, quod & Ariſtoteles ibidem meminit his verbis, addita etiam ratione: *Pinnas præterea lateribus accommodatas infra gerit, propter amplitudinem partis ſuperioris, quæ autem partis ſupinæ commiſſa ſunt, eas iuxta caput adiunctas habet: nihil enim latitudo impedit, quò minus moueantur; ſed pro ſuperis illis has gerit, minores ijs; quæ ad latera applicantur.* Eſtque alia in ſuperiori caudæ parte non admodum lata ſed longiuſcula. Ex caudæ capitiſq; lateribus appendiculæ quædam carnoſæ dependent, certis interuallis à ſe diſtantes, quæ natante Rana ſupernatant.
C Cute (capitis aculeis exceptis) lubrica & molli, inferna parte ſubalbida, ſuperna verò ex nigro flaueſcente tegitur, vnde *molles tergore Ranæ* etiam dicuntur Ouidio. Intus peritonæum nigrum eſt, ventriculus magnus & carnoſus, appendicem vtrimq; vnicam breuem habens: inteſtina multa, gracilia, multis gyris circumuoluta, quod neceſſe fuiſſe arbitratur Rondeletius ob voracitatem & ventris capacitatem paruam. Hic & iecur paruum eſſe tradit contra voracium ac guloſorum piſcium naturam, negatque ſectum eſſe in lobos; contrà Saluian. & Bellon. ſcribunt, quorum hic in quinq; lobos diſtingui profitetur, eorumque vtrimque binos ad latera protrahi. Color ei rubeſcens. Fellis veſica longo meatu ex hepate propendens, inteſtinis annectitur, vt Ariſtoteles tradit, apud quem hîc quoque in Gazæ verſione, librariorum culpa pro Rana Raia legitur, & vt Rondeletius addit, meſenterio. Splen ſubnigricat. Vulua bifida, anfractuoſa, duas vlnas longa teſte Bellonio, qui & veſicam ei tribuit, quàm in Delphino multò minorem; at quàm verè neſcio: additque totidem in Rana numerari cartilagines, quot in quouis ſceleto, omnium terreſtrium animalium formam referentes, ſed prorſus medulla carere præter vertebras. Totidem item neruorum coniugamenta in eius cerebro (multùm tamen liquido) numerari quot in reliquis animalibus. Magnitudo piſci vbique ferè cubitalis & pedalis, alicubi verò quandoque tricubitalis, vt Saluianus aſſerit. Ventriculus interaneaque omnia ſi per
D os ei eximantur, corpuſq; quoad eius fieri poteſt, diſtendatur, totum euadit pellucidum, immiſſoque lumine laterna apparet, horrendo aſpectu, quemadmodum & piſcis ipſe viuus tetro fœdoque eſt contuitu, vel vt Oppiannus ait.

*Eſt turpis viſu molliſsima corpore Rana*
*Os aperit latum.*

Ab vulgari iſthac Rana piſcatrice longè diuerſa eſt, quam ege addidi, ventre candicante, cætera caſtanei coloris: cuius puto ſceleton eſt quod vltimo loco pingitur ex Geſnero, cui à Georgio Fabritio Ranæ piſcatricis nomine tranſmiſſum fuit.

*Os. Dentes. Maxilla. Lingua. Oculi. Branchiæ. Cauda. Pinnæ. Cutis. Partes internæ. Magnitudo.*

[c] *L. 3. de generat. cap. 3.* [d] *L. 13. c. 2.* [e] *L. 2. hiſt. cap. 13.* [f] *Lib. 4. de part. c. 13.*

LOCVS

## Rana piſcatrix vulgaris.





# LOCVS. PARTVS.

E

MArinum tantùm piſcem eſſe vel ex ipſo nomine notum eſt. Ouidius inter eos piſces enumerat, qui in herboſa arena degunt. Et [a] Martialis *turpes in litore Ranas* dixit. Etſi verò piſcis ſit cartilagineus, contra tamen cæterorum cartilagineorum morem oua, non animal parit, vt his verbis Ariſtoteles [b] teſtatur: *Piſces haud omnes parere oua, dictum iam eſt: genus enim cartilagineum animal generat, reliqua oua pariunt, ſed nec cartilagineis quidem fœtus ſine ouo: pariunt enim intra ſe oua & augent, atq; excludunt, præterquam Rana*; Quo in loco in Gazæ verſione Raia legebatur, & nequis legitimam eam lectionem eſſe cauilletur, is [c] Plinium qui hanc ſententiam ex eo in ſuam hiſtoriam tranſtulit, audiat dicentem: *Et cùm cæteri piſces oua pariant, cartilagineum genus ſolum, vt ea quæ Cete appellant, animal parit, excepta quam Ranam vocant.* Idemq; [d] Ariſtoteles huius rei aliàs rationem reddidit, inquiens in cauſa eſſe naturam corporis: quandoquidem caput longè grandius reliquo corpore habet, idq; aculeatum, valdeq; aſperum, quamobrem (inquit) nec poſtea ſuos catulos intra ſe recipit, nec principio animal parit: capitis enim magnitudo & aſperitas, vt aditum, ſic exitum impedit. Idem [e] & alio loco ſcribit, & [f] Aelianus quoq; ex ipſo. Licet verò rariores ſint Ranæ, non propterea parciùs fœtificare eam credendum eſt, nam aliter ſeſe res habet, numeroſiùs enim teſte eodem [g] Ariſtotele fœtificat, verùm quod de facili pereant, hinc (inquit) efficitur, vt appareant paucæ; cùmq; ouum, non fœtum edat, vt reliqua cartilaginea, neceſſe etiam fuit, ab aliorum ouis, huius ouum differre, nam cùm aliorum cartilagineorum oua cute molli operiantur; quòd enim frigidiora quàm aues ſint, nequeunt partem circundantem indurare, ideo ouum vnum Ranarum [h] (inquit) ſolidum durumq; eſt, vt foris ferueturr: cæterorum humida ſunt natura & molli operiuntur enim intus corpore ſuæ parentis. Docet præterea, vbi & quo modo pariat, oua ſimul vniuerſa edere inquiens, eademq; iuxta terram; vbi aduertendum in latino exemplari pro vniuerſa, mendosè diuerſa legi. Poſtremò qualis eius ex ouo ortus ſit, idem quoq; oſtendit, eundem eſſe ſcribens cum ijs, quæ extrà perficiuntur, & ijs quæ intus.

[a] *L. 10. 37.*

*Partus.*

[b] *L. 2. hiſt. cap. 13.*

[c] *L. 9. c. 24.*

*Cur oua pariat.*

[d] *Lib. 3. de generat. c. 3*

[e] *L. 6. hiſt. cap. 10.*

[f] *L. 13. c. 2*

[g] *L. 6. hiſt. cap. 17.*

*Oua qualia.*

[h] *L. 3. de generat. c. 3.*

[i] *L. 6. hiſt. cap. 17.*

*Vt pariat.*

# NATVRA. MORES.

G

RAna marina ſolitaria eſt, non gregalis, quod vel ex eo liquet, quòd plures vnà capi non ſoleant. Carniuora eſt, voraciſſimaq;, vnde fortè Lamiam Siculi vocauerint. Refert Geſnerus ſeſe intellexiſſe, hominum veſci cadaueribus, & natanti inſidiantem aliquando, membro virili apprehenſum ad profundum detrahere & vorare. Plana autem licet ſit, vt ex Ariſtotele & Plinio oſtendimus, non ſola tamen latitudine, vt cæteri plani, natat, ſed pinnulis etiam, quas in lateribus habere dictum eſt, quare apud [a] Ariſtotelem hoc loco: Piſces qui plani omnino ſunt, vt βάτος id eſt Raia ipſis pinnulis & extremis rotundationibus ſeſe dirigentes & flectentes natant, pro βάτος, legendum puto βάτραχος, id eſt Rana, nam Raia pinnulis non natat, ſed ſola duntaxat latitudine. Eſt tamen Rana ſimiliter ferè pigra ſi cum alijs comparetur, ideoq; cùm ex rapto ipſi ſit viuendum, malitiosè aſtuq; piſces inuadit, deceptoſq; capit. In lutum enim abiecta, ſicut lineam piſcator, ſic pilos ante ora Rana prætendit, eoſdemq; cùm piſces capere vult, ſenſim ad os adducit, vt eleganter [b] Aelianus his verbis declarauit: βάτραχος ἁλιεὺς, id eſt *Rana piſcatrix ante oculos quaſdam piſciculorum capiendorum illecebras habet, longiſculos nimirum pilos ſine appendices quaſdam, quorum extrema claſsis globulis prætilantur. Hos in turbidiſsimis & refertis limo locis abdita, porrigit & prætendit, & adnatantes piſciculos veluti ad eſcam, pilis ad ſe ſubductis (ſubducuntur enim occultis quibuſdam vijs) cùm proximè acceſſerint, comprehendit ac helluatur.* Eadem planè etiam ſcribit [c] Plutarchus, nimirum ex [d] Ariſtotele, qui, *Rana* (inquit) *his quæ gemina ante oculos ſuos dependent, quorum fila capilli ſpeciem referunt, ſed poſtrema rotundis quibuſdam præpilantur, quaſi eſcæ cauſa additis, his inquam, vbi in locis arenoſis aut fœculentis obturbato ſolo ſe abſconderit, piſcatur, attollens illa ſibi pendentia fila: dum enim piſciculi accurrunt & capita machinamenti penſilis pulſant, ipſa ſubtrahens fila, allicit, donec eos ſuum in os adducat. Hoc omnino verum ac certum eſt.* Meminit etiam Plinius: *Nec minor ſolertia Rana quæ in mari piſcatrix nominatur; eminentia ſub oculis cornicula turbato limo exerit: aſſultantes piſciculos* (Saluianus legendum cenſet, *aſſultantibus piſciculis*) *attrahens, donec tam propè accedant, vt aſſiliat.* Meminit denique M. Tullius, ſed in cuius verbis mendum irrepſiſſe non dubito; inquit enim: *Ranæ marinæ dicuntur obruere ſe arena ſolere & moueri prope aquam, ad quas quaſi ad eſcam piſces cùm acceſſerint, conficiuntur atq; conſumuntur.* Lego prope algas, non prope aquam: non enim prope aquam, ſed in aqua turbata piſcatio fit. Iuuat piſcationem oris hiatus, quod & Oppianus tetigit, qui præ cæteris diligentiſſimè iſthæc deſcripſit, his verſibus.

*Cibus.*

*Natatus.*

[a] *L. de communi animal. greſſu.*

*Vt p. ſcibus inſidietur.*

[b] *L. 9. c. 24.*

H

[c] *Lib. Vtra animal. &c.*

[d] *L. 9. hiſt. cap. 17.*

A

*Eſt turpis viſu molliſsima corpore Rana,*
*Artibus in cœno putri deiecta recumbit*
*Albicat ex roſtro, tetrum quæ ſpirat odorem.*
*Eſcam piſciculi credunt, pradamq; capeſſunt*
*Non veriti occultam fraudem, labuntur in ora*
*Sic puer inſidias auibus molitur apertas*
*Intendit caſſes; at illas ſana cupido*
*Nullas & in canam properata morte trahuntur:*
*Os aperit latum, cui ſunt alimenta doloſis*
*Occulitur q; luto, ſed parua caruncula Rana*
*Rana latet, pars quæ cœno ſupereminet atro*
*Illa trahit placido motu, piſceſq; ſequuntur*
*Exilacis Rana & pigra merguntur in aluo.*
*Ante fores grana aſpergens & limine in ipſo*
*Paſcendi in laqueos pellit, datur vnde regreſſus*
*Exitij ignaros piſces ſic Rana maligna*
*Decipit, imbelles magno deglutit hiatu.*

Idem Sepiarum aſtus eſſe fertur, item Callionymi, qui ſpecie quoq; , capitis præſertim Ranam refert, ex obſeruatione Rondeletij. Similiter & Ceraſtes ſerpens aues venatur. Ranam autem hac ſolertia in piſcatione vti, [c] Ariſtoteles duobus aſtruit argumentis, nimirum quòd ipſa tardiſſima cùm ſit, Mugilem velociſſimum piſcem in ventre habens ſæpius capiatur, item quòd Rana quæ caruerit præpilatis illis villorum capitibus, macilentior capiatur. Scribit Rondeletius extra aquam aliquandiu viuere poſſe, ſeq; aliquando vidiſſe in litore inter herbas dies duos vixiſſe, vulpeculæq; terrenæ noctu paſtum quæritantis pedem dentibus arripuiſſe & ad auroram vſq; detinuiſſe; ex quibus oris dentiumq; robur colligere licet.

*Ceraſtes ſerpens.*
[c] *L. 9. hiſt. cap. 37.*
*Extra aquã viuit.*

B

# VSVS IN CIBIS.

CArdanus Ranam marinam edulem eſſe negat. Rondeletius & Saluianus carnem mollem, inſuauem, ferini ſaporis, mucoſam, excrementitiam, inſulſam, virus reſipientem & mali ſuci tribuunt, & ex antiquis [a] Martialis Ranam cum plebeis & vilioribus cibis nominat, vt non mirũ ſit, ſi ab ex infima plebe hominibus negligitur. Quid itaq; Anaxandridem mouit, vt Ranam in Coryis Thracum regis conuiuij deſcriptione nominaret? Iecur puto, quod teneritudine Torpedinis iecori cedere Rondeletius negat: aut venter, qui cum alijs lautiſſimis cibis recenſetur ab Antiphane, laudaturq; ab Archeſtrato hoc verſu.

Βάτραχον ἰνδ' ἔδης καὶ γαστέρα αὐτῆς σκέψασο.

*An edulis ſit.*
[a] *L. 10. 37. Iecoris delicia.*

C

# VSVS IN MEDICINA.

PIlos oculis moleſtos ſi penitus extirpare volueris (inquit Marcellus Empiricus) loca eorum, cùm prius eos euulſeris, Ranæ marinæ felle continge; quòd ſi fel eius repoſitũ aruerit, aquam marinam ei modicè admiſce. Rondeletius verò fel eius aduerſus ſuffuſiones vtile eſſe ſcribit. Strumas vtiliter pungi piſcis eius qui Rana in mari appellatur, oſſiculo de cauda, ita vt non vulneret; idq; fiat quotidiè, donec percurentur, legimus apud [a] Plinium: ſed cùm in Ranæ cauda, vt quæ cartilaginea eſt, nullum prorſus oſſiculum reperiatur, Rondeletius ad Raiarum aculeos, (vt dixi) eam vim retulit. Aliàs idem [b] Plinius Ranarum marinarum, ex vino & aceto decoctarum ſuccum contra venena bibi ſcribit, nominatim contra venenum Ranæ rubetæ & contra Salamandras. Qui locus Geſnero etiam admodum ſuſpectus eſt; nam cum Græci Ranas marinas ſæpè Ranas ſimpliciter vocent, fieri potuiſſe arbitratur, quòd Plinius marinarum cognomentum non probè adiecerit, quando iſtiuſmodi remedium apud Græcos non inuenitur; quare fluuiatilium potius ſiue edulium é dulcibus aquis ranarum ſuccum contra venena illa daret. Idem tamen Plinius poſt remedia aliqua ex rana aquatica ad dentes, mox ſubdit; omnia ſupraſcripta ex marina rana efficaciora; quamobrem iudicium

D meum cohibeo.

*Pilorum extirpatio.*
*Fellis vſus.*
[a] *L. 37. c. 8.*
[b] *L. 37. c. 21*

# HIEROGLYPHICA.

CAptatorem hominem notari ſi vellent (inquit Pierius Valerianus) Raiam pingebant. Geſtat enim ante oculos gemina fila &c. Verùm hoc ad Ranam piſcatricem pertinet, quanquam & Raia & alij ferè piſces ſimiliter captent. Rana tamen præ cæteris.

*Captatoris typus.*

# Vlyſsis Aldrouandi

## Rana piſcatrix minor.



Digitized by Google

A

# DE RANA MARINA MINORE. Cap. LXV.

QVAE de hoc piſce dicam, non habeo. Nudum enim ſceleton mihi communicauit Bernardus Caſtellettus Genuenſis, vir cùm humaniſſimus, meique amantiſſimus, tum naturalium rerum omnium indagator indefeſſus, qui tamen meo iudicio haud rectè ad Squatinoraiam, cuius genuinæ ſceleton aliàs miſerat, redigendum eſſe monebat: nam Squatinoraiæ cauda à Squatinæ cauda non multum differt, cùm hic piſcis non aliter atq; ipſa Rana anteriori corpore, ventre nimirum & dorſo ſit latiſſimis & planis, cætera rotundus & exilis. Ranam needum adultam eſſe putabam, ſed cùm diligenter mutuem conferrem, toto eos cælo differre animaduerti. Ranæ os vaſtiſsimum & valdè dentatum; huic exile & planè edentulum, & dentium loco maxillas aſperas habet. Ranæ caput omnino planum, huic erectum, & procerum velut cornu in extremo: ſub quo cutei cuiuſdam nerui latebat veſtigium, quo fortè piſces Ranæ more capeat. Eum veluti è vagina exerere rurſuſq; contrahere videtur. Ranæ oculi parte prona; huic ad latera, vbi anguſtum valde caput, velut in fouea quadam latent. Foramina olfactui deſtinata ſupra os ſub cornuta extremitate; auditui verò inſeruientia, oculis ferè contigua; vbi & rima eſt, branchijs inſeruiens. Totus tam ſupinè quàm pronè aſpera cute tegitur, ſed ſupina parte inſuper aculeatus eſt, maximè quo loco ſpina eſt in piſcibus, quæ huic nonnihil eleuatur. Pronè color cinereus, ſupinè albicat. A lateribus ſicuti Ranæ, vtrimq; pinna, quæ natatum exercet eo planè loco quo paluſtres ranæ habent, eiuſdem cum caudæ pinna latitudinis. Haud longè à corporis latitudine in ipſa cauda, alia pinnula eſt, ſed vix ob exiguitatem conſpicua, atri coloris. Prona parte in medio ventre, binæ rurſus aliæ ſunt longiuſculæ ſed anguſtæ; alia deniq; anguſtiſsima, non longè à pinna caudæ. Magnitudinem & latitudinem ex ipſa icone benеuolus lector petat, quam iam dedimus.

*Cauda.*

*Vt à Rana differat.*

*Caput.*

*Oculi.*

*Pinnæ.*

*Magnitudo.*

# DE SQVATINA. Cap. LXVI.

## SYNONYMA. ETYMVM.

C

THEODORVS apud Ariſtotelem pro πίτυν reddidit Squatinam, Plinium (vt Rondeletius ait) ſecutus. Plinij enim (inquit) in catalogo piſcium hæc verba ſunt: [a] *Rhina quam Squatinam vocamus.* Atqui in pleriſq; exemplaribus ibi legitur, quem Squatum vocamus, qua voce etiam vtitur aliàs [b] *Sargi, Torpedo, Squati circa æquinoctium pariunt*; quo loco nunc pro Squati perperam Squali legitur, cùm ſit depromptus ex [c] Ariſtotele, apud quem Squatina habetur. Vtiturq; eodem vocabulo Iſidorus Hiſpalenſis, additq; Squatum dici, quòd ſit ſquamis acutis, vnde & eius cute lignum poliatur. Poterit itaq; æquè Squatus nominari, contrà ac Saluianus voluit, qui quòd videret Plinio alijs in locis Squatinam dici, priorem locum qui legitur in piſcium catalogo, mendoſum arbitratur, & vtroque Squatina legit. Georgius Valla ex Pſello Limam tranſtulit, nam πίτυν etiam Lima eſt: ſed Rondeletius diſtinguit; acuit enim, cùm pro lima accipitur, penacuit cùm pro piſce. Apparet autem ita vocari propter cutis aſperitatem, qua ceu lima fabri vtuntur, vt pòſt dicetur. Vnde & Squatinam à ſqualore dictam Perottus inſinuans; cute Squatinæ (inquit) propter ſqualorem, ligna & ebora poliuntur. Ineptè enim Iſidorus à ſquamis etymum deducit, ijs enim caret. Profitetur Caſaubonus ſeſe huius piſcis aliud nomen inueniſſe, affinis tamen ſignificationis ex priſcis Gloſſis, Celtis. πίτυα ἰχθύων εἶδος. Propriè (inquit) Celtis eſt celum, γλύφιον. Vetus interpres ſacrorum librorum Iobi cap. 19. Quis mihi det, vt exarentur in libro ſtyloferreo & plumbi lamina, vel Celte ſculpantur in ſilice? In recentibus libris etiam Antuerpienſibus, editum certè. Quin etiam doctiſſimi viri ita ſcribi iubent quos certum (inquit) eſt falli. Vide librum Hieronymi ad Pammachium aduerſus errores Ioannis Ieroſolymitani. Romanis nomine vt apparet à Squato detorto Squadro dicitur, alicubi Squadra, alicubi Squaia, Venetijs Squaquam. Galli appoſitè Angelum marinum vel Angelottum appellant, quòd alis ſuis expanſis pictum angelum imitari videatur. Rondeletius Græcis huius temporis πίτυν καὶ πιτόβατον dici ait. Sed Gillius, ex quo id mutuaſſe videtur πίτυν & πιτόβατον ait vocari πίτυα. Impoſuit Rondeletio malè diſtinctus Gilij codex. Adrianus Iunius Squatinam Germanicè interpretatur Meerſkate, Belgicè Scoothaye, Anglicè Skate.

[a] *L. 32. c. 11.*

[b] *lib. 9. c. 51. Plinij locus animaduerſus.*

[c] *L. 5. hiſt. cap. 5. Squatus vnde dictus.*

*Lima piſcis.*

*Squatina vnde dicta. Celtis.*

D

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

[a] *L. 5. hiſt. cap. 5.*

ARiſtoteles [a] Squatinam cum Raia, Paſtinaca, aliiſq; planis cartilagineis nominat, Pliniuſque hunc locum transferens diſertiſſimis verbis planum & cartilagineum piſcem eſſe profitetur: contrà Oppianus cartilagineis longis accenſet his verſibus.

*Tertia dicetur Galeorum nomine turba, Aſt Galeis alias gentes numeramus, Acanthas,*
*Et Catulos, Læues, Squatinas, adiungimus iſtis Vulpes & Varios.*

Vnde fortè eruditus quidam, vt Rondeletius refert, Galeum Cato rochiro vulgò dictum Gallis, pro Squatina habuit, piſcem nimirum longum, Galeis reliquis ſimilem; Squatinam verò vulgò receptam pro Squatinoria, vtpote latiorem & Raiæ aliqua ex parte ſimilem. Aelianus in paraphraſi huius poëtæ loci Squatinarum non meminit, dubius (vt apparet) nunquid rectè Galeis annumerentur. Rondeletius (vt in Rana oſtendimus) inter Muſtelos & planos, medias eſſe docuit, nec aliam ob cauſam in hunc locum à nobis reiectæ, Ariſtoteli potiùs quàm Oppiano adhærentibus. Anterior capitis pars lata, circularis, atq; retuſa eſt, vt roſtro prorſus careat.

*Caput*

*Os.*

Os non habet ſupina parte, nec infra roſtrum Raiarum more, ſed in promptu, parteq; primùm obuia, veluti Rana piſcatrix, atque Squamoſi, Breuibus id ſed acutiſsimis dentibus munitum eſt; quos aliter quàm in vllis alijs, piſcibus diſpoſitos eſſe Rondeletius docet. Sunt (inquit) eorum ordines interuallis dentibus vacuis à ſeſe diſtincti & diſtantes. Horum ordinum ſinguli tam arctè connexis cohærentibuſq; dentibus conſtat; vt non plures, ſed vnicus planus latuſq; eſſe videatur; verùm vnguibus, vel cultelli mucrone inſerto facilè ſeparantur: quiq; à reliquis ſeparatus eſt, reliquis immotis mouetur & loco eximitur. In inferiore maxilla, linguæ extremo acuto locus dentibus vacuus cedit naturæ prouidentia: dextra ſiniſtraq; ſunt dentium ordines, quinq; dentibus conſtantes, tertius & quartus ordo quatuor duntaxat dentibus conſtat. Ordines qui hos ſequuntur, quiq; in anteriori parte ſiti ſunt, tribus tantùm: contrà in maxilla ſuperiore: ea enim in parte quæ maxillæ inferioris parti dentibus vacuæ reſpondet, ordo eſt ex quinq; dentibus: vtrimq; ſimiles duo ordines. Quartus, quintus, ſextus & ſeptimus ex quatuor dentibus, qui ſubſequuntur, ex tribus tantùm. Omnes in os ſunt recurui. Maxillarum oſſa in angulum obtuſum deſinunt, lingua verò in acutum, in cuius extremo carneum tuberculum eſt. Superioris maxillæ extremum cute non integitur, ex eo apophyſes duæ in os demittuntur, in alias diuiſas, de quarum vſu poſtea dicetur; quarum Saluianus, quod miror, non meminit. Oculi parui ſunt, in ſuperiori capitis parte ſiti, non ſurſum, vt in Vranoſcopo ſpectantes, ſed ad latera, poſt quos foramina ſunt, quæ ad os vſque patent, velut in Raijs. Branchiæ non in ſupina parte, ſed præter aliorum planorum morem in lateribus, vt Muſtelis.

Squatina Rond.



*Oculi.*

*Branchiæ.*

*Pinnæ.*

[b] *Lib. 4. de part. c. 13.*

Pinnæ vtrimq; binæ ſunt, & vtræq; in lateribus: priores circa caput, & maiores, quaſi in eas corporis latitudo degenerauerit; poſteriores, ante caudæ exortum, & minores. Quas pinnas ipſi cum Rana communes eſſe meminit [b] Ariſtoteles his verbis: *Squatina atq; Rana pinnas lateribus accommodatas infrà gerunt propter amplitudinem partis ſuperioris: quæ autem parti ſupinæ commiſſæ ſunt, eas iuxta caput adiunctas habent: nihil enim latitudo impedit, quò minus moueantur; ſed pro ſuperis illis has gerunt minores iis quæ ad latera applicantur.*

*Cauda.*

[c] *L. 5. hiſt. cap. 5.*

Sunt item præter illas binæ aliæ pinnulæ in caudæ dorſo. Ipſa verò cauda, quæ vti longiuſcula, ita eodem [c] Ariſtotele teſtante plenior eſt; in aliam lunatam pinnam deſinit. Rondeletius è media dorſi ſpina paruos aculeos exire tradit, atq; alios prope oculos.

*Partes internæ.*

[d] *L. 2. hiſt. cap. 15.*

Partibus internis ab alijs cartilagineis nihil ferè differt. Ventriculum enim & inteſtina magna habet: hepar in duos lobos diuiſum, in quo fellis veſica latet, felle viridi plena, vt [d] Ariſtoteles quoq; obſeruauit. Lien mediocris, ex rubro nigricat. Cor angulatum, compreſſum vnico tantùm ſinu donatum.

*Sexus diſtinctio.*

Partes pronæ coloris ſunt cinerei ad ſuſcum vergentis, aſperrimæ, pars ſupina alba & læuis. Diſtinguuntur à fœminis mares appendicibus quibuſdam cartilagineis circa anum, quibus fœminæ carent.

*Magnitudo*

Ad multam molem excreſcit, ita vt non ſolùm vel centum libras ſuperaſſe viſa ſit, vt Saluianus notauit,

A tit, verùm etiam, vt Rondeletius teſtatur, ad hominis magnitudinem quandoq; excreſcat: qui & Squatinam vidit, centum & ſexaginta librarum.

## LOCVS. COITVS. PARTVS.

MAtinus duntaxat piſcis eſt, & inter maris peculiares à Plinio [a] numeratus, ob Oppiano inter eos qui cœnoſa loca incolunt: Rondeletius verò in alto mari verſari ait. Coitum eius diuerſum eſſe à ciotu Raiæ, Paſtinacæ & iſtiuſmodi aliorũ, docuit [b] Ariſtoteles: nam cùm illa non ſolùm admotis ſupinis, ſed etiam tergò fœminarum ſupinis marium ſuperpoſitus, modò cauda impedimento nullo ob craſſitudinem ſit, coeant, Squatina & quibus plenior cauda eſt, attritu mutuo partium tantùm ſupinarum coeunt: Et licet cæteri piſces niſi cum proprio quilibet genere coeant, Squatina tamen cum Raia coire creditur, cuius rei veritatem in ſequenti capite excutiemus. Vna cartilagineorũ teſte [c] Ariſtotele bis anno parit. Verùm cùm & Muſteli quoq; qui & ipſi cartilaginei ſunt, vt ipſe aliàs profitetur, bis anno pariant, [d] Saluianus conijcit priori loco non ſimpliciter τῶν δὶ σιλαχῶν, B ſed τῶν δὶ σιλαχῶν πλατέων, id eſt, cartilagineorum planorum, legi oportere, vt & Plinius (inquit) aduertiſſe videtur, vt qui eundem [e] Ariſtotelis locum ita vertit: *Ex planis Squatina ſola bis parit.* Quæ modò duo illa anni tempora ſint, idem [f] Ariſtoteles declarauit his verbis. Squatina etiam autumno, occaſu Vergiliarum parit, qui partus ſecundus eſt; primus enim verno fit tempore, ſed ſecundus felicior eſt. Vnde cùm & [g] alibi dicat, ἀρῆνι τίκτει δίς, τίκτει δὶ ἀρχομένου τοῦ φθινοπώρου, καὶ περὶ πλειάδος δύσιν, τίκτει δὶ ἐν τῷ φθινοπώρῳ, hoc eſt, vt Theodorus vertit. Squatina parit bis, nam & incipiente autumno, & circa Vergiliarum occaſum, ſed per autumnum feliciùs; priorem eius partum non incipiente autumno fieri, alterum verò Vergiliarum occaſu, id eſt autumno finiente, aſſerere philoſophum credendum eſt, vt verba indicant, & [h] Plinius videtur teſtari, vt qui hunc locum ſic vertit. *Squatina bis parit autumno & Vergiliarum occaſu.* Sed potius cùm paulò antè Ariſtoteles ſcripſerit. *Scorpio bis paret & Sargus, vere & autumno*; ac deinceps ſubdiderit: *Squatina bis parit: parit.n.* (Sic Saluianus vertit) *& autumno incipiente & Vergiliarum occaſu*, per autumnum autem feliciùs: omiſſo priori & verno partu (ceu notiſſimo, ac piſcibus omnibus ferè communi, vt ipſemet aliàs ſcribit, inquiens; Pariunt piſces plurima ſui parte menſibus his tribus, Martio, Aprili, Maio; autumno pauci, vt Salpa & Sargus & nonnulla alia generis eiuſdem, paullò ante æquinoctium, adde ijs Torpedinem & Squa- C tinam) ſecundi tantùm partus, tum ineunte facti autumno, tum occaſu Vergiliarum, meminiſſe videtur. Quam rurſus Ariſtotelis ſententiam cùm ibidem ſic tranſcripſerit Plinius: *Plurimi piſcium pariunt tribus menſibus, Martio, Aprili, Maio: autumno pauci, vt Salpa, & Sargus & nonnulla alia generis eiuſdem Squali circa æquinoctium*, Squali pro Squati aut Squatinæ mendosè legi, ex recitato Ariſtotelis loco Saluianus & Geſnerus oſtenderunt. Pariunt autem, vt idem [k] Ariſtoteles obſeruauit, ſingulis fœturis ſeptenos aut octonos, eoſdemq; cæterorum more cartilagineorum viuos.

[a] L. 23 cap. 11.
[b] L. 6 hiſt. cap. 5.
*Cum Raia coit.*
[c] L. 5. hiſt. cap. 10.
[d] L. 6 hiſt. cap. 11.
[e] L. 9. c. 5.
[f] L. 6. hiſt. cap. 11.
[g] L. 5. hiſt. cap. 10.
[h] L. 9. cap. 11.
[i] L. 5. hiſt. cap 9.
[k] L. 5. hiſt. cap. 10.

## NATVRA. MORES.

SQuatina carniuora eſt & ſolitaria, nunquam enim plures vna capiuntur. Piſces cùm ob grauitatem corporis aſſequi nequeat, clam venatur & ex inſidijs, vt Ariſtoteles docet his verbis: *Obruit ſe arena, cumq; ſe totam occultauerit, verberat oris ſui radialis (vt piſcatores vocant) quas piſciculi cùm aſpexerint, adnatant quaſi ad algas, quibus veſci ſoliti ſunt.* Tranſcripſit quidem hunc locum [a] Plinius, ſed mirum videtur, cur apophyſes illas quas ex ſuperioris maxillæ extremo in os demitti diximus, quas Ariſtoteles propriè ῥάβδια vocat, Theodorus radiolos & virgulas, pinnulas verterit: *Simili* (inquit) *modo* (nimirum vt Rana, de qua proximè loquebatur) *Squatina & Rhombus abditi pinnas extrtas mouent ſpecie vermiculorum, itemq; quæ vocatur Raia.* Vtitur item alio aſtu, quem cum Polypo communem habet, colorem vbi placet mutando, vnde ῥαφᾶν Menandro & Pauſaniæ eſt decipere, metaphora ab ijs ſumpta qui olfactu aut decipiuntur, aut decipiunt: Cæterùm nunquid colorem mutet eandem ob cauſam, ob quam polypus, dubito; nõ enim id ſatis clarè dicit Philoſophus. Polypum quidem ita piſces venari aſſerit, ſed cur Squatina mutet, ſubticet. *Polypus ſatuus quidem eſt* (inquit) *cùm ad manum demiſſam hominis accedit: ſed prudens rei familiaris, cùm omnia colligat, & ſue in domicilio recondat, cùmq; conſumpſerit quantum vtile ſit, abigit teſtas & cancrorum cruſtas & putamina conchularum & ſpinas piſciculorum. Sui etiam mutatione coloris venatur piſces: trahit enim ſimilem colorem ijs quibus appropinquarit, ſaxis: quod idem etiam cùm metuerit, facit. Sunt qui Sepiam quoq; facere hoc idem autument: colorem namq; eam ſibi contrahere ſimilem loco, in quo verſatur, confirmant. Sed piſcium ſola Squatina ita affici ſolet: mutat enim hac more polypiſanum colorem.* Hucvſq; Ariſtoteles: cæterùm

[a] L. 9. c. 42.
*Aſtus.*
*Polypus.*
*Qua colore mutant.*

Rondeletius ignarus fortaſſe hæc ab Ariſtotele ſcripta eſſe, exiſtimat id rationi conſentaneum eſſe non poſſe, quandoquidem quæ colorem ſic mutant, id faciunt, vel quia corpore pellucido ſunt, vt chamæleo, vel quia cute ita ſunt tenui, vt humorum ſpirituumq; perturbatione atq; agitatione varij eorum colores perluceant, quorum neutrum de Squatina (inquit) dici poteſt, vtpote quæ cute eſt aſpera, dura ac denſa. Ego in re dubia Ariſtoteli non contradixerim, qui cùm duplicem ob cauſam polypum colorem mutare ait, nimirum, vt ita piſcibus inſidietur, & rurſus, vbi ſibi metuit, vt ſeſe occultet, nullam oſtendit in Squatina; quæ cùm ea qua dictum eſt, ſolertia piſces captet, crediderim haud aliam ob cauſam colorem mutare quàm in metu, cùm videlicet & ſibi metuit & fœtui; quanquam & tunc eos eodem [b] Ariſtotele teſte, intra ſe recipiat & rurſus emittat, non impedientibus natorum aculeis ob paruitatem: quod poſtremum quoq; teſtatur Oppianus, & ſi Vuottonus & Rondeletius Oppianum velint ſcribere, non recipere fœtus, ſed ſub pinnulis ſuis tueri. Sed poëtæ verſus aſcribam:

*Cur colorem mutet.*

[b] *Li 6. hiſt. cap. 10.*

*Τοίλιν καὶ ῥίνι τιτίων προσωύεται ἀλκὴν* *Ἀλλ' ἐν ἐς ὑδὼρ, κείνοις δύσις, οἷα κύνεσσιν*
*Ἀλλὰ οἱ ἐν πλευρῆσιν ὑποσφαγὶς ἀμφοτέρωθεν* *Εἶσιν ὑπὸ πτερύγων, οἵη γένυς ἰχθύσιν ἄλλοις*
*Τῆσιν ἀτυζομένων τιτίων φόβον ἀμφικαλύπτει,* Lippius vertit:
*Obſeruans Squatina natos, nec ventre recondunt,* *Vt Canibus mos eſt, ſed pandunt ſubter hiatus*
*Ni madidùm alis quantos aperire natantes* *Ore ſolent rictus, ſic fœtus alta vorago*
*Sorbet & in tanta natos formidine ſeruat.*

Gillius quoque non ſimpliciter ſub pinnis vertit, ſed in hiatum ſub pinnas ſubiectum fœtus ſuos metuentes matrem occultare, & Brodæus poëtę ſcholiaſtes, eſſe ait iſtiuſmodi hiatus infrà velut iugulum cauitates quaſdam (quæ & *σφαῖα* dicantur) ſub pinnis, cùm aliorum piſcium gula cõparandas, quæque inſtar ventris illi ſunt. Quod autem ad verba ipſa attinet, Geſnerus Græcæ linguæ peritiſſimus, hoc addidit ſcholium. *ὑποσφάγες* rectus pluralis videtur à ſingulari *ὑποσφαξ*, idem nimirum ſignificãte quod *διασφάξ* (vel etiam *διασφαγή*, vt in vulgari lexico ſcribitur) hoc eſt, interuallum, ſciſſura, diuortium. *Διασφαγας πετρῶν* pro *διαστάσεις* legimus (id eſt pro petrarum interuallo) apud Aelianum. Ego in Oppiani etiam verſibus malim legere: *ἀλλά δὲ οἱ ἐν πλευρῆσι διασφαγὶς*, &c. *διασφάξ, ὁ διεστὼς τόπος, διατομὴ ὄρυς καὶ διασφάγες, αἱ διεστῶσαι πέτραι τῶν ὀρῶν.* Varinus. Placet autem *διασφάγες* legi paroxytonum potiùs quàm oxytonum. His ſcriptis reperi in parecbolis Euſtathij in primum Iliados, quæ ſequuntur. A verbo *σφάζω* fit *διασφάξ* de ſciſſura ſiue petrę, ſiue in corpore animalis, qualis & in Squatina memoratur Oppiano, *καὶ ἡ τῦ (κατὰ τὰς κομικὰς) αὐδοίη*. Et rurſus in Iliados M. A verbo *σφάζω* fit etiam *ἡ διασφάξ ἐπὶ σχισμάτων λεγομένη*, vt Oppianus etiam manifeſtiſſimè indicat, *καὶ ὁ τὸ βῆλυ μόριον ἑτέρω καλέσας*. Hinc & *ὑποσφάξ* ſimilis & ipſa cauitas, qualem admittunt quæ mactantur animantes, ea parte qua mactandis adigitur culter. Ex duobus his Euſtathij locis, apparet eum apud Oppianum in Squatinæ mẽtione legiſſe *διασφαγίς*, quanquam & *ὑποσφάξ* ei cauum ſub collo, vbi animalia mactantur, vel ſimile ei ſignificet. *Σφαγὴ* Græcè dicitur Polluci, Latinè iugulus, cauitas media inter *κλεῖδας*, id eſt, oſſa quę clauiculas, aliqui iugulos, vt Celſus vocant, ab aliquibus etiam *θυμός*. *σφάγη* enim & *θύρη* ſynonyma ſunt. Sunt qui *σφαγλὼ* quoq; appellent, & *ἀντικάρδιον*, illam quoq; cauitatem, quæ in pectore medio anterius ſub ſterno oſſe, è regione cordis eſt, vel oris ventriculi, authore Polluce, qui *σφάγιον* (vel *σφαγεῖον*) etiam appellat vas, quo ſanguis victimarum excipitur. Cæterùm piſces & alia quę clauiculis dictis oſſibus carent animalia, *σφαγλὼ* quoq; vel *ὑποσφαγα* cauum propriè dictum non habent; quanquam Thynni Orciniq; piſcium *κλεῖδας*, & *κλειδία* legimus. Hactenus Geſnerus. Quamobrem cùm ſint & alia cartilaginea, quæ fœtus, non ore ſed ventre admiſſos tuentur, vt in cartilagineorum generali hiſtoria oſtendimus, Squatina fortaſſis ex ijs fuerit, quæ fœtus ventre, non ore recipiunt, & rurſus emittunt.

*Oppianus emendatus.*

## VSVS IN CIBIS.

PIſcium genus *ἀσπάλων* (excoriari ſolitum) vocatur (inquit Mneſitheus) cui cutis aſpera & ſine ſquamis eſt: quales Raiæ & Squatinæ ſunt. Hæc autem omnia friabilia ſunt quidem; non tamen odorata & alimẽtum humidum de ſe præbent. [a] Atqui Squatina vel Galeno ipſo teſte, dura & concoctu difficilis eſt, copioſiùs verò quàm Paſtinaca & Torpedo alit. Et Pſellus quoq; ægrè concoqui teſtatur, quare apud eundem Athenæum, hunc Diphili locum mendoſum arbitror, *ἡ ῥὶν καὶ αὐτὴ τῶν σιλαχίων ἐστὶ, τὴν πτῖλος ἐστὶ καὶ λείη, ἡ δὲ μείζων, τροφιμώτερα*, id eſt, *Squatina & ipſa ex cartilagineis eſt, concoctu facilis & lenis; quæ maior eſt, magis nutrit*; legendumq; *δυσπέπτος ἐστὶ καὶ οὐ λείη*, id eſt, concoctu difficilis & minimè leuis. Subdit enim Diphilus, *κοινῶς δὲ πάντα τὰ σιλάχια φυσώδη καὶ κρεώδη καὶ δυσκατέργαστα, πλειστάζοντα τε τὰς ὄψεις ἀμβλύνει*: hoc eſt: Communiter autem cartilaginea omnia flatus gignunt, carnoſa ſunt, concoctu difficilia, quorum multo vſu oculorum acies hebetatur. Quod temerè dictum eſſe, nemo exiſtimare debet, inquit Rondeletius; cùm enim cartila-

[a] *L. 3. Alim.*
[b] *Lib. 8.*

A cartilagineæ ſtatuum craſſorumq; & glutinoſorum humorum magnum prouentum afferant; craſſos ex his caliginoſoſq; ſpiritus effici neceſſe eſt, quorum perſpicuitatem & ſplendorem ad clariùs cernendum neceſſarium eſſe certum eſt. Noſtro etiam tempore, ne à ruſticis quidem ac infimæ plebis hominibus attingi, tum ob ferinum odorem, tum ob duritiam, carniſq; inſuauitatem, Saluianus & Rondeletius tradunt. Smyrnæ ſecundum Dorionem, circa Miletum ſecundum Archeſtratum orta cæteris praferebatur. Inuenio & ῥινοτμήχων apud Athenæum, id eſt fruſta: quaſi ſale olim etiã indurarentur. *Vbi melior.*

# VSVS IN MEDICINA.

HIppocrates [a] de morbo craſſo à pituita agens, obſonium (inquit) ex piſcibus habeat Scorpium aut Callionymum, aut Squatinæ fruſtum cum condimentis coctum. Errurſus: Laboranti tertio genere tabis obſonium præſcribit, fruſtum Torpedinis, aut Squatinæ, aut Galei, aut Raiæ. Rondeletius ex Squatinæ hepate oleum factum ad hepatis duritiam valere author eſt, addita ſpica Celtica, vel ſtyrace vel abſynthio. Oua exiccata ad ſiſtenda alui profluuia multùm conferre ex- *Oleum ex hepate.*
B perientia compertum piſcatorum, qui ijs ad omnes alui fluores vtuntur. Ex cute optimum fit in pſora *Ouorũ vſus*
& ſcabie ſmegma, eiuſdemq; cinis contra alopeciam & vlcera capitis manantia proſunt. Archigines verò apud Galenum corio piſcis, quale eſt Squatinæ aut folio ficulneo, aut pumice læui, ſuperne alopecias cruentas facere iubet; deinde amygdalas amaras vſtas cum aceto mulſo illini: quod ſi aſſiduo fiat, caputq; radatur, augeſcere ocyſſimè capillos pollicetur. [b] Authore Plinio Squatinæ illitæ mammas creſcere non patiuntur: addit Rondeletius duriuſculas reddi, & vtrumq; ſe experientia comprobatum habere, at non manifeſta qualitate, ſed obſcura quadam vi id fieri putat, maximè cùm ſale aſſeruata idem non præſtet, cuius (ſalis) cauſa digerere & exiccare deberet. Hanc Squatinę facultatem ſi reſciſcant mulieres, cultui & ornatui plus æquo deditæ, pluris eam emptura ſint, quàm vlli Romani vnquam Mullum, vel etiam Acipenſerem emerint. Earundem cutis, vt præcitato loco Plinius ait, combuſta, pudendorum puſtulas diſcutit.

[a] *Li. de inter. affect.*

[b] *L. 32. c. 10.*

# VSVS IN EXTERNIS. HIEROGLYPHICA.

C SQuatinæ cute lignum & ebora poliri idem Plinius tradit, & Bellonius piſcatores Italos pellem *Cutis vſus.*
eius deglubere foroq; venalem exponere: & aſſulis diſtentam & exiccatam fabris lignarijs ad opera perpolienda, vtilem eſſe. Iouius item cultellorum & falcatorum enſium vaginas Turcas barbaroſq; maritimos admodum pulchras conficere ſolere ait, & ſagrinas appellare. Apud Anglos arcus & ſagittæ eodem corio poliuntur, vnde ῥινᾶν pro limare, id eſt, lima atterere, accipi poſſe docet Geſnerus ex hoc Ariſtophanis in Ranis: Ἀσκίον τι καὶ καταῤῥινήσαμένον. Scholiaſtes enim interpretatur politum, climatum. ῥίνη enim (inquit) eſt inſtrumentum fabrile ἐφ' ᾧ ῥινῶσιν, aut vile quippiam, ὅτι ἐξυντιλίζομεν τῇ ῥίνῃ, ſed poſterior interpretatio non placet, & καταῤῥήσαμένον haud bene cum σ ſcribi puto: à quo enim verbo deducat? Rectiùs apud Suidam abſq; σ. legitur, vt præſens ſit καταῤῥινάω: cæterùm ῥινῶσιν à ῥινόω fit, vnde & διῤῥινωμένος participium legitur pro limato. Hinc etiam Squatina (inquit Pierius Valerianus) inter hieroglyphica ſignificata recẽſeri meruit, per quam fabrum lignarium intelligi volebant. Eſt enim piſcis tam aſperæ ſcabræq; ac validæ cutis, vt eburnea, neq; non ligna quantum libet dura poliantur; vt omittamus fabrilia inſtrumenta omnia (hoc alij de Fabro piſce quoq; ſcribunt) in huius piſcis capite deprehenſa. (Mirum eſt neq; Rondeletium neq; Saluianum qui aliàs diligenter tam internas quàm externas Squatinæ partes enumerant, non obſeruaſſe). Quin *Serra inuentio.*
D & ſerram conficere didicimus ex huius piſcis oſſe ita crebrò mucronato, qualis longa annorum ſerie ſuſpenſa fuit tholo ante DD. Petri & Pauli conditorium, priuſquam à Iulio II. illa venerandæ antiquitatis monumenta ſolo æquarentur. Verendum autem, ne Squatinam cum alio quopiam piſce, & (ni fallor) Fabro, qui in eccleſijs ſuſpendi ſolet, confundat.

*Fabri lignarij typus.*

# DE SQVATINO RAIA. Cap. LXVII.

QVi Græcis nomine compoſito ῥινόβατος appellatur, Latinè ſimiliter à Theodoro Squatinoraia, à Bellonio Squatroraia, à Iouio Squatraia, à Geſnero & Saluiano molliore vocabulo Squatoraia. De quo piſce ſic [a] Ariſtoteles: *Piſcium cæterorum diuerſa genera coire viſum à nemine eſt. Squatina ſola & Raia hoc facere creditur, argumento piſcis cuiuſdam qui nomen ex vtroq; compoſitũ habet Rhinobati (quaſi Squatinoraiam appelles. Eſt enim parte priore Raiæ ſimilis, poſteriore*

*Rhinobatus. Squatroraia. Squatraia. Squatoraia.*

[a] *Li 6. Hiſt. cap. 11.*

*Ortus.* *poſteriore Squatina) tanquam ex vtroque proueniens genere.* Ita & [b] Plinius: *Piſcium diuerſa genera non* B
[b] *Li. 9. c. 15.* *coeunt praeter Squatinam & Raiam, ex quibus naſcitur parte priore Raiæ ſimilis, & nomen ex vtroque compoſitum apud Graecos trahit.* Cæterùm nunquid reuera iſtiuſmodi piſcis detur, diuerſimodè tra-
*An detur* di inuenio. Rondeletius id ſtrenuè negat, quoniam ſibi licet diligentiſſimè inquirenti nunquam contigerit videre, & ſenes etiam peritique piſcatores ſeſe nunquam vidiſſe affirmarint: quare nec Ariſtoteli aut Plinio viſum fuiſſe arbitratur, piſcemque eſſe planè commentitium, quique reuera non exiſtat: idque recitatis philoſophi verbis indicari, item ijs quæ alio in loco ſcripta reliquit: *In* [c] *mari-*
[c] *Lib. 2. de Gen. cap. 5.* *nis* (inquiens) *adhuc nihil exploratum habemus dignum memoratu: qui tamen Rhinobati appellantur, maximè gigni creduntur ex Squatina & Raia.* Squatinam itaque cum Raia videri coire ait; quo quidem loquendi genere & ſimilibus, vt ferunt, tradunt, aiunt, creditur, Herodotus, Theophraſtus, Dioſcorides, alijque vtuntur, cùm ſe rem aliquam pro incerta habere ſignificant. Ad hæc, rationem quam adducit Ariſtoteles, planè infirmam eſſe aſſerit: ſi enim ideo (inquit) coëunt Squatina & Raia, quia piſcis qui Rhinobatus nominetur, vtrique ſimilis ſit; & Hippocentauros & Tragelaphos eſſe poſſe dicemus, ſi centaurus cum equa, & hircus cum cerua commiſceatur. At vt ſcribit [d] Galenus,
[d] *Lib. 3. de vſu part.* fieri ſecundum naturam non poteſt, vt tantoperè diſſidentia corpora commiſceantur: neque enim colores & figuras tantùm componi oporteret, quemadmodum à ſtatuarijs & pictoribus fieri ſoler, B
ſed totas ſubſtantias natura ab huiuſmodi permiſtione alieniſſimas. Neque ſi diuerſæ animantium formæ non tamen vſque adeo diſſimiles, coëant, id animal gignunt, quod vna parte huic, altera illi ſimile ſit, ſed quod vni tantùm procreantium ſimile ſit, vel tertium quoddam, vt cùm aſinus equam iniit, mulus aut mula neutri per omnia ſimile animal gignitur. Si lupus cum cane vel vulpe congrediatur, canis vel vulpes alteri tantùm ſimilis. Quare meo quidem iudicio fides ijs habenda non eſt, qui Rhinobati miſtumque genus prolemque biformem nobis obtrudunt. Hactenus Rondeletius. Contrà Bellonius, Gillius, & Paulus Iouius non ſolùm viuere in mari iſtiuſmodi piſcem aſſerunt, ſed
*Caro.* nomina etiam formaſque dederunt, quanquam Bellonius (de Gillio & Ioulo nihil dico, quia opera ſua iconibus non illuſtrarunt) rem ipſam mihi ſuſpectam videtur reliquiſſe. Non enim piſcem pinxit, ſed figuram (inquit) apud te facilè conijcies; ſiquidem vtriuſque piſcis (Raiæ & Squatinæ nimirum) hic tibi depicti formam diligenter conſideraueris. Adde quòd candidam ei & edulem carnem tribuat, cùm tamen Iouius vt fœdum aſpectu, ita eſu admodum iniucundum, & inter ſordidæ plebis atq; paſtorum obſonia cenſeri profiteatur. Deniq; ſi verum eſt Venetis Squatrolinum vocari, vt ille affirmat, mirari ſubit, cur id nominis ad aliorum aures non peruenerit. Rurſus in Iouij verbis locum, in quo venalem vidit, ſemper deſideraui; nam ſi Romam intelligit, de cuius vrbis piſcibus ſcripſit, & G
hic quoq; ſuſpectus mihi habebitur, Etenim Saluianus, qui ibidem diu vixit, opuſq; ſuum de piſcibus conſcripſit, fatetur ſeſe nunquam Rhinobatum vidiſſe: quamobrem vt Gillio facilè crediderim noſtræ ætatis Græcis & Rhinam & Rhinobaton vocari Rhinam, ita contrà non video, cur credere debeam, vtrumq; Italis (ipſe Latinos vocat) Squainam ſiue Squadram, hoc eſt (vt ipſe exponit,) Squatinam vocari. Quæ omnia non dixi, vt quid cum Rondeletio aduerſus Ariſtotelem ſtatuere velim, ſed vt maritimos viros doctos aduerſus Rondeletium incitem, & genuini Rhinobati certiora nomina iconemq; proferant. Quin enim reperiatur, haud dubito. Rondeletius profectò philoſophi verba, alioqui vel meridiana luce clariora, dum recitat, ſenſum eorum non percepit. Licet enim vtroq; præcitato loco vtatur dubitantis verbo *creditur*, id non ad piſcis ipſius figuram aut exiſtentiam, ſed ſolùm ad procreandi modum pertinet: imo verò cùm ex Squatina & Raia naſci videri ſcribit; tantum abeſt, vt ijs verbis dubitet, an ſit, vt potius eſſe ſtatuat: Eſſe enim neceſſe eſt ſtatuamus; de quo quærimus quo modo ſit, aut vnde generetur. Ad generationem verò quod attinet, locus Galeni quem Rondeletius adducit, quo fieri poſſe negat, vt magnoperè diſſidentia corpora commiſceantur, non aduerſatur, quandoquidem Squatina & Raia genere planè cõueniunt: vtramq; enim ex planis cartilagineis eſſe oſtenſum eſt. Me vt coitũ iſtum verum eſſe credam, impellit piſcis raritas. Raritatis cauſam eſſe reor, quod ipſe non amplius generet; quo modo mulus ſterilis eſt, ſterilis haliætus, & omnia quæ ex promiſcuo H
*Cur ſit rarus.* coitu procreantur. Habes hîc candidiſſime lector genuini mea ſententia Rhinobati iconem pronè & ſupine expreſſam, quam Bernardo Caſtelletto Genuenſi, viro humaniſſimo, naturæq; arcanorum ſtudioſiſſimo acceptam referes, Eandem in ſuo Phytobaſano expreſſit Fabius Columna: qui tamen cùm prius Rhinobatum eſſe longa verborum ſerie aduerſus Rondeletium oſtendiſſet, mox nunquid Raiæ & Squatinæ partus ſit, ignorare ſe fatetur, fortè quòd ſexu diſtingui videret, & in taenia oua (vtrũq; enim teſtatur) deprehenderet. Ego verò à ſententia mea propterea non amoueor, cùm dicendum foret, atq; oſtendendum fœcunda ea fuiſſe, hoc eſt fœtibus referta, quod tamen ille non dicit, dicturus procul dubio ſi eos in ouis offendiſſet, Diligentiſſimè enim cætera in hoc piſce examinat: quamobrem etiam cùm nudum tantùm ſceleton Caſtellettus miſerit, nonnulla ex illo quæ ad
*Magnitudo.* piſcis deſcriptionẽ pertinent, accipiam. Neapoli (inquit) frequens eſt (quod miror) & Cetola vocatur quaſi Cithara, quam corporis figura refert. Magnitudine vt à piſcatoribus accepit, quatuor pedes nõ

ſuperat:

Digitized by Google

A ſuperat: pondere verò duodecim libras ad ſummum æquat: Colore eſt ſubflauo in ſupina parte albo. Cutis aſperitate Squatinam refert, & velut minutis quibuſdam arenulis compergi videtur; verùm manu deorſum ducta lævis, à cauda verò caput verſus aſpera perſentitur. Roſtrum in longum protenditur, vt in Raia Oxyrincho. Alæ quam in Raijs anguſtiores. Os in ſupina parte, ſquamis oſſeis dentium loco munitum. Ante id foramina duo oblonga, olfactus inſtrumenta. Branchiæ vtrinque quina. Oculi parte prona, quorum membranula pupillam operiens, non vt in Raijs, ſed vt Squatinis. Retro eos bina alia foramina auditui inſeruientia. Mox dorſum ſimplici aculeorum ordine, vt in cauda Squatinæ: alijq; ſunt in oſſeo diaphragmate poſt branchias, caput à ventre ſeparante. Iuxta quod binæ lineæ vtrinque ad latera dorſi poſitæ oriuntur, quorum duæ lateribus caudæ propinquiores in ipſarum ortu ſunt curuæ, caudam a reliquo corpore ſecernentes; omnes verò cum cauda terminantur. Genitalia mari inter caudam & cartilagineas appendices, vt in Raijs, quorum loco fœmina duas tantùm cartilagineas appendices habet in modum pinnarum, vti Squatina. In ventre continentur inteſtina omnia Raiarum inteſtinis ſimilia; oua diſtant à Raiarum ouis, ſed ſimilia ſunt ouis Squatinę, illaque gerit vtero ab hyemali ſolſtitio.

*Color.* *Cutis.* *Roſtrum.* *Os.* *Dorſum.* *Aculei.* *Oua.*

B

# DE ANGLORVM LVMPO.
## Cap. LXVIII.

GESNERVS vt huiuſmodi piſcem Orbis ſpeciem faceret, Lump ab Anglis vocari tradidit per aphæreſim à Columbo ſiue Palumbo, quo nomine verus Orbis nuncupari ſolet, ſed Lump Anglis teſte Gul. Turnero Anglo eſt rude & informe fruſtulum, indeq; piſci nomen eſſe affirmat, & ſic ferè in epiſtola ad Geſnerum deſcribit. Plinij Orchin eſſe poſſe (Nos Orbem legimus, & ad Niloticum illum piſcem, vtpote rotundiſſimum & planè ſphæricum hoc nomen pertinere cum alijs eruditis arbitramur.) commoda adhibita interpretatione non diffiteor; verùm Bellonij Orbis, quem ipſe pingit, eſſe nequit; nam piſcis edulis eſt Lumpus noſter, abſq; ſquamis, cartilagineus. Vera enim oſſa aut ſpinas intus non habet, ſed eorum loco cartilagines. Eiuſdem eſt ſaporis cum Squatina. Duas tantùm habet pinnas, & eas infra branchias. In ſingulis lateribus ternos habet aculeorum aut recuruarum ſpinarum ordines, à capite caudam vſq; porrectos. In ſummo tergo vnicam talem habet ſpinarum ſeriem. Verùm aculei illi rari ſunt, intercedentibus interſtitijs non paruis ſeiuncti. Spinæ iam commemoratæ rubi ſpinas mirè referunt, (Inde Batum rotundum appellare licebit) niſi quòd non ita recuruæ ſunt. Vmbilicus ei prominet in ventre portentoſæ magnitudinis. Sub mento rotundum quiddam circuli inſtar apparet: quo ſe ſolo aut lapidibus affigere interdum videtur. Caput habet ranæ ſimile, & oculos admodum paruos. Tota cutis ſumma tactui aſpera eſt. Ex noſtris non deſunt qui hunc piſcem nominant à See oul, vel vt Scoti vocant, à Paddel. Hæc Turnerus. Quod verò ad iconem attinet huius piſcis, quam hîc ex Geſneri paralipomenis mutuatam exhibemus, idem Turnerus, cùm eam ad eum inſpiciendam Geſnerus miſiſſet, in alia epiſtola, de ea hoc tulit iudicium. Imago quam ad me miſiſti, Lumpi planè noſtratis eſt; verùm duæ poſteriores pinnæ abundant. nam tales in piſce, quem ego recenter captum vidi & poſtea comedi, nullæ comparebant. Deeſt etiam ſub mento, vt ita dicam, rotunda cauernula, quam ego in meo Lumpo vidi & contrectaui. Cætera omnia bene conueniunt. De eadem doctiſſimus medicus Hieronymus Maſſarius Vicentinus, qui Argentinæ eo tempore artem medicam docebat, referente eodem Geſnero, his ferè verbis ad eum ſcripſit: Angli quidam viri non mediocris doctrinæ, inſpecta

*Nominis ratio.* *Orchis.* *Orbis.* *Sapor.* *Deſcriptio.* *Batus rotundus.* *Iconis conſideratio.*

Lumpus Anglorum.



D

piſcis

piſcis pictura, quam ad Turnerum mittis, retulerunt, piſcem huiuſmodi reperiri iuxta Cornubiæ (po- E
ſtremum Angliæ) promontorium, & ab incolis vocari Lump: prominentias autem illas, quæ oſſeæ fortè aliquibus putari poſſent ex pictura, calloſas eſſe, quibus ſcopulis adhærent, quod piſcatores teſtantur. Dorſum rubicundum, ventrem album haberi. Piſcem ipſum in magnis delicijs reputari.

## DE PISCE GIBBOSO. Cap. LXIX.

*Nomen.* PISCEM hunc præcedenti ferè ſimilem, niſi quòd in dorſo gibbus attollitur, ab eo ipſo piſcem gibboſum potius quàm Orbem gibboſum (ne cum Orbe piſce confundatur) cum Geſnero dicere libuit: Græcè Νωτιδανὸν (inquit) dixeris, à noto, id eſt dorſo eminente; ſic νωτιδανὸς Galeos nominatur ab [a] Ariſtotele, quem Epænetus Ἐπωτιδία vocat, authore Athenæo. Delineatam eius iconem Georg. Fabritius Geſnero olim communicauit, abſq; nomine. In Balthico Oceano reperiri aiunt.

[a] *Lib. 5. de Animal.*

*Deſcriptio.* Corij portiuncula quam miſit Fabritius, craſſiuſcula & tenax eſt, multis punctis ſeu tuberculis potiùs exaſperatur. Eminent etiam ſpinæ quædam ceu rubi, ſed mucrone recto, pyramidis forma, aliæ magnæ, aliæ paruæ, è fuſco albicantes. Miſſa ad me pictura (inquit Geſnerus) à capite ad extremam F
*Magnitudo* caudam longa eſt palmos circiter quatuor, id eſt, digitos ſedecim: lata verò ab imo ventre ad ſummum dorſi acumen, totidem digitos, nempe ſedecim & amplius vnum. Hanc magnitudinem viuum ipſum piſcem adultum latam manum non excedere ſcripſit Fabritius: & præterea. Huic piſci (inquit) vt pictura indicat, non planè duplo maior dorſi altitudo, quàm ventris eſt profunditas: ſed venter de more laxans, dorſum in aciem eſt acuminatu r, in carinæ modum. Superior corporis pars figuram triangularem efficit, venter rotundus & amplus. Os minutum nec prominens: cauda parua, & pro reliqui corporis modo, ſatis craſſa. Corpus munitum ſpinis oſſeis, præduris & acutis, quæ Amazonicæ peltæ contractæ, ſed eminente vmbone, formam præ ſe ferunt. Earũ in vtroq; latere ſpinarũ ſunt tres
*Spinæ.* ordines. Imus infra pinnas initiũ ſumens, vnà cum ventre terminatur: medius, à branchijs ad caudæ vſq; extremitatem extenditur: ſuperior à dorſi latere ſurſum incuruatus, ad caudæ finem prorſum reflectitur. Similes ſpinæ ſupra oculos incipientes per dorſum & dorſi acumen pinnatum tendunt,
*Pinnæ.* & à pinna ſuprema geminantur ad vſq; proximam pinnam quæ caudæ eſt initium. Ipſæ pinnæ punctis illis ex eadem oſſea materia ordine diſpoſitis, ceu margaritis, cùm diſtinguuntur, tùm ornantur, nec non reliquum corpus cum ventre, ciuſmodi punctis aſperum, ſed neq; eodem ordine, nec ornatu, nec denſitate. Spinæ albæ & minutulis punctis aſperæ, vmbo læuigatus. Corpus in mortuo piſce G
*Color.* nigrum, cutis dura, & aſpera, venter flauicans.

Piſcis gibboſus.



H

## Finis Libri Tertij.

VLYSSIS

A

# VLYSSIS ALDROVANDI PATRITII BONONIENSIS, DE PISCIBVS LIBER IV.

B

IN QVO AGITVR

## DE IIS, QVI IN MARI ÆQVE, Ac in fluminibus degunt.

## DE SALMONE. Cap. I.

## ORDINIS RATIO.

C MARINORVM piſcium, de quibus hactenus, non paucos eſſe diximus, qui, licet ſolius maris eſſent incolæ, dulcibus tamen aquis etiam oblectarentur, quales ſunt qui iuxta fluuiorum oſtia ſæpenumerò obuerſantur. Nunc de illis erit ſermo, qui vel relicto mari flumina aſcendunt, vel relictis aquis dulcibus ad mare deſcendunt. Horum pauciſſimi ſunt, (ego præter Anguillam alios non inuenio) illorum verò multi, quorum rurſus alij longiſſimè à mari recedunt, & ad fluuiorum origines ferè vſq; penetrant: alij in proximis maris locis nonnihil dimorantes, mox ad id regrediuntur. Vtrorumq; alij ſquamis, qui plurimi, alij læui cute, qui pauciſſimi, veſtiuntur. Inter ſquamoſos de principatu certant Salmo, & Lupus, ille noſtro tempore, hic apud veteres maximoperè celebratus. Salmonem nos præferemus, cùm quia ſaporis gratia Lupo non cedit, tùm quia piſcium apud Hollandos, vbi delicatiſſimorum piſcium ingens copia eſt, ſolus ad libram vendatur, tanquam omnibus præferendus, & inſigni quadam prærogatiua ſolis proceribus dignus; cæteros enim illic cumulatim licitant.

*Piſcium dulces aquas amantium diuiſio.*

*Salmonis prærogatiua*

## SYNONYMA. ETYMVM.

D QVi ex antiquis delicatiſſimi huius piſcis mentionem faciat, præter [a] Plinium, inuenio neminem, cui Belgico Germanicoué nomine Salmo, non Sulmo, vt quibuſdam placet, nuncupatur. Auſonius quidem eodem vſus eſt vocabulo, cæterùm in iam adulto piſce tantum, quandoquidem qui iam adultior factus, & velut ex ephæbis exceſſit, Sarionem, ſiue vt alij legunt, Farionem nuncupat. Quam poſteriorem nomenclaturam probo. Vt enim Salmo Germanica vox eſt, ita Fario à Germanorum Faren ſeu potius Foren (Belgæ Voren dicunt, V. vocalem ponentes, vbi Germani F. conſonantē pronuntiant) quo nomine Truttam intelligunt, vbi verò etiamnum paruus eſt, Salarem vocat, vt ex hiſce eius verſibus luce clarius eſt.

[a] *lib. 9 c. 18.*

*Sario.*

*Fario.*

*Salar.*

*Teq; inter geminas ſpecies neutrumq; & vtrumq;  Qui necdum Salmo, nec iam Salar, ambiguuſq;*
*Amborum medio Fario intercepte ſub æuo.*

Cæterùm in eo poëta fallitur, quod Farionem Salmonem mediæ ætatis eſſe credidit, vulgus ſecutus, quod Truttam degustata aqua marina in Salmonem abire credit, vt fuſiùs in Trutta dicetur. Salares itaq; latinè rectè Salmulos appellabimus, aut Salmunculos. Apud Gallos, & Germanos no-



Digitized by Google

*Lachs.* men quoq; pro ætate immutat. Illi magnos, & adultos Saulmons, paruos Tacons dicunt: hi maiores E
Salm, minores Selmling. Lachs diuerſimodè interpretari inuenio. Rondeletius, & Adamus Lonicerus, ſic vocari hunc piſcem volunt, cùm muria conditus eſt: alij ſemper, paruum, magnum, recentem, ſalſum, infumatum, apud Saxonicas gentes, maximè verò quæ iuxta Albim fluuium habitant: alij circa Rhenum, & apud Heluetios ferè tempore æſtatis, & veris nominari aiunt Salm, vſq: ad D. Iacobi diem, deinde mutato nomine Lachs vſq; ad D. Andreæ diem, vt Salmo vernus ſit, & æſtiuus, Lachſus autumnalis, & hyemalis, ſub partum, & à partu. Sunt qui ſic dici volunt quaſi laſſos, ſed Germanicæ voci latinam tribui etymologiam non placet, eoq; magis cùm à partu ea detorta videatur, vt Germanicæ linguæ periti fatentur, & Geſnerus quoq; docet, leich inquiés Germanis eſſe genituram; & apud Belgas leggen dicuntur aues cùm pariunt, quare eo tempore non ineptè Salmo Græcis quoq; λιχῶος dicetur, quibus nẽpe λιχὼ ſeu λιχῶσα puerpura eſt. Fit item vt in migratione quam exercent, cùm fruſtrà ſaltus quoſdam in fluminibus ſuperare contendunt, laſſi vadum petant, ibiq; ſub lapidibus delieſcentes emacientur, & contabeſcentes maculis ruffi ſeu ærei coloris impleantur, vnde Kupferlachs appellantur: nam æs Germani Kupfer, Belgæ Koper dicunt: Angli verò Salmonem à Kipper: cùm carnem habent deteriorem, & roſtrum curuare cœperunt. Georgius Agricola Salmo-

*Eſox.* nem eundem eſſe arbitratur cum eo qui Plinio Eſox vocatur his verbis. *Præcipua magnitudine* F
*Thynni ſunt* &c. *Sunt & in quibuſdam amnibus haud minores, Siluros in Nilo, Eſox in Rheno.* Quo

*Antaceus.* loco Rondeletius Exos legi vult, & Antaceum ipſum intelligi qui oſſibus caret: cuius ſententiam Geſnerus capite de Antaceo ſiue Huſone improbat, eiſq; ſubſcribit; qui lachſum, id eſt, Salmonem eſſe volunt, quoniam Salmo Illiricè Loſos vocetur affini vocabulo: mox verò proprio loco, ſui (vt apparet) oblitus, Plinium de Salmone ſenſiſſe veriſimile eſſe negat, cùm eum piſcem ali-

*Lucius.* bi ſuo nomine appellet: quare conijcit Lucium eſſe, qui Rheni accolis infra Coloniam Snoech appellatur, haud abſimili nomenclatura, ſi articulus een, id eſt, vt nos, & Galli loquimur, vn, quem omnibus nominibus præponunt, decurtetur in e: apparetq; Plinium Germanicam ſeu potius Belgicam vocem quàm potuit, melius, expreſſiſſe. Lucios autem in Rheno maximos eſſe ſuo loco patebit, quamobrem & nos Exocem Lucium potius quàm Salmonem, aut Antaceum eſſe conijcimus: Hic enim Danubij, non Rheni piſcis eſt: & ſi Eſox Salmo eſſet, Elox potius ſcribendum foret, vt nimirum reſpondeat vocabulo Lachs, quo Salmonem indicari diximus. Anchorago nominatur quidam piſcis à

*Anchorago* [b] Caſſiodoro in regij conuiuij deſcriptione. *Deſtinet* (inquit) *Carpam Danubius, à Rheno veniat Anche-*
[b] *lib. 12. Epiſt 4.* *rago exornis. Tonſicula quibuslibet laboribus offeratur.* Robertus [c] Conſtantinus legit, à Rheno veniat
Anchorago, ex Orinis Tonſicula. Quinam verò piſcis Anchorago ſit, incertum eſt. Geſnerus prius G

*In ſupplem. Linguæ Latinæ.* Salmonem eſſe conijciebat, quoniam hic in Rheno præſtantiſſimus eſt, & certo tempore roſtrum anchoræ inſtar incuruat: cæterùm vbi de Salmone agit ex profeſſo, mutata ſententia, quòd eo tempore quo roſtrum incuruat Salmo, deterior habetur, ciboq; (vt mox patebit) ingratior redditur; Truttam

*Trutta lacuſtris.* lacuſtrem eſſe contendit, quæ immutata nonnihil forma, & nomen quoq; immutat, & Ynlanch appellatur. Verùm ſi lacuſtrem piſcem intelligit Caſſiodorus, cur eum ex Rheno, accerſit? Ego in priori ſententia perſeuerare mauelim, cùm in Rheno Salmo, non Trutta, lacuſtris ſaltem, celebretur. Græcam Salmonis nomenclaturam non inuenio, neq; eſt quòd id miretur curioſus lector, cùm in Oceano tantùm, fluminibuſq; in eum ſe exonerantibus reperiatur, ad quæ veteres Græci nunquam pe-

*Salax.* netrarunt. Qui voluerit, Salangem appellare poterit. Σαλάγξ enim boni, ideſt, delicati piſcis nomen legitur apud Heſychium, nec præterea qui ſit, explicatur: aut à migrandi natura καταπάδρομος, vel δρόμιας, vel δρόμας, fluuiatilis dicatur, nam Ariſtoteles in mari dromades vocat Thunnos alioſq: gregales, qui aliunde in Pontum excurrunt, & vix vno loco conquieſcunt; aut nomen fingatur à ſaltu, & ἅλμων dicatur; Non placet tamen, Salmonis nomẽ à ſaltu deduci, aut etiã à ſale, licet ſaliendi natura ei optimè quadret, ſaleq; aut muria inueterari etiam ſoleat, Non enim latina, ſed à Germanis Belgiſué Rheni accolis, aut Gallis Aquitanicis accepta vox eſt. H

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

SAlmonem ſquamoſum piſcem eſſe fatentur omnes, item, & Auſonius, inquiens. *Tu loricato ſquamoſus pectore.* Verùm nunquid è mari flumina ſubeat, vel è fluminibus contra ad mare deſcendat, mox ventillabitur. Squamis autem tegitur exiguis, ſi cum piſcis magnitudine

*Squamæ.* conferantur. In magnam & longitudinem, & latitudinem excreſcit. Circa Coloniam ſeſquicubitalis

*Magnitudo* eſt, vel etiam bicubitalis, apud Miſenos, & Daſſauiæ circa Albim fluuium maiores à libris vigintiquatuor vſq; ad triginta ſex accedunt: in Heluetia circa Tigurum triginta ſex librarum aliquando

quando grauiores capiuntur: Eſt autem ibi libra vnciarum octodecim: circa Baſileam quinq; aut ſex pedes longi reperiuntur, vnum lati: vt non temerè Thunnos magnitudine æquare Rondeletius dixerit, & Bellonius Cetaceum piſcem dici poſſe. Vt plurimùm autem bicubitalis eſt. Squamæ eius ita maculis notatæ ſunt, vt piſcis ferè totus ſubrufis & luteis notis inſignis videatur, etſi dicat Auſonius *Præſignis maculis capitis*. Apparet autem ita poëtam ſcripſiſſe quia eę in Salmone quàm in Salare ſunt euidentiores: nam de hoc dixerat: *Purpureiq; Salar ſtellatus tergora guttis*. *Macula.*

Caput ſquamis caret, vnde *frontem lubricam* poëta dixit. Os habet amplum & valdè denticulatum; nam præter id quòd maxillæ màgnis & validis armatæ ſunt dentibus, palatum etiam quadruplici eorumdem ordine munitur, linguaq; hamatis dentibus horret. Hunc quadruplicem dentium ordinem Bellonius huic piſci præter aliorum fluuiatilium morem, peculiarem eſſe ait, & cum ceraſte ſerpente communem: additq; plures eſſe in inferiori maxilla, quàm in ſuperiori. Tergus colore ferè eſt cæruleo, aut ex cæruleo nigricat. Oculi magni ſunt. Narium foramina vtrimq; gemina: Branchiæ vtrimque quaternæ, quarum opercula lata, & rotundis puniceis maculis plena ſunt. Pinnæ iuxta eaſdem binæ, totidemq; in dorſo, quarum prior in medio ferè dorſo eſt, altera caudæ proxima, cutacea, carnoſaque. In ventre tres ſunt, binæ ferè in medio, tertia à podice qui in imo ventre eſt. Caudam in vnam latam & rotundiuſculam pinnam deſinere Saluianus ait; Rondeletius verò bifidam eſſe teſtatur, indeq; Salmonem iure τλατύουρον nominari poſſe putat, cùm interim integram etiam depingat. Latam autem eſſe etiam Auſonius meminit, inquiens: *Os. Dentes. Tergus. Oculi. Pinnæ. Cauda.*

B ——*Lata cuius vaga verbera cauda*
*Gurgite de medio ſummas referuntur in vndas* *Occultus placido cùm proditur æquore pulſus.*

Quantum ad internas partes attinet. Cor angulatum eſt. (de mira huius viuacitate mox dicetur.) ventriculus oblongus & anguſtus: hepar integrum, hoc eſt, in nullos lobos diuiſum: rubrum id eſſe Rondeletius tradit; Saluianus verò & Bellonius pallere; cui veſica fellis ex viridi nigricantis annexa eſt: Splen ex rubro nigricat: quamobrem cùm Auſonius dicat: *Partes internæ.*

*Nec te puniceo rutilantem viſcere Salmo* *Tranſierim,*

Saluianus de neutro hoc viſcere, ſed de carne intelligit, quæ priuſquam coquitur, albicat, cocta verò vel ſalita rubeſcit. Mirum eſt, quantum pingueſcat iſte piſcis, abdomine potiſſimum, quod minimè præterijt poëta, inquiens: ——*Cui prodiga nunquas* *Aluus, opimatoq; fluens abdomine venter.* *Pinguedo.*

De inteſtino ait Albertus, quòd parte ſuperiore diuidatur in plures partes, ſicut manus in digitos. Geſnerus in diſſecto Salmone à faucibus patulis duos ſe obſeruaſſe meatus ſcribit, deorſum protenſos, vnum ad ventriculum, quem œſophagum vocant; alterum anonymum, (cuius vſum ignorat, quandoquidem nihil in eo reperit; niſi fortè ruminat (inquit) hic piſcis & alimenti ſui partem ibi repoſitã habet) qui cute candida & tenui conſtat. Fæminam à mare differre Rondeletius & Saluianus volũt, quod illa roſtrum habeat magis aduncum, hami modo, indeq; vulgò in Gallia Beccard appellari. Bellonius verò dum dubitat, num ſit diuerſa ſpecies: fæminam eſſe interea inſinuat, inquiens: Eſt & alius prægrandis Salmo (fæminam eſſe autumant) quem vulgus Gallicum ab eius ore prægnandi Beccard vocare ſolet: alij à ferendis ouis Bortiere (Portiere fortè nimirum à portando). Differt is à mare Salmone, quòd labrum inferius in hami modum aduncum habeat. In ſuperiore enim labro foramen eſt ad palatum tendens, in quod hamus maxillæ inferioris ſe recipit, pyxidatimq; in tubi modũ inſinuatur. Alij aliter de hac roſtri curuitate ſentiunt. Geſnerus teſtatur ſuos piſcatores in mare tãtùm incuruari inſigniter, in fœmina perparum. Rondeletius quoque mari recuruum eſſe ait, ſed fœminę magis. Quidam verò cruditus in epiſt. ad Geſnerum, in qua de Albis fluuij piſcibus ad ipſum ſcribit *Partes internæ.* *Pinguedo.* *Sexus diſſimilio.*

C

Salmo vulgaris.

D



vtrumq; sexum id ceu quid prẽter naturã pati arbitratus inquit: Salmo in Milda (hoc flumen ex Albi ingressus) si obstaculum seu præcipitium aquæ iuxta Dessauiam, secundò ac tertiò frustrà saltu superare conatus fuerit, vadum petit, eoq; in loco sub lapidibus & saxis delitescens, emaciatur, & contabescens maculis ruffi seu ænei coloris impletur & rostrum inflectit in magnum hamum, eò quidem maiorem quò diutius manserit. Veruntamen credit vir ille doctus idem ei tandem contingere, etiamsi obstaculis omnibus superatis ad summas fluuiorum partes eluctatus fuerit. Ex rostri itaq; curuitate sexus non satis tutò distinguetur: tutissimè verò ex ouis. Addit Belonius fœminam crebrioribus mare, ijsque subrubris & rufis orbiculis intute variegari: atq; in Lepradis (de quo suo loco diximus) modum multis coloribus sugillari.




# LOCVS.

*Cur fluuiatilem Plinius dixerit.*

SAlmonem Massarius fluuiatilem tantùm esse credidit, Plinium, puto, secutus, qui *fluuiatilem Salmonem in Aquitania marinis omnibus præferri* scripsit. Aqui hic fluuiatilem dixisse videri potest, quòd in fluminibus, potissimùm Aquitanicis, quàm in mari melior sit, sicuti de Salmone omnes scribũt. Aequè enim in mari ac fluminibus reperiri certo certius est; Albertus in stagnis reperiri negat. Iam verò cùm qui vtrobiq;, in mari videlicet & fluminibus degunt, alij ex mari flumina subeant, alij ex fluminibus ad mare descendant, hisque vel illic pariãt, ex hisne vel illis Salmo sit, non satis inter doctos conuenit.

*Vbi nascatur aut pariat.*

Rondeletius vtrobique parere putauit, sed in mari natũ fluuios subire, eorumque dulci aqua adeo affici, vt natali solo valedicto, in illis perpetuo viuat, nec amplius in mare reuertatur. Quam opinionem probat, quia in mari rariùs capitur. Quæ sententia si vera est, in fluminibus etiam parient, id quod mox instituto de paruo Salmone capite hæsitanter admodum scribit: Paruos Salmones (inquit) qui pedem vnum vix superant, Galli & Aquitani Tacons appellant, suntq; Truttis adeo similes, vt vix à peritis internoscantur, nisi propius inspexerint: sed aliquid esse quò discernantur, capite de Truttis docebimus. Cùm igitur parui isti Salmones maioribus omnino sint similes

miles, non poſſum non exiſtimare Taconem Salmonem eſſe, qui in fluminibus, non in mari naſcatur: quorum aqua cùm frigidior ſit, & ad procreandum minus idonea quam marina, breuiores gignit Salmones. Adde quòd in proprio & natali ſolo fæliciùs omnia proueniunt, quam in alieno. Id in Lampetris cernitur, quæ in fluuijs genitæ ſemper marinis ſunt minores, nec in eam vnquam magnitudinem accreſcunt. Quare aut Tacones neceſſe eſt eſſe Salmones in fluuijs natos, aut recens in mari editos, qui patres ſecuti ſint: certum enim eſt Salmones in mari parere: Tacones autem vel minores adhuc eſſe quàm vt pariant, vel imperfectos eſſe Salmones, & veluti abortu editos, id indicat, quòd in ijs nunquam vel oua vel ſemen quod lac vulgus appellat, reperias. Hactenus Rondeletius, incertus, vt vides, in marine an in fluminibus (Garumna & Ligeri) parui illi Salmones gignantur. Saluianus quidem in fluminibus quoq; parere admittit, crebriùs tamen in mari gigni ex eo clarè conijci ait; quòd recens orti rariſſimè in fluuijs videantur, putatq; haud veriſimile videri, quòd (vt Calepinus, inquit, teſtatur, ex quo fortè id Rondeletius quoq; tranſcripſit) dulci aqua ſemel deguſtata, vix ad mare regrediãtur. Geſnerus contrà in ſolis parere fluminibus exiſtimat, & ex ijs in mare deſcendere, idque ex piſcatorum omnium, à quibus id ſciſſitatus eſt, & authorum teſtimonijs quæ ſubijcientur, conſtare aſſerit: cùm alioqui vnus tantùm ex omnibus id ſcribat Hector Boëthius Scotus: cæteri enim flumina ex mari petere affirmant. Autumno (inquit Boëthius ille) riuulis plerumq; aut locis vadoſis,
B coëuntes Salmones iunctis ventribus oua pariunt, ſabuloq; contegunt; quo tempore maſculus adeo lactibus, (genitura,) fæmina ouis exhaucta eſt, vt macilenti euadant, nec quicquam præter oſſa ac ſpinas pellemq; ſuperſit, ineptuſq; eſui ſit. Referunt eam maciem contagij loco haberi, cùm obuios quoſcunq; ſui generis inficiant, qui ſic affecti ſunt: Cuius rei hoc eſt indicium, quòd perſæpè capiuntur vno latere extenuati, reliquo non ita. Cæterùm ex ouis illis arena obrutis, piſciculi incunte vêre naſcuntur adeo molles, vt donec digiti magnitudinem non exceſſerint, manu compreſſi velut humor concretus diffluant. Tum primum natura duce ad mare pergunt, vigintiq; dierum ſpatio aut paullò maiore, incredibile dictu, qualem in magnitudinem excreſcant. Hæc itaq; ille, ex quibus quis non intelligit, iſtiuſmodi Salmones propter aliquod obſtaculum in fluminibus parere, mareq; proprium pariendi & incrementi locum eſſe? Equidem ſi fluuiatilis piſcis eſt, cur in ijs tantùm reperitur fluminibus, qui in Oceanum ſe exonerant? cur non etiam qui in mediterraneum, quiq; in alia maria influũt, Salmones habent? Nonne vni potius Oceano quàm tot fluminibus quæ recipit, proprios dicemus? Citat deinde Geſnerus viri cuiuſdam doctiſſimi epiſtolam quam in ſuam gratiam de Albis fluuij piſcibus conſcripſit; qui tamen Salmones paruos æquè ac magnos è mari in Albim venire tradit, nec proficere in eo ſed contabeſcere ac emori, vt poſtea addit, inquiens obſeruaſſe ſe adeò tabidum, vt exan
C guis & nullis ferè inteſtinis appareret: natos verò ex eo piſciculos in Albi, nec longiores nec craſſiores digito euadere, quamdiu ibi vel iuxtà ſtagnantibus aquis immorantur: creſcentibus verò, auctiſq; fluuijs in mare properare, in hocq; proficere & augeſcere. Et mox rurſus ex relatu ſenis cuiuſdam piſcatoris Argentinenſis ait Salmunculos in Rheno genitos, niſi aquam marinam petant, nihilo grandiores euadere, neq; vnquam Salmones fieri, etiamſi pluribus annis in Rheno manerent. Poſtremò alius quidam apud Miſenos uir diligens ipſi affirmauit per epiſtolam, Salmones, ſi ſupra annum in fluuijs perſeuerârint, perquam inſipidos fieri, ſin diutius, poſt annum ſecundum, eos omnino ceu ſideratos aridoſq; interire. Definiamus itaque marinos potiùs quàm fluuiatiles eſſe. Mirum tamen eſt quantum dulci fluuiorum aqua afficiuntur & pingueſcunt: quare etiam eſt, quòd in illis Oceani locis vbi copioſiores in eum influunt aquæ dulces, copioſiores etiam & meliores Salmones capiantur. Tradit Olaus* Magnus vix alibi in tota Europa vberiorem eſſe horum piſcium capturam quam in Bothnico mari verſus Lappones, e quorum montibus & terris vaſtiſſima flumina aquarum dulcium deſcendunt, contra quæ pulcherrimo (inquit) ſpectaculo quaſi milites micantibus armis, ſub ſolari
D æſtu aſcendere videntur Salmones tanto præſertim agmine, vt ſuperiores montium aquæ prædam reſeruent piſcatoribus ſuis. Nec tamen hoc genus piſcium quantumq; capiatur, deficere videtur in loco ſuo natiuo. Teſtaturq; idem Olaus circa ſolſtitium æſtiuum in extremis Bothniæ litoribus circa Thornam adeo magnam eorum capi multitudinem, vt fortiſſima etiam retia pondere eorum rumpantur. In regionibus Oſtrogothorum & Veſtrogothorum plurimos item naſci, quoniam illic quoq; flumina ſint viginti aut triginta pedes alta, maximè verò apud Veſtrogothos in prouincia Vuermelandia dicta, quæ olim regio titulo coronabatur, vbi locus dulciũ aquarum centummillibus paſſuum in longitudine, & quadraginta latitudine patet, cui nomẽ Vener eſt, in quẽ viginti quatuor magna flumina à montibus Noruegiæ illabuntur, vnum ſolum exitum verſus meridiem habentia qui Trolhetta, id eſt, dæmonum caputium nominatur, in quibus magna quoq; eſt Salmonũ copia. In Viſtula etiam ac Duna vel Dzuina Liuonię fluminibus iuxta Rigam magno pretio fumo indurantur, prout cõmuniter apud omnes Septentrionales aquas fieri ſolet. De Albi celeberrimo fluuio nonnihil antea dictum eſt. Vultauia item Bohemiæ fluuius Pragã per mediũ diuidens, & in Albim influẽs: Sala item & Milda apud Miſenos ijs abundant. Rhenus laudatiſſimos grandiſſimoſq; alix, & qui in eum exonerantur,

*Salmones cur in fluminibus minores.*

*Cur in fluminibus pariãt.*

*Vt dulcem aquã amẽt.*

* L. 20. c. 3.

*Vbi fumo indurantur.*

minores fluuij alij, vt Moſella. Minus commendari aiunt in Scaldi propter Antuerpiam. Tameſis in E
Anglia; Garumna, Dordona, Sequana & Ligeris in Gallia; Elauer item Aruernos & Borbonienſes
alluens abundantiſſimè Salmones præbent; cæterùm Aquitanici Plinio cæteris præferuntur, hoc eſt,
qui in Dordona & Garumna capiuntur. Maſſarius tradit etiam optimos eſſe in Rhodano, idq; Ioan:
[a] *li.22.c.17.* Bruyerinus Gallus quoq; aſſerit: [b] Rondeletius verò falli eos ait, qui in Rhodano capi exiſtimant: de-
fluit enim in mediterraneum mare, quod Salmonibus caret. Carere autem Rhodanum his piſcibus
[c] *In Ata.* innuit etiam [c] Scaliger pater inquiens:

*Extrema continentis ambiens Sera,* *Et Salmo pictus aureis frequens guttis*
*Noſtraſq; dedignatus ingredi ripas* *Qua proditores peierant Proamnates*
*Aduerſus obluctatur amne Garumna.*

[d] *Cap. 84. Hiſt. India Occident.* Conzaluus Ouiedus dum in Indiæ Occidentalis fluminibus numeroſiſſimè Salmones capi ſcribit, de
ijs itaq; intelligit, qui in Oceanum ſe effundunt.

# NATVRA. MORES. PARTVS. F

*Quando migrent.* CVm veteres nihil planè de Salmonum moribus, ac natura habeant, non incongruum fuerit, quædam ex Geſnero, quæ ex doctis Rheni ac Albis accolis, & à peritis etiam piſcatoribus accepta collegit, referre. Primo vere ex Oceano per Rhenum alioſq; magnos fluuios ma-
*Ab hirudinibus vt infeſtentur.* gnis copijs aſcendunt, ita vt Maio menſe in his locis inquam longiſſimè à mari diſſitis maximè abun-
dent: aquis verò fluminum auctis & turbidis præſertim migrare audent. Eodem tamen menſe,
Iunio item & Iulio ab hirudinibus infeſtantur in tantum, vt in ripa aliquando viribus prorſus exhau-
*Cur altè ſaliant.* ſti, aut etiam mortui capiantur. His exugentibus adeo dolent, vt ſupra aquam ad tres pedes vel am-
plius, ſeptem vel octo ad ſummum, exiliant; quanquam piſcatores quidam aliam cauſam horum ſal-
tuum eſſe ſuſpicentur, tanquam ad prouidendum cauendumq; ſibi ab inſidijs hoc faciant; complurimum enim cùm ipſi in nauibus colloquuntur, ſic exilire Salmones aiunt, interdum capita tantùm proferre: ſed hoc doctis quibuſdam veriſimile non fit: alij per laſciuiam cùm corpore optimè habito ſunt vt Iunio menſe, exultare eos putant, quod veriſimilius apparet: ſed an alij quoq; piſces cùm maximè vigent, ſimiliter ſupra aquam ſeſe eiaculentur, quærendum. Altiorum ſanè ſaltuum non aliam quàm violentam aliquam cauſam fecerim, qualis maximè hirudinum ſtimulus eſt: Complures enim ali- G
quando Salmonem inuaduut, caudam & palatum quandoq; implent & ad inteſtina quoq; deſcendunt: itaq; præ dolore non pergunt per flumina aſcendere Salmones, ſed ad ripas deflectunt, vbi in captis piſcatores rei cauſam facilè deprehendunt: & putant aliqui hirudines iſtas in ipſis Salmonum inteſtinis naſci, nutrimento quod continetur calefacto, aſſiduo nimirum & vehementi motu. Quòd niſi tempeſtiuè à piſcatoribus capiantur, hoc malo extinguuntur: vnde contingit, vt ſæpe Salmones iam putres inueniantur. Damnoſum verò adeò id eſt regionibus, per quas Salmones feruntur, vt E-
*Lampetra Salmonibus infeſta.* piſcopus Lauſannenſis temporibus Felicis Malleoli (qui hoc narrat) contra Sanguiſugas tantoperè Salmonibus infeſtas & lætaliter pungentes, exorciſſimi dictamina de ſacris ſcripturis collecta dictari fecerit, & per certa dierum interſtitia publicari non ſine felici ſucceſſu. Lampetras quoq; Salmonibus infeſtas eſſe aiunt, cùm è mari flumina ſubeuntes comitantur eos. Adhærentes enim ventrem vel col-
lum eorum agglutinato roſtro exugere. Lampetram cùm per ſe ad natandum inepta ſit, migraturo Salmoni ſe applicare ore, atque ita retinere, vt præcipitia quoque ſaltu ſuperantem illum quandoque ſequatur & ſuctu oris inflicta carni eius bene ampla veſtigia appareant. Eſt & alia ſaltus cau-
*Saliendi modus.* ſa, loca abrupta conſcendendi cupiditas, aut cùm impedimenta fluminum ſuperare conatur. Te- H
ſtantur author obſcurus de natura rerum, & Albertus, cùm ſæpem vel ſimile aliud obſtaculum inuenerint, caput caudæ coniungere & ſic in circulum flexo corpore tranſilire. Alius item phyſiologus obſcurus, Salmo (inquit) dicitur a ſaltu: caudam enim ore replicat & reflectit, validè eam ore tenens, donec ſaltus agilitate locum etiam præruptum conſcendit. Quòd ſi verò obſcuris iſtis authoribus minus quis fidei adhibendum exiſtimet; audiat quid ex doctiſſimi cuiuſmodi medici in piſcium Albis deſcriptione verè ſcribat Geſnerus. Mildam flumen præ cæteris diligit Salmo, & (vt quidam putant) ab aqua Albis fluuij quacum permixta in mare ſe exonerat, diſcernit. Itaq; plurimi eo in loco, vbi Milda in Albim influit (Deſlauiam vocant, quod oppidum eſt principum Alhaltinorum) capiuntur, hoc modo: Ad Mildæ in Albim ingreſſum principes vallum ſiue obſtaculum quoddam excitarunt, vt ita redundans aqua ad molendina reuerteretur, octo cubitis aliquando altiùs: vallo graues & magnas arbores impoſuerunt, & perticis magnis intus cancellarunt, ne Salmo tranſiliat. Inter perticas alicubi naſſæ ſunt collocatæ. Hunc locum cùm attigerit Salmo qui per Albim aſcendit, ſaltu aduerſus aquæ præcipitium ſe proripit in altum, vbi vel in naſſam incidit & capitur, vel ar-

borem

A borem perticaſué contingit, indeq; violenter in Mildam ſe traijcit. Hoc ſi prima vice non ſucceſſerit, ſecundò etiam tertioq; experitur, & ſine tum quidem tranſilire aut aſſequi altitudinem valli potuerit, vadum petit, inibiq; ſub ſaxis deliteſcens emaciatur ac contabeſcit. Si tamen flumen Albis augeatur & creſcat, aduerſus illud ſubinde fontium & originis cupidus aſcendit, parit, & conſumptus tandem macie ac ſiccitate moritur. Adeo verò natiuus huic piſci ſaltus eſt, vt Salmunculi etiam, ſi in vaſe aliquo venales cum alijs permixti in aqua fuerint, aqua eis adempta exiliant; vnde & ab alijs piſcibus dignoſcuntur. Quodſi verò rurſus iſtiuſmodi ſaltus parum veriſimilis cuiquam videatur, argumento quòd Salmo piſcis eſt grandis & valdè grauis, cùm agilitas magnitudini, & ponderi videatur contraria, reſpondent Albertus & author de natura rerum, robore multum valere, omnemque qua præditus eſt, agilitatem à viribus potius quam à leuitate oriri. *Robur.* Quantum autem robore valeat, ex hoc non modò conſtat quòd aduerſis ſemper aquis moliatur, ſed quòd ex altiſſimis præcipitijs cadentes aquas etiam ſuperet. Tradit Hector Boëthius Salmones ex mari reuertentes (venientes) aduerſis vndis fluminis, in quo (vt putat) orti ſunt, mirabile de ſe ſpectaculum præbere: Flumina enim (inquit) hinc atque illuc anguſtis preſſa rupibus, ac proinde veloci demiſſa curſu, vbi prærupto caſu deſcendunt, non per canalem ſtatim prodeunt, ſed incuruatæ vndæ
B impetu paululum per aëra feruntur, antequam cadant: Salmones verò contra tendentes maiore nixu aquas ſuperare tentant, quanquam non omnes euadant, nam debiliores aut hærent in imo fluminis, aut etiam ex alto iam euecti præcipitantur in aquas, atque tam procul excidunt quidam, vt à ſubiectis lebetibus qui valde prope aquam feruent, excipiantur, accolarum in hoc euentu, non læui voluptate. Supra Baſileam ad quatuor miliaria catarrachtes & præcipitium Rheni eſt, ſtatim ſub ponte ad oppidum Lauffenberg, violentum valdè, ſimiliterque altum, per hoc quoque eluctari Salmones aiunt: inde rurſus aliud ſublimius eſt, paullò infra Scaphuſiam inſigne oppidum Heluetiorum. Hoc indigete voce à rapidiſſimo fluminis decurſu den Lauffen dicunt, & à Salmonibus ſuperari negant. Circa finem Nouembris ad alta eiuſmodi fluminum tum maiorum tum minorum loca ferè contendunt, & quoad eius poſſunt, aſcendunt, pariendi gratia, vt nonnulli arbitrantur, qui interim in Rheno parere non inficiantur. Incipere autem aiunt non multò poſt ſolſtitium & ſubinde per autumnum ac hyemem parere, aliquos etiam ad vêris vſque (id eſt Martij) initium. *Quando pariant.* Cæterùm hoc parum veriſimile eſt, niſi de illis intelligant, qui propter obſtaculum aliquod ad mare deſcendere non poſſunt: nam alioqui circa vêris initium flumina repetunt, hyememque in Oceano, vel ſaltem bonam eius partem tranſigunt. Partui locum idoneum quærunt, ſolutum, vt aiunt, fabulonem, ſuper
C quo fluuius rapidus fertur. Ibi ſcrobem excauant longam ad tres quatuorué paſſus, latam circiter pedes quatuor. In ea fœmina oua ponit magnitudine piſcorũ, quę mas rore genitali ſuo irrigat. *Nidi in quo pariunt artificium.* Conſtruunt autem eam muniuntq; tum intus, tum ad latera lapidibus miro ingenio, vt in tuto ſint oua, obtectaque, ne impetu fluuij diſpellantur. Sic igitur illa genitura maris perfuſa ad vernum vſq; tempus iacent, tum demum ijs animatis piſciculi naſcuntur quos Salmulos vocant. Hoc dignum admiratione Salmulos mares aliquando genitura plenos reperiri & cum fœminis adultis coire, earum excluſa oua rigare, cùm in Salmulis fœminis nunquam oua reperiantur. Pariunt autem libentiùs in minoribus ac riuis, in quæ deflectunt, quàm in Rheno: cuius aqua eo tempore minus lenis & pinguis eſt, & vadum durius. Auctis aliquãdo fluminibus oua ſcrobibus commiſſa, diſſipantur: itaque pars perit, aut à piſcibus deuoratur; pars aliqua ſeruatur: at ſi nihil impediat, oua paulatim augeſcunt, & ſpiritu vitali inflata demum vltra per aquam deferuntur, formaturq; interim piſcis. Scrobes quas diximus, aliquando imminutis fluuijs in ſicco relinquuntur: nec tamen pereunt oua, ſed reſtitutis aquis animantur, non minus ac ſi nunquam deſtituta eis fuiſſent. Hæc itaq; de Salmonum generatione, qualia à viris doctis per literas accepit Geſnerus, beneuolis ego quoq; lectoribus recenſui, ſimiliterné in Oceano proli incumbant, incertus. Abdere ſe hic creduntur propterea, quòd quibuſdam anni tẽporibus nunquam vel ſaltem rariſſimè capi ſoleant. Quònã cibo vtatur iſte piſcis & an vllo prorſus, adhuc (inquit
D Hector Boëtius) incertum eſt, cùm in ventriculo exenteratus nihil oſtendat, præter ſpiſſum quendam humorem. Geſnerus cùm aliquando diſſectum inſpiceret, nihil in ventriculo & inteſtinis reperiſſe ſe aſſerit præter mucum quendam ſubflauum & lapillum candidum: genituræ verò multum ſub finem Nouembris, non in ipſis (vt appellant) lactibus, ſed in vaſis ſpermaticis. Idem ait piſcatores apud ſuos tradere in maiorum ventriculis nunquam aliquid, in paruis neſcio quid reperiri. Maiores enim (qui iam Salmones vocantur) non alio quàm aqua cibo victitare. Maio quidem menſe floribus turis eos frui dicere; tum enim quia optimi ſunt, ex ipſa cæli temperie (quam flores indicant) fructum percipere videri. Aqua autem præcipuè turbida tanquam aptiore ad nutriendum, eum gaudere; fluminibuſque turbatis altiùs migrando niti, veluti perſequentem huiuſmodi aquam; quæ craſſior dulciorque fieri videtur, niuium liquatione, herbis innatis & pinguibus agris. Addit tamen ſeſe ab Argentinenſi ſene quodam & perito piſcatore accepiſſe: Salmonem dum Salmo eſt, (hoc eſt ante vigeſimã quintam diẽ Iulij) pediculis aquaticis (vt vocant) veſci, deinde verò & à partu obuijs quibuſdã piſcibus; *Cibus.*

piſcibus; quiq; hæc ſæpius in diſſectorum inteſtinis ſe deprehendiſſe diceret. Saluianus quoq; carnium esse asserit, & gregatim degere. Viuax admodum piſcis eſt, adeo quidem, vt Albertus inquiat cor eius extractum, omnium animalium diutiſſimè viuere, itaq; ſub vno corde pulſante plures Salmones in fruſta diſſectos à piſcatoribus vendi, tanquam omnes recentes, cor adhuc pulſans oſtendentibus. Teſtaturq; Robertus Conſtantinus in ſupplemento ſuo linguæ latinæ ſeſe Baſileæ conſpexiſſe exenterati Salmonis cor aquoſa ſanie aſperſum vltra diem viuere. E

*Vinacitas.*

# CAPIENDI RATIO.

PRo ætatis diuerſitate, ratio Salmones capiendi variat. Paruos enim hamis, retibus & naſſis decipi aiunt; adultiores verò aliter, idq; quatuor aut quinq; modis, quos ex Geſnero referemus. Vbi rapidiſſimus Rheni fluxus ad ripam eſt, piſcator ſtructuram quandam inſtar valli è truncis & lapidibus, quæ in flumen promineat, excitant. Fundamentum eſt quercus & alnus. Ad hanc vnda impingens magno impetu retrò fertur, ita fit vt retrò locus aquæ tranquillior, idemq; profundior fit. In eo nauicula eſt cum tigurio: vbi noctes & dies piſcatores duo manent, quo tempore Salmones perpetua migratione aſcendunt & reti in aquam demiſſo Salmones expectant. Salmonẽ igitur aſcendentem obuius iuxta ſtructuram aquæ impetus in locum tranquillum reijcit. Id ſentit piſcator filo commoto, tenet enim manu fila aliquot, reti annexa, vel lignum paruum, funiculo alligatum reti, ita vt rigeat. Itaque mox paxillo quodam retracto, vt rete ſubito per machinam ſeu decipulam attrahatur, efficit. Huiuſmodi autem ſtructuræ magnis impenſis fiunt & conſeruantur: & qui eis vtuntur piſcatores, certam ſummam pecuniæ magiſtratui ſoluunt, & inſuper decimas. Habentur autem ſolùm inter Baſileam & oppidum Lauffenberg. Infra Baſileam nulla eſt, quòd ſolum ſeu vadum ſolutius ſit, & Rhenus patentior, nec amplius ſimiliter in anguſtum ſaxis vtrinque coactus. Quod ſi Salmones omnes iuxta has ſtructuras aſcenderent, caperentur omnes, ſed multi longiùs ab eis & circa medium fluminis aſcendunt. Maio (vt diximus) Salmones ab hirudinibus infeſtantur atque exagitantur, adeo vt viribus exhauſti, ſolito per medium flumen aſcenſu relicto, ad ripas modò ſub aqua profundiùs, modò in eius ſummo, vt appareant, ferantur. Quo animaduerſo piſcatores nauicula adproperant & fuſcina quinis ferè aut ſeptenis cuſpidibus horrente, feriunt. Fuſcinæ ferrum perticæ ligneæ affixum eſt. Eſt quando ſcamnum oblongum Rheno imponunt, ita vt pars eius poſterior in ripa firmetur: anterior verò pedibus duobus nixa in flumen promineat: huic inſiſtens piſcator Salmonem viuum valido funiculo alligatum tenet, donec alius adueniens morſu eum depellere conetur. Quod cum fieri videt, paulatim vinctum ad ripam retrahit; & alterum inſequentem, vbi commodum fuerit, fuſcina ferit. Circa Argentinam priuatim marem coitus deſiderio fœminam vinctam dum perſequitur, ſimiliter feriri aiunt. Circa medium Martij menſis, retibus ad Salmones comparatis vti incipiunt piſcatores. Id genus retis duplicatum eſt: altum ad duos paſſus, longum vt minimum trigintatres. Fiunt enim quædam multò longiora. Nam ſupra pontem Baſileæ rete vnum trahi ſolitum ad bis mille gradus (gradum vocat pro binis pedibus) longum eſſe putant: & aliud infra pontem longiſſimum, quod ferè ad pagum quendam proximum extendatur. Huiuſmodi reti extenſo piſcatores vtrinque bini in ſingulis lintribus per Rhenum deſcendunt: degrauatur autem inferius plumbo, ſuperiùs ſubere eleuatur. Ita ad vadum vſq; demiſſum Salmones obuios omnes implicat: qui verò ſuperiore in aqua loco natant, euadunt; vt ij etiam qui circa ſaxa aut ſub ſaxis ſunt. Implicati aliquando vi erumpunt: quòd ſi duo aut plures ſimul capti ſint & erumpere nequeant, vbi alter alterũ ſibi propinquum ſenſerit, concurſu mutuo, ſi ſpatium detur, ſeinuicem conficiunt. Capiuntur item aliquando fortuito genere retis quod Spreitgarn appellant. Hoc enim à piſcatore iniecto præter alios piſces, vt Naſos, Barbos, Lucios, Capitones &c. ſæpè etiam Salmones pariter irretiuntur. Circa Argentinam hoc modo etiam capiuntur. Retia tria, ſingula circiter viginti paſſus longa coniunguntur: ea demiſſa vt non amplius tribus pedibus à vado abſint a piſcatoribus, qui in cymbis vtrimque ſunt à tergo Salmonum, non ante ipſos trahuntur. Exiſtimantur autem inutiles qui ſupra rete fuerint. Simili modo in Anglia capi audio in Tameſi fluuio. Quomodo valla & præcipitia ſuperaturi capiantur, ſuprà dictum eſt. Qui verò in mari capiuntur, non ipſo quidem patente Oceano capi aiunt, ſed æſtuarijs, & magnis maris canalibus. F G H

*Vt in Rheno capiatur.*

*Vt circa Argentinam capiantur.*

VSVS

A

# VSVS INCIBIS.

SAlmo nulli planè piſci, ſiue marinus ille ſit, ſiue fluuiatilis, ſiue lacuſtris, ſaporis teneritudinisque gratia cedit. Maſſarius fatetur nunquam ſe ſuauiorem lautioremq; piſcem comediſſe, ideoque piſcibus omnibus præferendum eſſe iudicat. Moderatus tamen eius eſus eſto: Larga enim plenaq; manu deuoratus, propter nimiam pinguitudinem, moleſtam affert ſatietatem; vnde haud mediocriter imminui exiſtimationem eius putauit Saluianus, cùm potius augeatur inde, quòd minus ſeſe replere edentes poſſint, quod corpori conſultum eſt. Salubriores tamen alios eſſe non inficior, at ſuauiores eſſe pernego. Cæterùm non omnes æquè æſtimandi ſunt. Habenda enim ratio eſt ætatis, loci, & anni temporis. Salmunculos ſemper placere aiunt, ſed præcipuè Aprili & Maio, & cùm vltra ſex ſeptemuè digitos non excreuerint: delicatiſſimos autem haberi, cùm ad quinti digiti menſuram acceſſerint. Adulti in fluuijs teneriores & ſuauiores euadunt. Horum rurſus qui longiùs à mari receſſerint, diutiuſq; in fluuijs degerint, eos qui neq; adeo longè flumina ſubierint, neq; tam diu in ijs verſati fuerint, antecellere Saluianus & Rondeletius arbitrantur, contrà ac ratio ipſa ſuadere videtur, docereq; experientia. Longè enim & bonitate & ſalubritate præſtant, qui mediocriter in dulci fluuiorum aqua verſati ſunt, ob mediocre exercitium: altiùs verò euecti vel ſimpliciter in dulcibus aquis immorati propter nimios labores, & inediam ferè, deteriores macilentioreſque euadunt, quamobrem circa Coloniam præſtantiſſimos capi rectè Albertus dixit, & Rondeletius minus probatos propter Antuerpiam. Colonia enim ad Rheni ferè medium ſita eſt, Antuerpia mari proxima. Iam verò licet Plinius Aquitanicos celebret Salmones, hoc eſt qui in Aquitaniæ fluminibus capiuntur, Garumna & Dordona, nunc tamen eiuſdem Alberti teſtimonio Rhenani præferuntur. Optimi autem ibi ſunt communi piſcatorum conſenſu Maio menſe. Miſeni Albis accolæ poſt Pentecoſten cùm auctiora ſunt flumina, præferunt. Improbantur cùm partui vicini ſunt, quo tempore maculas multas ærei coloris, & roſtrum valdè recuruum habere diximus. Angli Salmones iſtos porcis grandinoſis comparant, ſimiliterq; eis abſtinentes vili plebeculæ relinquunt. Cæterùm boni & tempeſtiui ſicuti palato gratiſſimi ſunt, ita contrà ægris & quibus parum validus eſt ventriculus, minus conueniunt; viſcoſi enim ſunt, & concoctu admodum difficiles, vt ſunt ferè omnes alij qui è mari fluuios & ſtagna petunt Mneſitheo teſte: quamobrem Arnoldus Villonouanus in regimine Salernitano niſi a iuuenibus robuſtiſq; hominibus edi eos voluit: idq; cum embammatis quę craſſum, viſcidum, frigiduniq; eius ſuccum emendare queunt. Ad apparatum quod ſpectat; quouis modo coctus optimè (inquit Platina) ſapit. Geſnerus ex medici doctiſſimi relatione recentes ſcribit in aqua bene elixari, tum vino calido perfundi, refrigerari, & in eodem quo elixus eſt iure, dies octo vel quatuordecim ſeruari: inde ſigillatim cùm libuerit vnum aut alterum tomum eximi, aceto perfundendum. Eum cibum eſſe lautem & boni ſaporis, præſertim cùm pinguis fuerit: Aliquos in vino coquere; alios æquales vini & aquæ partes miſcere, ſed ita carnem tenaciorem fieri, vt in mera aqua elixari præſtet. Spinam dorſi ſeparatim totam excindi, eiuſq; partes aliquas ſupra craticulam aſſari, quæ menſis ſuper olere alioué ferculo imponuntur, in magnis delicijs. Oua quoq; & inteſtina (quæ ab ignaris negliguntur) vel ſeparatim vel cum ipſo piſce elixa, condiri iure aromatico coloris è ruſſo nigricantis, lautiſſimo apparatu: Cæterùm ſalitum Salmonem qui in dolijs toto anno ſeruatur, non aliter quàm recentem parari, præmaceratum tamen aqua. Eum ſpecie quidem & colore præferri recentem, ſapore verò ſicciorem & tenaciorem eſſe, quamobrem iure conditum, vt Sturio ſolet, optimè ſapere. Deniq; infumatum, præſertim qui Bremæ capitur, vel crudum eſitari ſolere, Eſſe qui ſegmenta ex eo ſuper craticula aſſant. Bremenſes quidem peculiari quodam modo eum infumare ſolere. Saluianus etiam eſſe tradit qui recentis fruſta caryophyllis prius infixis aſſant, atq; cinnamomo, ſaccharo & aceto condiunt, eoq; condimento multò ſuauiorem reddi: ſalitū verò (quorū magnam vim inquit ex Iouio, Gallia Belgica mittit in Italiam in plebis vſum, nam ſaliti priſtinam nobilitatem amittunt, etſi qui recens ſalitus fuerit, non ſit prorſus ſpernēdus) in aqua elixum, oleo atq; aceto conſperſum comedi. Portantur ad nos nonnunquā quadrageſimali tempore infumati, nullo prorſus ſapore commendabiles, vt verendum, autumnales vel hybernos eſſe, quibus temporibus recentes quoq; improbantur. Ad Rhenum verò vbi plures capiuntur, vt Lauffenberg, ſaliri in paruis dolijs ſolent, quæ libras (ſedecim vnciarum) circiter viginti capiunt, & autumno & hyeme hæc vaſcula aliò vendenda mittunt: libram ferè quinq; obolis argenteis vendunt. Durant per annum & in cellis vinarijs cum ſua muria ſeruantur. Hollandi recentes tantùm edunt, eoſq; vel elixos, vel ex butyro frixos.

*Præſtantia.*

*Qui meliores.*

*Vbi meliores.*

*Qui et quādo peiores.*

*Apparatus.*

*Oua.*

B

C

D

DE LV-

# DE LVPO. Cap. II.

## SYNONYMA. ETYMVM.

SVMMO in honore pretioque (vt mox patebit) olim apud exquisitioris palati Romanos fuit, qui Græcis λάβραξ vocatur quasi violentus & à suis viribus præsidium petens, vt Calcagninus exponit, aut ab ipsa vehementia, vt Iouius, nimirum παρα τὴν λαβρότητα, vt Athenæus author est, vel vt Eustathio placet, quasi λίαν βόρος hoc est, valde vorax, vel vt Suidas vult (ex Scholiaste Aristophanis) διό τι κεχηνὸν ἔνεστι τὸ στόμα, καὶ ἀθρόως καὶ ἰσχυρῶς ἁλίσκεται, quia illi hiat os & repentè & cum impetu auideq; voret: vt rectè Latini rei naturam, non ipsum nomen imitati, Lupum (qui λύκος Græcis est, quo nomine Blennum aliquando, item Anthiam vocari inuenio, at hunc piscem nunquam,) dixerint, quòd huius nominis quadrupes ore sit semper hiante, & vt inexplebilem ventrem exaturet, summa audacia atq; impudentia nihil non tentare veretur, cùm sit tanta auiditas voracitasq;, vt deficiente cibo, ne à terra abstineat, in hoc quoq; Labraca referens, quem Lucilius inter duos pontes Romæ captum, Catillonem quasi Liguritorem appellauit, quippe qui præter pisces, latrinarũ alijsq; domuum recrementis famelicum suum ventrẽ impleat. Rectè itaq; Isidorus ex moribus terrestrium pisces aliquos appellari scripsit, vt Canes marinos quòd mordeant, Lupos quòd improba voracitate alios persequantur, & Varro etiam à vi quadam dictum ostendit. Cæterùm monendus etiam est lector, [a] Plinij temporibus à Foroiulienſibus piscem, ex quo garum fiebat, Lupum vocatum fuisse, quem suo loco Encrasicholum esse ostendimus. Notandum item Labros pisces cauda placentes ab eodem Plinio nominari ex Ouidio, in cuius tamen de piscibus fragmento (inquit Gesnerus) nullum Labri nomen extat, sed Melanuri laude insignis caudę: quare apud Plinium sic quoq; legendum putat, nec est (inquit) quòd Labri nomine Labracem fortè aliquis accipiat, quoniam Labrax Lupus est, paullò antè a Plinio nominatus: nec refert quòd Melanurum quoq; antea nominarit, cùm aliorum etiam quorundam nomina repetierit, memoriæ nimirum lapsu, vt Orphum & Erythrinũ. Qui modo celeberrimus ille piscis sit, non bene inter nostri tẽporis parentumq; nostrorum doctos conuenit, variantibus eorũ sententijs. Simon Genuensis eumq; secutus Franciscus Philelphus voluerunt Lupum, eum esse piscem, qui nunc materno tritoq; vulgi sermone Lucius vocatur, coniectura ducti quòd Lupus piscis Græcè Lycos (pudendo errore) appellaretur, vt y tenui in u verso Lucus, ac deinde Lucius cognominatus esset. [b] Alexander Benedictus Lucium fluuiatilem Lupum appellans, marinumq; præcipue suauem esse inquiens, longo rostro, nullis spinis intercursantibus, haud alium quàm Sphyrænam intelligere videtur, quam nempe alij Lucium marinum etiam dicunt. Volaterranus & ante eum Poggius Florentinus senior Lupum eum esse volunt, qui nunc Sturio dicitur, quandoquidem Lupus Tyberinus longè omnium piscium apud Romanos esset laudatissimus, & is maximè qui inter duos pontes caperetur: cuiusmodi cùm sit nunc Sturio, omnium scilicet piscium qui mensis apponuntur, præstantissimus, eum Lupum veterum dici oportere. At verò Platina Romanorum Lacciam, nostram Chiepam, Lupum esse contendit. Quas omnes opiniones partim Iouius, partim & Massarius, Rondeletius item & Saluianus doctissimè refutarunt. Lucium in primis non esse tum ratione, tum etiam veterum authoritate facilè ostenditur. Lupus Græcè λάβραξ, non λύκος appellatur, sed λύκος quadrupes est; Lupum piscem veteres omnes marinum faciunt, & ex mari fluuios subire asserunt: Lucius verò in fluuijs, lacubusq;, in mari nunquam degit: adhæc vilis plebeiusque ac insipidus est; Lupus saporis excellentia summoperè commendatur. Probabilior tamen hæc opinio Rondeletio videtur, quàm qui Sturionem esse voluerunt: quàm enim futilis vanaq; horum ratio (inquit) sit, nemo non videt: Sic enim quicunque in Tyberi delicatissimi optimique essent pisces, Lupi dici possent: præterea notæ vtriusque valdè inter se pugnant: Lupus enim squamosus est, & quatuor pinnis natat, quorum neutrum Sturioni conuenit; Lupus carniuorus & voracissimus est; Sturio autem minimè. Timauus fluuius Brentæ nomine nunc celeberrimus Lupis abundat teste Martiale:

*Laneus Enganei Lupus excipit ora Timani.*

is Sturiones (inquit Iouius) non habet qui nempe maiores fluuios tantùm intrare solent. Adde quòd Paulus Aegineta Cephalo Lupum similitudine comparauit, cui Sturio dissimillimus. Lupus authoribus Aristotele, Plinio & Athenęo Mugili caudam prærodit, quod quoq; Sturioni, vtpote edentulo, osque supina parte habenti nemo sanæ mentis tribuat. Quare Laccia siue Chiepa, Lupus non fuerit, nã & hæc dentibus caret, quin & nullam omnino in maxillis asperitatem habet; neq; etiam verisimile est, hanc tantoperè in delicijs fuisse, cùm sit frequentissimis, atq; adeo molestis aristis spinulisvé referta, vt in conuiuijs harum tœdio periculoque, suauitatis

*Lybra cur dictus.*

*Lupi vora citas.*

*Catillo.*

[a] *L. 32. c 8.*

*De Lupo varia opin.*

[b] *L. de pesc.*

*Lucium non esse Lupum.*

*Sturionem non esse Lupum.*

*Non esse Lacciam.*

A ſuauitatis (quæ, & ipſa haud multa eſt,) gratiam amittat. Hiſce itaq; viris doctiſſimis, qui recitatas ſententias refutarunt, aliumq; qui notis omnibus, veterum Lupo reſpondet, oſtendunt, libenter aſſentior, illum nempe qui Venetijs, nobiſq: Varolus, Romæ Spigola, in Hiſpania Lupo, Liguria ſimiliter Louazzo, & Gallis item Luppaſſon, & Lubin pro Lupin, vt Rondeletius exponit, à Lupo nimirum nominatur, in Hetruria Ragno quaſi Araneus, Anglis (vt Geſnerus ſe intellexiſſe ſcribit,) à Baſe, Gallis Cenomaris vn Var, vel vn Bar, voce mutila, & detruncata, vt Bellonius conijcit, à λαῦραξ, (ita enim Tarentinus, & Pollux ſcribunt, & in Galeni codicibus modo per *u.* modò per *β.* ſcribi reperio,) niſi etiam (inquit) à vario colore nomen putes deductum. Adrianus Iunius Belgicè interpretatur een Zeeſnoeck, id eſt lucium marinum, quo de nomine dubito. Amatus Luſitanus Hiſpanis Robalum appellari tradit. *Lupus verus qui. Varolus.*

# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

B LVpum ex marinis eſſe qui fluuios lacuſq; ſubeunt, mox veterum teſtimonijs aſſeretur, [a] Columella de piſcibus agens, duo Luporum genera facere videtur, maculatum ſcilicet vnum, ſine maculis alterum. Inquit enim: *tum ſine macula (nam ſunt, & varij,) Lupos includemus.* & vtrumq; genus hodieq; cognitum eſſe docti quidem volunt, quamquam diuerſimodè ſentiant. Iouius credit Lupos varios, eos eſſe, quos D. Ambroſius vulgarem nomenclaturam ſecutus Truttas, non Troctas, vt ipſe habet, (nam hoc nomine Aelianus Amiam intelligit,) quam opinionem refellit Rondeletius, tùm quòd Truttæ in Tyberi præſertim inter duos pontes non capiuntur, ſed earum copiam maximam ſuburbani amnes omni tempore ſuggerunt, vt ex Reatinis, Sublaqueaniſq; & ipſo Tyburtino amne quotidie videntur: tùm quòd Trutta in fluuijs fontibuſq; tantùm capitur, frigidioribuſq; locis gaudat; cùm Lupus in mari, & marinis ſtagnis degat, frigoriſq; iniuriam vehementer pertimeſcat, adeo vt præ frigore moriatur, vt modò oſtendetur; quamobrem ipſe varium Lupum Columellæ eſſe exiſtimat, cuius dorſum ex albo cæruleo eſt, venter candidus nigris maculis conſperſus; alterum verò ſine maculis eum eſſe qui [b] Plinio appellatur laneus ſiue lanatus à candore mollitieq; carnis. Duas itaq; habet icones, quarum prior maculis caret, & maior eſt, altera minor, valdè maculoſa. Iouio verò ſubſcribit Saluianus, & ne ſolis videatur niti coniecturis, Iſidori [c] Hiſpalenſis teſtimonium adfert, qui varios vulgò (vixit plus octingentis ab hinc annis) Truttas vocari ſcribit capite de Trutta, & mox capite de Lupo affirmat paruos eos Lupos maculatos, mox vbi adoleuerint, maculas deponere, qd & Rondeletius concedit: quare ego Columellam præcitatis verbis duo Lupi genera indicare non puto, ſed hoc tantùm dicere velle, Lupos ſine maculis, id eſt, ætate prouectos, etiam dulci fluuiorum aquæ aſſuefactos, piſcinis potius quàm minores, includendos eſſe, Laneum verò etiam ſiue Lanatum Plinius meo iudicio, ſpecie non diſtinguit, ſed cæteris præferri ait, ob carnis videlicet candorem (mollitiemq;) qui in adultis maior eſt; & ipſe etiam Rondeletius, qui in mari degit, dorſo ait eſſe ex cæruleo candido, in oſtijs verò fluminum, totum ferè candidum. Piſcis eſt ſquamoſus teſte Ariſtotele, ſquamarumq; argenteariū candore cæteros omnes

[a] *li. 18. c. 17.*

*Lupus varius.*

[b] *li. 9. c. 17.*

[c] *lib. 12. etymol. cap. 16.*

C

Lupus vulgaris Rondel.



D

Lupus varius Rondel.





Digitized by Google

A nes piſces ſuperans. Mediocres autem ſquamæ ſunt & ſerratæ, & non inter ſe ſolùm ſed ipſi etiam piſcis carni validiſſimæ commiſſæ ſunt. Roſtrum habet oblongiuſculum. Os cùm hiat, valde patulum. Dentibus carere Maſſarius tradit, item Rondeletius, addita ratione, vel quia ob oris magnitudinem facilè prædam deuoret, vel quia ita voluerit natura, vt illi piſcibuſq; reliquis conſuleret. Si enim os dentibus (inquit) armatum foret, vix piſces eius impetum effugerent, ipſeq; præ inſatiabili vorandi cupiditate interiret. Dentium autè loco oſſa habet aſpera in palato. Bellonius verò tenues denticulos confuſo ordine vndecunq; in ore haberi ait. Iouius quoq; ſerratos tribuit, quibus hamorum lineas abrodat, & Cælius Calcagninus Sturionem non eſſe Lupum probaturus, Lupus (inquit) dentibus ſæuit, quibus prorſus caret Sturio: Saluianus quoq; plurimis atq; tenuiſſimis denticulis multiplici ac vario ordine diſpoſitis (pectinum inſtar quibus lanarij vtuntur, quoſq; vulgò Cardi Itali appellant) muniri: ac deniq; huius eiuſdem piſcis effigies Venetijs depicta, Geſnero miſſa labra denticulata oſtendit, ſed tamen apud hunc maiores ſunt grauiſſimi conditores Rondeletius & Maſſarius, qui Lupum, vt diximus, edentulum faciunt. Meus domi meæ ad viuum pictus litem dirimit. Linguam habet oblongam teſte Bellonio. Athenæus ex Ariſtotele oſſeam eſſe ſcribit & adhærentem. Oculi magni ſunt. Branchiæ vtrimq; quaternæ. Harum operculum duobus oſſibus conſtat, quorum ſuperius poſtrema

B ſui parte ſquamatim committitur. A ſummis branchijs per vtrumq; latus linea ferè recta ad caudam ducitur. Pinnas Ariſtotele teſte, binas habet parte prona, totidemq; ſupina. Quæ prona parte capiti proxima eſt, octo vel nouem acutis & inæqualibus aculeis tenui membrana colligatis horret: altera vnico tantùm. Contrà ſupina parte caudæ vicina aculeos habet ternos. Cauda in vnicam pinnam degenerat. In paruulo (vt diximus) nigræ apparent maculæ, quæ in paullò adultiore prorſus deliteſcunt. Grandiuſculus enim argenteus eſt, dorſo tamen paullò minus quàm ventre candido. Locus etiam colorem mutat, nam qui in mari capitur, ex cæruleo candicat, in oſtijs fluuiorum, totus albus eſt. Qui hîc expreſſus eſt, tergore pinniſq; omnibus nigreſcit, ad latera pallet. Linea medium corpus diuidens aurea eſt. Caput ex aureo, amethestino & cæruleo variat. Cauda cærulea eſt. Branchiarum os ſupernum in extremo inſigniter rubet. Dorſum æquè ac venter extuberat, vnde niſi totius corporis longiuſcula eſſet figura, ouata cenſeri poſſet. in capite (vt [d] Ariſtoteles & [e] Plinius annotarunt,) lapides habet. Scribit Calcagninus authores ſe habere piſcatores primi nominis, & ipſe (inquit) cominus annotaui, in Varioloru'n capite oſſiculum eſſe, dum primæ adhuc ſunt ætatis, quod deinde ætate ingraueſcente obdureſcat in lapidem. Carnium lactearum albore cæteros omnes piſces ſuperare Iouius tradit: Bellonius tamen ſuo Lupo carnem vt in Salmone rubeſcentem aſcribit, ſiue de ſpecie diuerſa

C locutus, ſiue quòd Oceanus aliquid mutat, inquit Geſnerus. Cor habet trigonum, vt Athenæus ait: ventriculum amplum & longum, appendices binas maximè conſpicuas, iecur ſubflauum, in duos lobos diuiſum, quorum dextro fellis veſica committitur; Lienem rubrum & longum, inteſtina lata nec multis complicata anfractibus: folliculum plurimo aëre tumidum, ſpinæ dorſi validiſſimè annexum. Bellonius è puſillo magnum ac cetaceum, Salmonis more euadere ſolere teſtatur, vt ex Oceano libras quindecim nonnunquam pendere viſus ſit. Saluianus ad viginti libras, aliquando excreſcere obſeruauit. Vbi autem prægrandes capiantur, mox dicetur.

*Squamæ. Roſtrum. Os Dentes. Figura corporis.*

[d] *lib. 8. Hiſt. cap. 19.*

[e] *lib. 9. c. 16.*

*Caro. Cor & alia partes interna.*

*Magnitudo*

## LOCVS.

MArinum piſcem eſſe, & in fluuijs nunquam quidem naſci, ſed ſubire tamen & ſtagna etiam inter alios [a] Galenus atteſtatus, inquit: *Lupum nunquam vidi natum in dulcibus aquis, è mari verò fluuios aut ſtagna (λίμνας;) ſubiiſſe vidi. Quamuis enim in profundo mari verſari ſit ſolitus, non refugit tamen ſtagna ſalſa, λιμνοθαλάσσας,* paludes marinas) *nec oſtia fluuiorum.* Et [b] Oppianus loca maris paludibus fluuijſq; vicina amare ait,

[a] *lib. 3. de Alim.*

[b] *lib. 1.*

D *Labrax, audaces Amias, placidaq; Chremites* *Pelamydes, Congri, quem dicunt nomine Oliſton*
*Aequora qua fluuio, qua ſunt vicina paludi* *Incoluiſſe iuuat; qua dulcis terminus vnda*
*Et fluctus cæno commiſtus vortice multo* *Voluitur à terra, piſces hic paſcua læta*
*Accipiunt, pingui diſtendunt membra ſagina,* *Exponto fluuij dirus petit oſtia Labrax.*

Quare nunquid vſq; adeò verum ſit, quod ſcribit [c] Ptolomæus Euergetes apud Athenæum, circa Berenicem Lybiæ fluuiũ eſſe qui lethon vocetur, in quo Labrax naſcatur, Aurata &c. dubitari poteſt, & licet [d] Columella nõ ſolùm dulcibus aquis includi, ſed etiã procreari in ipſis dicere videatur, his verbis: *Piſcium curam maiores noſtri celebrarunt, adeo quidem vt dulcibus aquis marinos clauderent piſces, atq; eadem cura Mugilem Scarumq; nutrirent, qua nunc Murena & Lupus educatur. Inde Velinus, inde & Sabatinus, item Vulſinenſis & Ciminus Lupos Auratasq; procreauerunt, ac ſi qua ſunt alia piſcium genera dulcis vnda tolerantia;* ſecus tamen ſequenti capite indicat, inquiens: *Frequenter animaduertimus intra ſepta pelagicos greges inertiæ Mugilis & rapacis Lupi, quare qualitatem litoris noſtri contemplemur, ſi vitemus ſcopulos, an probemus. Turdi complura genera, Merulaſq; & anidas Muſtelas; tum etiam ſine macula*

[c] *lib. 2.*

[d] *li. 8. c. 16*

Tc (nam

*(nam ſunt & varij) Lupos inſludemus.* Hîc enim loquitur de ijs qui in mari capti ſeptis includuntur: quare priori loco *procrearunt*, interpretor, tulerunt vel dederunt, vel ſubminiſtrarunt. Sunt verò in fluuijs mèliores, id quod Martialis eleganter oſtendit; nam cùm laneus ſiue lanatus vocetur teſte Plinio, omnium laudatiſſimus, à carnis nimirum albedine & mollitie, ille laneum vocat, qui in fluuijs capitur; partimq; è mari, partimq; fluuijs nutritur. B

*Vbi meliores*

*Laneus Enganei Lupus excipit ora Timani  Aequoreo dulces cum ſale paſtus aquas.*

Videmuſque qui in Tyberim ex alto mari aſcendunt,& pinguiores & meliores fieri;id quod & veteres omnes de Lupo tradunt. Plinius: *At in Lupis* (quidam legunt,at Lupi) *in amne capti præferuntur:* maximè ſi inter duos pontes captus eſſet,vt aliàs teſtatur,inquiens: *Meliores ſunt Lupi piſces in Tyberi amne inter duos pontes.* * Horatius contra luxurioſos frugalitatem commendans:

* Serm. 2. 2.

*Vnde datũ sẽtis,Lupus hic Tyberinus,an alto  Captus hiet,põte ſuè inter iactatus,an amnis  Oſtia ſub Tuſci.*

[c] lib 8.c.16. Extat apud [c] Columellam (inquit Iouius) dictum illud Philippi admodum luxurioſum qui apud hoſpitem Caſſino in oppido Lupum ſibi in cæna appoſitum guſtabundus expuit,addens: *Peream niſi piſcem putaui*, quaſi vellet innuere,ſolos Tyberinos Lupos,piſcis nomine dignos eſſe; cæteros autem Lupos inter quiſquilias potius quàm inter piſces eſſe reponẽdos. Addit Columella hoc Philippi periurium, multorum ſubtiliorem feciſſe gulam, doctaq; & erudita palata faſtidire docuiſſe fluuialem Lupum,niſi quem Tyberis aduerſo torrente defatigaſſet. Itaq; (inquit Terentius Varro) *Nullus eſt hoc tempore nebulo ac rhynton, qui non iam ducat nihil ſua intereſſe,vtrum eiuſmodi piſcibus an ranis frequens habeat vinariũ.* Lucilius acris & vehemens poëta inter duos pontes captũ quaſi liguritorẽ appellabat teſte Macrobio Catillonẽ,qui propriè Catillones dictos ait quaſi catillorũ liguritores: Lucilij verſus hi ſunt: C D

*Catillones qui.*

*Fingere præterea aſſerre, quod quiſq; volebat  Illum ſumina ducebant,atq; alitilium lanx,*
*Hunc pontes Tyberinos inter captus Catillo.*

Idem Macrobius,cur Tyberinus iſte Lupus apud prodigos in honore tanto fuerit, & omnino omnes ex hoc amne piſces,ignorare ſe ſcribit. Iouius cùm dixiſſet, etiamnum pluris illum quàm in alto captum, lautorum obſonatoribus vendi, ait admodum voracem ſubire cloacas ſolitum, obuia quæque deuorare,ijſq; de cauſis in Tyberi mirum in modum pingueſcere & adoleſcere. Cloacas autem ſubire ex veteribus teſtatur [d] Iuuenalis,dum ait: E

[d] Satyra 5.

*Vos Anguilla manes longa cognata colubræ,*
*Aut glacie aſperſus maculis Tyberinus* (nimirum Lupus) *& ipſe,*
*Vernula riparum pinguis torrente cloaca,  Et ſolitus medias cryptam penetrare ſaburras.*

[e] li.16.c.12. Adde quod & maiores hiſce in locis euaderent. Tradit [e] Aelianus in Indico mari,quo tempore fluuij augentur & maiore iam profluentes impetu in agros exundant,hos piſces inundationem ſequi & per agros in pauca & tenui aqua terri & oberrare:poſtquam verò imbres,ex quibus augentur fluuij, ceſſarint & confluentes ad ſuos redierint alueos, in humilibus planis, paluſtribus & ſinuoſis locis, vbi & Erineæ (vt vocant) reperiri ſolent, piſces vel octo cubitorum relictos & ægrè propter aquæ bonitatem tum natantes, tum vitam vtcunq; ſuſtinentes, ab agricolis capi. Et Maſſarius profitetur Lupos multò maiores reperiri (quàm apud nos) in dulci portu quem nunc Phanarium dicunt. Ibi enim (inquit) dulcis aqua eſt ex Acherõte amne ex Acheruſia palude profluente apud ſinum Ambraciũ: ſimiliterq; in Eloro amne, vt authore eſt Niphodorus Syracuſanus. Prægrandes item Lupos apud Miletũ Aſiæ vrbem & plurimos, Ariſtoph. Scholiaſtes & poſt hunc Suidas tradit, propter ſtagnum influens in mare,idq; antiquum prouerbium; *Labrax Mileſius*, indicat: & Archeſtratus apud Athen. Θεότοκα quaſi prolem deorum vocauit his verſibus: F G

Λάμβανε δ' ἐκ Γαίσωνος ὅταν Μίλητον ἵκηαι.
Κεστρέα τὸν κέφαλον, καὶ τὸν θεόπαιδα λάβρακα
Εἰσὶ γὰρ ἐνθάδ' ἄριστοι, ὁ γὰρ τόπος ἐστὶ τοιοῦτος.

*Miletum cùm adieris, ex Gaſone accipe  Ceſtreum Cephalum & prolem deorum Lupum,*
*Hic enim optimi ſunt, ob loci eius proprietatem,*

# NATVRA. MORES.

H

*Solitarium non eſſe.*

[a] Li. 5. Hiſt. cap. 2.

ALcæus apud Athenæum Lupum aio ſublimem natare. Idem Athenæus Ariſtotelis teſtimonio μονήρεις, id eſt,ſolitarios eſſe ait,quod tamen in ijs, quæ nunc extant, Ariſtotelis ſcriptis non reperias,imò verò [a] Ariſtoteles χυτοῖς piſcibus (Saluianus fuſiles vocat, Theodorus fuſaneos, eò quòd fuſim retibus capiuntur,) eos annumerat. Ex quo mea quidem ſententia (inquit Saluianus) non minus gregales quàm ſoliuagos eſſe,coniectare licet, quando fuſanei dici poſſe non videntur,niſi grex, in quem ſe prius collegerant, in fugam fuſus fuerit. Ad quod accedit,quòd inter eoſdem χύτους Thynnos,Pelamydeſq; recẽſet, quos [b] aliàs gregales eſſe oſtendit. Rondeletius item vidiſſe ſe ſe teſtatur Mugilum Luporumq; capturam vno retis iactu centum aureis coronis veniſſe.

[b] Li. 9. Hiſt. cap. 21

*Cibus.*

Idem Athenæus ex eodem philoſopho carniuoros eſſe Lupos teſtatur, & verè quidem: at quàm fideliter ſcribat hic: [c] *Reliqua victus ratio non eadem omnibus eſt: alij enim carniuori sant ùm ſunt,vt cartilaginei, Congri, Hiatule, Thunni, Murænæ, Lupi, Dentices, Amiæ, Cernuæ,* haud ab re quæri poteſt; nàm

[c] Li. 8. Hiſt. cap. 2.

nam paullò pòſt ſubdit: *Amia, Thunnus, Lupus magna ex parte carne aluntur, ſed algam etiam tangunt.*
A Solere etiam ſubire cloacas & mediæ cryptas intrare ſaburræ ex Iuuenale oſtendimus. Iouius author eſt obuia quæq; deuorare, nec piſcibus vllis vel corruptiſſimis eſcis parcere, pauciſq; antè menſibus cùm in foro piſcario ingens Spigola exenteraretur, oblongum ſerpentem in ventre repertum eſſe. Nos verò nominis rationem cùm redderemus, à voracitate qua terreſtres Lupos imitatur (quorum venter ſemper eſt famelicus) dictum eſſe oſtendimus: ſed & æquè rapax eſt atq; æquè in aquatile genus ſæuit, vnde ἁλιμαν ἴχθυν Oppianus, Columella rapacem, Ouidius rapidum, immanem & acrem cognominarunt. Solertiané & ingenio valeat, an ſtupidus ſit piſcis & hebes, haud temerè ſtatuas, nam licet adagiorum author Lupum Mileſium (quod legitur apud [d] Ariſtophanem: ἀλλ' ὦ λάβρακας κἀλφαγὼν Μιλησίους κλαυσάσας vertit ille: *Haud cùm Lupos voraueris Mileſios Facies tumultuum,*) in ſtolidum & auidum dici poſſe velit; poteſt tamen etiam in hominem voracem torqueri; & licet Lupus captu non ſit difficilis, ideoq; minus videatur ingenioſus, captus tamen ingenioſè ſeipſum liberare nouit: & vt minus quàm Mugil in prouidendo ſolertiæ habet ([c] Plinij verba ſunt) ita magnum ipſi robur in pœnitendo: (Vuottonus legit in pernitendo; quam lectionem Geſnerus non probat, quoniam prouidere & pœnitere pulchrè opponuntur, quare in pœnitendo exponit, mox cùm pœnitendo ducitur, quod probo.) Nam vt hæſit hamo, tumultuoſo diſcurſu laxat vulnera, donec excidant inſidiæ.
B Idem teſtatur [f] Plutarchus; item Oppianus interprete Lippio:

*Solers ne ſit an ſtupidus.*
[d] *In Equitibus.*
[c] *lib. 32. c. 2.*
[f] *lib. vtra animal.*

*Labrax deflexo pendens confoſſus ab hamo,* *Continuo in lymphis concuſſo vertice ſaltat,*
*Et ſetas violentus agens ſua vulnera frangit,* *Et maiora facit, funeſtaq; fata repellit.*

Et ante hos dicebat Ouidius:

*—— Lupus acri concitus ira* *Diſcurſu fertur vario, fluctuſq; ferentes*
*Proſequitur, quaſſatq; caput, dum vulnere ſeuus* *Quaſſato cadat hamus, & ora patentia linquat.*

Retibus verò etiam deprehenſi ludunt piſcatores, arenam infra ea fodientes ac quaſi per cuniculum effugientes. Plinius ex Ouidio Lupum rete circumdatum arenas arare cauda, atq; ita conditum tranſire rete ſcribit; Hic verò ſic canit:

*Vt è retibus euadant.*

*Clauſus rete Lupus quamuis immanis & acer,*
*Dimotis cauda lacerat ſubmiſſus arenis.*

Idem tradit & Oppianus:

*Et ſuluam Labrax alis molitur arenam* *Conatur ſoueam branchijs aptare capacem*
*Corporis, vt magnos ſub terris occultat artus,* *Ac veluti lecto iaceat, per litora grypos*
*Piſcantes verrunt, hic cœno immerſus in alto* *Effugit exitium præda, fugit humida lina.*

C Clariſſimè Plutarchus: *Lupus* (inquit) *rete iam trahi ſentiens, ſolum interea magna vi ruendo, diuidendoq; canat, ac vbi latibulum aduerſus inſultus communiuit, inycit abditq; ſe & hic tantiſper haret, dum rete præteruehatur.* Scribit præterea Cælius Calcagninus, quòd ſi rete ſe implicitos ſenſerint, quãto poſſunt impetu in rete graſſari, vt diſcerpant, atq; hæc omnia in Variolo ſe obſeruaſſe noſtros piſcatores magno conſenſu teſtari. Ego hoc poſtremum apud veteres non lego, vti neq; quòd hamorum lineas ferratis dentibus abrodat, quamuis aliàs Iouius id veteres omnes teſtari aſſerat, memoriæ fortè lapſu Lupum cum Antnia, quem aliqui Lycon ideſt Lupum dicunt, confundens, cui hanc ſolertiam ex Ouidio tribuimus. Haud immeritò itaq; Ariſtophani apud Athenæum λάβραξ ὁ πάντων ὑχθύων σοφώτατος dicitur. *Vitæ enim præſidia* (inquit) *ſolerter excogitat, ſeq; ipſum tuetur:* quid dicturus ſi docile eſſe ſciuiſſet, id quòd Nymphodorus apud eundem teſtari videtur, cùm ſcribat in Eloro amne Lupos adeò manſuetos haberi, vt è manibus porrigentium cibum etiam capiant: quod item cum quadrupede Lupo commune habere videtur. Aiunt enim referente Ariſtotele apud Mæotidem paludem Lupos eſſe piſcatorum familiares & niſi partem ſuam à piſcatoribus acceperint, retia cùm in terra expanſa reficcantur, lacerare; quòd Albertus haud rectè ad Lupos piſces tranſtulit. λύκος enim appellat Ariſtoteles. Aelianus deniq; audiſſe ſeſe tradit, præclarè intelligere hunc piſcem, in capite ſe poſſidere
D lapidem hyberno tempore perfrigidum, ſibiq; infeſtiſſimum. Itaq; illo ipſo anni tempore ipſum calefacere, haud quaquam inſcium, contra lapidis frigus remedium eſſe, ipſum tepefacere. Lapides autem in capite habere inter alios Plinius tradit his verbis: *Pragelidam hyemem omnes ſentiunt piſces ſed maximè qui lapidem in capite exiſtimantur habere, vt Lupi & Pagri: cùmq; aſpera fuerint hyemes, multi capiuntur cæci.* Ariſtoteles quoq; eandem ob cauſam Lupum in ijs numerat, qui à frigore infeſtantur. Ob lapides enim à frigore (inquit Rondeletius) congelantur & moriuntur: cui & aliam rationem addi poſſe putat, quòd in ſublimi natent, coq; magis frigoris iniurijs opportuni ſunt, maximè ſeniores. Qua de cauſa frigoris vi mortuos ſæpè in ſuis ſtagnis reperiri piſcatores teſtantur. Idque ratio ſuadet, quadoquidem qui in abditis gurgitibus hyeme latent, minus à frigore læduntur, nec hyeme moriuntur, etiamſi lapides habeant in cerebro, vt Soleæ, Paſſeres, Aſelli, Coracini, Scari, Lari, Vmbræ, Hepati. Cur verò inter alios piſces vnà cum Mugile, Salpa & Chromide clariſſimè audiat, vt [h] Ariſtoteles, & Plinius aiunt, rationem nullam inuenio: addit

*Vitæ a Plinius,*

*Solertia.*
*Docilitas.*
[e] *lib. 9 Hiſt. cap. 36.*
*Anditus.*
[h] *lib. 3. Hiſt.*

[i] lib. 9. c. 70. Plinius [i], *& in vado viuunt*: contra philoſophi (vt apparet) ex quo id tranſtulit; mentem: hic namq; E cætera piſcium genera minus dicit audire, ideoq; imis potius gurgitibus verſari ſolere: ac ſi Lupum in ſublimi verſari, dicere vellet, id quod Alcæus apud Athenæum quoq; teſtatur, & ex [k] Ariſtotelis hiſce verbis quoq; colligitur: *Lupi quoq; & Aurata & Mugiles & id genus alij fuſcina interdum ſæpenumerò capiuntur dormientes, aliquin ex ijs nullus fuſcina capi poſſe exiſtimatur.*

[k] lib. 4. Hiſt. cap. 10.

# PARTVS.

[a] li. 5. Hiſt. cap. 10. [b] li. 6 Hiſt. cap 17. [c] li 5. c. 11. [d] lib 5 c. 9. [e] li 9. c. 51.

LVpus (inquit [a] idem philoſophus,) *ova parit, idq; ijs maximè locis quà flumina exeunt in mare.* Aliàs [b] verò æſtate, aliàs hyeme parere ait: [c] & ne ſibi aduerſari videretur, [d] alicubi bis anno parere tradit (quod [e] Plinius quoq;, Oppianus item & Aelianus teſtantur) idq; inter fuſaneos (χυτὰς) facere ſolum, cæterùm poſteriorem partum infirmiorum eſſe.

# ANTIPATHIA. CAPIENDI RATIO.

F

*Inimicitia cum Mugile.*

MVtuo quidem odio flagrant Lupus & Mugil: verùm quanquam inimici ſunt capitales, tamen ſtato tempore, teſte Ariſtotele, & Athenæo ipſum citante congregantur; coëunt enim (inquit) in gregem ſæpius, non ſolùm quæ eiuſdem ſunt generis, ſed etiam quibus idem & ſimilis paſtus appetitur, dummodo ſit abunde cibarij. Sæpe Mugiles cauda abſciſſa viuunt. Abſcinditur autem Mugilis cauda à Lupo. Plinius Nigidium, non Ariſtotelem citans; *Nigidius* (inquit) *author eſt, prærodere caudam Mugili Lupum: eoſdemq; ſtatis menſibus concordes eſſe. Omnes autem viuere quibus cauda ſic amputentur.* Perottus huius diſcordiæ oculatus teſtis tradit ſæpenumerò ſe Puteolis Beſſarione præſente Lupum & Mugilem acriter inuicem pugnare vidiſſe, Mugilemque in metu (timentem ſcilicet ſibi à Lupo hoſte) caput occultaſſe ac ſi ita totum ſe abſconditum eſſe exiſtimaret. quòd fortaſſis in cauſa fuerit, quod caudam potiùs quàm alias partes inuadat Lupus, eamq; potiùs victum ſe faſſus Mugil prærodi ſinat, gnarus ſcilicet, ea abſciſſa ſuperuicturum ſe. vt verò Mugilem vincit, ita à ſquillis paruis, imbellibuſq; & exanguibus piſcitijs vincitur. Deuorat quidem haſce, cùm neq; reſiſtere ei, neq; effugere poſſint: & tanta eius eſt ingluuies, vt feriri ſe ab ijs non ſentiat. feriunt autem illæ medium ferè eius palatum acuto quod in ſummo capite prominet cornu: quo poſtea ſer- G
pente & depaſcente vulnere præ nimio cruciatu emoritur, helluationiſq; ſuæ pœnas luit: vti Oppianus hiſce verſibus teſtatum reliquit:

*Et magnum & ſaturum præclarum Labraca ventrẽ*
*Labrax piſcieulis, qui parvo robore poſſunt*
*Occiſe occidunt hoſtem, perimuntq; necantem,*
*Turmatim in medium deſcendit turba palatum,*
*Explet ſe præda Labrax, nec vulnera curat,*
*Et ſola tanti ceſſant in morte dolores,*
*Sunt Squillæ exiguæ, ſunt parvæ in corpore vires*
*Interimunt æſtu, properat geſtisq; teneri*
*Non dare terga fugæ, non æquo occurrere Marte,*
*Cum Squillæ rictu piſcis ſorbentur aperto,*
*Et ferunt cornu, quòd fronte exurgit, acuto,*
*Vulnera paulatim ſerpunt, domitantq; voracem*
*Et tandem ſentit victi mucrone perire.*

[a] lib. 1. c 29

Aelianus [a] quidem iſthæc ex Oppiano, vt ſolet, tranſcribere videtur, ſed quia diligentiùs rem deſcribit, verba eius quoq; recitabo: Lupus piſcis (inquit) à Squillis ſuperatur, quamquam piſcium, vt ita dicam, maxima vorago eſt. Lupi igitur qui circa paludes maris degunt, ſquillis quoq; paluſtribus inſidiantur. Sunt enim & aliæ quædam ſquillæ, quæ algis victitant, & tertiæ ſaxatiles. Cùm ergo ſeipſas

*Squillarum differentia.*

defendere Squillæ non queunt, pro vltione extremum ſpiritum in victoria effundere non dubitant. Equidem earum aſtutias & fraudes non grauabor narrare: Cùm ſe interceptas ſentiunt, faſtigium quod eminet à capite, quodq; ſimile eſt acutiſſimo triremis roſtro, atq; etiam ſecturas habet modo ſer H
rulæ vncinatæ: hoc inquam animoſæ illæ beſtiolæ cùm incuruarint, ſumma leuitate ſaliunt, & tanquam ſaltatorium verſant orbem. Lupus ore maximè hiante atq; imminenti cùm ſit, pelle tenera & molli ſquillam ex laſſitudine viribus defectam comprehendit, atq; prandium fore arbitratur. Squilla primum in gutturis laxitate ſaltat, poſt aculeos in miſerum venatorem defigit; huic interiora exulcerantur, tumeſcentiaq; plurimum ſanguinis mittunt: deniq; ſuffocatione Lupum periclitantem interficiens interficitur. Quanta autem libidine ſquillas venetur, ex eo colligi poteſt, quòd eis pro eſca vtantur piſcatores, vt idem Oppianus author eſt, maximè ſi pinguis fuerit. Capiuntur teſte Plutarcho ver-

*Et capiantur.*

riculis & plagulis, numeroſiſſimè verò retibus, vti ex Rondeletio oſtendimus, item hamis, ſed quo aſtu transfixi implicitiq; ſeſe liberent, iam etiam dictum eſt.

VSVS

A

# VSVS IN CIBIS.

QVanti Lupum fecerint proceres Romani opſophagi, præ cæteris oſtendit Plinius teſtimonio Cornelij Nepotis & Laberij poëtæ minorum, poſt Elopen vel Acipenſerem præcipuam ei & Aſellis authoritatem fuiſſe tradens: item C. Titius vir ætatis Lucilianæ in oratione qua legem Fanniã ſuaſit, cuius verba non ſolùm de Lupo inter duos pontes capto, ſed etiam de moribus quibus pleriq; tunc viuebant, citat Macrobius, quæ bræuitatis cauſa relinquo. Archeſtratus verò Lupum Mileſium apud Athenæum Διόπαιδα cognominauit, quaſi deorum prolem, quòd non minus quàm pretioſi piſces teſte Euſtathio deus & anthropophagus ſit, διὰ τὸ πολύτιμον nimirum, quanquam τιμὴ ad deos cultus eſt aut honor, ad piſces pretium. Eundem Lupi honorem apud Plinium ferè oſtendit Feneſtella his verbis: *Atq; vt luxu quoq; aliqua contingat authoritas figulinis: Tripatinum appellabatur ſumma cenarum lautitia. Vna* (patina) *erat Murænarum, altera Luporum, tertia Myxonis.* Vt verò totus piſcis in ſumma erat æſtimatione, ita neſcio quid delicatius perſenticbant peculiariter in cerebro ac lactibus. Hiſce Heliogabalus referente Lampridio, in locis mediteraneis ruſticos pauit; illud Strattis apud Athenæum inter cibos ne dijs quidem contemnendos enumerat: & Ariſtophanes in Lemnijs inquit, Οὐ λάβρακος χρηίον, ἢ κάραβον πρίασθαι, tanquam magna Lupi cerebro authoritas fuerit. Eubulus verò Lupi cranium ἐυμίγθις quidem nominat; ſed inter apparatus non ſplendidos, ſed mundos numerat. Hepar quoq; aſſum & mali aurantij ſucco conditum delicatiſſimum eſt teſte Rondeletio, & neq; galli gallinacei neq; anſeris hepati tantoperè à veteribus celebrato cedit. Hinc Dalechampius ſceleſtiſſimum illum Aegyptium piſcium inſtitorem Hermæum apud Archippum Lupos exenteratos vendidiſſe conijcit, vt ſcilicet hepar ſeorſum venderet ſuauiſſimum. Ὠα τάριχα tum aliorum, tum horum quoq; piſcium, vt idem Rondeletius ſcribit, ſunt, & Amphis λαβραχίνη τιμαχία nominat. Rationem cur Romæ inter duos pontes captus, tantoperè comendaretur, ſuprà reddidimus: ſin verò ſanitati conſulendum eſt, in alto mari capto poſtponetur, eandem nimirum ob rationem, nempe propter ſpurciſſimum ex cloacis & latrinis alimentũ; ob vitioſam enim aquam grauiter olent, mucoſe ſunt, pinguis plus alijs habent, ac citò putreſcunt, vt author eſt [a] Galenus; contrà in mari puro, odore ſunt inculpato, ſuaues, pinguedineq; aut minima aut nulla, ac longiſſimè perdurant citra putrefactionem, præcipuè ſi quis eos in niue circumdet. Hoc planè nomine commendantur etiam magis qui duriores habentur, vt qui carne ſic fiant magis friabili, æquè ac ſaxatiles & Aſelli: quod enim natura his adeſt, id dura carne (inquit,) prædits conciliat nix. Quamobrem cùm Hiceſius boni ſucci Lupum eſſe dicit, ſed non multi nutrimenti (id quod Celſus quoq; teſtatur) de eo qui in mari captus eſt, intelligi debet, & apud eundem [b] Galenum dicentem alimentum quod tum ex hoc, tum ex alijs piſcibus prouenit, ſanguinem gignere conſiſtentia tenuiorem, quàm quod ex paluſtribus animalibus ſumitur, adeò vt non affluenter nutriat & celeriùs diſcutiatur, ſubaudi marinis, qui fluuios ſubeunt. Illaudati etiam teſte Xenocrate qui in piſcinis ſeruantur, inſulſiq; & minus grato ſapore. Anni tempus quoq; ſaporis differentiam facit. Ariſtoteles enim, vbi in vtero habet, deteriorem eſſe teſtatur, item Mugilem & omne genus ſquamoſum. Parere autem æſtate & hyeme diximus, ſub hyemem itaq; & æſtatem grauidi ſunt & deteriores. Contrà ſumma ineſt ſaporis gratia hyeme captis & Ianuario præſertim menſe, ſed quòd tunc & teneritudine, vt D. Ambroſius ait, & mollitie candoreq; vt Plinius, maximè commendetur, non placet, quandoquidem cùm hyemis iniuriam quàmmaximè pertimeſcat, fit vt quàm maximè ſeſe exerceat, vnde ſolidior, non mollior caro redditur. Miratur Calcagninus cur Plinius lanatum à candore mollitieq; dictum putarit, cùm Lupus (inquit) nulla magis dote cenſeatur, quàm quòd callum habeat, quem frequenti natatu & aſſidua agitatione ſibi conquirit. Vetus enim dictum eſt, eos eſſe optimos piſces qui carni ſunt ſimillimi: optimas verò carnes quæ piſcibus proximæ ſint. Ad quod alluſit Philoxenus illo carmine:
Τῶν κρεῶν τὰ μὲν κρέα ἰδίως ἐστὶ; καὶ τῶν ἰχθύων οἱ μὲν ἰχθύες. ceu ex duobus illis contrarijs duritie carnis & mollitie piſcium, cinnus quidam fiat palato gratiſſimus. Forte Calcagnino reſponderi poterit, dupliciter carnem in hoc piſce conſiderari poſſe, vel in ventre, vbi mollis nimirum ob gratiſſimam palato pinguitudinem: vel in dorſo, vbi ſolida calloſaq; commendatur & candore ſpectabilis. Aetatis in ſuper habenda ratio; Xenocrates namq; quo maior eſt, eò deteriorem fieri author eſt: optimumq; eſſe qui mediocri eſt magnitudine: tenellum enim boniq; ſucci eſſe, ſuauem, & ſtomacho gratum, copioſè nutrire, facileq; per corpus diſtribui, ac per aluum deferri. De magnitudine ſuprà dictum eſt. Quod ſpectat ad apparatum: quouis modo coctus ſapit: aſſum tamen præfert Diocles, & Archeſtratus cùm oſtendiſſet è Mileto Lupos eis præſtare, qui

*Lactes fuiſſe in pretio.*

*Hepar*

*Os tarichas*

[a] *lib. de ſuc. bonit. & vitio c. 9.*

[b] *l. 3. Alim. fac.*

*Quando peiores, & quando meliores.*

*Cur Lanatus dictus*

*Apparatus*

ad Calidonem, Ambraciam, ſtagnumq; Bebeida capitur, *integros* (inquit) *illos cum ſquamis poſtea quam ſic aſſaueris, vt optimè tenereſcant, appone cum muria. ſed inter apparandum hoc obſonium nec Siculus, nec ex Italia quiſpiam interueniat, quia nobiliſſimos piſces condire neſciunt, & caſeo cùm infarciunt omnia, eos malè corrumpunt.* Platina Varolum paruum, vtpote quatuor ac quinq; librarum, nec exſquamatam nec exenteratum in oleo coqui iubet; ſi in craticula, monet vt continuò aſpergatur oleo ſalito & aceto, monetq; multam amare cocturam propter exuberantem eius humiditatem. Patin de lupo apud [c] Apicium. *Teres piper, cuminum, petroſelinum, rutam, cepam, mel, liquamen, paſſum, olei guttas.* Quia verò os Lupi viuentis ſemper hiat, ſolent obſonatores naturæ imitatores, mortuorum maxillas malo arantio adimplere. Si verò ægris fuerit exhibendus, in albo iure rectè & ſalubriter elixabitur, aut ex aceto: ſic enim febricitantibus conuenire ratio dictat. Oliua quoq; ſapidiores reddi [d] Martialis innuere videtur hoc exametro: *Appetitur poſito vilis oliua Lupo.* Aromatibus conditi Venerem cient, aliorum delicatorum piſcium more. Pythagoram ab hoc quoq; piſce abſtinuiſſe Gyraldus ſcribit, quòd ſint (vt Græci dicunt) *σπερμολόγοι*, id eſt ſeminum leguli &c. ſed ineptè (inquit Geſnerus) nam [e] Plutarchus expoſita primùm illorum ſententia, qui Pythagoram & Aegyptiorum ſacerdotes, mare, ſalem & piſces odio quodam proſecutos exiſtimabant, mox ijſdem patrocinatur, & nihil in piſcibus eſſe docet, quod tanquam odio, ſed potius amore dignis abſtinuerint. F

[c] *Lib. 4. c. 10.*

[d] *li. 9. Epigr.*

[e] *lib. 8 ſympos. cap. 8.*

## VSVS IN MEDICINA.

*Ad ſtrumas*

VEnter Lupi eſitatus, digeſtionem authore Kiranide facit, idemq; præſtat geſtatus tantùm. Quæ facultas cum alijs edacibus animalibus ei communis eſt: Ipſe verò piſcis, ſi Marcello credimus Empirico, tanta eſt efficaciæ aduerſus ſtrumas, vt ad quamlibet corporis partem admotus, omne earum vitium perſanet. Lapillos in capite gerere dictum eſt: hi capitis dolorem leuant,

*Ad hemicraniam.*

& ad hemicraniã faciunt appenſi, dexter dextræ parti, ſiniſter ſiniſtræ vt Galenus, vel quiſquis eſt euporiſtõn author ſcribit. Creduntur, & aduerſus nephritim valere, ſicuti multorum aliorum piſcium lapides: cuius rei cauſam eſſe Rondeletius arbitratur, non cæcum aliquem lapidum iſtiuſmodi effectum, ſed grauitatem tantùm, à qua (inquit) deprimitur renum calculus. Fel cum melle illitum viſus acumen parat, & albugines oculorum curat, vt ait idem Kiranides. Quomodo autem ex eo molle fiat collyrium, faciens ad hebetudinem oculorum, ita vt triduo viſum exacuat, docet in hæc verba: Thuris maſculi drachmas quatuor, lyncurij lapidis drachmas duas, fellis vulturis drachmas ſex: omnia miſce. Eodem teſte oua Lupi eſitata ſiue recentia, ſiue arida omne faſtidium ſanant.

*Ad viſum acuendum.* G

## DE LATO Cap. III.

[a] *lib. 17.*

LAtum inter Nili piſces enumerat [a] Strabo (apud quem perperam λάτης legitur) aitque à Latopolitanis coli: eſt tamẽ etiam marinus, quod Archeſtratus teſtatur apud Athenæum his verſibus. *Arboribus fecunda Latam celebrem Itala gignit*
*Terra ſinu Scyllæo, gratum & ſuaue alimentum.*

*Forma.*

Additq; Athenæus, qui in Nilo ſunt, tanta inueniri magnitudine, vt ducentarum librarum pondus ſuperent. Piſcem eſſe candidiſſimum, & quouis modo paratum, ſuauiſſimum, ſimilem Iſtri Glanidi. Quæ Athenæi verba Rondeletium in eam induxerunt opinionem, vt crederet piſcem Coracino ac Vmbræ ſimillimum & fortaſſis vel huic, vel illi congenerem, adeo vt nonnulli pro Vmbrina vendant, nonnulli etiam Coracinum album eſſe credant, verum eſſe Latum, propterea quòd non ſolùm nuſſibi frequentiùs quàm in Italia, eo potiſſimùm in loco qui Schilazo quoq; hodiè dicitur (Romam quoq; aduehi numerosè ex Caieta, Neapoli & tota illa extrema Italiæ ora, quæ magna Græcia olim dicta eſt) verùm etiam candidiſſimus ſit & ſuauiſſimus, vt & apud ſuos, vbi minus frequens, peis rei quaſi regius aut regum menſis dignus piſcis vocari meruerit. Cæterùm etſi reuera piſcem nullum habeam, quem pro Lato oſtendam, tamen Rondeletianum corporis forma & fortaſſis etiã natura & moribus ab Athenęi & Strabonis Lato differre facilè perſpicio, dummodo Iſtri Glanis eſt, quem pro Siluro Geſnerus (qui ſimilitudinem, non de corporis ſpecie, ſed de ſapore & bonitate in cibo accipit.) propoſuit, vt cum Saluiano ſentio. Ad hæc Latus Rondeletij an fluuios ſubeat, non conſtat. Mirorque cùm in Italia ſit frequentiſſimus, nomenclaturas Italicas quas alias diligenter recitare ſolet, cur in hoc piſce ſubticeat. Latilus piſcis (λατίλος) nominatur à Tarentino: idemné ſit qui Latus, inquirendum. Cornarius Lamiam vertit, quod Geſnerus improbat: Andræas Lacuna vocem Græcam reliquit. Iconem Rondeletij dedita opera omiſimus quòd ea Vmbrina inſpecta facilè mente concipi poſſit.

*Latus Rondel.*

H

DE

# DE ALOSA. Cap. IIII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

ALOSAM vocat Auſonius poëta hunc quò de nunc agitur, piſcem, vulgare in Gallia nomen, vt apparet, ſecutus, vbi Aloſe vocatur, licet non vbiq; : nam Burdigalenſes Coulac dicunt, Maſſilienſes Halachiam, vnde fortè Romæ Lacchia dicitur, cùm cæteris ferè Italis Chieppa nominetur. Hiſpani Sabogam dicunt aut Soualum, Hollandi Elſt, aut potius Helſt, quaſi dimidius, aut dimidio pretio dignus, ſi Sturioni comparetur. Maſſarius Italis Chiepam appellari putat quaſi Clupeam, Rondeletius verò Clupeam eſſe negat, argumento quòd ſolus [a] Plinius de Clupeâ hæc ſcripſerit, de Attilo Padi loquens; *Hunc minimus appellatus Clupea, venam quandam in faucibus eius mira cupiditate appetens, morſu exanimat.* Et ante hunc Ennius, cuius verſus extat apud Apulcium: *Omnibus vt Clupea præſtat Muſtela marina.* Et his quomodo confirmari poſſit, Clupeam eſſe noſtram Aloſam, non video (inquit Rondeletius) maximè cùm Clupeam minimum eſſe piſcem Plinius dicat: Aloſa verò noſtra cubiti magnitudinem aliquando ſuperet. Geſnerus ſubſcribit Maſſario tùm ex Italica nomenclatura, tum verò ob ſpinarum ſiue ariſtarum multitudinem, quę Clupeę quoq; attribuitur, nam vt Calliſthenes Sybarita (inquit) author eſt citante Stobæo, *in Arari Galliæ fluuio naſcitur magnus quidam piſcis Clupea (κλυπαῖα) nominatus ab incolis, qui creſcente Luna albus eſt, decreſcente totus nigreſcit; & corpore minimam auctio à propriis ſpinis interimitur. In huius piſcis capite lapis reperitur ſimilis grano ſalis qui optimè facit ad quartanas ſiniſtro lateri corporis alligatus decreſcente luna.* Cæterùm nunquid iſthæc Clupeæ in Arari accidant, viri naturæ ſtudioſi (inquit; quibus cognoſcendi facultatem fluminis vicinitas præbet, obſeruabunt. Dubitauit tamen aliquando an de Carpione hæc intelligenda eſſent Quod autem Plinius Clupeam minimum piſcem eſſe ſcribit, excuſari poſſe putat, ad Attilum qui maximus eſt, comparatione. At verò vt hoc Geſnero condonemus, illud ſaltem adhuc obſtabit, quòd cùm ſub ventre, Sturionis modo, rotundum & fiſtuloſum os habeat Attilus, in maximo etiam modicè adeo hiat atq; patet, vt non mediocrem quidem, nedum magnum ad deuorandum in eius faucibus expetitam venam, intromittere hunc piſcem vllo modo poſſit. Adhæc ſi Clupea Attilum magnum adeo piſcem morſu, exanimat, Clupeam noſtram Chiepam eſſe non poſſe, nemo nõ intelliget, quandoquidem planè edentula eſt, omniq; oris aut maxillarum aſperitate caret. Bellonius Aloſæ lineam ait eſſe aſperam & veluti cultellato mucrone ſcindentem, qua (Plinij teſtimonio) Attilum interimat, quòd tamen Plinius nuſquam meminit. Grauior error eſt Platinæ, qui hunc piſcem veterum Lupum eſſe arbitratus eſt: nam licet haud vulgaris ſit, nobilitate tamen cum Lupo celeberrimo piſce contendere minimè poteſt, cùm vel maximè frequentibus ac moleſtiſſimis ſpinulis eius eſus retardetur, vt in conuiuijs earum tædio periculoq;, ſi quæ eſt gratiam ſuauitatis perdat. Præterea cùm vel Ariſtotele Plinioq; teſtibus Lupus caudam prærodat Mugili, quomodo Aloſa dentibus omnino deſtituta Lupus erit? ſolus itaq; latinorum huius piſcis meminit Auſonius, & Aloſam (aliqui Alauſam ſcribunt,) nominauit. Ad Græcam verò nomenclaturam quod attinet, Gregorius Tiphernas ſua ætate doctiſſimus in Strabone, & Theodorus Gaza in Ariſtotele θρίσσαν interpretati ſunt Aloſam, & meritò (inquit Saluianus) cùm ea omnia quæ Thriſſæ ex veteribus debentur, Aloſæ noſtræ ad vnguem conueniant. Noſtræ ætatis Græci θ. in φ. mutando φρίσσαν dicunt, fortè inquit Geſnerus, quòd ſpinis ſiue aculeis aliquando ſoleat inhorreſcere, quòd Græci φρίσσειν dicunt. Rondeletius Athenęi, vt putat, authoritate Archippo & Mneſimacho θράττειν appellari tradit. Geſnerus verò Thraſſam à Thriſſa diuerſum piſcem eſſe docet, ex eodem Athenæo, cuius hæc ſunt verba. *Quoniam de Thriſſa prius diximus, nunc etiam quæ ſunt Thrattæ dicamus, quæ in fabulis Archippi, Mneſimachi & Antiphanis inter alios piſces nominantur. Anaxandrides etiam τραττίδια dixit. Atticorum verò nullum Thrattam dixit, Porro Dorotheus Aſcalonites θίττειν ſcribit in ſuo dictionario, ſiue quòd ita perperam* (apud Mneſimachum aut Hipparchum) *legit, ſiue vt vocem inſolitam emendaret. Eſt autem piſciculus quidam, marinus.* Hæc Athenæus. Ariſtoteli Thraſſa piſcis varius eſt, vt Panthera & Pauo. Idem Geſnerus Trichidem cum Thriſſa eandem eſſe aut certè perſimilem natura ac ſpecie piſcem putat, & Bellonius grandes putat Thriſſas, maximè cùm ad iuſtam magnitudinem peruenerunt, Trichides verò diminutiua voce cùm nondum in perfectam molem excreuerint, tunc enim magis ariſtoſæ percipiuntur. Qua in re cum ijs non ſentio, vt in Trichidis & Trichiæ ſiue Sardæ & Sardellæ hiſtoria patet.

*An ſit Clupea.*

[a] lib. 9. c. 15.

*Clupea Araris fluuij.*

*Nõ eſſe Lupus.*

*Thriſſa.*

*Thratta*

*Thetta*

*Trichis*

FOR-

E

# FORMA. DESCRIPTIO.

SIcuti Trichidibus Thriſſas differre oſtendimus, in capitis figura, ſciſſura oris, ſquamis, pinnarum ſitu numeroq; ſimiles ſunt, cæterùm maiores & latiores. Vniuerſi autem corporis figura, ſi cum latitudine conferatur, oblongiuſcula apparet, & in latera ita compreſſa, vt imus venter, recta linea præacutis aculeis & conſtructa, & propterea non aſpera ſolùm, ſed ſerræ etiam modo ſecante (ſi aduerſa deducatur manus) terminetur. Spinis ſiue ariſtis etiam ſcatet innumeris & inter veſcendum admodum moleſtis; quod cum Trichidibus quoq; commune habet, vnde Albertus & Murmellius latinum eius nomen Ariſtoſium ſiue Ariſtoſum confinxerunt. Caput habet in latera valde compreſſum, roſtrum acutum, Os cùm maximè hiat, admodum patulũ, edentulũ, atq; omnis expers aſperitatis. Branchiæ vtrinq; quaternæ. Squamis tegitur magnis, tenuibus & facilè deciduis. In capite ſupra oculos vtrimq; veluti gemmæ ſmaragdinæ relucent. Lingua nigricat: ſuperiores mandibulæ deorſum prominent. Ventre & lateribus argentum æmulatur. Dorſo verò & capitis vertice, ex albo flaueſcit. Romæ cùm maximè aucta bipedalem menſuram non ſuperat. Qui ſit fluuiatilis Thriſſa, cuius Dorion in libro de piſcibus meminit, apud Athenæũ, non habeo quid dicã. Habes hîc præter eam quam dat Rõdeletius, duas icones, quarum prior Clupeæ Tyberinæ nomine miſſa, altera pro Clupea Danielis Barbari: Prior dorſo eſt cærulæo, capite partim albo, partim rubro, ventre etiam rubicundo. Pinnæ & cauda pullæ ſunt. Altera pinnas habet rubicundas, ventrem album, dorſum viride: Caput ex cæruleo rubro & albo varium.

*Spina*

*Ariſtoſius.*

*Thriſſa fluuiatilis.*

F

Thriſſa Rondel.



G

# LOCVS.

A Loſa marinus piſcis eſt, & è mari intrat fluuios, vt teſtatur [a] Strabo, ex Ariſtobulo tradens ex marinis piſcibus nullum in Nilum recurrere, præter Aloſam, Mugilem, & Delphinum propter crocodilos. Athenæus quoq; inter Niliacos piſces Thriſſas enumerat. Cæterùm non ſolùm Nilum aſcendunt, ſed cùm ſit omnium ferè marium piſcis, ſimiliter in omnibus fluminibus maioribus reperitur, quanquam haud omni anni tempore, ſed ineunte duntaxat vêre cùm in vtero habet, moxq; inchoante æſtate ad mare reuertuntur, quòd idem Strabo etiam teſtatur, præcitato loco ſubdens: *Aſcendunt itaq; Mugiles in vere cùm pregnantes ſunt, deſcendunt autem paulò ante Pleiadis occaſum vnà omnes pariturí: tunc etiam in ſepta incidentes capiuntur.* Idem de Aloſa licet conijcere. Iouius ſcribit ſubire Tyberim amnem ad prima vêris ſigna, ſed tum ſtrigoſas eſſe & à quadam maring ſalſuginis ariditate parum amabiles, mox paucorum dierum mora Tyberinis in vndis mirificè pingueſcere: Arnum item & Vmbronem in Hetruria, in Campania verò Lyrin & Vulturnum laudatiſſimas præbere: in Pado quoque reperiri haud ignobiles: in Gallia verò Hiſpaniæque amnibus longè maximas, ſed quas ſapientiores paraſiti Tyberinis minimè eſſe comparandas exiſtiment. Suauiſſimas etiam præbet Moſa in Hollandia. Quo longiùs à mari receſſerint, eò meliores ſunt: quamobrem Burdigalæ & Lugduni multò magis ſucculentæ, palatoq: gratiores venduntur quàm Maſſiliæ. In Aquitania tam frequens eſt, vt rectè plebis obſonium Auſonius vocauerit. In Aruerniæ fluuio tanta copia eſt teſte Rondeletio, iuxta Maringueſium oppidum, vt ſupra mille & ducentas vno retis iactu capiantur. Ariſtoteles negat reperiri in Euripo.

[a] *lib. 15. Geogr.*

*Quando in fluminibus degat.*

H

*Vbi meliores.*

NATV-





E

# NATVRA. MORES. PARTVS. CAPIENDI RATIO.

ATheneus teſtimonio Ariſtotelis in libro de animalibus & piſcibus Thriſſam μόνιμον, id eſt, ſtabilem vocat, cùm alioqui Oppianus ſcribat Aloſis nullam eſſe ſtabilem in mari ſedem, ſed toto potius pelago vagari.

*Chalcides & Thriſſæ paſsim, Abramidesq́; ferũtur, Atq; caternatim percurrunt æquoris vndas.*
*Et cruris habitant ſcopulis, & litora viſunt Alternantq́; vias ponti, curruntq́; per æquor,*
*Hoſpitium mutant ſemper, pontoq́; vagantur.*

*Veris indicium.* Oppiano piſcatores ſubſcribunt. Tradit Carolus Figulus Rhenanis & Moſelanis vẽris aduentum annunciare in menſe autem Maio & circiter, quàm primùm tonitrua audierint, in mare ſe ſe recipere, adeoq; tonitruis terreri, vt multi ex eis reperiantur in ripa Moſellæ & Rheni exanimati. Aelianus Thriſſas cantu delectari author eſt, ſed delectationem ipſis pernitioſam eſſe. Qui lacum Maræotim (inquit) incolunt, Thriſſas illuc cantu & pulſibus teſtarum crepitantium conſonantibus piſcantur. Etenim tanquam ſaltatrices ſaltantes in piſcatoria ad ſe comprehendendas, explicata inſtrumẽta incidunt, atq; cum ſaltatione & luſione Aegyptij ſplendidam prædam conſequuntur. Cæterùm Athenæus teſtimonio Ariſtotelis (quanquam id apud hunc non legitur) Trichidem etiam ſaltatione & cantu delectari, audientemq́; ex mari exilire aſſerit; An modò piſcis vterque ea præditus ſit natura, vel potius num alter eorum locorum mendoſus ſit, Saluianus in hiſtoria de Trichide, quam ſecundo libro promittit (Hunc quod equidem noui, nunquam edidit) excuſſurum ſeſe pollicetur. Rondelet. verò in Aloſis noſtris id expertum ſe eſſe profitetur; cùm enim in Aruerniæ oppido Maringueſio, & in fluuij ripa ſæpe animi gratia deambularet, ad teſtudinis ſonos Aloſas vidit adnatantes & ſaltantes, idque noctu manifeſtiùs apparuiſſe ait: quare Athenæi locum, quem ex Saluiano innuimus, qui talis eſt: *Τριχίδα τὸν λεγόμενον, ὅτι ἥδεται ὀρχήσει καὶ ᾠδῇ, καὶ ἀκούσας ἀναπηδᾷ ἐκ τῆς θαλάσσης*; depraua- tum eſſe credit, quippe cùm de Thriſſa, Trichide & Trichia verba (inquit) fecerit, & veterum de his teſtimonia protulerit, his adiungit Ariſtotelis authoritatem de eo piſce qui ſaltu cantuq; gaudeat, & eo audito è mari exiliat. Sic igitur locum eum reſtituendum putat, *Ὀρχηστρίδα τὸν λεγόμενον, ὅτι ἥδεται ὀρχήσει καὶ ᾠδῇ, καὶ ἀκούσας ἀναπηδᾷ ἐκ τῆς θαλάσσης*. Quam correctionem Geſnerus improbat, quoniam & Euſtathius hunc Athenæi locum citans *τριχίδα* legit. cæterùm fieri poteſt, vt muſica oblectari, vtriq; ſit commune. Nam & apud [b] Porphyrium inuenio *τὼ θρίσσαι ᾄδεσθαι ἀκροᾶσθαι καὶ πρᾴως ἔχειν λέγουσι*. Iam verò delectationem iſtam ipſis pernitioſam eſſe habemus apud Iſidorum his verbis: Alauſa ſic capitur: Retia tenduntur in longum aquæ, vel in tranſuerſum, & ante retia ſuper aquas inſtrumentum inſtar arcus, ita vt fluitet ſuper vndas: in ſuperiori autem eius parte nola ſuſpenditur: Eius ſonum piſcis audiens gregatim aduentat, tinnitum nolæ ſtultus ſequens, & hoc inditio patet, quòd ſenſum habeant auditus. Incidentes ergò in retia, capiuntur in multitudine magna. Oppianus verò naſſa capi ſcribit, cui incluſa ſit eſca, maza videlicet ex eruis frictis & myrrha vino odorato excepta. Pariunt in fine æſtatis, non in fluminibus, ſed in mari, quemadmodũ Strabo teſtatur & vſus comprobat: in fluuijs enim neq; recens natæ, neq; effœtæ vllæ, ſed maiores omnes in vtero habentes fœminæ aut mares ſemine pleni capiuntur.

[b] *Li. 3. de abſtinen. ab animat.*

*Delectatio pernitioſa.*

*Partus.*

# VSVS IN CIBIS.

H

MArinas Aloſas Hiceſius, ſqualidas, exuccas & pinguedinis expertes eſſe ait, idq; nos quoq; ſuprà diximus, cùm in fluuijs mirificè pingueſcere dicebamus: Verùm & has quoq; apud veteres non fuiſſe in pretio inſinuat Auſonius hoc verſu:

*Stridentesq́; focis abſonia plebis Aloſas.* Vbi tamen pinguerunt, & ſuaues ſunt & ſuccum mediocriter bonum gignunt, quique facilè diſtribuitur, ſed frequentibus & moleſtis ſpinulis plenæ ſunt, vt in conuiuijs tædio earum & periculo, ſuauitatẽ, quæ aliàs non parua eſt, amittant, Addit Iouius vberrimè nutrire, ſed glutinoſioris alimenti excrementa in ſtomachis non facilè atteri: propterea ab ipſis exhalationibus intempeſtiuam ſomnolentiam induci, & ſitim augeri exiſtimari, præſertim ſi appetentibus ad explenda vel mediocris etiam gulæ deſideria, minimè defuerint; quod paucis, vel certè ipſis (inquit) tantùm in ſummo ordine nobilibus contingit. In piſcatorijs Bauarorum legibus interdicitur teſte Geſnero, ne breuiores duobus palmis vel ſeptem digitis capiantur, propter videlicet & multitudinem & paruitatem ariſtarum. Comeduntur (inquit Saluianus) aut in aqua modico aceto & ſale iniecto

*Apparatus.*

A iniecto elixæ, aut aſſæ: dum autem aſſantur, aceto & oleo cum feniculi vmbella aut ſaluiæ aut roriſmarini ramuſculo, crebrò rorandę ſunt. Platina aſſari ait in craticula auulſis branchijs, extractoq; per eandem viam inteſtino. Aſſam ſalſa viridi ſuffundi iubet; quòd ſi elixam voles, leucophago inuolui; vtroq; modò ſuauiſſimè edi aſſerens. Galli, vt Geſnerus intellexit, in partes ſciſſam torrent, deinde imponunt butyro. Elixam etiam ex aqua, dein in butyro poni. Rondel. de apparatu nihil. Ait verò cùm aliquando in conuiuio de polyporum, Luporum, Pagurorum diſſereretur apparatu, Hieronymũ Vidam doctum poetam, dixiſſe nullam ſibi videri piſcem Aloſa prudentiorem, qui non niſi obeſus nobis apparet, maximèq; idoneo tempore, cùm carnium eſu nobis interdicitur. Faceta ironia, cùm prudentiſſimos eſſe piſces meritò dicamus qui non niſi quo tempore optimi ſunt, illiſq; minimè parcimus, à nobis conſpiciantur. Sunt tamen Maio menſe longè gratioris ſaporis. Argentinæ elixatur primùm in aqua, deinde vino affuſo demum perfectè coquitur.

*Vida de Aloſa dictum.*

*Quando gratiores.*

# DE ZIGA ALBIS FLVVII. Cap. V.

B

GESNERVS Ziege vel Zige vulgò vel Goldfiſch in Albi vocatum piſcem, vel ipſam Alauſam eſſe, vel adeo ſimilem natura ac ſpecie eſſe ſcribit in paralipomenis ſuis, vt eodem nomine appelletur: id quòd ex icone eius (inquit) hìc addita, tum hiſtoria à Io: Kentmano deſcripta liquidò apparet, Atqui ex hac hiſtoria ſpecie quidem corporis ſimilem eſſe conſtat, moribus verò diſſimilem. Nam Aloſa, vt dictum eſt, in fluuijs mirificè pingueſcit, & ſua ſponte eos ſubit, cum Ziga, vt patebit, in ijs conſumatur, & à Sturione migraturo pellatur, ſed Kẽtmanum audiamus. Zige (inquit) piſcis eſt tenuis & ſiccus paucæ carnis: colore pulchro, argenteo, dorſo tamen ſubfuſco, Oblongus eſt, non ita latus, vt ſolent eſſe piſces Goldfiſch dicti, qui in Marchia capiuntur: longitudo enim eius ad latitudinem quintupla eſt. Caput eius ſi foris aſpicias, Harengi capiti non diſſimile eſt, niſi quòd in parte ſuperiore oris ſciſſuram habet. Lingua ei parua, quæ colore nigricat. Dentes vtrinq; ad latera in faucibus, mandibulis duabus duris adnati: ſicut in eiuſdẽ fluminis piſcibus (de Capitonum fluuiatilium genere) Ieſeno & Dibelo, vt vulgò nominant. Caput & oculi ad aureum colorem, pauco viridi permixtum, accedunt. In ſummis lateribus vtrinq; maculæ quaternæ nigræ digeruntur, quarum prima ad ſummas branchis, vltima paulò ſub initio pinnæ dorſi. Ex Oceano in Albin ſubit hic piſcis & paulatim conſumitur ac deficit. Capitur vt plurimùm in hoc flumine, à feſto Pentecoſtes vſq; ad Diui Ioannis diem, quo tempore Sturio migrat. A Sturione enim è mari in Albim pellitur. Quanquam autem ad velocitatem & fugam, præ omnibus in Albi piſcibus, comparatus ſit, mollis eſt tamen & quam primùm ex aqua in aërem ſubductus perit. Maximi huius generis in Albi apud nos (Miſenos) duabus cum dimidia libris (ſedecim vnciarum) ad tres cum dimidia, (quòd tamen rarum eſt,) perueniunt. Siue aſſus ſiue elixus, non boni ſaporis eſt. Si tamen præparatum, ſale intus aſpergas, tum in fumo aut ſole leuiter ſicces, & ita butyro inunctum ſuper craticula aſſes, melius (vt in hoc genere) ſapit. Et quoniam aridi hi piſces ſunt, ſunt qui in aqua elixant, deinde exemptos condiunt iure è butyro, zinzibere, aqua & modico aceti, ſicuti etiam alios quoſdam piſces ſiccatos condire ſolent, vt Truttas, Thymallos, Lucios & Cyprinos latos. Quomodocunq; paretur, nullus tamen in Albi piſcis æquè ferini aut viroſi ſaporis eſt; & à quo etiam nomen ei impoſitum conijcio, vt zige, id eſt, Hircus dicatur. hircum enim, præſertim inſolatus, olet. Hæc Kentmanus, ſed Geſnerus ab alio ſe accepiſſe ſcribit, zieg piſcem in Albi, alio nomine ab aureo ferè colore (circa caput) Goldfiſch appellari; album eſſe (carne nimirum)

*Ziga.*

*Deſcriptio.*

C

*Apparatus.*

*Etymum. Hircus.*

D & ita diſtincta ceu per laminas carne, ſicuti Salmo. Ferinum quid & ingratum olere, & niſi egregiè aromatibus condiatur, in cibum non admitti. Capitur etiam in lacu Suerinenſi. Aduentantis Sturionis comitem aut ducem eſſe aiunt. Sed Argentinæ alius etiam piſcis, nempe Perca fluuiatilis minor (non ætate minor, ſed ſpecies peculiaris) Goldfiſch appellatur. Hactenus Geſnerus.

# DE MVGILIBVS. Cap. VI.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Nomenclaturæ varietas.*

NOmenclaturarum diuerſitas obſcuram quidē reddidit Thunnorum Pelamydumque hiſtoriam. Eadem pœnè varietate hic obruimur. Apud Ariſtotel. leguntur κίσριὸς, χελών (in quibuſdam codicibus perperam χαλλών) σάργος, μύξων, κέφαλος. Apud Athenæum ex Hiceſio, λιυκίσκος, κέφαλος, κίσριὸς, χελών, βάκχος, μυξίνος: ex Dorione in libro de piſcibus, κέφαλος, τῆξις, κεφαλίνος, βλιψίας, ex Eutydemo σφυρὶὸς, δάκτυλιος. ex Polemone πλῶτες. Κίσριὸς apud [a] Ariſtotelem modò nomen generis,

*Ceſtreus.*
[a] *Lib. 5. Hiſt. cap. 11.*

modo in hoc genere ſpeciē denotat: id quod vel inde clarū eſt, quòd cùm Ceſtreū hyeme párere dixiſſet, mox paucissimis interpoſitis: *ex Ceſtreis* (inquit) *menſe Decembri concipiunt* χελῶνες, καὶ ὁ σάργος, καὶ ὁ μύξων καλούμενος, καὶ ὁ κέφαλος, *gerunt q; diebus tricenis*. Niſi enim priori loco ſpeciei nomen eſſet, truſtra hic repetereturr. Fallitur enim Saluianus qui Ceſtreum Ariſtoteli generis tantùm nomen

[b] *Li. 8. Hiſt. 2.*

eſse profitetur. Aliàs [b] enim idem philoſophus clariſſimis verbis pro ſpecie accipit, inquiens: *Mutuò ſe* F *vorant* (piſces) πλὴν κίσρίος (*præter Ceſtreum*) *maximè verò Congri* (ſubaudi le deuorant,) *Cephalus verò & Ceſtreus omninò à carne abſtinent*. Rectè autem hoc piſcium genus Ceſtreus dictum eſt

*Etymum.*

παρὰ τὸ κίσρου, quod erant genus teli Perſico bello inuentum, Suidæ κίσρος, Heſychio κίσρα, Latinis verriculum, quod piſce iſto teli modo in anum immiſso publicè apud Athenienſes pœnas luerent adulteri, cuius inter alios meminit [c] Iuuenalis —*Necat hic ferro, ſecat ille ernentis*

[c] *Satyr. 10.*

*Verberibus, quoſdam machos & Mugilis intrat.* Meminit & Catullus ad Aurelium:

*Ah tum te miſerum, malig; fati,* *Quem attractis pedibus patente porta*
*Percurrent raphanig; Mugilesq;*

*Mugil. Mugilis.*

Vide item in Scorpione. Theodorus itaq; Ceſtrea rectè Mugilem reddidit, licet Mugilis ſiue (vt Ouidius & Plinius habent) Mugil ex eo nomen habeat iuxta Iſidorum, quòd ſit multùm agilis. Caue

*Ceſtra.*

autem ne Ceſtreum Ceſtræ eundem putes, nam hæc Sudis eſt ſiue Sphyræna, vt ſuo loco oſtendimus. Dorion quidem etiam Ceſtrea nomen generis facit, cæterùm longè aliter diſtinguit, in marinum ſcilicet & fluuiatilem: marinum rurſus in Cephalum & Neſtin. E contrario Hiceſio Ceſtreus

*Leuciſcus.*

ſpecies eſt, Leuciſcus verò genus. Ait enim Leuciſcorum plura eſse genera, quoſdam namq; appellari Ceſtreos, quoſdam Cephalos, quoſdam Chelones, alios Myxinos. Rectè etiam λιυκίσκοι dicen- G

*Alburnus. Albulus. Glauciſcus.*

tur quaſi Alburni, ſiue vt Natalis vertit, Albuli, ab albo colore, quod teſtatur Euſtathius inquiens: *Et quoniam Myxini Leuciſcorum, qui ab albo colore denominantur, ſpecies ſunt; veriſimile eſt ipſorum quoque nomen à muco lacteo, vt Oppianus appellat, eſſe factum*, παρὰ τὴν γλαγόεσσαν μύξαν. Non defuere qui Mugiles etiam γλαυκίσκους dixerunt, ſed perperam (inquit Rondeletius) cùm λιυκίσκους dicere oportuit: & Iſaacus Caſaubonus citato hoc Hiceſij loco, in ſimili (inquit) loco libro quinto (apud Athenæum nempe) Glauciſci nominantur: nam ait: γλαυκίσκοι, κέφαλοι, κίσρεῖς, μύξινοι, χελῶνες, ὅμοιοι εἰσι κατὰ τὴν προσφοράν. ſed vera lectio tum hîc, tum ibi eſt λιυκίσκος, quod ex Euſtathio citante & explicante hunc locum intelligitur. χρῆσις (inquit hic) μυξίνης καὶ ἐν τῷ λιυκίσκων πλείονα εἴδη, κέφα-

[d] *L. 3. Aſſu. Cephalus.*

λοι, κίσρεῖς, μύξινοι, χελῶνες, οἱ καὶ βάκχοι. Rurſus [d] Galeno λιυκίσκος, piſcis eſt fluuiatilis: κέφαλος verò generis nomē, ſed omneſné ſpecies Mugilis comprehendens, quas recēſuimus, dubitari poteſt:

[e] *L. 1. de nat. deor.*

Si enim κέφαλοι vocentur à capite proportione maiuſculo, vt doctiores volūt, quomodo & capito [e] Ci-

[f] *In Perſa.*

cerōni de homine dicitur, qui magnum caput habet, & duri capitones [f] Plauto, qui nunquam de ſententia ſua immutantur; apparet non omnes ſpecies agnouiſse, quandoquidem caput haud omnibus magnum eſt. Cephalus enim teſte Rondeletio capite maiore eſt, quàm Labeo, at quàm reliqui alij Mugiles breuiore: vnde Eutydemus apud Athenæū dictum ait παρὰ τὸ βαρύτερον τὴν κέφαλὴν ἔχειν. H

*Cephalus vnde dictus.*

nisi ſuſpicemur cum Perotto Cephalum ab eo Græcis nominatum quòd cùm caput in metu occultauit, totum ſe latere putet; Plinius namq; id Mugilibus vniuerſaliter tribuit, inquiēs: [g] *Mugilum natura videtur, in metu capite abſcondito, totos ſe occultari credentium*. Ego reuera in menſa inſpectis ſæpe Capitonum capitibus, neutiquam tantam in ijs potui aduertere magnitudinem, vt inde nomen habere, mihi perſuadere potuerim. Fieri autem poteſt, quod Galenus Ariſtot. ſit ſecutus, cui κέφαλος (Gaza

[g] *lib. 9. c. 17.*

*Capito.*

Capitonem reddidit, vt & Galeni interpres) aliquando peculiaris & vnica ſpecies eſt Mugilum, vt

[h] *li. 8. Hiſ. c. 2.*

[h] cùm inquit, ὁ δὲ κέφαλος, καὶ ὁ κίσρὶὸς ὅλος μόνοι ὐ σαρκοφαγοῦσι, id eſt, *Capito & Mugilis ſolis carne omnino abſtinent:* aliquando duas ſub ſe ſpecies complectitur, vt ibidem paucis interiectis; vbi contextus orationis malè diſtinctus, à Geſnero reſtitutus ſic legi debet. Εσί δὲ, ὁ μὲν κέφαλος, ὃν καλοῦσί τινες χελῶνα, πρόσγαιος: ὁ δὲ, πιραίας. ὐ βόσκεται δὲ ὁ πιράιας, ἢ μύξαν τὴν ἀφ' αὑτῦ. διὸ καὶ νήσίς ἐσι ἀκ. οἱ δὲ

χελώνης

A χιλὼν ις (in omnib. codicibus κίφαλος, & ſic quoq; Gaza) νόμωνται γὰρ ἰλύν: hoc eſt, *Cephalus ſiue Capito quẽ aliqui Chelonẽ* (Gaza Labeonẽ vertit) *vocãt. Litoralis eſt, ſiue litorib. gaudens, alter generis eſt, trãslitoranus eſt, hoc eſt, ſẽper iuxta litorib. degit, qui nõ niſi muco veſcitur, ſuo quẽadmodũ ſe mp ipſe ieiunus eſt. Labones paſcũtur limo.* Quæ lectio ab Athen. cõfirmat, hũc philoſophi locũ hic repetẽtes, etſi & apud hũc quoq; mihi quędã ſint ſuſpecta: Εσὶ δὲ ὁ μὲν τις κίφαλος, ὁ δὲ χιλὼν, ὁ δὲ φιραῖος, καὶ ὁ μὲν χιλὼν πρὸς τῇ γῇ νέμεται. ὁ δὲ φιραῖος ἰλύν. καὶ τροφῇ χρῆται, ὁ μὲν φιραῖος τῇ ἀπὸ ἀυτῆ γιγνομένῃ ἰλύϊ, id eſt, vt Natalis vertit. *Eſt autẽ alius Cephalus, alius Labeo, alius trãslitoranus: ac Labeo paſcitur quidẽ litorã, ſed trãslitoranus cibo nõ vtitur, præter ſibi innatã mucorẽ: Labeo verò & cœno veſcitur & arena.* Vertit Dalechãpius. *Ceſtreorũ autem ſpecies eſſe* (ſubaudi, dicit Ariſtot.) *Perœan, Cephalũ, Chelonem, qui prope terram paſcantur arena & limo, & Myxonem, qui alio cibo non alatur, quàm muco eum abſtinente.* Athenæus tamen Myxonem hic non nominat, eundemque à peræa ſiue tranſlitorano diuerſum eſſe mox oſtendetur. Si quis itaque apud Dorionem marinos Mugiles in Cephalos & νῆστις, id eſt, ieiunos diuidentem, cæteros Mugiles præter vtrumque Cephali genus ex Ariſtot. ſic ac Athenæo iam memoratum, νῆστις vocari velit, ego ipſi non reclamauerim. Certum tamen eſt & Cephalos neſtes dici poſſe, eſt enim νῆστις epithetum omnibus Mugilibus commune, quanquam vulgaris paræmia *Neſtes qui Dorioni.*

B κεστρεὺς νηστεύει, id eſt, *Ceſtreus ſiue Mugil ieiunat*, Ceſtreum peculiariter ſic cognominari innuat; item hoc Philemonis apud Athenæum: ἠγόρασα νῆστιν κεστρέ' ὀπτὸν ἓν μέγαν, id eſt, *Mercatus ſum Ceſtre vnum neſtin aßum, non magnum.* Equidem hæc paræmia Rondeletio impoſuit, vt Neſtin & Ceſtreum ſynonyma eſſe crederet, cùm alioqui ipſe tam ex Cephali quàm ex Mugilis proprièdicti ventriculi conſtitutione, omnes ieiunos ſemper eſſe profiteatur, vt mox apparebit, vbi de ventriculo agemus, item vbi de moribus: fateturque Rondeletius ieiuni epitheton non ſolùm Ceſtreo, ſed & reliquis Mugilibus conuenire: omnes enim (inquit) carne abſtinent. Quod ſi tamen νῆστις peculiaris ſpecies eſt in hoc genere, hæc ea fuerit, quæ Ariſtoteli περαῖας cognominatur; ſin cui hoc non placet, quoniam Archippus apud Athenæum Neſtin à Cephalis diſtinguit in Hercule vxorem ducente inquiens; νῆστις, κεστρίας, κίφαλος: huic reſponſum volo Archippo Cephalum eſſe eundem cum eo qui Ariſtoteli modò ſimpliciter ſic vocatur, modò Chelon ſiue Labeo. Saluianus videns Neſtin Dorioni Ceſtrei ſpeciẽ eſſe, multis id veterũ Comicorũ authoritatib. ex Athen. cõfirmari poſſe arbitratur, in quib. tũ neſtis epitheton eſt, nõ nomen ſpeciei, vt demceps patefiet. Eodẽ modo περαῖας (in quibuſdã codicib. legitur περαῖος, quã lectionẽ probat Saluian. Geſner. improbat, & meritò cũ ſit περαῖος ſimpliciter trans locũ aliquẽ ſitus, περαῖας verò qui nõ ſemel aut rarò, aut aliquoties ſed ſemper, vel vt plurimùm in eo loco ſit; apud Athenæum hunc Ariſtotelis locum repetentem, φιραῖος legitur, ſed perperam, ſpeciei nomẽ nõ eſt, ſed ſpeciẽ alterã denotãs epitheton: Dixi ſpeciẽ Cephali alterã denotare quæ muco ſuo viuit, ideoq; ſemper ſtomacho eſſe ieiuno: cæterùm quæ ex memoratis Mugilũ ex Ariſtotele ſpeciebus ea ſit, haud facilè eſt iudicatu. Rondeletius primùm cum Ceſtreo & Neſti eandem facit, mox verò, quod ſi quis (inquit) cum Myxino eundem eſſe velit, non repugno, præſertim cùm dicat Arist. muco tantùm ſuo veſci: & rurſus in capite de Myxino idẽ ſentit. Idem ſentit & Saluianus. Geſn. verò rem diligenter ponderans, an idẽ ſit Myxinus cum peræa dubitari quidẽ poſſe ait; quod ſi idem eſt (inquit) cùm à muco denominetur, quo peræas alitur, duæ Cephali ſpecies ſolæ fuerint, Cephalus ipſe ſcilicet tranſlitoranus idemq; Myxinus, & litoralis Chelon: ſed magis placet diuerſos eſſe Myxinũ & Peræam myxa victitantẽ: nam & Hiceſius diſtinguit, Leuciſcorum quatuor ſpecies ſtatuens, Cephalũ, Ceſtreum, Myxinũ & Chelonẽ, & [i] Ariſtot. ipſe. Obſeruandũ verò Ariſtotelẽ præter recitatas ex Hiceſio ſpecies etiã Sargum memorare. Sed idem Rondel. dubitat, ſitne peculiaris Mugilũ ſpecies, & ſi eſt, ieiuno (Ceſtreum intelligit) eundẽ eſſe iudicat, quoniã Arist. (vt putat) quo loco Sargũ nominat, ieiunũ præterit, quod falſum eſt, nã primò tradit, Ceſtreũ hyeme parere, mox de σκιρίων partu loquitur, & inter eos Sargũ nominat. Theodorus ne cũ Sargo ſui generis piſce implicaret, cautè Sargonẽ reddidit. Rondel. verò pro σάργες, σαργῖνος legendum eſſe cenſet, quoniã [k] Arist. in enumeratione piſciũ gregalium σαργίνων memoret cũ Myxone, quãquã & hîc corruptè legatur μύκωνες pro Myxones, quã tũ vulgarẽ lectionẽ Gaza ſecutus Papaueres cõuertit; & pro Sarginis Sardinicos. Quod ſi verò pro σάργες cũ Rondel. legamus σαργῖνος, Athenæi locus, in quo Ariſtot. citat ẽt reſtituendus erit, apud quẽ quoq; σάργες legitur, quare iudiciũ meũ hic cohibeo, expectaturus quid ſentiãt alij. Chelon. id eſt, Labeoni Hiceſius ſynonymũ facit Bacchũ, his verbis, καταδιέγραφε δὲ πάντων οἱ χελῶνες, οἱ λεγόμενοι βάκχοι. Quẽ locũ Saluian. mẽdoſũ eſſe cẽſet, legendũq; βάγχοι, propterea qd inter Aſelli (inquit) ſpecies à Plin. Dorione, atq; ab Eutyd. Bacchus dinumeratur, & nõ inter Mugiles: Bãchus verò [l] Plinio inter Mugiles recẽſetur: verũtamẽ prior lectio tanquã genuina cõfirmatur ab Euſtat. hũc Hiceſij locũ repetẽte, atq; explicãte, λευίσκων πλείονα γένη, κίφαλοι, κεστρεῖς, μύξινοι, χίλωνες, οἱ καὶ βάκχοι. Rondel. cũ Plin. authoritate dicẽtis, *Bãchi quẽ quidã Myxonẽ vocãt*, ad Myxonẽ id nomẽ trãſtuliſſet, ſic fortaſſis dicẽdũ cõijciẽs, quia caput quodãmodo rubeſcit circa labia & brãchiorũ opercula, ſolemuſq; Bacchos ebrios vocare, vel qa natãdo huc illuc q; temerè ferũtur ebriorũ more; mox Ceſtreũ ſic vocari aſſerit. Pli-

*Perœan.*

*Chelon ſiue Labeo.*

*Bacchus.*

[i] *L. 5. Hiſt. cap. 11.*

*Sargus.*

*Sargo.*

[k] *L. 9. Hiſt. cap. 2.*

[l] *L. 32. c. 7.*

nius quidem præcitato loco de felle piſcium agens, id ſcribit, ſed Plinij locum Geſnero ſuſpectus eſt; & fuit Hermolao quoque, cuius hæc ſunt verba: Eſt & Aſellus marinus quandoq; Banchos appellatus [m] Plinio, propterea additum hîc putarim *quem quidam Myxona vocant.* Plinium quidem pleraq; ſua à Græcis tranſtuliſſe conſtat, hunc præcipuè locum, vſitata enim Græcis nomina ſunt Banchus (vel Bacchus potius) & Myxon: ſed cùm neque Banchus per.n. apud eos legatur, neq; Bacchum elle Myxonem, ſed Chelonem (vtrumq; Mugilũ generis) memoria ipſum lapſum, vel alter locũ vitiatũ ſuſpicabimur; præſertim cùm hoc paſſim frequẽtiſſimũ Plinio ſit, in ijs maximè quæ a Græcis tranſtert. Idem Rondel. etſi in capite de Mugilib. in genere dixiſſet Chelones quoq; Bacchos dici Hiceſio teſte, mox tamen in capite de Chelone, Bacchũ Hiceſio quintã quandã ſpeciem eſſe inſinuat, nã cùm in his Hiceſij verbis; *καλοῦσι δὲ πάντων οἱ χελῶνες, οἱ λεγόμενοι βάχοι, εὔχυλοι δ' εἰσὶ καὶ εὐσαρκέστατοι καὶ πολύτροφοι, καὶ εὐκρίτοι*, hoc eſt: *omnium infimi* (bonitate) *ſunt Chelones quos & Bacchos vocant, boni ſucci ſunt, & non multùm nutriunt, & facilè excernuntur*, non ſit ſenſus (ſi enim deterrimi omnium ſunt Chelones, boni ſucci eſſe &c. non poſſunt,) à Chelonibus Bacchos puncto diſtinguit, hiſque priuatim ſucci bonitatem conuenire arbitratur: non aduertens locum illum Hiceſij in vulgaribus exemplaribus malè diſtinctum legi, id quod optimè aduertit Dalechampius, qui eum ſic tranſtulit: *Chelones verò, quos & Bacchos vocant omnibus deteriores.* (ſubaudi ſcribit Hiceſius,) *Leuiſſimos omnes parum alere, ſuccum bonum gignere, excerni facilè.* Quam lectionem approbat etiam Caſaubonus. Rondeletius itaque Bacchos piſces in eodem capite, quatuor facit, vnum Aſellorum generis; tres Mugilum, Chelonem nempe, Myxinum & Ceſtreum, ac tandem in capite de Chelone, tanquam ſpeciem ab omnibus diuerſam, ab omnibus ſecludit, & tanquam quintã aliquam ſpeciem ſtatuit. *Σφηνὶς* (Saluianus cuneatam, Geſnerus cuncalem vertit,) inter Mugiles à ſolo memoratur Eutydemo in libro de Salſamentis citante Athenæo; item *δακτυλὶς: σφηνίας* Inquiẽs vocari *ὅτι λαγαρὰ καὶ τετράγωνα*: vertit Natalis, quia vacui ſunt & quadrati: Dalechampius verò, quoniam graciles, anguſti, adductoque ventre ſunt (Veſparum inſtar) & quadrati; vel vt alij (addit in margine) inſtar cuneorum craſſiorum ſuprà, infrà graciliũ & quadratorum. Non defuerũt (inquit Caſaubonus) qui ſcriberent *σφηκίας*, vt à *σφὴξ* (id eſt Veſpa) denominati ſint hi piſces, non à *σφὴν* (id eſt, cuneus.) Et profecto vel ita ſcribendũ (inquit) vel idem ſignificatur vocibus *σφηνὶς* ac *σφηκώδης*, nam vt *λαγαρὰ* hæc dicuntur piſces *σφηνίας*, ſic verſus quem vulgò Grammatici *λαγαρὸν* nominant, etiam *σφηκώδη* nancupant ijdem: *τὸν σφιγγόμενον, ἀπ' ἐναντίας τῷ προκοιλίῳ*, qui eſt ſubſtrictus, & quaſi coactus in anguſtius ſpatium legitimo; ſic homines *σφηκώδεις* & *λαγαροὺς*, qui concinna & expedita figura ſunt corporis, non obeſi, non ventriones. Comici interpres *τοὺς λαγαροὺς τοῖς σώμασιν ἀνθρώπους καὶ μὴ προκοιλίους, σφηκώδεις, ἰσχνούς*. Opponuntur *προκοίλιος* & *λαγαρὸς*, vt obeſus & gracilis. An verò & Mugiles Sphenci *λαγαρὰ* hîc ſimili de cauſa dicantur, vt homines, autopſia ſola planum fecerit. Saluianus *λαγαρὸς* cum Natali exponens vacuus, iudicat Spheneum eundem eſſe Myxino, quem & neſtin facit: Geſnerus verò cum doctioribus gracilem reddens; ad corporis figuram refert, quandoquidem cuneus qua parte craſſior eſt, quadratus & quandrangulus potius apparet: in alteram verò partem gracileſcit & attenuatur. Pro *δακτυλὶς* aliàs legitur *διδακτυλὶς*, quæ lectio probatur Saluiano, argumento vt apparet, quòd Eutydemus præcitato libro ſic vocari ſcribit, quòd latitudinem duobus digitis minorem habeat: ſic enim Athenæus: *τὰ μὲν τῶν διδακτυλίων τὸ πλάτος ἴσχει ἐλάσσον τῶν δυεῖν δακτυλιῶν*. Caſaubonus verò legit cum Epitome Athenæi *δακτυλιῶν*, non *διδακτυλιῶν*. Nam ita (inquit) modò præceſſit. Sed quid ſi cũ Geſnero legamus, *τὰς δὲ δακτυλίας διὰ τὸ πλάτος ἴσχειν* &c. Significantior enim ſenſus fuerit. Ipſe autem *δακτυλιῶν* né an *διδακτυλιῶν* ſit legendum, ſubticet. Natalis legit *δακτυλιαῖς*. Reuera ſi latitudo duos digitos non excedit, non video cur bidigitalis aut *διδακτυλιαῖος* dici debeat. Idem Saluianus diuerſam aliquam Mugilum ſpeciem hoc nomine intelligi ab Eutydemo non putat, ſed minorem aliquem in eodem genere, cui facilè hac in re ſubſcribo, nec alij fortè fuerint, quos Padi accolæ & Comachienſes potiſſimùm Caniſtrellos vocant, quòd in caniſtris venales ferri ſoleant. Scribit Bellonius in ſuis obſeruationibus ab eodem Eutydemo nominari inter Mugiles Gelarios, quos eos eſſe conijcit, qui nunc Cyllari vocantur: circa lacum Conium vel Piſcium, qui à Siderocaſia dimidij diei itinere abeſt, à Theſſalonica biduo, in forum afferuntur, capti ad oſtium ſparui cuiuſdam fluuij: ſunt autem (inquit) exigui Mugiles, ab incolis Proponticis Cephalopola nominantur. Sed nec Eutydemus, nec veterum alius Gelarios inter Mugiles recenſet, ſed Gelarias qui & Galariæ & Callariæ vocantur, inter Aſellos. Dorion cùm Mugiles marinos diuidiſſet in Cephalos & Neſteis, addit à Cephalo differre Cephalinum, hunc que a quibuſdam Blepſiam nuncupari. Scribit Rondeletius, poſtquam diu ipſum hæc torſiſſet ſententia, neque de hiſce nominibus certi quicquam expiſcari potuiſſet, ſibi tandem in mentem ueniſſe, *βλεψίαν* ibi mendosè legi, cùm nuſquam aliàs hoc uocabulum pro piſce reperias, neq; ulla ratione ab aſpectu Mugilem ullum *βλεψίαν* poſſis appellare. Quare Myxinũ dici *κεφαλῖνον* credit, quòd Cephalo capitis magnitudine ferè ſimilis ſit, eoque minus acuto quàm Ceſtreus, & pro *βλεψίαν* legendum *βλεννὸν* uel

*βλεν-*

[m] *L. 32. c. 7.*

*Sphenens.*

*Dactylens.*

*Caniſtrelli.*

*Gelary.*

*Cephalopola*

*Cephalinus Blepſias.*

A βλιτώδη, id eſt, inertem vel mucoſum: idem enim (inquit) ſignificat βλίττα, quod μύξα, vt ſcribit [a] Galenus. Quod iudicium mihi non diſplicet, vt ſcilicet Cephalinus ſit ex ſpeciebus Neſtium. Poſtremo Polemon in libro de fluminibus Siciliæ ſcribit Ceſtreos a quibuſdam πλωτὰς appellari, eoſdemque ibidem (apud Athenæum) Epicharmus in Muſis ſic nominat: *Aeolia, Plotes, Cynogloſſique aderant & Vmbra.* Nos de hac voce egimus in Murænis, quæ inde Plotæ vocantur, quòd aquis innatent, quaſi nauigabiles, vt Maſſarius exponit. Atque hæc de varijs, quæ reperi nomenclaturis: Nunc ad quot ſpecies reduci poſſint, & quomodo inuicem differant, & nunquid omnes adhuc notæ ſint, examinandum.

[a] *Lib. 8. de vſu part. c. 6. Plotæ.*

# SPECIES QVOT. QVIBVSQVE DIFFERANT ET CONVENIANT.

B EX iis quæ hactenus dicta ſunt, ſatis clarum eſſe reor, maiorem vocabulorum hactenus declaratorum partem epitheta eſſe, ſpecieſque Ceſtreorum ſiue Mugilum longè pauciores quam apparebat, non tamen quatuor tantùm, vt Rondeletius arbitratus eſt: Quatuor quidem namque ſunt Leuciſci ab Heſichio memorati, Ceſtreos verò Ariſtoteles quinq; recenſet; Ceſtreum propriè dictum, Cephalum cognomento Chelonem ſiue Labeonem, Cephalum perœam ſiue tranſlitoranum, Sargum ſiue Sargonem, & Myxonem ſiue Muconem. Vt autem inuicem tam corporis quibuſdam notis, quàm moribus & loco differunt; ita etiam quibuſdam conueniunt. Caput nonnullis magnum & depreſſum, roſtrum verò breue ac retuſum: hoc Capitones vocant recentiores & veterum Cephalos arbitrantur: alijs minus eſt & rotundius, roſtrumque magis extentum & acutius, vt ei qui Chelon ſiue Labeo appellatur. Os omnibus paruum, rotundiuſculum & edentulum: quare cum Athenæus ex Ariſtotele Mugili ſerratos dentes tribuit, negandi vocula à deſiderari videtur, cùm id nullibi apud Ariſtotelem ſit reperire. Marcellus in capite Mugilum & Mullorum ſpinam cani ſimilem inueniri tradens, lapidem puto, intelligit, de quo mox. Squamis quidem omnes teguntur, cæterùm æquè magnis ex autopſia diſcendum. Inuenio apud Scholiaſtem Ariſtophanis in Veſpis: *Ceſtreus eſt, qui dicitur Cephalus* (Ceſtreum cum Cephalo confundit) *magnis & craſſis ſquamis præditus, quæ pro numiſmate aliquem fallere poſſent:* quo loco Philocleon conqueritur de Lyſiſtrato, quòd cùm drachmam cum eo diuideret, pro tribus obolis dederit ei τρεῖς λεπίδας (pro λεπίδας, vt Scholiaſtes legit,) κιτρίνω: quos ipſe obolos eſſe putans in os (ſeruandi gratia vt quidam, inquit, facere ſolent) receperit, mox autem odore offenſus expuerit. Pinnas vtrimque binas habent, illis exceptis, quos lacus Sipharum gignit, quibus teſte [a] Ariſtotele, vna tantùm vtrimque eſt. Caret hoc Mugilum genus pinnis ſupinis, vt aliàs idem [b] Philoſophus tradit. Meminit eorumdem & in libro de communi animalium inceſſu, vbi quo pacto natent, docet. Quærit Vuottonus ſintne hi Mugiles ex genere Anguillarum? Sed quid attinebat Mugiles vocare, ſi ex Anguillis ſunt? Præter binas illas pinnas, quæ vtrimque conſiſtunt, vnam habent ab ano; in dorſo duas, quarum altera aculeata eſt, altera aculeis caret, ad caudam ſpectans. Omnes à branchijs lineas aliquot ſubobſcuras ad caudam deductas habere videntur, etſi haud æquè in omnibus ſint conſpicuæ. Dorſo ſunt ſubnigro: ventre verò candido. Ventriculus teſte [c] Ariſtotele carnoſus eſt: cui parte altera plures appendices exeunt: altera vna tantùm, vt idem [d] ait. Rondeletius longè alium eſſe ſcribit quàm in carniuoris piſcibus, denſum nempe & carnoſum inſtar ventriculi auium, foris planum, intus rugoſum, figura verticilli vitrei, quod mulieres fuſis appendunt. Inteſtina quoque craſſa ſunt, pinguiaque & in gyros acta: in quibus ſplen latet, vt idē obſeruauit; & ſub pinna locum aëre plenum reperit. Hepar pallet; paruum, & tanquam manu ventriculum amplectens. Fel ruſum ſiue flauum, aqueæ conſiſtentiæ. Ceſtreo eiuſdem Rondel. hepar ex albo rubeſcit: caro mollior, laxior, minus candida, miuuſq; pinguis quàm Cephalo. additq; gulam habere; ventriculū in longam appendicē in deſinere, ſemper inanem eſſe, vti & inteſtina: Lapides habere in capite, idque ex Dorione proferre Athenæum: τὸν δὲ κατὰ τὰς κεφαλὰς τῶν κιτρίνων ἰχθύων, σπόνδυλον ὀνομάζει. Qui locus, vt intelligatur, ſciendū (inquit) echinum hic pro lapillo echinata ſpecie accipi, id eſt aſpero: quemadmodū etiam echinus præter alia ſignificata, partem fræni ſignificat, orbiculum ſcilicet echinatum, quo coërceatur equus contumax. Huiuſmodi lapidem σφόνδυλον appellat Dorion à ſimilitudine verticilli, quo mulieres fuſos aggrauant: id enim eſt Græcis σφόνδυλος vel σπόνδυλος, nam vtrumq; dicitur. Inde etiā partes ſpinæ dorſi σπόνδυλοι nominantur. Sed & calculus æneus quo ſuffragia ſua Athenis iudices dabant, ſpondyli vocabantur, vt eſt apud Iulium Pollucem. Lineæ quæ à branchijs ad caudam ducuntur, Cephalo breuiores ſunt, qui verò Chelon ſiue Labeo ipſi vocatur, lineas nigricantes à branchijs ad caudam æqualibus ſpacijs diſtantes protenſas habet, vnde Vergadelle à quibuſdā vocatur. Labra habet craſſa, ſpiſſa, prominentia, vnde χειλῶνος, ideſt, Labeonis no-

*Plotes quā quatuor ſpecies eſſe.*

*Caput.*

*Os.*

*Spinæ in capite quid.*

*Squama.*

[a] *Lib. 6 hiſt. cap. 13.*

[b] *Lib. 4. Part. c. 13.*

*Pinnæ.*

*Color.*

[c] *Lib. 3 Part. cap. 14.*

[d] *L. 2. hiſt. cap. 17.*

*Partes interanea.*

*Echinus in capite quid.*

*Lineæ.*

*Labra.*

*An in mari omnes gignãtur. e L. 8. Hiſt.*

*f Lib. 15 Geogr. Piſces qui Nilũ è mari ſubeunt.*

*Imber mugilib° noxius. g Lib 8. Hiſt. cap. 19.*

nis nomen. Capite eſt paulo minore quàm Cephalus, oculis prominentioribus, ſine pellicula illa concreta, quam veluti palpebram habet Capito. Omnes quidem marini piſces ſunt, ſed an omnes ex mari fluuios ſtagnaq; ſubeant, & in his quoque naſcantur, vt Galenus ait, dubitari poteſt. nam e Ariſtoteles, Capitonum alium litoralem facit, translitoranum alium, inſinuans in alto tantùm inari degere. Diſtinguit enim vtrumque ratione pabuli, hunc inquiens non niſi proprio veſci muco, illum verò cœno, & (vt Athenæus addit) arena, nec fortaſſis obſtiterit Galenus eam Cephalorum naturam eſſe ſcribens, vt à mari longiſſimè diſcedentes, aduerſo flumine natent: fieri enim poteſt, quòd hoc in cæteris obſeruarit. Ego eos qui longiùs à mari recedunt, Ceſtreos propriè dictos eſſe conijcio, & de his intelligendũ apud f Strabonem Ariſtobulũ dicentem: *nullum piſcem è mari in Nilum aſcendere præter Mugilem, Aloſam & Delphinũ propter Crocodilos: Delphinos quia præſantiores ſunt: Mugiles quia à Porcis ſecus terram ducuntur ob quandam naturalem conuenientiam, quòd cùm rotundi ſint, & ſpinas ad caput habeant, periculum beluis afferunt.* Rondeletius quoque de Ceſtreo id dici putat: & Oppianus Cephalos & Ceſtreos mare fluuijs vicinum aut ſtagnis amare teſtatur, propter dulcem aquam & collectum illuc cœnum, quo paſcuntur. Quamuis verò aquam dulcem ſummoperè ament; ab imbribus tamen ſummoperè læduntur. id quod oſtendit his verbis g Ariſtoteles: *Capitoni, Mugili, & Myxino* (non Murino, vt vulgò legitur) id eſt, *Mucoſi, imbres nocent, & facilè eos excæcant, ſi modum exceſſerint. Solet autem per hyemem potius Capito ita affici. nam oculi eius albeſcunt, & macilentus* (λιυὸς, Gaza legit λεπτὸς) *per id temporis capitur, atque ad poſtremum malo eodem interit. quod non magis imbrium copia, quàm algore accidere videtur. Iam enim cùm alibi tum in Amplio agro terræ Argiuæ, in vadis* (περὶ τὸ τέναγος) *multi capti ſunt cæci, cùm hyems fuiſſet aſperrima. Multi etiam albos habentes oculos capti ſunt.* Qui in marinis ſtagnis fluminibusvè geniti ſunt, facilè eodem Galeno authore à marinis internoſcuntur: numeroſis enim & paruis ſpinis abundant, non ſecus (inquit) quàm & reliqui ferè omnes in fluminibus & ſtagnis geniti piſces: illi verò huiuſmodi numeroſas ac paruas ſpinas non habeant, ſicuti neq; vllus marinorum eas habet. Verùm cùm & Muræna & Aloſa marini piſces iſtiuſmodi minutis ac numeroſis ſpinis pleni ſint, iſthæc Galeni ſententia ſuſpecta eſt; veriuſq; diſcrimẽ apparebit ex ſapore, nam vt

& ipſe

A & ipſe ibidem ait, præſtantiam Cephali ſtatim indicat guſtus, qui enim præſtantior eſt, & ſuauior ſentitur & acrior, pinguedinisq; expers: at contrà qui pingues ſunt atq; inſipidi, ij tum in guſtu, tum verò ad concoctionem ſunt deteriores, ſtomachoq; aduerſi & malum procreant ſuccum. Non ſolùm ſe mutuò non deuorant, ſed & carne etiam omnino abſtinent, cuius rei argumentum eſſe ait Ariſtoteles, quòd neq; in ventre tale quid habentes vnquam capiantur, neq; eſca in eos ex carne vtimur, ſed μάζῃ, id eſt, vt Theodorus vertit, offa panis. Cibo tamen omnes eodem non vtuntur. Ariſtoteles interprete Theodoro ait Cephalos omnes limo paſci, ideoq; graues & mucoſos eſſe; ſed in contextu omnes non legitur, & Cephali ibi ſunt priuatim Chelones ſiue Labeones, vt antè admonuimus: Ceſtreũ verò alga & fuco, quare cùm Oppianus Mugiles ait alga (μύῳ) & limo veſci, eoſdem (puto) intellexit, nam tranſlitoranus Cephalus & Myxon, ſecundum Ariſtotelem, mucore viuunt ſuo: Attamen omnes carne abſtinere verum eſt, quanquam Maſſarius Mugiles terræ inteſtinis, hamis affixis piſcari; Oppianus alibi non ſimpliciter carne, ſed carne viuente abſtinere Mugilem dicat.

*Cibus.*

*Carne abſtinere.*

*Non guſtare cibum, non hamum tangere prompsus,*
*Percutiant nares, paſcit non corpora viua.*
*In pelagi populis norit qui paſcua, ſolum*
B *Non genus extremum ledit, propriaſq; caternas,*
*Ejectam ſalo cum cæno paſcitur algam.*

*Ni prius aduertat, ſi viuæ carnis odores*
Quamobrem iuſtos antea vocauerat & clementes.
*Ingenio mitem Cephalum, iuſtumq; vocabit.*
*Non mandit carnes, non cædis labe cruentum:*

Et ex eo [h] Aelianus: Capito (inquit,) è piſcium genere eſt, qui in paludibus degunt: continentiſſimus ac in victu temperatiſſimus eſſe creditur. Etenim nullam animantem inuadit, ſed cum omnibus pacem ſeruare ſolet: ſi verò in quempiam iacentem inciderit, hunc in ſuum prandium conuertit; non prius tamen eum attingit, quàm caudam mouerit. tùm ſi immobilis ſit, hunc prædam ſibi facit, ſi verò moueatur, eo intacto diſcedit. Aduerſatur enim ventriculi conſtitutio, in quem, ſi velint, nullus piſcis ingredi poteſt: quare neceſſe eſt omnino, vt vel limum vel mucum vel aquam ſubinde ingerant atq; intrudant, quo refici ſuſtineriq; poſſint, quoniam quæ liquida ſunt, citiùs permeant, nutriuntq; ac velociùs excernuntur: quare frequentiùs cibum ſumere coguntur, qui huiuſmodi veſcuntur cibis, ſicuti & ij qui lubrica ſunt aluo: contrà quę craſſa, denſa & ſolida tardiùs pertranſeunt, hærentq; diutiùs ac firmiùs, atq; diſſipatu difficilius nutrimentum partibus corporis ſuppeditant. Quibus qui veſcuntur, diutiùs famem ferre poſſunt, vt contrà qui liquidis viuunt, quamobrem Ariſtoteles Mugilem omnium piſcium maximè guloſum eſſe tradit & inſatiabilem, adeo vt ventre diſtento graueſcat, & quando ieiunus non eſt, ſit iners, (φαῦλος) Vuottonus & Geſnerus vertunt, vilis, & ſic apud Athenæum, qui hunc philoſophi locum citat, vertit Dalechampius. Mihi Gazæ & Rondeletij verſio probatur, quoniam de moribus eum locum Athenæus exponere videtur. Eleganter apud eundem Athenæum Antiphanes in Lampone eandem horum piſcium helluationem ac inſatiabilitatẽ innuit, inquiens famelici militis exemplo: *Alij quos habes milites, Ceſtirei Neſties, ſunt,* id eſt, famelici, malè paſti, malè curati: item Alexis in Phryge: *Ego verò Ceſtreus neſtis domum recurro.* Aneipſias in Cottabo ludentibus: A. *Rem conſpicatus, id facere conabor, vt in foro quicquam nihil ſit negocij R. Minus ergò: veluti Ceſtreus, Neſtis, me ſequeris.* Euphron: *Midas ſanè Ceſtreus neſtis eſt? ieiunus obambulat.* Ariſtophanes in Gerytade: *Intus ne hominum Ceſtreorum Colonia eſt? Neſtias quidem eſſe à quouis cognoſcitur.* Anaxandrides in Vlyſſe: *Sæpius incenatus ſpatiatur, Ceſtrinus ille Neſtis eſt.* Eubulus in Nauſicaa: *Quartum iam diem in aqua mergitur, Miſelliq; Neſtios Ceſtrei vitam agit,* Heſperius vnus è Cynicis, inquit; *Ieiunium, ò amici viri, nos quoq; ne celeberemus, quod ſit medio Theſmophoriorum die: Ceſtreorum more profectò nunc ieiuno: nam vt ait Diphilus in Lemnijs: Hi cænarunt, ego verò miſer extremum ob ieiuniũ Ceſtreus fuero.* Oppiano itaq; ὁ λίχνος, id eſt, minimè guloſi dicentur contraria ratione. Quemadmodum verò guloſos inſatiabileſq; hos piſces efficit cibus liquidus frequentiſſimè ingeſtus, vt mucus vel aqua, ita etiam ſalaces (vt opinor) reddit, ob flatuum quos is cibus gignit, copiam. Quantoperè autem ſalaces ſint, habemus partim apud [i] Plinium & Ariſtotelem, partim apud Oppianum: *Mugilibus* (inquiunt illi) *tanta ſalacitas, vt in Phenice & in Narbonenſi prouincia coitus tempore è vinarijs marem linea longinqua per os ad branchias religata emiſſum in mare, eodemq; linea retractum fœmina ſequantur ad litus, rurſuſq; fœminam mares partus tempore.* hic quomodo hac libidinis velut eſca ad eos capiendos vtuntur piſcatores, edocet. Facit eadem corporis vacuitas ad natatus celeritatem. Eſt enim Mugil teſte Ariſtotele velociſſimus, adeo vt tranſuerſa nauigia ſupernatet, nempe cùm ieiunus eſt, hoc eſt, cùm ventrem nec aqua nec cœno diſtentum habet, tunc enim iners eſt, vt ex eodem diximus: maximè verò cùm aliorum vim timet. vt Plinius ait (Sunt enim naturæ timidi vt Aelianus ſcribit) vbi diſpoſitas ſenſerit piſcatorum inſidias, vt modò dicetur. Retia etiam cùm laſciuiunt, ſuperuolant, vt veluti ſagittæ arcu emiſſæ videantur, vnde Mugiles Grammatici quaſi multum agiles dictos volunt. Scit verò etiam in eſca hamum eſſe, inſidiaſq; non ignorat; auiditas tamen tanta eſt, inquit Plinius, vt cauda verberando excutiant cibos. Idem quoque legitur apud [k] Plutarchum, ſed diligentiùs enarratur. Hamis (inquit) σφογγυλοῖς (Gillius vertit anguſtis, Grynæus Plutarchi interpres curuis, Geſnerus rotundis) ad Mugiles

[h] *Lib. 1. c. 3.*

*Famem diutius qui tolerent.*

*Guloſum eſſe.*

[i] *Lib. 9. c. 17.*

*Salacitas.*

*Celeritas.*

*Ingenium.*

[k] *Lib. vtra animal.*

Amiaſq; vtuntur ideo, quoniam os illis angustius est, tum quia rectos vitant. Quanquam curuos Mugil ſuſpectos habens circumnatat diu, cauda ab omni prius parte percellens eſcam, ac tantùm quòd reuulſit glutiens. Quod quidem niſi ſucceſſit, ore in anguſtum collecto contractoq; ſummis tantùm labris ac vellicatim ſtringit eſcas. Meminit & Ouidius: E

*At mugil cauda pendentem uerberat eſcam Excuſſamq; legit.*

Irretitus non ſe inſidijs circumuallatum eſſe ignorat, quare, Oppiano authore, in ſublime effertur, & nititur retia tranſilire, neq; à prudenti conſilio aberrat. nam ſæpe retium excelſitatem traijciens, ex mortifero periculo euadit. Iſidorus ſcribit, vbi ſenſerit inſidias, confeſtim retrorſum redire, atq; ita rete tranſilire, vt volare piſcem videas. Quòd ſi verò primi ſaltus aberratione, in rete rurſus dilabatur, non tentat poſtea amplius (inquit Oppianus) tranſilire, ſed anxius quieſcit, & proſtratus à prædone eadem expectat. Apparet itaq; ex verſipelle ſtupidum reddi. Eſtq; in metu ita ſtupidus, vt cùm caput celarit, totum ſe latere credat, quod Plinius & Ariſtoteles teſtantur. *Mugilum natura* (inquit ille) *videtur, in metu capite abſcondito, totos ſe occultari credentium.* Rondeletius hanc naturam priuatim ad Capitonem tranſtulit; additq; ſic animantes omnes quæ multum humidæ, paruũ calidæ, magnoq; capite ſunt, ſtupidos hebeteſq; eſſe, vt de illo dici poſſit: O quale caput, ſed cerebrum non habet. Eſt etiam Mugil ex eorum numerò, qui clariſſimè audiunt teſte Ariſtotele, item eorum qui autumno vigent. Apparet & natura lætum eſſe. Diocles enim apud Athenæum inquit: *In mari ſaltat Ceſtreus præ gaudio,* niſi dicamus præ gaudio ſaltare, cùm rete tranſilijt, periculumq; mortis euaſit. Apud eundem Nymphodorus Syracuſanus Mugiles & Anguillas tantoperè cicures eſſe ſcribit, vt de largientium manu cibum ſumant; & in Arethuſa Chalcidenſi non ſolùm à largientibus cibos, à ſacerdotibus viſcera ſumant, ſed etiam argento auroue ornati ſint. Piſcinarum clauſtra autem pati, author eſt M. Varro, & Columella. Quod ad ortum generationemq; eorum pertinet: ſcribit Ariſtoteles, eſſe qui omnes ſponte oriri opinentur, quorum opinionem refellit, quoniam vnicum tantùm eorum genus ſit, quod non coitu, ſed ex limo arenaue enaſcatur: cæterorum verò fœminæ oua, mares ſemen genitale habeant. Pariunt autem eodem teſte ſemel anno: ſed an eodem omnes tempore, difficulter ex ipſo colligas; aliàs enim Capitonem vere parere tradit vltimum, quoniam nouiſſimè eius fœtus appareat; alias omnes Decembri menſe graueſcere ait, triceniſq; diebus gerere, & in ijs Capitonem quoq; enumerat, aliàs Ceſtreos ait inter primos partũ accelerare, parere hyeme, locis ijs maximè quà flumina exeunt. dum vterũ ferunt, præcipuè grauiter laborare, ideoq; fieri, vt tunc potiſſimùm ruant in terram ac excidant: feriri porrò graui ſtimulo agitatos in terram atq; omnino id temporis motu perpetuo incitari, donec pariant: ſed requieſcere à partu continuò. De pugna eorum cum Lupo, in huius hiſtoria diximus. G

*Stupiditas.*

*Auditus.*

*Li. 4. Hiſt. cap. 8.*

*Hilaritas.*

*Docilitas.*

*Vinaria pati*

*Ortus.*

*Lib. 6. Hi. cap. 15.*

# CAPIENDI RATIO.

*Per fœminã.*

IN Libidinem valdè pronos eſſe dictum eſt. Quomodo autem hac veluti eſca quadam capiantur, docet Oppianus; monens interim piſcatores, formoſa ac bene pinguis vt ſit fœmina captiua, nam ſi macilenta ſit, & deformis, multos ea contempta diſcedere. Capiuntur verò & hamis, vt fuſiùs idem deſcribit, & quomodo eis vitatis eſca potiantur, ex eodem, alijſq; dictum eſt: item quales hami eſſe debeant, ex Plutarcho. qualis verò eſca eſſe debeat, docet Tarentinus, Folij Malabathri orbiculũ vnum, piperis grana decem, melanthij grana tria, ſchœni floris, nonnulli autem interioris partis, pauxillum: conterens omnia miſceto: dein verò medullam panis puriſſimi hemina vna Mareotici vini perfundens, ſicca ſimul excipito, in vnamq: redigens maſſam, diſpergito. Alia elegans; nec aliud quàm abſolutos Mugiles capiens. Recipe Thynni hepatis drachmas quatuor, caridũ marinarum drachmas octo, ſeſami drachmas quatuor, lomẽti fabacei, drachmas octo, anitorũ (ἀνίτων, Cornarius legit ἀμιῶν, id eſt; Amiarum) crudorũ drachmas duas; quæ quidẽ vbi contriueris, ſapã eis inſtillato, conficitoq; paſtillos, atq; ineſcato. Alia: Pudenda arietis in ollam crudã injicito, cooperienſq; ex alia ſic conſtringito, vt nullatenus perſpirare poſſint: imponitoq; in vitreariam fornacem, vt ab aurora vſq; ad veſperam concoquantur. Ac tunc quidem inuenies ipſa inſtar caſei molliſſima: ex quibus tandem piſcibus eſcã parato. Alia: Sepiarum teſtulis cum ſiſymbrio viridi quod eſt bryon, aqua, farina & caſeo bubulo, vtitor dum retibus nauas operam. Sæpenumerò & interdiu dormientes, fuſcina occiduntur, vt Ariſtoteles tradit; cui & fuſanei ſunt hoc eſt ex illis qui retibus capiuntur: & Plutarchus verriculis & plagulis capi ſcribit. Tradunt etiam veteres, Delphinorum opera homines in Mugilum piſcatu vſos fuiſſe, quod inter alios refert Plinius his verbis: *Eſt in Nemarſienſi agro ſtagnum, Latera appellatum, vbi cum homine Delphini ſocietate piſcantur. Innumera vis Mugilum ſtato tempore, anguſtis faucibus ſtagni in mare erumpit, obſeruata æſtus reciprocatione. Qua de cauſa pretendi non poſſunt retia quæ molem ponderis vllo modo tolerent: Etiam ſi non ſolertia inſidietur tempori: ſimili ratione in altum protinus tendunt, quod vicino*

*Cum hamis.*

*Fuſcina.*

*Per Delphinos.*

H

A *vicina gurgite efficitur: lorumq; ſolum pandendis retibus habilem effugere feſtinant. Quod vbi animaduertere piſcantes (concurrit autē multitudo temporis quæra & magis etiam voluptatis huius auida) totuſq; populus è littore quanto poteſt, conciet Simonem ad ſpectaculi euentum: celeriter Delphini exaudiunt deſideria, Aquilonum flatu vocem proſequente, Auſtro verò tardiùs ex aduerſo referente. Sed tunc quoq; improuiſo in auxilium aduolant: properè apparet acies, qua protinus diſponitur in loco vbi coniectus eſt, pugna opponente ſe ex alto, trepidoſq; in vada vrgent. Tunc piſcatores circundant retia, furciſq; ſubleuant. At Mugilum nihilominus velocitas tranſilit. At illos excipiunt Delphini, & occidiſſe ad preſens contenti, cibos in victoriam differunt. Opere prælium feruet, includiq; ſe fortiſſimè vrgentes gaudent; ac ne id ipſum fugam hoſtium ſtimulet, inter nauigia & retia, natanteſq; homines ita ſenſim elabuntur, vt exitus non appareat. Saltu (quod aliàs blandiſsimum bis) nullus conatur euadere, ni ſummittantur ſibi retia. Egreſſus protinus ante vallum præliatur. Ita peraſta capeura quos interemere, diripiunt. Sed enixioris opera quàm in vnius diei pramium conſeq; ſibi apperiuntur in poſterū, nec piſcibus tantùm, ſed intrito panis è vino ſatiātur.*

# VSVS IN CIBIS.

B MVgiles non illaudatos piſces olim fuiſſe ex Athenæo licet colligere, apud quem Anaxilas in Monotropo, Matonem (Dalechampius hac voce hominem ſimplicem, ac minimè verſi pellem indicari notat, vt inde Italorum matto, id eſt, ſtultus, fluxerit.) ſophiſtam gulæ ac helluationis inſimulans ait. *Abreptum Ceſtrei caput deuoranit Matron, Ego verò nullius ſum.* Archeſtratus docens, vbi meliores capiantur: *Ex Aegina circumflua Ceſtreum eme, Cum viris lepidis ac vrbanis verſaturus.* Myrtillus Diphili hæc verba: *Hi canarunt; Ego verò miſer extremum obieinnium Ceſtreus fuero,* excipiens, *quòd* (inquit) *ait Theopompus: Adſitis deinceps Ceſtreorum Neſtium ſuauis ac grauis ſaltus, oleribus Anſerum modo tractatus, ac cibatus.* Nobis quoq; habentur in delicijs; Romæ verò nunc maxima gratia eorum ouis teſte Iouio, quæ geminis folliculis circumciſa parte ſuminis, recentibus Cephalis eximuntur, quæ Græco nomine paſſim oà taricha, id eſt, ſalita nuncupantur. Lautos quoq; fuiſſe inſinuat Hippocrates, ſcribens ex Cephalorum & Anguillarū guloſitate aliquando fieri inflammationem in pulmone, quoniam hi piſces pinguedinem habeant naturæ hominis infeſtiſſimam quòd tamen potiſſimùm intelligendum qui in cœnoſis locis, ſtagniſq; ac paludibus degunt, ac naſci dicuntur, quales ij ſunt, inquit Iouius, qui in Etruria in Prillino lacu apud Orbatellum ad mediterranea deferuntur; ita vt illos vituperare liceat, quos Paduſæ atq; ipſi lutulenti Foſſæ Clodiæ canales viſcere prætenero Ferrarienſibus & Venetis copioſiſſimè præbent: Quibus & noſtros addere nos poſſumus, qui Comachio ac Rauenna deferuntur. Idem Iouius Cephalos omnes ſcribit, pleniùs in cœna comedentibus, dolorem capitis poſt paucas horas inducere, ſeſe ſæpè deprehendiſſe, maximè ſi ad lautiores cœnas ſtomachi tenuiores acceſſerint. Cur itaq; Ariſtoteles in fluentis & lacubus præſtare dixit? quia cùm pinguiores ſint, linguæ palatoq; gratiores ſunt: Cœno enim & mari aquæ dulci permiſto teſte Oppiano pingueſcunt. Lynceus Samius hyeme laudat, nimirum poſt partum, nam cùm grauidi ſunt, Ariſtotele teſte ſunt deteriores. Addc quòd æſtate magis lutum oleāt quòd tunc ſtagna exiccentur ſalſioraq; fiant, minuſque dulcis aquæ contineant: tum enim luto putreſcente paſcuntur, pinguioreſq; euadunt, vnde menſe Septembri optimi quidem ſunt ſaporis, ſed valdè inſalubres, potiſſimum Chelon qui niſi in cœnoſo litore & prope paludes & fluuiorum oſtia victitat. Dorion omniū optimos eſſe ait, qui circa Abdera capiuntur, deinde qui circa Sinopem, eoſdemq; etiam ſalſos ſtomacho vtiles eſſe. Eſt enim Cephalus ex ijs qui ſale indurati ſeruantur, quoniam ſtagnalis ſic conditus multò præſtantior ſalubriorq; efficitur: quicquid enim mucoſum aut viroſum guſtu refert, id totum deponit. Verùm recens ſalitus melior eſt & ſuauior, hoc eſt qui captus ſubinde ſale conditur: quare D cùm circa Decembrem eorum ſit captura, res feliciter ſuccedit, quandoquidem mox inſequitur tempus, quo ſublatis carniūm obſonijs, ſolis piſcibus veſcimur, & in meliorum piſcium inopia ſalſamentū hoc boni conſulimus, inquit Rondeletius, iuxta veterum prouerbium: *ſi non adſint carnes, ſalſamento contentos eſſe oportet.* Cùm itaq; Hiceſius Leuciſcos omnes ſiue Mugiles boni ſucci eſſe dicit, facileq; excerni, nec multum alere, ſubaudiri debet, ſi in mari puro capti ſint, quales & Galenus ſalubribus piſcibus accenſet, inquiens: *Vtilis eſt cibus è piſcibus: ſaxatiles omnes, nec minus Aſelli, proximè Aſellis ſunt Solea & Torpedo, iterumq; Lupus & Mullus, pòſt Mugil è pelago.* Mneſitheus item inquiens: *difficilè concoquuntur & graviſsimi ſunt ex marinis piſcibus, qui è mari flumina lacuſq; ſubeunt, vt Mugil & in vniuerſum omnes piſces qui in vtriſq; aquis viuere poſſunt,* ita intelligi debet, vt qui in ſolo mari degunt, præſtantiſſimos eſſe indicaret. Saluianus vt recens captos edi debere probaret, hunc Auſonij verſum adducit: *Nec duraturus poſt bina triboria menſis*

Sed non aduertit, poëtam de eo loqui Cephalo, qui tantùm fluuiatilis eſt, de quo dicemus ſuo loco: quanquam & noſtri Cephali inducias non ferant, nam ſi paullò diutius mortui permanſerint (inquit Gale-

*Laudatum piſcem olim fuiſſe.*

*Oà taricha.*

*Vbi eiare ps.*

*Quãdo meliores.*

*Qui ſalubriores.*

*Apparatus.* Galenus) ſtatim putreſcunt & peſſimè olent. Quouis modo cocti, bene ſapiunt. Platina magnos in cacabo coqui iubet; paruum in craticula, ſalimola continuo inſupergendo, ne deficcetur: qui poſterior apparatus nobis familiaris eſt. Iubet etiam magnum cum leucophago ſiue albo iure, paruum cum muria comedi. Rondelet. ait ciues ſuos leucophago vice anethi & porri, folia apij (petroſelini) adijcere: ruſticos verò cepis allijſque condire. Coquuntur & in ſartagine, ſi exiles fuerint. Idem Rondeletius farina bene ſubacta & piſta concluſum additis ſuauibus aromatis optimum eſſe ait, & ob pinguem humiditatem ſatis diu aſſeruari. Veteres item aſſos ediſſe inuenio, apud Athenæum non vno in loco: Sopater Paphius Ξανθαΐσιν ὀπτος κέφαλος ἀκτῖσιν πυρός, id eſt: *Flauis ignis radijs aſſatus Cephalus.* Philemon in commorientibus: Ηγόρασα νῆσιν κεστρεὸν ὀπτὸν ὑμέγαν. id eſt. *Emi Ceſtreum neſtin aſſum non magnum.* Saliti in ſartagine apud nos coquuntur, ſalſedine prius longa ablutione extracta, & ex ſapa interuntur. Oua (inquit[a] Platina) ſale trito conſperges, reſeruata membranula illa, in qua oua ipſa tanquam in folliculis naſcuntur. Poſt diem à ſalitura inter duas tabulas per diem ac noctem opprimes, inde ad fumum ſuſpendes procul flamma, ne vehementem calorem ſentiant. Sicca, in vaſa lignea cum furfuribus repones. Edi hoc modo non inſuauiter poterunt. Verùm ſi cocta volueris, ſub cinere aut in foculari calido & terſo ſæpe voluta: concalefacies & peredes. Cum Sophiano meo hoc nihil ſuauius me ediſſe memini. Delata è Græcia illa putârim, vnde optima ſalitura aduehi ſolet. Et Rondeletius teſtatur à ſuis piſcatoribus Mugilum ὠὰ τάριχα conſeruari, & à bibacibus magno emi, quia dulcedinem appetentiam excitant, ſitim proritant, viniq; guſtum iucundiorem reddũt. Vulgus botargues, inquit) appellat. Nos botergas dicimus. F

[a] L. 10. c. 62

# VSVS IN MEDICINA.

*Cinis capitis.* Sedis attritus ſanat Marcello authore cinis è capite Mugilum, ſi cum melle illinatur.

*Ventriculus* Ventriculus eorundem (utpote compoſitus & craſſiuſculus, ut eſt animantium ferè omnium inſatiabilium) in cinerem redactus & in cibo ſumptus, uentriculi exoluti vires, non minus reficit (inquit Rondeletius) quàm ventriculi gallinarum pellis interna: corroborat enim & redundantem humiditatem abſumit. Idem præſtat in ſumo ſiccatus ablutuſque vino albo & aqua abſynthij vel mentæ. Elixus in vino, & ex aceto ſumptus vomitus compeſcit. Idem efficiunt inteſtina ſublato pingui: nam

*Lapides in cerebro.* omne pingue ventriculum laxat. Idem Rondeletius lapides in cerebro Mugilum repertos aduerſus nephritim valere ait, ex Plinio, ni fallor, quandoquidem Ceſtreum alio nomine Bacchum dici exiſtimauit: ſic enim Plinius: *Inueniuntur etiam in Bacchi* (in vulgaribus exemplaribus legitur Banchi) *piſcis capite cen lapilli. Hi poti ex aqua calculoſis præclarè medentur:* cæterùm de Mugilibuſné an de Aſellis, qui & ipſi Bacchi dicuntur, intelligi debeat, incertum eſt, cùm omnium ferè lapillos, qui eos habent, piſcium ſimiliter ad calculos valere ſit credendum: niſi velimus Rondeletium reſpexiſſe ad hoc Marcelli: *In capitibus piſcium id eſt Mugilum aut Mullorum ſpina inuenitur cani ſimilis: hæc venibus appoſita vel alligata, miro remedio eſt.* G

# PROVERBIA.

*In famelicos.* Κεστρεὺς πεινῶν, *Caſtreus ieiunat.* Author adagiorum de famelicis & voracibus dici ſcribit,

*In guloſos.* ideoque qui fame oſcitant κεστρεῖς dici, & κεστρῖνος teſte Athenæo & Euſtathio. Apoſtolius ſimiliter interpretatur de guloſis, quoniam inſatiabile ſit hoc animal; quod conuitium in Athenienſes iactum tradit Heſychius: vel de ijs qui vitam innocuam agunt, & ab inferendis iniurijs abſtinent, nec vllum emolumentum ex ſua innocentia ferunt, vt ait Suidas: in qua ſententia eſt Athenæus, quoniam piſces iſti minimè carniuori ſint, neque mutua deuoratione victitent. H

A

# DE CAPITONE ANADROMO GESNERI. Cap. VII.

GESNERVS in paralipomenis Capitonibus aquarum dulciũ hunc piſcem adnumerat, propter ſimilem, vt ex pictura (quam Kentmano acceptam refert) conijcio, corporis formam; differentiæ verò cauſa anadromum cognominauit, quòd ex Oceano Albim ſubeat: quamobrem ego Mugilum hiſtoriæ coniunxi. Naſutus (inquit) videtur, prominente & carnoſa ſuperiore oris parte, vt in noſtris fluminibus, is quẽ Naſi nomine deſcripſimus: cui etiam reliqua corporis ſpecie per omnia adeò ſimilis eſt, vt diſcrimen nullum animaduertam, ne colorum quidem ferè, niſi quòd Albinus hic Naſus magis albicat, noſter (fluuiatilis) verò magis fuſcus eſt. Sed noſter planè fluuiatilis eſt; Albinus è mari aſcendit: præterea noſter vilis & plebeius eſt, Albinus verò inter laudatos, præſertim alius. Hoc etiam notandum, cùm Albinus alio nomine Blicca dicatur, longè alium piſcem eodem nomine a noſtris vocari, de quo egimus inter albos piſces. Miſeni etiam Zertam dicunt, quod nomen etiam Polonis vſitatũ audio. Zerta (inquit Kentmanus) piſcis eſt longiuſculus, argentei nitoris, ſquamis paruis tegitur, dorſo ſubfuſco: pinnis quæ ad branchias ſunt & parte ſupina rutilis, pauco cæruleo admixto. Linea vtrinq; à branchijs ad caudam tendit, in qua puncta fuſci coloris digeruntur. Caput craſſiuſculum; oculi pulchri, magni, albicantes: nares magnæ non procul ab ore. Os molle prorſus, in quo nec dentes ſunt, nec alia aſperitas: ſed ab initio gulæ ſeu faucium, maxilla vtrinq; valida, dentibus ſenis oblongis vallata. Maximi huius generis piſces qui apud Miſenos capiuntur, bilibres ſunt: libram XVI. vnciarum dico. Anno toto ex Oceano in Albim aſcendit hic piſcis, maximè verò circa Pentecoſtem, quo tempore parit, migrare ſolet: tunc etiam ad cibum præfertur, quòd fœminæ ouis plenæ ſint. Manent & pariunt in Albi, proficiuntq; ipſi & ſoboles: augentur enim & pingueſcunt. Veſcitur omne genus piſciculis, qui nullis præſertim ſpinis & aculeis rigent: item muſcis alijſq; inſectis, quibus intra aut proximè ſupra aquam potitur. Habetur inter optimos qui in Albi ſunt, aſſari ſolitos piſces. Caro enim eius optimi ſaporis eſt. Ritè etiam elixus non malè ſapit. Deſquamatus nempe, exenteratus & elutus, in aquam feruere incipientem immittitur, condituſq; ac ſalitus ad iuris ferè conſumptionem coquitur. quo modo permulti etiam alij fluuiatiles piſces elixari ſolent. Sunt qui iuri haud ferè conſumpto copioſum butyrum addunt, eoq; liquato piſcem inferunt. Poteſt & aceti aliquid affundi, & zinziber aſpergi, pro cuiuſq; palato. Aſſus vel ſimpliciter, vel cum embammate è cæpis minutatim concifis, vino, croco, ſaccharo & Zinzibere, ſapidiſſimè eſtur. Nec diſplicuerit deſquamatus, in fruſtà conciſus, quæ in polenta aut ſecalis polline voluuntur, atq; ita in butyro ſiue crudo ſiue liquato frixus. Hæc omnia Kentmanus. Addit Geſnerus non in Albi tantùm, ſed Sala etiam apud Miſenos flumine zertam capi.

*Deſcriptio.*

B

*Blicca.*

*Mores.*

*Cibus.*

C

*Vſus in cibis*

Capito anadromus.

D



DE CAPRO,

Digitized by Google

# DE CAPRO, SIVE CAPRISCO. Cap. VIII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

RONDELETIO κάπρος & καπρίσκος differunt, ſed καπρίσκος, χοῖρος Strabonis & μῦς Oppiani & Aeliani ſynonyma ſunt: Aliàs tamen etiam dubitat, an χοῖρος Strabonis ſit ipſius κάπρος, vel καπρίσκος. Saluiano verò etiam κάπρος & καπρίσκος ijdē ſunt, item & ὗς: & ne citra rationem ita ſentire videatur, ſententiam rationibus ſtabilire conatus eſt. Κάπρον (cuius Ariſtoteles & Athenæus meminit, quemq; Plinius Græcam vocem imitatus Caprum; & Theodorus Latino vocabulo Græcam æmulatus ſignificationem Aprum eſt interpretatus) & καπρίσκον (cuius Diphilus apud Atheuæum meminit,) vnum & eundem piſcem eſſe, non ſolùm ex maxima nominum affinitate, ſed ex eo etiam intelligi (inquit) poteſt, quòd vterq; (vt infrà declarabitur) duram pellem habere traditur. Quòd præterea κάπρος & χοῖρος (cuius apud Strabonem & Athenæum habetur mentio) etiam ſit & dicatur; præterquam quòd vocum ſignificatu conijci poteſt, (vti enim κάπρος ſylueſtrem, ita χοῖρος domeſticum porcum ſignificat,) manifeſtiſſimè probatur ex Athenæo, qui Ariſtotelis κάπρον, χοῖρον vocat. Coniectura hæc Saluiani eſt ex eo quod cùm Ariſtoteles Caprum in Acheloo amne vocalem eſſe dicat, Athenæus Ariſtot. citans ſolos piſcium vocales eſſe dicat σκάφρον καὶ τὸν πόλαμιον χοῖρον. qui Athenæi locus viris doctis plurimum negocij faceſſit, & ipſemet Saluianus mutilum eſſe profitetur. Rondeletius apud Ariſtotelem σκάφρος, an apud Athenæum κάπρος ſit legendum, dubitat; ego κάπρον apud Ariſtot. lego, quia & Plinius Caprum, non Scaphrum reddidit. Euſtathius Athenæi locum repetens pro σκάφρος legit σκάρον. Euſtathium ſequitur Caſaubonus. Scarus tamen Ariſtoteli, quem citat Athenæus, vocalis non eſt. Geſnerus cùm χοῖρον πόλαμιον apud Ariſtot. non inueniret, eundem eſſe coniicit cum Ariſtotelis Capro: alij Chalcidem intelligi hoc nomine volunt, piſcem videlicet Ariſtoteli vocalem, & dulcibus in aquis habitantem. Κάπρος enim Archeſtrato marinus eſt. Rurſus an χοῖροι ſiue Porci Niloi è mari in Nilum aſcendant, incertum eſſe puto; hoc enim neq; Athenæus, neque Strabo tradunt: & Saluianus ſuum piſcem marinum eſſe ait, & pelagi potius quàm litorum accolam: Rondeletius quoque marinum fecit. Quærit Geſnerus, an Nilous iſte Porcus, ſit potius Perca fluuiatilis minor, cùm piſcis (inquit) ſit rotundus, ſpinis in capitè noxijs. Hæc enim illi attribuit Strabo. Quam coniecturam ſummoperè probo, nam quemadmodum crocodili Porco piſce in Nilo, ita hoc piſciculo Lucij, qui in cæteros tutò graſſantur, abſtinent. Adhæc Triſijs hodieque Porces, Hollandis corruptè Poſt nominatur; & à nonnullis ficto nomine Latino Porcellio, & Porculus. Pergit Salnianus, Υς verò, licet dubitare videatur Athenæus, an κάπρος ſit, vnum tamen & eundem piſcem eſſe, tùm eadem nominum ſignificatione, tum Ouidij teſtimonio, aſſeuerare poſſumus, nam quemadmodum alij καπρίσκον & χοῖρον, (vt dicemus deinceps) ferum eſſe tradunt; ita ipſe Sues diras appellat. Leue & hoc argumentum eſt χοῖρος quidem Nilous ſpinis horret, nec propterea meo iudicio ferus dicendus eſt. Alijs enim natura arma dedit ad iniuriam inferendam, vt Lucio & crocodilo, ſimilibuſque alijs, quæ ex rapto viuere voluit; hæc rectè fera dicimus: alijs verò dedit ad propulſandam, vt Porco Niloo, qui propter corporis rotunditatem & ſpinis ſuis crocodilo periculoſus eſt. Adhæc probandum fuit Saluiano ὗς Ouidio Sues eſſe, quod etſi non nego, incertum tamen eſſe exiſtimo. Athenæus dubitare videtur, vtrum tria hæc nomina ὗς, ὕαινα & κάπρος, trium vel duorum vel vnius piſcis nomina ſint. Vbi ὗς ex profeſſo nominat, ſimul loquitur & de hyænis, quas & Hyænides dicit, cùm antea de Capro ſcripſiſſet. Geſnerus Hyænam aliquando eandem cum Glani eſſe coniecit, quoniam eiuſdem nominis quadrupes alio nomine (vt apud Ariſtotelem legitur) Glanus appellatur. In capite verò de Glani, Bellonium taxat, quòd Glani Hyænam eandem faciat. Et ſi Hyæna & Hys ſynonyma ſunt, vt ex Athenæo apparet; Hys & Hyæna neque Glanis erunt, neque etiam Caper ſiue Aper; Numenius enim ὗν ψαμμῖδα vocat, quaſi in arena fodientem, quòd terreſtris Suis more roſtro is piſcis arenam fodiat, quod nec Glani, nec Capro, dummodo Caper ſiue Capricus eſt, quem cum doctis eſſe credo, non conuenit. Quamobrem nemo puto vitio verterit, ſi ὗν hoc ſaltem loco à Numenio memoratam, eandem eſſe coniecero συάκῳ, cui Simeon Sethi eas in nutriendi facultate rationes attribuit, quas alij ferè Rhombo, & Gyraldus aliquibus Rhombum putari ſcribit; Rhombus autem teſte Ariſt. arena ſeſe obruit; quam coniecturam auget non parum authoritas Epicharmi in nuptijs Hebes, ſimul nominātis tanquam congeneres piſces, Hyænides, Bugloſſos & Citharos.

*Caper.* *Aper.* *Capriſcus.*

*Caper & Porcus Niloticus an idem.*

*Porcus fluuiatilis Athenæi quis. Chalcis.*

*Porcus Nilous Strabonis.*

*Hys.*

*Hyæna.*

*Hyæna. Glanis.*

*Syacon.*

*Rhombus.*

A Citharos. Quærendum etiam num Syagris vel cum hoc piſce vel cum Capro eadem ſit, ſiquidem & huic à Sue nomen. Eſt enim etiam Syagros Græcis fera, quæ Latinis Aper. Pergit Saluianus: Poſtremò quòd μῦς (cuius Oppianus atque Aelianus mentionem fecere,) & καπρίσκος vnus ſit piſcis, apertiſſimè declarat Athenæus dicens: καπρίσκος καλεῖται μὲν καὶ μῦς, hoc eſt, Capriſcus vocatur quidem & Mus. Nec eſt, vt vnà cum Hermolao Barbaro ὑς hoc Athenæi loco pro μῦς reſtituendum conijciamus, quãdo quæ μῦι ab Aeliano & Oppiano tribuuntur, καπρίσκῳ optimè reſpondent. Quid itaque Athenæo reſpondebimus, qui μῦν (Dalechampius Porcum reddit) inter σιλάχη, id eſt cartilagineos ex Ariſtotele recenſet, his verbis? Idem (Ariſtoteles) libro περὶ τῶν ζώιων, *Cartilagini (inquit) vt Bos, Paſtinaca, Raia, Torpedo: ac præterea, Solea, Paſſer, Mys.* Reſpondet Geſnerus apud Ariſtotelem hoc non inueniri, quare etiam id non approbat. Equidem Solea & Paſſer cartilagini non ſunt, ſed ſpinoſi, plani tamen, ſicut cartilagini priores, Bos, Paſtinaca, Raia & Torpedo: quamobrem ſi quis μῦν hoc loco cartilagineum planum intelligat, ego ei non contradixero, eum nempe quem Genuenſes Peſce Ratto, id eſt, Murem piſcem, alij Rattepennade quaſi alatum Murem dicunt. Eſt item μῦς Ariſtoteli, Oppiano, atque eidem Athenæo ex genere teſta tectorum. Monet præterea lectorem Saluianus, errorem non eſſe, ſiquis Thunnos appellet marinos Sues, propterea, B quòd non ſecus quàm Sues glandibus nutriantur: ſciendumque Iſidorum Hiſpalenſem non hunc de quo agitur piſcem, ſed Sturionem Suem vocare. Sunt tamen multa alia aquatilia Sues ſiue porci marini nuncupata, vel quòd adipe aut lardo terreſtrium more plena ſint, vel quod grunnire dicantur, vel quòd ſpinas in tergore ſetarum inſtar erectas oſtendant, vel ab aliqua cum quadrupedibus alia affinitate. Appion teſte [a] Plinio maximum eſſe tradit Porcum, quem Lacedæmonij Orthragoriſcum vocant, grunnire eum dum capitur: ſed Saluianus hunc à Capriſco non diſtinguit; Nos vnà cum Rondeletio maximum & inſolentis figuræ piſcem pro eo dedimus, Molam nimirum Saluiani. De Hycca & Hyſca nonnihil etiam in Sturione dicetur, quem nondum adultum fluuiolque nondum ſubeuntem Veneti Porcellettum quaſi Porculum dicunt, & forte hunc intellexerit D. [b] Ambroſius in Hexamero his verbis: *Gulo Porcellum amat, vt comedat.* Apparet enim Porcelli nomine lautum quendam piſcem intellexiſſe. Belgæ & Germani Oceani accolæ, Angli item & Galli, Delphinum, Suem marinum dicunt, Græcorum imitatione, quaſi δελφακα, id eſt, Porcum adultum maſculum. Bellonius eodem apud Gallos nomine Phocænam appellari ait, Suis nomen huic potius quàm Delphino conuenire, vtpote qui pinguior eſt. Albertus Phocam alibi ex genere marinorum Porcorum eſſe ſcribit, id eſt, Cetorum, ni fallor, cùm ſit omnibus ferè commune lardum habere: ita mercatoC res Balænæ falſamenta porcinam dicunt teſte Scaligero: Facetè D. Ambroſius in Hexamero Iudæos ait marinis Porcis veſci, quibus terreſtribus non veſcantur, Ceu alicuius falſamenta intelligens. Nos & Centrinen Galeorum generis Maſſilienſibus, & in Italia Porcum vel Porcum marinum nuncupauimus. Poſtremò Caper ſiue Capriſcus noſter vulgò à Gallis Siculiſque Porcus appellatur teſte Rondeletio, quarè cùm ob hoc, tùm quòd aculeis in dorſo armatur validis, aſperis, acutis; Geſnerus quærendum proponit, an idem fortè ſit [c] Plinij Porcus, de quo ſcribit: *Inter venena ſunt piſcium Porci marini ſpina in dorſo, cruciatu magno Leſorum: remedium eſt limus ex reliquo piſcium eorum corpore.* In eandem ſententiam inclinat [*] Rondeletius: Saluianus verò quin ſit non dubitat. Ego nihil definio, cùm quòd an venenolus ſit huius piſcis ictus non conſtet, tùm quòd corio tegitur duriſſimo, atque aſperrimo, vt lignum eo vel quicquid durius aliud poliri poſſit, cùm marinus Plinij Porcus, limo videatur obſitus, in hoc enim veneni medicina eſt. Capriſcus noſter Romæ Peſce Baleſtra, qua ratione dicatur, mox dicetur.

*Syagris.*

*Mus.*

*Thunnus.*

*Piſces Sues dicti.*

[a] *L. 32. c. 2. Orthragoriſcus.*

*Hycca.*

*Hyſca.*

*Sturio.*

[b] *In Dominica paſſione.*

*Delphinus. Phocæna. Phoca. Balæna.*

[c] *L. 32 c. 5. Porcus venenoſus.*

[*] *Cap de Orthragoriſco.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

D SAluianus hunc piſcem diligentiſſimè deſcripſit in hæc ferè verba: Caper (Molæ piſcis inſtar) caput vtrinque admodum compreſſum habet: oculos rotundos atque in ſuperiori capitis parte locatos: Os paruum & valde denticulatum: vtraque enim maxilla octonis dentibus validiſſimis, magnis, latis, non ſerratis, ſed continuis atque humanis ſimillimis munita eſt. Branchias vtrinque quaternas non oſſeo & dearticulato (reliquorum ſquamatorum inſtar) operculo ſed cute contectas, nec lata, ſed modica ſciſſura (Molæ piſcis more) peruias habet. Nec ſi [a] Ariſtot. dicat: *Habent quibus paucisſima ſunt, ſingulas branchias vtrinque eaſq; duplices, vt κόγχρος*, (ſiue Aper vt Theodorus vertit) *aliis bina vtrinque ſunt, altera ſimplices, altera duplices, vt Congro*, ſuſpicari debemus hunc noſtrum piſcem Caprum non eſſe, cùm neque etiam verum ſit, quòd binæ vtrinque branchiæ Congro ſint. Et propterea mirari potius conuenit, cur hæc ita tradiderit Ariſtoteles. Vtrinque vnas tantùm pinna & rotunda ad branchias conſpicitur: nam illis quæ in piſcibus alijs vtrinque in ventre ſunt conſpicuę, prorſùs caret. In dorſo ferè medio tres membrana inter ſe iuncti reperiuntur aculei robuſtiſ-

*Caput. Oculi. Dentes. Branchiæ.*

[a] *L. 2. hiſt. cap. 13.*

*Pinnæ.*

*Aculei.*

Caper ſiue Capriſcus.



robuſtiſſimi & magni, quorũ prior reliquorũ duorum triplus eſt, quoſque omnes non ſolùm vbi vult, deprimit, ſed in ſulcum etiam oſſeum, in dorſo ob id ſculptum, recondit. Depreſſi autem & recondiri vti, quam facillimè ſimul eriguntur, ita eorum vnus duntaxat erigi nequit. Et pari ratione erecti omnes deprimi poſſunt, cùm eorum vnus nequeat: ſuntque ea arte fabrefacti, vt cùm prior & maior quantumuis impulſus deprimi nullo prorſus pacto poſſit: poſtremi tamen depreſſione, quæ facillima eſt, ſtatim deprimitur, non ſecus quàm in arcubaliſtis vocatis, in quibus paruo ac inferiori ferreo vecte compreſſus, tenſus ilico remittitur arcus: ob cuius ſimilitudinem hic piſcis noſter Romæ Pelce baleſtra vocatur. Et quod maiore dignum eſt admiratione, ſi poſtremus aculeus non prorſus deprimatur, ſicuti prior quoque proportione duntaxat deprimitur, ſic ibidem etiam ita rurſus conſiſtit atque obfirmatur, vt nullo impulſu vlterius deprimi poſſit, niſi reiterata poſtremi depreſſione. Hos ternos aculeos pinna ſequitur, ad caudã vſque deducta. Oſſe autem validò, lato & recuruo, ex cordis loco ad eam ventris partem, quæ è branchiarum regione eſt primùm reflexo, deinde per ventrem ſub cute vſque ferè ad podicem extenſo, ibidéque poſtremò in acutiſſimum & cõſpicuum aculeum deſinẽte, tota anterior ventris regio roboratur atq; munitur. Quæ verò inter prædictum aculeum & podicẽ ventris portiũcula relinquitur, pleriſq; alijs longè minoribus, ſed ſatis robuſtis atque ferratis aculeis armatur. A podice per ventrem reliquum ad caudam vſque alia ſingularis pinna deducitur. Cauda (quæ non ſenſim vt reliquorum piſcium, ſed repentè extenuatur,) in vnicam & latam pinnam degenerat: Ventriculum habet amplum & craſſum: inteſtina lata & valdè reflexa: hepar ſubalbidum, cui fellis veſica hæret. Corio tegitur ſquamoſo, cuius tamen ſquamæ ſerpentis potiùs quàm piſcis videntur; nam præterquàm quòd eo ordine ſunt commiſſæ, vt lineas, cancellatim ſeſe interſecantes conſtituant, firmè etiam & validè adeò hærent, vt deſquamari nequeant; vnde ita durum & aſperum efficitur eius corium, vt vix diſſecari queat, (Rondeletius ſeſe expertum eſſe ſcribit, ne acutiſſimo quidem gladio penetrari poſſe,) atque ligna & ebora eo poliri poſſint. Quamobrem iure Aelianus atque Oppianus marino Muri pellem præduram tribuẽre, & Athenæus Ariſtotelis teſtimonio (etſi apud Ariſtot. id nunc non legatur) inter piſces qui aſpera cute teguntur, κάπρον recenſuit. Quod ad colorem attinet, ex liuido viret, nonnullis paruulis notis cæruleis conſperſus: dorſi verò & ventris pinnæ nigricantes cæruleis & rubentibus maculis quàm plurimis inſigniuntur. Eſtque totius piſcis figura valdè compreſſa & lata, atque ferè orbicularis. Ad multam magnitudinem

*Cauda.*

*Partes interna.*

*Color.*

A tudinem non exereſcit, duas enim libras raro excedit, vnde merito Oppianus & Aelianus eum haud magno corpore eſſe dixerunt. Hactenus ille.

## LOCVS. NATVRA. MORES.

DEſcriptus depictuſq; piſcis marinus eſt, pelagi potius quàm litorum accola, & Caprum Archeſtratus, Oppianus & Aelianus Murem, marinum faciunt, & Ouidius Suem. Cæterùm in fluuijs quoq; reperiri [a] Ariſtotelis & [b] Plinij teſtimonio tueri poteſt; Ille enim Caprum (Aprum Gaza) quem Achelous amnis gignit, vocalem eſſe ſcribit. Non vult autem philoſophus in eo amne tantùm naſci, ſed ibi tantùm vocalem eſſe: id quod Plinius etiam aduertit, hunc locum ſic reddens: *Et is qui Caper appellatur, in Acheloo amne, grunnitum habet.* Saluianus carne veſci ſcribit, cancris, ſquillis atq; teſtatis: Soliuagum eſſe, & raro capi. Audacem verò etiam & bellatorem eſſe Aelianus oſtendit his verbis: *Marini Mures etſi non magno ſint corpore, inexpugnabili tamen ſepti ſunt robore, quippe qui ad propugnandum duplici confidunt armatura, pradura nimirum pelli & dentium robori, cum valentibus enim piſcibus & rei piſcatoriæ peritiſſimis hominibus pugnant*: ex Oppiano nimirum qui interprete Rondeletio ſic canit: *Eſt quoq; præ reliquis ſanum Maris genus, audet Bella inferre viris gens tantula, tergere duro Fidens, & denſis armato dentibus ore.*

[a] *L. 4. Hiſt. cap. 9.*
[b] *L. 11. cap. 51. Cibus.*

B

## VSVS IN CIBIS.

CArnem habet duram atq; inſuauem, vnde iure Athenæus (inquit Saluianus) inter σκληρόσαρκα Capron connumerat. Et apud eundem de Capriſco βρομώδης δ' ἐστὶ καὶ σκληρὸς κιθάρᾳ δ' ἐστὶ δυσπάλτερος, δέρμα δ' ἰσχυρὸν ἰυσόμου, id eſt. *Virus olet & durus eſt, difficilinſq; quã Citharus cõcoquitur, pellem verò habet fuanem*, Rondeletius ἰυσόμου, interpretatur, bene firmum & robuſtum. Saluianus locum deprauatum credit. Nos quid ſentiamus in Apro Rond. diximus.

## DE STVRIONE. Cap. IX.

## SYNONYMA. ETYMVM.

STVRIONIS nomen, quo nunc vbiq; terrarum hic nobiliſſimus piſcis audit, Gothicum eſſe teſtatur Scaliger pater, & ab ea gente in Europam inferiorem importatum. Sic enim etiamnum (inquit) vocant, Stur. Diuerſimodè tamẽ hoc vocabulum ſcribitur; apud Belgas & Anglos Steur, item & apud Germanos, qui & Stor pronunciant, apud nos Sturion, apud Gallos Sturgion & Eſturgion. Iouius verò Sturionem dici arbitratur, quaſi Iſtrianum piſcem; fuereq; qui Stirionem dicere maluerunt, vt Platina, & Sigiſmundus Gelenius Ciſalpinus, quaſi (inquit hic) στερεὸν dicas, quòd roſtro ſuo proræ item roſtratæ ſpeciem gerat. Veneti ſi paruus eſt, Porcelletto, quaſi porcum nondum adultum, Hiſpani ſimiliter Suillum (non Sulium vt Iouius habet) vocant ab officio, quoniam cùm quid inquirit, Suis more terram ſub aquis fodit, vt inquit Iſidorus, & Storen Germanis teſte Geſnero, eſt cœnum aut vadum aquæ fodere & commouere. Ad Hiſpanicam nomenclaturam accedit Silluarion, quo nomine Aetio appellari Sturionem arbitratur Hermolaus. Burdigalenſes in Gallia Creac dicunt, quòd (vt ſuſpicatur innominatus quidam) eius caro quadrupedis carnem veriùs quàm piſcis referat. Illyrij Geſeter, Vngari Geczyge, vel Geeſchyge, Poloni Czetzugè, vel Ieſziotr, Turci Surucæ vel Syricæ: Græci noſtri temporis Ξυρίγι, quaſi Oxyrinchum, à roſtro nimirum acuto & oblongo, (quod nomen alijs etiam piſcibus tribuitur): Cyprij verò teſte Bellonio, Moronam, quod nomen cæteri Græci ad Huſonem referunt, vt Rondeletius & Calcagninus tradunt. Quo nomine modò apud antiquos, cùm Græcos tum Latinos piſcis iſte lautiſſimus appellatus fuerit, diuerſæ, nec dicam controuerſæ, ſunt recentiorum ſententiæ, quas omnes, vt veritas clariùs eluceſcat, examinare non piguit; Non enim cum Bellonio dicendũ arbitramur, ijs relinquendas eſſe, qui rebus obſcuris, paullò curioſiùs addicti, etiam interiora maris & fluminum paullò liberaliore ingenio perſcrutantur: ſic enim bubulcum aliquem, non virum doctum loqui oportuit. Prior itaq; opinio eſt Volaterrani, qui Poggium Florentinũ alioſque illius æui eruditos ſecutus, Sturionem Lupum veteribus dici arbitratus eſt, argumento quòd Lupus Tyburtinus, iſq; maximè qui inter duos pontes captus eſſet, piſcium apud Romanos eſſet laudatiſſimus; quam nos opinionem capite de Lupo refutauimus. Altera opinio eſt Franciſci Philelphi, qui cùm apud Plinium legiſſet: *Sunt & in quibuſdam amnibus haud Thynnis minores, Silurus in Nilo, Eſox in Rheno, Attilus in Pado inertia pinguescens ad mille aliquando libras catenato captus hamo, nec niſi bouum iugis extractus*: his adductus verbis Attilum non poſſe eſſe alium à Sturione contendit: prægrandes illos Sturiones qui in Pado capiuntur, piſciũ eius amnis maximos eſſe arbitratus: quod tamen falſum eſt (inquit Saluianus) cùm Attilus is ſit, qui hodie ab accolis Padi veteri ſeruato vocabulo Attina, Adilo & Ladino (noſtris piſcatoribus Aden) vocatur, piſcis ipſo Sturione amplior, effigie, ſapore, pretio, & tota ferè natura ab eo diſſimilis, atq; adeo diuerſus, vt in prouerbium Ferrariæ abierit, cùm duas inter ſe maximè diſtantes res ſignificare volunt, eas ſic differre, vt Sturionem ab Attilo dicunt. Tertia opinio, quæ Theodori Gazæ à pleriſq; fuiſſe creditur, Sturionem eſſe [a] Plinij Turſionem aſſeuerat; propterea quòd Plinius, qui ſolus Latinorum Turſionis meminit, ſcribens: *Delphinorum ſimilitudinem*

*Sturio, vox eſt non Latina, & vnde dicatur. Iſtrianus piſcis.*
*Suillus.*
*Silluarion.*
*Oxyrinchus. Morona. Vt veteribus vocetur.*
*Lupum non eſſe.*
*Attilum non eſſe.*
[a] *L. 9. cap. 9. Turſio Plinij.*

*dinem habent, qui vocantur Turſiones: diſtant triſtitia quidem aſpectus: abeſt enim illa laſciuia; maximè* E *tamen roſtris Canicularum maleficentia aſſimilati:* Sturionis formam atq; naturã expreſſiſſe videatur: accedatq; ad hoc, vt nouitiũ Sturionis nomẽ antiquo Turſionis, plurimùm eorũ iudicio alludat. Verùm quàm hæc quoq; , cuiuſcunq; ſit , opinio erronea ſit, facilè intelligi poteſt : nam cùm tum ex præcitatis Plinij verbis, tum ex [b] Ariſtotelis teſtimonio dicentis , *excepto Delphino & Phocæna* ( quam Turſionem interpretor , inquit Theodorus ) *nihil in Ponto maleficum* ; maleficum eſſe Turſionem clarè conſtet, quod & Archeſtratus comprobat apud Athenæum, inquiens: *Qui à Romanis Turſio vocatur Canicaria, id eſt, Canicule ſpecies eſt*: is Sturio eſſe non poterit, quippe qui paruo ac edentulo ore eſt : deinde cùm eiuſdem Ariſtotelis authoritate Turſio ſiue Phocæna in Ponto naſcatur, catulos pariat, ac lac habeat, quo ſuos nutrit fœtus; quomodo Sturio erit, qui vbiq; naſcitur, quiq; ouiparus eſt. Nec quiſquam pro hac opinione defendenda à Theodoro deficiens, qui ſemper Phocænam in Ariſtotele Turſionem vertit, Plinij Turſionem , Ariſtotelis Phocænam non eſſe dicat; nam ſi ea quæ Phocænæ tribuit [c] Ariſtoteles (inquit enim, Turſio (Phocæna) *Delphino ſimilis eſt, naſcens in Ponto, ſed intereſt, quod minor Turſio eſt, dorſo ampliore, colore caruleo: complures eum eſſe genus* [d] *Delphini opinantur*: & alibi *maleficum* eum facit ) cum ijs quæ de Turſione dicuntur à Plinio contulerimus , maleficum & Delphinis ſimillimum Turſionem , vnum atq; eundem eſſe dicemus. Quarta opinio eſt Hermolai Barbari , qui per epiſtolam Paulo Corteſio reſpondit Sturionem antiquitas Hyccam fuiſſe: cuius opinionis etiam F in corollario, quod Dioſcoridi appendit, non ſolùm meminit, ſed rationem quoq; reddere videtur, inquiens: ſunt qui Græcè Hyſcam ſiue Hyccam, hoc eſt, Porculum pro Sturione captant, quaſi ea coniectura Hyccam Sturionem arbitretur Hermolaus, quòd Hycca Porcum ſignificet, Sturio verò & præcipuè paruus Porcelletto vulgò tota ferè Italia vocetur. Qua in re docti Hermolao quoq; diſſentiunt, quandoquidem ex Athenæo, qui ſolus Hyccam nominat, non ſolùm nihil colligi poteſt, verùm etiam ipſemet ignorare videtur , qui piſcis Hycca ſit. Scribit enim Hyccam à Callimacho Sacrum piſcem vocari, & à Zenodoto annotari; & Erythrinum à Cyrænis Hyccam dici; ab Hermippo verò Smyrnæo Hyccam Iulidem. Geſnerus Hyſcã ab Hycca differre ait , exiſtimatq; hoc nomen niſi apud Symeonẽ Sethi reperiri in libro de alimentis. *Hyſca* (ὗσκα) inquit, *qui communiter ὄγχος nominatur* Gyraldus interpres Porculum vertit) *ſuccum phlegmaticum & pravum generat , quanquam multi ſuaviter eo veſcantur, tanquam cognationem quandam cum noſtra natura habeat ac ſimile ac potius analogum in piſcium genere nutrimentum ex eo, vt inter quadrupedes ex porcis , homini accedat ; vnde etiam nomen Hyſca ſortitum videtur, ab Hys quod porcum ſignificat, &c.* Ex quibus Geſnerus colligit Hyſcam reuera Sturionem eſſe. In qua ſententia quoq; fuiſſe videtur in epiſtola ad eundem Geſnerum Sigiſmundus Gelenius, hunc in modum ſcribens : Hiſce diebus didici ſpecie modò , non item genere diſtare tres hos piſcis, Danubianum Marionem ( de quo nomine mox ) Padanum Attilum & Hyſcam, quem Tranſalpini Sturionem nunc vocant, nos Ciſalpini rectiùs mea quidem opinione Stirionem quaſi tu *στυρίωνα* dicas, quòd roſtro ſuo prorę item roſtratæ ſpeciẽ referat. Atq; hos omnes nõ abſurdè fortaſſis Porcos fluuiales dixeris, quòd & Græcis placuiſſe liquidò apparet, duntaxat in duobus ( Hyſca & Marione, qui Germanis Hus, Bohemis Vuijz vocatur ac ſi Græcè dicas ὗς. ) quibus tertius ( Attilum dico ) totius corporis figura perſimilis eſt: & ſi quid inter illos paulùm euariet, ex diuerſitate regionũ accidere videtur, quod non in brutis ſolùm, ſed & in humano genere ſatis conſpicuum eſt. Omnino cũ Porco terreſtri hoc totũ genus quædam habet communia; præcipuè roſtrum, adipes, totiuſq; corporis obeſitatem, niſi quòd Hyſca aliquanto gracilior collata ad alterutrum apparet , ſicut & mole vtriq; cedit. Omnes tamẽ cetacei, vt inter fluuiatiles haberi poſſint. Hæc ille; & reuera Sturio licet marinus piſcis, Porcus fluuialis non malè dicetur , quandoquidem niſi in fluuijs augetur , & niſi in ijſdem pingueſcit plurimùm : vnde Cyprij Sturionem hodieq; Maronam vocant , cùm cæteri Græci hoc nomine Germanorum Huſonem appellent, ob magnam nimirũ inter ſe naturæ formæq; ſimilitudinem , & vtriuſque ad ichthyocollam conficiendam vſum. Placet itaq; Geſneri iudicium, inde Marionis nomen defluxiſſe , cuius mentio apud Plinium : nam & Cretenſes porcum μάρην appellant, Veneti verò Sturionem marinum ſiue paruulum, Porcellũ vel Porcellettum ( vt & Parmenſes & alij teſte Grapaldo ) Plinius , vt arbitratur , Porculum marinum , his verbis : *Siluras graſſatur vbicunque eſt , præcipuè in Moeno Germaniæ amne propter Lis boum, & in Danubio Mario extrahitur, Porculo marino ſimillimus.* Quæ H lectio ( inquit ) nobis probatur ( contra ſcilicet Rondeletium , qui pro Mario legit maior , ) nam de Siluro Danubij nondũ nobis conſtat an ſit & quantus ; & ſi eſt, an Porculo marino ſimilis; quod non puto. Ego item hanc vulgarẽ lectionẽ probo, ſed de Siluro Geſneri ſententiã mox refellã. Sturionem verò veteribus marinum Porcum vocatum fuiſſe , Saluianus colligit , ex Iſidoro [e] Hiſpalenſi , qui octingentis ab hinc annis vixit. *Porci marini* ( inquit hic ) *qui vulgò Suilli, qui dum eſcam quærunt , more ſuis ſub aquis terram fodiunt. Circa guttur enim habent oris officium, & niſi roſtrum arenis immergant, paſtum non colligunt* . Noſque ſuprà dicebamus , Sturionem in Hiſpania hodieque Sulio nuncupari. Quinta opinio eſt [f] Caroli Figuli , qui Sturionem Delphinum eſſe conatus eſt aſtruere , cùm alioqui Delphinus veterum omnium authoritate ex Cetis ſit. Haud pauca tamen quod ad formam , vtrique conueniunt, vt ſi quis Sturiones, fluuiatiles Delphinos vocet, ( inquit Geſnerus ) nihil abſurdi faciat, quanquam non omnino fluuiatiles ſint, ſed è mari in fluuios maiores ſubeant , Auſonius certè Figulo anſam præbuerit, vtpote qui Silurum, quẽ Sturioni eundem eſſe Saluianus oſtendere conatur, amnicolam

*Hyſca. Hybra.*

*Porcus fluuiatilis. Marona.*

*Sturionem Porcum marinum dici.*

[b] *L. 8. Hiſt. cap. 13.*

[c] *L. 6. Hiſt. cap. 12.*

[d] *L. 8. Hiſt. cap. 13.*

*Hyccam nõ eſſe.*

[e] *L. 16. c. 6.*

[f] *In lib. de piſcib. Moſella.*

*Delphinum non eſſe.*

*Delphin amnicola.*

A colam Delphina vocat: vel etiam Solinus dum ait: *Delphinum genus eſt in Nilo, quorum dorſa ſerratas habent criſtas. Hi Delphines crocodilos ſtudio eliciunt ad natandum, demerſiſq; aſtu fraudulento remeantium ſubternatantes ſecant, & interimunt*: cruſtæ enim illæ dorſuales, non Delphinis marinis, ſed Sturionibus conuenire videntur; quibus ſi crocodilorum ventres aliquando dilanient in Nilo, nō miror (inquit Geſnerus) quando & in Danubio etiam Huſonem piſcium maximū Sturio cruſtis illis hamatis ventrem ſubiens vulnerat ac vincit, vt fama eſt, ſiue id conſultò & pugnæ ritu facit, ſiue temerè dum fugiens aut aliter impetu effertur, & in Huſonem fortuitò incidit. Ne verò quis ex recitatis Solini verbis omnino ex Delphinis id genus piſcium eſſe in animum inducat, is Marcellinum audiat, qui non Delphinos vocat, ſed Delphinis ſimiles piſces eſſe teſtatur. *Crocodili quidam in Nilo* (inquit) *diſrumpuntur ſubfoſſis aluis mollibus certis ferarū dorſualibus cruſtis, quas Delphinis ſimiles nutrit fluuius*. Conijcit itaque Geſnerus hunc Niloum Delphinum, eundem eſſe cum Sturione, eundēque Oxyrinchū ibi à Strabone, Aeliano & Plutarcho vocari, quando hodieque à Græcis Sturio ὀξύρυγχος nuncupatur, ob roſtri ſcilicet proceritatem & acutiem, vt dictum eſt; Ego Niloum illum Delphina neq; Sturionem neq; etiā Oxyrinchum eſſe puto. Sturionem tamen Oxyrinchum vocari poſſe facilè concedo; ſed veteribus ſic appellari non puto. Plutarchus enim (quod & Geſnerus aduertit) Oxyrinchum in Nilo carniuorum eſſe inſinuat, quòd Sturioni non conuenit: *Iſis* (inquit) *vt narrant Aegyptij, ex diſiectis à Typhone Oſiridis membris, pudendum ſolum non inuenit; mox enim vt in flumen abiectum fuit, guſtarunt de eo Lepidotus, & Phagrus, & Oxyrinchus, quos præcipuè deteſtantur*. (Quamobrem nec fluuiatilis Mugil fuerit, quem Oxyrinchum nominari Diphilus teſtatur apud Athenæum; nam nullus Mugil carniuorus eſt:) Adhæc Oxyrinchus Nilotus & retibus & hamo capitur, Sturio hamis nunquam, vt ſuo loco patebit: Oxyrinchus Nili alumnus (inquit [g] Aelianus) ex acumine roſtri nomen trahit, vt apparet: & ab eo etiam præfectura quædam in Aegypto. Illic enim venerationem & religionem habet adeò, vt nullum hamo captum piſcem attingere velint, metuentes ne quando is piſcis apud eos ſacer, & magna religione præditus, eodem fuerit hamo traiectus; atq; cùm piſces retibus comprehenduntur, diligenter etiam atq; etiam perſcrutantur, num quem horum piſcium imprudentes (nā cùm alijs ceperint. Malunt enim nihil piſcium excipere, quàm hoc retento maximum piſcium numerum aſſequi. Eum accolæ dicunt ex Oſiridis vulneribus eſſe prognatum. Oſirin autem ſentiunt eundem cum Nilo eſſe. Adhæc ſcribit Ariſtobulus apud Strabonem præter Aloſam, Mugilem, & Delphinum, nullum piſcem in Nilum aſcendere, Sturione itaq; Nilus caret, cùm Oxyrinchus & Delphin ille ſeu potiùs Delphini ſimilis in Nilo celebrentur. Hic itaq; qui ſit, ignorari nunc puto. Oxyrinchus verò Bellonio non alius videtur quàm Lucius, quem ſcribit in Nilo frequentem eſſe: eſtq; carniuorus, & retibus ſimul & hamis extrahitur, & roſtro etiam eſt acuto. Ab hoc Oxirincho diuerſus eſt Oxyrinchus Caſpius eiuſdem [h] Aeliani, cui quæ tribuit, omnia exactè Sturioni conueniunt. In maximo (inquit) Caſpiæ lacu Oxyrinchi ab acumine roſtri nuncupati, magnitudine octo cubitorum procreantur. Eos Caſpij captos diſtrahunt, & ſale cōditos atq; exiccatos Camelis dorſuarijs Ecbatana vehunt. Quin & adipe detracto, farinas ex ijs conficiunt; & huiuſmodi ſalſamenta quidem vendunt: oleo verò pinguiſſimo & ſuauolenti vnguntur. Atq; etiam excepta ex ijs viſcera excoquunt: vnde ad permultos vſus accommodatum fit glutinum: nam non modò ad quæcunq; applicatum fuerit, adhæreſcit, ſed & firmiſſimè retinet; vt & decem diebus madefactum nunquam poſtea diſſoluatur, neq; remittat. Itaq; etiam artifices, qui circa ebur laborant, eo vtuntur, & opera conficiunt pulcherrima. In eadem quoq; ſententia eſt Geſnerus; item Scaliger pater, non dubiū eſſe, inquiens, quin Circaſſi cæteriq; Mæotidis accolæ Sturionē Oxyrinchū vocent: glutē enim (inquit) quod ex eo fit, Xyrinchi dicitur ab illis. Sexta opinio Iouij eſt, qui Sturionem veteribus Silurū dici arbitratus eſt: cuius coniecturas ceu nimis leues futileſq; reijcit Rondeletius, qualis (inquit) hæc eſt, quòd hac ætate quiſnam piſciū antiquitùs fuerit Silurus, penitus ignoremus, qui adeò in mari ac fluuijs teſtimonio Ariſtotelis, Plinij, Athenæi & Auſonij ſit celebratus: ex aduerſo autē de Sturionis antiquo nomine plurimū dubitemus, qui ſit omniū ferè totius orbis fluuiorum incola longè notiſſimus: cùm tamē credendū non ſit, Sturionē veteribus ignotū fuiſſe, aut Silurū veluti aliquo naturæ defectu, tota eius generis extincta ſobole penitus euanuiſſe. Hoc quidē in alijs piſcibus euenit, præſertim lacuſtribus & fluuiatilibus, qui & nomine & alimenti præſtantia apud nos ſunt notiſſimi, à veteribus autem ne nominati quidem: contrà à veteribus multi maximè commendantur, nobis planè ignoti. Non oportet tamen celeberrimorum quorumque apud antiquos piſcium nomina ponere ijs, qui apud nos quoque ſunt in pretio, niſi id firmis rationibus, & a ſubſtantia naturaque piſcium ipſorum petitis inducti faciamus. Trutta hodiè & frequentiſſimus & optimus habetur piſcis, quo cùm lacus amneſque Italiæ multi abundent, veriſimile non eſt, veteribus Romanis fuiſſe planè incognitum, quod tamen antiquitùs verum ipſius nomen fuerit, affirmare non auſis. Sequitur alia (Iouij) non firmior coniectura: In Nilo, Boryſthene atque Danubio, vt Plinius de Siluris ait, etiamnum frequentiſſimos Sturiones reperiri. Nam in omnibus Nili oſtijs & ſuperius peope Memphim Sturiones expiſcantur. In-

*Delphinum vicolæ.*

*Oxyrinchus Niloticus.*

*Lucius Oxyrinchus Caſpius.*

*An ſit Silurus.*

*Trutta qui antiquis vocetur, ignotum.*

[g] *L. 10. cap. 46.*

[h] *L. 17. cap. 32.*

Boryſthene verò, qui hodie Neper eſt amnis, Phaſiq; & in ipſo Tanai apud Tanam emporium, tanta eorum eſt copia, vt cetariæ ibi inſtitutæ ſint officinæ, in quibus ea ſalſamenta ex Sturionum ouis ſalitis quæ Cauiaria diximus, itemq; ipſa ſchinalia ex ſummo Sturionis ſpinali dorſo, ſale fumoq; inueterata conficiantur. Hæc quidem omnia fateor: præterea adeo frequentes eſſe & magnos in Danubio, vt eo minores etiam amnes ſubeant, qui in ipſum influunt, ſicuti Drauam, Sauum & Tybiſcum, vt mirum non ſit eos Moenum ſubire, ſicut Plinius ait. At præter Sturiones, in his etiam amnibus multi alij prægrandes piſces procreantur, ad quorum nonnullos eadem coniectura accommodari poteſt. quantum verò ad Athenæum attinet, à quo Iouius Silurũ Iſtrianum ſiue Danubianum honoris atq; excellentiæ cauſa nominatum fuiſſe ſcribit, vt ab eo Iſtrionem piſcem dictum putet, & inde fortaſſis Sturionem; reſpondeo: Athenæo non Silurum ſed Glanin ſiue Glanida Iſtrianum vocari, quem à Siluro diuerſum eſſe, firmiſſimis veterum & probatiſſimorum authorum ſententijs poſtea comprobabo, etſi ita conuerterit Gaza. Porro quæ ex Auſonij Moſella proferuntur de Siluro, pro Iouio non faciunt, qui Silurum deſcribit, *velut Actæo perductum tergera oliuo*: cùm Sturioni tergum non flaueſcat, vt optimum oleum, ſed cæruleum ſit. Iam verò nec illud opinioni Iouij ſuffragatur, quòd Hiſpania omnis Sturionem hodie Sulium appellet, quæ vox à Siluro parum abeſſe videtur; nam quemadmodum veteribus piſcium nominibus gentium vocabula ob affinitatem accommodata nonnihil ad piſcium cognitionem conferre nõ negauerim: ita ex coniectura inde ſolùm petita nec eum alijs firmioribus coniuncta, certi aliquid colligi nemo dixerit. Lubrica enim eſt hæc ratio & ſæpè fallax. Quod ſi ex nominis ſimilitudine ſola, Sturionis vetus nomen quærendũ ſit, multò maior eſt Turſionis cum Sturione, quàm Siluri cum Sulio affinitas, vnica enim litera S. ex medio in principium tranſlata, ex Turſione, Sturionem efficies. Illam tamen Iouij opinionem libenter amplexus eſt in ſuis in Dioſcoridem commentarijs Amatus Luſitanus, & facilè cum Iouio credit, Silurum Græcorum noſtrum eſſe Sturionem, quòd Hiſpanicum nomen multùm ei fauere videatur: à Manardo verò & alijs reclamantibus ſine vlla ſententiæ illorum refutatione liberè diſſentit. His omnibus Iouij & aliorum idem ſentientium coniecturis vnicam rationem à natura & actionibus Siluri ſumptam opponimus: Silurum, authore Plinio vbicunque ſit graſſari, omne animal appetentem, equos innatantes ſæpe demergentem &c. quæ in Sturionem nullo modo competere poſſunt, nam dentibus caret, neq; maleficus, neq; ferox eſt; à quibus moribus planè aliena eſt oris fabrica, vt neq; alia animalia petere, neq; demergere poſſit. Hæc itaq; Rondeletius. Contrà verò Hippolitus Saluianus Iouij opinionem acriter atq; eruditiſſimè tuetur, & cùm non ſolùm alij tanquam falſiſſimam reiecerint, verùm ipſe etiam Iouius ab eadem defeciſſe videatur, quippe qui totis triginta annis, quos poſt libri ſui de piſcibus editionem vixit, ceu manibus datis, ne vllo quidem modo defendere eam conatus fuerit, ſi nunc tanquam omnium veriſſimam & ab omni contradictione liberam in veritatis lucem (inquit) protulero, tota mihi accepta referenda fuerit. Et iure quidem optimo. Vt enim manifeſtiùs Silurum Sturionem eſſe declaret, contrarias rationes primùm excutit, quas videlicet ſic collegerat [i] Manardus: Primùm [k] Ariſtotele teſte Silurus *dentes adeo duros habet, vt morſu hamos frangat.* Nullos autem eſſe Sturioni dentes omnes ſciunt. [l] Silurus eodem authore *damnatur, cùm fert ova*, nos fœminas Sturiones ouis plenas, plus quàm enixas probamus; non vſq; adeò tamen, vt maribus, quod idem in Siluris facit, præferamus. [m] Silurus *canis exortu, quia ſublimis innatat, ſideratur*, (eodem teſte) Sturiones eo tempore maximè commendantur. Silurus (Plinio teſte) *omne animal graſſando appetit, vt & innatantes equos quandoq; demergat*, quod facere nullus vnquam Sturiones vidit, ceu ſegnitiem potius quàm tantam agilitatem præferentes, alioqui quo pacto magna animalia inſiliant, cùm non niſi minutiſſimis & fugendo veſci poſſint. Mitto longam illam & quaſi ſingularem ouorum cuſtodiam, de qua [r] Ariſtoteles & eum ſecutus [o] Plinius: & quod fluuiatilis ſemper ab [p] Ariſtotele dicitur, neq; inter eos piſces connumeratur, qui ex mari ad flumina aſcendunt, è quorum numero Sturionẽ eſſe certum eſt: Et quòd præcipuæ magnitudinis eſt Silurus, nec minus quindecim talentis aliquando pendet, teſte Plinio: ad quam molem nullus Sturio producitur. Vnum eſt (ſubdit Manardus) quod plurimùm apud me poteſt, quòd ſcilicet Plinius prope Padum natus, & qui propter Tyberis ripas vixit, Silurum, ſi eſſet Sturio, peculiarẽ Nilo non teciſſet, ſed Attilo potius Padano ſicuti magnitudine, ita natalibus aſſociaſſet. Hæ (inquit Saluianus) ſunt rationes, quibus Sturionem Silurũ eſſe non poſſe, non probari ſolùm, ſed certiſſimè etiam demonſtrari omnes credunt: quas tamen nos facillimè diluemus, ſi quædã prius parũ huc vſq; animaduerſa edocebimus. Sciendum itaq; primũ Siluri nomen Græcũ & non Latinũ vocabulũ eſſe, nã præter id quod Dioſcorides, Strabo, Galenus, P. Aegineta, Athenæus, Aelianus, ac Euſtathius σιλούρου meminerunt, ipſe etiã Athenæus atq; Euſtathius etymologiã edocẽt, dicẽtes Σιλούρος dicitur ἀπὸ τῦ σείειν τὼ ὦρας συχόα, hoc eſt, quia crebrò caudã moueat. Aduertendũ præterea Ariſtotelẽ, qui nunquam σιλούρου meminit, γλανίδος mentionem feciſſe, cuius Pauſanias etiam, Athenæus atque Aelianus meminerunt: Poſtremò notandum quòd licet tum σιλούρου, tum γλανίδα fluuiatilem ac magnum piſcem ſcriptores faciant, non propterea vnum atque eundem piſcem eſſe, vt opinatus eſt Plinius, ea quæ ex

Ariſtotele

*Cauiaria vnde ad nos perferantur.*

*Color Sturionis.*

*Sturionem Siluri eſſe.*

*Siluri etymum.*

[i] *L. 9. Epiſt 2.*
[k] *L. 9. Hiſt. cap. 37.*
[l] *L 8. Hiſt. cap 30.*
[m] *L 8. c. 20. li. 9. c. 15.*
[n] *L. 6. Hiſt. cap. 14.*
[o] *L. 9. c. 37.*
[p] *L 8. Hiſt. cap 30.*

A ¶ Ariſtotele Glanidi debentur, Siluro tribuens: cuius errorem Theodorus Gaza, ac illi etiam qui nuper Pauſaniam Latinum reddidere, ſecuti ſunt: Ille enim Ariſtotelis, hi verò Pauſaniæ γλανίδα Silurum interpretati. Quòd γλάνις autem & σιλόυρος non vnus ſed duo piſces ſint, ex multis intelligi poteſt & primò ex ipſo etiam Plinio, qui licet, vbi ea Siluro aſcribit, quæ Glanidi ab Ariſtotele tribuuntur, vnum atque eundem piſcem faciat, alijſque ita errandi occaſionem dederit, [r] alibi tamen eodem capite quibus morbis tum Silurus, tum Glanis medeatur, edocens, duos piſces eſſe arbitrari videtur, quòd [s] rurſus manifeſtiſſimè demonſtrat in ſuo piſciũ catalogo, in quo & Silurum & Glanidem commemorat: id haud facturus, ſi vnum tantùm piſcem arbitratus eſſet: Verùm cùm tanta ſit Plinij in hac re inconſtantia, vt nõ minus alteri falſæ opinioni (cuius ipſe primus, vti arbitror; author extitit) quàm huic veræ noſtræ ſubſcribat, Athenæum atque Aelianum de Siluro & de Glanide agentes conſulamus: Athenæus itaque cùm inquiat: *Qui verò in Nilo ſunt Lati, magnitudine excellunt, vltrà ducentas libras. Eſt autem hic piſcis candidiſſimus & ſuauiſſimus omnibus modis conditus, ſimilis Glanidi, qui reperitur in Iſtro*: deinceps verò quatuor aut quinque interiectis lineis ſic ſubdat: *In Nilo ſunt Torpedo, Porcus, Simus, Phagrus, Oxyrinchus, Allabes, Silurus, Synodontis, Eleotris, Anguilla, Thriſſa, Abramis, Typhle, Lepidotus, Phyſa, Mugil, aliique plurimi:* manifeſtè Silurum & Glanidem, duos piſces eſſe indicat.

B Nam Latum Nili piſcem Glanidi aſſimilaturus, fruſtrà ad Glanidem Iſtri confugiſſet, ſi in ipſo etiam Nilo reperiretur Glanis, vti reperiretur certè, ſi Silurus (quem ipſemet Niliacis piſcibus annumerat) Glanis eſſet: Præterea ſi duo non eſſent piſces, iure culpandus eſſet Athenæus, vt qui non ſolùm eadem pagina, ſed eiſdem ferè lineis ineptè vſus eſſet ſynonymis nominibus, eundem piſcem Glanidem primùm, paulò verò pòſt Silurum appellans: Aelianus autem non ſolùm idem demonſtrat, cùm vtrique proprium caput fecerit, ſed ſcribens etiam: *Glanis piſcis accola Meandri & Lyci Aſianorum fluminum & Europæi Strymonis, ſpeciem Siluri ſimilitudinemque gerit*: omnem adeo ſcrupulum euellit; vt non niſi imprudenter admodum id negari poſſit amplius. Nec eſt vt quiſpiam obijciat, ſimiles ſaltem exiſtimari ab Aeliano, quando haud id noſtra interſit, quippe qui eos duos piſces eſſe (vt manifeſtiſſimè Aelianus teſtatur) comprobare contendimus, num magis minuſue ſint (vt quod rationem noſtram non interturbet) nunc negligentes: quam tamen ſimilitudinem (quippe cuius ſolus Aelianus meminit) paulò pòſt excutiemus: Nunc verò alia etiam ratione, Silurum alium piſcem eſſe à Glanide declaremus. Cùm ſcriptores omnes qui de Glanide loquuntur, eum aut validiſſimis munitum dentibus, aut ferocem & ſæuum faciant, eundemque marem ſolum omnium ædita cuſtodire ouа ſæpè & quinquagenis diebus, ne abſumantur ab alijs, & caniculæ exortu ſiderari & aliàs fulgore ſopiri teſtentur, nemo vnquam horum vllum Siluro tribuit. Et pari etiam ratione cùm omnes ferè authores qui de Siluro agunt, cum ſaliri conſueuiſſe aſſeuerent, de Glanide id nemo teſtatum reliquit. Quibus ſic declaratis, nihil eorum eſſe quæ Siluro iurè debentur, quod Sturioni non quadret, manifeſtiſſimum eſt. Nã quod ad Ariſtotelem attinet, *validos habere dentes, quibus hamum frangat; damnari cum fert ova, fœminam præſtantiorem eſſe, canis exortu ſiderari, ova quinquaginta diebus cuſtodire & ſtomachum ſolum eſſe*, non de Siluro (cuius vt diximus, nuſquam meminit) ſed de Glanide teſtatum reliquit ipſe: quem perperam Theodorus Plinium ſecutus, Silurum interpretatus eſt. Quod verò ad Plinium ſpectat, ipſe quoque γλανίδα Silurum vocans, ferocem maleficumque Silurum fecit. Nec ſi Plinius (vt nos quoque fatemur) modò γλανίδα, modò verò σιλόυρον, Silurum nuncupare ſolitus eſt, cùm inquit, [t] *Silurus graſſatur vbicunque eſt, amne animal appetens, equos natantes ſæpe demergens præcipuè in Rheno Germaniæ amne*, σιλόυρον & non γλανίδα ab eo Silurum vocari dicendum eſt: propterea quod ex Ariſtotele id Glanidi aſcribente, hoc non tranſcripſerit. Nam cùm nullus antiquorum ſæuum & ferocem Silurum eſſe teſtatur, Glanis verò ([u] Ariſtotelis teſtimonio) duriſſimis ſuis dentibus hamum rumpere, & (vt paulò infrà monſtrabimus) tum in Rheno, tum in pleriſque alijs fluminibus homines deuorare ſoleat: γλανίδα potius quàm σιλόυρον, Silurum ab eo vocari arbitrandum eſt. Quod Glanides

D autem in Rheno & in nonnullis alijs fluminibus hominum deuoratores ſint, teſtis eſt [x] Pauſanias, dicens: *Feras in permitiẽ hominũ non ferunt Græcorũ amnes, quemadmodũ Indus & Nilus, præterea Rhenus & Iſtrus, Euphrates & Phaſis. Hi enim feras hominum deuorantes, ſimiles Glanidibus in Hermo & Mæãdro verſantibus, procreant, excepto colore nigriore & robore; nam his Glanides inferiores ſunt.* Verũ cùm verba hæc nihil minus probare videantur, quã feros & hominũ vorantes Glanides in Rheno reperiri, vti nos monſtrare cõtendimus, quippe qui illud idẽ quod prius de Glanide ſcripſerat Plinius, à Pauſania etiã cõfirmari aſſeueramus: quo pacto id certè ex illis probetur, innoteſcet, ſi quid ſibi velint hæc Pauſaniæ verba, haud omnibus (mea quidẽ ſentẽtia) probè nota diligentiùs excutiemus. Cũ igitur Pauſanias inquiat Rhenũ, Iſtrũ, Euphratẽ (Nilũ, Indũ) & Phaſim feras hominũ deuoratrices procreare, Glanidibus in Hermo & Mæãdro verſãtibus ſimiles, excepto colore nigriore & robore, nã robuſtiores sũt quã Glanides, haud intelligendũ eſt (vt falsò opinãtur nõnulli) feras illas à Glanidibus ſpecie diſtinctas eſſe, quãdo ſolo colore nigriore ac robore diſtingui ſpecificã diſtinctionẽ nõ faciat, & maximè cũ nõ ſim pliciter à Glanidibus ſed ab illis ſolũ, qui in Hermo & Mæãdro verſãtur, colore nigriore & robore illas

[r] *L. 9. cap. 16. & 51.*

*Glanis à Siluro differt.*

[s] *L. 31. cap. 10.*

[t] *L. 32. cap. 10.*

[u] *L. 9. c. 151.*

[x] *L. 9. Hiſt. cap. 27.*

[x] *Lib. 4.*

differre teſtetur: accedatque ad hoc, quòd cùm Athenæo authore in Iſtro etiam Glanis reperiatur, ſi E
feræ illæ à Glanidibus ſpecie differrent, eas Glanidibus aſſimilaturus Pauſanias, haud ad Hermi &
Mæandri Glanides confugiſſet: ſed illis, qui in eodem Iſtro reperiuntur, aſſimilaſſet. Nihil igitur
aliud ſæuæ illæ Rheni, Iſtri, Euphratis (Nili, Indi) & Phaſis Pauſaniæ feræ ſunt, quàm Glanides, Her-
mi & Mæandri Glanidibus nigriores & robuſtiores: & ob id forſan feræ potius quàm Glanidis nomi-
ne appellata à Pauſania. Quamobrem vti Pauſanias Glanides Euphratis, (Nili, Indi) Phaſis, Rheni &
[y] *L. 5. Hex.* Iſtri feras homines deuorantes; ità Plinius Glanidem Rheni omne animal appetentem & equos na-
tantes ſæpe demergentem, Silurum appellare videtur. Ad cuius [y] Plinij imitationem D. Ambroſium,
*voraciorem minorum piſcium Silurum* dixiſſe credendum eſt. (Item cùm inquit: *Capitis eſt Silurus, &
inutilis præda detecta eſt.* Verùm præter Ambroſium, alij etiam atque ipſe Aelianus & Athenæus meo
iuditio Glanin aliquando Silurum vocant.) Nec obſtat vti videtur Manardo, quòd Sturionũ noſtro-
rum nullus talenta quindecim pendeat: ad quam magnitudinem (Plinio teſte) aliquando Silurus
excreſcit, quando non vbique ſed in ſolo Nilo fluuiorum omnium maximo, maximos etiam pro-
creari piſces, maximè rationi eſt conſonum. (Ego hanc magnitudinem ad Glanidem quoque perti-
nere putem, quoniam num in Nilo Sturio ſit, non conſtat, & antè ex Ariſtobulo id negauimus. Nam
quod ad præcitatam Aeliani & Athenæi Silurum Nilois piſcibus annumerantium authoritatem attinet, F
fieri poteſt, quòd vel ipſi Silurum pro Glanide imprudenter poſuerint.) Nec illud quod plurimũ
apud Manardum poteſt, aliqua apud nos dignum eſt conſideratione: peculiarem ſcilicet Nili piſcem
Silurum cenſeri à Plinio, cùm Sturiones in Pado prope quem natus erat, & in Tyberi, propter cuius
ripas vixit, frequentes reperiantur. Nam haud Siluri Niliaci, ceu peculiaris Nili piſcis meminit Pli-
nius, vti opinatur Manardus, ſed ceu reliquorum Silurorum maximi, quemadmodum Plinij verba
contemplanti manifeſtum eſt. Quinimo & ipſemet eodem capite paulò infrà, in Rheno quoque Si-
[z] *L. 32. cap. 10.* lurum reperiri teſtatur. Et [z] alibi inquit: *Siluri fluuiatilis, qui & alibi quàm in Nilo naſcitur.* (Hæc quo-
que meo iudicio ad Glanin pertinent: Si enim ad Sturionem referri debent, quid attinebat fluuiati-
lem vocare, ſi marinus piſcis eſt.) Nec eſt quòd quiſpiam poſtremò obijciat, Sturionem quem Silo-
rum eſſe contendimus, ſimilitudinem nullam habere cum eo piſce, quem Glanidem fecimus: cùm ta-
men Aeliano authore (vt ſuprà citauimus) Glanis piſcis incola Mæandri & Lyci Aſianorum fluuio-
rum & Europæi Strymonis ſpeciem Siluri, ſimilitudinemque gerat. Nam Aelianus in authoribus de-
ſcribendis diligens certè, ſed haudquaquam in excutiendis eorum dictis induſtrius, cùm in citatum
Pauſania (cuius etiam auditor fuit ſub Adriano principe) locum incidiſſet, fæuaſq; illas Rheni, Iſtri,
Euphratis, & Phaſis feras à Glanidibus Mæandri & Hermi ſpecie diſiungi (vt prima facie verba ipſa G
monſtrare videntur) arbitraretur; eidemque prædictus etiam occurriſſet Plinij locus; videns illas
Rheni ac Iſtri feras, quarum meminit Pauſanias, à Plinio Siluros appellari; nec aduertens Glanidem
& Silurum hoc loco, vt alijs multis, vnum atque eundem piſcem exiſtimari à Plinio (imo confundi
potius) ſed opinatus potius ei, non ſecus quàm Græcis omnibus Silurum verè alium piſcem eſſe à
[a] *L. 11. cap. 45.* Glanide, rem ipſam magis interturbãs ſcripſit [a] *Glanis piſcis incola Mæandri & Lyci Aſianorum flumi-
num & Europæi Strymonis, ſpeciem Siluri ſimilitudinemque gerit.* Quibus verbis ſicuti omnes Græcos
authores ſecutus, Silurum rectè alium piſcem à Glanide fecit, ſic perperam eos ſimiles eſſe aſſeuera-
uit: nam præter id quòd nullus alius ſcriptorum hos piſces ſimiles fecit, nec ipſe, niſi incuria Plinianæ
interpretationis deceptus, eos ſimiles exiſtimaſſet. (Alias idem Aelianus Silurum apud Myſos ad
Pontum hamo capi ſcribens, cui eſca aſſus tauri pulmo appendet, Glanin, non Sturionem quoq; in-
telligit.) Sic [b] itaque rationibus, aduerſariorum iudicio inſolubilibus, non confutatis ſolùm argutis ver
[b] *L. 14. c. 25.* bis, ſed re ipſa prorſus atque funditus peſſundatis; ne vllus dubitandi locus relinquatur amplius, cui-
dentiſſimis etiam veterum teſtimonijs Sturionem antiquorum Silurum eſſe confirmemus. Primùm
*Sturionem Siluru eſſe.* enim ſicuti Sturiones marini ſunt & fluuiatiles (vt monſtrauimus) ſic à Plinio inter piſces amnis &
maris communes recenſentur Siluri: idemque teſtatur Auſonius dicens: H

*Nunc pecus aquoreum celebrare magne Silure,  Quem velut Actæo perductum tergora olim*
*Amnicolam Delphina reor.*

(Addi hîc poteſt, quòd Glanidem nemo marinum facit.) Et vti ex maiorum piſcium numero ſunt,
ſic inter magnos piſces à veteribus connumerantur Siluri. Et quemadmodum in pleriſque locis ſa-
liuntur Sturiones, ita à veteribus Siluros ſaliri conſueuiſſe proditum eſt (& hodie ſalitus vt olim affer
tur.) Sed cùm hæ tres conditiones (etſi vix alicui alij piſcium conueniant) Sturionem Silurum eſſe
plenè ac indubitanter non comprobent: potiora & certiora iam proferamus teſtimonia, à Plinio
exordientes. Qui Siluri nomine modò Glanidem, modò Silurum (vt diximus) appellare ſolitus, cùm
perperam Siluro quæ Glanidi debentur, (vt ſuprà citauimus) dicens: *Silurus graſſatur vbicunque eſt
omne animal appetens, equos natantes ſæpè demergens, præcipuè in Rheno Germaniæ amne prope Lisbonam*
(quod poſtremum verbum vti mendoſum eſt certè; ita hactenus congruam eius caſtigationem non
habemus,) ſubiunxit: *& in Danubio* (*Mario* autem vt in impreſſis legitur codicibus, vel *mari*, vt in-

manu-

A manuſcriptis habetur, ceu ſuperuacua & temerè addita dictio expungi debet, [nobis ſecus videtur] *Extrahitur Porculo marino ſimilis.* Quibus verbis Silurum deſcribens, Sturionem clarè pingit. Arbitratus namque maiorem Sturionem Silurum vocatum, à minori qui à nonnullis antiquis (vt infrà explicabimus) Porcus marinus appellatur, ſpecie (vt ſuprà notauimus) differre; Silurum ſiue maiorem Sturionem Porculo marino ſiue minori Sturioni ſimillimũ eſſe iure teſtatur. (Hæc cum ſuperioribus haud firmiter cohærent, in quibus Silurum Rheni Glanidem eſſe dictum eſt. Et non benè locum Plinij reſtituit, qui per ſe clarus eſt.) Nec quod mox ſubnectit ſcribens: *In Boryſthene memoratur præcipua magnitudo, nullis oſſibus ſpiniſue interſitis, carne prædulci* (ſi de Siluro intelligendum ſit, vti nos certè credimus) Sturionem dedecet: quando in Boryſthene quarto Scythiæ fluuio, ſecundum Iſtrũ omnium maximo, qui hodie Neper appellatur, non ſolùm maximus reperiatur Sturio, ſed etiam carne ſit prædulci, vt quiſque Sturionem comedens animaduertere poteſt. Nec ſi Sturio quaſi oſſeam dorſi ſpinam habeat, Silurum eſſe non poſſe obijciendum, ob illud Plinij: *nullis oſſibus ſpiniſue interſitis:* quando arbitrandum ſit, his verbis Plinium intellexiſſe, vna tantùm ſpina, qua ferè oſſea a capite per dorſum ad caudam traijcitur, munitum eſſe Silurum, nullaſque alias (quod in plerilque alijs piſcibus accidit) ab hac oriri, quibus caro eius tota atque corporis ambitus veluti coſtis ſæpiatur. (Ego
B Plinium ijs verbis oſtendere voluiſſe putem, pro oſſibus & ſpinis cartilagines habere: Sturio enim ex cartilagineis eſt, vt modò dicetur.) Nec etiam noſtra interturbatur opinio, propterea quòd prædictis verbis Antaceum deſcribere videatur Plinius, cuius ſic antea meminerat Herodotus: *Præbet Boryſthenes ingentia Cete, ad ſalſuram ſpinis carentia, quæ Antaceos appellant,* nam hæc quoque Sturioni quadrant, quippe qui prægrandis admodum in Boryſthene capi atque ſaliri ſoleat: nec inconuenit ibi Antaceum vocari, etſi alij Silurum appellent. (Ego Antaceos à Sturione diuerſos eſſe non dubito.) Poſtremò quod ſtatim addit, inquiens: *in Gange India Plataniſtas vocant, roſtro Delphini & cauda, magnitudine autem quindecim cubitorum*: vti de Siluro dici certè videtur, ita pro noſtra opinione apertè pugnat: cùm Sturio quem Gangis accolas Plataniſtam vocare dicit, roſtro & cauda abſimilis non ſit. Quamobrem Auſonius etiam Gallus Silurum amnicolam Delphinum appellat, illumque deſcribens, Sturionem egregiè repræſentat. Inquit enim. *Plataniſta.*

*Nunc pecus æquoreum celebrabere magne Silure*
*Amnicolam Delphina reor, ſic per freta magnum*
*Aut brenibus defenſa vadis, aut fluminis vlnis*
*Te virides ripæ, te cærula turba natantum*
C *Æſtus, & extremi procurrunt margine fluctus.*
*Cùm vento mœrunè ſuo telluris ad oras*
*Æquora; vicinique timent decreſcere montes.*
*Quem velut Actæo perductum tergore olino*
*Laberis & longi vix corporis agmina ſoluis*
*Aut cum tranquillos moliris in amne meatus*
*Te liquida mirantur aqua, diffunditur alueo*
*Talis Atlantiaco quondam Balena profundo*
*Pellitur, excluſum fundit mare, magnaque ſurgunt*
*Hic tamen hic noſtræ mitis Balena Moſellæ*
*Exitio procul eſt, magnoque honor additus amni.*

Quibus carminibus nihil certius exprimi potuit, quàm pro Sturione Silurus, cùm magnum fluuiatilem ac marinum, Delphino ſimilem & mitem eſſe, atque tergore ipſo natiuum olei referre colorem, quæ ab ipſo Auſonio Siluro tribuuntur, adamuſſim Sturioni reſpondeant. (Ego quidem Auſonij Silurum Sturionem eſſe non dubito, ſed ab Auſonio Delphinum amnicolam vocari à ſimilitudine capitis, quæ nulla penè eſt, & caudæ nõ puto, ſed vel à robore, vel potius à magnitudine, nam Sturio inter Moſellæ piſces, facilè maximus eſt. Antaceus verò Boryſthenis caput Delphino diſſimile non habet.) His igitur cùm clarè ſatis (mea quidem ſententia) pateat Sturionem noſtrum veterum Silurum eſſe. Iam declaremus (vt ſuprà polliciti ſumus) Sturionem, marinum etiam Porcum à veteribus vocatum fuiſſe: Cuius quidem rei optimus atque certiſſimus teſtis eſt [d] Iſidorus Hiſpalenſis, qui vixit plus octigentis ab hinc annis: nam ſcribens: *Porci marini, qui vulgo Suilli, qui dum eſcam quærunt, more Suis terram ſub aquis fodiunt: Circa guttur enim habent oris officium, & niſi roſtrum arenis immergant, paſtum non colligunt*: præterid quòd ſub marini Porci nomine apertiſſimè Sturionem deſcribit, vt nullus relinqueretur dubitandi locus, marinum Porcum in Hiſpania (is enim Hiſpanus erat) vulgo Suillo vocatum fuiſſe teſtatur: vti & hodiè ab Hiſpanis (vt ſuprà retulimus) Solho aut Sulio vocatur Sturio. Hæc itaque omnia Saluianus. Andræas Matthiolus in prioribus ſuis in Dioſcoridem cõmentarijs pro Siluro exhibet ſquamoſum & bene dentatum piſcem, deceptus nimirum ab aliquo, qui hanc effigiem ceu veri piſcis alicuius ei obtulit, ſed qualem ea pictura oſtendit, piſcem nullum reperiri puto, & ipſe in poſterioribus commentarijs, Gazę interpretatione deceptum ſe fuiſſe profitetur, Saluianique ſententiam amplexus Sturionem pro Siluro depingit. Ab hac opinione recedit Geſnerus, verum Silurum eſſe autumans, qui Saluiano Glanis eſt Ariſtotelis & Silurus hominum, animaliumque deuorator. Bellonius Glanidem, Silurum & Hyænam, ſynonyma facit. Rondeletij de Siluro iudicium ridiculum eſt, neſcioque quomodo vir tam grauis in tam grauem errorem impegerit. Pingit enim piſcem ex Aſellorum (vt apparet) genere, tanquam à Geſnero pro Siluro miſſum, qui tamẽ non hunc ſed quem ille capiti de Glanide ſubſequenti præfixit, miſiſſe ſe teſtatur. Idem Rondeletius Sturionem Dorioni in li-

*Porcum marinum dici.*
[d] *L. 12. c. 6.*

*Silurus Matthioli.*

*Silurus Geſneri.*

differre teſtetur: accedatque ad hoc, quòd cùm Athenæo authore in Iſtro etiam Glanis reperiatur, ſi E
feræ illæ à Glanidibus ſpecie differrent, eas Glanidibus aſſimilaturus Pauſanias, haud ad Hermi &
Mæandri Glanides confugiſſet: ſed illis, qui in eodem Iſtro reperiuntur, aſſimilaſſet. Nihil igitur
aliud ſæuæ illæ Rheni, Iſtri, Euphratis (Nili, Indi) & Phaſis Pauſaniæ feræ ſunt, quàm Glanides, Her-
mi & Mæandri Glanidibus nigriores & robuſtiores: & ob id forſan feræ potius quàm Glanidis nomi-
ne appellata a Pauſania. Quamobrem vti Pauſanias Glanides Euphratis, (Nili, Indi) Phaſis, Rheni &
[y] L. 5. Hex. Iſtri feras homines deuorantes; ità Plinius Glanidem Rheni omne animal appetentem & equos na-
tantes ſæpe demergentem, Silurum appellare videtur. Ad cuius [y] Plinij imitationem D. Ambroſium,
*voraciorem minorum piſcium Silurum* dixiſſe credendum eſt. (Item cùm inquit: *Capitis eſt Silurus, &
inutilis præda detecta eſt.* Verùm præter Ambroſium, alij etiam atque ipſe Aelianus & Athenæus meo
iudicio Glanin aliquando Silurum vocant.) Nec obſtat vti videtur Manardo, quòd Sturionũ noſtro-
rum nullus talenta quindecim pendeat: ad quam magnitudinem (Plinio teſte) aliquando Silurus
excreſcit, quando non vbique ſed in ſolo Nilo fluuiorum omnium maximo, maximos etiam pro-
creari piſces, maximè rationi eſt conſonum. (Ego hanc magnitudinem ad Glanidem quoque perti-
nere putem, quoniam num in Nilo Sturio ſit, non conſtat, & antè ex Ariſtobulo id negauimus. Nam
quod ad præcitatam Aeliani & Athenæi Silurum Nilois piſcibus annumerantium authoritatem atti- F
net, fieri poteſt, quòd vel ipſi Silurum pro Glanide imprudenter poſuerint.) Nec illud quod plurimũ
apud Manardum poteſt, aliqua apud nos dignum eſt conſideratione: peculiarem ſcilicet Nili piſcem
Silurum cenſeri à Plinio, cùm Sturiones in Pado prope quem natus erat, & in Tyberi, propter cuius
ripas vixit, frequentes reperiantur. Nam haud Siluri Niliaci, ceu peculiaris Nili piſcis meminit Pli-
nius, vti opinatur Manardus, ſed ceu reliquorum Silurorum maximi, quemadmodum Plinij verba
contemplanti manifeſtum eſt. Quinimo & ipſemet eodem capite paulò infrà, in Rheno quoque Si-
[z] L. 32. cap. 10. lurum reperiri teſtatur. Et [z] alibi inquit: *Siluri fluuiatilis, qui & alibi quàm in Nilo naſcitur.* (Hæc quo-
que meo iudicio ad Glanin pertinent: Si enim ad Sturionem referri debent, quid attinebat fluuiati-
lem vocare, ſi marinus piſcis eſt.) Nec eſt quòd quiſpiam poſtremò obijciat, Sturionem quem Silo-
rum eſſe contendimus, ſimilitudinem nullam habere cum eo piſce, quem Glanidem fecimus: cùm ta-
men Aeliano authore (vt ſuprà citauimus) Glanis piſcis incola Mæandri & Lyci Aſianorum fluuio-
rum & Europæi Strymonis ſpeciem Siluri, ſimilitudinemque gerat. Nam Aelianus in authoribus de-
ſcribendis diligens certè, ſed haudquaquam in excutiendis eorum dictis induſtrius, cùm in citatum
Pauſania (cuius etiam auditor fuit ſub Adriano principe) locum incidiſſet, fæuaſq; illas Rheni, Iſtri,
Euphratis, & Phaſis feras à Glanidibus Mæandri & Hermi ſpecie diſiungi (vt prima facie verba ipſa G
monſtrare videntur) arbitraretur; eidemque prædictus etiam occurriſſet Plinij locus; videns illas
Rheni ac Iſtri feras, quarum meminit Pauſanias, à Plinio Siluros appellari; nec aduertens Glanidem
& Silurum hoc loco, vt alijs multis, vnum atque eundem piſcem exiſtimari à Plinio (imo confundi
potius) ſed opinatus potius ei, non ſecus quàm Græcis omnibus Silurum verè alium piſcem eſſe à
[a] L. 11. cap. 45. Glanide, rem ipſam magis interturbãs ſcripſit [a] *Glanis piſcis incola Mæandri & Lyci Aſianorum flumi-
num & Europæi Strymonis, ſpeciem Siluri ſimilitudinemque gerit.* Quibus verbis ſicuti omnes Græcos
authores ſecutus, Silurum rectè alium piſcem à Glanide fecit, ſic perperam eos ſimiles eſſe aſſeuera-
uit: nam præter id quòd nullus alius ſcriptorum hos piſces ſimiles fecit, nec ipſe, niſi incuria Plinianæ
interpretationis deceptus, eos ſimiles exiſtimaſſet. (Alias idem Aelianus Silurum apud Myſos ad
Pontum hamo capi ſcribens, cui eſca aſſus tauri pulmo appendet, Glanin, non Sturionem quoq; in-
[b] L. 14. c. 25. telligit.) Sic [b] itaque rationibus, aduerſariorum iudicio inſolubilibus, non confutatis ſolùm argutis ver
bis, ſed re ipſa prorſus atque funditus peſſundatis; ne vllus dubitandi locus relinquatur amplius, eui-
dentiſſimis etiam veterum teſtimonijs Sturionem antiquorum Silurum eſſe confirmemus. Primùm
*Sturionem Siluũ eſſe.* enim ſicuti Sturiones marini ſunt & fluuiatiles (vt monſtrauimus) ſic à Plinio inter piſces amnis &
maris communes recenſentur Siluri: idemque teſtatur Auſonius dicens: H

*Nunc pecus aquoreum celebrare magne Silure, Quem velut Actæo perductum tergora alno*
*Amnicolam Delphina reor.*

(Addi hîc poteſt, quòd Glanidem nemo marinum facit.) Et vti ex maiorum piſcium numero ſunt,
ſic inter magnos piſces à veteribus connumerantur Siluri. Et quemadmodum in pleriſque locis ſa-
liuntur Sturiones, ita à veteribus Siluros ſaliri conſueuiſſe proditum eſt (& hodie ſalitus vt olim affer
tur.) Sed cùm hæ tres conditiones (etſi vix alicui alij piſcium conueniant) Sturionem Silurum eſſe
plenè ac indubitanter non comprobent: potiora & certiora iam proferamus teſtimonia, à Plinio
exordientes. Qui Siluri nomine modò Glanidem, modò Silurum (vt diximus) appellare ſolitus, cùm
perperam Siluro quæ Glanidi debentur, (vt ſuprà citauimus) dicens: *Siluris graſſatur vbicunque eſt
omne animal appetens, equos natantes ſæpè demergens, præcipuè in Rheno Germaniæ amne prope Lisburn*
(quod poſtremum verbum vti mendoſum eſt certè; ita hactenus congruam eius caſtigationem non
habemus,) ſubiunxit: *& in Danubio* (*Mario* autem vt in impreſſis legitur codicibus, vel *mari*, vt in-

A manuſcriptis habetur, ceu ſuperuacua & temerè addita dictio expungi debet, [nobis ſecus videtur] *Extrahitur Porculo marino ſimilis.* Quibus verbis Silurum deſcribens, Sturionem clarè pingit. Arbitratus namque maiorem Sturionem Silurum vocatum, à minori qui à nonnullis antiquis (vt infrà explicabimus) Porcus marinus appellatur, ſpecie (vt ſuprà notauimus) differre; Silurum ſiue maiorem Sturionem Porculo marino ſiue minori Sturioni ſimillimũ eſſe iure teſtatur. (Hæc cum ſuperioribus haud firmiter cohærent, in quibus Silurum Rheni Glanidem eſſe dictum eſt. Et non benè locum Plinij reſtituit, qui per ſe clarus eſt.) Nec quod mox ſubnectit ſcribens: *In Boryſthene memoratur præcipua magnitudo, nullis oſſibus ſpiniſue interſitis, carne prædulci* (ſi de Siluro intelligendum ſit, vti nos certè credimus) Sturionem dedecet: quando in Boryſthene quarto Scythiæ fluuio, ſecundum Iſtrũ omnium maximo, qui hodie Neper appellatur, non ſolùm maximus reperiatur Sturio, ſed etiam carne ſit prædulci, vt quiſque Sturionem comedens animaduertere poteſt. Nec ſi Sturio quaſi oſſeam dorſi ſpinam habeat, Silurum eſſe non poſſe obijciendum, ob illud Plinij: *nullis oſſibus ſpiniſue interſitis:* quando arbitrandum ſit, his verbis Plinium intellexiſſe, vna tantùm ſpina, qua fere oſſea à capite per dorſum ad caudam traijcitur, munitum eſſe Silurum, nullaſque alias; quod in pleriſque alijs piſcibus accidit; ab hac oriri, quibus caro eius tota atque corporis ambitus veluti oſſibus ſæpiatur. (Ego
B Plinium ijs verbis oſtendere voluiſſe putem, pro oſſibus & ſpinis cartilagines habere: Sturio enim ex cartilagineis eſt, vt modò dicetur.) Nec etiam noſtra interturbatur opinio, propterea quòd prædictis verbis Antaceum deſcribere videatur Plinius, cuius ſic antea meminerat Herodotus: *Præbet Boryſthenes ingentia Cete, ad ſalſuram ſpinis carentia, quæ Antaceos appellant,* nam hæc quoque Sturioni quadrant, quippe qui prægrandis admodum in Boryſthene capi atque ſaliri ſoleat: nec inconuenit ibi Antaceum vocari, etſi alij Silurum appellent. (Ego Antaceos à Sturione diuerſos eſſe non dubito.) Poſtremò quod ſtatim addit, inquiens: *in Gange India Plataniſtas vocant, roſtro Delphini & cauda, magnitudine autem quindecim cubitorum*: vti de Siluro dici certè videtur, ita pro noſtra opinione apertè pugnat: cùm Sturio quem Gangis accolas Plataniſtam vocare dicit, roſtro & cauda abſimilis non ſit. Quamobrem Auſonius etiam Gallus Silurum amnicolam Delphinum appellat, illumque deſcribens, Sturionem egregiè repræſentat. Inquit enim. *Plataniſta.*

*Nunc pecus æquoreum celebrabere magne Silure*
*Amnicolam Delphina vocor, ſic per freta magnum*
*Aut brevibus deſenſa vadis, aut fluminis vlnis*
*Te virides ripæ, te cærula turba natantum*
C *Æſtum, & extremi procurrunt margine fluctus.*
*Cùm vento motuue ſuo telluris ad oras*
*Æquora; vicinique timent decreſcere montes.*
*Quem velut Æliaco perductum tergore olivo*
*Laberis & longi vix corporis agmina ſoluis*
*Aut cum tranquillos moliris in amne meatus*
*Te liquida mirantur aquæ, diffunditur alueo*
*Talis Atlantiaco quondam Balena profundo*
*Pellitur, excluſum fundit mare, magnaque ſurgunt*
*Hic tamen hic noſtræ mitis Balena Moſellæ*
*Exitio proculeſt, magnoque honor additus amni.*

Quibus carminibus nihil certius exprimi potuit, quàm pro Sturione Silurus, cùm magnum fluuiatilem ac marinum, Delphino ſimilem & mitem eſſe, atque tergore ipſo natiuum olei referre colorem, quæ ab ipſo Auſonio Siluro tribuuntur, adamuſſim Sturioni reſpondeant. (Ego quidem Auſonij Silurum Sturionem eſſe non dubito, ſed ab Auſonio Delphinum amnicolam vocari à ſimilitudine capitis, quæ nulla penè eſt, & caudæ nõ puto, ſed vel à robore, vel potius à magnitudine, nam Sturio inter Moſellæ piſces, facilè maximus eſt. Antaceus verò Boryſthenis caput Delphino diſſimile non habet.) His igitur cùm clarè ſatis (mea quidem ſententia) pateat Sturionem noſtrum veterum Silurum eſſe. Iam declaremus (vt ſuprà polliciti ſumus) Sturionem, marinum etiam Porcum à veteribus vocatum fuiſſe: Cuius quidem rei optimus atque certiſſimus teſtis eſt [d] Iſidorus Hiſpalenſis, qui vixit plus octigentis ab hinc annis: nam ſcribens: *Porci marini, qui vulgo Suilli, qui dum eſcam quærunt, more Suis terram ſub aquis fodiunt: Circa quæ etiam habent oris officium, & niſi roſtrum arenis immergant, paſtum non*
D *colligunt*: præterid quòd ſub marini Porci nomine apertiſſimè Sturionem deſcribit, vt nullus relinqueretur dubitandi locus, marinum Porcum in Hiſpania (is enim Hiſpanus erat) vulgo Suillo vocatum fuiſſe teſtatur: vti & hodiè ab Hiſpanis (vt ſuprà retulimus) Solho aut Sulio vocatur Sturio. Hæc itaque omnia Saluianus. Andræas Matthiolus in prioribus ſuis in Dioſcoridem cõmentarijs pro Siluro exhibet ſquamoſum & bene dentatum piſcem, deceptus nimirum ab aliquo, qui hanc effigiem ceu veri piſcis alicuius ei obtulit, ſed qualem ea pictura oſtendit, piſcem nullum reperiri puto, & ipſe in poſterioribus commentarijs, Gazę interpretatione deceptum ſe fuiſſe profitetur, Saluianique ſententiam amplexus Sturionem pro Siluro depingit. Ab hac opinione recedit Geſnerus, verum Silurum eſſe autumans, qui Saluiano Glanis eſt Ariſtotelis & Silurus hominum, animaliumque deuorator. Bellonius Glanidem, Silurum & Hyænam, ſynonyma facit. Rondeletij de Siluro iudicium ridiculum eſt, neſcioque quomodo vir tam grauis in tam grauem errorem impegerit. Pingit enim piſcem ex Aſellorum (vt apparet) genere, tanquam à Geſnero pro Siluro miſſum, qui tamẽ non hunc ſed quem ille capiti de Glanide ſubſequenti præfixit, miſiſſe ſe teſtatur. Idem Rondeletius Sturionem Dorioni in li-

*Porcum marinum dici.*
[d] *L. 12. c. 6.*

*Silurus Matthioli.*

*Silurus Geſneri.*

in libro de piſcibus apud Athenæum ὀνίσκον vocari contendit, argumento quòd hic Murænæ fluuiatili vnam duntaxat ſpinam tribuit ſimilem Oniſco, ſpinam totũ vertebrarũ contextum vocans, negatq; præter Lampetram ſiue fluuiatilem Murænam & Sturionem, alium piſcem dari, cui vnica tantùm ſit dorſi ſpina & in nullas vertebras diuiſa: quam quoque opinionem in Aello refutauimus. Multo probabilior coniectura eiuſdem eſt [c] Sturionem Galęno γαλαξίαν vel γαλιξίαν vocari: dubitari tamen poteſt: corporis quidem ſimilitudo, oſque in ſupina parte ad Galeos ſiue Muſtelos quadrat, ſed Galaxian in Græciæ mari naſci negat Galenus, argumento quòd Philotimus eius non meminit, in quo Sturiones dari certum eſt; niſi dicamus, fortaſſis non meminiſſe Philotimum, quia Sturio in alto mari rarò capitur, at non longè à litore & fluuiorum oſtijs, & tunc cùm paruus adhuc eſt, & contemptus. Rurſus Sturio branchias contra Galeorum morem opertas habet, & valde pinguis eſt, pinguis tamen etiam Galeus Rhodius: Galeni verba ſunt: Galeorum (in quibuſdam codicibus teſte Rondeletio Galeonymorum legitur,) *non vna eſt ſpecies, nam piſcis qui in maximo habetur pretio apud Romanos Galaxias vocatus, ex genere eſt Galeorum, qui in Græciæ mari naſci non videtur, quæ cauſa eſt cur Philotimus ipſum ignoraſſe videatur*. Idem denique Rondeletius fusè admodum, & vt mihi videtur (ingenuè loquor) eruditè docuit, Sturionem antiquis Acipenſerem (Feſtus Aquipenſerem ſcribit. Forte & Acipenſis in recto caſu profertur, à quo accuſatiuum Martialis formauit Acipenſem, vbi tamen alij Acipenſera legunt.) vocari. Quod vt clariùs oſtendat, primò docet ex veterum teſtimonijs, Acipenſerem ab Elope & Anthia, quibuſcum implicatur, differre. Acipenſere quidem (inquit) cùm nullus alijs apud Romanos celebrior vnquam piſcis fuerit, tamen quis is ſit, hodie ambigitur; hac maximè de cauſa, quòd Elopem eundem eſſe & Acipenſerem exiſtimarunt permulti, qui cùm quæ Elopi à veteribus tribuuntur, vix vlli è piſcibus noſtris competere viderent, Acipenſere nos hodiè carere, perinde ac ſi omnino è medio ſublatus eſſet, vel in rerum natura amplius non exiſteret, multis perſuaſerunt, ac proinde quis fuerit Elops vel Acipenſer apud veteres, nos penitus ignorare. Acipenſerem igitur & Elopem, eundem eſſe piſcem non recentiores ſed etiam veteres quidam opinati ſunt. Athenæus, [f] *Appion Grammaticus in lib. de Apicy delicijs piſcem qui Elops nominatur, Acipẽſerem eſſe ſcripſit.* Plinius: *Apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus Acipenſer, vnus omnium ſquamis ad os verſis contra aquam nando meat, nullo nunc in honore eſt, quod quidem miror, cùm ſit rarus inuentu. Quidam enim Elopem vocant.* Gaza quoque ἔλοπα Ariſtotelis Acipenſerem vertit. Ex his eundem eſſe (veterum nonnullis creditum) Elopem & Acipenſerem liquidò conſtat. Quibus duo alia teſtimonia opponimus, Ouidij nimirum & eiuſdem. Plinij ille enim in fragmento operis de piſcibus diuerſis in locis Acipenſeris & Elopis meminit;

*Is pretioſus Elops noſtris incognitus vndis,*
Et circa finem: *Tuque peregrinis Acipenſer nobilis vndis.*

At ne videatur Ouidius eundem piſcem diuerſis nominibus appellaſſe, audi [g] Plinium citantẽ priorem locum: *Elopem quoque dicit eſſe noſtris incognitum vndis*, ex quo apparet falli eos qui eundem Acipenſerem exiſtimarunt. Elopi ſanè palmam ſaporis inter piſces multi dedere. Minimè autem veriſimile eſt Ouidio qui in optimatum & principum domibus plurimus fuerat, Acipenſerem diuitum tantùm menſis dignum habitum, ignotum fuiſſe. Ouidio aſſentitur [h] Columella, qui de Elope hæc ſcripſit: *Fretorum differentias noſſe oportet, ne nos alienigeni piſces decipiant, non enim omni mari omnes eſſe, vt Elops qui in profundo Pamphylio, nec alio paſcitur*. Idem [i] Aelianus tradidit in mari Pamphylio ſolùm, nec niſi rarò & vix capi. Varro tamen Elopem Rhodium etiam fuiſſe ſcripſit in ſatyra περὶ ἰδιωμάτων inſcripta citante Aulo Gellio. Quòd verò Anthias ab eodem Elope differat, docet ex Dorione Athenæus. Cùm enim dixiſſet; τὸν δὲ ἀνθίαν τινὲς καὶ καλλιχθῦν καλοῦσιν, ἔτι δὲ καλλιώνυμον καὶ ἔλοπα: aliquantò pòſt ſubdit: Δωρίων δὲ ἐν τῷ περὶ ἰχθύων διαφέρειν φησὶν ἀνθίαν καὶ καλλιχθῦν, ἔτι δὲ καλλιώνυμον καὶ ἔλοπα. Quare non ſine veterum authoritate ab Acipenſere & Anthia Elopem ſecernimus. Dicam quod maius eſt: Elopes etiam communi nomine piſces omnes dici, quòd voce careant: Athenæus: *Dic mihi ò Theſſale luctator Myrtile, cur piſces à poetis Elopes vocantur? Et ille: videlicet quia voce carent. Volunt enim ſecundum analogiam Illopas dici, quòd voce priuati ſint: nam ἴλλεσθαι ſignificat εἴργεσθαι, id eſt prohiberi, & ὄψ vox eſt.* Idem Phauorinus: ἔλοπες, ἰλλείπωλες τῆς ὀπῆς, τουτέστιν ἄφθογγοι, ἄφωνοι. Ellopes dicuntur qui voce deſtituti ſunt. Alij Elopas ſquamoſos piſces intelligunt, παρὰ τὸ ἐν λιπίσιν εἶναι. Et apud Theocritum ἐλλοπιεύειν pro piſcari. Acipenſer igitur Latinum nomen eſt, teſte Athenæo, ſimplici c. ſcribendum duabus primis ſyllabis breuibus, vt ex Lucilij verſibus liquet, quos Cicero [k] citat:

*O Publi, ò gurges, Geleni es homo miſer, inquit,*
*Cenaſti in vita nunquam bene, cùm omnia in illo*
*Conſumis, Squilla atque Acipenſere cum decumano.*

Et Martialis:

*Ad Palatinas Acipenſera* (aliàs Acipenſem) *mittite menſas.*
*Ambroſias ornent munera rara dapes.*

Ex his apparet Grammaticorum quorundam error, qui authore Sipontino Acipenſerem ab accipiendo dictum putant, quòd frequenter accipiatur: nam & rarus eſt piſcis & nomen duplici c. ſcribendum foret

*Oniſcus Dorionis.*

*[c] L. 3 Alim. Galaxia ſiue Galexia Galeni.*

*Acipenſer Sturionem eſſe.*

*Elops.*

*Elopes dici omnes piſces aut ſalzem ſquamoſos.*

[f] L. 9. c. 17.

[g] L. 32. cap. 11.

[h] L. 8. c. 16.

[i] L. 11. cap. 11.

[k] l. 2. de finib.

A foret. Quis vero ſit is piſcis, ex nullo veterum meliùs quàm ex Athenæo diſcere licet. Is cùm de Galeis ex Ariſtotele locutus fuiſſet, poſtremò de Galeo vario & Vulpe, ſubiungit: *Archeſtratus qui Sardanapali vitam vixit, de Galeo Rhodio ſcribens, eundem eſſe opinatur, cum eo qui apud Romanos cum tibijs & coronis in canis circumferebatur, coronatis etiam ijs qui geſtarent, vocatque Acipenſerem* ( Geſnerus Græcos codices quibus vſus eſt, teſtatur bis habere ἀκιπήνσιρα per x. duplex: qui verò nuperrimè impreſſus eſt, & cui animaduerſiones ſuas appendit Caſaubonus, bis habet ἀκιπήνσιον. ) *ſed hic quidem paruus & porrectiore roſtro eſt, & figura triangulari magis quàm illi* ( μᾶλλον ἰκείνου. malim ἰκείνῳ γὰρ τῶν ῥόδιῳ γαλεῶ: id eſt magis quam ille, nempe Galeus Rhodius.) *Horum viliſſimus & minimus non minoris venit quàm mille nummis Atticis.* Partim ex ijs partim ex alijs quæ mox dicentur colligo piſcem eum marinum, qui à noſtris Sturio dicitur, à Gallis Eſtourgeon, à Burdegalenſibus Creac, ab Italis Porcelletto Acipenſerem eſſe. Nam cùm Galei, vt Vulpes, roſtro ſint oblongo, huic multò magis prominet roſtrum, vt meritò Vulpe Galeo μακρορυγχότιρος dicatur. Huic notæ accedit alia certa admodum & euidens, nimirum corporis totius figura triangularis. Centrina quidē corpore eſt triangulari, ſed roſtro non porrecto, eſtque piſcis planè ignobilis & inſuauis. Galei cæteri rotundo ſunt corpore, ſed Sturio ventre eſt plano, latera ob oſſa vtrimque poſita angulos duos, dorſum inter hæc eminens tertium angulum, conſtituunt. Adde quòd cartilagineus eſt piſcis, quam ob cauſam Athenæus cum cæteris cartilagineis coniunxit. Quod ſi quis aliquem ex cartilagineis proferre poſſit, cui hæc Acipenſeris figura magis conueniat, quàm Sturioni, libenter in eius opinionem diſcedam. Veruntamen duo ſunt quæ ſententiæ noſtræ repugnare videntur. Vnum quòd Acipenſerem Athenæus paruum eſſe dicat, cùm Sturiones noſtri ſæpe ad cetacei piſcis magnitudinem accreſcant. At de Sturione marino verba facit, qui ferè cubiti magnitudinem non excedens cum Vulpe Galeo collatus rectè paruus dicitur, in aquis verò dulcibus ſaginatus longè grandior fit. Olim Romā aduehebantur marini quod etiam hodiè fit, vidique illic paruos tantùm Sturiones, quales etiam noſtri ſunt, qui in mari capiuntur. Ciceronis de eodem piſce hæc verba ſunt in dialogo de fato, citante [1] Macrobio. *Quum eſſet apud ſe ad Lucernum Scipio, vnáq; Pontius, allatus eſt fortè Scipioni Acipenſer, qui admodum raro capitur, ſed eſt piſcis, vt ferunt, omnino nobilis, Cùm autem Scipio vnum & alterum ex ijs qui eum ſalutatum venerant annuiſſet, pluréſque etiam innuiturus videretur, in aurem Pontius; Scipio (inquit) vide quid agas, Acipenſer iſte pancorum hominum eſt.* Hæc poſtrema Pontij verba, & ad piſcis paruitatem & ad conuiuarum dignitatem referri poſſunt, perinde ac ſi dicat, piſcem minorem eſſe, quam vt tot conuiuis ſatisfacere poſſit, vel præſtantiorem & delicatiorem, quam vt quibuſlibet conuiuis apponi debeat. Alterum, quod ſententiæ noſtræ reclamat, ex Plinio & Nigidio ſumitur: *Acipenſer* (inquit Plinius) *vnus omnium ſquamis ad os verſis contra aquam nando meat.* Et Macrobius: *Quod ait Plinius de Acipenſeris ſquamis, id verum eſſe maximus rerum naturalium Nigidius Figulus oſtendit, in cuius libro de animalibus quarto ita poſitum eſt: cur alij piſces ſquama ſecunda, Acipenſer aduerſa ſit?* Quibus reſpondemus, de Acipenſere hæc dicta eſſe ab ijs qui eundem eſſe cum Elope crediderunt, vt quod Elopi conueniret ( Probandum hīc foret Elopi id tribui à Græcis, alijſque antiquis, apud quos tamen id non inuenio, ) id Acipenſeri tribuerint. Præterea contra aquam nando meare, non eſt Elopi proprium, ſed cum alijs omnibus cōmune: piſces enim modò ſecunda, modò aduerſa, modò obliqua, modò tranſuerſa aqua natant, pro vt impetu, vel prædæ auiditate feruntur. Proprium quidem Elopi fuerit ſquamas ad os verſas habere. At ſi ſquamas ad os verſas habet, quomodo peculiare illi eſt contra aquam nare? Etenim huiuſmodi ſquamarum poſitus ſubeunte leuanteque eas aqua magno ad natationem impedimento fore mihi videtur. Poſtremò ex Athenæo perſpicuum eſt, Acipenſerem non eſſe ex ſquamoſis ſed ex cartilagineis piſcibus, qui omnes ſquamis carent; nam Galeis eum coniunxit Athenæus & Archeſtratus Rhodium Galeum eſſe exiſtimauit, à quo cùm roſtri tantùm longitudine corporiſque triangulari figura diſſideat, efficitur cætera Galeis ſimilem eſſe, id eſt cartilagineum, longumque eſſe piſcem. Hactenus Rondeletius, cuius opinionem amplexus eſt Adrianus Iunius in ſuo Nomenclatore: in eademque ſententia eſt doctiſſimus Scaliger pater, cui tamen etiam Silurus eſt. Cæterùm cùm in Latinorum ſcriptis & Siluri & Acipenſeris fiat mentio, dicendum fuerit ſynonyma nomina eſſe; Ego itaque dixerim Aicipenſerem Romanis vocatum fuiſſe cùm recens eſſet, inque Italia viciniſque locis captus: Silurum verò Græco nomine, cùm ex peregrinis, maximè Græciæ vicinis locis, & per ipſam Græciam ſale aſſeruatus afferretur; Nec obſtare putem illud Ouidij.

*Tuque peregrinis Acipenſer nobilis vndis.*

Nam hīc nobilis vocari potuit, quòd peregrè magnitudine ſimul & carnis præſtantia excellentior afferretur. Paruos autem Romanos, hoc eſt, qui Romæ venundantur, eſſe, ex præcitatis Pontij verbis clarum eſt. Adde quod vel Bellonio teſte Sturio Tyrrheno & Adriatico mari infrequens eſt.

Centrina.

[1] *Lib. 3. Saturn.*

B C D

GENVS





Digitized by Google




# GENVS, FORMA. DESCRIPTIO.

*Vt Galeis ſimilis & diſſimilis.*

ROſtro, oris ſitu, pinnis, cauda, tereti corpore, & cartilaginibus, quas pro ſpinis habet, Galeis ſimilis eſt: branchijs contrà diſſimilis, quæ videlicet in illis detectæ ſunt, huic vt in ſquamoſis oſſeo ſiue ſpineo operculo tectæ: adhæc illi marini tantùm ſunt, cùm ſit Sturio ex ijs, qui ex mari ad fluuios aſcendunt: cæterùm non in omnibus fluuijs æquè magnus eſt; maiorque ſemper in fluuijs quam in mari. *Differentia.* Refert Belloniꝰ Ponticorum, Adriaticorum, Gallicorum, & Germanicorum inter ſe eſſe differentiam, quæ magnitudine, craſſitie, cutiſq; aſperitate, & ſubnigro, ſubflauo, aut argenteo colore diſtingui poſſit: Sequanicum & Ligerinum adultum interdum tres orgyas excedere, Galeum piſcē pinniſq; & forma referentem, exili corpore, hirta ſurſum pelle, deorſum plana ac læui: apud Ferrarienſes & Bononienſes argenteo colore fulgentem, dorſum & latera tribus veluti carinis diſtincta oſtendere. Scaliger pater in Occa Sarmatiæ fluuio tria Sturionum genera tradi ſcribit: propretioſiſſimo illum celebrari qui Bielaribitza nominatur. Fortaſsè (inquit) hic ſit Latus antiquorum, candidiſſima carne. *Latus qui Scaligero.* Latus; non minus candida is ipſe, quem modò nominabamus. Hoc enim Slauis prima pars ſignificat nominis. Georgius Interanius Genuenſis, qui totam vitæ fabulam tranſegit apud Tartaros, in libello quem de Zygis ſcriptū reliquit; ait: Quos Antaceos piſces dicebant priſci: hoc nomine ſuis temporibus, id eſt, annis ante hunc (1557.) circiter quinquaginta, vocari conſueuiſſe; nihilque aliud quàm Sturionum ſpecies. Hæc Scaliger. Atqui Sigiſmundus Liber Baro, cùm tria Sturionum genera in Occa Moſcouiæ fluuio nominaſſet, Bielaribitzam, hoc eſt, album piſciculum ab ijs diuerſum facit. Latus etiam cum Sturione quid commune habeat, non video. Et Sturio Antaceis licet ſimilis, ex ijs tamen non eſt, quià maria Antacei non intrant. Quod modò ad Sturionis formam pertinet: Corpore eſt tereti, oblongoq; inter rotundos & planos ambigente, vt qui ſubtus quodammodò planus ſit, dorſo verò ſemirotundo. *Forma.* Caput (iuquit Iouius) quadratum eſt, & ad effigiem paruæ pyramidis protenſum, *Caput.*

Os

Os illi eſt ſine maxillis, ſine dentibus, diuerſum penitus ab reliquorum piſcium forma, idque ſub mento in ipſa prope iugulum parte ad ſimilitudinem fiſtulæ arundinaceæ rotundum, ſemperque patens, & cartilagine tum & ſummè candidum, cuius hiatum in procerioribus hasta brachij haud facilè impleret: cæterùm totum caput dura potius & calloſa cartilagine quàm certis oſſibus conſtat, quod ex lento quodam & præpingui mucore concretum eſſe videtur. Naribus omnino, quæ illi prætenues ſunt ſupra roſtrum, refrigeratur. Sunt autem branchiæ vtrimque quaternæ oſſeo operimento, non ſecus quàm ſquamoſis piſcibus contectæ. Oculos habet paruos. Ex roſtro gemina barba, vt in Mullo dependet. Toto dorſo craſſiores quædam ſquamæ oſſea duritie certo numero ordineque diſtinctæ, intercurrente ſpinæ acie ad elegantiam eminent, vti in magnificentioribus valuis hodie videmus, quas ferrei atque inaurati claui certa ſerie confixi decentiſſimè figurant. Cæteræ corporis partes cuticulari & ſcabro admodum operimento potius quàm perpetuis ſquamis integuntur, idq; ad ſubuiridis atrique coloris ſpeciem. Venter cute leui & argentea tegitur. Linguam habet craſſam & duram, gulam vndequaque rugoſam. Pinnæ ſunt ad branchias duæ & totidem in ventre ad podicem: præter quas in dorſo prope caudam alia vnica erigitur, è cuius ferè regione imo ventri alia etiam vna ſubnectitur. Cauda verò in duas pinnas degenerat, quarum ſuperior craſſior atque duplo longior extat. Ventriculus eſt carnoſus ſolidusque atque adeò pertinaciter inhæreſcens tergori, vt niſi diſciſſus diuelli inde poſſit. Oeſophagus in rugas contractus. Hepar in duos lobos oblongos pallidi coloris diuiditur, quorum dextro veſica fellis validiſſimè connectitur. Lien ſubruber eſt: inteſtina craſſa & ternis gyris conuoluta. Magnis piſcibus annumerari debet, cùm crebro & plerisque in locis centum librarum, & alicubi longè maior capiatur. Ego aliquando Ferrariæ Sturionem mercatus ſum centum & quadraginta librarum, donauiq; Illuſtriſſimo pariter ac Reuerendiſſimo Ioan. Baptiſtæ Campegio Epiſcopo Maioricenſi, Domino meo nunquam ſatis celebrando, qui paucis antè diebus, vt labores meos promoueret, mille aureos donauerat. Icones duæ priores quas dedimus, Venetijs Geſnero depictæ ſunt, quarum inferiorem Moronam ibi dicunt. Tertia ſeparatim picta è Polonia a Martino Loxio eruditiſsimo medico Cracouienſi, pro vero & genuino Acipenſere miſſa eſt, colore totaſſimoſo & fortaſsis ex piſce fumo indurato facta.

*Os.* *Branchiæ.* *Dorſum.* *Pinnæ.* *Partes internæ.*

## LOCVS.

Sturionem fluuios è mari aſcendere dictum eſt: haud tamen quoslibet ſubit: nam niſi magnos tantùm: quamobrem in Tanai, Danubio, Pado, Rheno, Albi, Tibiſco, Viſtula, Occa, Rheno, Ligeri, Garumna, maximè capitur: in Tyberi verò rariſsimè; vnde Romæ parui ſunt, vt dictum eſt. Haud longè à mari enatat, ſed plerumque ad quinque, aut ſex dierum itinera. Hinc eſt quod Argentorati, ſimilibuſque alijs locis procul à mari diſſitis, niſi rariſſimè capiatur. Rariſſimè tamen etiam in prærealto mari capi aiunt. Suntque in mari parui, vt dictum eſt, & in fluminibus quàm maximè proficiunt. Narrat Geſnerus teſtimonio cuiuſdam eruditi viri in Albi percelebri apud Cæſarem amne non proficere, ſed paulatim contabeſcentes perire. Circa pentacoſten plurimos & gregatim aduentare, maximè inter pentacoſten, & D. Ioannis diem. Ipſe tamen antea ſcripſerat, ibidem tantos quandoque capi, vt libras ducentas appendant, ſingulas ſedecim vnciarum, diciq; aliquando captum ſexaginta ſupra ducentas librarum pondere, à Ioan. Friderico principe electore, totidem florenis (florenus denarios argenti ſeptem cum dimidio valet) emptum. Tyrrheno atque Adriatico mari teſte Bellonio infrequens: Ponto verò & circa Mæotidem paludem frequentiſſimus, quibus ex locis ona (de quibus pòſt) in molem coacta, ſalita & cadis concluſa apud Turcas, Græcos & Venetos (imo per totam Italiam) diuenduntur. Antuerpiæ quoque multi quotidiè in fruſta ſecti, in vaſis (tonnas dicunt) ſale aſſeruantur, vt ibi quoque numerosè capi ſit credendum. Idem Bellonius frequentiorem, delicatioremque ac proceriorem in Ligeri & Rheno quàm ex Oceano aut mediterraneo mari capi ait, vt noſtra memoria apud montem Argum Franciſco regi, decem & octo pedes longus aliquando fuerit oſtenſus. Fœturam in aquis dulcibus gliſcere negant. Negatque author de natura rerum in ſtagnis diutius viuere poſſe, niſi ad dulces fluuiorum aquas tranſire ei liceat.

*Qua flumina ſubeat.* *Vbi rarò capiatur.* *Sturiones mira magnitudinis.* *Ona Sturionum vnde ad nos perferatur.*

## NATVRA. MORES.

Piſcis cùm ſit planè edentulus, nullaſque vice dentium aſperitates habeat, fit vt muco potius & ſordibus, minutiſſimiſque quiſquilijs, quas fugendo ingerit, victitet, quàm vel piſcibus, vel cochilijs aut alijs quibuſcunque animatis. Dum autem eſcam quærit, Suis more terram ſub aquis fodit, vt ex Iſidoro Hiſpalenſi dictum eſt. Scribit tamen Calcagninus paruis piſciculis victum ſibi

*Cibus.*

A ſibi venari, quod haud facilè credendum. Tradit Albertus nihil ſolidioris cibi in ventre eius reperiri, ſed humorem viſcoſum quem exuxerit: imò verò author de rerum natura vel nihil vel tantillum duntaxat cibi admittere aſſerit, ſolam verò aëris ſerenam tranquillitatem ſufficere ad cibum, ideoque ventrem habere anguſtum & parua inteſtina: vndè apud Germanos quoſdam percelebre prouerbiũ eſt teſte Geſnero in hominem nullius aut pauciſſimi cibi, aëre eum veſci inſtar Sturionis, quòd Latinè (inquit) dixeris, rore eum paſci: Teſtatur Iuſtinus Goblerus, referente eodem Geſnéro Sturionem captum cùm piſcatores reſtim denſam per os immiſiſſent, ita in Rheno alligatum piſcem diebus aliquot viuum detinuiſſe. Robuſtus alioqui piſcis eſſe fertur: magna ſiquidem vi cauda impellere moles non paruas, ſæpeq; ligna impetu caudæ quaſi diſsecare. Scribit idem Geſnerus ex eruditi & fide digni viri relatione, piſcem eſſe in aqua validiſsimum, & in terra quoque cùm ventri innititur: cauda concuſsa hominem vtcumque robuſtum proſternere, vbicunque contigerit, perticas etiam magnas & ligna per medium frangere: in terram extractum lapides aliquando tanta vi caudæ ferire, vt ignis exiliat, attritu nimirum oſſiculorum, quibus toto corpore mucronatis horret. Quamobrem cautè tractandum eſſe, ne vel crura eius contringat vel retia diſrumpat. Peritiores in aqua captum reti ad ripam impellere, ità vt rete non aduerſum, ſed ad latus ei ſit: ſecus enim rete vel ſextuplex laniaret: cùm

B ripam attigere, caput eius omni contentione in altum leuare, piſcemque totum in latus declinare: ſic enim robore ſuo nocere non poſſe. Vt autem retia frangat, mox dicetur. Naribus refrigeratur, cùm branchijs omnino latis careat, & ſi quam hauriendo recipit aquam, illam eodem prono ore ſtatim regerit.

*In parum ea medentem prouerb.*

*Robuſtum piſcem eſſe.*

*Vt refrigeretur.*

## CAPIENDI RATIO.

CApitur Sturio nullo non anni tẽpore retibus, hamo verò nunquam, præſertim ſi cubito maiores fuerint, eoſque piſcatores teſte Iouio, referunt magno impetu plagarum ſæpe maculas dilatare & abrumpere conſueuiſſe, propterea que accidere vt hamis non capiantur, quoniam Sturiones lambendo ſugendoque potius quàm vorando, inepto ad eſcam concipiendam ore ſine controuerſia alantur. Magnos in Pado ſic capiunt: Homines in tribus aut quatuor nauiculis conſpectum ipſum natantem tacitè ſequuntur, donec viderint eum eſſe iuxta locum aliquem, vbi tenuis aut vadoſa aqua eſt, nempe ripam verſus: tum ſublato magno poſt eum ſtrepitu & tumultu concitato, terrent, ita vt in vadum fugere compellant, vbi cùm natare non poſſit, comprehenditur. Albertus

C ait Sturiones in Danubio in arena dormientes tridente percuti.

*Cur hamis non capiantur.*

*Magni vt in Pado capiantur.*

## SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

REfert Geſnerus Sturionem piſcatoribus quibuſdam regem ſeu ducem Salmonum appellari; vbi enim is apparet, multos affuturos Salmones, indicium facere, quaſi occulta aliqua inter eos intercedat amicitia. Salmones tamen altiſſimè ad fluuiorum vſque origines aſcẽdunt, cùm Sturio (vt diximus) latitudinem fluuiorum amet. E contrario Zigæ Germanis iuxta Albim vocato piſci (Geſnerus vel ipſam Alauſam eſſe ait, vel adeo ſimilem natura ac ſpecie, vt meritò eodem nomine appelletur, nos verò differre oſtendimus) valdè infeſtus eſt, eumque è mari expellens per flumina perſequitur: agilis ille & velox ſemper præuenit: eo capto viſouè piſcatores, quin in proximo Sturiones ſint, non dubitant. Idem ex relatione Kentmanni, qui multa ipſi de Albis fluminis piſcibus retulit.

*Dux Salmonum.*

*Ziga piſcis.*

D

## VSVS IN CIBIS.

ACipenſer teſte Plinio omnium piſcium nobiliſſimus habitus fuit; ſed quia cum Elope confundit, qui & ipſe æquè nobilis habebatur, incertum eſt de Sturione nè an de Elope loquatur. Fuiſſe interim nobiliſſimum piſcem conſtat, Archeſtratus opſophagus & qui Sardanapali vitam vixit, ſcribit apud Romanos cum tibijs & coronis in cœnis circumferri ſolitum, coronatis etiam ijs, qui geſtarent. Eleganter verò & facetè facetiſſimus Comicus ex perſona paraſiti: *Quis eſt* (inquit) *mortalis tanta fortuna affectus vnquam; Qua ego nunc fruor? cuius hac veheri portatur pompa. Vel nunc qui mihi in mari Acipenſer latuit antehac; Cuius ego latus in latebras veddam meis denſib. & manibus.* Huc quoq; faciũt [a] Ciceronis verba, quę recitauimus ex [b] Macrobio:

*Nobiliſſimũ piſcem fuiſſe.*

[a] *In lib. de fato.*

[b] *Lib. 3. Saturnal.*

*Cùm ad Linternum eſſet Scipio, vnaque Pontius, allatus eſt fortè Scipioni Acipenſer, cumq; Scipio vnum & E alterum ex ijs, qui cum ſalutatum venerant, innuiſſet, plureſque etiam innuiturus videretur, in aurem Pontius: Scipio, inquit, vide quid agas, Acipenſer iſte paucorum hominum eſt.* Horatius quoque Gallonij menſam Acipenſere famoſam fuiſſe ſcribit, quod ex Lucilij poëtæ ſatyra mutuatus eſt, qui ipſum in-

*Gallonij menſa.*

de gurgitem appellat; verſus eius ſuprà ex Rondeletio citauimus. Fuit autem Publius hic Gallonius poſtremæ gulæ homo & in cupedijs & lautioribus cibis aſſiduè verſatus: ad quod alluſiſſe Ciceronem in oratione pro P. Quintio annotauit Petrus Crinitus. *Non vt dominentur illis, qui relicta virorum bonorum diſciplina & quæſtum & ſumptum Gallonij ſequi maluerunt.* Merito autem quæſtum & ſumptum dixit, quandoquidem viliſſimus & minimus teſte Athenæo non minoris veniebat quam mille nummis Atticis. Idem Cicero citante Nonio: *Qui voluptates* (inquit) *ipſas contemnunt, eis licet dicere, ſe Acipenſerem Manæ non anteponere.* Et rurſus, vt idem citat: *Si quem eorum affectum mœrore videris, huic Acipenſerem potius quàm aliquem Socraticum lilellum dabis.* Cæterùm Macrobius authoritate Sammonici Seueri, temporibus Traiani tanto in honore fuiſſe negat, ſed rurſus fuiſſe ſub Seuero principe: Nec inficias eo (inquit) temporibus Traiani in magno pretio non fuiſſe teſte Plinio Secundo, qui in naturali hiſtoria, cùm de hoc piſce loqueretur, ſic ait: *Nullo nunc in honore eſt, quod quidem miror, cum ſit rarus inuentu:* ſed nec diu ſtetit hæc parſimonia. Nam temporibus Seueri principis, qui oſtentabat duritiam morum, Sammonicus Seuerus vir vt ſuo ſæculo doctus, cùm ad ſuum principem ſcriberet, faceretque de hoc piſce ſermonem, verba Plinij quæ ſuperius poſui, præmiſit & ita ſubiecit: Plinius vt ſcitis aduſque Traiani Imp. venit ætatem, nec dubium eſt, vt ait, nullo in honore hunc piſcem temporibus ſuis fuiſſe, verum ab eo dici: apud antiquos autem in pretio fuiſſe ego teſtimonijs palam facio, vel eò magis quòd gratiam eius videam ad epulas quaſi poſtliminio rediiſſe, quippe qui dignatione veſtra cùm interſum conuiuio ſacro, animaduerto hunc piſcem à coronatis miniſtris cum tibicine intrò ferri. Hactenus Macrobius. Diphilus etiam apud Athenæum inquit: Α'ριστον ὁ σιλλουρισμός, id eſt, cibus Siluri res eſt valde vrbana & lauta. Verùm licet lautiſſimus piſcis ſit, paruus, magnus, recens, ſalitus, tamen (vt in pleriſque fit) ſexus, temporis anni, loci, ac denique magnitudinis ratio habenda eſt: nam vt fœminæ ouis plenæ magis probantur, quàm cùm enixæ ſunt; non vſque adeò tamen commendantur, vt maribus præferantur. Haud omni etiam tempore teſte Iouio grauſſimi, vtpotè qui in medijs tantùm Solſtitij feruoribus (inquit) commendentur. Pinguioribus item aquis gaudent, tantoque ſapidiores ſunt, quanto magis à maris litoribus receſſerint. Ait tamen Iouius, lurcones & diligentiſſimos quoſque gneonum paruos Sturiones quos Porcellettas appellant, repudiatis maioribus, ſectari. Præterea ſunt qui Sturionem vt inſulſum improbent, & caput G tantùm extollant, vt Pogius doctoris Pogij filius, in ſenectute non modò eruditus, ſed vſq; ad iracundiam in conditura ferculorum moroſus & vehemens paraſitus, cùm Sturionem apud antiquos Lupũ eſſe & ipſe crederet, in pontificijs cænis dicere ſolebat, referente eodem Iouio, veteres inſulſum habuiſſe palatum, quòd tantoperè Lupum celebraſſent: cum enim carnes habere cùm præduras, tum multa glutinoſioris ſuccí exuberantia inſuaues, quæ prius appetentes ſatient & expleant quam delectent: propterea non domini ſed familiæ potiùs menſis apponendum eſſe cenſebat, vno tantùm excepto capite, cuius elixi & leucophago cõditi latebras & receſſus omnes ipſe furcula ſimul & digitis auidiſſimè ſcrutabatur. Duriuſculam quidem carnem habet, vtpotè præpinguem & glutinoſam; propterea q; ægrè concoquitur; & craſsum ſuccum generat, quare neq; ægris, neque valetudinarijs apponendus eſt. Albertus tradit hepar adeo dulce eſſe, vt niſi felle temperetur, nauſeam pariat. Non ſolùm autem recentes in cibum admittuntur, ſed ſale condiri etiam pleriſq; in locis aſsolent, maximè in Tanai ad Tanam emporium, vbi ob maximam copiam cetariæ inſtitutæ ſunt officinæ. authorque eſt Hermolaus Græcos tribus nunc nominibus ſale inueteratos condire, rachin dorſi portionem nomine, quo argumento nos (inquit) Schinale (quaſi dorſuale vt Iouius exponit, Platina Spinale vocat, quod ex dorſo & ſpina fiat) vocitamus: pleuram verò coſtas & latera, hypocelium deniq; aluum cum H pube. Legimus & apud Athenæum ταριχηρὰς σιλύρους. Authorq; adagiorum in prouerbio: *Annulus aureus in naribus Suis:* adiungendum (inquit) illud Antiphanis (Sopatri puto dicere voluit, ex quo id recitat Athenæus) Σαπρὸν σίλουρον ἀργυρᾶς πίναξ ἔχων. *Putrem Silurum quadra habens argentea.* Sale cõdiri apud antiquos ſolitos eſse Siluros clariſsimè oſtendit Dioſcorides, dum inquit: *Silurus recens in cibo nutrit, & facilem præbet aluum: ſalſus verò minimum ſuppeditat alimentum; arteriam expurgat, & vocem expedit.* Quod ad apparatũ attinet: Captũ (inquit Platina) non ſtatim ſed poſt paululũ, in aqua dimidiata, vino albo & aceto coques. Salem indere memento. Tantũ cocturæ quantũ vitulina caro, requirit. Comedi leucophago vbi multũ Zinziberis inſit, vel ex alliato, vel ex ſinapio debet. Geſnerus ex relatione Kentmanni medici probè parari ſcribit croceo vel caryophyllorũ coloris iure, quod (inquit) fiet ex vino, ſaccharo, defruto (vt ſic dicam) ceraſorũ, pipere, zinzibere, caryophyllis, vuis paſſis maioribus & paruis. Si croceus color placet, pro ceraſorum defruto, amylum cum croco additur, vel placẽtæ ex farina cum melle ac piperis modico ſubactæ: Sacchari loco aliqui mel coctum addunt. Tomi

*Capitis prærogatiua.*

*Hepatis dulcedo.*

*Rachis. Schinale. Hypocaliũ.*

*Apparatus.*

*Quæ & quãdo meliores.*

quidem

*L. 6. c. 4. de honeſta diſci pl.*

*L. 2. de finibus.*

*Lib. 1. Tuſcul.*

A quidem maiores aprugnam referunt aſpectu, eodemq; modo parati menſis locupletum aliquando inferuntur. Salitum maximè ſchinale ſiue dorſuale, bonum eſſe Platina ait, cùm in teſſellas conciſum, integrum & rubrum erit. Dum in craticula coquitur, aceto & oleo crebro inſpergi iubet, ne deſiccetur, vbi calorem penetraſſe credideris, ab igne eximi, ac ſuffuſum reliquo aceti & olei cõuiuis apponi. Hæc ſunt (inquit) potatorum calcaria. Idem Platina oua ſale condita, & in maſſam ingentem coacta, cadiſque incluſa exemptis antea quibuſdam qui hæc intererant, neruis, Cauiare vocat, Iouius Cauiarium, vulgi ſcilicet vocabulum in Italiam vterque ſecutus. Ille oua iſtæc ex aceto & vino albo in tabulam extendi iubet, vt exiccentur; ſalita deinde in vaſe aliquo aut inuoluta ſale, manu non tudicula, refrangi; in ſaccum raræ texturæ, vt inde humor exeat, conijci: poſtremò in ſeriam in fundo perforatam, vt ſi quid humoris ineſt, inde exeat, ad vſum reponi, bene premendo & operculando: coqui duobus modis poſſe, nam & in buccellas vel fruſta panis parum toſtas extenſum ad ignem cũ fuſcina aut gladij cuſpide tamdiu retinendum eſſe, donec cruſtam fecerit coloratiorẽ: atq; ſtatim calidũ edendum, aut lotum aqua tepida, ne plus quàm ſatis ſalitum videatur, oleribus bene conciſis, excauato pani ac trito admiſcendum; addendum parum cepæ minutatim conciſæ ac frictæ, minimum piperis. Hãc deinde impenſam in frictura modũ coquendã & Græcos eiuſmodi cibi auidiſſimos paſcendos. Iouius etiã cruda comedi ſcribit (quod & apud nos plerumq; fit, vel per ſe, vel ex aceto & modico oleo) vel in panis cruſtulis ad prunas vſtulatis: modico.n. igne ſalſamenta vniuersũ indigere, authoritate Athenei, qui cùm de celeriter factis loquimur, in prouerbium ceſſeſſet ait: *Citiùs quàm ſalſamenta coquantur:* ſicuti de aſparagis latini vſurparunt. Idem author eſt Cauiaria Iulio II. Pont. Max. mirificè placuiſſe, quòd deiectum ei ciborũ guſtum ſæpius alleuaſſent, & ſiti viniſque pariter, vt in ſenibus accidit, mirè lenocinari viderentur. Notandũ verò duplex eſſe cauiarium, vnum quod hic agimus, cui poſt oa taricha (vulgò botarghe) prima laus eſt; alterum ex ouis Cyprinorũ in Iudæorum gratiam factũ, qui niſi ſquamoſis piſcibus veſcuntur. Differentia eſt, quòd huiuſmodi cauiarium rubrum eſt teſte Bellonio. Fitq; ibidem à Tanais accolis, & Conſtantinopoli in vſu eſt. In Siluro ius vel condimentũ ex [b] Apicio; Piper, Liguſticum, cuminum, cepam, mentam, rutam, ſaluiam, caryotã, mel, acetum ſinapi, & oleum. Cælius Aurelianus garum eſſe ſcribit liquamen ex Siluro piſce: ſed impropriè.

*Cauiare.*

*Cauiarij duo genera.*

[b] *Lib. c. 12.*

*Garum.*

## VSVS IN MEDICINA. ALII.

B VOcem (inquit Plinius) *Siluri recentis ſalſine in cibo ſumpti adiuuant.* Dioſcorides verò ſalito tãtùm eam facultatẽ aſcribit, vt ſuprà citauimus; quòd & Aegineta clariſsimè teſtatur, inquiẽs: *ſalſus eſit atus arteriam humidam perpurgat.* Salſi caro eodem Dioſcoride teſte aculeos & infixa corpori ſpicula extrahit, maximè ſi ut Galenus ait, cõtrita imponatur plagæ. Plinius neſcio quàm bene de fluuiatili Siluro id tradit, quo nomine Glanin, ni fallor intelligit, vimq; non ſolùm ſalſæ ſed & recenti carni tribuit. Alicubi tamen Dioſcoridis locum ſic reddidit. *Siluri cinis inhærentia corpori tela extrahit: & cinis ſpinæ eius vicem ſpodij præbet.* Idem inueterato Siluro & cum ſandaracha trito phagædænas ſanari tradit. Muria Siluri authore Dioſcoride, incipientibus dyſenterijs prodeſt, ſi in deſidentium fotus adijciatur: fluxiones ſiquidẽ (inquit) ad ſumma cutis elicit. iſchiadicis infuſa medetur, per clyſterem nimirum vt Plinius exponit, inquiens: *Dolores lenit iſchiadicorum muria Siluri clyſtere infuſa. Dantur autem conchæ* (quærendum inquit Geſnerus, an hæc ad præcedentia pertineant, vt conchæ pro menſura dicantur, & numerus deſideretur,) *ternis obolis dilutæ in vini ſextarijs duobus per dies quin decim.* Sic & Galenus[a] Muria ſalſorum piſcium putridis vlceribus congruit, dyſentericiſq; ac coxendicum doloribus injecta medetur: acrimonia.n. ſua infeſtos coxendici humores attrahit & per inteſtina euacuat: præcipuè tamen Silurorum Mænularumq: Muria medici quidam ad huiuſmodi morbos vtũtur: quam nos interdum ad putrida oris vlcera accommodauimus. Aliàs rurſus Plinius ſalſamenta ex Siluro infuſa clyſtere, euacuata prius aluo iſchiadicos liberare teſtatur, quo loco ſalſamentorum nomine non ipſas piſcis carnes ſale conditas, ſed hálmen id eſt, ſalſuginem intelligere debemus. Eodem authore adeps Siluri (id eſt, vt ego puto, Sturionis ſalſi, quid enim recens hic præſtet?) perniones emendat. Tanais accolæ ex Sturionis folliculo, ſecundum ſpinæ longitudinem expanſo collam conficiunt.

*Carnis ſalſæ facultas.*

*Mulæ.*

[a] *Lib. 11. Meth.*

*Adeps. Colla.*

## DE GALEO RHODIO. Cap. X.

RONDELETIVS hunc piſcem, cuius modò icon exprimetur, Galeum Rhodium eſſe eruditiſſimè oſtendit, propter maximam nimirum cum Acipenſere ſiue Sturione ſimilitudinem, non ſolùm quo ad corporis ſpeciem & partes, verùm etiam quod ad guſtum & ſaporem; dempta (inquit) vnica differentia, quæ non niſi ab ijs poteſt percipi, qui citra ingurgitationem hunc cibum ſumpſerint, quique exquiſito guſtatu fuerint: ferinum enim quid reſipit, quod tamen etiam non niſi pauciſſimum eſſe poteſt:

*Quam ſimilis ſit in cunctis Acipenſeri.*

poteſt:nan Archeſtratus qui in nullis non terrarum orbis angulis gulæ cupedias diligentiſſimè perqui E
ſiuit,id obſeruaſſe in eo non videtur,quandoquidem Acipenſeri planè eũdem eſſe credebat, vt Athe-
næus tradit,qui illius ſententiam refellit. Athenęi verba non ſolùm Acipenſeris à Galeo Rhodio di-
ſcrimen indicant, ſed verum Galeum Rhodium hîc depingi comprobant: *Archeſtratus* (inquit) *qui Sardanapali vitam vixit,de Galeo Rhodio ſcribens,eundem eſſe opinatur cum eo,qui apud Romanos cum tibijs & coronis in cenis circumferebatur, coronatis etiam ijs, qui geſtarent, vocantque Acipenſerem. At hic quidem Acipenſer parvus eſt, & porrectiore roſtro & figura triangulari magis quàm ille.* Et paulò pòſt: *Archeſtratus de Rhodienſi Galeo loquens; amicis patrio more conſulens, ait: Galeumin Rhodo quem Vulpem vocant, ſi tibi vendere voluerint, vel mortis periculo rape. Nominant illum Syracuſani* κυνίδια πίονα, id eſt, *Canem pinguem*. Hæc ille. Quod ſi Galeum Rhodium cum Sturione ſeu Acipenſere conferas,nullum planè comperies,(inquit Rondeletius) qui ei ſimilior ſit eo quem proponimus; his exceptis quòd Sturio longiore eſt roſtro & corporis figura magis triangulari. Nam alioqui Sturionem totius corporis figura,tergi oſſibus acutis,& clypeorum modo efformatis, alijs item in
*Locus.* lateribus diſpoſitis,pinnis, cauda, ore in ſupina parte ſito,omnino refert. Is quemadmodum Sturiones,relicto mari,amnes ſubit. Reperitur enim in Pado & in Rhodano & pro Sturione venditur; nec ab eo diſtinguitur,niſi ab exercitatiſſimis & exquiſiti guſtatus hominibus. Hanc differentiam docuit F
ipſum Gulielmus Pelicerius Monſpelienſis Epiſcopus, vir ſingulari doctrina præditus: tum ex capite craſſiore & roſtro breuiore,obtuſioreque, tum ex guſtu Galeum Rhodium ſiue Vulpem deprehendit. Ferinum quid recipit,quod de Sturione dici non poteſt, carneq; eſt duriore: à quo ſapore Galei
*Cur Galeus & Vulpes dicatur.* & Vulpis nomen habet. Galei enim & Vulpes ex Galeorum genere ferini ſunt ſaporis & ingrati. Si tamen in dulci aqua diu natauerit,in cibis haud aſpernandus eſt. A nonnullis eodem Rondeletio teſte Cops vocatur,eoque nomine deſignatum atq; optimè figura expreſſum ad ipſum Ferrariâ miſit
*Cops.* doctiſſimus medicus Antonius Muſa Braſauolus. Alij nominis affinitate decepti Copſo appellant. Eſt enim id nomen alterius piſcis.

Galeus Rhodius Rondel.



G

# DE HVSONE. Cap. XI.

## ORDINIS RATIO. SYNONYMA. ETYMVM.

COrporis figura ſimiles ferè ſunt Sturio,Galleus Rhodius,Attilus,& qui Huſo Germa
nis appellatur: ideoq; coniunctim de ijs tradendum foret, niſi natalis locus prohibe- H
ret. Attilum quidem piſcatores marinum quoq; eſſe inquiunt;contrà docti, qui rem diligentiùs indagarunt,amnicum tantùm, Padoq; proprium. De Huſone quoq; du-
*Huſo vnde dictus.* bium eſt: Nos modò marinum eſſe oſtendemus. Sic vocari Germanis hyperbolicè Bellonius ait,ab ingenti & quaſi paruulæ cuiuſdam domunculæ magitudine. Haus enim Germanis piſcis iſte vocatur, eodemq; vocabulo domum intelligunt. De mira piſcis magnitudine mox. Cæterùm Bellonius pro Huſone Ichthyocollam Rondeletij nobis obtrudit, nonnullaque
*Antaceus.* quæ ad Huſonem pertinent,ei aſcripſit,deceptus puto quòd vterque Antaceus vocetur, ille nimirum Ponticus; hic Germanicus ſiue Danubianus, Æliano inter veteres fortaſſis non ignotus. Pli-
*Mario.* nius de maioribus piſcibus loquens Marionem haud dubio vocauit his verbis; *Sunt & in quibuſdam amnibus haud minores* (Thunnis videlicet quindecim talentorum) *Silurus in Nilo, Eſox in Rheno, Attilus in Pado* &c. *Et in Danubio Mario extrahitur Perculo Marino ſimillimus: & in Boryſthene memoratur precipua magnitudo, nullis oſſibus ſpinuſue interſitis, carne pradulci.*

Sed

A Sed Rondeletius pro Mario legit maior, & ad Eſocem (ipſe pro Eſox legit Exos) pertinere vult. Quam lectionem Geſnerus capite de Acipenſere improbat; capite verò de Huſone eandem approbat; in eo verò à Rondeletio diſſentit, quòd maiorem Plinio in Danubio vocari velit innominatum piſcem, nimirum noſtrum Huſonem, cum quo item eundem putat, qui Plinio in Boryſthene memoratur præcipua magnitudine, niſi quis (inquit) Boryſtheneten illum piſcem, ſui quoq; generis, & à præcedétibus omnibus diuerſum faciat, vt fortè Porculo marino ſimillimus, ſit Sturio: Boryſtheniaes verò ſit Antaceus ſiue Huſo, quæ nobil ſententia magis placet. Hæcille. Mihi Porculus marinus Sturio eſt, Mario Porculo ſimilis Huſo: Boriſthenites, Antaceus Boryſthenis Rondeletij, cetaceus nempe piſcis, roſtri longitudine Porculum ſiue Sturionem referens. Albertus Huſonem quibuſdam Ezocem vocari ſcribit, authorem, ni fallor, de natura rerum intelligens, qui, Ezox (inquit) eſt piſcis Danubij maximus, ita vt vix biga trahi poſſit ab equis tribus aut quatuor. Ipſi verò Alberto Ezox piſcis eſt, quem quidam Lachſum vocant; Lachſus autem Salmo eſt. Alberto ſubſcribit Georgius Agricola, & Geſnerus in capite de Huſone, quòniam Salmo Illyricè Loſos vocetur affini vocabulo: in capite verò de Eſoce (ſic enim Plinio ſcribitur) Lucium eſſe contendit, quod mihi quoque potiùs videtur. Huſonem Bohemi & Illyrij Vuyz dicunt; Poloni Vuyzinam, Itali Moronam (non Moro, vt Sigiſmundus Gelenius ait) teſte Cælio Calcagnino, noſtræ de Huſone

B ſententiæ aſſentiente. Idem teſtatur, idemque ſentit Petrus Gillius inquiens: In Danubio non modo extrahitur Mario, ſed in alijs pleriſque fluuijs, quem non parua immutatione Moronem vulgò appellant. Vngari teſte Geſnero Tock dicunt, vocabulo per aphæreſim ab Antaceo facto, vt ipſe conijcit.

*Ezox.*

*Morena.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

HVſo (inquit Albertus) eſt piſcis non ſquamoſus, ſpecie Sturionis, ſed pellis albæ & lenis abſque omni ſquama & ſpina. Idem ferè & author de natura rerum ait. Figura verò quam hîc ex Geſnero damus dorſum habet aſperum. Hæc tamen quin genuina ſit, non dubito. Ex Pannonia enim viuam effigiem accepit. Idem Albertus nullum omnino os ait habere in capite. Legendum niſi in capite: ſic enim & author de natura rerum, ex quo ipſe multa tranſtulit: Oſſa (inquit) pauca & parua in corpore, cartilaginea potius quàm ſolida, ſed in capite multa fertur habere oſſa. Inuenitur eodem Alberto teſte longitudine vigintiquatuor pedum,

C quando perfectus eſt, & hac menſura tanto minor, quanto ætate inferior fuerit. Vadianus verò in Epitome trium terræ partium, teſtatur ſeipſum vidiſſe pleroſque magnitudinis pondo quadringentorum, minimos quinquaginta, frequentem numerum circiter pondo centum, ducenta, trecenta, plus minus. Loco ſpinæ dorſi cartilago eſt, quæ foramen habet magnum & vacuum, à capite ad caudam, tanquam terebello perforatum. Adipem habet immixtum pinguedini ſicut porcus. [a] Aelianus Antaceos cùm ætate proceſſerunt, ad maximi Thunni magnitudinem in Iſtro ſiue Danubio accedere ſcribens, & pinguiſſimo abdomine eſſe, vt eorum ventrem lactantis Scrophæ ſuos fetus vbera dicas, ſicque aſpero corio tegi, vt eo perpoliantur haſtæ; non alios fortè quàm Huſones intellexit: Addit item capitis medio à medulla (cerebro) ad caudam mollem & ſtrictam membranam pertinere; quam ad aſſum ſolem exiccatam, flagellum ad concitanda iumenta efficere poſſis: cuius

D recentiores in Huſone non meminerunt. Author de nat. rer. vnicum inteſtinum habere ſcribit.

*Cutis.*

*Oſſa.*

*Magnitudo.*

*Adeps.*

*[a] L. 14. c. 26 Antaceus Aeliani.*

*Inteſtinum.*

# LOCVS. NATVRA. MORES. CAPIENDI RATIO.

NEgat Albertus in alijs aquis quàm Danubio & influentibus in eum reperiri. Et Plinius Marionem in Danubio tanquam proprio loco extrahi ſcribit. Piſcis tamen eſt marinus. E Ponto enim Danubiũ ſubit, vt Vadianus præcitato libro teſtatur; idemq; ait mirari ſe hac quoque in parte naturæ vim, vt non minus in vndis piſces quàm in terris volucres aut feræ migrent: Centum quinquaginta milliaribus Germanicis ex Euxino mari in eum vſque locum Pannoniæ, vbi illorum captura eſt, aduerſis ſuauibuſque vndis inrant. Et memoria teneo Antaceum duobus milliaribus ſupra vrbem inclytã Viennam captum, piſcatoribus magno miraculo. Hæc ille, & mercator, qui è Pannonia effigiẽ Geſnero miſit: Mitto tibi (inquit) Huſonis piſcis effigiem viuam. Is in Danubio, nec vbique nec tempore quouis capitur, ſed quando migrat. Terra argilloſa & pingui gaudet. Capitur ferè ab autumno vſque ad Ianuarium, per ſpatiũ decem miliarium inter Viennam & Poſoniũ, Presburgum vulgò vocant: vbi ad inſulam Schutam nomine, cum arce munitiſſima, vltimus huius piſcis capturæ locus eſt. Viennæ die Veneris plerunque quinquaginta vel ſeptuaginta, & aliquando centum Huſones væneunt, qui integri ferè diſtrahuntur. Copioſiſſima eorſi captura fit in Vualachia iuxta Chiliam non procul ab oſtijs Danubij, quibus in mare Ponticum ſe exonerat. Inde falſi exportãtur in remotas regiones. Vadianus menſibus maximè Octobri & Nouembri captos inferiori Pannonia clariſsimæ vrbi Viennenſi magna copia inuehi tradit. Author de natura rerum piſcem eſſe ſcribit mitiſſimum, & timidum, quique vel aduerſus minimum piſciculũ ſeſe defendere vix poſsit, ſed ſtatim in fugam verti. Sturionem per luſum affricare ſe ei gaudere; quem-

*Marinus piſcis eſt.*

*Captura loci.*

*Timidus eſſe.*

vt

A vt ſentit, ad latibula fugere, quæ ſibi tutelæ gratia fodere ſoleat: ſed quando Sturio importunus eijcit latitantem, ſequiturque fugientem; & quia magni ſunt ambo, nec etiam in copioſiſsimis aquis latere poſſunt, diſcurrendo, & ante ſe aquas agitando, ſæpe ſimul à piſcantibus capi. Piſcemque hunc captum vino generoſo vel lacte potari: & vino inebriatum viuere poſſe pluribus diebus, quare ad longinquas regiones cibi gratia deferri. Bibere autem vini ſextarios quatuor, antequam inebrietur. Geſnerus à Sturione ſuperari ait. Ventrem enim Huſonis ſubire, & ſpinis ſuis lancinare. Gregatim natant, vt idem Geſnerus refert, & cantum ſequuntur tubarum, ad quem etiam ex aduerſa ripa accedunt, & ſic irretiuntur, extrahunturque vncis. In aqua robore valent, & piſcatorem ſi cauda percuſſerint, naui eijciunt: vt primùm verò caput eis extra aquam fuerit, inualidi & tanquam mortui reddantur. Antacei, id eſt Huſones, vt ſuo tempore caperentur Iſtri flumine glacie aſtricto, & rurſus initio vêris, docet Aelianus his fermè verbis: *Piſcatores alicubi glacie perfracta veluti puteum excauant, & aperiunt: vbi cùm permulti alij piſces facilè capiuntur, tum Antacei quoque; & ij quidem teneri. Nam qui etate proceſſerunt; ad Thunni magnitudinem accedunt, ij ſanè pinguiſſimo abdomine ſunt &c. Cùm eſt iuſta magnitudine, ſub glaciem ſubiens, nunquam ad cauum ſeu puteum glaciei peruenit, ſed aut ſub ſaxa ſubijcitur, aut in imam arenam ad vitandum frigus abditur. Nam id temporis cùm geluidum eſt flumen, & perfrigida tempeſtas, nullis nec herbis nec piſcibus veſci neceſſe habet: tantùm inertia laboris gaudet, & alitur ex pingui ſuo ſucco. Et quemadmodum polypi, cùm præda deſtituuntur, brachia ſua circumrodunt: ſic is ſuam pinguedinem exedens viuit. Ineunte verſus vere, iamque liberè fluente Iſtro, odit ignauiam: itaque ſeſe ex latibulis ad ſummam aqua incitans, aqua ſpuma expletur. Vbi magno murmure rapidus fertur, ibi à piſcatoribus ad hunc modum inſidias ei molientibus facilè capitur, vt hamus cum linea in ſpumam demiſſus ſub alborem occulteatur: & ferri ſplendor minimè perſpicuus ſit: is tum ore hiante atque imminente, liguriens inſidioſam eſcam deuorat, ex eoque perit, vnde prius alebatur.* Hæc Aelianus.

*Sturionem timet.*

*Vino inebriari.*

*Robur.*

*Vt & quando olim capiebantur.*

B

## VSVS IN CIBIS.

CAro Huſonis (inquit Albertus) in dorſo ſaporem habet vitulinæ, in ventre verò porcinæ. Magna pars ſalſamentarijs cedit, ſed & recens coctis exiſtia ſuauitas. Negant horum lactibus quicquam in cibo aut dulcius aut delicatius reperiri. Oua quoque in cibo expetuntur. Baltaſar Stendelius Germanis Hauſen rogen, Italis quibuſdam Cauiaro vocari ſcribit. Recentem parari ad cibum in iure flauo cum cepis minutatim conciſis: ſalſum verò præmacerari aqua, tum iure nigro condiri: vel condimento è pomis, aromatibus, croco, vuis paſsis, &c. Cardanus quoque ex Exoſsis (ſic hunc piſcem vocare videtur) ventre Moronam, è dorſo ſchenale, ex ouis quod vocant cauiarium, haberi teſtatur: è capite, pinnis, cauda, corio, ventriculo & inteſtinis, quam vocant ichthyocollam. Cauiarium oua eſſe concreta, ſaleque condita, eſſeque ex eo nigrum & rubrum. Fieri & hæc ex affinibus piſcibus, Attilo ac vero Sturione, Siluro & Oxyrincho. Nos rubrum cauiarium ex Cyprinis pro Iudæis, qui niſi ſquamoſos piſces edunt, fieri ex Bellonio ſuprà docuimus.

*Cauiarium.*

*Apparatus*

C

## DE EPERLANO. Cap. XII.

IN fluuiorum in Oceanum influentium oſtijs, vt Rhotomagi & Antuerpiæ frequens eſt piſcis, teſte Rondeletio qui Eperlan (quam vocem vulgarem ſecutus Eperlanum ceu latinum nomen fecit) dicitur à nitido & ſplendido (inquit) colore, quo vnionem (perlam) refert. Cæterùm ſi à perla ipſi nomen eſt, verendum eſt appellari eenpeerl; nam Eperlan Belgicum vocabulum non eſt: & Bellonius Epelanum nuncupat: Ait tamen etiam, Atherinæ modo tranſparere. Hic Anglis Schmelt vocari ſcribit ab odore (violam enim gratiſſimè redolet, quamobrem quidam Violam vocari poſſe cenſent, argumento quòd Aelianus ab odore thymi Thymallum piſcem nominauit,) vel à pinguedine. Geſnerus priorem etymologiam probat, quoniam Smelle Anglis ſit odorari. Smelt tamen apud Belgas eſt liqueſcit, & propriè de pinguedine dicitur, à quibus Angli fortè nomen mutuauerint. Vterque duo eius genera eſſe ſcribit, marinum vnum, fluuiatile alterum. Sed Rondeletius marinum litorale eſſe, Bellonius ſaxatile dicit. Rurſus Rondeletius Eperlanum in marinum & fluuiatilem diſtinguēs, figura corporis nihil vel parum differre innuit, ideoque vnicam iconem exhibuit: Bellonius contrà duas, admodum diuerſas; quare ſuſpicari licet fluuiatilem Rondeletij à marino non differre. Bellonius marinum item, partim marina, partim fluuiatili aqua gaudere tradit, & Rondeletius quoque ex mari ad fluuios aſcendere inſinuat, dum in Sequanæ oſtijs optimum eſſe ſcribit, & in Angliæ fluuijs. Apud Neuſtricos Caudebeccanos Angliæ populos vberrimus eſt, maior tamen prouentus circa vindemias,

*Nomen.*

*Etymum.*

*Epelanus.*

*Viola.*

*Genera.*

*Locus.*

D

demias, quo tempore eſt delicatiſſimus. Tereti ac tenui eſt corporis compage, nonnunquam dimi- E
*Forma.* dium pedem æquante. Rondeletius ad pedis magnitudinem aliquando accedere innuit. Aſinos parvos refert, vnde ex eorum genere eſſe iudicarunt, quos refellit Bellonius, propterea quòd glabro ſit
*Ex Aſinis non eſſe.* corpore. Oris hiatu ſatis magno eſt. Dentes habet in maxillis & in lingua. Truttam præter cætera
*Lingua.* Eperlanus Rondel.



dentibus refert. Lingua, vt ait Bellonius quaſi gemina, hoc eſt, (inquit) in cuius radice poſterior quædam appareat, in qua multo plures dentes ſunt, quam in anteriore. Pinnas habet caſdē quas Salmonum genus, maxime poſteriorem illam dorſi pinnam ſubrotundam & pinguem. Prior totum piſcem in æqua-
*Branchiæ.* les ferè partes diuidit. Cauda bifurca eſt. Branchiæ ſunt vtrimque quaternæ, decolores, & violam olentes. Tranſparenti eſt corpore, dempta linea nigra quæ ſpinæ internæ parti inhæret. Calculos habet in capite rotundos, albos, quoſq; facile forintecus propter piſcis tranſparentiam per cranium vi- F
*Partes interna.* deri poſſe Bellonius tradit (qui diligentiſſimè de internis Eperlani partibus egit) ſub poſteriore cerebri parte ſitos, vbi medullam in cerebro definit. Cor branchijs ſemicircularibus & fimbriatis eſt admodum vorum ac ſcutiforme: definit quoq; in angulos, rubrumq; eſt, cui molles ac ſanguineæ ſubſunt carunculæ, quæ huic tanquam aures in terreſtribus famulantur. Illæ enim mouentur cū corde, quod ſepto ab hepate diuiditur: venis tantùm lobi, in longum deinde ad ſecundum latus. Stomachum deſinentem in mucronem habet in V. literam effigiatum: Lienem admodum rubrum, ſeminis Atriplicis in medium latum. Cumq; ſtomachi dextrum latus ſurſum vſq; ad hepar reflectit, illic geniculo interceptitur: vbi apophyſes duas latas emittit, quæ veluti ſecundum ventrem conſtituuntur. Aliud poſt hunc ſubit ileum, quod nec pylorum nec ieiunum, neq; ileon commodè nominare poſſis: ſiquidem ſine anfractibus recta ad anum procedit. Sed rectum geniculo intercipitur, eſtq; ruberrimum. Meſenterio nullam admixtam pinguedinem habet, qua ſtomachus & inteſtina obſidentur, vt nihil aliud in ventre quàm adipem eſſe dixeris. Carnibus, culicibus, Aphyis, oeſtro, lendibus, millepedibus, pediculis & eiuſmodi dilectamentis vescitur. Carne eſt molli & friabili. Aeſtatis fine vel autumni initio capitur.

G

# DE LAMPETRA. Cap. XIII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

APud pleroſque Europæ populos eodem appellatur nomine, licet variante aliquantulum terminatione, Italis videlicet Lampreda, Hiſpanis Lamprea, Gallis Lamproye, Germanis Lampret, Belgis Lampreye, item & Anglis, quibus & Lampraye, Lamprell & Lampron. Qui itaque Lampetram dici volunt à lambendis petris, ijs erat oſtendendum latinum nomen eſſe, quod tamen quin ex memoratorum aliquo fluxerit, non dubito. Geſnerus alioqui eruditè ab Alabeta deriuaſſe conijcit. Feri enim-
*An à lambendis petris dicatur.* potuiſſe, vt ex Alabeta priori litera eliſa Labeta, mox Lambeta, ac tandem Lampetra dimanârit. Ala-
*Alabeta.* *Alabes qui.* betam Plinius in Nilide lacu quem Nilus efficit, reperiri ſcribit & Ἀλαβὴς Straboni inter Nili piſces nominatur. ἀλαβὴς autem dicitur, qui manu capi non poteſt, vnde & alabaſtro nomen, quod Lampe- H
*Muſtela.* trarum generi conuenit, quæ propter inſignem lubricitatem manu comprimi nequeunt. Fieri item
*Lota.* poteſt, vt Lampetra dicatur quaſi Langhe Prick id eſt longa, quod quàm Prick (ſic vocatur Lampetra minor) longior ſit. Equidem latinū nomen non eſſe, doctiores oſtendunt, cùm Plinio atq; Auſonio Muſtelam vocari volunt, ſolo excepto Pet. Gyllio, qui Muſtelam eſſe credidit, eū piſcem qui Lugduni Lota appellatur, quæ tantùm fluuiatilis eſt, cùm Muſtellam Auſonius è mari fluuios ſubire ſignificet, & tam graphicè delineet, vt nemo tergiuerſari poſſit. Plinius [a] quoque id apertiſſimè ſuadet his verbis: *Proxima eſt his* (Scaris, quibus eius tempore principatus dabatur) *menſa generis duntaxat Muſtelarum, quas (mirum dictu) inter alpes Lacus quoque Rhetiæ Brigantinus amulas marinis gene-*
*Plinij locus conſiteratus* *rat*. Quo loco in alijs codicibus pro marinis legitur Murænis, quam lectionem ceu legitimam eſſe Maſſarius contendit, quoniam qui marinis legunt, inſigni (vt putat) mendacij vanitate dicere coguntur, Muſtelas marinas fluuiatilibus & lacuſtribus meliores, quod tamen Plinij verbis minimè colligas, ſed duo eſſe Lampetræ genera vnum quod mari æquè & dulcibus aquis commune eſt, alterum quod

[a] *L. 9. c. 17.*

dul-

A dulcibus tantùm, vt modò patebit: & marinis legendũ eſſe Sigiſm. Gelenius ex antiquiſſimis exẽplaribus aſſerit. Cęterùm duo hic obſeruãda; primò alias pręter Lãpetras eſſe Muſtelas marinas, & harum rurſus alias veterib. notas, Aeliano potiſſimùm qui Iecorino ſimillimas eſſe ait, pupillis oculorũ ad cyaneũ colorẽ accedentibus, mento quàm Iecorini maiore, quàm Chremetis verò minore, algas depaſcere, ſaxatiles eſſe, atque ſimiliter vt terrena omnium cadauerum, in quæ incurrit, oculos exeſſe & conficere; alias recentioribus, de quibus mox ab Aſellis egimus. Quæ omnes marinæ tantùm, cùm Lampetra fluuios ſubeat. Præterea ſummoperè cauendum, ne quis Muſtelam cum Muſtelo confundat, quod doctos quoſdam feciſſe etiam video, cùm ſint Muſteli Gazæ, qui Ariſtoteli cæteriſq; Græcis γαλεοὶ, piſces vt Lampetra cartilaginei, ſed qui neq; ad flumina aſcendunt, neq; etiam carne cõmendantur, ſed contrà quaſi contemptui planè habentur. Ab eodem tamen quadrupede vtriſq; nomen fluxiſſe facilè credo. ſed non quòd ſimiliter maculati ſint piſces, vt Bellon. & Rondel. volunt, (Non.n. maculata eſt γαλῆ, ſiue Muſtela quadrupes, ſed albo ſubluteoq; varia) ſed à corporis lõgitudine, & vt Iouius ait, candore ventris, & à tergoris ſuperioris ſubluteo colore, vti in quadrupedib. videmus. Bellon. & poſt eum Saluian. videntes & Galeũ ſiue Muſtelũ & Muſtelã à Muſtela quadrupede nomẽ inueniſſe, Muſtelamq; eſſe Lampetra, aſtruere conati ſunt Lampetram eſſe Galexiam Galeni: quã

B vocem Saluianus cõpoſitam putat vel ex γαλὴ & ἀξία, vel quod magis probat ex γαλὴ & ἰξίς: prima etymologię dignitas, altera habitus piſcis exprimitur. In Græcis ſanè Galeni exemplarib. primò Galaxias, mox Galexias legitur. Veruntamen fieri poteſt quòd a lacte, quod γάλα eſt, nomen habeat quaſi lactei coloris ſaporiſq; piſcis, vel apud Gal. non ex τῶν γαλεῶν, ſed τῶν γάλων genere dici debeat, vel ſi γαλεῶν legere mauis, nõ à recto γαλεὸς ſed à γαλία formari. Quæ cõiectura ſi vera eſt, Saluian. ex Muſtelarum, non Muſtelorum genere eſſe Lampetrã dicere debuit. Alij Galexian ſiue Galaxian Sturionem, alij Galeum Rhodiũ eſſe volunt. Quod verò idem Saluian. Lampetrã Dorioni apud Athenæum Muræną fluuiatilem (cui vnicã tantùm Spinam ſimilem Aſello qui vocatur Gallaria tribuit) vocari putat, etiam Rondel. ſententia eſt, & ego lubens aſſentior, cùm non ſit credẽdum fluuiatilẽ dixiſſe, ac ſi in fluuijs tãtùm degere, inſinuare velit, ſed vt à Muræna propriè dicta quæ marina tantùm eſt, interſtingueret. Atq; hinc fortaſſis eſt, quod Albertus Lampetram cum Muręna confundat. Non defuerunt, qui Lampetram ob ſimilitudinem cũ terrenis lumbricis, [a] Plinio de piſciũ pinnis loquenti, lũbricum marinum dici voluere his verbis: *Binæ omnino longis, vt lumbricis & Anguillis & Congris: nullæ vt Murænis.* Quam opinionem Rondel. & ante eum Alcyonius, vir doctus, vt Iouius notauit, elegãter ac doctè refutauit, authoritate Ariſt. (ex quo id Plin. tranſcripſit) qui binas pinnas habere ſcribit,

C quęcũq; προμήκη & λεῖα ſunt, (Gaza vertit, piſces quicũq; longi & læues ſunt) vt Anguillæ & Cõgri, alia nullas omnino, vt Murænas, corruptum Plinij locum eſſe oſtendens & pro lumbricis, lubricis legendum eſſe. Quòd ſi verò pertinaciùs quis vulgarem lectionem tueri velit, adhuc lumbrici Lampetrę non erunt, quandoquidẽ pinnis omnino carẽt. Idem Rondel. Caſtellano Epiſcopo Matiſconenſi viro ſua ætate doctiſſimo & qui doctrinę cauſa maxima in gratia fuit apud Franciſcum Galliæ regem optimum literarum patronum & alumnũ ſubſcribit, opinanti Lampetram Vermem aquatilem eiuſdẽ Plinij [b] eſſe, cuius meminit his verbis: *In Gange Indiæ Statius Seboſus haud modico miraculo affert, Vermes branchijs binis ſexaginta cubitorum, cæruleos, qui vomen à facie traxerunt. His tantas eſſe vires, vt elephantos ad potum venientes mordicùs comprehenſa manu eorum abſtrahant.* Color cęruleus (inquit Rondel.) Lampetręitem mores quadrant, nam & petris & nauibus ita hærent Lãpetræ, vt auelli non poſſint, neq; repugnat cubitorũ ſexaginta longitudo. In India.n. omnia grandiora ſunt: Strabo βδέλλας, id eſt Hirudines in quodam Lybiæ fluuio ſeptenum cubitorum perforatis branchijs, ita vt reſpirare poſſint, naſci ſcribit. Has quoq; Rond. Lampetris eaſdẽ eſſe arbitratur, Nam Lampetrę (inquit) ita ſaxis & nauium clauis hærent, vt optimo iure βδέλλαι ἀπὸ τῦ βδέλλειν, id eſt ab emulgendo dicãtur, quemadmodum ſanguiſugæ. Hermolaus Barbarus Lampetras, fontanas tineas vocari credidit,

D Plinij quoq; authoritate opinor motus, qui, *limus* (inquit) *aquarum vitium eſt, ſi tamẽ idem amnis Anguillis ſcateat, ſalubritatis indicium habetur; ſicuti frigoris, Tineas in fonte gigni:* nã vt Anguillas ibi nominat Plin. ita Hermolaus Tineas piſces Anguillis ſimiles eſſe opinatus eſt: niſi dicamus quòd Lampetras ideo tineas vocatas fuiſſe crediderit, quoniã & lumbrici præſertim in homine ẽt Tineæ vocẽtur, & Lampetrę quibuſdam ſuo tẽpore ex corrupto Plinij codice ita appellarentur. Cæterùm tineas fõtanas ex inſectis eſſe aliàs oſtendimus. Iam vero Rondel. inter alia Lampetræ ſynonima, eã (ob eandẽ haud dubio ſimilitudinẽ) Plotam ſeu Flutam quoq; vocari ſcribit: atqui cùm in progreſſu, cæterorum rationem vel authoritates afferat, Plotæ amplius non meminit. Eſt quidẽ Lampetra veluti fluuiatilis quędã Muręna, fluuiatiliſq; Muręna à Dorione dicta eſt, & niſi in ſumma aqua natat, vt aerem trahat, facilè reſte eodem Rondel. ſuffocatur, vt haſce ob rationes Plotam ſiue Flutam dicere potuerit, authorem tamen idoneũ non habet, præſtiteritq; confuſionis euitandæ cauſa hoc nomen Murænæ & Anguillę relinquere, quæ tamẽ & ipſæ non ſemper Plotę aut Flutę (vt Gaza vertit) appellãtur, ſed cùm ſole torrefactę ſupernatant. Archeſtratus cùm omnem Anguillam laudat, tum maximè qui in freto

è regio-

*Muſtela marina multiplex.*

*Muſtelus.*

*Muſtela & Muſtelus vnde dicti.*

*Galexia Gal.*

*Muręna fluuiatilis.*

[a] *L. 9. c. 20.*
*Lumbricus marinus.*

*Vermis aquaticus.*
[b] *L. 9. c. 15.*

*Hirudines maximæ pro Lampetris.*

*Tinea fontana.*

*Flota.*

è regione Rhegij capitur: ſed valde præſtantes etiam ſunt (inquit) Copaę & Strymoniæ; ſunt enim magnæ & perquam craſſæ, ὅμως δ' οἶμαι βασιλεύει Ἔγχελυς, ἄφυσσα ἐστὶν ἀπύρηνος μόνος ἰχθύς, id eſt, vt Dalechampius vertit: Omnium ſanè vt arbitror, quibus veſcimur, Anguilla tanquam regina voluptatis obtinet principatum, ſolaq; piſcium natura, omni ex parte tenera & ſuccoſa, fructus inſtar, dum manditur, in ore liqueſcens. Apyrenos enim fructus (inquit) propriè dicitur, cui nullus ineſt nucleus. Ita ferè & Natalis. Euſtathius prolato iſto verſu obſeruari iubet, poëtam appellaſſe eleganter πυρῆνα, id eſt nucleum, oſſeam piſcium ſpinam: & rectè (inquit Caſaubonus) neq; eſt aliter eam interpretari vocem. Atqui falſum hoc, Anguillam eſſe penitus exoſſem, niſi de peculiari aliqua eius ſpecie hodiè incognita loquatur poëta. Habere enim ſpinam hunc quoq; piſcem & αὐτοψία arguit, & teſtimonia ſcriptorum, vt paullò antè Athenæus de Epicureo Icadiſta: Ἔγχελυς παρατεθείσης, ἐβιβαλὼν ἐψίλωσε τὸ πλευρὸν, ἀγαγὼν εἰς ἄκανθαν, id eſt, *appoſitam Anguillam arripiens, latus nudauit ad ſpinam uſque*. Sed vt hoc Archeſtrato concedatur, falſum eſt rurſus, Anguillam ex omni piſcium natura carere ſpina: nam & Antaceus eſt ἀνάκανθος & Huſo Danubij, qui eſt alius ab Antaceo Pontico. Verùm de Huſone Germanico facilis reſponſio; eum enim Archeſtratus notum non habebat: Antaceum illi non fuiſſe incognitum dicebamus capite ſeptimo: neque mutamus ſententiam. Hæc Caſaubonus. Quãobrem cùm falſum ſit Anguillam apyrenon ſiue exoſſem eſſe, de Lampetra id verum ſit, piſce aliàs ſimillimo, & ſaporis gratia etiam præſtantiore, Geſnerus conijcit Anguillam apyrenon Archeſtrato Lampetram eſſe, qua in re ei non diſsentirem, niſi & Agatarchides libro ſexto Europicorum Anguillas Copaidas inuſitatæ magnitudinis eſse diceret, ideoque à Bœotis coronatas inſperſa mola dijs immolatas, & Dorion eaſdem in prodigioſam magnitudinem augeſcere ſcriberet, cui Lampetra, fluuiatilis Muræna eſt. Geſnero aſsentitur Dalechampius in ſchedis ſuis ad Plinium, additq; inſuper Lampetram Caſſiodoro in deſcriptione litoris Rhegini Exormiſton vocari. Sitnè poſtremò Echineis ſiue Remora Oppiani, vt Rondeletius arbitratur, examinandum. Video hanc opinionem quibuſdam improbari, quoniam neceſse eſset quotidie in locis, vbi dantur Lampetræ, lintres curſum tenere ab his retentos, quod tamen qui præter ipſum tradat, inuenio neminem, Ipſe quidem ſi triremis clauo os affinxerit, Lampetra, eius impetum retardari certũ eſse profitetur, idq; ſibi ipſi euenisse Romã profiſcenti cum Cardinale Turnonio. Optimæ enim triremis, cuius citiſſimo curſu vehebantur, impetum inhibitum: cuius incertam cauſam cùm vectores (inquit) perquirerent, tandem cõpertum fuit, Lampetræ ore clauo affixæ vi id effici: cuius rei locupletiſſimos teſtes habet nobiles & graues viros qui eadem naui vehebantur. Fuit autem eius ſententiæ Rondeletius, vt niſi clauo hæreat Remora, remorari nauẽ non poſſit, vt in Remora dictum eſt, qua in re fruſtrà ipſum laborare oſtendebamus. Bellonius quoque nautis præcipuè infeſtam eſse ait, temonibus triduum ferè inhærendo, caudamque in contrarium vertendo, recenſque picatæ nauis lateribus picem lambendo ſic infigi, vt nautas ab itinere remoretur. Lampetra equidem tam exactè notis omnibus, quas Echeneidi tribuit Oppianus, reſpondet, (dũmodo vera eſt Rondeletij obſeruatio quẽ virum mendacij arguere nefas duco) vt nullus ſit ſanæ mentis, qui pro ea Lampetram non accipiat. *Eſt* (inquit) *Pelago amica, longitudine cubiti, ſubfuſco colore, Anguillæ ſimilis: acutum eſt illi os ſubter, contortum, rotundi hami caſſidi ſimile: de quo piſce nauta rem mirabilem narrans, omnibus qui non viderunt, incredibilem. Nauem enim ſecundi venti vi impulſam, paſſisq; velis per mare currentem, piſcis tanquàm eam ueraturus ore admoto ſiſtit, inuitisq; nautis retinet, perinde, ac ſi tranquillo portu quieſceret.*

*Anguilla Copaę.*

*Piſces ſine ſpinis.*

*Anguillæ apyrenos.*

*Exormiſtos. An Remora ſit Oppiani.*

*Lãpetra cur nautis infeſta.*

*Remoræ Oppiani deſcriptio.*

# GENVS. DIFFERENTIÆ. DESCRIPTIO.

LAmpetram ex ſerpentinæ ſpeciei piſcium genere eſſe, ipſa figura eius loquitur. Sunt qui ex genere Murænarum eſſe voluerunt, (inquit Maſſarius) argumento quòd Lampetra pinnis careat, quod de Muræna teſtatur Ariſtoteles, cuius verba ſuprà recitauimus. Mouentur & alia coniectura, quòd Plinius dixit in Septentrionali Gallia *Muranis omnibus dextera in maxilla ſeptenas perſpici maculas*, pro foraminibus maculas interpretantes: ſed à vero maximè declinare videntur, vt branchiarum ratio ſuadet. Caret enim Muræna branchijs integris, vt Ariſtoteles & Plinius tradunt, quas Lampetra detectas velut cartilaginea obtinet, vt qui Lampetras branchias habere neget, eas è Murænarũ eſſe genere fateri omnino ſit neceſſe, cùm ex lõgis ouiparis nulli alteri generi præterquam Murænis branchię integræ deeſſe videantur, eiſdẽ tradentibus authoribus. Præterea ſi maculę illæ quę Murænis in maxilla dextra ſunt, foramina eſſent; Plin. neq; Murænis Septentrionalis Gallię tantũ, neque maxillæ dextrę dũtaxat viuentibus ineſſe maculas dixiſſet. Grauior error eorũ eſt qui ex Galeorũ ſiue Muſtelorũ genere eſſe voluerũt: cũ quib. duo tamen cõia habent, quòd cartilagineæ ſint, quodq; detectas

*An Murænarum ſpecies.*

*Non eſſe ex Galeorum genere.*

Lampetra malor, & minima.



detectas habeant branchias; ſuntq; oblongi Galei, ſed à ſerpentina ſpecie alieni, & ouiparæ tantùm Lampetræ, cùm Galei viuos excludant fœtus. Bina illa circa excrementi oſtium non pendent, quæ ab Ariſtotele omnibus Galeis ineſſe dicuntur. Iam verò Lampetræ non vnum genus eſt. Sunt qui è mari flumina ſubeunt; ſunt qui à falſis aquis omnino abſtinent. Marinarum triplex genus eſt, maius, medium Germanis & Belgis Pricæ dictum, & minus à Saluiano depictum, qui, licet ætatis ratione tantùm differre quiſpiam ſuſpicari poſſit, quoniam colore tantùm & magnitudine à maiori differt, differre tamen & ſpecie oſtendit, cùm maiores ſemper & maculoſæ & bicubitales; minores contrà ſine maculis & pedales tantùm reperiantur: Pricæ verò cubitalem magnitudinem haud ſuperet, tranſuerſalibuſq; & nigricantibus lineis ſolùm inſigniatur. Rurſus ipſi maiores haud vbiq; æquè magni. Teſtatur enim Iouius in Arno & Tyberi ad generoſum habitum adoleſcere: in omnibus autem Galliæ Ciſalpinæ riuulis, ipſiſq; præſertim Ticini atq; Adduæ emiſſarijs multas reperiri pretioſas admodum, quanquam minimi digiti craſſitudinem minimè ſuperent. Et Platina in Ciſalpina (Gallia) paruas, in Hetruria mediocres, Romæ ex Tyberi permagnas capi tradit: niſi dicamus, haud rectè ab hiſce ſcriptoribus iſthæc obſeruata eſſe. Omnibus ſiue marina ſint ſiue fluuiatiles, commune eſt, Cetcorum more fiſtulam in ceruice habere, per quã cùm nauibus aut ſaxis hærent, aquam ad branchias attrahunt. Spina item omnibus cartilaginea à capite ad caudam vſque deducta, chordam Galli vocant, quæ vére tenerior, æſtate durior eſt & inſuauior. Branchiarum numero, figura & ordine conueniunt, ore item & pinnis & totius corporis figura. Murænis valdè ſimiles ſunt, ſi caput excipias. Os.n.neq; in longũ neq; in latum ſciſſum eſt, ſed excauatũ velut in hirudinib. quas ſanguiſugas vocãt. Geſnerus ab eo loculorum inſtar (qui ad ſeruandos nummos loro contracti clauduntur,) conſtricto lignum aut lapidem ita apprehendere ait, vt fugere videatur, idq; tanta vi, vt ægrè auellatur, cucurbitularum medicinalium ſimilitudine. Marginem item oris rotundum fibris quibuſdam laciniоſum eſſe, quæ nimirum vt firmiùs hæreat, fugatq; efficiũt. In cauo illo ſparſi ſunt dentes, plurimi, flaui, acuti, hamati, quorum interiores maiores eſſe idem Geſnerus obſeruauit, eoſq; circiter viginti ordinibus diſtingui, & tanquam à centro ad circumferẽtiam digeri, ordinibuſq; ſingulis quaternos, quinos, ſenoſvé ineſſe. Eſſe & in ipſo oris receſſu duplicem dentium minorum ordinem, quorum maior (inquit) omnino ferram denticulis vtrimq; denis refert. eos denticulos continuos eſſe, cæteros cutim habere interiectam. In eiuſdem cani imo teſte Rondelet. particula eſt contraria occurſu foramen interius occludens. Cor habent

*Lampetrarũ diuerſitas.*

*Fiſtula in ceruice.*

*Spina.*

*Os.*

*Dentes.*

Pricæ.



E

G

H

habent ſub branchijs & foraminibus reconditum, cartilaginea membrana, ſpongioſa ac prætumida incluſum, ſubrotundum, ciceris craſſitie: hepar oblongum, cæruleum, vnius tantùm lobi. Felle carent. Inteſtinum omnibus vnicum, rectum, minimè complicatum; reliquũ corporis in fœminis matrix ouis referta occupat. Pinnis lateralibus carent; nullaſq; ad natandum habent, ſed flexuoſo corporis impulſu aguntur, & pinnulis membranaceis iter dirigunt, quarum vna ferè ſupra caudæ extremum erigitur, altera paullo ſuperior eſt. Pinnæ.

Læui cute teguntur, quæ in maiori nigricat pronè, ſupinè candicat, ad latera & in dorſo ſubluteis ac nigricantibus maculis conſpergitur, quibus minor caret. Maior itaq; potiſſimùm Auſonij Muſtela eſt, ſic enim de hac canit: Cutis. Muſtela Auſonij.

*Qui te natura pinxit color, atra ſupernè — Punctis notant tergum, qua lutea circuit iris.*
*Lubrica cæruleus perducit tergora fucus — Corporis ad medium farſim pingueſcis, at illinc*
*Vſq; ſub extremam ſqualet cutis arida caudam.*

Geſnerus maiori maculam ait eſſe albicantem in vertice in medio oculorum interſtitio; & contiguum ei anterius foramen paruum membrana parum prominente circundatum. Pricka cum maiori colore conuenit, ſed pro maculis quales diximus, tranſuerſales habet lineas. Omnes vtroq; gutturis latere ſeptem foramina habent, quibus aquam acceptam reddunt. Platina linguam Lampetris tribuit, Rondelelius habere negat. Saluianus & Bellonius non meminerunt. Oculos rotundos & profundos habent. In maiori cæruleam pupillam aureus circumambit circulus. Pinæ deſcriptio. Lingua. Oculi.

## LOCVS. NATVRA. MORES.

MVſtelas ſiue Lampetras maiores è mari ad fluuios aſcẽdere certum eſt, idq; cùm veterum, tum recentiorum teſtimonijs comprobari poteſt: Auſonius:

*Quaq; per Illyricum per ſtagna binominis Iſtri — Spumarum indicijs caperis Muſtela natantum*
*In noſtrum ſubuecta fretum, ne lata Moſella — Flumina tam celebri defraudarentur alumno.*

Saluianus tradit maiores rariores, contrà minores frequentiores flumina ingredi. Geſnerus a docto quodam Medico Miſeno ſe accepiſſe refert, vêris initio migrare, & circa D. Donati diem, qui eſt ſeptimus decimus Februarij, nullas amplius apparere, aut enim recedere, aut interire, corpore reliquo tabeſcente, licet capitis moles magna relinquatur. Idem & ex Argentinenſi perito quodam piſcatore cognouit, Lampetras Salmonum è mari flumina ſubeuntium comites eſſe, adhærendo eis. Initio Maij optimas eſſe: ab eo tempore quotannis irrequieto motu & natatione adeo exhauriri & emaciari, vt pleræq; intereant, priuſquam pariant, circa finem Maij, aut poſtea. Quod ſi etiam fortè pariant aliquando (ouorum paruulorum congeriem) ſobolem euaneſcere, nec vnquam apparere fœtus earũ circa Argentinam. Adultas etiam quæ non pereunt, cum fluuio aqua ſecunda exacto Maio auferri, nec amplius toto anno apparere. Rondeletius quoq; veris initio fluuios ingredi aſſerit, ſed vt illic oua pariat, in mare deinde redituram: tuncq; magnam earum fieri capturam: aliàs in mari rariſſimè capi, nec vnquam ferè, niſi cùm roſtro nauibus adhærent. Contrà Saluianus Lampetras teſtatur eo tempore quo in fluminibus capiuntur, in mari etiam capi, reliquiſq; anni temporibus, vel in abditis latere locis, vel longè à litoribus in altum pelagus ſecedere: paruas verò in fine vêris, & in fluminibus, & in mari parere, idq; ex eo conſtare, quòd recens ortę vtrobiq; reperiuntur: magnas contrà ac maculoſas in remotioribus maris locis, cùm neq; in fluuijs, neq; in marinis litoribus paruæ aut recens ortæ inueniantur: vt hoc fortaſſis Rondeletio impoſuerit, minoreſque à maiorum fœtu non benè diſtinxerit. Rondeletium tamen ſequitur Cardanus. Veſcuntur eodem Rondeletio teſte aqua & muſco, & quidam eſca quadam compoſita in fontibus & aquis dulcibus aliis eas nutriunt & ſeruant. Spumarum indicijs comperiri ſolent. captæq; perpetuò in aqua immergi, cum qua ex longinquis partibus in vrbes deferuntur. Quãdo migrent. Quãdo meliores. Cibus.

## VSVS IN CIBIS.

FVere olim in honore apud Romanos proceres Muſtelæ, quod præ cæteris indicat Plinius, proximam à Scaris, quibus ſuo tempore principatus dabatur, menſam ijs fuiſſe ſcribens. Eodem modo hodiè Romæ piſcium ferè nobiliſſimæ cenſentur, adeo vt nobilis quidam coquus (referente Iouio) aulæ Romanæ procerum coturnicibus eas cõpararit, Scribit Platina Romanæ aulæ fortaſſis offenſus, benè à natura actum eſſe, quòd Romæ ex Tyberi pernagnæ capiãtur, & delicatiſſimæ, quoniam vallatæ ibi gulæ inter ſe auctis pretijs certant. Emi (inquit) frequenter Lampetras quinq; ſex, ſeptem aureis, & olim à laticlauio viginti, cùm alter ſecum auctionaretur, emptã ſcimus: nec paſſa eſt ingenua gula tantam audaciam gratuitam eſſe. Diſpenſatori n. quod ſuiipſius arrogantiam & faſtum Lampetræ ingens pretium.

ſtum (nolo dicere ſtultitiam) imitatus eſſet,centum aureos dono dedit, ne ſecundò ad certamen ſingulare prouocatus,timidus ac infractus animo ſuccũberet. Cæterùm non quouis anni tẽpore,nec quouis loco tanti fiunt. Scribit.n.Iouius Romanis, id eſt Tyberinis præcipuam nobilitatem à magnitudine & ſapore eſſe adeò vt denis ſæpe aureis veneant,ipſo præſertim vêre:& rectè quidem,quoniã incipiente æſtate ſpinalis medulla ijs nerui inſtar durior efficitur;& marinæ,hoc eſt quæ in mari capiũtur, aridæ ſemper ac velut agreſtes iudicantur. Iouius delicatiore condimento, multò maiorem quàm ab ipſis pulpis nobilitatem accipere ſcribit.Necari enim ſolere in vino Cretico,eiq; myriſtica nuce os clau di,& foramina illa(branchiarum vtrimque ſeptem) totidem caryophyllis adimpleri,in teganoq; conuolutam in ſpiras,additis auellanis tritis,medulla panis,oleo,vino Cretico,aromatibuſq; ad tẽperatiores prunas certis momentis ſedulò excoqui,quo condimento (inquit) Leo X. in minore fortuna, ioci cauſa,vt conuiuium exhileraret,Marianum cucullatum,ſalſum,& ridiculum hominẽ decepit. Namq; funem inſtar Lampetræ incoctũ,multoq; illo iurulento immerſum, grandi in patina appoſuit, vt notã omnibus eius edacitatem,gulamq; eluderet;qui iam magna pultarij parte abſumpta pſeudolam petrã aggreſſus,diu multumq; cum ea maxillis ac dentibus inhærente colluctatus, cachinnum cunctis tollẽtibus,facetiſſimè reſpondit: vtinam ſic mihi ſæpius illudatis. nam in hoc condimento nõ modò funes, ſed & ipſas catenas (quibus inſani vobis ſimiles vinciuntur) & cum voluptate quidem abſumerem. Platina Lampetrã erutis dentibus & lingua,& extracto per obſcœnas partes ſolo,quod eò tendit,interaneo,cum aqua calida bene lauari iubet,nullibi comminuta pelle: colligi quoq; ſanguinem quo condimentũ fieri ſolet: in os eius nucem myriſticam;in foramina quæ circa aures (brãchias) habet,caryophyllos integros indi. Inuolutam deinde in ſpiram in tegano ad focum cum ſemuncia optimi olei,pauco agreſtæ,vini albi & optimi,ſalis quantum ſat erit,lento igne percoqui. Vbi feruere occæperit,ſanguinem è capite in teganum ipſum exprimi: aitq; idem,antequam ferueat,fieri poſſe.Iubet autẽ more tum eius hoc modo fieri.Amygdalas aut auellanas cum ſua pelle toſtas ac terſas, ne cinis inſit,buccellam item panis vſtulatam,cum paſſulis (inquit) contundito: tunſa cum agreſta, defruto aut in parte coctura diſſoluito,ac per ſetaceum in catinũ tranſmittito,indendo ſemper parũ zinziberis, caryophyllorum,cinnami,& id ſanguinis,quod diximus colligendum. Hanc impenſam in teganũ infundes, donec Lampetra cocta videbitur,vnà efferueant,ſinito. Aliter. Aſſam ſi voles(inquit idem Platina)dum coquitur,ſanguinẽ & adipem colliges. Hoc item,eo quo prædiximus modo,edulium condies.Sũt qui minimas,quas Lampetrocias vocant,in craticula lento igne percoquant, ſuffundẽdo cõtinuò ex oleo, agreſta,ſale,aromatibus ſimul mixtis. Angli maiuſculas paſtillis includunt. Inueterantur itẽ ſale, nec non & fumo indurantur:has Hamburgum mittit,illas dolijs incluſas Dantiſcum. Salubriſnè modò an infalubris earum eſus ſit,alij aliter tradunt.* Alex. Benedictus optimi ſucci eſſe ſcripſit, caſq; omnibus prætert,ſed quia rarò capiuntur,quæ libram excedunt,a raritate laudem eripi. Contrà Albertus dulcem eſse piſcẽ ſed inſalubrem,& cũ editur calidis aromatibus & generoſo vino condiendũ. Author itẽ annotationum in Regimen Salernitanũ craſſum & viſcoſum ſuccum gignere ait, minus tamen quàm Anguilla,timendumq; eſse,ne quid his piſcib. veneni inſit,ideoq; in optimo vino ſubmergendas eſse donec moriantur,deinde vt præparentur cum gelu optimis condito aromatibus:præſtare tamẽ vt antea duabus vicibus ebulliant in vino & aqua,eaq; abiecta coquantur ad perfectionem & fiat gelu in patina vel paſtillus,vel aſsentur cum ſalſamento (embãmate dicere voluit) idoneo, vt ſalſa viridi cũ acribus aromatibus & vino hyeme,omphacio autem & aceto æſtate. Cæterùm Lampetrarum pulpis nullam vim noxiam ineſse Iouius oſtendit argumento quòd & duritie & lento pingui prorſus expoliatæ ſunt:quibus maximè conditionibus piſces ſtomachis incommodi eſse conſueuerunt.

*Conditus melius ſapere.*

*Paraſitus illuſus.*

*Apparatus.*

*Moretum Lampetræ.*

*An ſalubris ſit.*

** Lege peſſ.*

E F G

# DE ANGVILLA. Cap. XIV.

## ORDINIS RATIO.

H

## SYNONYMA. ETYMVM.

ANGVILLA ab anguis ſimilitudine dicta anguiformẽ ſequatur Lampetram, non quòd huius more è mari fluuios ingrediatur, ſed quòd in dulcibus aquis nata, ex his ad mare deſcendat. Dictũ enim in exordio huius operis, piſcibus qui partim dulcibus, partim ſalſis aquis gaudent, alios è mari ad fluuios tranare, & ἀναδρόμους vocari, alios quòd in dulcib. aquis geniti ad mare deſcẽdant, καταδρόμους eſse appellandos. Græcis ἔγχελυς dicitur, ἀπὸ τῆς ἑλύος,vt ait Athen.autoritate Ariſtoph.qui ſcribit piſcatores commoto cœno(τῆς ἑλύος)Anguillas feliciùs capere, quare ſuadet vt vltima ſyllaba terminetur in υς;cùm tamẽ antè Ariſt. ἔγχελυς per iota in fine ſcribi diciſset,& ipſe & Ariſtoph. ibi ἐγχέλεις habet in accuſandi caſu, numero pluraliscæterũ Aelius Dionyſ.citatus Varino docet in ſingulari numero ἔγχελυς dici;in plurali ἐγχέλεις.

*Anguilla ad mare deſcendit.*

*Enchelys.*

Apud

A Apud Ariſtotelem verò librariorũ culpa ἐγχελις ſcribi Geſnerus autumat: propterea quòd in alijs caſi bus per ypſilon apud illum (vt ſunt, inquit, αἱ ἐγχελύες, τῶν ἐγχελύων, τὰς ἐγχέλυς) ſcribatur, etymologiæq; ratio ypſilon in fine requirat. Quare & apud Antiphanem qui eodem Athenæo teſte ἐγχελίδιον diminutiua forma dixit, ante penultima rectiùs per ypſilon ſcribetur, quemadmodum videlicet in alio ibidem Amphidis poëtę verſu ſcribitur. Heſychius, vt citat Geſnerus Anguillas λυκηλάτας Lacedæmonijs vocari ſcribit. Hodie Græcis ἐχέλυ vocatur. Ex freto Siculo Plotæ ſiue Flutæ dicuntur, non aliter quàm ipſæ Murenæ. Apud Italos, Gallos & Hiſpanos Latinam nomenclaturam retinuit. Germani Aal dicunt, aliquandò etiam Oll, Belgæ Ael, fortè quaſi Eel, nam & Angli Eele vocant, quod apud Belgas idem eſt quod Edel, apud Germanos Adel, id eſt, nobilis, quaſi nobilis & delicatus piſcis. Angli pro ætate & magnitudine nomen variant, prægrandem fauſen eele nominantes, minimam Grigge, mediæ magnitudinis Scafling. Illyrij Augorz dicunt. *Plota.*

# GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA. DESCRIPTIO.

B ANguillas ab anguis ſpecie dici, dictum eſt. Talem autem ſpeciem referre, Ariſtoteles teſtatur, item Iuuenalis: *Anguilla longæ cognata colubræ.* Idem rurſus inſinuat Ariſtoteles, cùm Congro ſimiles facit; quem colore & corpore, marino Serpenti proximum eſſe ſcribit. Eodem authore Anguillæ, læues ſunt & lubricæ. Suntque adeo lubricæ, vt manu teneri non poſſint, & vt nonnulli aſſerunt, ſi incluſę teneantur, quacunque caudam exerere poſſunt, eâdem euadere totas. Vide mox inter prouerbia. Num verò Homerus Anguillas ab aliorum piſcium natura ſeparauerit, vt Athenæus & Euſtathius volunt, mox quoque ventillabimus. Duo earum genera ſunt, maius nimirum & minus; illud nobilius præſtantiuſq; habetur, ideoq; noſtrarũ paludum incolis Meglioramento appellatur, Hollandis, neſcio qua ratione Palinck. Caput huic breuius, craſſius & latius, color fuſcus: in profundo degit, & aqua deficiente occultat ſe in limo, ita vt inde effodiatur ſæpè. Minus ſimpliciter nobis Anguilla, & cùm nondũ adoleuit, Boratello appellatur. Huic caput longius eſt & acutius. Galli teſte Rondeletio maiores mares, minores fœminas eſſe credunt, illoſq; Marguaignons, has Anguilles fines appellant. Idem & veteres credidiſſe ex Ariſtotele colligitur, qui ſexu diſtingui negans, inquit:

C *Quam autem maris & fœminæ Anguillæ differentiam notarunt, ſcilicet alteram caput habere amplius atque oblongius, alteram, hoc eſt, fœminam, repandius: hæc non maris & fœminæ differentia eſt, ſed generis.* Minores ad mare deſcendunt, maiores niſi in vallibus degunt. Ariſtot. [a] Anguillis quaternas vtrinq; branchias, ſed ſimplices tribuit. Aliàs quoque branchias pauciores minuſque continentes habere ſcripſit. Athenæus verò ex Theophraſto exiguas. Cuticulæ quæ hæ teguntur, paruula ineſt rima, quę cauſa eſt quòd in turbidis aquis facilè ſtrangulentur, & in aere diutius viuant. Teſte eodem [b] Ariſtotele gulam quæ paucis piſcibus contigit, habent, licet exiguam, ventreque ſunt exiguo. [c] Fel iecori hęret. [d] Hoc magnum eſt, illud aqueum. Pingue ineſt paucis; plurimæ eo carent. Hippocrates [e] tamẽ pinguedinẽ habere ſcribit, eandemq; naturæ hominis inimicam: cæterùm hęc pinguedo à carne ſeparata non eſt; quare aliàs [f] dicebat philoſophus: *ſeorſum enim à carne non pinguęſcunt:* vnde paruum eis in omento ſeuum eſſe ſolet. [g] Tergus earum quàm Murænis craſſius teſte Plinio: cuius locum de pinnis huius piſcis, vbi lumbricis pro lubricis legebatur, reſtituimus in Lampetra ex Ariſtotele, qui longorum vel læuium alios vt Anguillam & Congrum binas pinnas, alios vt Murænam nullas habere ſcribit. Has iuxta branchias hærere idem aſſerit, ſupiniſque pinnis carere. A medio dorſo & ab excrementi meatu veluti limbus cutis potius quàm pinnarum ſubſtantia ſuperiores corporis partes ambit.

D Ventriculus & inteſtina in longum protenduntur. Color omnibus haud idem. Variat enim aquarum in quibus degunt, ratione. Quæ puram & defluentem incolunt, ventre (inquit Saluianus) ſunt candido, dorſoque cineraceo ſiue ſubcæruleo: quæ verò in impura & ſtagnante commorantur, ventre ſubalbo, dorſo verò ſubuiridi vel ſubnigro apparent: Os habent ſatis apertum, dentibus, paruis, acutis munitum, multiplici ordine. Magnitudo quoque non vbique eadem. Plinio atque Solino teſtibus in Gange ad tricenos pedes augentur: & Athenęi Pauſaniæque teſtimonio Copaidæ, item Strymoniæ eximiæ magnitudinis eſſe dicuntur. Archeſtratus Copaidas apyrenos quaſi ſpinas & oſſibus carentes vocat; Geſnerus & Dalechampius Lampetras intelligi volunt, quoniam hæ pro ſpinis cartilaginẽ habent. Magnas vel ad brachij craſſitudinem capi audio in aqua mortua (vt appellant) Galliæ Narbonenſis. In Italia ad viginti libras aliquando accreſcunt; ſed quæ ſuperant, nunquam inuentę ſunt.

*Anguiformẽ piſcem eſſe.*

*Genera quot*

*Sexu non diſtingui.*

[a] *L. 2. Hiſt. cap. 13.*

*Branchiæ.*

*Gula.*

[b] *L. 1. Hiſt. cap. 2. & 2. Hiſt. c. 13. & lib. 4. de partib. c. 13.*

[c] *L. 8. Hiſt. cap. 2.*

[d] *L. 2. Hiſt. cap. 15.*

[e] *L. 8. Hiſt. cap. 2.*

*Pinguedo.*

[f] *L. 3. Hiſt. cap. 17.*

*Pinnæ.*

*Ventriculus.*

*Color.*

*Os.*

*Vbi maxima*

## Anguilla.

Digitized by Google

A

# LOCVS.

QVi Anguillas in omni aqua dulci repetiri volunt, ſiue ea defluat, ſiue ſtagnans ſit, falluntur. In Germania enim dum omnes amnes vel in Rhenum, vel in Danubium procurrentes ſeſe exonerent, experimento compertum eſſe Nauclerus ſcribit, mirabile dictu, quod amnes quique licet ex vno aliquando fonte ſcaturiant, ſi Danubio influunt, Anguillis carent, ſi verò Rheno illabuntur, Anguillas nutriunt. Idem & Albertus teſtatur, qui & alibi cauſam huius rei, frigiditatem aquæ Danubianæ eſſe ſcribit, hancque fieri eò quòd Danubius ante fauces alpium ob occidente in orientem fluit, & maior pars aquarum, quæ influunt in eum, ex alpibus profluit, & eſt ſuus eius ante alpes & parte Aquilonari. Contrà alia loca Anguillis maximè celebrantur. Archeſtratus & Dorion apud Athenæum Copaidas laudant, ille quòd ἀπύρλους ſint, hic quòd in prodigioſam magnitudinem accreſcant. Eaſdem ſcribit Anaxandrides in ſexto Europicorum Bœotios hoſtiarum more coronare, aſperſaq; mola cum precibus dijs immolare, ac cùm peregrinus quiſpiam inopinato ſacri genere obſtupeſcens, cur id fieret, ſciſſitaretur, Bœotios nihil aliud potuiſſe reſpondere quàm ſeruanda eſſe maiorum inſtituta, nec dedere rationem alijs ſe patriæ conſuetudinis reddere. Celebrantur tamen etiam inter delicatiſſima edulia, teſte Polluce, & Ariſtophanes de Pace κωπαΐδων ἀπυρίδας dixit, lautitias quaſdam ciborum enumerans. Hinc eſt quòd cùm Lyſiſtrata apud eundem poetam dixiſſet, præſtare Bœotios omnes perijſſe, calonicè Anguillas excipiendas ſubiecit. Copaïs autẽ Bœotiæ lacus eſt, id quod Pauſanias oſtendit, inquiens: *Cephiſſis in Bœotia lacus eſt, quem & Copaida quidam vocant. In paludem fluuius Cephiſſus excurit. Cope oppidulum in palude eſt, cuius & Homerus in catalogo meminit. Piſces huius paludis nihil ab alijs piſcibus differunt. Anguille tamen, ibi ſunt ingenti magnitudine, eſuque ſuauiſſima.* Ptolomæus verò Euergetes apud Athenæum circa Berenicem fluuium eſſe ſcribit nomine Lethon, in quo naſcatur copia Anguillarum quæ regiæ dicantur, ſexquialterę ad illas, quæ è Macedonia & ex Copaide lacu habentur. Idem Archeſtratus eas commendat quæ in freto è regione Rhegij capiuntur. Celebrantur & in Mæandro Phrygiæ fluuio, vt innuit [a] Clemens Alexandrinus, homines inquiens gulæ & ventri deditos, non deſinere celebrare

C ἰγχέλεις τὰς Μαιανδρείους. Harum meminit & Simonides apud Athenæum:

*Ardea cùm inueniſſet Trierchim (Accipitrem) Anguillam Mæandriam comedentem illi eripuit*

Strymonias quoque Anguillas in pretio fuiſſe oſtendit Antiphanes in Thamyra, his verbis: *Eſt eiuſdem tecum nominis mortalium fama celebratus, Thraciam irrigans fluuius, Strymonem vocant. Anguillas is maximas poſſidet.* Nobiles quoq; fuerunt ad Euclea fluuium, cuius meminit Antimachus in opere, quod tabellas ſiue pugillares inſcripſit, ad vorticoſi Euclei fontes profectus. Demetrius Scepſius lib. 16. apparatus Troiani, has Anguillas tradit excellere. Magnæ quoq; ex Eloro amne habebantur, & ex Aegypto, quæ teſte Cælio Baſilicæ vocabantur, ſicut in Sicilia Plotæ, nam ex Siculo freto optimę capiuntur: & Ioan. Rauiſius tradit reperiri etiam in limoſis locis prope Syracuſas tanta multitudine, vt piſcari volentibus lata adſit præda. Ab Anguillarum copia quædam pars Britanniæ Anguillarum terra vocatur, vt ex Beda refert Albertus, quanquam toto ibi anni tempore non degant, vt modò patebit. Magnas & ad brachij craſſitudinem capi audio in aqua mortuo (vt appellant) Galliæ Narbonenſis: & in ſtagna Monſpelienſi quod Latera vocãt, trium vel quatuor cubitorum longitudinem æquare Rondeletius refert. Cæterùm nunquid & in mari naſcantur, dubitare aliquis queat. Cùm enim & ibi aliquando capiantur, & terræ inteſtina, ex quibus teſte [a] Ariſtotele eorum ortus eſt, in mari quoque vbi algæ ſunt, non minus quàm in fluminibus & lacubus prouenian t, & Galenus quoque, Epicharmus item & Diphilus apud Athenæum marinas Anguillas palam nominent, & Pli-

D nius denique inter piſces mari peculiares recenſeat, in mari etiam generari dicendum videtur. Contrà cùm paucæ, & nondum adultæ nunquam, magnæ verò & adultæ etiam rarò ibi reperiantur, contra Plinium rectè puto & verè cum Ariſtotele & Oppiano dicemus ex fluuijs in mari aſcendere, & vt marinorum multi dulcibus, ita Anguillas ſalſis aquis delectari, haſque Galeno, Diphilo & Epicharmo marinas nuncupari, non quòd à cæteris ſpecie differant, ſed quòd in cibo ſint ſalubriores. Ad terræ inteſtina quod attinet, quæ in mari ſunt, reſpondet Saluianus, ita conſiderari poſſe, vt illa tantùm Anguillas procreent, quæ fluuiorum oſtijs propinqua ſunt.

*Nõ in omni dulci aqua reperiri.*

*Cur Danubius & fluuij in eum influentes Anguillas careant.*

*Loca præter Anguillas celebria.*

*Anguille regie.*

[a] *In Pedagogo.*

*Anguillarũ terra.*

*An in mari etiam naſcantur.*

[a] *lib. 6. Hiſt. cap. 16.*

*Anguille marine que Galeno.*

# ORTVS.

*Cur Iouis filia dicantur*

MAtron Parodus Anguillarum ortum incertum eſſe innuens (alij enim aliter de eo ſentiunt) ex Ioue natas eſſe dicebat referente Athenæo: quo modo & fungos & tubera deorum filios quidam dixerunt.[a] Ariſtoteles in hoc piſcium genere neque marem neq; fœminam eſſe, neque prolem ex ſe generare ſcribit, eorumq; refutat ſententiam qui ex capitis figura, maris & fœminæ differentiam ſtatuebant, vt inter differentias ex eo recitauimus. Et alibi inquit: *Non ſunt fœmine, ſed quia aſpectu diſcrepant, femine appellantur.* [b] Et rurſus: *Anguilla neque mas neque femina eſt, neque prolem ex ſe aliquam generare poteſt. Qui eam enim capillamentis & lumbricis ſimilia quadam interdum ſibi adnexa gerentem viſſe aiunt, inconſideratè id aſſerunt, antequam aduertant, qua parte illa gerantur. Neque enim aliquid eiuſmodi eſt quod animal creet, niſi prius generarit ouum, quod in nulla Anguilla viſum eſt: & quæ animal gignunt, ſuo in vtero fœtum continent, non in ventriculo, ita enim non ſecus quàm cibus concoqueretur primordia genitura.* Et rurſus: *Nec per coitum procreantur, nec pariunt ouа. Capta enim nunquam aliqua eſt quæ aut ſemen genitale, aut ouа haberet. Meatus quoque vel ſemini vel vulvæ accommodatos, nulla reſciſſa oſtendit: ſed hoc vnum inter ſanguinea genus totum ſine coitu, ſine ouo procreantur. Quod ita eſſe eo conſtat argumento, quod in omnia faculentis ſtagnis aqua omni exhauſta & limo detracto, Anguillæ denuo generantur, vbi aqua acceſſerit pluuia, nam ſiccis temporibus gigni nequeunt, etiam in lacu perenni: quippe quæ imbre viuant & alantur. Videntur tamen nonnulla habere facultatem gignendi, eo quod in aliquibus lumbrici fiunt: His enim anguillas generari creditur: quod error eſt. Nam certè ex his prodeunt Anguillæ quæ terræ inteſtina vocantur. Quæ ſponte in luto humeſcente ue humo proueniunt. Iam aliæ abſolui ex his viſæ ſunt, aliæ ſcalpris diſcerptiſq; intus apparuerunt. Oriuntur hæc inteſtina dicta, tum in mari, tum in fluuijs, tum in ſtagnis, putredinis maximè ratione, ſed in mari quà algæ ſunt: in ſtagnis autem & fluuijs iuxta ripas. Calor enim amplius eas ſubiens partes, facit vt putreant.* Hæc itaq; omnia Ariſtoteles de Anguillarum ortu, cui Plinius ſubſcripſit his verbis: *Salamandris non eſt genus maſculinum, famineumue, ſicut neq; Anguillis, omnibuſq; quæ nec animal nec ouum ex ſe generant.* Hic tamen aliàs Anguillas ex ſui generis alijs oriri ait: *Anguilla* (inquiens) *attenuat ſe ſcopulis & ſtrigmenta vineſcunt, nec alia eſt earum generatio.* Athenæus verò coire eas ſcribit complexas, deinde emittere ſtrigmentitium quid, ex quo cùm in limo fuerit animal generetur. Idem & Oppianu credidit, qui interprete Lippio ſic canit:

*Inteſtini terra naſcantur.*

*Salamandrarum ortus.*

*Anguilla ſpiris multoq; volumine nexa*
*Qui ſpuma ſimilis bubula celatur arena*
*Concipit accepto, naſcuntur lubrica terga*
*Conuumbunt, lentor diſtillat corpore toto*
*Accipit hunc canum, quid enim fœcundius illo?*
*Flexibus innumeris Anguilla in litore repunt.*

Teſtatur item Rondeletius ſe vidiſſe Anguillas corporum complexu coeuntes, neq; putat partibus ad gignendũ neceſſarijs prorſus deſtitutas eſſe, interiore enim ventris parte & vuluam in fœminis & ſemen in maribus reperiri, ſed multa pinguedine circumfuſas has partes non apparere, quemadmodũ neq; ouа pinguedini permota, quamobrem credit idem Anguillis euenire, quod de Cõgris ſcriptum reliquit Ariſtoteles, quorum ouа in ignẽ coniecta crepitãt & diſſiliunt, atq; ſic deprehenduntur. Credit itaq; alias in putredine, alias ex maris & fœminę cõmiſtione procreari. Ego Ariſtoteli Plinium & Oppianum aduerſari non puto. Ariſtoteles enim ex lumbricis eas generari ſcribẽs, ex ſuis poſtmodũ ſtrigmentis alias rurſus procreari non inficiatur, nam de primario tantùm ortu loquitur, illi verò dum ex ſtrigmẽtis generari dicunt, de ortu ſecundario, vt pote copioſiore loquuntur. Apparetq; Anguillarũ generationem Berniclarum auium generationi ſimilem eſſe. Nam vt hæ in Scotico oceano ex verme ortæ, mox ouа pariunt, ita & Anguillæ ſimiliter natæ, ſtrigmentis ſpeciẽ conſeruant. Quod ſi quis coire ex Oppiani & Plinij allatis authoritatibus contendat, dicam impropriè coitum illum nuncupandum, rectiùs verò conglomerationem dicendam, ex qua neceſſe eſt ſtrigmenta fieri. Nec bene Rondeletius Cõgri exemplo ouа in pingui latere arbitratur, cùm quo loco ouа continẽtur in pingui, Anguilla pingui vel omnino caret, vel ſaltem pauciſſimum habet: ipſeq; cùm partibus generationi idoneis nõ carere putat, habere tamen eas affirmare non audet, vt credendum ſit, glomeratim hærentes coire iudicaſſe, falſum nimirum Oppiani & Plinij verbis. Strigmenta iſthæc Cardanus appellabat humidũ pingue his verbis: Anguillas generari, non ex Muſtelis certum eſt, quod natura & forma plurimum differant, nec ex ſemine ouiſue: hoc enim haud dubium eſt, ſed ex pingui humido quale etiã ſub terra inuenitur. Conſtat in Mintio amne quandoq; mille glomeratos capi: cur aũt tot glomerẽtur, aut ob timorẽ cõtigit, aut ob inopiã caloris, vel quia hoc loco coitus ipſis ſit: nã dum ſimul ſunt, genus earũ reparatur. Veriſimile.n eſt quemadmodũ quædã ſolo ſemine in proprio loco & ſemine velut quę primũ ex putredine ſola fiũt: ita quędã ex ſemine, ſed nõ in proprio cõceptaculo, cuiuſmodi ſũt Anguillę. Semẽ aũt (Anguillarũ nẽpe) eſt pingue quoddã ♀ nõ ex certa parte deciditur. Perficitur tñ certis tẽporibus velut Octobri menſe & coniunctione plurium. Hæc Cardanus: & paucis interiectis. Ergò primum Anguillæ ex ſola putredine pinguis humidi generantur, velut Apeſet Veſpæ: deinde facilius multò è

*Ariſtoteles cum aliis conciliatur.*

*Bernicle aues.*

*Cur glomerentur.*

ſucco

A ſucco vnius ſeu ſpuma, facillimè autem ex multarum colluuie. Itaque nihil mirum eſt ſub terra eas generari, quemadmodum & ſerpentes. Cùm enim ſub terra vbique fermè aqua, velut in ſpongia cõtineatur, velut ſerpentes ex terra humida, ita Anguillæ ex aqua ſub terra contenta; & vnà genita, aliæ generantur ex illa. Iſidorus verò etiam originem Anguillarum ex limo eſſe ex eo cognoſci vult, quòd quando capiuntur, ita læues ſint, vt quanto fortius preſſeris, tãtò citiùs elabatur. Rondel. aſſerit equo mortuo, cùm aliquando in Megaloniæ ſtagnum iniceretur, paullò pòſt innumerabiles Anguillas, illic viſas eſſe, quod ipſe ita accipit, vt non ex equi tantùm, ſed etiam ex aliorum animalium cadaueribus generentur. Vbi obſeruandum eſt, prius vermes naſci, ex his demum Anguillas. Dixerit tamen aliquis ſimpliciter ex putredine & non ex vermibus, ſed vermium more procreari, id quod Ariſtotelis authoritate teſtatur Athenæus, inquiens, neque ex ouo neque ex animali procreare ſed ex putredine limi (*ἐν τῷ βορβόρῳ καὶ τῇ ἰλυῖ γινομένης σήψεως*, ſimiliter ac de lumbricis terræ fama eſt. Cæterùm cùm hoc apud Ariſtotelem non legatur, Athenæus verò eum citet, huius locum corruptum nũc legi conſtat, & ex Ariſtotele corrigendum. Geſnerus pro *σήψεως* legendum conijcit *πέψεως*, id eſt, concoctione, eo deceptus (inquit Cauſabonus) quòd in prioribus editionibus perturbata & mutilata philoſophi verba recitarẽtur: ſed Athen. iſta illius reſpicit, *καὶ ἐν τῇ θαλαττῇ δὲ, καὶ ἐν τοῖς ποταμοῖς γίνονται τὰ τοιαῦτα, ὅταν μάλιστα σῆψις*; id eſt: *& in mari & fluuijs fiunt iſthec, vbi maximè ſit putredo.* Cæterùm quo modo in generatione Anguillarum & aliorum quæ non fiunt ex ſeminibus & *πέψις* neceſſaria ſit & *σῆψις* quoque reperiatur, declarat aureus locus diuini philoſophi in aurea philoſophia, quem non poſſum quin adſcribam. *Nihil autem gignitur putreſcens, ſed concoctum. Putredo verò & putridum excrementum rei concoctæ eſt. Nihil enim ex toto conficitur, quomodo neque in ijs quæ ab arte conduntur. Nam niſi ita eſſet, facere non requirerent. Sed quantum inutile eſt, id autem à natura aut ab arte retrahitur. Generantur autem in terra humoreque animalia & plantæ, quoniam humor in terra, ſpiritus in humore, calor animalis in vniuerſo ineſt, ita vt quodammodo plena ſint anima omnia.* Ex quibus omnibus ſatis conſtare arbitror, quo in errore verſetur vulgus piſcatorum noſtrorum, qui cum ſerpentibus coire Anguillas volunt. Eubulus quòd ſine coitu earum ortus ſit, innuptas nymphas elegenter vocauit.

*Ex equo mortuo generari.*

*An ſimpliciter ex putredine generetur?*

*Nymphæ innuptæ cur Anguillæ dicta.*

# NATVRA. MORES.

C ALuntur Anguillæ (inquit Cardanus) ex quibus generantur. At Ariſtoteles radicibus veſci ſcribit & herbis, cunctiſque quæ in limo offendunt. Alicubi inquit, quaſdam certiſque locis veſci limo atque edulijs ſi quis apponat, plurimas verò dulci humore alioquin ſeinuicem deuorare. Albertuſq; aſſerit, ſe vidiſſe quod ranis veſcantur, vermibuſque & piſcium partibus, capique inſuper iſtiuſmodi eſcis. Paxamus in Geoponicis ab Anguillis in aquas iectas hirudines abſumi teſtatur, Homerus & cadaueribus veſci innuit, Aſteropæum ab Achille interemptum inquiens:

*Τὸν μὲν ἄρ' ἐγχέλυες τε καὶ ἰχθύες ἀμφιτιτύοντο Δημὸν ἱμπλόμενοι ἑπινεφρίδιον καὶ ἐρυθρὸν*, id eſt:
*Hunc igitur quidem Anguillæque & piſces circumdabant, Adipem comedentes renibus obtentam rodẽtes.*

*Cibus.*

Quamuis autem limo lutoque gaudeant, vt inde nomen inuenerint, ortumque habeant, puriſſimam tamen aquam impenſiùs amant, & à turbida abhorrent, adeò vt teſte Athenæo per tempeſtates cum ventis aqua turbatur, ſuffocari ſoleant, quamobrem qui viuarijs Anguillarijs operam nauant, ſeruant quàm maximè, vt pura ſynceraque ſit aqua, effluens ſemper & affluens per ripas, vbi viuaria extruũt: nam niſi clara aqua ſit, breui ſtrangulatæ intereunt, cum branchias (vt diximus) habeant exiguas; quin authore [a] Ariſtotele, ſi exigua in aqua ſtabulentur, moriuntur, quod idem & cæteris piſcibus accidit: ſtrangulantur enim ſi ſemper eadem in aqua verſentur, quoniam ſpirantia animalia intereunt, ſi in aqua exigua claudantur. Plinius verò non ſimpliciter, vt Ariſtoteles, exigua in aqua ſtrangulari, ſed hyemem in ea negat tolerare: id quod teſtatur etiam Athenæus, & cauſam reddit, inquiens: *Per hyemem etiam cum aqua venterum impetu perturbatur, ſæpius moriuntur.* Scribit Albertus ex Beda D in quadam Britanniæ parte tantam Anguillarum copiam eſſe, vt inde Anguillarum terra vocari meruerit, ſed nõ omni tempore, ſed in ortu coſmico Pleiadum, hoc eſt decimoſeptimo Cal. Iunij: quoniã tunc aqua nunquam luto turbatur propter ventos oppoſitos qui è terra erumpunt initio veris, cùm iam terra aperiri incipit. Contrà circa Virgilias maximè capi conſtat, fluminibus tum præcipuè turbidis, vt Plinius ait. Huc fortè ſpectat & hoc eiuſdem: *Limus aquarum vitium eſt, ſi tamen idem amnis Anguillis ſcateat, ſalubritatis indicium habetur*; hoc eſt, limum non eſſe, quamobrem aquas turbare ſolent, qui eas captant, vt meminit facetiſſimus Comicus, inquiens:

*Namque accidit tibi, quod Anguillas qui aucupantur, Vbi quieta ſtat palus, nil piſcium reportant, Contrà lutum ſi monerint ſurſum atque item deorſum Capiunt, ita ipſe capis cum rempub. inquietas.*

In piſcinis quoque includi poſſunt, verùm ſi æſtate de lacu in piſcinam transferantur, [b] Ariſtoteles ſuperuiuere poſſe negat, è contrario hyeme facilè ſedis mutationem ferre ait: nullam denique vehementem mutationem tolerare, & quidem æſtate, etiamſi in frigidã aquam transfers, omnes plerunq; interire.

*Aquam puram amant.*

[a] *Lib. Hiſt. cap. 2.*

*Quo tempore maximè capiantur.*

*Quando in piſcinas trãſferenda.*

[b] *L. 6 Hiſt. cap. 51. & L. 8. cap. 2.*

interire. Qui eas nutriunt, dicunt teſte Athenæo, paſci eas noctu, interdiu verò in limo quieſcere. Quamobrem credit Athenæus, item & Euſtathius Homerum Anguilas a piſcium natura ſeparaſſe hoc verſu: E

*Interdiu quieſcere.*

Τὸν μὲν ἐγχελύες τε καὶ ἰχθύες οἱ κατὰ δῖναι, ideſt, *In aqua verticibus Anguillæ & piſces vexabantur.*

*An Homerus ex piſcium genere ſeiunxerit*

Quod Saluianus & Rondeletius ita intelligũt, ac ſi à piſcium genere ſeperarit Anguillam & piſcem eſſe negauerit. Quid enim attinebat hic peculiariter nominare Anguillam? Anne ſufficiebat dicere, in aqua piſces uexari, ſi Anguillæ piſces ſunt? Mihi poetam iure merito Aguillam priuatim nominaſſe videtur, nec tamen à piſcium aliorſi genere ſeparaſſe. Nam vt idem Athenæus tradit, Poeta bis enim huius eundem verſum recitat, vt fluuium ardentem uſq; ad profundum faceret, ita ſcripſit, gnarus videlicet Anguillas ſeparatim ab alijs piſcibus (id quod Aelianus quoq; teſtatur) degere, neque cum ijs temerè inueniri, quamobrem & eas peculiariter nominare oportuit. Addo quod hę in profundo interdiu quieſcunt, cùm cęteri piſces pabulo inquirendo intenti ſunt. Sic enim profundiùs incędium deſcendiſſe indicat. Eadem ratione idem poeta, vt noctu æquè ac interdiu Aſteropi ab Achille occiſi cadauer ab omni piſcium earniuorum genere diſſipari in aqua ſignificaret, ſimiliter Anguillas priuatim, tanquam noctiuagas appellat inquiens:

*Separatim ab alijs piſcibus degunt.*

*Cur non ſuperfluitent marinæ.*

Τὸν μὲν ἄρ' ἐγχελύες τε καὶ ἰχθύες ἀμφιπένοντο F
Δημὸν ἐρεπτόμενοι ἀπινεφρίδιον καὶ ἔραῤῥας, id eſt,
*Hunc igitur quidem Anguillæq. & piſces circumdabant*
*Adipem comedẽtes renibus obtenſum rodẽtes.*

Eædem Anguillę contra aliorum item piſcium morem, ſolæ teſte Plinio non ſuperfluitant, ex Ariſtotele, qui rationem reddit, quoniam uentre ſunt exiguo, pingue in paucis ineſt, plurimæ eo carent. Rondeletius (qui imprudenter id de viuis Anguillis ſcribit, quæ tamen in Siculo mari a ſupetfluitando Flutæ, vt diximus, appellantur.) has Philoſophi rationes haud ſatis efficaces arbitratur, argumẽto quòd pinguedo etſi leuis ſit & aeriæ naturæ, ideoq; fiat, vt pingues piſces facilè ſuperfluitare poſſint, Galei tamen, qui neq; pingues piſces ſunt, neq; ſeuum habent, mortui ſuperfluitant, quare potior ipſi ratio eſſe videtur, quæ ex ventris paruitate ſumitur. Ventre enim paruam cauitatẽ (inquit) qua viſcera continentur, intelligo, quę cùm parua ſit, parum quoq; aeris congeniti ineſſe in ea neceſſe eſt, à qua piſces in aqua in ſummo ſuſtinentur. Multo autem aere congenito Anguillæ opus fuiſſe non putat in alto luto ſcilicet degenti, maximè cùm ob paruam brãchiarum rimam aerem hauſtum ſatis diu retinere poſſit, cùm neceſſarius ipſi fuerit. Quoniã igitur aer poſt mortem euaneſcit, haud mirum videri debere putat, ſi mortuæ per ſummam non ferantur. Nec aduerſari putat, quòd cætera animalia G mortua ſuperfluitent, quoniam in his in cauſa ſint flatus ſub cute concluſi, à quibus ſurſum ferantur corpora, quod inde maximè colligas (inquit) quòd in aquis extincti non fluitant, quoad putreſcant. Ex ſanguine enim & humoribus alijs putreſcentibus flatus gignuntur, quibus diſperſis (hoc eſt, ventribus communicatis) intumeſcunt corpora & efferuntur, cùm nullus ijs putrefactis ſit exitus. Idq; probat exemplo, quod ſi acu pupigeris, tum deorſum ferantur, nec fluitent. Verùm Rondeletio reſponderi poteſt, Galeos etſi pinguis ſint expertes, ſupernatare, quoniam venter eorum capaciſſimus. Quod verò præter ventris anguſtiam, carentia etiam pinguedinis faciat, ne corpora ſuperfluitent, argumento ſunt ex eodem genere Lampredæ, Congri, Muræna & Serpentes marini, qui omnes mortui ſurſum feruntur, & ſuperfluitant, propter ſuam qua præditi ſunt, pinguedinem. Quod verò de putrefactis cadaueribus ait Rondeletius, hîc puto locum non habet, nam & Anguillæ putrefactæ tandem enatant, vt author de natura rerum teſtatur, & ratio quoque ſuadet, quam de cæteris animalibus ille attulit. Sed redeamus ad viuas. Hæ cùm tranquilla eſt aqua effilare videntur: apparent enim bullæ paruæ in ſuperficie aquæ, vbi latent, quod piſcatores minimè latet, qui hoc indicio eas deprehendunt, feriuntque nonnunquam fuſcina ſeptem, vel nouem dentibus mucronata. Commendatur paſſim earum agilitas celeritaſque. Idem enim earum motus eſt teſte Ariſtotele qui ſerpẽ- H tibus in terra; quamobrem nonnulli in equo generoſo cùm diuerſas aliorum animalium virtutes requirunt, tum etiam Anguillæ deſiderant agilitatem & celeritatem, quod verſipelles illos Cingaros & ad fraudes & impoſturas natos, quibus ſolis furari licet, non latet. Anguillas enim equis per anum inſerunt, vnde illi inflati, obeſiores videntur, & cùm ob moleſtiam ſaliant, alacriores. Tanta autem earum eſt alacritas, vt dum Phalacrocorax integras deuorauit, illæ mox per inteſtina elapſæ, denuo deuorentur, idque vel nonies aliquando repeti Geſnerus ex Anglo ſe intellexiſſe ſcribit, priuſquam debilitatæ tandem retineantur. In ſinu detentæ teſte Cardano, quæ magnæ ſunt, ita circumuinciunt hominem, vt nonnumquam ſuffocent. Si a ſole tangantur in terra, breui emori aiunt, quamobrem cùm Oppianus & Ariſtoteles in litore & terra, aquis exemptas, vel ad quintum ſextumue diem viuere inquiunt, de loco loqui dicendum erit, vbi ſol minus afficere eas queat. Addit Ariſtoteles Aquilone etiam diutius, Auſtro minus viuere: quod Albertus expreſſit ſic: ſi ſit in loco vmbroſo, frigido, præcipuè ſi verſetur in gramine & non impediatur à motu idque magis ſi ventus Septentrionalis aſpiret.

*Effilãt aqua tranquilla.*

*Cur animalia mortua ſuperfluitẽt.*

*Anguillæ equis per anũ inditæ.*

*Solem non ferre.*

Ratio-

A Rationem huiuſce extra æquam viuacitatis reddit Ariſtoteles, quoniam branchias habet pauciores, minuſque continentes, quamobrem non multum (inquit) refrigerationis deſiderant: addit Theophraſtus citante Plinio & Athenæo, quòd & parum humoris admittant. Aegerrimè etiam moriuntur, nam non ſolùm excoriatæ, ſed in partes diſſectæ viuunt. Viuunt autem teſte Plinio octonis annis. Ariſtoteles verò nonnullis vel ad ſeptem vel ad octo annos vitam protrahi ſcribit. Haud rectè itaque Platina octoginta annos viuere ſcripſit. Ad tonitru cõmouentur, vt author de natura rerum ait, Albertus tonitru territas de fundo ad aquæ ſuperficiem enatare ſcribit, ferèq; omnes, ſi tunc rete per ſtagna, in quibus ſunt Anguillæ, trahatur, capi. Frigoris quoque impatientes ſunt, adeo vt anno natiuitatis Dom. 1125. cùm frigus per hyemem ingens eſſet, & plurimæ niues, & alij item piſces in viuarijs propter glaciem ſuffocarentur, in terram (vt citat Geſnerus ex annalibus Auguſtæ Vindelicæ) nimium frigus haud perferentes proreperent, & intra fæni cumulos ſeſe abderent, quamuis illic etiam perierint. Diſciplinæ verò expertes omnino eſſe non videntur. In Iouis Lebradij namque fonte Anguillas è manu veſci & inaures additas, à veteribus proditum Plinius refert, & in Arethuſa Chalcidenſi Anguillæ & Mugiles manſueti inauribus tum argenteis tum aureis ornati accipiunt a largientibus cibos, à ſacerdotibus viſcera & caſeos, vt Athenæus ſcribit, & Aelianus: item Plutarchus qui

B ſacras hafce Anguillas vocari ait. Nymphodorus deniq; in Eloro amne tradit Lupos eſſe & Anguillas magnas adeò manſuetas, vt è manibus etiam porrigentium panem capiant: quod & Apollodorus ſcribit in Chronicis. Ex auibus hoſtes habent Ardeam. Stellarem potiſſimùm. Coruum aquaticum (Morficem puto vocat Albertus, nam hunc ex magnorum mergorum genere piſces magnos capere ſcribit, præcipuè verò Anguillas) & Phalacrocoracem; ex quadrupedibus lutram, quæ tamen amputato plerunq; capite diſcedit, vt ex penitus Hollandiæ, vbi Lutris diligentiſſimè inſidiantur, venatoribus piſcatoribuſque accepi.

*Viuacitatis ratio.*

*Vita.*

*Tonitru ijmare.*

*Ingenium.*

*Anguillæ ſacræ quæ dicta.*

*Anguill. hoſtes qui.*

# CAPIENDI RATIO.

QVemadmodum qui in viuarijs Anguillas ſeruant, aqua vt clara puraq; ſit, curant: ita piſcaturi eam turbant: id quod in permultis Galliæ riuulis & fluminibus fieri Rondeletius ſcribit, in quibus turbata aqua autumnalibus pluuijs, naſſis & alijs excipulis innumerabiles capiuntur, quoniam videlicet tunc aqua & lutum aduerſis flatibus turbantur, alioquin ſatius eſſe quieſcere. Sicq; intelligi debet quod prodidit Plinius de Anguillis quæ Octobri menſe capiuntur

C in Mincio amne, fluctibus glomeratæ in tantum mirabili multitudine, vt in excipulis eius fluminis, ob hoc ipſum fabricatis ſingulorum milium globi reperiantur. Similiter incredibilem multitudinem ad egreſſum Martæ amnis capi Iouius aſſerit. Hollandi ijſdem quoque excipulis vtuntur in ſtagnantium aquarum anguſtijs. Albertus nobis excipulum iſtum deſcripſit his verbis: In noſtro fluuio Limago ſimiliter excipulis capiuntur propter Anguillas potiſſimùm fabricatis. In medio nempe fluminis ſæpes vtrimque excitantur, ſpiſſæ confertæque in viminibus & virgultis. Eæ ſuperius longè inter ſe diſtant, vt earum initia ſint quaſi duæ extremitates baſis in triangulo: deinde paulatim ad trianguli mucronem producuntur: illic in medio naſſa ſiue excipula (excipulus potius) ponitur, qua piſces & Anguillæ ſecundo fluuio deſcendentes excipiuntur. Supra excipulam caſula piſcatoria ſtruitur, quæ inſtrumenta ſeruantur. Iucunda verò earundem captura terrenis peragitur lumbricis ſub noctem in Hollandia. Piſcator eos, quàm poteſt habere maximos, glomeratim colligatos è nauicula in aquam dimittit. Anguillæ numerosè adnatant, ſingulæq; ſingulos amplexæ ex aqua in nauim extrahuntur, idq; tam frequenter, vt breui tempore maximam capiant multitudinem, ſed oportet locum eligere, in quo noctu frequentare ſolent. Apparet autem & iſtiuſmodi capiendi modum antiquis non incognitum fuiſſe, vt conſtat ex Oppiano, qui tamen aliter eum depingit, & puerilem vocat, dum canit.

*Vbi & quando copioſiſſimè capiuntur.*

*Vt Lumbricis capiãtur.*

D *Atq; puer ludens vaſti prope littora ponti*
*Conijciens, hami ſetis aquata videres,*
*Arripit, atq; cito ſenſit tumefacta perire,*
*Et ſubito ventus denſus percurrit in ora*
*Et vento arctatur, fruſtraq; euadere tentat,*
*Decipit Anguillas; longa inteſtina ſub vnda*
*Vt videt, vtq; ruit longa inteſtina petentem*
*Namq; puer ſufflans anima inteſtina repleuit,*
*Anguillæ & pueri flatu tumefacta laborat,*
*Inflatam penitus & toto pectore anhelam*
*Spiritus educit pueri ludentis in altum.*

Oppianum periphraſticè explicauit Aelianus, Homo (inquit) piſcandarum Anguillarum vſu peritus ad ſinuoſum locum, vbi latiùs confluens dilatatur, vel in ſaxis ex aqua eminentibus, vel in arbore radicitùs ventorum turbinibus extirpata & iã putreſcenti ſedens, perpinguis inteſtini ouilli tria aut quatuor cubita patentis alterũ caput in aquã deijcit, quod aquæ vorticibus agitatum volutatur; idemq; illius alterum extremũ manibus tenet, in quod quidẽ ipſum arundinis fruſtum perinde longũ atq; gladij capulum inſertum eſt. Neq; verò diu Anguillas eſca latet, quin continuò earum prima, quæq; fame ſtimulata hiante ore atq; imminenti hamatos ac vnciatos dentes ſuos in idipſum inteſtinum defigit,

git,atq; hoc idem crebra inſultatione detrahere conatur. At enim piſcator Anguillã intelligens,ad flu- E
ctuans inteſtinum inhęreſcere,arundinem ad quam alligatum eſt inteſtinum ori ſuo admouet,& quo ad poteſt,inteſtinum inflat,quod quidem ipſum defluente hominis aſpiratione & impletur & penitus intumeſcit;& vētus in Anguillam illapſus,illius faces opplet,atq; anhelitum eatenus obſtruit, vt ea non queat neq; reſpirare,neq; infixos dentes detrahere:quare ſuffocatur,& captiua ſubtrahitur. Ineſcari deniq; lumbricis hamo affixis Geſnerus ſe accepiſſe refert: & Albertus teſtatur vermibus, ranis & piſcium partibus ex hamo capi. Teſte verò Ariſtotele Anguilla ſic capitur: Vas ſalſamentarium po-

*Eſca Anguillar.* nunt obſtaculo in eius oſ indito,quod colum vocant. Tarentinus eſcam ad Anguillas hamo capiendas deſcribit: *Scolopendræ marinæ, caridum fluuiatilium,ana drachmas octo cum ſeſami drachma vna exceptis vtitor.* Alia ex eodem: *Salis ammoniaci drachmas octo,cepæ drachmam vnã, adipis vitulini drachmas ſex:* quæ vbi miſcueris,hamos cæruleos confici iubet,eoſque ipſo pharmaco inductos, aquis im-

*Hami cur ſint cærulei.* mergi; ſtatimq; piſces vltrò odore illectos accedere dicit. Solent autem piſcatores cæruleis hamis vti, quoniã ſplendidi piſces terrent. Fiunt verò cærulei,ſi poſtquam expoliti ſunt,per cineres feruidos ducantur.

# PROVERBIA. F

*Cauda Anguillam tenere quid.* AB Anguillæ lubricitate aliquot fluxêre adagia,vt ἀπὸ ἐρᾶς τὴν ἔγχελυν ἔχεις,id eſt,*cauda tenes Anguillam*. Author adagiorum in eos aptè dici poſſe ait, quibus res eſt cum hominibus lubrica fide,perfidiſque:aut qui rem fugitiuam atque incertam aliquam habent,quam tueri diu non poſſint. Rectè item quadrabit in eos qui quæſiti,inueniri ſe non ſinunt,& ſi inueniantur, ſubinde cauſam quærunt elabendi,quemadmodum Plautinus ille de ſeruo incomprehenſibili, *Anguilla eſt,elabitur,* λεῖος nimirum ὥσπερ ἔγχελυς, vt ait Ariſtophanes,id eſt,læuis,ſeu potius lubricus vt An-

*Lubricus vt Anguilla.* guilla,quod idem adagiographus prouerbij loco vſurpat, quo modo & nos vulgò ſolemus dicere, Egli è più lubrico d'vna Anguilla. Moraliter verò huic lubricitati aſſimilabitur vita humana,vt elegantiſſimis hiſce verſibus aliquando luſit Geſnerus:

*Anguillæ ſimilis vita eſt,ſic lubrica fertur — Et quo ſolicitè premitur magis, effugit illa*
*Lubricitate ſua citius,tranſitque prementem.*

*Lubricitatis frenum.* Lubricitatis iſtiuſmodi frenum eſt ficulnum folium,ſcabrum ſcilicet, & cui nomen ab aſperitate teſte Plutarcho factum eſt, & ob id ad retinendum Anguillam idoneum, vnde iſtud Græcorum: τῷ θρίῳ τὴν ἔγχελυν, id eſt, *ficulneo folio Anguillam*,ſubaudi,tenes. Dicitur vbi quis alioqui fugax & lubricus

*Ficulneo folio Anguillam.* arctiore nodo tenetur,quam poſſit elabi. Expreſſit hoc adagium eleganter Alciatus emblemate ſuo G
*in deprehenſum:*

*Iam dudum quacunque fugis,te proſequor,at nunc — Caſsibus in noſtris denique captus ades.*
*Amplius haud poteris vires eludere noſtras — Ficulneo Anguillam ſtrinximus in folio.*

*Anguillam venari qui dicantur.* Ἐγχέλεις θηρᾶσθαι, id eſt Anguillas venari aut captare dicuntur prouerbialiter,qui priuati compendij cauſa cient tumultus,inde ducta ſimilitudine,quòd cùm aqua ſtat immota, nihil capiunt, qui captant Anguillas:cùm verò ſurſum ac deorſum miſcent ac perturbant aquam,ita demum capiunt. Quadrabit in eos quibus tranquillo reipub. ſtatu, nihil eſt emolumenti: proinde ſeditiones gaudent exoriri, quo ciuitatis publicum malum in ſuum priuatum vertunt commodum. Prouerbium extat apud Ariſtophanem,cuius verſus ſuprà citauimus. Meminit & Suidas. Hinc illud Alciati emblema *in diteſcentes publico malo:*

*Anguillas quiſquis captat,ſi limpida verrat — Flumina,ſi illimes auſit adire lacus,*
*Caſſus erit,ludetque operam. multum excitet ergo — Si creta,& vitreas palmula turbet aquas,*
*Dines erit. Sic ijs reſpublica turbida lucro eſt, — Qui pace, arctati legibus,eſuriunt.*

# HIEROGLYPHICA. H

*Inuidia.* ANguilla (inquit Cęlius) Aegyptiorum literis inuidiã ſignificare videtur, quæ ita bonis infeſta omnibus eſt, vt Anguilla piſcibus, quorum omnium ſocietatem & cõmunionem fugit.

*Solitarius.* Pierius verò hominem ea ſignificari ait, omnes alios auerſantem & ſeorſum ab aliorũ conſortio ſibi viuentem,propterea quòd eam nunquam cum vllo alio piſcium verſari, neque quidẽ coniugali inter ſe vſum miſceri deprehendiſſent. In diuinis Hebræorum literis eædem profanæ ſenſu my-

*Anguillæ cur prophanæ dictæ.* ſtico dicuntur:neque enim ſquamoſæ ſunt,quique huiuſmodi ſunt piſces in aquæ profundum immerſari,& in cœno libenter volutari conſpiciuntur. Ad horum ſimilitudinem,animi qui terrena tantùm ſapiunt,idonei non ſunt,vt ad ſacra proponantur. Hominem in alieno cælo difficulter habentem intelligentes Anguillam in hydrijs duabus pingebant,capite ſcilicet in vnam, cauda in alteram demerſis. Anguilla ſiquidem nullam vehementem poteras mutationem,vt dictum eſt.

VSVS.

A

# VSVS IN CIBIS.

INter delicatiſſimos piſces apud priſcos habitam fuiſſe Anguillam innumeris penè eorum teſtimonijs notiſſimum eſt. Anaxandrides in primis apud Athenæum, cùm apud Aegyptios ſacras haberi aduerteret, eos quodammodo ludens: *Vobiſcum* (inquit) *ego militare nequeo, Nec concordes mores noſtri ſunt; Nec leges, ſed ab inuicem diſſident plurimùm: Maximum eſſe numen Anguillam putas, Obſonium verò nos multò lautiſſimum.* Eoldem Aegyptios ſimili comico ſale perſtringens Antiphanes inquit. *Cætera prudentes eſſe ac intelligentes aiunt Aegyptios, quòd dijs parem Anguillam exiſtiment: Multo namque magis dijs eſt honoranda. Precibus enim ſolis ac votis propitiamus deos: At Anguillas drachmis cùm minimum duodecim, Vel pluribus impenſis odorari vix licet, Adeo ſancta prorſus eſt hæc beſtia.* Idem & aliàs: *Quæ nomen habet hoſpita, Anguilla Bœotia* (Copæa) *conciſa, in cauo fundo cacabi, Tepet, calet, fernet, excoquitur: Itaque ſi vel eneis naribus quiſquam intret, rurſus non exeat: Tantum nidoris huc illuc latè ſpargitur.* Similiter & Matron Parodus in deſcriptione cænæ Atticæ: *Congri* (inquit) *poſt veſtigia incedebat albis vlnis brachijſque dea Anguilla, quæ ſe in Iouis amplexus veniſſe gloriatur, Ac eius concubitu agreſtium Anguillarum procreatum genus.* Menander quoque inter paucas ſumptuoſiſſimi conuiuij, quæ talento ferè conſtarent, cupedias, Anguillas enumerat, & Philetærus miſeros dicebat diuites, qui parcè viuerent, & non guſtarent Anguillas. Apud Philippum poëtam in Obeliaphoris adoleſcens quidam omnia extenuans obſonia inquit: *Sicubi locuſta fuerit, accipe, vna erit ſeſtis: Menſis lauta etiam ſunt Anguillæ.* Archeſtratus item Anguillam dicebat tanquam reginam voluptatis obtinere principatum; Denique Epicureus quidam cicadiſtes appoſita Anguilla: *adeſt* (inquit) *canarum Helena; at ego Paris futurus ſum, & cùm nullus adhuc manus intendiſſet, eam inuaſit, arreptumque latus nudauit ad ſpinam vſque.* Quid mirum itaque ſi Sibaritæ hominum luxurioſiſſimi ijs qui Anguillas piſcarentur aut venderent, immunitatem teſte eodem Athenæo decreuerint. Etſi verò vbique terrarum ſint delicatiſſimæ, nihilominus quibuſdam locis præcipuè commendabantur, vt ſuo antè loco oſtendimus. Credebant item ſalubres piſces eſſe. Hiceſius enim cæteris ſucci bonitate præcellere ſcripſit, ſtomachoque admodum gratas eſſe, contra noſtrorum medicorum ſententiam, qui Anguillas omni ex loco, omnique anni tempore, & præſertim circa ſolſtitium deteſtantur, Galeni nimirum aſſeclæ, qui rem (inquiunt) diligentiùs expendens, Anguillas nunquam boni ſucci eſſe ſcripſit, tametſi in puro humore verſentur, nedum in eo qui vrbium ſordes & purgamenta in ſe recipit. Cur verò mali ſucci ſint, aliàs rationem reddit, quòd ſucco abundent lento & pituitoſo. Loquitur autem de ijs quibus victus tenuans neceſſaria eſt, vt & hinc Hippocrates in tertio genere tabis, & in primo ſplenis morbo ijs abſtineri iubeat. Quamobrem ſi in mari captæ fuerint, inſalubres multum eſſe nequeunt: Et quamuis idem Hippocrates ex earum eſu quandoque inflammationem in pulmone fieri ſcribat propter pinguedinem humanæ naturæ inimicam, id de paluſtribus & fæculentis maximè intelligi debet. Caput & cauda extrema Anguillis coquendis abſcindi aiunt, ſiue quòd pulpæ eis nihil inſit, ſiue quòd aliquid veneni habere exiſtimentur. Sunt qui ob eandem rationem, venam eam oblongam eximant, quæ nigricans per dorſum fertur. Ego de veneno nihil apud antiquos lego. Stomachis & renibus, maximè ſi paluſtres fuerint, inimicas eſſe facilè crediderim, ſed præcipuũ ſentire nocumentum ex earum eſu, qui arenulas mingere conſueuerũt, quoniam Anguillarũ illas glutino in calculos cogi & aſtringi certum eſt; niſi ars lentum id viſcidumq; excrementum corrigat. Veteres puto, betæ propterea inuolutam comedebant; hæc enim quia nitroſa, humidum excrementitium detergit: Eubulus apud Athenæum.

*Candida adeſt betis veſtito corpore Nympha Expers coniugij Anguilla.* Et rurſus:

*Paluſtres aderant Anguillæ Bœotiæ deæ betis inductæ.* Ariſtophanes quoq; aliquem inducit ſic Anguillam alloquentem; *Neq; enim moriens à te vnquam ſim ſeparatus betis cocta.* Nec fortaſſis aliam ob cauſam ſale condiebantur, quàm vt viſciditas attenuaretur, abſumereturq;. Et ne quis hoc recentiorum inuentum eſſe credat, apud veteres quoque ex vſu fuiſſe, Hiceſius docet apud Athenæum inter alia ſalſamenta Anguillas Macedonicas commemorans, & Euſtathio authore ἔγχελυα ſunt ſalſamenta ex Anguillis. Sunt verò ſalitæ recentibus ſuauiores. Recens toſta quàm elixa ſalubrior eſt, vitioſi namque humores igne diſſipantur atque exhauriuntur: ſed cùm omnes cibus non ſatis coctus vitioſus ſit, hic tamen præ alijs omnibus: quamobrem plus eius quàm reliquorum piſcium coctio temporis requirit. Author regiminis Salernitani viuas in vino optimo ſubmergi debere ait, donec immoriantur, deinde præparari cum aromatibus inſtar gelu, præſtareque vt in aqua prius bulliant, deinde ea effuſa coquantur ad perfectionem, atque ita fiat gelu vel paſtillus, vel aſſentur (inquit) cum embammate idoneo, vt quod viride cognominatur, adiectis aromatibus & vino hyeme, omphacio autem, & acceto æſtate. Noſtri fere excoriatam cuiſceratamque in fruſta ſecant, & ex veru aſſant, ſingulis tomis ſingula affigentes lauri folia, & pane trito ſaleque prius, & aromatibus inſpertis circunquaq; incruſtatam inferunt. Platina ſimiliter paratam coctu-

*Laudatiſſimum piſcem olim fuiſſe.*

*Sibaritarum de Anguillis lex.*

*Num ſalubres.*

*Cur praui ſucci ſint.*

*Caput & cauda cur abſcindatur.*

*Quibus maximè noxia ſint.*

*Cur beta eo ſtioni addatur.*

*Cur ſale condiuntur.*

*Apparatus.*

cocturam muria,quam Salimolam (inquit) vocant,ſemper humectari iubet; elixam verò cum petro- E
ſelino, ſaluia & quibuſdam lauri folijs percoqui,agreſtaq; & pipere ſuffundi. Ius in Anguilla ex Api
*Ius in Anguilla.* cio: *Piper,Liguſticum,Apij ſemen,anethum,rhus Syriacum,caryotamimel, acetum, liquamen oleum, finape,& defrutum.* Aliud: *Piper,liguſticum,rhus Syriacum, mentam ſiccam,rutæ baccas, omnium vitella cocta,mulſum,acetum,liquamen,oleum,coques.* Torta ex Anguill s, ex Platina: Anguillam decorticatam
*Torta ex Anguilla.* & in fruſta conciſam,parumper elixabis. amygdalarum ſuccum cum agreſta & aqua roſacea per ſetaceum,in catinum tranſmittes. Non erit item ab re,quò ſpiſſius hoc fiat, paſſulas cũ tribus aut quatuor ficis contundere. Atriplices deinde cum petroſelino manibus diſtractos, & in olco parum frictos,paſſularum vnciam,nucleorum item pinorum vnciam,gingiberis,piperis,cinnami,crocique parum,ſupradicta manibus tamdiu admiſcebis, quoad vnum corpus fiant. Mixta,in patellam bene vnctam,& ſubcruſtatam indes,per quædam quaſi tabulata fruſta Anguillæ collocando, vbi ſemicocta fuerit,in ſuperiorem cruſtam pluribus in locis perforatam,modicum agreſtæ, aquæ roſaceæ ac ſaccha ri ſuffundes. Coctam demum hoſtibus appones. Nihil enim boni in ſe habet. Et rurſus: Anguillæ in torta. Anguillæ elixæ & in fruſta conciſæ,aut lac alterius piſcis, aut adipem minutatim inciſum, parum mentæ,petroſelini conciſi,pinorum vnciam,tantundem paſſularum,modicum cinnami, gingiberis,piperis & caryophyllorum addes,miſcebiſque. In cruſtam deinde extendens, addendo pa- F
rum opuni olei. Vbi prope coctura fuerit, duas vncias amygdalarum tunſarum in agreſta cum croco diſſolues,ac per ſetaceum tranſmittes, ſuperque totam leniter extendes. Idem Platina Anguillam ſalitam in fruſta iubet concidi,dein maceratam in aqua horis quatuor aut quinq; in cacabum ad focum poni:ſemicoctam in aquam recentem transferri, ſiniq; efferuere,donec omnino coquatur. Coctam petroſelino conciſo & aceto ſuffundi. Noſtri ſalitas integras ferè coquunt, coctas in tomos diuiſas ex aceto & oleo cum modico piperis inferunt.

# VSVS IN MEDICINA. ALII.

*Pinguedinis facultas.* IN ſpurijs Galeni libris legimus pinguedinem quæ in elixatione Anguillarum in aqua ſupernatat, vnguentum ad plagas ingredi. Saluianus verò eam quæ ex eis,dum torrentur,deſtillat,auribus iniectam,harum antiquis doloribus mederi credi ſcribit,& Rondeletius in medicamentis ad aurium dolores & neruorum Anguillarum pinguedinem vſurpari poſſe exiſtimat. Idæi verò etiã promittunt,referente Geſnero, ſupernatantem adipem pinguis Anguillæ glabro capiti illitum, capil- G
los reſtituere. Idem ex Germanico manuſcripto libro,adipem de hoc piſce,vt dictum eſt,collectum & ſimiliter de Anſere miſceri ac ſubigi,cum ſuccis rutæ,abſynthij,hederæ terreſtris & cynogloſsi ad formam vnguenti,hoc vncta vulnera alio emplaſtro non egere,& breui perſanari. Ad ſurditatem ex eodem: Adipem ſimiliter de Anguilla cocta collectum, cum ſucco ſedi ſubige & inde guttam auribus inſtilla, & linteo calido obtura: deinde panem album bene calidum impone.
*Fel.* Fel ad oculorum ſuffuſiones Rondeletius vſurpari poſſe putat. Locus in quo cuulſi ſunt pili,illinitur (vt inuenio) felle Anguillæ cum oleo roſarum vel ſanguine Veſpertilionis. Saluianus tradit fumum qui ex ſalitarum
*Fumus ex ſalſamento.* cute ſuper prunas proiecta exhalat, per podicem ſuſceptum torminibus ex dyſenteria efficaciſſimum eſſe dici. Paſſim etiam creditur Anguillam in vino putrefactam vini tœdium parere. Kiramides id de hepate propinato dicit. Marcellus ſanguinem Anguillæ cum vino rubello duplici menſura con-
*Vini tœdium Sanguis.* iungi iubet,& ex aqua tepida bibendum dat colico ieiuno,ſed ſub dolore dari (inquit) oportet, polliceturque præſenti eſſe remedio,ægrumque in futurum hoc morbo non laborare. Ad hæmorroides exeuntes & dolentes Anguillam euiſceratam abſciſſis extremis tundito & in olla vitreata coque & cum pinguedine ac liquore qui remanet in fundo vaſis, inungantur hæmorrhoides. Leonellus Fauentinus Alberti experimentum eſſe ſcribit. Hippiatri quidam equo aſthmatico Anguillam viuam H
*Anguilla deuorata viua reddita.* ori inſerunt,vt per inteſtina elabatur. Alij & paruam imponi iubent purgationis cauſa. Nec propterea mortis periculum eſſe aiunt: quin Geſnerus aſſerit nautam ſibi notiſſimum viuam integram deglutiſſe, integrã per aluum viuam reddidiſſe. Idem author eſt, aliquos aureum & cholobaphicum colorem ex felle Anguillarum,aliorumuè piſcium vel boum parare: miſcere autem aceti modicum & cum creta ſubigere in maſſam.
*Fellis vſus.* *Prætextatorum pœna.* Prætextatos earundem tergore verberari ſolitos Verrius teſte Plinio tradit,& ob id multam his negat inſtitutam. Prætextatos appellans impubes,eos nempe qui frugem aratro quæſitam nocte furtim ſecuiſſent,aut depopulati eſſent.

DE

A

# DE ORBE. Cap. XV.

## SYNONYMA. ETYMVM.

HIVVS nominis piſcis ſolam inuenio mentionem apud Plinium : in cuius tamen multis codicibus Orchis legitur. Verba eius ſunt: *Duriſſimum eſſe piſcem conſtat, qui Orbis vocetur : rotundus eſt & ſine ſquamis, toruſq; capite conſtat.* Eruditi noſtri temporis vnanimi omnes conſenſu, eſſe volunt ventricoſum illum piſcem qui ſolo videtur conſtare ventre, totus in orbem & rotundam ſphæricamq; figuram circumactus. Græcum vulgus teſte Bellonio Flaſcopſarum, id eſt lagenam piſcem dicunt, Veneti (vtrumq; teſtatur etiam Rondeletius) piſcem Columbum, ſed Maſſarius Venetis Paſtinacam marinam hoc nomine apud Venetos venire author eſt,& Rondeletius alibi Galeum læuem Romæ ſimiliter vocari: ſed fieri poteſt,quòd Veneti vtroſq; ſic nominent,nam qui piſcium aliorumq; animantium ſceletos per Europam vendunt, hunc piſcem marinam etiam Columbam nuncupant, nuncupaturi fortaſſis aptius Gallum marinum, propterea quòd eius ſceletos (vt Rondeletius tradit) ſuſpenſus, à
B quâ parte ventus ſpirat, roſtro ad eam conuerſo, indicet, ſicuti in turrium vertice æneí galli. Geſnerus in Germania inferiori, vt apud Hollandos putat vocari Snottolf,quaſi Mucoſum,& Rondeletius, dum Orbem ſuum ſcutatum quem ſecundo loco pinxit,apud Hollandos Suetolt vocari ait, Snottolf fortaſſis dicere voluit,cùm Suetolt apud illos nihil ſignificet: ſed Adrianus Iunius Hollandus Orbem in ſuo nomenclatore Belgicè & Hollandicè exponit Cruijc«fiſch, quaſi Cantharum piſcem, addita nomenclaturæ ratione, quòd cantharum capace aluo referat. Idem Geſnerus Caluariam marinam, cuius mentio eſt apud Apuleium apologia prima,ex Ennio fortaſſis, conijcit huic piſci eandem eſſe, quandoquidẽ haud aliũ inuenias,qui ad cranij formã magnitudine,rotunditate, & dẽtibus humanorũ ſimilibus magis accedat;& Luſitanicũ huius piſcis nomẽ Talparia inde corruptũ videri poſſit. Phyſa à Strabone & Athenæo inter Nili piſces memoratur,nomine(vt apparet)ab inflatione facto : & quoniã Orbis noſter in Nilo quoq; capitur,vt modò dicetur,nihil obſtare putat,quò minꝰ Phyſa vocari poſſit.

*Orbis Plinij qui.*

*Flaſcopſarus.*

*Columbus marinus.*

*Gallus marinus.*

*Cantharus piſcis.*

*Caluaria marina.*

*Talparia.*

*Phyſa.*

## DIFFERENTIÆ. FORMA. DESCRIPTIO.

C SAluianum huius generis piſcium, vnum duntaxat agnouiſſe apparet. Bellonius duo genera eſſe tradit,ambo rotunda,duro corio contecta; cæterùm vnum tantùm depingit, eundemque quodammodo monſtrificum, ſquamis nimirum tectum, cùm ijs carere eum profiteatur,atque ore item nimis prominulo. Rondeletius plura genera eſſe tradit,eorumq; primum ex Orientis,alia ex Septentrionis plaga delata vidiſſe: tria verò depingit, quorum primum ſimpliciter Orbem nominat, alterum cognomento ſcutatum,tertium ac poſtremum echinatum ſeu muricatum. His Geſnerus alia addidit, licet minus rotundo corpore; & nos deniq; Orbem ſtellatum. Prior Rondeletij Orbis, idem cum eo quem Saluianus delineauit, hoc eſt omnium vulgatiſſimus, figura, ſi caudam demas, ſphærica eſt. Squamis prorſus caret, cuteq; tegitur admodum dura,quam aſperam efficiunt aculei duri,quibus tota conſperſa eſt. Roſtro caret: capitiſq; nullum apparet veſtigium,quin (vt Plinius ait) totus capite (malim ventre) conſtare apparet. Os habet paruum, dentes verò magnos & latos, vtrinq; binos. Supra os duo exigua ſunt foramina,olfactus auditusue inſtrumenta: Oculi mediocres. Circa corpus medium vnica eſt & ſemicircularis vtrinq; branchiarum ſciſſura;prope quam etiam vtrinq; vnam haud magnam ſed rotundam pinnam habere Saluianus ait & in icone exprimit. Rondeletius vnicam eſſe ait,vt in Capriſco. Hic & in ſummo dorſo pinnulam pingit qua Bellonij icon & Saluiani quoq; caret,& ipſe in deſcriptione non meminit. Eam tamen etiam videre eſt in icone ad ſceleton efficta à Geſnero,quæ hîc exhibetur. Poſterior corporis pars in caudam breuem & rotundam, inq; latam & ferè
D lunatam pinnam deſinentem degenerat; in cuius parte media atq; ſuperiore,pinna vna erigitur,altera quoq; inferiori parti hæret. Color ei cineraceus, lineis quibuſdam latis & obſcurioribus ex piſce medio exortis poſteriorem eius partem ad caudam vſque pingentibus.

*Orbis prioris Rond. deſcriptio.*

*Color.*

## LOCVS. NATVRA. VSVS.

IStiuſmodi qualem delineauimus,Orbis non noſtri maris ſed Aegyptij accola eſt, ex quo Nilum quoq; ſubit,& ad illud Nili oſtium maximè adnatat,quod Saiticum,vulgo el Saet,appellatur,in eoq; potiſſimùm capi ſolet.Accepimus præterea in cibos non admitti,ſed non aliam ob cauſam ab Aegyptijs capi, quàm vt ob inſolentem corporis figuram detractum corium tomento implentes, externis vendant,qui domum reuerſi ornatus cauſa in domibus ſuis è trabibus ſuſpendunt. Habet tamen ita ſuſpenſus vſum,cæli partem à qua flat ventus,roſtro (vt modò dicebamus) ad eam conuerſo, indicans. Quod verò ad cibum quo vetcitur,ad coitum, partum cæteramque Orbis naturam pertinet, vt ingenuè fatear, nihil à me obſeruatum hactenus.







Digitized by G

Orbis ſcutatus Rond.



# DE ORBE SCVTATO RONDEL. Cap. XVI.

RONDELETIVS, vt modò dicebam, tres Orbis ſpecies oſtendit, vnam ex Oriētis, (de qua diximus) duas ex ſeptentrionis plaga delatas. Affirmat & Saluianus ſeſe ab amicis accepiſſe, in Septentrionali etiam Oceano quoddam Orbis genus reperiri, verùm neque corium, neque iconem nunquam ad manus ſuas peruenisſe. Ego certè nunquam etiam hactenus vidi. Hunc itaque Orbem quem hic exhibemus, vt à ſuperiore, alijſque orbiculatis diſtinguatur, ſcutatum cognominauit, cuius nominis imponendi (inquit) cauſa fuit os illud ſcuti forma, quod in ea parte, in qua in terrenis animatibus pectus eſt, lterni vice habet. Sunt qui ſcutiferum appellant, qua appellatione inductus quidam pro ſcutifero piſce, ridiculè hominem capite galea operto, ſcutum manu tenentem pinxit. Hollandi, apud quos piſcem hunc vidi Suetolt, alij Butolt (fortè Snottolf) nominant à muco quem ore emittit. Eſt igitur hic piſcis corpore terete, mucoſo, capite magis exerto quàm ſuperior; oris ſciſſura maiore, dētes in eo ſunt plures & minores; oculi parui & exquiſitè rotundi. Branchiarum rimam multò maiorem habet: infra has, pinnas duas. Subeſt pro lterno os illud, quod ſcuti ſpecie eſſe diximus. Neq; prona neq; ſupina parte pinnas habet, cauda in vnam latam deſinit. A capite ad caudam vſque oſſa oui figura diſpoſita ſunt, inter quorum interualla aculei interiacent. Piſcis eſt rarus & non edulis. Cum hoc Rondel. ſcutato Orbe quod ad oris figuram potiſſimùm cōuenit pulcherrimus ille à nobis prius depictus & ſtellatus cognominatus ſiue Aſterias, quòd totus totus conſperſus ſit ſtellis ſeu aſteriſcis: differtq; à cæteris quòd neq; ad branchias, neque in caudæ exortu pinnas habeat, ſed vltra tergoris medium, niſi pictoris id incuria factum ſit. Pinnæ etiam caudæ in extremo viridi ſunt colore.

*Nominis ratio.*

*Deſcriptio.*

# DE ORBE ECHINATO SEV MVRICATO EIVSDEM. Cap. XVII.

TERTIVM Orbis genus quod etiam in Septentrionali Oceano capitur (inquit idem Rondel exhibita hac icone,) manifeſtis notis ab alijs diſſidet, nempe aculeis plures cuſpides habentibus, cui ob id echinati ſeu muricati nomen dedimus. Muricatis enim aculeis totus hic Orbis riget, vt manu tollere non poſſis, niſi cauda extrema apprehenſa. Capite eſt multò minus exerto quàm proximè deſcriptus; corpore magis rotundato & maiore, in quo nullæ ſunt pinnæ præterquàm in cauda, quæ in vnam deſinit. Sunt qui Hyſtricem ab aculeis, non ineptè appellent. Poſſet etiam nonnullis videri Aeliani* Sagittarius, quem rubri maris piſcem eſſe ſcribit. Sagittarius in eo mari procreatur, & quoniam erinacei ſpeciem & ſimilitudinem habet; firmis & bene longis armatur aculeis. Sed de hac re iudicent ij, qui maris rubri piſces viderunt. Nihil temerè de rebus parum compertis affirmare volo. Hæc ille.

*Hyſtrix. Sagittarius.*

** L. 11. c. 50*

Orbis echinatus Rond.



DE

# DE DVOBVS PISCIBVS, ORBIBVS ANNVMERANDIS. Cap. XVIII.

## Orbibus annumerandus prior.





Digitized by Google

QVanquam prima Orbis ſpecies, quę dẽtes quatuor planos oſtẽdit, hoc nomine dignior ſit, deinde ſcutatus, & echinatus Rondelet. necnon ſtellatus noſter, Geſnerus tamen iſtiuſmodi duos piſces, etſi oblongo potiùs quàm rotundo corpore, eodem nomine complecti poſſe putat, cùm quòd mucrones, vt illi, in corpore eminentes habent, tùm potiſſimùm quòd à muco quem ſimiliter ore emittunt, vulgò Snottolf quaſi Myxini aut Mucones appellantur.

*Deſcriptio.* Priorem qualem ab amico quondam accepit, ad viuum, vt aiebat, depictum ex eo iam dedimus. Color in huius (inquit) piſcis effigie erat, circa dorſum, qualis in terreſtribus ranis videtur: circa latera & inferius, ex ſubcæruleo & viridi permixtus. Antuerpiæ cinereo colore capi audio. Sic ille. Alterum & hîc quoq; depictum, Snotolfi nomine miſſum, ex icone, ſiue ea (inquit) naturalis, ſiue aliquid etiam in ea artificioſum eſt, ſic delineauit. Longa eſt dodrantem & palmos duos, lata palmum vnum, circa medium præcipuè ad caput attenuatur, ſed magis ad caudam: dorſum medium faſtigiatur. punctis notatur varijs, ſubrotundis, & eminentijs exaſperatur triangulis, per tres aut quatuor ordines digeſtis per interualla. Oris aperti hiatus figurã fere oualem refert. Pinnæ ad brãchias binæ, vna in fine dorſi, alter in fine ventris, inter quas corporis pars extrema veluti diſcreta, & articulo, diſtincta videtur. Cauda tripartita, ſiue natura, ſiue potius arte. Mucoſus admodum eſt, inquit ille qui miſit; non oſſeum, non carneũ quicquã habet: mucoſo tantùm lento ac expletur. Captu difficillimus. Nam vbi hamum vel retia ſenſerit, ſuum illum mucum euomendo, lubrica reddit omnia, contractoq; in orbem exuuio proſilit. Mollem quidem & mucoſam carnem & eminentias trigonas cum alijs Snotolfis communes habere videtur. Hactenus Geſnerus. Mihi hi piſces huic potiùs quam alij operis parti inſerendi viſi ſunt, etſi certi nihil habeam, an è mari fluuios ſubeant.

*Aſtus.*

Orbibus annumerandus alter.



A

# DE HOLOSTEO BELLONII, SIVE OSTRACIONE GESNERI. Cap. XIX.

IVnc quoq; è mari Nilum ſubire, etſi ignoremus, marinum tamen piſcem eſſe ex corij duritie conijcimus, qua teſtam ferè oſtreaceorum imitatur, vnde cùm ob hoc, tùm quòd ὀστρακίων à Strabone inter Niloos piſces numeratur (in vulgarib. Strabonis codicibus impreſſis legitur στρακίων, ſed interpres Latinus ὀστρακίων legiſſe videtur, vertit enim ex teſtaceis, imperitè: & in epitome ſcribitur ὀστρακίων.) Geſn. Oſtracionem hunc piſcem nominandũ conijcit. Bellon. verò non aſpernẽdo nomine Holoſteon appellauit, quaſi totũ oſſeum. Forma (inquit hic) ad pentagonum accederet, pedalis interdum longitudinis. Incolę ab interanęis protinus emundari curant, deinde verò teſtã eam duram (teſtaceũ ęorium) B qua cõtegitur, multos annos incorruptam ſeruant, vt inde lucrum conſequantur, quòd à negociatoribus externis nouitatis gratia huiuſmodi piſcis emi ſit ſolitus. Cæterùm dùm viuus eſt, penicillũ in cauda habet, & pinnas ſupra & infra caudã: ac rurſus pinnam aliam vtrinq; oculos albos, os paruum. Color eius lacteſcit, & velut in pallidum languens. Is quem ego in muſæo iam multos annos inter rariora reſeruo, & hic depictum oſtendo, ab eo quod ſupra roſtrum conſpicitur tuberculo (naſum appellare liceat, piſcem ipſum ab eo Naſum Niloticum) ad extremam vſque caudam vix implet duos dodrantes. Totus eſt pentagonus, totuſq; item ex articulis fermè pentagonis (vt icon oſtendit) conſtat, qui cohiręnt, imò per ſe temporis diuturnitate diſſoluuntur. Branchiarum ſciſſura ſemicircularis: iuxta quas vtrinq; pinna eſt, parua quidem ſi corporis magnitudini comparetur, ſed perquàm robuſta: poſt podicem alia ſimilis planè ſed breuior. Vropygium totum cutaceo corio tegitur, & quod mireris, in oſtreaceum totius corporis tegumentum ita inſeritur, vt à lateribus ei annecti nõ videatur; quin haud aliter corpori affixum eſt, quàm naui clauus; oportuitq; cutaceum eſſe, vt motui promptus idoneuſq; foret. Oris rictus pro corporis portione exiguus; in quo dentes vtrimq; ferè octo, non abſimiles dentibus murium. Vtraq; maxilla cutaceo etiam, nõ oſtreaceo corio quod ad motum ineptum fuiſſet, conſtat. Habes hîc huius generis piſcem alium æquè duro tegumento prædituin, ſed qui dimidio minor eſt, non pentagono corpore, ſed ventre triplo quàm tergore latiore, lateribus quodammodo concauis: cuius item articuli non pentagoni, ſed ferè rotundi & orbiculati, & in ſingulis aſteriſcus venuſtiſſimè ſpectabilis. Eminentia quæ in medio dorſo eſt, non pinna, ſed planè oſſea ſubſtantia gibbi ſpecie. Pinna verò in eius conſpicitur extremo. Cætera ſuperiori ſimilia habet præterquam quòd naſo (vt vocabam) caret, & oculi ſub maioribus tuberculis latent.

*Nomen.*

*Deſcriptio.*

C

*Naſus Niloticus.*

*Oſtracion alter gibboſus.*

## Finis Libri Quarti.

VLYSSIS.

Digitized by Google

## Oſtracion alter.



# VLYSSIS ALDROVANDI PATRITII BONONIENSIS. DE PISCIBVS LIBER V. QVI EST DE PISCIBVS FLVVIATILIBVS, ET PRIMVM DE ATTILO.

Cap. I.

## ORDINIS. RATIO. NOMEN.

*Ab Attilo cur exordiatur author.*

INTER fluuiat les, (hoc eſt qui ſolos incolunt fluuios,) non ſquamoſos magnitudine, molevé corporis certant Antaceus Boryſthenis, Attilus Padi, Ichthyocolla & Glanis. Attamen Attilo ſi principatum dedero, nemo puto vitio vertet. Pado enim, propter quem ferè natus ſum, proprius à Plinio appellatur his verbis: *Attilus in Pado inertia pinguescens, ad mille aliquando libras, catenato captus hamo, nec niſi boum iugis extractus.* Loquitur de piſcibus peculiaribus fluuijs proprijs. Doctiores eum eſſe non dubitant qui Padi accolis vulgò Adena, ſiue Adeno, aut Adano nuncupatur, cùm quòd magnitudo reſpondeat, ſimiliterq; vt dictum eſt, hodieq; extrahatur, Cælio Calcagnino teſte, tùm quòd piſcis huius figura nul libi quàm in Pado viſa ſit; quod ſi namq; vel in Oceano, vel in mediterraneo, aliové mari, fluminibuſvé naſceretur, aliquando illic inuentum fuiſſe neceſſe foret, quod tamen nunquam quiſpiam memoriæ prodidit.

## FORMA. DESCRIPTIO.

*Oſſa. Pinnæ. Cauda. Os. Vt à Stirione differat.*

PIſcis eſt cartilagineus, Sturioni magna ex parte reſpondens. Huius enim more oſsa gerit clypeata, ſed ea tempore dicitur abijcere, idq; in cauſa eſse, cur alij ſine oſsibus, alij cum oſsibus depingant: poſt quæ pinna dorſi eſt vnica, cui parte ſupina ſubiacent duæ, quales omnino ſunt Sturioni. Cauda etiam in duas deficit. Os clauſum ad obliquam lineam inciſum eſt, ſed apertum & hians rotundum. Ante illud pendent è roſtro appendices carnoſæ & molles. Branchias opertas habet, ad quas pinnæ ſitæ ſunt. Quomodo verò a Stirione, quem Franc. Philelphus Attilum eſse credebat, differat, Cælius Calcagninus perquam eruditè docet his ferè verbis. Quod à me percontaris, an Attilus, quem Ladanum vulgaris nomenclatura ſolet appellare, is ſit quem Italia Moronem, Vſonem Pannonia vocat: paucis reſpondebo, me eundem non exiſtimare, vel ex Plinij teſtimonio, qui eũ Pado vult eſse peculiarem; quo loco de proprijs quorundam amniũ piſcibus agit. Sed ego, vt tecum agam liberaliùs, non modò te ad Plinij, ſed ad oculorum etiam tuorum teſtimonium prouoco. Totam itaq; Attili effigiem ac membraturam quanta potui breuitate perſtrinxi. Et quia non ſatis perſpicuè id fieri poſſet, niſi noti alicuius piſcis exemplo vteremur: Hyccam ſiue Sturionem, qui nullo fermè loco non naſcitur, mihi propoſuiſti. Qui licet in mari natales habeat, ſolet tamen aduerſus amnes mira ſubire voluptate, donec iam præpinguis redeat. Moronis ſiue Vſonis exemplo nondum dixi, quòd

neque




neque ij pisces non cognoscantur, neque mihi eorum imago satis memoriæ inhæreat. Sic ergo accipe: Attilus hoc differt ab Hycca siue Sturione, quòd Sturio pelagius est: Attilus amnicus & Pado peculiaris. Sturio non temerè visus æquare quatuor talenta Attica, id est trecentas libras. Plinius scribit Attilum ad mille libras, id est, supra. XIII. talenta excreuisse. Quæ magnitudo sanè insignis & valdè perspicua. Attilus cùm ad certam magnitudinem excreuit, squamas hispidas abijcit, quas per quinq; versùs dispositas gerit, in summa scilicet dorsi spina; ex vtroq; latere geminatas, & sibi quasi parallelas; extremus versus pinnas attingit. His abiectis tactu læuis euadit; nec habet quod vnguem offendit. Contrà Sturio semper hispidas squamas suas tota æstate retinet: Caro Sturionis callum habet, & mirificè palatum oblectat. Attili contrà, fluxa est & mollis, & palato parum iucunda. Existimant piscatores πρότομὸν, id est, partem priorem Attili, ad posteriorem vix eam habere proportionem, quàm quatuor ad vnum. Tota enim vis huius piscis sita est in capite & parte capiti attigua. Quæ obseruatio etsi ad Sturionem etiam, aliosq; pisces pertineat, authore Aristotele & Plinio: cuius verba sunt, videlicet *Capita piscibus portione corporum maxima, forta sis vt mergantur*, tamen in Attilo nescio quomodo præter cæteros luculenta est atque admirabilis. Parui sunt oculi Attilo in tanta mole capitis. Sturio & Attilus habent os in parte prona (supina dicere voluit,) eo propè in loco, cui in cæteris perfectioribus animantibus respondent omoplatæ. Os vtrique sine dentibus, sed Sturioni fermè orbiculatum: Attilo multò maius, & ad lineam obliquam incisum, quo aperto, vasto illo hiatu pisces deuorat, quos respirando κατὰ διαςολὴν (ita piscatores putant) contraxit. Loca pisculenta maximè frequentat, hyberno præcipuè tempore vorticosas voragines, ad quas pisces frigoris impatientes, teporis gratia se recipiunt. Rostrum Sturioni refimum ac latiusculum, ad imaginem ferè Delphini & Oxyrinchi; Attili planum, & paulò minus quam in mucronem desinens. Attilo tergi color albicans & lanosus. Sturioni vergit in glaucum. Hæc itaque Cælius. Quid præterea de hoc pisce scribam non habeo, nisi quòd Rondeletius Ferrarienses sibi aliquando narrasse scribit, Attilum capi sagena per transuersum amnem iecta, ex cucurbitis exiccatis suspensa, in quam nauiculis vtrinque dispositis vrgetur & impellitur.

*Attilus vt à Sturione differat.*

*Oculi.*

*Rostrum.*

*Color.*

*Capiendi ratio.*

D E

# DE ANTACEO BORYSTHENIS RONDELETII. Cap. II.

*Antacei qui.*

ANTACEI piſces (inquit Rondeletius) dicuntur prægrandes, & vaſtæ magnitudinis in Mæotide & Boryſthene; quos aliquando in oſtijs in glacie concretos effodi author eſt Strabo. (Nec alios, vt conijcio, Solinus intelligit, inquiens: *Apud Neuros naſcitur Boryſthenes flumen, in quo piſces egregij ſaporis, & quibus oſſa nulla ſunt, nec aliud quàm cartilagines tenerrimæ.* Nec dubito, quin Plinius de his loquatur his verbis: *Et in Danubio Mario extrahitur Porculo marino ſimilis. Et in Boryſthene memoratur præcipuæ magnitudo nullis oſſibus ſpiniſue interſitis.*) Ex his falſamenta fiebant, præſertim ex maxillis & ijs quæ circa palatum ſunt partibus, quòd eæ partes alijs ſuauitate præſtarent. Ex his igitur vnus eſt, quem hic proponimus roſtro oblongo, acuto, oris vaſto & rotundo hiatu in ſupina parte. Bellonius ſimilem figuram exhibet Atili nomine, niſi quòd vnicam tantùm ei in dorſo pinnam appinxerit. Ingentis (inquit) eſt magnitudinis: cætera Sturionem tam internis quàm externis partibus refert, hoc dempto, quòd pro eminentioribus aſperitatis illis elatis tuberculis, quibus Sturio quinis carinis præditus eſt, hic ſtigmatis tantùm liuidis ſeſsilibuſque maculis in cute minus aſpera, ad latera ſit diſtinctus: Præterea vnicam tantùm pinnam ab ano ad caudam gerit. Sturio autem duas habet. Cæterùm os Atilo prominet oblongum, fiſtuloſum, ſublongo etiam naſo. Hactenus Bellonius, qui deinceps nonnulla de hoc piſce ſcribit, quæ vero Atilo conueniunt.

*Mario.*

*Vtà Sturione differt.*

Antaceus Boryſtenis.



# DE ANTACEO STELLARI. Cap. III.

ANTACEI ſpeciem hunc piſcem eſſe, primus aſpectus loquitur. Iconem eius Geryon Seilerus ſummus & celeberrimus Auguſtanæ Reip. medicus ad me dedit, (inquit Geſnerus) ſine aliquo nomine. Straubichij in Danubio captum aiunt. Hunc Antaceum ſtellarem cognominare libet; ſicut & Galeus quidam ſtellaris cognominatur. Pictura in linteo ſatis magno expreſſa, colorem vbiq; ferè cæruleum oſtendebat: venter candidior eſt ad roſeum inclinans. Spinæ in dorſo & ſtellæ (quæ ſpinis delapſis relictæ videntur,) pallidi coloris ſunt: puncta etiam paſſim vel è pallido albicantis, vel fuſci Indicique coloris ſunt. Cognatus huic fuerit, qui in eodem flumine à Germanis Tick appellatur, quod nomen ab Antaceo videri poteſt per apharcſin factum: Vulgari Tock vel Tuck vel Tockhal (hal piſcis eſt) appellant. Idem aut ſimilis fuerit Zucca Caſſæ, cuius in Ichthyocolla meminit Bellonius, Z. pro t. poſito. Quidam Tick vel Sick piſcem mihi retulit in Danubio capi, non quidem Viennæ, ſed inferius circa Peſtum, vt vulgò vocant, & Budam: mole corporis, quæ ad xxv. libras (ſedecim vnciarum) accedat: cute varia vndiquaq; & ſtellata ſimiliter, vt in exhibita hìc à nobis icone: ſed roſtro differre: quòd longius & gracilius ſit quàm vel in hac noſtra icone, vel in Huſone, anſerino ferè ſimile: cætera Huſoni ſimilem eſſe, ſed minorem, ideoq; ab imperitis Huſonem paruum eſſe putari. Hic an ſit Galeus Rhodius quæritandum. Hæc omnia Geſnerus.

*Nomen. Color.*

A

Antaceus ſtellatus.



B

# DE ICHTHIOCOLLA.
## Cap. IIII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

C ETIAMSI ex multorum piſcium folliculis, corioque colla ſiue gluten fiat, hunc tamen, cuius modò exprimetur imago, peculiariter Ichthyocollã quaſi glutine abũdantem piſcem nuncuparunt, quemadmodum Ponticum vulgus ſimiliter Collanũ Italique Colpiſcem, & vulgus Colabuccum teſte Bellonio, qui Bononienſibus Copſum quoque vocari aſſerit, cùm ſit Copſus nobis & Ferrariẽſibus, quem veterum Galeum Rhodium eſſe oſtendimus. Neque etiam Germanorum Huſo eſt, vt ille credidit; nec denique Flandrorum Bollicx; ſed Aſellorum tertiam ſpeciem ſic Flandris vocari ſuo loco diximus. Idem & Ferrarienſibus piſcem Iudaicum vocari ſcribit, alijs Copeſce. Ego piſcem Iudaicum dici non puto. Zygænæ id nomen eſſe ſcio apud Pariſienſes. Quod verò Herodoto à magnitudine qua cetaceos piſces æquare conſpicitur, Antaceum, & Pomponio Magnum vocitatum eſſe velit, & Boryſthenis incolam, de hoc quoque dubitari poteſt, Mihi quidem ad Boryſthenis Antaceum rectiùs pertinere videtur. Teſtatur denique Bellonius Tanais accolis vulgò Barbotam vocari, quòd quaternis veluti barbis ad labia ſit communitus: quod nomen ei cum fluuiatili quadam Muſtela commune eſt. Rondeletius quidem eorum ſententiam ritè improbat, qui Plinio Marionem dici volebant, cæterùm pro Mario apud eum maior reddens, fruſtrà laborat. Non deſunt etiam alij, quorum ſemel tantùm meminit, vt ſunt ferè omnes quos ibi ordine enumerat, Silurus, Eſox, Attilus, Mario, Porculus marinus, & cuius in Boryſthene memoratur præcipua magnitudine. Idem Rondeletius pro Eſox legit Exos, idque nomen huic piſci applicat, quoniam oſſibus ſpiniſque caret. qua in re D rurſus ab ipſo omnino diſſentio. Eſox enim Plinio celebratur in Rheno, qui hoc piſce omnino caret. Adde quòd piſcis iſte vel ipſo etiam aſſerente Rondel. Ichthyocolla [a] ipſi vocatur his verbis: *Ichthyocolla appellatur piſcis, cui glutinoſum eſt corium, idemque nomen glutini eius*. Nec alium piſcem, ni fallor, intellexit [b] Dioſcorides, inquiens, gluten ventrem, (κοιλίαν) eſſe piſcis cetacei, præſtareque candicans, natione Ponticum: tale enim hodie quoque ex eius inteſtino ex Ponto mittitur. quanquam ex diuerſis piſcibus alàs fiat, quin teſte Ariſtotele animalibus omnibus in cute lẽtor quidam ſit mucoſus. Marcellus Virgilius in quibuſdam antiquis Dioſcoridis codicibus pro κοιλία, ſcribit legi κόλλα, quod eſt gluten. Non incongruè tamen κοιλίας ſiue ventris nomine communi veſica quoq; intelligi (inquit Geſnerus) poteſt. Ferè enim ex Huſonum tantùm veſica ichthyocollam Germani habent, quare & Huſenblater appellant. Et Bellonius tradit Germanis hanc veſiculam in Ichthyocolla exprimentibus Hauſenploſen nominari. de veſicæ ſitu mox.

*Etymum. Collanus.*

*Copſus.*

*Piſcis Iudaicus. Magnus.*

*Barbota.*

*Eſox. Eſos.*

[a] *L. 32. c. 7.*

[b] *L. 2. c. 102.*



Digitized by Google

E

# FORMA. DESCRIPTIO.

*Oſſa. Barbæ.*

ICthyocolla piſcis eſt cetaceus, figura oblonga ac prope tereti. Oſſibus ac ſpinis caret, capite eſt cratio & lato, ore magno & in promptu poſito: è ſuperiore maxilla quatuor apophyſes carnoſæ, velut barbæ dependent, vnde Barbotta dicitur. Oculos paruos habet pro corporis magnitudine. Bellonius ait hoc à Sturione atque Attilo præcipuè differre, quòd roſtro careat, magnum oris rictum præ ſe ferat, ſirq; ſublutea, dura, læui ac glabra cute conueſtita carne. Bina ante oculorum cantl um, parua atque aperta foramina habet: pinnas in tergore duas (quas aliter Rondeletius, aliter Bellonius pingit) ad caudam erectas. Branchiæ veluti ſpineo tegmine communiuntur, Sturionis modo: cauda quàm huic magis bifurca; præcipua à cæteris piſcibus nota diſcernitur; quòd paulò ſupra ſpineum operimentum branchiarum, quodam ad eius latera impreſſo foramine peruius ſit. Foliculus ſiue veſica, ex qua glutinum ſit a capite ad caudam per ſpinæ longitudinem extenditur.

*Vt à Sturione & Attilo differat.*

*Pinnæ. Branchiæ. Cauda. Veſica.*

Ichthyocolla Rondelet.



# VSVS IN CIBO. ALII.

G

*Carnis qualitas.*

CArne (inquit Rondeletius) eſt prædulci, & glutinoſa admodum, ob id ſalituræ idonea, quæ melior redditur & rubeſcens Salmonis modo, atque etiam durior, quam ob cauſam aliquam diù maceranda, priuſquam coquatur. Eam Tanais & Ponti accolæ Romam & Venetias tranſmittunt, illicq; in foro piſcatorio venditur. Bellonius Græcorum vulgo in delicijs eſſe ſcribit, & Moronam appellari, cæterùm verendum eſt, ne & hic cum Huſone confundat. Ichthyocolla author Plinio *epinyctides tollit. Erugat cutem, extenditq; in aqua decocta horis quatuor, deinde contuſa, colluta & ſubacta ad liquorem vſque mellis. Ita præparata in vaſe nouo conditur, & in vſu quatuor drachmis eius, bina ſulphuris, & anchuſæ totidem, ouo ſpuma argentea adduntur, aſperſaque aqua terebintur vnà. Sic illita facies poſt quatuor horas abluitur.* Idem alibi, *Lethargicos* (inquit) *coagulum vituli adiuuat in vino potum obolo pondere: item Ichthyocollæ.* Valet ad conglutinandas omnis generis chartas, atque inſtrumenta muſica, reliquaque lignaria incruſtamenta, quæ teſſellato-, imbricato, & vermiculato opere fiunt. Gelu ſiue ius glutinoſum, ſiue denſatum & aromatibus conditum, vulgò Geladia, rectiùs ichthyocolla quàm vel vitulinis, vel Caporum pedibus induratur. Didymus in Geoponicis cimices non graſſaturos in te pollicetur, ſi glutine piſcium decocto lecticam vnxeris.

*Morona.*

*Vſus in medicina.*

*Geladia.*

H

DE

A

# DE GLANIDE. Cap. V.

## SYNONYMA. ETYMVM.

QVi Ariſt. Pauſaniæq; Γλάνις appellatur, Plinius, vt in progreſſu hiſtoriæ patebit, modò Silurũ, modò Glanidem, Glanũ & Glanium cõuertit, Theodorus in * Ariſt. Silurum ſemper: quem errorem Pauſaniæ interpres effugere quoq; non potuit. Gazæ cùm Plinius errandi occaſionem præbuit, tùm ipſe Ariſtoteles qui Silurum nuſquam nominat. Quin & Aelianus Silurum cum Glanide confundit, vt in Sturione oſtendimus. Alijq; paſſim qui poſt Plinium vixerunt, Glanidem vel Silurum nuncuparunt, vel ſimul implicarunt. Albertus pro Glanide imperitè Garcaſem ſcripſit, nec non etiam Solarem piſcem, fortè quaſi Silurum; quanquàm ipſe ſic dictum eſſe innuat, quòd Soli in ripis fluminum ſe libenter exponat. Glanidem à fluuio eiuſdem nominis dici Stephanus Grammaticus ille regius tradit his verbis: Γλάνις *fluuius eſt Cumæ* (Italiæ & Cumæ Varrinus, apud quem vltima non rectè per ypſilon ſcribitur,) *cuius meminit Lycophron*; γλάνης (ſic habet codex impreſſus per η. in fine) δὲ ῥεῖθρος διὰτας τέγγον χθόνα. *Ab hoc etiam piſcis Glanis dicitur, qui nominatur* γλάνος. (hac terminatione apud nullum alium Græcum inuenias.) *Eſt & Iberiæ fluuius: item terſtus Italiæ circa Tiberim amnem.*

* *Lib. 4. de anim.*

*Solaris piſcis*

B

# FORMA. DESCRIPTIO.

QVi modò veterum Glanis ſit, non bene conuenit inter noſtri temporis eruditos. Saluianus eum eſſe docet, qui à Bohemis, Polonis & Illyricis Sum, Alberto Sumus, à Pannonib. Harcha, vel (vt teſtatur Manardus, ſi rectè, vt ipſemet proteſtatur, meminit) Acchias (Hacchia potius) à Germanis Schaden quaſi damnoſus, nimirum propter voracitatem, aut Vualler, ſiue Vueller, à magnitudine, vt Geſnerus ait, item Vuelſz, & Salut, appellatur. cùm quòd Byzantinorum vulgus hodie eo; vulgò Glagnum eodem Manardo teſte, appellet, quaſi Glanum, tùm quòd omnia Glanidi à veteribus attributa, ei egregiè reſpondeant. Geſnerus verò hunc Silurum facit, Glanidemq; Siluri ſpeciem putat eſſe minorem, iconeſq; duarum ſpecierum exhibet; moxq; ex Pauſania Glanidis duas ſpecies eſſe patebit. Rondeletius pro Glanide duos piſces pingit, inuicem diuerſiſſimos, vnum verò tantùm deſcribit, nimirum quem priori loco expreſſit: nam altera icon Glanidis eſt Saluiani. Bellonius iconem nullam edidit, ſed eundem quem Rondeletius deſcribere videtur, aitq; Byzan-

C tino vulgo ab inſigni glabritie Glagnum etiamnum nominari. In ſingularibus verò obſeruationibus Silurum ad Strymonem fluuium vulgò hodie Glaignon aut Glanon vocari ſcribit; eundemq; piſcem alio nomine Hyænam vocari: & Conſtantinopoli in foro frequentiſſimum Glagnion appellari. Itaq; vel duos, vel tres diuerſos piſces in vnum confundere videtur. Glanidem enim & Silurum diuerſos eſſe ex Sturionis hiſtoria conſtat; à quibus & Hyænam, ſi quis Oppianum conſulat, differre etiam facilè concedet. Ego Saluiano ſubſcribo, quanquam me non lateat, Aeliano teſte Glanidem & Silurum ſimiles eſſe, cui (Sturioni nempe) omnino diſſimilis noſter piſcis eſt. Cæterùm Aelianus Silurum Glanidi, cuius duæ ſpecies ſunt Pauſaniæ, implicat inquiens: *Glanis piſcis incola Maandri & Lyci Aſianorum fluminum & Europæi Strymonis, ſpeciem Siluri ſimilitudinemq; gerit.* Apparet namq; hunc Pauſaniæ (cuius auditor fuit) locum exprimere voluiſſe: *Beluas hominibus perniciioſas Græcorum fluuij ferre non ſolent, ſicut Indus, Nilus Aegyptius, Rhenus, Iſter, Euphrates & Phaſis. Hi enim feras inter ſe ſimiles, & maximè hominum voraces alunt, ſimiles ſpecie Glanidibus Hermi & Maandri alumnis, niſi quòd & color eis nigrior eſt & vires præſtantiores: Glanides & nigræ minus ſunt & imbecilliores.* Non enim beluæ illæ in homines ſæuientes à Glanidibus tanquam omnino diuerſis piſcibus, diſtinguuntur, (vt Geſnerus contra Gillium contendit), ſed Pauſanias Glanidis duas ſpecies eſſe inſinuat, colore &

D viribus pro loci, in quo degunt, diuerſitate. nam cùm vel Athenæo teſte in Iſtro etiam Glanis reperiatur, ſi feræ illæ à Glanidibus ſpecie differrent, eas Glanidibus aſſimilaturus Pauſanias, haud ad Hermi & Mæandri Glanides confugiſſet, ſed illis qui in eodem Iſtro reperiuntur, aſſimilaſſet. Caput habet rotundum, & ad reliqui corporis rationem mediocre; in cuius anteriore parte haud extenta, ſed retuſa & omni roſtro carente, tanquam in promptu os poſitum eſt, magnum, patulum, vitulino ori ſimillimum, & valde denticulatum: vtraq; enim maxilla paruorum dentium, ſed acutorum & validorum ordinibus, quàm plurimis armatur: præter quos innumeros denticulos maioribus etiam & robuſtioribus muniuntur fauces. Ariſtoteles quoq; Glanidi duriſſimos dentes tribuit. Ex ſuperiore maxilla duæ rotundæ atq; longiſſimæ carneæ ſiue membranaceæ appendices enaſcuntur; ex inferiore verò quaternæ multò minores, vtrinque ſcilicet binæ pendent. Oculi parui ſunt & rotundi. Et vt author eſt * Ariſtoteles, *branchias habet vtrimque quaternas, duplices, nouiſſima excepta*, & prope eas binas pinnas, vtrinque ſcilicet vnam, atque binas alias, vtrimque etiam vnam, in medio ferè ventre. In primo autem dorſo vno parua erigitur pinna. In ventre verò etiam vna quæ à podice ad caudam vſque excurrit. Cauda lata eſt & non lunata. Non ſquamis, ſed corio læui & duro tegitur. Caput &

*Glani veterum qui.*

*Siluri Geſneri.*

*Glanides Rõdele. & Bellonij.*

*Hyæna.*

*Glanidis duæ ſpecies eſſe ex Pauſania colligi.*

*Ex Saluian. Caput. Os.*

dorſum nigricant:venter albus eſt,latera verò nonnullis nigrioribus,alijſq; ſubalbidis maculis cõſperſa liuent. Vndeiure nigricantẽ eſſe Glanidẽ teſtatur Pauſanias. Ventriculũ amplũ habet & craſsũ,inteſtina lata,nec inultis gyris conuoluta:iecur ex albo rubens,cui fellis veſica hæret, vt notauerẽt[b] Ariſt. lienẽ verò lubatrũ. Oblonga eſt piſcis huius figura,eſtq; piſcis totus teres, etſi vẽter haud mediocriter extuberet. Ad multã magnitudinẽ excreſcit:nõ ſolùm in ducentarum librarũ, ſed maior ẽt capi ſolet. Geſn. teſtimonio eruditi cuiuſdã Vngari in Tibiſco (qui Daciæ fluuius Danubio miſcetur) aliquãdo captũ fuiſſe ſcribit ſeptem vel octo cubitorũ,plauſtrũ occupantẽ: eũ in fluuio annis ſedecim ſub culinã viri cuiuſdã nobilis latuiſſe: hamo tandẽ incſcatũ eſſe,dum ſęturam ſuã cuſtodiret:vbi ſe captũ ſenſit, exiliſſe,ſecutos impetum eius piſcatores ad miliaria duo,demq; defatigatũ cepiſſe. barbas cum ſupra, infraq; os habere,rictum latum,caudam verſus attenuari. Dentes habere inſtar pectinis illius quo lanęæ vectes depectuntur,a carduis denominati vulgò, ſquamis carere:in aquis cænoſis verſari. Ipſe verò Geſn. dentes habere negat,ſed labia limæ inſtar exaſperari,atq; ita prædam facilẽ retinere:retẽtam mandere & cõminuere ei opus nõ eſſe, ſed faucibus & gula maximè patentib. integram vorare. Idem & in Viadro apud Sileſios tantũ eſſe ſcribit,vt captus,impoſitus currui,plerunq; vltra currũ emineat. Tres verò icones exhibuit,quarũ duę priores vnius eiuſdemq; piſcis eſſe videntur; ipſe verò differre inuicem putat,qñ (inquit) & color cuariat,& pars ad caudam latior eſt proportione quàm in cæteris,cuas habeo,huius piſcis imaginibus. Qui apud me hanc picturã viderunt peregrini, Velſo ſuo vel Schado ſuperiùs deſcriptó,diſſimilem eſſe aiebant,ſpeciẽ nimirum,non genere proximo. Quærẽdum an pinna ab ano extenſa retrorſum,caudæ continua ſit:vel potius propter vicinitatẽ,continua eſſe videatur non diligenter aduertenti. Ex picturis quas habeo diuerſus,quædã continuant;aliæ nõ item. Hęc Geſn. qui exactiſſimam huius ſpeciei piſcis deſcriptionem à Benedicto Martino, viro vndiquaq; erudito factam reliquit in hęc verba: Mitto iam tandem Saluth (ſic Sabaudi finitimi nominant circa Moratum & Neocomum) piſcis imaginem:qui apud Bipennates captus eſt, & per amicos ad me miſſus,ac me præſente a pictore delineatus,vna cum interioribus quibuſdam partibus,quas ſecto piſce inſpeximus. Eſt aũt Saluth piſcis mollis,ſine ſquamis,totus lubricus inſtar Anguillæ, ac inter lacuſtres nocentiſſimus: Venatur enim reliquos & in omnes mira voracitate tanquam helluo graſſatur. Creſcit etiam in ingentem magnitudinem. Superioribus annis in Moretano lacu captus eſt octo pedũ,& apud nos Bernæ ad libram venditus,hic noſter paruus erat adhuc,ſeſquipedalis. Caput habet amplũ & bene latum:reliqua corporis pars eſt contractior,vt in acumen prope deſinat:os patentiſſimũ: inferius labrum prominentius ſuperiori. Color ei nigricat,præſertim circa caput:latera ad cinereum inclinãt:vndiq; per tergum & caput nigris maculis conſperſus eſt. Branchiarũ vtrimq; quatuor habet ordines: imo fere capite concurrunt. Abranchijs ſtatim duæ pinnæ ſunt:inde venter laxus eſt, quem terminãt duæ aliæ pinnę prioribus minores. Hinc cauda reliquo corpore multò prolixior,quæ inferna parte cõtinuam vnam pinnam habet: in tergo vnica pinna eſt & erecta; hac tanquam velo,illa gubernaculi vice vtitur,motuq; fertur citatiſſimo. Oculi cinerei eminentiores reliqua cute,rotundi,parui. Ante oculos vtrimq; cornu vnum prælongum. Hæc cornua ante ſe extendit,ceu ad explorandum; interdum ad latera cõprimuntur. Labium inferius quatuor cornua habet breuiora,quæ gulam vt barba ornãt. Venter totus albicat. Os patentiſſimum, vt dixi: labra aſpera frequenti dentium ordine. Sine lingua eſt quiddam tamen tuberoſum,firmum,à branchijs ad inferius labrũ protenditur,ad latera vtrinq; liberũ extremitatib. contiguum,hinc labro inferiori,illinc branchijs ad guttur. Branchijs & gutturi contiguus eſt ventriculus,extenſus & ſatis capax. Is cùm inflarẽ eum calamo in præſenti piſce ſeſquipedali,ęquabat renem porci magni,vndiq; diſcurſantib. venis rubris. Hũc tegit hepar:à latere ventriculi inteſtinũ longũ prominet,quo ſtercora egeruntur,id ad poſtremas pinnas,vbi finitur venter, defertur. materia (ſubſtantia tunicę ventriculi & inteſtinorum) tota eſt ſolidior,qualis in quadrupedibus venter eſt. Supra eam eſt veſicula,quã media ſutura in duos torulos eminentes diuidit,longos. ante duo tubera mãmarum inſtar vel quales ſunt vertebræ,rotunda. Poſterior pars in acumen ſenſim deſinit,vt tota veſicula non malè lyram videatur exprimere. Eſt autẽ ea candidiſsima nigra ſuperinducta mẽbrana,quę cõmodè poteſt detrahi,vt veſicula tanquam ex culeo nigro candicans ipſa educatur. Cohæret .n. ſpinæ dorſi inter branchias. Per ſpinã autem dorſi vena trãſit candida nigro tenuiſsimo inuolucro tecta, vt in Anguillis. hanc eximunt deliciarum ſectatores tanquam venenatã & noxiam. Hucuſq; ille. Tertiam iconem Petrus Stuibus iuuenis eruditus affinis eius,eidem Geſnero miſit huiuſmodi:quã Lucas Schan pictor partim ad piſcis ſub aqua natantis,partim extracti aliquantiſper aſpectum expreſsit. Piſcis(vt ex pictura apparet) totus ſimilitudinem aliquam cum Muſtelis fluuiorum & lacuum habet. Oculi ſunt parui:barbulę fuſcę, nõ lõgę,è craſsiuſculis paulatim attenuãtur, binę ſuperiore labro,ternę inferiore. Pinnę ad branchias binæ, in dorſo nullã oſtendit pictura, ſed tantùm caruncula quandã mucronatam eminentẽ,qualis & in Muſtela paluſtri maiore,eodẽ ferè loco viſitur. In ventre verò vna & cõtinua longiſsima pinna ad caudã vſq; albicat,maculis diſtincta fuſcis. Corpus à capite retrorſum ſubinde attenuatur:finis lanuſculus & obliquus eſt,& qđ mireris nullã caudę pinnã hẽt. Os magnũ & latum

*Color. Partes internæ.* *Dentes.* *Aliter exſtat apud ſupiſio.* *Voracitas.* *Magnitudo* *Color.* *Branchiæ.* *Cauda.* *Oculi.* *Os.* *Ventriculus.* *Siluri tertij Geſn. deſcriptio.* *Pinnæ.*

[b] *Lib. Hiſt. cap. 13.*

A Siluus tertius Geſneri ſeu Glanis alter.



B

C

D

latum. Capitis color è cæruleo ſubuiridis; reliquum corpus viridi & flauo colore mixto pingitur, ſed maculas etiam diuerſi coloris habet. Sed ipſa Stuibij verba adſcribam teſtis oculati: Piſcis (inquit) quam mitto effigies, licet coloribus per omnia non reſpondeat, formam tamen optimè refert. Nam cùm piſcem extra aquam diutius retinere non eſſet integrum, non licuit pictori eam citò omnia conſiderare. Huius generis duos in ſtagno ſuo ciuis quidam alit, qui cum ante annos triginta ſex ad Hundsfelden in Rheno cum alijs piſcibus illis quos Argentinæ vocant Ruſelxen, ſimul naſſa capti eſſent, vix digiti longitudine, & Argentinam in forum aducti, à ciue quodam raritatis gratia empti, in piſcinam conjecti ſunt, in qua alter ab eo tempore vſque adeo excreuit, vt iam ſex cum dimidio pedes meos (hominis mediocris proceritatem aut amplius) longitudine contineat. Caputque craſſiſſimum eſt, filo complexus, duorum pedum & dimidij ferè circumferentiam deprehendi. Alter huic per omnia conſimilis, ſed longitudine longè eſt inferior. Maior ille piſcibus quibuſuis excepto Carpione ſiue viuis ſiue mortuis, veſcitur. Hyeme nihil quicquã guſtare vnquam viſus eſt. Cornua quæ ſupra & infra os habet, quotannis decidunt, & rurſus noua ſuccreſcunt, ſicuti ceruis. Nomen cognoſcere non potui, niſi quod aiebant, olim quendã Scheid appellaſſe, eiuſque generis magnam in Danubio copiam eſſe, & Sabaudum quendam ſua lingua Salu. Hæc Stuibius. Speciem hanc à ſuperioribus eſſe diuerſam, coloris, barbularum & caudæ diuerſitas loquuntur. Geſnerus Glanidinè potiùs quàm Siluro cognatus idemnè ſit, conſiderandum doctis proponit. In qua ſententia ipſum fuiſſe apparet: nam & in capite de Glanide. Quærendum (inquit) an Siluri è mari ſemper aſcendant in flumina maiora, Rhenum, Danubium, Viſulam, Albin &c. Glanides verò non item, minus nigri, infirmioreſque. Ego picturas quinque huius generis diuerſas habeo, vnam ex Murtio lacu Bernenſium, breuiore, craſſiore, & albidiore corpore: alteram nigriorem & longiorẽ è lacu prope Rauenſpurgum: tertiam ex Danubio. quartam ſine coloribus delineatam, neſcio ex Rheno an Oceano circa oſtia Rheni. quintam è ſtagno iuxta Argentinam. Pinnis inter ſe barbuliſque & reliqua ferè ſpecie omnes conueniunt: magnitudine, caudæ figura & coloribus differunt. Hæc ille.

*Color.*

*Cibus.*

# LOCVS.

PLinius[a] oſcitantiùs certè quàm decuit, Glanidem maris peculiarem fecit, quandoquidem vel omnium veterum teſtimonio, fluuiatilis eſt; quin ipſe quoque Plinius aliquando fluuiatilem eſſe aſſerit. Ioan. Kentmannus medicus referente Geſnero, ex Oceano in Albin aſcendere Velſum (ſic ibi vocant) tradit. quod quoq; mihi veriſimile non eſt, cùm nunquam iſtiuſmodi piſcis in vllo mari captus ſit. Neque vnius tantum fluminis, ſed multorum incola eſt, id quod præ cæteris indicat Pauſanias, cuius verba ſuprà citauimus. Aelianus etiam in plurimis fluminibus Glanidem degere prodidit his verbis: *Glanis piſcis incola Meandri & Lyci Aſianorum fluminum, & Europæi Strymonis, ſpeciem Siluri ſimilitudinemque gerit*. In Nilo autem & Rheno inueniri præter Pauſaniam Plinius

[a] *L.32.c.11*

nius quòq; teſtatur inquiens: *Præcipua magnitudine Thunni ſunt &c. Sunt & in quibuſdam amnibus haud minores, Silurus in Nilo &c. Silurus graſſatur vbicunq; eſt omne animal appetens, equos innatantes ſæpe demergens, præcipuè in Mæno Germaniæ amne prope (aliàs propter,) Lisboum.* Quo loco ex vetuſtis codicibus aliqui (inquit Maſſarius) in Rheno, & aliqui in Mœno habent. Hermolaus verò in Aeno legendum cenſuit, quod non probamus: cùm, quòd Aenus tempore Plinij & priſcorum authorum non erat Germaniæ fluuius, cùm ea tantùm pars, quæ vltra Danubium eſt, tunc Germania appellaretur; at Aenus citra Danubium eſt, in quem influit prope Patauium nobilem ciuitatem Bauariæ, quæ pars Norici eſt; tùm etiam quòd non adeo magni piſces in Aeno reperiuntur: legendum ergò in Rheno, vel potius in Mœno, vti ſcriptum eſt. Mœnus namq; fluuius eſt, quem nunc Mœnonum & Mœnum Germani vocant, omnibus Germaniæ fluminibus curuior, ex pinifero monte orientalis Franciæ deſcendens iuxta Hercinium, & in Rhenum ſe exonerans. Geſnerus quoq; ex diuerſis illius fluuij, in quo Siluros præcipuè graſſari Plinius ſcripſit, nomenclaturis, Rhenum præ cæteris legere mauult; nam ſi in Moſella (inquit) eſt Silurus, vt Auſonius canit, (Auſonij Silurus Sturio eſt, vt oſtendimus) è Rheno in eum amnem ſubire poteſt; itemq; ſi in Mœno: & Pauſanias cùm in alijs fluuijs, tum in Rheno Iſtroq; beluas huiuſmodi, hominibus pernitioſas, reperiri tradit. Sed & ex Iſtro in Aenũ fluuium, à quo Aenipontem oppidum denominant, ſubire poteſt. Cæterùm pro his verbis, propter vel prope Lisboum, Barbarus corrigit, prope Visbium: neutrum probo (inquit Maſſarius,) Non enim veriſimile eſt Plinium indicaſſe talem amnem magis prope Visbium eſſe, quàm prope alterum locum, cùm longiſſimus ſit: aut Silurum id magis facere prope Visbium cùm in omni eius parte Silurus hæc facere poſsit. Antiqua verò lectio: pro telis boum: quæ & mendoſa eſt, ſed aliquid omnino ad boues referre voluit, quoniam dixit omne animal appetens, equos innatantes ſæpe demergens. Comarius ex codice antiquo ſic legit; Silurus graſsatur &c. præcipuè in Rheno in Germaniæ amne. Nos quoque ſuprà exiguos iuxta Argentinam captos ex Geſnero diximus. Visbium tamen teſte Ioan. Auentino, iuxta Ptolomæum ſicuti ex computatione partium & ſegmentorum exiſtimari licet, ad oſtia Aeni amnis conditum fuit, quem nunc literatores (inquit) Eneſum appellant. Quamobrem fieri poteſt, quòd eo loco magis graſsaretur, vtpote magis cœnoſo, vt ſunt plerũq; talia fluminũ loca propter recrementorum copiam, quæ ex oppidis propelluntur: quibus locis gaudere & per annos aliquot latere hos piſces mox patebit. Siluros verò ipſi hic Glanides eſſe, tùm ex ijs quæ ex Pauſania diximus, conſtat, tùm quòd alibi, vt patebit Siluro tribuit, quæ Glanidi Ariſtoteles, tùm potiſsimùm quòd alibi ex fluuiatili Siluro indicato remedio, addit, qui & alibi quàm in Nilo reperitur. Strabo quoq; & Athenæus Siluros in Nilo eſſe ſcribentes, non alios quam Glanides noſtros intelligere potuerunt; non autem Sturiones, vt Saluianus credit, nam qui è mari fluuios ſubeunt, præter Delphinum, Mugilem & Aloſam, nullus alius Nilum intrat propter Crocodilos, vt idem Strabo teſtatur, & alicubi ex Strabone ipſemet Saluianus: Paxamo verò Silurus Alexandrinus eſt Sturio, qui etſi Nilum non intret, in eius oſtijs tamen capi veriſimile eſt, cùm ſit omnium marium piſcis: idemq; [b] Iuuenali de Criſpino Aegyptio loquenti.

*Plinij locus cõſideratus.*

*Siluros Strabonis & Athenæo qui.*

[b] *Sat. 4.*

——— *Magna qui voce flebat* *Vendere municipes frauſa de merce Siluros.*

[c] Aelianus Siluros (Glanides) & in Cydno Ciliciæ fluuio procreari ſcribit, ſed eos quidem idcirco minutos, quòd eius confluens nitidus & frigidus ſit, quo ipſi (inquit) non delectantur, ſed turbido potius ac planè limoſo, eoq; pingueſcunt: & Pyramum quidem atq; Sarum Cilices fluuios, eos longè pleniores ferre, tùm Orontem Syrorum fluuium eos progignere. Ptolomæorum item fluuium, & Apamienſe ſtagnum maximos generare. Eodem etiam teſte in Bubaſto Aegyptia ſtagnum eſt, vbi cicures permuld aluntur. Et nos quoq; in ſtagno reperiri ſuprà ex Geſnero diximus, qui aliàs etiam inquit: Quanquam permulti ſint Helueticorum lacus & ſatis magni, Siluri tamen in paucis capiuntur: & rariùs puto in maximis, per quos magna flumina tranſeunt: frequentius in minoribus, fortè quòd magis cœnoſi ſint illi. Amant enim aquas turbulentas. In Bernenſium duntaxat lacubus aliquando reperiuntur, vt Moretano & proximo Neocomenſi, qui etiam Iuerdunenſis dicitur. Et [d] Plinius author eſt, in Nilide lacu, ex quo Nilus oritur, Siluros reperiri. In Iſtro verò etiam naſci, præter Pauſaniam Athenæus prodidit, inquiens; *Lacus piſcis ſimilis eſt Glanidi, qui in Iſtro naſcitur.* Alit & Tibiſcus, Viſtula, alijque in Iſtrum influentes.

[c] *L. 12. Animal. c. 29.*

[d] *L. 5. c. 9.*

# PARTVS. NATVRA. MORES.

DE coitu & partu Glanidum ſic ſcripſit [a] Ariſtoteles; *Lacuſtres & fluuiatiles piſces quinto ſuæ ætatis menſe veterum geſtare magna ex parte incipiunt: pariunt omnes intra annum, nec ſemen genetationis ſimul omne emittunt; ſed modo marinorum, hic quoque ſemper intra ſe aliquid plus minus ſeminis retinuit, mares liquoris prolifici retinent. Pariunt temporibus ætatis: Cyprini quinquies aut ſexies*

[a] *L. 6. Hiſt. cap. 14.*

A *ſexies aluo, parumq; ſiderum ratione potiſſimùm faciunt. Aerica* (Chalcis) *ter; reliqui ſemel edunt oua in ſtagnis fluuiorum, & in arundineis lacunis, vt Phoxini & Perca. Glanides & Perca continenter emittunt ſuum fœtum, vt Rana: adeo enim fœtus ipſe continuo filo ſibi cohæret, vt Perca quidem, quoniam latior eſt, piſcatores in lacu arundine glomerent. Pariunt grandiores ſtagno altiore, quippè cùm nonnulli vel πολυργυιὰς id eſt, ſex pedum altitudine* (Theodorus vertit trium paſſuum altitudine, hoc eſt, quindecim pedum) *pariant: minores breuiore contenti ſunt gurgite, præcipuè ad radices ſalicis, aut cuiuſuis arboris, atq; etiam inter arundines & algas & mucoſam congeriem. Non ſolùm pares cum paribus, ſed etiam admodum grandes cum paruis veniunt, admotiq; meatibus, quos aliqui umbilicos vocant, fœmina ouum, mas liquorem ſeu cinereum depromit. Et oua quæ liquor ille vitalis contigit, candidiora extemplò cernuntur, maiorq; reddi eodem die propemodum dixerim. Paulo autem pòſt oculi fœtus exiſtunt conſpicui, qui in quouis piſcium genere, perinde vt in cæteris animalibus ſtatim pateſcunt, prægrandesq; apparent. Quæ ex ouis non attigeris liquor maſculi ille vitalis, hæc ſteriles ſunt & ſupernacua ſunt, vt in marino etiam genere incidit. Fœcundissima ouis piſciculo increſcente detrahitur veluti putamen, quod membrana eſt ouum ambiens & piſciculum. Oua tacta à fœtifico maris ſemine, admodum glutinoſa reddunter, ad ceſpites coeuntia, aut vbi perierint. Mas oua quæ edita ſunt cuſtodit, fœmina abit cùm peperit. Tardiſſimum Glanidis incrementum*

B *ex ouo eſt: quamobrem mas ſæpe vel quadraginta vel quinquaginta diebus aſſidet, cuſtodiens oua, ne à piſcibus occurrentibus abſumantur. Secundæ tarditatis generatio Cyprinorum, pariq; modo oua edita à mare ſeruantur. At minorum nonnulla vel tertio die ſpeciem piſciculi capiunt. Augentur oua, quæ ſemen maris attigerit, vt dictum eſt, & eodem die & pòſt. Fit ouum Glanidis quantum erum, Cyprini & reliquorum generis eiuſdem magnitudine mîlÿ. Hæc ad hunc modum pariunt, atq; generant.* Quibus quidem verbis Ariſtoteles non ſolùm Glanidem fluuiatilem (vt ſuprà diximus) facit, ſed eius etiam coitus & partus, tempus, locum, atq; rationem omnem explicat, longamq; maris cuſtodiam ouis adhibitam indicat: cuius cuſtodiæ alibi etiam ſic meminit: *Fluuiatilium*[b] *Glanis mas plurimum curæ prolis impendit; fœmina, vt peperit, abit: ſed mas quo in loco plurimus fœtus conſtiterit, perſeuerans oua cuſtodit; nec alium præbet vſum, niſi vt piſciculos, ne diripiant fœtus, arceat: idq; vel ad quadrageſimum & quinquageſimum diem facit, donec ſatis iam aucta ſoboles ſe tueri à cæteris piſcibus valeat.* Huius cuſtodiæ Plinius[c] quoque mentionem fecit, ſic Ariſtotelem tranſcribens: *Silurus mas ſolus omnium edita cuſtodit oua, ſæpe & quinquagenis diebus, ne abſumantur ab aliis, cætera fœmina in triduo excludunt, ſi mas attigit.* Quo in loco non ſolùm labitur Plinius, quòd Silurum pro Glanide reddidit, verùm etiam quòd ouorũ cuſtodiam ipſi ſoli tribuat, cùm Ariſtoteles de Cyprino idem manifeſtiſſimè tradat. Poſſemus tamen (inquit

C Saluianus) dicere forſan, pro excuſanda hac ſecunda Plinij incuria, non ſimpliciter à ſola Glanide oua cuſtodiri, ipſum aſſeuerare; ſed cuſtodiri quinquagenis diebus, quod verè ſola Glanis facit. Nam Cyprinus, quippe cuius Ariſtotele teſte, ſecundæ tarditatis eſt generatio, haud tam diu ædita oua cuſtodit. Eandem præterea Glanidis maris cuſtodiam notauit & Aelianus his verbis: *Ex piſcibus Glanis ſuorum fœtuum amantiſſimus eſt. Nam ſimul vt fœmina peperit, cura quidem illa de partu ſuo liberatur, ac veluti puerpera quieſcit. At verò aſſiduum ſe præſtans mas cuſtodem, ad conſeruationem eius, quam præcreauerit, ſoboles, eam tuetur, & inſidias omnes arcet.* Hæc ouorum cuſtodia noſtro piſci optimè conuenit, vel ipſo Geſnero referente teſtimonio eruditi iuuenis Vngari, captum aliquando eſſe profitentis, dum fœturam ſuam cuſtodiret. Piſcis eſt carniuorus; nec ſolùm minorum piſcium viſceribus aluum replet, vt D. Ambroſius loquitur, ſed in magnos quoque graſſatur, omnibus æquè infeſtus vnde in Bohemia, vt ſcribit Sigiſmundus Gelenius Bohemus in epiſtola ad Geſner. vulgare prouerbium eſt; *Piſcis piſci præda, at huic omnes.* Graſſari in omne obuium animal, equoſq; natantes ſæpe demergere, ex Plinio dictum eſt, item in homines ex Pauſania. Quamobrem vel hoc argumento piſcem quem exhibemus, Glanidẽ eſſe (inquit Salu.) clarè ſatis conijci poteſt; Nam præter id quod ſcriptũ reliquit

[d] Manardus, in animalia quantũuis magna, in Tibiſco præſertim flumine, quod Iſtrum influit, audaciſ-

D ſimè adeo eũ inſurgere, vt nec hominibus parcat: publicamq; apud Pannones famam eſſe, aliquando captum in cuius viſceribus humana manus ornata annulis inuenta ſit: nobiliſs. etiam comes Hieronymus Martinengus (qui dum Viennæ apud Ferdinandum Regem Roman. põtificius erat orator, quo hoſce meos piſcatorios labores, quæ ſua fuit humanitas, atq; erga bonas literas beneuolẽtia, iuuaret; non ſolùm huius piſcis ad viuum depictam iconẽ, ſed eiuſdem etiam exiccatũ caput, vt exactiùs ipſius mihi nota fieret ſtructura, ſumma diligẽtia ad me tranſmiſit,) puerum in Danubio ad Poſſoniã natantem, paucis ante annis ab hoc piſce deuoratum, ac in interaneis eiuſdẽ, poſt dies paucos Archiep. Strigoniẽſis cura capti atq; diſſecti, pueri fragmẽta reperta, à fide dignis Pannonibus ſe accepiſſe, me certiorem fecit. Teſtatur item Geſn. ſe ex erudito iuuene Vngaro accepiſſe, iſtiuſmodi piſcẽ in eodẽ Tibiſco flumine aliquãdo captum eſſe ſeptẽ vel octo cubitorũ, plauſtrum (vt diximus) occupantẽ. Eum in fluuio annis 16. ſub culina viri cuiuſdam nobilis latuiſſe, hamo tãdẽ ineſcatum eſſe, dum fœturã ſuam cuſtodiret. vbi ſe captũ ſenſit, exiliſſe: ſecutos impetũ eius piſcatores ad miliaria duo, deniq; defatigatum cepiſſe, & in oppidũ Nadlac vexiſſe: ibi in eius ventre caput humanum, cũ dextra manu & tribus annulis aureis inuentum eſſe: cuius rei abominatione incolæ multis poſtea annis hoc genere piſcis, non vilis alioquin abſtinuiſſe. Etſi verò [e] Ariſtoteles tantam Glanidi ferocitatem non tribuat, ipſum tamen dentibus plurimùm valere teſtatur, inquiens: *Glanis prehenditur ſæpè à piſcatoribus, vbi oua ex-*

[b] *L. 9. Hiſt. cap 33.*

*Quam diù ona mas cuſtodiat.*

[c] *Li. 9. c. 51.*

*Plinij lapſus*

*Cibus.*

*Voracitas.*

[d] *L. 9. epiſ 3*

*In homines graſſari.*

[e] *Li 9. Hiſt. cap. 37.*

*floãt:*

*ſtodit: dum enim arcet piſciculos, quaſit, proſilit, & iſtum ſonumq; mouet: manet apud ea tam ardente animo, vt cùm ſæpè à piſcatoribus ova, ſi prealtis gurgitibus ſubſidunt, educantur, quoad magis fieri poteſt in ea dum: ipſe tamen eodem ſtudio fœtum ſequatur, neq; deſerere vnquam patiatur: tunc ſi minor ſit natu, minuſq; vſu exercitatus, facilè hamo capitur: ſed ſi peritus & ἀγκιστροφάγος, id eſt, hami deuorator, vel hamifraga, vt* Theodorus vertit, *morſu dentis ſui duriſſimi rumpit hamum, & fœtum aſſiduè cuſtodit.* Quod poſtremum Aelianus non ſatis clarè expreſſit, inquiens: *ἱκανὸς δὲ ἐστὶ καὶ ἄγκιστρον καταπιεῖν, ὡς Ἀριστοτέλης φησί.* hoc eſt, qui hamum deuorare aut deglutire poteſt. Aliud enim deglutiendo aliquid deuorare, aliud dentibus confringere: Quod piſcem noſtrum minimè dedecet, quamuis paruos dentes habeat: nam ita validi & frequentes ſunt, vt hamum ijs rumpere & grandia animalia lacerare poſſit, etſi Plinius aliter docere videatur: Inquit enim: *Cautiùs* (ſcilicet quàm Vulpes marinæ aut Scolopendræ faciunt) *qui Glanis vocatur, auerſos mordet hamos, nec deuorat, ſed eſcâ ſpoliat.* Non omnes tamen æquè robuſti ſunt. Hermi namq; atq; Mæandri Glanides (vt ex Pauſania diximus) robore inferiores ijs ſunt, qui in Rheno, Iſtro, Euphrate, Nilo & Phaſi reperiuntur. Cauda concuſſa piſces, præſertim minores ori admouere aiunt. Scribit [g] Ariſtoteles fluuiatile & lacuſtre piſciũ genus à peſte quidem & ipſum immune eſſe, ſed nonnullis morbos incidere proprios. Glanidem enim Canis exortu potiſſimùm (quòd ſublimis innatet) ſiderari & tonitruo ſopiri magno, eundemq; à Dracone angue gurgite parum alto interire. Plinius priorem locum ſic tranſcripſit. *Fluuiatilium Siluris Canicula exerta ſideratur, & aliàs fulgure ſopitur.*

[f] *Lib. 9. c. 43.*

[g] *Lib. 8. Hiſt. cap. 13.*

[h] *L. 14. c. 15.*

# CAPIENDI RATIO.

[a] *L. 14. c. 25.*

HAmo capi, eundemq; rumpere quandoq;, dictum eſt. Aelianus quomodo Silurus apud Myſos hamo capiatur, docens, Glanidem meo iudicio intelligit. Myſi (inquit) nõ ij qui Telephi Pergamum incolunt, ſed inferiores qui ad Pontum; quiq; vicinorum Scytharum incurſiones propulſant, & ſuis viribus regionem ſuam defendunt[h]. Ea prope Heracleam eſt, & circa Naxium flumen prope Tomin ciuitatem. Hi inquam piſcandi rationem obſeruant huiuſmodi. Iſtrianus natione piſcator ad Iſtri ripam boum par impellit, aut equorum, iugum ipſe humeris gerens, eum in locum, vbi commodam ſibi & ſedem & piſcationem arbitratur, atq; ad ripam iumentis pabulum apponit, vnde interea hæc complentur, dum ipſe funis bene robuſti alterum caput ad medium iugum alligat, ex altero capite hamum validiſſimum acutiſſimumq; appendit: quẽ aſſo tauri polmone inſtructum ad illiciendum Silurum (ſuauiſſimam eſcam) deijcit, poſtquam ex linea ad quã hamus alligatus eſt, quantum ſatis eſt plumbi ad moderandum tractum appendit. Vbi Silurus bubulæ eſcæ ſenſum percepit, ſtatim eſcam appetens, hamum incautè totis faucibus deuorat, & dum transfixus ex eo euadere cupit, omnibus viribus funem exagitat. quod quidem ipſum animaduertens piſcator, cum ſummo gaudio quàm mox à ſeſſione exurgit, & boues equoſue admotis ſtimulis incitat, ac iumentis cum cetaceo piſce bene robuſto luctatio eſt: Nam hic Iſtri alumnus omni virium contentione ſe in altitudinem deprimit, illa contrà retrahunt: ſed piſcis vincitur, ex amborum tractu, atq; in ripam iugo extrahitur. Hactenus Aelianus. Ferunt quendam molitorem hamum in Viſtulã iecciſſe, eoq; relicto ad quoddam temporis ſpacium abſuiſſe, interim verò Anguillam hamo captam eſſe: quam cùm Glanis deuorare vellet, lubricitate corporis adiuuante per branchias eiuſdem Glanidis tranſijſſe; ſimulq; cum Anguilla, vtrumq; mediocris magnitudinis captum eſſe, vt Cracouienſis quidam medicus ad Geſnerum ſcripſit. Idem, Marca (inquit) fluuius non longè ſupra Presburgum in Danubium exoneratus quoq; Schados id eſt Siluros recipit: & alibi in Vngaria lacus Peiſo dictus, quem miliaria Germanica ſeptem longum eſſe audio, latum tria: inſulas quaſdam natantes ſuſtinere, ingentes ceſpites herba veſtitos, quibus etiam arbores innaſcantur; in ijs ceu puteos à piſcatoribus excindi, ad quos cùm ſe extulerint Siluri, inſtrumento ferreo (ita fabricato vt quo magis renitũtur piſces, eò amplius cõprimatur) feriuntur.

*Pulmo tauri pro eſca.*

*Anguilla & Glanis ſimul capti.*

# HIEROGLYPHICA.

PAternam in filijs educandis diligentiam, eamq; accuratiſſimam, exprimere ſi vellent, (inquit Pierius Valerianus,) piſcem Glanim pingere inſtituerant. Oua enim is quæ fœmina deſtituerit, perſeueranti cuſtodia tutatur ad quadrageſimum & quinquageſimum vſq; diem: ab ijs deniq; non abſedit, donec ita coaleſcat ſoboles, vt ab reliquorũ piſciũ iniuria ſe tueri valeat. Eodẽ piſce picto helluonẽ & voracẽ hominẽ notari poſſe Geſnerus putat, cũ in omne animal obuiã graſſari ſoleat.

*Paterna in educandis liberis dil gentiæ typus.*

*Helluonis typus.*

# VSVS IN CIBIS.

MAtron Parodus inter alios cõuiuij qđ elegantiſſimè depingit, piſces Glanies quoq; nominat apud Athen. Archipp. pariter Męotas, Saperdas, & Glanidas, & Ephippus & Mneſimachus τεμαίχη γλάνιδος. Geſn. hęc eiuſdẽ Athen. verba: *Latus in Nilo albiſſimus eſt, ſuauiſſimuſque quoque*

A *quoquo modo paretur, Glanidi Iſtriano ſimilis*, interpretatur de ſapore & carne: de corporis enim forma intelligi non poſſe ait, quoniam Latus (vt arbitratur) ſit de genere Coracini, (quod & Rondeletius addita ſimilis Coracini icone profitetur,) minimè tamen ſaporis gratia commendabilem eſſe contẽdit. Aliàs tamen cùm quidam Polonus eruditus ipſi affirmaſſet vilem haberi, per fruſta diuendi, media corporis eius præferri, reliqua nimis dulcia eſſe ac mollia; contrà alius diceret, carnem habere ferè vt Lucius, ſolidiorem, vulgo lautam: ego (inquit) pro ætate diſcrimen eſſe puto: minores lautos eſſe, maiores non item. Mihi quoq; eruditus quidem Polonus rei herbariæ ſtudioſiſſimus in cibo commẽdari affirmauit, & ſolicitè nomenclaturam quæſiuit. Saluiano itaq; duram carnem, nec multum ſuauem habere ſcribenti, & propterea nullibi multi pretij eſſe, haud omnino aſsentior: ægrè verò conqui, præcipuè maiores facilè credo, in quibus aliquando pinguedo per dorſum vel duos digitos craſſa, ceu in porco apparet, vt Kentmanus Geſnero ſcripſit, qui & ipſe boni ſaporis eſſe ait; laudarique in cibo tum recentem, tum ſalſum. Solere enim eos in dolijs ſalire & per annum ſeruare. Paruos adhuc antequam ad tres libras accedant, ſimpliciter in aqua elixos placere; ſicut ſolent Lucij, Truttæ, Muſtelæ fluuiatiles & alij. Oportere autem ritè præparatos, aquę cùm primùm ferucre occæpit, inijcere, condire, ſalire, & ad iuris ferè conſumptionem decoquere: Vbi verò iam trilibres, maioreſq; fuerint, partem dimidiam, anteriorem, optimè ſapere, ſimpliciter elixam primùm, deinde perfuſam iure è vino & ſaccharo, cum cinnamomo, pipere, croco, cymino & modico amyli, vel panis albi indurati cõfricatique: cuius modum (inquit) augebis, ſi ius denſare libuerit. Poſteriorem verò & ad caudã partem placere ad carbones paulatim aſsatam; deinde conditã iure è vino, ſaccharo, cinnamomo, zinzibere, croco & malorũ diſſectorũ teſſellis: quale pro cæteris etiam piſcibus aſſis fieri ſolitum eſt. Eſſe qui aceti nonnihil affundant. Pro malis aliquos cepas minutatim conſectas miſcere. Deniq; maximos, ſiue recentes ſiue ſalſos, iure caryophyllorũ coloris vel crocei, Sturionis inſtar conditos, laudari. Supra hunc piſcem ex Benedicto Martino exactè deſcripſimus, is & per ſpinam dorſi venam tranſire candidam ſcribit, tenuiſſimo inuolucro tectam, vt in Anguillis; hanc eximere deliciarum ſectatores tanquã venenatam & noxiam: de cætero præparare ad mensam, quo pacto Anguillæ parantur.

*Suauem piſcem eſſe.*

*Apparatus.*

*Vena in dorſo venenoſa.*

# DE BARBOTA GALLORVM.
## Cap. VI.

C AGLANI licet maximo piſce non malè de hoc paruo dicetur, ob corporis barbæque ſimilitudinem. Galli vulgò Barbotam vocant, non à barbis (inquit Bellonius) aut arunco, ſed ex hoc quòd Galli barborare, cœnum & lutum roſtro, anſerum modo, commouere dicunt. Ipſe Clariam fluuiatilem vocat, ſed cum Lota Lugdunenſium de quo ſuo loco, implicat. Anguillæ, aut Congri modo glabram cutem habet, atque idem caput. Cirro fecto breuique & ſimplici in maxilla interiori barbatur. Continuam in tergo pinnam gerit mollem, ad caudam (quæ illi rotunda eſt) deſinentem. In nonnullis duas pinnas (vt in icone quam à Bellonio omiſsam ex Rondeletio exhibemus,) in tergo videas; quarum exigua eſt quæ capiti magis eſt vicina, ſed & inter anũ & caudam rurſus aliam pinnam gerit; ynam præterea vtrimque in lateribus circa branchias, quas vtrimque quaternas habet; duas verò ſub ventre capiti multùm propinquas. Cæterùm duos in inferiori maxilla habet denticulorum ordines admodum paruos: atque in ſuperiori maxilla totidem, vt nihil quàm aſperitas in eis ſentiatur: nam alios etiam in fornice palati gerit. Tergus & latera fuluum vel ſubliuidum colorem habẽt; venter autem albicat. Semipedalem non excedit longitudinem. Hepar lobum oblongum ad ſiniſtrum latus demittit, ſub quo eſt ſtomachus. In pyloro apophyſes, ſeu cœcos vigintiquinque connumerare potes: lienẽ quoque videas, neque dextro neque ſiniſtro, ſed in medio ſpina ſtomacho inhærentem. Anus eius propinquior eſt capiti, quàm caudæ. Inteſtina pluribus quàm tribus inflexionibus non circumducuntur. Oua in bicorni vulua ſert vtrinque permulta. Hæc ferè Bellonius. Vita & moribus cum Lota Lugdunenſium conuenit. Hepar magnum habet ac delicatum; Carnem quàm Lota glutinoſiorem: muco enim & cœno veſcitur, in eoque deliteſcit.

*Nominis ratio.*

*Clavia fluuiatilis.*

*Pinnæ.*

*Branchiæ.*

*Dentes.*

*Color.*

*Partes internæ.*

*Cibus.*

DE

Barbota Rondelet.

E



# DE MVSTELLA FLVVIATILI ET LACVSTRI. Cap. VII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

LAMPETRAM veterum Muſtelam, marinum nimirum piſcem eſſe ſuprà ſuo loco oſtenſum eſt, quanquam iſtiuſmodi piſcis quo de hic agimus, cùm alibi, tùm potiſſimùm apud Sabaudos Muſtellæ vetus nomen quodammodo retinuerit. Mouſtelle enim vel Mutto illi dicunt, qui verò ad lacũ Neocomenſem habitant, Mouſtoile: Inſubres Strinſios & Botetriſſias, circa Comùm Strinz, Boſtritz & Strinco, quare Benedictus Iouius inter Larij piſces Triſium latinè vocauit: hinc quoque Heluetiorum Truſch fluxiſſe videtur. Mediolanenſes ſimpliciter Bottam vocant, quòd vtri ſimilis ſit, vt [a] Cardanus ſcribit. Mediolanenſes enim vtrem (inquit) vocant bottam. Sed quid ſi Bottam vocari dicamus à capitis ſimilitudine cum ranis ſeu potiùs bufonibus, quos bottos vulgò vocamus. Capitis enim magnitudine, & rictus ſciſſura ranas eleganter æmulatur. Cæteri Germani adeò variant in huius piſcis nomen clatura, vt vix magis in vllo alio piſce. Circa Auguſtam vocant Rugget: in Auſtria, Carinthia, alijque Danubij accolæ Rutte, ad Rhenum inferius Ruffelch« vel Rufolc«, ab Algauijs & Sueuis Rofolc«: alibi Rup aut Raup, & præpoſito Anguillæ (quacum ſimilitudo ei quædam intercedit, quin ſunt qui ex ea Anguillas procreari velint,) Alrup, Olrup, vt apud Miſenos & Saxones: Coloniæ Oelrappe. Belgæ cùm à ranis tùm ab Anguillis Puijt dicunt, Pudde, Aelpuijt, Puitael; Similiterq; Angli Povute & Elepovvte. Polonicè vocatur Mientus, Bohemicè Mnic«.

*Triſtus. Botta.*

*[a] Lib 7. de variet. c. 37.*

G

## DIFFERENTIÆ. FORMA. DESCRIPTIO.

*Vt fluuiatiles à lacuſtribus differant.*

BOtetriſſias fluuiatiles à lacuſtribus apud ſuos differre Geſnerus aſſerit ſpecie: eſſe enim minores, colore nigricare, carne albiore, ſolidioreq; in cibo lautiores; duabus per dorſum pinnis, quamobrem ſeparatim etiam deſcribit. Cæterùm corpus ait eſſe vtriſq; lubricum ſine ſquamis (licet in quibuſdam, inquit, ſquamulæ minimæ radendo appareãt) flexuoſum, quod caudam verſus attenuatur veluti in tæniam. Coloris varietas maculoſa. Pinna ab ano ad caudam ferè, oblonga, Binæ omnibus ad branchias, & binæ aliæ eodem circulo inter caput & ventrem. Pupilla oculorum alba, pars ambiens nigra. Branchiæ quaternæ ſimplices. Caput magnum, latum, & veluti compreſſum. In cerebro lapilli. Os grande, reſciſſum. Barbulæ circa os infrà ſupraque numero & magnitudine differentes in diuerſis generibus. Dentes nulli, ſed veluti in lima exaſperatum os. Voracitas piſcium quos deuorare poſſunt. Caro mollis & dulcis. Iecur magnum, in delicijs. Veſica (aut folliculus) nulla. Inteſtinum parum anfractuoſum, ferè ſimplex. Stomachus: ab eo ventriculus, & in circuitu multæ appendices. Iam verò Botatriſſiam fluuiatilem fœminam (eam intelligit quam nigricantem modò dixi.) Ianuario menſe diligenter contemplatus his verbis (ex quibus tamen etiam nonnulla alijs huius generis ſpeciebus conueniunt,) deſcripſit. Piſcis eſt forma & flexibus ſerpentem fermè referens: capite lato caudam verſus valdè attenuatur. Branchiæ ei quaternæ. Pinna ad latera branchiarum

*Pinnæ.*

*Caput.*

*Dentes.*

*Partes interna Botatriſtis fluuiatilis fœmina.*

H

Digitized by Google




branchiarum vtrimq; vna nigricat: & aliæ duæ paulò inferius in pectore paruæ albicant. A podice exorta vna oblonga, paulò citrà caudam definit: item in dorſo oblongior alia vltra medium dorſum continua tendit: & alia ante eam minor caput verſus, quam pictor in icone per incuriam non expreſſit. Pinnæ omnes molles ſunt & ſine ſpinis. Caruncula ſub mento pili inſtar prominet. Cauda non bifurca, ſed circularis; nuſquam omnino diuiſa, ſed vbiq; ſibi inſtar membranæ continua: colore vario è fuſco & nigro. Dorſum tenerum albicat: latera iuxta dorſum minimis punctis nigris in colore ſubalbido diſtincta ſunt. Os aperitur hiatu rotundo. Totus piſcis ſine ſquamis & viſcoſus eſt. Maxillæ minimis denticulis ferratæ. Color ſubalbidus (linea ſubalba nimirũ) à capite incipiens, obliquè per latera caudam verſus procedit. Nam cauda in colore nigricante variat. Membranea verò caudæ extremitas partim nigricat, partim ſubflaua eſt. Lapillos duos in capite gerit albiſſimos & benè duros figura & magnitudine granorum oryzæ. Lacuſtris modò Triſſia (in Griſſio lacu capta) ab eodem conſiderata, huiuſmodi erat. Lõga dodrantes duos cum palmo ſilum ambiens ventrẽ, trium palmorum. Denticuli minimi, frequentes, vt ſerpentium. Superior pars oris duos ordines dentium habet, vnum ſcilicet interiùs in medio, cui infrà nullus reſpondet. Sunt & in intimo oris receſſu, duo denticulorum ordines ceu in maculis duabus. Branchiæ quaternæ. Squãmulæ rotundæ minimæ, quæ dum pellis cultro raditur, apparent: (in paruis verò generibus, tum fluuiatili, tum lacuſtri luteo minore, nullæ prorſus.) per cutim paſſim ceu foramina, ſeu puncta caua rotunda, conſpiciuntur; quæ ſi quis caput verſus validè radat, albiſſima videntur: ſin iterum caudam verſus, rurſus obſcurantur. In ventre meatus duo; vnus excrementi: alter genituræ: qui compreſſus lacteo ſucco manabat. Et rurſus aliâs alia ex eodem lacu, huiuſmodi: Subflaua punctis nigris. barbula à mento demiſſa, albicans. Ante initium pinnarum in dorſo carnoſa particula,

*Cauda.*

*Color.*

*Color.*

*Lacuſtris Triſſia.*

*Dentes.*

*Squamæ.*

*Alterius lacuſtris deſcriptio.*

mollis,teres,intuſque caua,prominet. Inde mox ſequitur pinna breuis,longitudine pollicis : deinde E2
*Pinnæ.* vna continua,octo vel nouem digitos longa. ab ea nudum pinnis dorſum eſt, per tres fere digitos: tũ ſequuntur aliæ duæ paruæ,triãgulares fere,inter quas digiti propemodum ſpacium intercedit : ex quibus infima & vltima,minor & caudæ coniuncta eſt. Fel ſubuiride: veſicula eius tum iecori, tum inteſtinis affixa. In ventriculo piſces duo integri erant,vterq; digitos ſeptem longus,tres latus: nec aliud quicquam. Pondus totius,vnciæ quinquaginta. Coctæ pellis ſubuiridi & deformi colore erat. caro albiſſima,bona,ſatis ſolida. iecur album,non,vt in minoribus,ſubruſſum,grande,ſuauiſſimum. In alia
*Triſſia fluuiatilis.* Triſſia parua,fluuiatili fortè digitos decem longa,pinnæ dorſi (inquit) ſic ſunt. Primùm, caruncula illa breuis non eſt,ſed pinnula digito breuior:& minimo ſpacio intercedente,alia duos digitos longa: deinde poſt ſpacium duorum digitorum,alia paullò breuior,media,& mox cauda. Rurſus ab hac differt alia,paullò longior(vt ſemel animaduerti: non enim ſimpliciter hæc accipi debent, quod ad magnitudines & colores:) cui minus erat flaui in corpore,plus nigri, & eius ſplendidioris. primùm enim
*Differẽtiæ à pinnis.* pinna illa breuis eſt,deinde vna longa continua vſq; ad initium caudæ. Ergo magna Triſsia lacuſtris, præter caruncularn illam,pinnas in dorſo quaternas habet: ex minoribus,nigricans binas:luteola verò maior ternas,minor binas: ſi modo ſpecies duæ ſint lutcolæ : quod accuratiùs conſiderandum eſt. Minoribus lacuum Triſsijs pinnæ in dorſo binæ,adeò propinquæ inuicem ſunt, vt vnica putentur : co- F
lore fuſco,non pulchro. Differentia à pinnis certior: nam colores multas ob cauſas variare poſſunt. Hæc itaque omnia Geſnerus. Conſtantiæ captam iſtiuſmodi generis Muſtelam tantam fuiſſe idem
*Magnæ vbi.* tradit,vt drachmis duabus cum dimidia venderetur. Prægrandes quoque in Rheno capi ſupra Acronium lacum in valle Rhenana dicta. Ad duas aut tres libras ſedecim vnciarum aliquando accedere. Nigriores fieri circa ripas dici; in profundo autẽ,vbi minus alget aqua,magis ruſſas. Muſtelas huius generis pulcherrimis diſtinctas coloribus,flauo,croceo,candido,roſeo, atro, oculorum pupilla nigra, parte ambiente cærulea,ante paucos annos in Bohemia captas eſſe,& Pragę propter pulchritudinem regi ſeruatas viuas in vaſe amplo aqua pleno, non ſine limo fundi. Earum unius iconem exhibet, quam ait maiorem eſſe proportione quam oportebat,& pinnulam dorſi anteriorem carere.

# NATVRA. MORES. COITVS. PARTVS.

*Voracitas.* Piſcis eſt voraciſsimus,nec vllus puto (inquit idẽ Geſnerus,) pro ſua magnitudine piſces maiores deuorat. Sæpè in paruis etiam piſciculi integri inueniuntur. Profunda ſemper petunt: adeo vt Albertus ſcribat,in lacu circa Conſtantiam ad trecentos paſſus ſub aqua hamis extra- G
*Aſtus.* hi. Piſcem doloſum & inſidioſum eſſe aiunt, fortè quia plerumq; in fundo degit, vel excauernis vel aliter latens ex improuiſo magna celeritate in prædam fertur,vt Muſtellæ etiam terreſtres ac feles ſolent. Scribit Chriſtophorus Encelius à piſcatoribus credi ore coire cum ranis aquaticis maioribus: ſi-
*Coitus.* cuti videmus ſæpè (inquit) animalia diuerſæ ſpeciei inuicem coire,&c. & neſcio quid ille ipſe piſcis ranini præ ſe fert ore, deinde pinnis inferioribus ad caput, colore, tempore coitus: poſtremò quod om-
*Encelij nugæ ac coitu horum piſciũ.* nium maximum eſt,ſtomacho. Depingit autem uentriculum huius piſcis cuius tamen figuram, qualem exhibet,doctis minimè pro uera uiuaq; obtruſerit. E medio enim uentriculo tria quaſi brachia articulata extendit;& ſingulis brachijs manum addit,palmam uidelicet,id eſt,latitudinem quandam, quæ in digitos quinq; ipſos quoq; articulatos,quales omnino humani ſunt, & longitudine impares finditur. Cæterùm ranæ per hyemem aliquando reperiuntur circa tepidiores aquarum ſcaturigines in ipſis lacubus,& aliquando cum Muſtelis piſcibus in profundo agentibus extrahuntur, ore eis adhærentes,tanquam exugendi gratia cibi. vt hinc fortè ſuſpicati ſint quidam hos piſces cum ranis coire.
*Partus.* Parere incipiunt menſe Decembri,aliàs tardiùs,aliàs citiùs in hoc menſe,pro caloris & frigoris ratione
*Vt capiãtur.* alicubi etiam in Ianuario. Soli piſcium ſenectute obcæcari creduntur. Capiuntur hamis ac retibus. H

# VSVS IN CIBIS ET MEDICINA.

Bonitas ſua vbiuis capta per ſe palato quidem gratiſſima,multò tamen gratior, lautiorq; habetur in puris rapidiſq; fluuijs capta, carneq; candidiore ac ſolidiore. Commendantur potiſſimùm Septembri menſe. Apud inferiores tamen Germanos, quorum amnes minus puri ſunt, tar-
*Iecoris laus.* dioreſq; fluunt,in contemptu ſunt. Cõmendantur autem potiſsimùm propter iecinora, in quibus tanta ſaporis gratia eſt,vt apud Turingos olim comitis cuiuſdam Bichlingorum matronam, omnes dicãt principatus ſui reditus in eorum delicias conſumpſiſſe. Laudantur hæc præcipuè ante Natalem
*Ova noxia eſſe.* Dominicum:circa partũ improbantur,quòd hoc tempore nonnullis in aquis grãdinoſa fiant. Oua aiũt ſemper valde noxia eſſe quibuſdam in locis,vt circa Neocomenſem lacũ Sabaudię. Caupones aliqui exciſis iecinoribus piſces viuos aquę reddũt, conſuto priùs vulnere. Coqui peritiores elixandũ hunc

piſcem

A Piſcem in vino frigido igni imponunt. Stendelius qui de arte coquinaria Germanicè teſte Geſnero ſcripſit: Muſtelæ (inquit) in ſartagine, aquę frigidæ immiſſæ, nec multum ſalſæ, optimè elixentur: & & tandem modico aceto, aut potius vino affuſo, parum adhuc ebulliant. Licebit autem vel feruidas apponere, vel in iure croceo frigidis. Ventriculum huius piſcis cum ſuis appendicibus miras habere vires tradit Encelius. Inueteratum enim, vt fit (inquit) in Saxonia à matronis, trahere mirificè ſecundas hærentes aut relictas in partu, in potu datum: & magni momenti eſſe ad omnia vitia matricis. In Sueuia paſſim in cauponis & diuerſorijs parietibus hærentes hi ventriculi circa Zetarum fornaces viſuntur, ab edentibus illuc reiecti, vt exiccati ſeruentur, & cum potione aliqua hauſti à colicis cruciatibus liberent. Colligi aiunt & oleum ex hepate ad ſolem vel ad fornacis calorem ſuſpenſo intra vas vitreum: clarum id oleum & flauum eſſe, aduerſus oculorum ſuffuſiones vtile, item nubeculas & maculas, quæ ab angulis oculorum naſci incipiunt. *Ventriculi vires.* *Oleum ex iecore.*

Muſtella foſſilis.

B



C

# DE PISCE FOSSILI.

## Cap. VIII.

GERMANI iſtiuſmodi genus piſcium quod non vno in loco ex terra effoditur, Beiſzker vel Beiſecker, Georgius Agricola Peifker, alij Meerputten appellant. Eruditi quidam Muſtelis cognatum putant, & Muſtellam foſſilem dicunt; ideoque nobis in hunc locum reiectus eſt. Longitudine eſt palmi, (vt Georgius Fabritius ad Geſnerum ſcripſit, addita hâc icone,) craſſitudine digiti: quanquam maiores etiam multò reperiuntur. Dorſum coloris cinerei, cum punctis multis, maculiſque tranſuerſis, partim nigris, partim cæruleis. In lateribus linea vtrimque nigra & alba. Venter flauus cum maculis albis, & punctis rubris ac nigris, tã paruis ac ſi acu factæ eſſent. Ab ore carneæ particulæ eminẽt, quas nando extendunt, extra aquam contrahunt. In Miſena trans Albim duobus locis, quod ſcio fodiuntur. Ad Polnitium amnem; prope Ortrantum: & ad Dobram riuum prope Hanam oppidum. Item in pratis ad Rederam fluuium copioſè effodiuntur, ſi flumen inundet. Ex terræ cauernis ingrediuntur etiam lacus & paludes. Cùm aquæ extra ripas excreſcunt, è terra prodeunt: aquis autem reſidentibus, in pratis campiſue relinquũtur, & vbi greges ſunt, relicti vorantur à ſuibus. Sordes amãt, & in cloacas, quæ alia purgari ratione nequeunt, iniecti, omnia conſumunt. Cùm in riuis paludibuſue capiuntur recentes, ſolent à tenuioribus etiam menſis adhiberi. Seruiunt in primis fraudi agyrtarum, qui eos edunt & vitris incluſos multitudini oſtentant pro ſerpentibus, quia forma à paruo ſerpente non multùm figurâ differunt. Sunt qui eos ſpirare putent. Vbi enim plures huius generis piſces ſimul ſunt, ſpumâ ſupra eos effertur. Vitro incluſi ore anguſto, creſcunt, & ſuo quodam ſucco viuunt vſq; ad ſemeſtre. Hæc ille. Cæterùm ne quis fabulam putet, lubet præterea aliorum rem teſtimonijs confirmare. Piſces foſſiles (inquit Georg. Agricola in libro de animantibus ſubterraneis) duorũ generum *Muſtela foſſilis.* *Deſcriptio.* *Color.* *Locus.* *Vſus.* *An ſpirent.*



Digitized by Google

inueniuntur, ſed intra terram nonnihil teretes, vt Anguillæ, ſed pelle carent tenaci: ſquamis etiam, vt & Gobij: duramq; nec admodum iucundam guſtui habent carnem. Maiores craſſi ſunt ferè duos digitos; minores, digitum. illi longi, circiter palmos quatuor: hi tres. Sonum edunt acutum. Eos pharmacopolæ in vitrum incluſos de trabe ſuſpendunt, vt ſpectaculum hominibus præbeant: longoque tempore alunt pane & alijs quibuſdam. Ex fluminibus autem, quæ currunt in locis paludoſis egreſſi per riparum venas longiùs penetrant & interdum in proximi oppidi cellas vſque ſubterraneas, in quibus vinum vel zythum ſolet condi. Hæc Agricola, & rurſus poſt recitata Theophraſti verba de piſcibus foſſilibus, ſubdit: Verùm nullos piſces, qui in fluuijs verſari ſemper ſoliti fuerunt, poſt inundationes in locis ſiccis, relictos ſubire terram videmus, ſed omnes de vita decedere. Itaque cùm foſſiles piſces etiam in locis quos non inundauit aqua, ſoleant inueniri, certum eſt illos eò per venas & fibras penetrare. De qua re vltra Albim Orteranti, quod oppidum eſt ad Polſenicium fluuium, diligenter aduerti. De natura atq; ortu foſſilium piſcium multa Theophraſtus in fine libelli ſui de piſcibus habet, quæ licet planè ignorem, an priuatim ad hîc depictum piſcem pertineant, huc referre vel ideo operæ pretium puto, quod eius hiſtoriam non mediocriter illuſtrare queant. *Piſces* (inquit ex interpretatione Geſneri) *alicubi foſſiles ſunt, vt circa Heracleam & alibi in Ponto. Naſcuntur autem circa fluuios, & aquoſa loca, quæ cùm ſiccantur (certis temporibus) paulatim, piſces ſubinde humorem ſectando terram ſubeunt: qua demum ſiccata, remanent in ea, veluti vini ſepulti, vel vt animantia quædam in ſuis latibulis hyeme condita durant, ſine ſenſu ferè & motu torpida. Quod ſi loca illa, priuſquam denuo aqua accedat, fodiantur, piſces illi mouentur. Sic & in Ponto contingit piſces glacie & gelu occupari, neque ſentire, aut moueri prius, quàm in ollas coquendi injiciantur. Præ cæteris autem Gobio hoc accidere videtur. Ferè autem foſſiles piſces fiunt, eò quòd ab inundatione fluuiorum, in locis quæ reſiccantur, vel oua, vel alia principia gignendis idonea piſcibus relinquantur. Nonnulla enim non ex ouis oriuntur, vt Anguilla & Centriſcus. Et hoc in Heraclea circa Lycum fluuium contingit. Principia autẽ hæc in terra relicta, perficiuntur, durantq;. Neque abſurdum eſt hos piſces durare. Multa enim huiuſmodi animantium exiguo egent nutrimento, ſicuti ſerpentes quoque, & quæ latibulis ſe abdunt. Primùm ſcilicet ipſa oua humore è terra manante, deinde eodem nati ex ouis piſces nutriuntur. Ad magnitudinem tamen aliquam eos excreſcere neque veriſimile eſt, neque fertur, cùm & loci angultia & alimenti penuria impediant. Cæterùm durare in aëre hi piſces non aquè valent, ac illi qui ab aquis ad paſtum egrediuntur; qui ſcilicet exigua refrigeratione, & quæ ab aere eis præſtari poſſit, indigent: nam vel ipſa branchiarum angultia indicat, non multa refrigeratione eis opus eſſe: quamobrem & Anguilla tum in aere multum temporis vivit, tum in aquis turbidis illicò ſuffocatur. Et ſimiliter foſſiles piſces à terra eos ambiente quantum ſatis eſt, refrigerantur. Sed quod circa foſſiles in Paphlagonia piſces contingit, peculiarem & abditam rationem habet. Illic enim profundè admodum multos & bonos piſces effodi aiunt: cùm neq; inundare aquam amnium ys in locis neq; aliter colligi animaduertatur, vnde ſeminia & principia generationis relinqui dicimus. Reliquum eſt vt ſua ſponte naſcantur, idque continuò. Neq; enim coire inter ſe poſſunt. Aut igitur hoc fieri exiſtimandum eſt ratione loci, qui humidus ſit, & omnino ferax huiuſmodi piſcium propter certam calidi humidique commoderationem. Oriuntur autem quandoque & aly quidam piſces ſponte; aut humores quoſdam alicundè manare cogitandum eſt, qui generationis principia ſecum adferant: quæ mox locus idoneus & recipiat & alat. Præterea hoc inquirendum de vtriſque, tum illis qui in aere viuunt, tum foſſilibus, vtrum in aquam immiſſi viuere valeant, an in proprio duntaxat loco, qui eis naturalis ſit, ſicuti ſua & marinis & fluuiatilibus aqua. Nam ex his quoque non niſi pauci mutationem ſuſtinent. Nam qui in aquis reſiccatis terram ſubeunt & qui glacie gelati detinentur, vs familiarem eſſe humorem magis quàm alijs (è foſſilium genere) conſtat. Ergò piſcium aly ſimplicis naturæ videri debent, aly amphibij ſecundùm Democritum, vt & alia quædam animantes. Vtuntur enim aere quadam ex aquaticis) vt prædictum eſt.* Hucuſque Theophraſtus, ex quo multa tranſtulit [a] Plinius quæ quòd huius argumenti ſunt, omnino referam. *Circa Heracleam & Cromnam* (aliàs additur, & Lycum amnem: probè nimirum, mox enim ſequitur, *eodemq; Lyco amne,*) *& multifariam in Ponto vnum genus eſſe Theophraſtus prodit, quod extremas fluminum aquas ſectetur, cauernaſq; faciat ſibi in terra, atq; in his viuat, etiam reciprocis amnibus ſiccato litore, effodi ergo: motu demum corporum viuere eos approbant. Circa Heracleam eandem eodemq; Lyco amne decedente, ouis relictis in limo generari piſces, qui ad fabula petenda palpitent, exiguis branchijs, quod fieri non indigo humoris, propter quod & Anguillas diutius viuere exemptas aquis. Ova autem in ſicco maturari, vt teſtudinum. Eadem in Ponti regione apprehendi glacie piſcium maximè Gobiones, non niſi putinarum calore vitalem motum faſentes. In his quidem, tametſi mirabilis, eſt tamen aliqua ratio. Idem tradit in Paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis terrenos, altis ſcrobibus, in his locis, vbi nulle reſtagnant aquæ, miraturque & ipſe gigni ſine coitu. Humoris quidem vtrumlibet ineſſe, quam (qualem &) puteis arbitratur, cùm in nonnullas reperiantur piſces. Quicquid eſt, hoc certè minus admirabile ſalparum facis vita ſubterranei animalis, niſi forte vermium terrenarum & piſcibus natura eſt.* Sic Plinius.

*Carnis qualitas.*

*De natura & ortu foſſilium piſcium.*

*Locus.*

*Piſces congelati in patinis reuiuiſcunt.*

*Gobio.*

*Ortus.*

*Vt refrigerentur.*

*Non coire.*

[a] *L. 9. c. 57.*

A

# DE LAMPETRA FLVVIATILI. Cap. IX.

## NOMENCLATVRA.

**Lampetra fluuiatilis Geſneri.**

B

C

D

HAbent & fluuij nonnulli exiguas Lampetras, quas Galli ob paruitatem Lampryons & Lamprillons quaſi paruas Lampetras dicunt, Tholoſam apud quos abundant Charillous, à titillatione, vt Geſnerus tradit, propterea quòd cùm manu tenetur, quaſi titillationis ſenſu varijs fluxibus videtur contorquere ſe & elabi. Germani nomine cum marina communi Neunaug, quaſi eneophthalmum, Bohemi & Poloni Neynox & Naijnox. Nobis puto incognitus piſcis eſt. *Lampetra parua.*

## FORMA. DESCRIPTIO. LOCVS. CIBVS.

MArinis (inquit Rondeletius) partibus internis & externis & colore ſimiles, ſola magnitudine differunt: quædam enim magnitudine ſunt digitali: aliæ vermibus terreſtribus craſſioribus aſſimilantur. Caro eſt tenax, ſpina nulla; pro ſpina dorſi, vnus continuus neruus cauus quo humor albus continetur, ſimplex, abſque vllis neruorum coſtarumué ramulis. Inteſtina tenuiſſima. Ventriculus vix apparet: nec mirum cùm ſolo ſucto viuat. Foramen in capite ſuprà, ſicut Lampetræ maiores habet. In fluuijs & riuulis, in quibus capiuntur, naſci vel indeliquet, quòd nullis marinis Lampetris ibi aditus patere poſſit, cùm neque illi in mare confluant, neque mare cum ijs vlla parte ſit coniunctum. Capiuntur ſæpius reti cum Varijs ſiue Phroxinis piſciculis. Veſcuntur luto & aqua, ijſdemque locis degunt quibus vermes: Iconem à Rondel. exhibitam ſponte reliquimus, quòd marinæ ſimillimam eſſe dicat. Hæc autem Geſneri eſt, qui à Rohdeletiana differre putat. Parum accuratè facta eſt.

*Caro.*

*Ventriculus.*

*Locus.*

*Cibus.*

## VSVS IN CIBIS.

CArne eſt molli, glutinoſa, excrementia, ingrati ſaporis. Februario & Martio menſibus ad cibum præfertur, Exenterari non ſolet. Editur frixa & elixa, ſuauioribus aromatis, additis oleo & omphacio, condita. Sic apparata ab ijs qui gulæ delicias ſectantur, magis commendatur quàm à medicis.

*Apparatus.*



Digitized by Google

# DE VARIO, SEV PHOXINO LÆVI. Cap. X.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Phoxinus Bellony.*

DE Phoxino Ariſtotelis verba infrà recitabimus, eadēmq; quibuſuis piſcibus qui ſine maris opera pariunt, aptari poſſe oſtendemus. Bellonius hîc depingendũ piſciculum pro Phoxino exhibet. Romani Morellam dicunt, quòd nigris punctis & tenuiſſimis lituris ſugilletur, Florentini ſimiliter Pardellam. nam & Pardalis quadrupes maculoſa eſt, & eiuſdem nominis Cetus: (Gallitem eandem ob cauſam Veronum) alicubi etiam in Hetruria Ionétium, fortè quòd inter iuncta & arundineta verſetur, Mediolanenſes Esbrefon, alibi Infubres Sanguinerol a rubore: aliqui Fregarolũ, vt ſcribit Cardanus. Quod poſtremum nomẽ Bellon. indutum eſſe putat, quòd ferè ſemper ouis prægnãs ſit: ſed veriſimilius eſt, ſic dici, quod ſugi oleo vel butyro ſoleat. Rondeletius a Græcis quibuſdam ἡυθρόφθαλμον vocari tradit, ſed rerum veterum an recentiorum, non addit. Ego hoc nomen apud neminem inuenio. B

## FORMA. DESCRIPTIO.

*Color.*

*Bellonius.*

DIuerſis toto corpore coloribus depingi hunc piſciculum ex diuerſis in primis nomenclaturis oſtendi poteſt. Dorſum (inquit Rondeletius) aurei ſplendoris eſt, venter argentei, latera purpuraſcunt. Cauda in pinnam auream & latiuſculam deficit. Cute læui integitur, punctis notata, nigris nempe. Pinnæ laterum multùm ad ventrem tendunt: quarum radices, quæ corpus pertingunt, rubro ſunt colore perfuſæ, inde Sanguinaria dictus. Nigricat quoque in tergoribus per interualla. Linea quæ latera vtrimq; ſecat, arcuata eſt. Digiti longitudinem ſeu palmum, nunquam excedunt. C

Phoxinus Bellonij.



## LOCVS. NATVRA. VSVS IN CIBIS.

*An omnes famina.*

*Caro.*

CIRCA lacuum & fluuiorum oras aquis ſtagnantibus capiuntur reticulis, Bellonius ouis ſemper prægnantes eſſe aſſerit, ideoque Ariſtotelis Phoxinum eſſe autumat. Geſnerus verò ſexu diſtingui dum ait, coire inuicem etiam inſinuat; quin, quod ſi (inquit) Phoxini, minimi illi piſciculi ſint; nil mirum ſi propter paruitatem mediocres etiam ex eis nuper nati videantur. Verùm nec ipſe Ariſtoteles ſimpliciter nuper natos, ſed verbis, ὡς εἰπεῖν, id eſt, propè dixerim, additis, grauidos capi tradit. Veriſimile eſt autem tantillos piſciculos, ſicut & mures inter quadrupedes, breui tempore perfici & generare poſſe. Carne eſt molli & ſatis ſuaui. H

DE

A

# DE SALMERINO. Cap. XI.

## NOMEN. ETYMVM.

TRIDENTINI piſcem ſibi peculiarem, Salmerinum nuncupant, nomine, vt conijcio, à Salmone detorto, quocum carnis rubedine conuenit: atque fortaſſis Salmerinus dicitur, quaſi Salmo lacuſtris. Lacus enim Germani, ſimiliter ac ipſum mare, mer dicunt per e longum. Saluianus Salmarinum vocat, additque Salamandrinum quoque nominari. *Nominis ratio.*

## FORMA. DESCRIPTIO.

PIſcem hunc in ipſo natalis Saluatoris humani generis ieiunio, anno ſuperiori, qui fuit vndecimus ſupra milleſimũ ſexcenteſimũ, acceptum ab Illuſtriſs. Cardinale Carolo Madrucio, Tridenti Principe, Domino meo colendiſſimo, ſic deſcribebam. Corporis forma, pinnarum numero ac ſitu cum Truttis ac Salmonibus ferè conuenit: cæterùm ſquamis caret; etſi ſquamoſum eſſe profiteatur Saluianus. Capite eſt rotundiuſculo, retuſo roſtro. Oculorum pupillam nigram aureus, qui in mortuo poſtea fuit ruberrimus, circulus ambit, ac quàm maximè ſplendens. Ante eos foramina duo, auditus vel olfactus inſtrumenta, rotunda, manifeſta. Oris maxilla inferior nonnihil recurua, vnco ſurſum vergente: eſtque tota ea mandibula alba. Lingua eiuſdem coloris; item palatum. Totum os inſigniter dentatum. Piſcis ipſe rotundus potius, quàm latus eſt. Pinnæ ſunt numero ſeptem, omnes ſine aculeis, quinque ſupino, binæ prono corpore: iuxta branchias duæ, totidem in medio ventre, quinta ac poſtrema à podice, longæ omnes ac latæ. Quæ ad branchias ſunt, triplici colore prædítæ, vbi enim longiores ſunt, hoc eſt, in ipſo exortu, albicant, mox totę rubent, exceptis neruis qui nigricant, reliquæ tres ſicuti in exortu magis quam illæ albent, ita quoque rubedo in his intenſior eſt, nigredine verò planè carent. Priores quatuordecim nèruis conſtant, ſubſequentes nouem, nouiſſimę decem: quæ verò in medio ferè dorſo conſpicitur, duodecim neruos habet: altera non longè à cauda, C ijs caret, mollis & cutacea, vt in Truttaceo genere; maleq; ḕu neruoſa à Saluiano expreſſa eſt: vtraq; dorſo concolor, id eſt nigricans. Cauda lunata eſt, eiuſdem coloris, non rubra, vt ille ait. Podex in imo ventre iuxta exortum poſterioris pinnæ. A branchijs ad caudam linea exilis, rectà ad caudam vſque fertur, aſperiuſcula. Latera nonnihil albicant, & nunc rotundis, nunc oblongis, iiſdemq; nunc maiuſculis, nunc exiguis maculis ſubfului coloris conſperguntur. Totus venter coloris fermè crocei, aut vulgaris minij. Vterum habet admodum procerum atque latiſſimum, vtpote qui totam corporis capacitatem occupat, ouis refertus eiuſdem ferè magnitudinis, fuluis auroque reſplendentibus, margaritas aureas diceres. Inteſtina alba pluribus circumuolutionibus intorta. Iecur breue, latum, vnico duntaxat lobo conſtans, flaueſcens. Veſicã fellis inuenire non licuit. Lien maiuſculus ex atro rubens. Ventriculus longus & camoſus. Caro, vt in Salmone, rubra. Longitudo totius piſcis à capitis initio ad caudæ extremum ſpithamas binas explet. Addiderat Illuſtriſſimus heros, binos alios, quos mares eſſe per litteras ſignificabat, deſcripta fœmina, & breuiores & exiliores. Iconem ſequens pagella dabit.

*Forma.* *Squama.* *Caput.* *Os.* *Pinnæ.* *Cauda.* *Color.* *Vterus.* *Inteſtina.* *Longitudo.*

## LOCVS.

B

FLuuiatilis piſcis eſt (inquit Saluianus) in frigidiſſimis ac ſaxoſis fluminibus naſcens: Non tamen in omnibus aut quàm plurimis reperitur, ſed in paucis ſolùm quibuſdam. Naſcitur enim in flumine cuiuſdam loci vulgò Valde non dicti, circiter viginti millia paſſuum à Tridento diſtantis: atq; in alio fluuio quem Briſſinam, qui quadraginta millia paſſuum à Tridento diſtat, vbi etiam crebriores procreantur. Hæc ille. Atqui Illuſtriſſimus Cardinalis lacuſtrem piſcem eſſe mihi per literas affirmauit, & niſi in lacubus montium Tridentinorum capi, quare conijcio Valdenon & Briſſinam lacuum, non fluuiorum nomina eſſe.

NATVRA.

Digitized by Google

# NATVRA. MORES.

NOn coit vero tempore, vt idem Saluianus arbitratur, ſed in fine Nouembris, & menſe quoque Decembri, quare & æſtate parere, vt ille vult, vero haud ſatis conſonum videtur. Veſcitur piſciculis, & in eorum inopia aquarum recrementis. Singuli ferè capiuntur, vnde ſolitarium potius quàm gregalem eſſe credi poteſt.

Fillus.

# VSVS IN CIBIS.

PIſcis eſt, ſi quis alius (inquit in literis ad me Cardinalis) delicatiſſimus. Caro ei tenera quidem, & quæ breui tempore putreſcit, pinguiſque, ſed minimè viſcida, ſatiſque friabilis, atque adeo boni ſucci & quæ facilè concoquitur à ventriculo. Parari vario modo poteſt: quouis autem modo paratus, ſuauiſſimus eſt, & lautiores diuitium menſas duntaxat dignatur.



A

# DE FLVVIATILIBVS SQVAMOSIS ET PRIMVM DE TRVTA FLVVIATILI. Cap. XII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

B Fluuiatiles cæteroſque dulciũ aquarum piſces licet antiqui ferè præterierint, tãquam marinis deteriores: ſunt tamen non pauci, quos noſtra ætas maximoperè celebrat, illiſq; etiam præferre non veretur, quales ſunt Trutta, Carpio, Salmerinus, ſimileſq; alij. Trutta, ſiue vt Platina ſcribit Truta, ſiue Trotta Italicum nomen eſt, à Gallis, quibus Troutte, vel potius Truette, vel ab Anglis quibus à Trute vel Trovvt appellatur, acceptum. Rhæti qui Italica lingua corrupta vtuntur, Criues vocant, teſte Geſnero. Scoppa grammaticus Italus Torentinam nominat, rectiùs Torrentinam vocaturus, à torrentibus nimirum: in his enim & riuis montanis abundat. Germani alijs in locis aliter atque aliter proferunt, ein Fore, Forhen, Forine, Forell: Belgæ verò Voren dicunt; Bohemi Pſtruh, Poloni Pſtrąs. Trutas Platina putat à trudendo quaſi truſiles vernacula lingua dictas; quoniam ſemper in aduerſum & impetuoſum flumen nitatur, aduenientes vndas ſuperare contendens. Geſnerus Germanicum vocabulum arbitratur, quibus trut, gratum ac deſideratum ſignificat: & quamquam ipſi aliud (vt diximus) huius piſcis nomen (inquit) vſurpant, potuerunt tamen ab ipſis, vti & alia quædam olim, Itali & Galli hoc nomen mutuari, quo tempore Gothi præualebant. Noſtri ſpeciem Truttæ lacuſtris, quam Galli Vmblam, à rubicundo colore, Roote nominant: à quo colore, ſiue ſimpliciter, ſiue propter maculas in pleriſque, aut carnem in aliquibus, rubentes, genus totum Rotta, vel T. præpoſito Trotta, vt Itali proferunt, denominari potuit. Hęc ille. Cæterùm & D. Ambroſij tempore, quod fuit ante Gothorum imperium Truttam vocatum fuiſſe hoc genus piſcium vel ex ipſo Ambroſio conijci poteſt, qui vulgaris nomenclaturæ vicinitate deceptus veteribus Troctam, quæ Amia eſt, vocari credidit. Ipſe enim

*Torentinæ.*

*Trutæ vnde dictæ.*

*Troctæ D. Ambroſij.*

C Troctam vocat in Hexameto, vel, vt Geſnerus citat, Truttam. Antiquis cognituſné ſit an non, alij aliter ſentiunt. Grapaldus nullam eius in veteribus ſcriptis memoriam extare miratur: & Hermolaus quoque quid ſit, ignorare ſe profitetur, in epiſtolis Politiani. Eorum verò qui non incognitum fuiſſe putant, alij aliter ſentiunt: Maſſarius eorum ſententiam improbat, qui Truttam Auratam veteribus dici voluére, item qui Percam fluuiatilem Auſonij vocant, quoniã & in delicijs habeatur, & Pherca ferè quaſi Perca Germanis dicatur. Carolus Figulus eiuſdem Auſonij Thedonem eſſe ſuſpicabatur: cæterùm vnde & ipſe induci potuerit, neſcio (inquit Geſnerus,) niſi aliquam fortè literarum ſimilitudinem ſomniârit: quæ vt nulla eſt, ita ſi vel maxima eſſet, nihil concluderet. hoc enim abſurdum, quòd eundem piſcem non modò Thedonem (cuius tamen ſeorſim Auſonius meminit,) ſed Salarem quoque & Farionem ab Auſonio vocari putat. Gillius quidem, Bellonius, item Rondeletius & alij nonnulli docti eius poëtæ Salarem etiam pro Trutta habent. Mihi, vti etiam in Salmone ſcripſi, Salar paruus Salmo eſt, id quod poëta clariſſime indicat, inquiens:

*Thedo Auſonij.*

*Salar Auſonij.*

*Qui necdum Salmo, nec iam Salar, Ambiguuſque — Amborum medio Fario intercepte ſub æuo.*

nam quod pro Trutta argumentum ipſi adferunt, —— *Purpureiſque Salar ſtellatus tergora guttis*, non minus Salmoni paruo quàm Truttæ conuenit: vterque autem in Moſella reperitur, etſi Saluianus dempta Trutta, quę in Moſella ſatis frequens ſit, nullum reperiri piſcem in eo flumine dicat, cuius tergora ſtellata ſint purpureis guttis. Farionem quidem vel (vt plerique legunt,) Sarionem, Truttam lacuſtrem vel Salmonatam, vt vulgò aliqui nominant, Bellonius & Rondeletius eſſe ſuſpicantur; quòd ea, vt Auſonius ſcribit, magnitudine inter Salarem, & Salmonem media ſit. ſed cogitare debebant (inquit idem Geſnerus) Auſonium de Moſellæ fluuij piſcibus loqui: Truttam verò Salmonatã, piſcem eſſe lacuſtrem, non fluuiatilem. Itaque ego (inquit) vt Salarem, Salmonem paruum interpretor: ita Farionem ſimpliciter Truttam, ſiue Truttam fluuiatilem. Ex hac enim ætatis progreſſu Salmonem fieri Auſonius exiſtimaſſe videtur, vulgarem quorundam perſuaſionem ſecutus; nam & obſcurus quidam author, cuius de animalibus libri extant: Trutta (inquit) vt fertur quamdiu minoris ætatis & corporis exiſtit, in aquis tantùm dulcibus nutritur: cùm autem excreuerit, & deſcendens vſque ad confinia maris de ſalſedine eius biberit; Salmo efficitur: quod tamen verũ eſſe nequaquam ab omnibus aſſeritur. Ergo ſi Salarem & Farionem, pro ijs quos dixi piſcibus, accipiamus, ſimplex fuerit Auſonij error, è Farione, id eſt Trutta, Salmonem fieri putantis, vt alij quidam. Sin Salarem

*Trutta Salmonata non eſt Sario.*

*Trutta in Salmonem abire creditur.*

Truttam,

Truttam, Farionem verò Truttam Salmonatam fecerimus, duplex illius error fuerit: tanquam è Trutta fluuiatili, Salmonata quæ lacuſtris eſt, naſcatur; & rurſus è Salmonata, Salmo: quorum vtrumque vt falſum eſt, ita nec hodie à quoquam perito creditur, nec olim tam imperitos homines fuiſſe puto, qui ita iudicarint. Fario etiam (ſi ita potius ſcribendum eſt quàm Sario, vt Figulus & alij quidam rentur,) ipſo nomine ad vulgarem Germanis nomenclaturam accedit. Aliqui Truttam Latinè Varium vocant, quod nomen ſimiliter & cum Germanico facit, & punctorum in hoc piſce varietatem denotat: alij maiorem Varium: vt alium diuerſi generis piſciculum, Varium minorem, de quo in corollario de Phoxinis diximus. Galli enim Veronum nuncupant. Ab hoc etiam diuerſum piſcem, Gobium fluuiatilem Auſonij, varium & maculoſum, Placentini Varon, Mediolanenſes Vairon appellarit. Alius etiam Græcorum Pœcilias à varietate dictus. Quamobrem vt declinemus homonymiam, Truttam Varij nomine vocare non placet: vti neq; Turturis, quod nomen recentiores quidam ei attribuunt, ſine authore: cùm Paſtinaca etiam marina ſuperioribus ſeculis Turtur appellata fuerit. Hęc itaq; Geſnerus, cuius de Farione ſententiam inuitus ferè amplector, inuitus inquam, quòd Auſonium diſertiſſimum poëtam erroris inſimulare omnino erubeſcam: cæterùm cùm qui tandem alius ipſi Trutta eſſe queat, quam tamen prętereiſſe vero non eſt conſonum, vtpote in Moſella haud infrequentem, non conſtet, mutata ſententia (opinabar enim mediæ ætatis Salmonem eſſe, vt verba eius manifeſtiſſimè indicant) cum Geſnero ſentio Farionem Truttam eſſe. Idem Iouius ſuſpicabatur, Luporum alios varios a Columella dictos, fluuiatiles eſſe & in fluuijs naſci, neq; alios eſſe quàm Truttas: vnde & Truttam (inquit) ab aliquibus inglorijs authoribus Varium maiorem appellari videmus. Certè Trocta admodum varia eſt, nigricantibus (de lacuſtri ſentire videtur, nam fluuiatiles raræ vel raris in locis maculis nigricantibus inueniuntur,) maculis totum dorſum ſpeciosè pingentibus. Spigolæ (Lupi) verò vnicolores potius atq; argenteæ eſſe videntur. quanquam & ipſæ veluti ad retinendam Lupini generis appellationem ſubatris punctis, ſed minoribus & languidioribus, quam in Truttis videamus, notata ſint. neq; enim arbitrandū eſt Columellam per Lupos traductos in Ciminum & Sabatinum lacus, vel Truttas vel Lucios intelligere voluiſſe. Superuacaneum enim fuiſſet Truttas indidiſſe, quarum maximam copiam ſuburbani amnes omni anni tempore ſuggererent, vt ex Reatinis, Sublaqueanisq;, vt ex ipſo Tiburtino Aniene quotidie videmus. Præterea neq; Romanæ luxuriæ; neq; admirabilioris magnificentiæ fuiſſet, alios quam pelagios piſces illis in lacubus diſſeminaſſe. de marinis enim Columella loquebatur, & quidem nobiliſſimis, vt de Auratis & Murænis ſimul cum Lupis ipſis clare teſtatus eſt; quos tamen omnes deficiente paulatim eorum ſobole, cùm diù naturæ repugnare nequiuerint, penitus interiiſſe videmus. Improbumq; illud factum & dictum luxurioſum Philippi apud Caſſinatem hoſpitem, certiſſimam facit coniecturam, Lupum illum, quem vt inſulſiſſimi lapidis exuperat, & probro ſubinde fuerit proſecutus, fuiſſe Truttam: cùm in illis amnibus Caſſinatium, Soranorum, & Arpinatium Trutta plurimæ capiantur, quas Spigolis Tyburtinis pinguioribus minime comparandas Philippus eſſe iudicabat. Plinius quoq; aliquos Lupos à candore Lanatos appellari dicit, & illud quidem propriè & eruditè. Nam Lupos, id eſt Truttas in vniuerſum ſecundum carnes rubeſcere: Spigolas autem pelagias pariter ac Tyburtinas inſigni candore albicare clariſſime conſtat. Cæterùm Truttam non facile in Tyberi reperies, ſicuti nec ipſam Spigolam alijs in amnibus vbi propinquis, Hucuſq; Iouius, cuius ſententiæ Saluianus etiam ſuffragatur; Truttæ piſcis Græcorum nemo, quod quidem ſciam, mentionem fecit, inquit Saluianus) Latinorum verò etſi nonnulli meminerint, non omnes tamen eodem eum vocarunt nomine. Columella enim inquiens: *Tum ſine macula (nam ſunt & vary) Lupos includemus*; Lupos varios Truttas noſtras vocare videtur. Nam vti nullum Luporum maculis ita inſignitum videmus, vt varius dici poſſit: ſic piſcium qui maculārum ratione, quibus depicti ſunt, varij vocari merentur, nullus eſt qui potius quam Trutta ad Lupi accedat ſimilitudinem. Verùm ne ſolis videamur coniecturis inniti, Iſidorum Hiſpalenſem, in recenſendis rerum nominibus, quibus tempeſtate ſua vtebantur (vixit autem plus octigentis ab hinc annis,) teſtem haud contemnendum conſulamus. Cùm enim ſcribat: *Piſcium nonnulli à colore appellantur, vt Vmbra quia colore vmbra ſunt: & Aurata, quia in capite auri colorem habent; & Varij à varietate, quos vulgò Truttas vocant*: apertiſſimè noſtræ ſubſcribit opinioni. Hoc tamen (ne quiſpiam nominum decipiatur ſimilitudine) animaduerti debet, piſcem etiam illum, τὸν γαλεὸν quem alij Aſteriam, id eſt, Stellarem vocant, ποικίλον, hoc eſt varium vocari ab Athenæo: (cognominatur is potius quam vocatur varius,) Pauſaniamq; & Euſtathium piſcem quendam vocalem in Aemo fluuio repertum, ποικιλίαν, ideſt, varium vocari, ſcriptum reliquiſſe: vt latiùs octageſima prima hiſtoria pertractabimus. (Atqui in ea hiſtoria de Turdo ſcribens, ἀιολίλω cognominari meminit: vt & Coracinū ἀιολίλω, & Scarum ἀιόλον, id eſt, varium: de Pœcilia nihil.) Præterea Plinius Valerianus ille qui libr. de morbis atq; remedijs conſcripſit,[a] Truttam vocauit dicens, *Piſces de flumine qui petram habent, vt Trutti & Squalci, comede.* Deinde etiam D. Ambroſius Truttam appellauit, ſimiliter vt Iſidorus, vulgarem nomenclaturam eſſe teſtatus, his verbis: *Piſcium alij ova generant, vt ij quos Truttas vocant*

*Varius.*

*Turtur.*

*Lupus varius an Trutta ſit.*

*Varius maior.*

*Saluiani opinio.*

*Piſces à colore dicti.*

[a] *Lib. de remed. c. 43.*

A vocant. Hæc Saluianus. Truttas verò noſtras non eſſe Lupos varios, ſeu maculatos, Rondeletius docet, tum in Lupi, tum in Truttæ fluuiatilis hiſtoria. Ego quid de Lupis varijs ſentiam, in Lupo expoſui. Geſnerus Rondeletij ſententiam à noſtra nonnihil variantem, at in hoc eandem quòd Lupus varius à Trutta differat, contra Iouium & Saluianum defendit. Saluianus Iſidori verbis nititur, quę ſunt: *Piſcium nonnulli à colore appellantur, vt varij à varietate, quos vulgò Truttas vocant.* Sed aliud eſt (inquit Geſnerus) varios dicere, aliud Lupos varios. Equidem Iſidori ſeculo piſces qui vulgò nominabantur Truttæ, ſicut hodieq; Gallis & Italis, à literatis hoc ceu barbaricum aſpernatis, Varios vocatos credo, non tamen priſcis Latinis idem nomen pro hoc piſce in vſu fuiſſe. Eidem Geſnero tamen) [b] Aelianus in Aſtræo Macedoniæ fluuio piſces colore vario diſtinctos, (ποικίλους χρόαν κατασκίλλους) nomine ab incolis Macedonibus interrogando, gigni referens, qui peculiares quaſdam in fluuio muſcas, circa ſummam aquam volitantes, appetant, Truttas intelligere videtur; vtpote piſces (inquit) fluuiatiles, varios, & muſcarum etiam, ſicut & aliorum vermium, appetentes. poſſunt autem facilè, cùm ſaltu valeant præ cæteris piſcibus, muſcas quoq; extra aquam volitantes arripere. Addit Aelianus piſcatores pro his muſcis purpuraſcente lana hamum veſtire, & gallinaceas pennas duas cerei coloris addere, vt piſces decipiant, qualibus dolis etiamnum ad piſces quoſdam capiendos vtuntur, Thy-

[b] *Li. 17. c. 11. Varij Aeliani qui.*

B mallos præcipuè & Truttas. Græcum equidem vetus Truttæ nomen, tum Aeliano, tum viris hâctenus eruditis & ὀνοματοθήραις ignoratum omnibus, primus ego noſtro ſeculo deprehendiſſe mihi videor: vt ſuprà etiam oſtendi, hîc aliqua ex parte repetam, non ſine auctorio philologiæ. Mneſitheus apud Athenæum in octauo Truttas appellauit Pyrantas. *Ex fluuiatilibus* (inquit) *optimi ſunt qui in rapidiſſimis fluuijs verſantur, vt pyruntes* (οἱ τε πυρῦντες: malim ὡς οἱ πυρῶντες) *His enim non gignuntur niſi in rapidis & gelidis fluuijs, & facilius quàm cæteri fluuiatiles concoquuntur.* Natalis de Comitibus, nimium plerumq; hîdus interpres, οἱ τε πυρῦντες legit & tranſtulit, quiq; rubeſcunt: Mihi placet ſubſtantiuum eſſe nomen, quo piſces quorum meminit, tanquam eorum qui vel præ cæteris præcipites, ac gelidas aquas ſequuntur, appellentur. meritò autem Pyrûntas, id eſt Truttas præcipuè nominauit. Has enim ſcio in fluuijs quibuſdã ſeu riuis montanis aſperioribus, vbi nullus alius piſcis viuit, (ſiue, propter locorum frigiditatem, ſeu potius præcipitia,) ſolas reperiri. Πυρόω verbum actiuum, vrere, incendere, vel igne examinare ſignificat; inde participium Πυρῶντες formari poteſt à recto πυρόων, Πυρῶντες verò piſces nomen eſt ſubſtantiuum à recto πυρόης, qui contractus effertur πυρῆς: & vel adiectiuè calidum, ignitum, rutilum ſignificat: vel ſubſtantiuè accipitur pro ſtella Martis, quæ rutilat colore: pro Trutta piſce rutilo: pro ſtella enim ſubaudiri poteſt ἀστὴρ, pro piſce ἰχθύς. Sic & placentarum

C nomina in όης, vel ῆς contractè, Græci habent, vt genus, πλακόης: vt ſpecies, τυρόης, πυραμόης, σησαμόης: ſubaudirur autem ἄρτος, id eſt, panis. Οπόης ciuitatis nomen eſt, Σιμόης fluuius: & hæc quidem contrahuntur ferè alia non item, vt ὀρόης & καρόης, ni fallor, vt neq; ea quorum antepenultima cùm ſit longa, in penultima quoq; pro, o. breui, o. magnum accipiunt, quale eſt ὠτώης, quod annotauit Euſtathius. A maſculinis in όης, fœminina terminatio fit in όεσσα, contractè ῶσσα, vel Atticè, ᾶττα, vt μελιττῶττα, ὠτῶττα. quo exemplo Truttam noſtram non ſolùm maſculino genere Pyrânta, ſed etiam fœminino Pyrûſſam aut Pyrûttam nominare licebit; & quidẽ ad Latinam inflexionem commodiùs. Videri ſanè poteſt Germanicum etiam nomen Forine, quaſi Furine ab igne factum hoc eſt, rutilantibus igneo colore maculis: quanquam & caro in nonnullis eodem colore eſt. Quòd ſi quis Germanicum nomen à Latino varius deducere malit, non refragabor, hoc tamen audiet, præſtare Germanicis nominibus de ſua lingua originem petere, præſertim cùm pleroſq; alios piſces proprijs ſuæ linguæ vocabulis Germani appellent. Hæc itaq; omnia Geſnerus. Ego Germanicum Belgicumq; nomen potiùs à Truttæ indefeſſo in eundo, ſeu aduerſa flumina aſcendendo labore deduxerim, nimirum à Fort

*Pyruntas.*

per o longum, ſiue vt Belgæ pronunciant, Voert, ſubaudi gaen eſt iter incœptum proſequi, quod Truttis & Salmonibus ferè proprium eſt, ad fluuiorum ſcaturigines vſq; nempe progredi. Quod verò ad

D Græcam, quam ſibi deberi vult, nomenclaturam attinet; Iacobus Dalechampius ipſi ſubſcribit, vertitque. *Ex fluuiatilibus, primum bonitatis locum obtinent, qui verſantur in rapidiſſimis amnibus, vt Pyruntes* &c. id eſt, *Truttæ noſtræ*: ſic enim in margine interpretatur: E contrario Caſaubonus profitetur ſe ſe non aſſequi mentem Athenæi. Videbat enim in omnibus eius exemplariqus ſcribi, οἱ τε πυρῶντες, ſine ſenſu, nimirum hoc modo: Τῶν ποταμίων βέλτιστοι εἰσιν οἱ ἐν τοῖς ὀξυτάτοις τῶν ποταμῶν ὄντες, οἱ τε πυρῶντες. Quamobrem cùm in rapidiſſimis amnibus author inquiat, optimos piſces fluuiatiles eſſe, eoſdem etiam adhuc meliores eſſe inſinuare videtur, ſi ijs in fluminum locis verſentur, in quibus rapidiores fluxus ſunt, propter nimirum maius exercitium. Conijcit itaq;, nec ſe falli putat Caſaubonus, pro οἱ τε πυρῶντες ſcribendũ eſſe, οἱ τε ἐπὶ ῥῶν ὄντες. ῥῶς enim in flumine eſt, quà maximè vergit aquarũ impetus, ea pars rapidiſſima. ibi igitur optimi piſces: quemadmodũ docere author hic voluit, & toties apud Galenum, alioſque medicos legere licet. Poteramus (inquit idem Caſaubonus) *pyruntas* piſces interpretari Empyros, de quibus vltimo capite dicturi ſumus: ſed id non probatur nobis. Sicuti igitur Geſnero facilè conceſſerim, locum illum Mneſithei, ad Truttas, vtputa, vbi rapidiſſima ſunt flumina obſer-

*Athenæi locus conſideratus.*

*Empyri piſces.*

obuerſantes præcipuè pertinere, ita Pyruntes proprium Truttarum nomen eſſe, nequaquam credide- E.
rim. Nolim tamen lector antiquam aliquam à me nomenclaturam expectes. Hoc enim & in alijs piſcibus, potiſſimùm lacuſtribus & fluuiatilibus euenit vt qui & nomine & alimenti præſtantia nobis ſint notiſſimi, à veteribus ne nominati quidem ſint, id quod Truttæ exemplo Rondeletius probat, quam tamen, cùm lacus amneſq; Italiæ aliarumq; regionum copiosè ſatis alant, veteribus, Romanis potiſsimùm gulæ in primis ſtudioſis, incognitam omnino haud fuiſſe, ratio ipſa dictat.

# GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA. DESCRIPTIO.

*Differētia à loco.*

TRuttarum omnia genera in dulcibus tantùm aquis reperiūtur. cæterùm alię fluuiatiles ſunt, alię lacuſtres, vt quæ Salmonata cognominatur, item quæ Vmbla vulgo dicitur. De fluuiatili hic ſermo eſt, quæ & ipſa tum magnitudine, tum maculis, tum etiam totius colore va- F
riat. Tradit enim Rondeletius quaſdam fluuiatiles Truttas paruas eſſe, & eas quidem albas, cuiuſmodi (inquit) multas Santonum & Boiorum fluuij alunt: Alias his maiores eſſe & flauas, quales in Erari (inquit) capiuntur, quas vulgus ob auri laminas, quas vnà cum arena hauriūt, flaueſcere credit.

*Trutta flaui coloris.*

(Geſnerus ſcribit ſeſe audiſſe in Germania alicubi Truttam flaui coloris captam pleriſque admirationi fuiſſe.) Eſſe quaſdam ſubnigras maculis rubentibus notatas. Exiſtimat autem Rondeletius colorem illum ex ſenio contrahi, quandoquidem eæ omnium maximæ ſunt, & ijs ſimiles quas Salmonatas cognominari diximus. Has apud Miſenos Germanos Geſnerus ait vulgares eſſe; alias verò ibi vulgo Lachſzforen dici nomine ex Salmone & Trutta compoſito, earum carnem rubere vt in Salmonibus, palato quàm cæterarum gratiores eſſe, aureiſq; maculis pingi. Idem & alium fluuium Rutlingam Sueuiæ oppidum præterlabentem eſſe teſtatur, qui Truttas alat nigricantes ſed maculis rubentes, in cibo lautas, ſimileſq; haberi in riuo Martiæ ſyluæ prope monaſterium S. Blaſij. Et ſubnigris maculis Truttas in Miſena & in riuis ad Crotendorfium, & in fluuiolo quam Nigram aquam vocant, qui Suarceburgum (Miſenæ oppidum) præterfluēs in Muldam infunditur, reperiri apud Geor. Agricolam legimus. Apparet itaque macularum diuerſitatem aquis aſcribendam eſſe, Bellonius certè quòd Trutta multigena ſit, id ex ſtellis (maculis) vix ſtatui poſſe putat, inquiens diuerſos amnes G
eiuſdem generis piſces diuerſo modo pictos habere. Ex Rilla enim Neuſtriæ flumine, Truttas varijs notis pictas videri, alijs atq; alijs multum diuerſas, tametſi in eodem tractu ceperis, idq; & in aliarum quoq; regionum piſcibus poſſe obſeruari. Quamuis autem Truttarum vna peculiariter Salmonata cognominari meruerit, quòd Salmonibus magnitudine ferè æqualis ſit, cæteræ tamen etiam multa cum Salmonibus communia habent, adeo vt Rondeletius Truttas Salmones vocare non ſit dedignatus; Salmones in marinos & fluuiatiles diuidens, idque [a] Plinij vt putat authoritate ſcribentis: *In Aquitania Salmo fluuiatilis marinis omnibus præfertur.* Ait autem hunc Plinij locum duplicem ſenſum habere poſſe, vel enim vt Salmo fluuiatilis marinis Salmonibus præferatur: de ijs enim piſcibus (inquit) Plinius loquitur, qui pro locorum varietate principatum obtineant, vel vt Salmo fluuiatilis marinis omnibus præſtet. (quam poſteriorem interpretationem probat Geſnerus; Ego Salmonem fluuiatilem, non Truttam, ſed qui in fluuijs capitur, Salmonem intelligo.) Sed Salmones marinos eſſe experientia comprobat: in Ligeri enim, Garumna, Rheno, & alijs Galliæ & Germaniæ fluminibus certum eſt capi Salmones etiam nonnunquam miræ magnitudinis è mari illuc profectos, in quibus fluminibus aliquandiu enutriti, pinguiſſimi, ſuauiſſimi atque lautiſſimi redduntur. Qui in fluuijs reperiuntur, aliundè non profecti, Truttæ vocantur. Quod ſi cui mirum id videatur, contempletur quæſo diligen- H
tiùs Salmonis ac Truttæ ſpeciem ac notas ſingulas, is procul dubio eas omnes adeo conſentire perſpiciet, vt facilè mihi ſit aſſenſurus. Hoc ego in Salmone & Trutta magna (quam Salmonatam vulgus noſtrum vocat,) ſum expertus, nec notam vllam qua diſtingui poſſent, comperi. Idem periculum feci in Salmone paruo & eiuſdem magnitudinis Trutta, atque eandem in his ſimilitudinem comperi. Id omnibus commune eſt, quòd poſteriorem dorſi pinnam paruam habent & ſubrotundā pinguemque. Hactenus Rondeletius. Sunt ſanè Truttæ & Salmoni multa communia; forma nempe tota, & corporis partes externæ & internæ: caro rubicunda, ſquamæ exiles, maculę ſeu puncta, magnitudo, formæ mutatio, circa roſtrū præſertim, ac ſimul nominis: (in Truttis Salmonatis peculiariter:) aſcenſus ad ſummas aquas, ſaltuum vis & agilitas, ſuauitas in cibo: quamobrem non eſt mirum ſi ex Truttis illis, quas Germani Lachſzforen appellant, aliqui ætatis progreſſu Salmones fieri putauerunt: Pinnis etiam quatuor natant, quemadmodum Salmo. Cauda verò maximè inuicem diſtinguuntur. In Salmonibus enim ea gracileſcit, in Truttis ſemper lata eſt: in illis pinna caudæ longa & bifida, vt in

*Trutta eam Salmone maximè eſſe affinitatem.*

*Vt à Salmone diſtinguatur.*

[a] *L. 9. c. 18.*

Aloſis,





Digitized by Google

Aloſis, in Truttis breuis & non diuiſa. His accedit roſtrum acutius in Salmonibus, quàm in Truttis. Rurſus partibus internis à Salmone & Vmbra fluuiatili non differunt, niſi quòd ventriculi appendices plures & euidentiores habent. Cardanus formam Truttis omnibus communem eſſe tradit, quod quidem de fluuiatilibus verum fuerit, nam quæ Salmonata cognominatur, non parum ab ijs differt, vt cuilibet icones conferenti notum eſſe poteſt. Quæ flaueſcunt item & nigricant, ab albis differre Rondeletius teſtatur, quoniam illis roſtrum ſit acutius, & veluti in fronte macula nigra. Præterea albas minores eſſe & carne minus flaueſcente. Fluuiatilis corporis forma Lupo (inquit Salu.) perſimilis eſt, roſtro tamẽ minus extẽto, magis retuſo & paululũ recuruo. Ore etiã paulo minore. Albæ teſtante Rond. capite Mugilẽ quodãmodo referunt: breui nimirũ, ſubrotundo, carnoſo, vel potius pingui, coloris lacteꝰ. Maxillæ & lingua acutiſſimis dentib. armantur.[b] Syluius ſex eorum ordines eſſe ſcribit, primum labris connatum, alios quinque à labro in pharyngem abſcedentes; in quo tamen dẽtes ſint in contrarium hamati, & qui cibum ex ventriculo regredi prohibeant. Idem ait branchias vtrimque quatuor dentibus hamatis & aſperis & duris, contumaces habere: quæ verba non ſatis percipio. Cardanus & Bellonius ſex inquiunt in lingua dentes habere: addit Cardanus & certo ordine diſpoſitos: ſcilicet duos antè, totidem in medio ad latera poſitos, reliquos iuxta radicem. Qui verò in oris rictu ſunt, eorum Bellonius, quinque ordines in ſuperiori parte palati facilè poſſe ſcribit dinumerari. Pinnas duas ſub ventre ſuperiori tergoris oppoſitas, & duas ad radices branchiarum habet, vnam rurſus verſus caudam, proximè ad anum, quæ item è regione eſt ſuperioris in dorſo, quæ longè minor eſt & cutacea. Oculos habet rubentes. Corpus ſquamis paruis tegitur, & cute quæ facilè rugatur, & à carne diuellitur, abſceditque. Dorſum, imo totus ferè piſcis ex albo flaueſcit guttis, quales diximus, Cauda in breuem & latam pinnam degenerat. Pinna tergoris, ijſdem quibus corpus maculis conſperſa eſt. Cubitalem magnitudinem non excedit.

*Forma.*

*Dentes.*

[b] *Lib. de diſſect. corp.*

*Pinnæ.*

*Squamæ. Color.*

*Magnitudo*

# LOCVS. NATVRA. MORES. PARTVS.

*Quibus aquis gaudeant.*

TRuttæ fluuiatiles multis in locis optimæ reperiuntur: & quamuis in maioribus fluuijs etiam reperiantur, in minoribus tamen, frigidioribus, ſaxoſis & inter montes delabentibus potiùs quàm contrà ſe habentibus naſci & degere conſtat. In altis item montium riuis, etiam tenuibus & exiguis aquis, Truttæ ſatis magnæ & pulcherrimæ reperiuntur. Aſcendunt enim altiſſimè, cùm & contra aquam luctari magna vi, & ſaltu ſe promouere, ad tres vel quatuor ferè cubitos interdum, in aſcenſu queant. Ex quibus efficitur, vt haud falſa eſſe credamus, quæ de ijſdem Paulus Iouius ſcribit, eas aduerſos amnes, vel è præruptiſſimis etiam cautibus decidentes incredibili impetu ſubire. Ab Nare enim fluuio in Velinum lacum, qui hodiè Pedelucus eſt, ſtupenda velocitate volucrũ modo aſcendere credi: qui lacus ab altiſſimo montis vertice certis primo coarctatus anguſtijs, & mox tota aquarum mole præcipitatus, nec ſubiectis quidem cautibus madefactis, veluti è cælo in ipſum profluentem Narem effunditur. Teſtatur etiam Rondeletis propter aquæ puræ frigidæque delectationem aquarum ſcaturigines miro deſiderio conquirere, & in fontes amneſue ex altis & præruptis ſcopulis proruentes incredibili impetu ferri, id quod (inquit) in Gardonis Galliæ noſtræ Narbonenſis fluuij præcipitijs fieri experientia compertum eſt: in ea enim ſubeuntes Truttas nonnunquam decidere in diſpoſita à ruſticis retia, quarum temeritate admoneri nos oportere, potentiorum viribus cedendum eſſe, vt illud prudentiſſimè dictum ſit.

*Aduerſis amnibus natat.*

*Potentioribus cedendũ eſſe.*

—— *Felix qui nunquam direxit brachia contra Torrentem.*

Semper enim loca ſublimiora petunt. Fallitur tamen Cardanus, commune eſſe inquiens omnibus Truttis aduerſus fluminum curſus ferri. nam ſunt & lacuſtres & in ſtagnantibus aquis degentes, quæ contra aquas non nituntur. Bellonius etiam dum Truttas fluuiatiles ex ſaxatilium genere eſſe inquit, impropriè loquitur, cùm ſint verè ſaxatiles marini. Idem author eſt Aruernos, Burgundiones, ac Picardos aut Belgas, item Gebennenſes Truttas alere optimas, indeque ad alios Galliæ populos deferri, magniſq; in delicijs haberi. Tonitrua tanto metu & ſtupore hoſce piſces afficere aiunt, vt quandoque loco manentes & erectæ propemodum à piſcatoribus aut alijs vulnerentur & capiantur. Veſcuntur aquarum deiectamentis, phryganijs videlicet, vermibus, locuſtis aquaticis, & limacibus. Apiſcibus interim minimè etiam abſtinẽt, inter quos Percarum fluuiatilium ſobolem in primis, & barbatulos Fundulos, & Phoxinos læues appetunt, idque tanta ſæpe auiditate, vt dum ab ima aqua ad ſummam perſequuntur, nimio celeritatis impetu, ita ſupra aquam efferantur, vt vel in ſcaphas aliquando incidant. An auro etiam veſcantur, vt vulgus autumat, aliàs dicetur. Pariunt menſe Octobri. Tradunt eas, cùm partus inſtat, ſcrobes modicas facere.

*Non omnes aduerſis fluminibus natare.*

*Tonitrua timent.*

*Cibus.*

CAPIENDI

## CAPIENDI RATIO.

SCribit Geſnerus legibus piſcatorijs apud ſuos, id eſt Tigurinos interdictũ eſſe, ne qua in fluentibus aquis Trutta, quæ nondum iuſtam ac deſignatam longitudinem attigerit, capiatur: & apud Bauaros præſcriptam eſſe menſuram ad digitos ferè quatuordecim. Idẽ refert ab Anglo quodam ſeſe accepiſſe, in Anglia Truttas vel manibus quandoque comprehendi, dum ſub radicibus alnorum & ſalicum ſtabulantur: à piſcatore enim palpari fricariq; ventrem, eaq; delectatione delectari videri hos piſces, donec ille manum promouens, branchijs iniecerit, ac retinuerit. Eiuſdem capturę meminit Arnoldus Villanouanus. Inſtante partu modicas in vado ſcrobes excitare modò dicebamus: Iuxta has commorantes, adhibita noctu face obſtupeſcere, neq; fugere aiunt, itaque fuſcinis feriri. Sunt quoq; qui riuis montanis quibus Truttę aluntur, à ſolitis alueis diuerſis, piſces hos aqua deſtitutos & in ſicco relictos capiunt. Ineſcantur verò vermiculis quibuſdam teſta dura incluſis, præſertim qui in fontibus frigidis reperiuntur. Idem Geſner. ex libello Germanico de ineſcationibus piſciũ, eſcã ad Truttas & Thymallos abundè capiendos præſcribit iſtiuſmodi: Gallinam nigram excauabis, & immittes tria ouorum lutea; croci quantum eſt piſum, & foramine rurſus conſuto, gallinam in fimũ equinum abdes per tres aut quatuor dies, donec putreſcat, & vermiculi flaui in ea appareant. De his vnum cùm piſcari libuerit, in hamũ infiges; reliquos vaſculo incluſos ſeruabis. Rem miram experieris. Idem denique ex alio libello quodam manuſcripto de piſcibus decipiendis, præſertim additis hamo figmẽtis, quæ muſcas aut inſecta quibus piſces quique delectantur, quàm proximè referant: hæc ferè refert. Ad Truttas (Aprili menſe, puto,) Muſcam finges, cui corpus è ſerico rubeat, caput vireſcat, additis alis gallinaceis ruffis. Maio menſe, corporis alueum è ſerico, rubro & auro (filis aureis) effinges, caput nigrum: alas verò addes de pennis rubris caponum. Iunio corpus formetur è ſerico cæruleo & auro, caput flauum eſto, alæ verò de pennis perdicum ſubalaribus. Iulio corpus è ſerico viridi & auro mentieris, caput facies cæruleum, alas autem è pennis flauis. Auguſto, corpus fiat è pennis pauonum longioribus (ſpeculis fortè vel oculis, & vocant in pennis caudæ pauonum) circumalligata penna aureola: caput flauum, alæ de pennis medijs interalas gallinæ ſyluaticæ illius quam à corylis Germani denominant. Septembri corpus fingatur de ſerico flauo & rubro, caput fuſcum, cùm alis de dorſo lagopodis, quam perdicem albam nominant. Similem Truttas piſcandi rationem præſcribit [a] Aelianus his verbis: *Huiuſcemodi Macedonicam piſcandi rationem auditione comprehenſam habeo. In fluuio nomine Aſtræo, qui inter Berœam, & Theſſalonicen medius fluit, diſtincti varijs colorib. piſces (nomine ab incolis interrogando) gignuntur, qui indigenis muſcis in fluuio volitantibus paſtum ſibi comparant. Ea nec ſimile de ſpecie quicquam aliarum muſcarum habent, quæ vbiq; ſunt; nec ad apum ſimilitudinem accedunt, nec veſparum, nec denique Anthedonum* (crabronum) *ſpeciem gerunt; harum tamen aliquam cuiuſque propriam particulam referunt. nam in audacia quiddam ſimile cæterarum muſcarum habent, tum magnitudine Anthedoni ſimiles ſunt, tum veſparum colorem reddunt, & ſimiliter quidem atque apes bombis ſtrepunt. Eas Hippuros appellant indigenæ. Eæ ad ſummam aquam verſantes ſui gratia alimenti, piſcium nationem non latent. Nam vt ex his quiſpiam earum aliquam per ſummæ apparentem conſpexit, ſilentio ſummas aquas ſubiens, ne prædam aquæ agitatione loco moueat, proximè ad illius vmbram accedit: & quemadmodum vel de grege ouem Lupus, vel anſerem ex cohorte Aquila rapit; ſic is ore hiante atque imminente eam devorat. Quod quidem ipſum etſi piſcatores haud quaquam ignorant, non ijs tamen muſcis ad ineſcandos piſces vtuntur: Simul enim ac hominis manu continguntur, & nativum colorẽ perdunt, & penna emaneſcunt, & inepti ad eſcam piſcium omnino reddũtur. Quæ cauſa eſt, cur earum odio incenſi, ipſas à ſe deteſtentur. Veruntamen qui piſcandi ſcientiam cognitionemque præclarè tenent, captioſa quadam machinatione atque ſolertia eiuſmodi piſces circumueniunt: purpuraſcente enim lana hamum circumuoluunt, & ad eandem lanam gallinacei pennas duas è barba ſeu paleis cerei coloris ſpeciem ſimilitudinemq; gerentes, accommodant. Quarum cuipiam earum arundo eſt, totidem eſt linea: has abſtruſas inſidias in flumen deijciunt: piſces colore illecti, cupidè pergunt contrauenire. ac nimirum lautum cibum ſe habituros ex pulchro aſpectu arbitrantes, hamatis eſcis configuntur, iſdemque acerbis captiui fruuntur.*

[a] *L. 15. c. 1.*

*Legendi de Truttis capiendis.*

*Vt manibus capiantur.*

*Vt fuſcinis.*

*Vt ineſcẽtur.*

*Vt à Macedonibus capiantur.*

*Hippuros Muſca genus.*

## VSVS IN CIBIS.

TRutta, ſiue ea fluuiatilis ſit, de qua nunc ſermo eſt, ſiue lacuſtris, omnium qui in dulcib. aquis generantur, æquali cunctarum gentium iudicio cenſetur, inquit Iouius, qui lacuſtrem potiſſimùm intelligit, cuius maculæ nigræ ſunt, quapropter Gillius ſcribens Truttas quæ maculis purpuraſcunt, meliores exiſtimari, fallitur. Lacuſtres enim ſuauitate præcellunt. Rectiùs itaque ſalubriores haberi dixiſſet, & ſunt certè, maximè ſi in frigidioribus & puricribus amnibus procreatæ ſint: quæque aduerſo eorundem impetu fatigantur, atque occurrentibus inæqualium vadorum petris illiſæ caſtigatiora, (vt Iohij verbis vtar) ſumina, & ardiuſculas carnes oſtendunt. Grauior lapſus Cardani eſt, dicentis commune eſſe omnibus Fructis aduerſus fluminum

*Trutte quæ ſuauiores.*

minum curſum ferri;indeque carnem non ſolum ſuauiorem,ſed & ſalubriorem eſſe:Nam neq; Truttæ omnes fluuiatiles ſunt;& lacuſtres,cùm pinguiores ſint,ſuauiores ſunt,non autem ſalubriores. Sūt qui omni tempore bonas eſſe dicunt. Alij Aprili & Maio menſibus potiſſimùm: circa medium verò Octobris quòd tunc pariant,deteriores haberi. Recenter captæ comedi debent. Mortuæ enim paucissimis horis ſummam illam ſaporis gratiam amittunt: quoniam ob pinguem illam teneritudinem, quam ocyſsimè putreſcunt. Coquuntur(inquit Iouius) conciſę in tabellas,in lebetibus lapideis torno fabricatis,ſimplici in aqua,multo ſale indito, aliaq; ſubinde accerſita condimenta penitus aſpernātur, muſco enim quodam pruinæ ſimili paulò pòſt emiſſo,rubentes pulpæ protinus efflorescunt,ita vt cùm retruxerint,multò gratiores eſſe videantur. Morus nobilis paraſitus,(eodem Iouio referente) qui plurima eruditaq; in obſonijs pulmenta commentus eſt, Truttam cubitalem in præpinguis capi iure coquendam eſſe cenſebat. Platina conciſam in fruſta ac ſalita,in cacabo, ita vt ſurſum vorſum inciſura vertatur,ex aqua & aceto ita moderatè impoſito,vt neque ſal diluatur, neque plus quàm duobus digitis aqua immineat, coqui debere arbitratur: vbi deſpumaueris, deinceps lento quoad fieri poteſt igne,efferuere:coctam & in pinace extenſam,non nihil exiccari,aromatibus dulcibus inſpergi,ac cum leucophago bene zinziberato comedi. paruam verò exenteratam & bene ſquamatam, integram, hinc dextra,hinc ſiniſtra,à capite ad caudam incidi;inciſuris ſalem indi ac per horas duas inter duas tabulas opprimi. Farina deinde inuolutam in oleo perlentè frigi. Coctam hoc modo ad quatuor, aut quinque dies ſeruari. Quouis autem modo edatur,duræ concoctionis eſſe. Saluianus eo condimento,quod vulgò Acarpionare dicunt paratas,non ſolùm iucundiſſimè ſapere ſcribit,ſed in multos etiam dies ſeruari poſſe. In Malaca Indiæ regione tanta eſt teſte Scaligero Truttarum copia, vt ſalitas ſeruent ad commeatus: Caiuba (inquit) vocant, Geſnerus quoque fluuiatiles è Ticino ſalſas ſe guſtaſſe ait: ſaliri verò ferè capite amputato. Idē ex libro Germanico manuſcripto ad mariſcas ſiuè ficus ani, hoc recidat remedium: Spongiæ portiuncula adipe Truttæ madens,certo experimento imponitur.

*Rectius optimas eſſe.*

*Apparatus.*

*Sale condiri. Vſus in medicina.*

# DE TRVTTA FLVVIATILI ALTERA. Cap. XIII.

HVCH apud Bauaros(inquit Geſnerus) nuncupatur piſcis boni ſaporis, Truttis nōnihil cognatus.cùm alias vt pictura oſtendit,quā ad viuum expreſſam Achilles Pyrminius Caſſarus,præſtantiſſimus Auguſtæ Vindelicorum medicus ad me miſit; tùm quòd pinnulam illam adipoſam ſimiliter in fine dorſi habet,& punctis variatur: ſicut & icon noſtra,& quæ in libro Bauaricarum conſtitutionum publicato habetur,præ ſe ferunt:in quo etiam menſura huius piſcis proponitur,duodecim aut tredecim digiti, quibus breuior vendi non debeat. Auguſtæ, vt audio hic piſcis vocatur ein Rot,vel Rottle, à colore rubicundo, quæ nomina noſtri Vmblis (vt Sabaudi nominant) lacuſtribus tribuunt. Voracem eſſe aiunt,in cibo Truttis inferiorem. In Carinthia Huchæ rubræ (Rot Huechen) quædam cognominantur in fluuijs,eas Salmoni comparant:carne etiam rubra & boni ſaporis eſſe aiunt,& ſaliri vt inueterentur, ſolere: quod quomodo fiat Baltaſar Stendelius ad finem lib. 4. Opſopoeiæ ſuę Germanicę docet. Colores huius piſcis in pictura noſtra huiuſmodi ferè apparent. Aureolus color paſſim aſperſus eſt, rubicundior tamen circa branchias & oculos. Pinnæ circa branchias rubicundæ ſunt:cæteræ omnes, ſicut & cauda, fuſcæ & maculoſæ punctis partim nigricantibus, partim aureis. Dorſum fuſcum eſt, vergens ad Indicum vel cæruleum colorem vergens, vbi & punctis nigris creberrimis diſtinguitur. Linea nigra & recta ferè à branchijs ad caudam fertur. Latera media maculis quibuſdam ſubcæruleis per intervalla diſtinguuntur. Venter candicat. Circa roſtrum & branchiarum opercula roſeus ferè color, ſic in capite etiam viridis aliqua ex parte. Huchas iſtas quidam icone noſtra inſpecta in quibuſdam Germaniæ locis alij in piſcinis nobis referebant: & in Traga flumine Carinthiæ reperiri; ætatis progreſſu in Salmones conuerti (ſpecie roſtri nimirum) ſicut & lacuſtres Truttæ, quanquam & aliæ Truttæ Salmonum ſpeciem præ ſe ferunt. Hucuſque ille appoſita hac icone.

*Nomen.*

*Color.*

Huch Germanorum.



DE

# A DE THYMALLO. Cap. XIV.

## SYNONYMA. ETYMVM.

QVI nobiliſſimi huius piſcis ex antiquioribus mentionem faciat, inuenio neminem præter D. Ambroſium inter latinos, & Aelianum inter Græcos, qui Thymallum, nõ Thymalum, vt Saluianus contendit, appellant, & cur ſic appellatur, vterq; rationem reddit, quod thymum oleat: vnde Gillius & Rondelet. ipſum quoque piſcem Thymum latinè dixerunt. Seruat etiamnum apud Ticinenſes, & in toto penè ſtatu Mediolanenſi veteris nomenclaturæ veſtigium: Temalo, Temelo, Temolo, & Temero appellatus: quas voces nonnulli apud veteres nullam huius piſcis mentionem extare arbitrantes tanquam Latinas protulerunt. Teſtatur Geſnerus fuiſſe qui in Italia Temarum vocatum eſſe coniiciebant, quaſi temerarium, quòd ſtolidus ſit piſcis & facilè capiatur: quibus ipſe non aſſentitur, veri ſimilius ſibivideri inquiens. vel à Thymo, vel à Thymallo detorum eſſe. Apud Albertum & Iſidorum Tunallus, & Titimallus corruptè ſcriptum reperitur pro Thymallo. Sabaudi Vmbram dicunt: item Angli: Rondeletius verò & Bellonius alium ab hoc pro fluuiatili Vmbra exhibẽt, vt ſubinde patebit. Germanis Aeſch, vel Aſch vocatur, à colore cinereo (vt Geſnerus coniicit) qui eodem nomine ipſis indicatur, cùm in hoc piſce minus (inquit) quàm cæteris pleriſque ſquamoſis candidus aut argenteus ſit, ſed magis cinereus & punctis aſperſus nigris, vt cinis carbonum particulis aut fauillis nigris: At verò quid ſi quaſi delicatum quempiam piſcem eo nomine vocari dicamus, quo ſcilicet veſcentes, tanquam eſca piſces capiantur; nam Aeſch idem etiam eſt quod eſca. Idem Geſn. apud ſuos nomen pro ætatis diuerſitate immutare ait: primoq; anno nominari Kreſzling vel Greſzling; hocq; nomen Gobioni fluuiatili etiam attribuitè quo Thymallum fieri quidam falsò (inquit) putant. Diſcernitur quidem facilè, cùm aliàs, tùm quòd Thymallus vtcunque paruus pinnulam in dorſo poſteriorem paruam oſtendit, ſicut Truttarum genera; qua Gobio fluuiatilis ſemper caret. Anno ſecundo, ein Knab. ein Yſer, aut Iſerle. Tertio ein Aeſch. In Rheno circa Scaphuſiam anno tertio vocari quoque intellexit ein Mittler: quarto demum ein Aeſch, vel Aeſcher, cùm parere incipit. Ex ſuis deniq; piſcatorib. Thymallũ paruũ alio nomine appellare ein Kornling, aut Churling. Angli, non ſolùm Omber, ſed alicubi etiã à Graylyng nuncupari Turnerus tradit in epiſtola ad Geſnerum. Poloni Lipien, Bohemi Lipan.

*Thymallus.*

*Thymus piſcis.*

*Temarus.*

*Vmbra.*

## B GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

TRuttacei generis Thymallum eſſe cùm pinnarum ſitus, tùm totius corporis figura indicant. Eratq; [a] Aelianus Truttis, ſi eas notas ſibi habuiſſet, potiùs quam vel Lupis vel Cephalis, quorum communem & mediam ſpeciem ſimilitudinemq; gerere ſcribit, aſſimilaturus: quãquam & his non ſit abſimilis multùm: ſimilior interim Mugili, quàm Lupo. Caput pro corporis ratione paruum, in acutũ tendit. Os aperitur nõ longo, ſed quadrato ferè hiatu. Ventre eſt prominentiore. Rondel. latiorem, magiſq; ventroſum pinxit, quàm par eſt. Pinnas duas habet ad brãchias, duas alias in ventre inferiore, à podice vnam. In dorſo prior magna eſt, maculis multis pulchrè varia: infra partim nigris, partim ſubrubentibus, ſuprà rubicundis tantùm. Cauda in duas latas pinnas deſinit. Rõdel. corpore ait eſſe cæruleo: Bellonius verò tergus ex liuido in opacum tendere, & Geſner. fuſcum id, vel ſubcinereum facit: At qui hic exprimitur, Rondel. ſubſcribit: fieriq; poteſt, quòd vel loci, vel ætatis ratione euariet. Lineas per latera rectas habet, quatum quæ ea diuidit à ſuperiori branchiæ angulo ſpineo oritur, & rectà ad caudam defertur: ſunt & aliæ per totum corpus nonpaucæ, ſingulæq; per ſingulos ſquamarum verſus, non rectæ, ſed innumeris veluti arcubus minimis triangulis vndatç; quod veluti operoſum pictores noſtri (inquit Geſnerus) non indicarunt. Obſcurè ſanè & in meo piſce quẽ ad viuum depictum in muſæo reſeruo, pictor eas expreſſit. Latera præterea modò pluribus, modò paucis punctis & lituris nigris temerè aſpergunt. Vidiſſe ſe idem Geſnerus in fine Decembris aliquando ſingulas tantùm vtrimque ad branchias lituras inſignem ſcribit, aliumque initio Iunij, vno aut altero puncto vix apparente. Squamæ ex eiuſdem obſeruatione, ſingulæ ferè ῥόμβοειδεῖς ſunt, hoc eſt rhombi figuram imitantur. Latera enim (inquit) earum vtrimque, circuli ſegmentum referunt, ſuprà verò infraq; in cunei acumen tendunt; quod tamen in iconibus ſuis expreſſum negat. Branchias habet vtrimque quaternas, & vt Bellonius addit, Harengi & Sardinæ modo, ſolidioribus barbulis obſeptas; quæ etiam ad fauces circa orificium œſophagi aſperitatibus horrent, vncinatiſque oſſiculis conſtant: Idem Bellonius linguam oſtendere albam ſcribit, dentibuſque carere, imo ne vllis quidem rudimentis eorum præditum eſſe: è contrario Geſnerus pro dentibus, inferius ſuperiuſque labrum exaſperari, limæ inſtar, introrſum profitetur: & Bellonium haud benè iſtæc examiniſſe apparet: nam aliàs Lauaretum Gallicè dictum piſcem oſſicula ad fauces atque œſophagi

[a] *L. 14. c. 22.*

*Caput.*

*Os.*

*Venter.*

*Pinnæ.*

*Cauda.*

*Color.*

*Lineæ.*

*Squamæ.*

*Branchiæ.*

*Dentes.*

ingreſſum vtrimq; habere ſenis hinc inde denticulis ait, vt in Themolo communita; cùm alioqui in Thymallis & in Lauaretis ſuis nihil quicquam tale reperias. Ventriculum habet mediocrem, inteſtina craſſiuſcula, pinguedine multa obuoluta, & vt Bellonius ait, apophyſes plures ex pyloro dependent, à quo ſtatim ſequitur inteſtinum vnum gracile, rotundũ, quod ad rectum tendit, in quo excrementa recipiuntur, & ad anum deferuntur. Idem Bellonius cor tam exiguum habere ſcribit, vt ne ineſſe quidem ei credatur. Splenem Saluianus ſubrubrum facit, Geſner. in ſuo quem manibus tractabit, ferè nigricare aſſerit. Bellonio teſte hic tam magnus eſt ferè in hoc piſce, quàm hepar, quod in nullo alio piſce (inquit) vnquam videram; oblongus, rubra pinguedine mixtus. Vnicus hepati lobus eſt, vt idem Bellonius obſeruauit, ſtatim vbi gula finit, ſtomachum amplectens. Saluianus felle carere putat: Bellonius verò tam exiguum id eſſe tradit, vt vix rudimentum aliquod eius appareat: & Geſnerus quoq; ſuum Thymallum felle caruiſſe negat, ſed flaui vel ſubaurei coloris id habuiſſe. Bellon. folliculum, piſcium natationi accommodatum plenũ ſemper vidit, ac per ſpinam delatum. Cùm maximè augetur, ad cubitalem magnitudinem, teſte Aeliano, excreſcit: etſi qui crebriùs capiuntur, minores ſint, & vt Saluianus ait, libram non excedant. Longitudo ad latitudinem ferè quintupla eſt, cauda etiam computata, vt Geſnerus aduertit in eo quem manibus tractans deſcripſit, latus enim erat digitos tres, longus quatuordecim.

*Partes interne.*

*Magnitudo.*




# LOCVS. NATVRA. MORES.

THymallum (inquit Aelianus) Ticinus Italiæ fluuius procreat: non tamen ſolus, ſed Ticino proximi etiam alij, Atheſis ſcilicet, Abdua (aliàs Addua) Ambra, Padus. De Atheſi teſtimonium extat D.ª Ambroſij: *Neq; te* (inquit) *inhonoratum noſtra proſecutione Thymalle dimittam, cui à flore nomen innotuit, ſeu Ticini vada te fluminis, ſeu amœni Atheſis vnda nutrierit*, &c. In Abdua & Ambra pellucidis fluminibus frequentes quoq; eſſe Cardanus Mediolanenſis ſcribit. In Pado rariùs capi aiũt. Alibi Saluianus capi negat, quod quidem ſi de Italia loquitur, verum fortè fuerit; nam alioqui in alijs quoque fluminibus capitur, vt in Limago in Heluetijs, & pleriſque alijs teſte Geſnero, qui ex alpibus oriuntur fluuijs, ſatis frequentes ſunt: abundatq; ijs Floha Miſenorum, vt Georg. Fabritius teſtatur. Reperiuntur & in Rheno, ſed pauci, ſicuti & in magnis alijs fluminibus, quos ex paruis & riuis etiã quandoq; ſubeunt, vt & lacus quoſdam, Larium, Lemanum, Acronium, vt idem Geſn. ſe intellexiſſe refert: in quibus tamen niſi circa ſaxa reperiuntur, præſertim cũ minores ſunt. In mõtanis & præcipitib. fluuijs, ac riuis magis, quàm vlli alij piſces Truttis tantùm exceptis capiuntur; propterea quòd puras, frigidas & ſaxoſas aquas ament, vnde

ª *li 5. Hex. cap 2.*

*Quas aquas potiſſimum amant.*

A vnde hos piſces,item Truttas Albertus lapidoſos piſces vocauit: cæterùm toto cælo errat, cùm Thymallos marinos piſces eſſe ſcribit alicubi. Viuaces validoſq; piſces eſſe dicunt pro ſua videlicet magnitudine,etiam extra aquam iam captos. Dicunt & auro veſci, quod & de Vmbra fluuiatili ſcribit Rondeletius,& vulgò etiam de alijs quibuſdam piſcibus referunt, inquit Geſnerus, vt Carpione Benaci & Truttis quibuſdam lacuſtribus,quas Vmblas vocant Sabaudi; & Galli de Lauareto ſuo: quibus etiam Emblonem quendam Gallis aut Sabaudis appellatum Bellonius adnumerat in ſingularibus ſuis:ſed ſingulorum (inquit idem) ventriculis diſſectis inſpectiſq; curioſiùs interaneis,non auro,ſed alijs( peculiaribus) cibis eos viuere deprehendi:& rurſus in libro de aquatilibus: Veſcitur (inquit) non auro,vt plerique putant,ſed vt approbat Aelianus,inſectis aquatilibus,deiectamentis,millepedibus,pediculis,caridibus, pulicibus aquaticis ac terreſtribus: ego Scarabæum terreſtrem aliàs in eius ventriculi fundo reperi. Sic ille. Aelianus quidem alia quàm culice (quem Græci Conopen vocant) eſca Thymallum capi negat,vt modò apparebit. Geſnerus tamen fieri poſſe credit,vt minutulæ quædam auri micæ ab his deuorentur,appetentibus fortè propter ſplendorem:ſicut & calculi quidam ſplendentes & arenæ ab auibus (inquit) deuorantur; in primis quidem à Tymallis, qui in fluuijs montanis & auriferis degunt:exiſtimat itaque hos piſces alia ratione χρυσοφάγους id eſt, auriuoros
B appellari,quòd cùm lautiores,maiorique in pretio ſint, obſophagorum quorūdam aurum conſumāt, & loculos exhauriant, qua nimirum ratione alios quoque ἀνθρωποφάγους dictos fuiſſe non ſemel annotauimus. Saluianus piſciculis veſci profitetur, & Volaterrano fidem habendam eſſe iure optimo negat,qui Thymallum non alio cibo quàm thymo herba viuere ſcribit: id enim nemo tradit alius,ſed thymum redolere duntaxat. Aelianus: *Piſcem Thymallum* (inquit) *ſic nominatum Ticinus Italiæ fluuius procreat,&c. Eius capti odor non indignam admirationem habet: non enim vt cæteri piſces piſculentum quendam mixtis odorem:immò verò exiſtimes te eius gentilem herbam, recentem ex terra lectam manibus tenere. Tanta ſanè odoris ſuauitate fragrat,vt qui eum ipſum non videt,gratiſsimā apibus herbam, vnde nomen duxit,in manu latere putet.* De eodem odore D. Ambroſius: *Neque te inhonoratū* (inquit) *noſtra proſecutione Thymalle dimittam, cui à flore nomen inolenit, ſeu Ticini vada te fluminis, ſeu amœni Atheſis vnda nutrierit,flos es. Denique ſermo teſtatior,quod de eo qui gratam redolet ſuauitatem, dictum facetè ſit: Aut piſcem olet,aut florem: Ita idem pronunciatus eſt piſcis odor eſſe, qui floris. Quid ſpecie tua gratius? quid ſuauitate iucundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrāt: hoc tu corpore tuo ſpiras.* Saluianus verò nunc quidem Thymallum thymum non redolere ſcribit, verè tamen ſuauiùs quàm piſces cæteros olere: Cardanus tamen Mediolanenſis branchijs thymum olere aſſerit: audioque pi-
C ſcatores noctu præſertim,cùm in ripis ac nauiculis ſunt, ſuaui quodam & ſingulari odore hauſto,Thymallos piſces,priuſquam videant,adeſſe cognoſcere.

*Piſces lapidoſi qui Alberto.*

*Auro an veſcatur.*

*Cur aurinoſus dictus.*

*Thymum olere.*

# CAPIENDI RATIO.

REtibus (inquit idem Aelianus) *facillimè capitur;non item hamatis eſcarum illecebris, non adipe Suis,non ſerpho* (inſecto aut vermi ſimili formicæ vel culici,Geſnerus) *non chama, non alterius piſcis inteſtino,non denique ſtrombi collo,ſed ſolo culice* (κώνωπι) *improba ſanè beſtiola, & noctes dieſque homini tum morſu,tum ſtrepitu ſuo moleſta, quòd hac ſola delectetur eſca, comprehenditur.* Verùm cùm id nec ſcriptores alij,nec noſtræ ætatis piſcatores aſſerant: nequeatque culex ob ſuam paruitatem hamis affigi;quanta hac in re fides Aeliano (inquit Saluianus) ſit habēda, haud ſcimus: nec etiam Raphaëli Volaterrano ſcribenti: Thymallus ad hamum non accedit, cùm non alium ſanè cibum ſectetur quàm thymum herbam qua viuit: plenè credendum eſt, cùm piſciculos etiam edat, hamiſque & retibus,vt experientia ipſa edocet,capiatur;cæteris quidem anni temporibus rarius; Se-
D ptembri verò menſe frequentius, propterea quòd eo tempore Venereo ſtimulo agitatus, huc atque illuc imprudenter excurrat. Geſnerus audiſſe ſe refert, Lāpetris minimis,quibus vulgare nomen oculos nouenos tribuit, hamo infixis capi: item à viro ſe erudito nuper cognouiſſe plumis meleagridum proeſca additis hamo falli. Quo modo verò callidiores piſcatores ex plumis auium diuerſis anni temporibus diuerſa vermium & volucrium inſectorum genera mentientes, hamis tanquam eſcam addant,recitaui in Trutta.

*Culice capi.*

*Quando magis capiatur.*

# VSVS IN CIBIS.

REcta quidem ratione D. Ambroſius, Thymallum cùm in Ticino,tum in Atheſi captum, florem quaſi ex cæteris piſcibus præcipuè eligendum appellauit: Etenim cùm piſcium alij alijs partibus magis commendentur, ipſe vt & Trutta totus & vndiquaque laudari ſolet. Eſſe tamen aiunt, qui interioretn tunicam huius piſcis ceu cibum ſummè Apicianum prædicent. Scribit Geſne-

*Cur flos Ambroſio dictus*

Geſnerus circa Albim fluuium Truttis ipſis præferri ſe audiuiſſe: In Ticino, in Atheſi, in Adua (inquit Saluianus) captus, (nam qui in Pado capitur, multò inferior eſt,) tenerrimus ac ſapidiſſimus omnium ferè fluuiatilium piſcium cenſetur: vnde non immeritò pluris, quàm quiuis alius piſcis venditur, vbi haberi poteſt. Et maximè Maio menſe, in quo quidem vti rarior capitur, ſic longè ſuauior exiſtimatur. Maiorem nonnulli, minorem verò alij celebrant, alij mediocres præferunt. Iam verò non ſolùm ſuauitate commendantur hi piſces, verùm etiam ſalubritate, quandoquidem in puriſſima, ac rapidiſſima aqua degunt, vnde à peritioribus medicis, etiam ægris conceduntur, & præ cæteris aquarum dulcium piſcibus, ſaxatilium marinorum loco in cibum dari poſſe videntur. Quouis modo percommodè coquuntur, frictúram tamen ſecundum Platinam magis requirunt. Elixandi in vinum frigidum vtiliter immittuntur. Pinguiores tamen meliùs ſapiunt aſſi, inquit Geſnerus. Saluianus verò maiores elixos, & maximè butyro conditos: minores verò aſſos ſapidiores credi ſcribit. Hic & interanea diſſecto ventre eximi non vult, ſed ſatis eſſe credit, ſi exteriùs ſolùm purgentur; exiſtimans felle carere hos piſces, quod tamen Geſnerus negat.

*Salubritas.*

*Apparatus.*

E

## VSVS IN MEDICINA.

F

*Fellis vſus.*

IDem Geſner. ex libro Germanico manuſcripto fel Anguillæ, Thymalli, Tincæ & porcelli lactentis commiſceri ſcribit, ad aurium remedia. Hoc enim infuſo, pelliculas rumpi, fluxiones curari, vermes occidi. Multo item piſcatores Ticini accolæ adipem Thymalli teſtante Gillio auribus ſalutarem conditum ſeruant: & Saluianus, ſi pinguedo huius piſcis Maio menſe in vitreum vaſculum coniecta Soli exponatur, id quod ex ea diſtillat, ac in vaſculum reſidet, auribus inſtillatum, grauitatẽ auditus diſcutere, vulneribuſq; ſalutare exiſtimari aſſerit: Geſnerus verò etiam ex amici cuiuſdam ſui teſtimonio, narrare ait piſcatores ad Lemanum lacum, è ſenibus ſe audiuiſſe ſanguinem huius piſcis ſi in aures infundatur, ſurditati prodeſſe, ſi modò viuenti piſci ſanguis detrahatur: ipſe verò non de ſanguine, ſed adipe verum eſſe putat: & quoniam qui Gallicè loquuntur, hoc narrarunt: facili lapſu ſanguinem pro adipe (inquit) accepit, qui auſcultabat: hunc enim Galli Sain, quaſi Saginã vocant, illum ſang. Idem Geſnerus ad oculorum etiam remedia commendari eundem adipem annotauit; cumque aliqua lippitudo, rubor, feruor, aut pterygia vel vngues in oculis apparent, quotidiè binas guttas cum penna inſtillari iubere aliquos, idq; in pueris & equis conſuli. Vidiſſeq; ſe puellam chemoſi affectam, quod malum (inquit) aliquando exanthemata puerorum ſequitur, hoc remedio per ſeptuaginta ferè dies continuato, (vt quotidiè gutta inſtillaretur,) curatam, rubore mox primis diebus ſublato. Addit inſuper habere, & pharmacopolas apud ſuos hunc adipem; & ab ijs maximè ad oculorum remedia, vt maculæ in eis deleantur, peti ſolere, deinde etiam ad curandas igne vel aqua aduſtas partes. Plinius quidem omnium piſcium adipem oculis ſalutarem facit: Dioſcoridi verò fluuiatilium duntaxat, ad oculorum claritatem inungitur: in quem vſum liquatur in Sole, melq; illi additur.

*Adipis.*

*Sanguinis.*

G

## DE VMBRA FLVVIATILI.

### Cap. XV.

SAluianus quòd in veterum ſcriptis vnum duntaxat piſcem, eundemq; marinum Vmbræ nomine celebrari videret, attamen apud Auſoniam legeret:

*Effugiens oculos celeri lenis Vmbra natatu.*

*Vmbra Auſonij qua.*

marinam vmbram ſubire aliquando Moſellam, arbitratum fuiſſe poëtam credit potiùs quàm aliquem fluuiatilium piſcium, Vmbræ nomine ab eo celebrari: contrà Ron deletius, & Geſnerus, fluuiatilem à poëta intelligi non dubitant: qui verò is ſit, non ſatis inter eos conuenit. Geſnerus enim videns Thymallum Sabaudis Vmbram (vti Vmbre) vocari, & Anglis Omber, Vmbram Auſonij, Aeliani Thymallum eſſe conijcit, eoq; potiſſimùm quòd Thymallum in Moſtella copiosè capi intelligeret: in primis verò abundare, vbi Moſella exonerat in Rhenum, adeo vt vix alij piſces capiantur. Rondeletius verò & ante ipſum Bellonius de Vmbra fluuiatili, &

H

Vmbra Rondel.



Thymallo

A Thymallo ſeparatis agunt capitibus, tanquam de diuerſis ſpecie piſcibus, Rondeletius vtriuſque iconem lectoribus ob oculos præpoſuit. Bellonius verò Vmbræ iconem ſtudio omiſit, quòd ad Vmblam ( Vmbram lacuſtrem ) proximè accedat. Piſcis eſt ( inquit Rondeletius) non ſolùm nomine, ſed & colore marinis ( Vmbris ) ſimilis, à quo vtriq; nomen, corpus enim eſt opaci loci modo ſubfuſcum & ſuboſcurum, cubitalem magnitudinem non excedens. Galli Narbonenſes, demptis Monſpelienſibus, Vmbram vocant. Piſcis eſt ex Truttarum genere, Carpioni Italico corporis aſpectu affinis. Pinnis & earum ſitu à Trutta non differt. Duas itaque ad branchias habet, duas in ventre, ab ano vnicam, in medio dorſo priorem maiorem, poſteriorem minorem, ſubrotundam & pinguem, ſquamas paruas & maculoſas ſimiliter habet. Carnis ſubſtantiam, parteſq; internas omnes eaſdem habet. Capite verò à Truttis differt, quo Carpioni ( Italico, Geſnerus, ) ſimilis eſt : capite enim longiore eſt quàm Trutta, ore minore, nec tam hiante, roſtro non acuto, ſed obtuſo, maximè in maxilla inferiore, ſine dentibus, & ſine magna maxillarum aſperitate. Oculis eſt patulis, cornea tunica aurea, pupilla nigra. Corpus à medio ſenſim gracileſcit, in caudam tamen latiuſculam & pinnam bifidam, latiſſimã deficit. A branchijs ad caudam linea recta ( Hanc in pictura non expreſſit, ) per medium corpus producta eſt. Branchiæ intus ſunt quaternæ, ventriculus longus & ſpiſſus, pinguitudine quæ lacte candidior

B eſt, obductus, à quo multæ apophyſes pendent. Hepar rubet, cui alligata eſt fellis veſica, fel nigerrimum eſt, ſplen longus & niger. Inteſtina ſine gyris vllis ad anum demiſſa ſunt. Veſcitur terra, aqua, limo, vnaq; cum his & cum arena auri laminulas haurit. ob id vulgus auro nutriri Vmbram credit: & reuera in ventriculo & inteſtinis aurum reperiri ceruſsimum eſt. Carne eſt ſicca & alba, qualis eſt Truttarum paruarum caro. Hyeme latet: æſtate cum Truttis capitur: cui cùm in ſucco & ſubſtantia, permultiſq; alijs ſimilis ſit, Truttarum generi & tractationi ſubiecimus. Pura aqua maximè delectatur. Hæc Rondeletius, nulla coloris facta mentione, quem Bellonius non tacuit: totum hunc piſcem ſub ventre argenteum eſſe ſcribens: dorſum verò terſiſſimum habere, ex liuido opacum.

*Vmbra Rõd. & Bellonij deſcriptio.*

*Vt à Trutta differat.*

*Cibus.*

*Carnis qualitas.*

*Color.*

# DE BARBO. Cap. XVI.

## SYNONYMA. ETYMVM.

C CVTACEI illi cirri, quæ barbæ quodammodo ſimilitudine ex vtroq; huius piſcis labro dependent, vbiq; ferè terrarum, ei nomen fecerunt. Nobis enim atque Hiſpanis Barbo appellatur: Gallis Barbeau, Barbet, & Barbario: Flandris Barbe; Germanis Barb, Barben, Barbel, & Barbyl. Saxonibus priuatim Parme, vt Georgius Agricola recitante Geſnero interpretatur, cùm alibi Cyprinus latus, ſi bene ( inquit ) memini, eo nomine appelletur. Idem Geſnerus idem vocabulum primò Illyricum quoq; facit, ſed mox Illyricè Toporex vocari hunc piſcem tradit. Bellonius Myſtum vocat haud incongruo piſci nomine, & Mythum ſiue Myſtum Memphis vocari teſtatur, & Græcorum vulgo Muſtacatum, à myſtace nimirum, id eſt barbitio ſuperioris labri, nobis hodieq; muſtacchio nuncupato. Alius verò eſt Myſticetus, barbatus nimirum cetus, vt ſuo loco apparebit. Qui ex veteribus huius piſcis mentionem faciat, præter Auſonium cui Barbus dicitur, inuenio neminem: quod cùm multi ignorarent, alij Barbonem, alij Barbulum, alij Barbellum dixerunt. Albertus etiam Barborum, quidam ineptiſſimè Balbum. Vulgus Mediolanenſe iam adultos Barbos aut Barbaros, minores Balbetos, vt Bellonius annotauit. Sunt qui cum Mullis marinis piſcibus, qui & ipſi barbati ſunt, turpiter confundunt.

*Barbus cur ſic dictus.*

*Myſtus.*

*Muſtacatus.*

## D GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

CORporis figura Mugiles ferè refert, aut Squalos; nam ſi latitudinem ſpectemus, oblongiuſculus eſt, rotudus, in latera modicè compreſſus. Differt à Mugilibus, quòd pinna quæ in medio eſt dorſi, firmiori aculeo innixa eſt: pinnæ ventris magis ſunt flauæ; caudæ pinna rubeſcit; Roſtro item eſt longiore & acutiore, cartilagineo & pingui. A Squalo etiam perſpicuis quibuſdam notis differt. Nam cùm in extremo roſtro Squalo ſit os, infra roſtrum in inferiore parte illud Barbus habet; vnde & ſuperior eius maxilla paululum prominet: Labra item longè craſſiora ſunt quàm Squalo caputque compreſſius. Poſtremò è ſuperioris roſtri extremo duæ appendices, ex lateribus duæ aliæ propendent; quibus & Squalus & Mugiles carent, Eſt autem appendicum earum ſubſtantia cutacea quidem, ſed mollis, lubrica, teres, ſubrubra. Venter colore eſt lacteo, latera argenteo. Dorſum ex albo flaueſcit, nigriſque quibuſdam ac paruis maculis conſpergitur. Branchias habet quaternas: quarum

*Vt à Mugilibus differat.*

*Vt à Squalo.*

*Barba deſcriptio.*

*Color.*

rum rima admodum parua eſt: quamobrem extra aquam ſatis diu viuit. Ab ijſdem linea ad caudam porrecta, minus euidens eſt, quàm in alijs. Dentibus caret. Oculi parui ſunt, pupilla nigra, quam ambit aureus circulus. Fel adhæret iecori. Inteſtina in ſpiras contorta, plurima pinguedine oblita. Vterus oblongus eſt & bifidus, ouis innumeris refertiſſimus, cùm prægnans eſt piſcis.

*Pondus.* Pondere plerunq; libræ vnius, quandoq; duarum, rarò trium. Saluianus ad octo libras excreuiſſe obſeruauit. Bellonius frequenter in Nilo capi teſtatur, ſed quo modo Lucius Italicus

*Myſtus Niliacus.* (inquit) à Gallico differt, ſic Nili Myſtus à noſtro diſſidet. Noſter enim Myſtus oblongus eſt, & quaſi teres: Niloticus verò craſſo & recuruo eſt corpore: Eiuſdem tamen coloris ſunt: & eodem modo barbis quatuor, ſeu myſtacibus exornantur. Niloticus noſtrum Cyprinum ipſa forma ferè æmulatur: ventrem enim habet expanſum. Tanta craſſitudine in Nilo profieit, vt eũ Mẽphis libras viginti pendentem viderim; quo in loco Mythus vel Myſtus dicitur.

# LOCVS. NATVRA. MORES.

IN lacubus quidem etiam naſcitur, ſed cùm multò frequentiùs naſcatur in fluuijs, fluuiatilis potius quàm lacuſtris erit dicendus. Scribit Saluianus paucos eſſe lacus qui Barbis abundent: plurimos verò eſſe qui eis careant: contrà in omnibus fluuijs gigni atque ali: ideoque iure inter ſuos Moſellæ piſces Barbum recenſeri ab Auſonio. Albertus author eſt à piſcatoribus ſibi relatum, oua ab eo cuſtodiri, ne ab alijs deuorentur: additq; ſe obſeruaſſe in cauèrnis domus ſuæ ad Danubium ſitæ, quotannis poſt æquinoctium autumnale congregari hoſce piſces, tantaq; copia conuenire vt manibus etiam capiantur, ita vt meo tempore (inquit) incolæ lõci aliquando decem plauſtra ferè manibus ciecerint. Nam hoc genus piſcis frigus non ſuſtinet: quare ſemper languidus hyeme inuenitur; æſtate verò mundus & ſanus eſt. Hæc ille.

*Fluuiatilis eſſe dicendus.*

*Frigus ipſum. Cibus.* Veſcitur algis, cochleis & piſcibus, & ne ſuo quidem generi parcere dicitur. Albertus cadaueribus



A ueribus capi quoque ſcripſit. Degunt gregatim, pariũt ineunte æſtate prope litora. Geſnerus ex piſcatorum obſeruatione, ſub collibus & ripis prominẽtibus libenter verſari aſſerit, & porcorũ inſtar fodere, ita vt aliquando in cauernis inhæreant & pereant: pinaſq; eorum ab hirudinibus nonnunquã infeſtari, quas ſaxis affricantes in fundo aquæ depellant, aut rapidiora fluminis loca petant, vt aquæ impetu elidantur. Apparet verò cum Squalis quandam occultã exercere amicitiam, nam quemadmodum in quouis lacuum, fluminumq; Barbus, ibidẽ ferè ſemper & Squalus reperitur; ita è cõtrario vbi Squalus, ibi ſemper etiam Barbus, vt Saluianus refert. Clauſtra fert, & in piſcinis æquè ac Squalus parit & pingueſcit.

*Partus.*

*Amicitia cum Squalis.*

# VSVS IN CIBIS.

HIeronymus Cardanus Barbum frequentem Inſubriæ piſcem, vilem eſſe tradit, eſſeque de eo adagium, quòd neque frigidus, neque calidus, neque elixus, neque aſſatus ſit bonus. Platina quoque inter bonos piſces, vel quouis etiam modo coctos, connumerandos negat. Verùm
B ſi in ſaxoſis & puris fluminibus capiantur, & benè ſapiunt, & teneri ſunt, concoctu faciles, & boni ſucci, candidaq; & molli carne præditi, ſed quæ plurimis ſpinis firmata eſt. Ganeones labra præcipuè appetunt, vt Geſnerus ait: Circa caput verò pingueſcit. Idem commendari Maio refert ex piſcatorum fide circa Rhenum & alia flumina, vſque ad Iulium: apud ſuos probari Auguſto. Saluianus verò ineunte vere ſapidiores quàm reliquis anni temporibus credi ſcribit. Grandiores natu, maiore ſunt in pretio & melius ſapiunt, vt teſtatur Auſonius his verſibus:

*Vilem eſſe.*

*Quando, & vbi meliores.*

*Tuque per obliqui fauces vexate Sarani,*
*Qua bis terna fremunt ſcopuloſis oſtia pilis*
*Cùm defluxiſti fama melioris in amnem*
*Liberior, laxos exerces Barbe natatus*
*Tu melior peiore amne, tibi contigit vni*
*Spirantum ex numero non illaudata ſenectus.*

Cæterum quia mollem & laxam habet carnem, vino feruenti prius imponendum aiunt, quàm elixetur: & quia paruas ſquamas habet, Rondeletius cum ſquamis coqui tradit. Cùm aſſatur ex feniculi vmbella, aut ſaluiæ ramuſculo, acri aceto & oleo, perſæpe irrorari, ſi verò frigatur, arancij mali ſucco
C conſpergi debet. Oua eorũ venenata eſſe dicuntur, vimque nimirum turbandæ alui & vertriculi ſubuertendi habere, idq; Maio potiſſimùm tempore, vt Platina teſtatur. Scribit Ant. Gazius, cùm experiundi gratia duos duntaxat de quis hiſce bolos comediſſet, nihil inde aliquot horis poſtea noxæ per cepiſſe: demum ſub horam cœnæ plurimam in ore ventriculi ſenſiſſe inflationem, quam vt diſſoluerem, (inquit) anilum ſumpſi, ſed fruſtra. Poſt horam faciem apparuiſſe tanquam in ſyncope, ita vt aſtantes & admirari, & de mea ſalute timere inciperẽt. Se interim magnam non ſolùm in ſtomacho & ventre, ſed omnibus membris externis alterationem & inæqualẽ, quandam intemperiẽ in vnaquaq; carnis parte ſenſiſſe. Tum ſuperueniſſe paſſionem cholericam, donec infrà ſupraq; ſimul pluries oua purgarentur, magna cum anxietate & virium proſtratione, & maximo vitæ periculo. Affirmat & Geſnerus quoſdam deguſtatis his ouis ſimiliter ferè affectos ſe nouiſſe, & quendam intra duas horas ab eis aſſumptis, ſupra infraq; magna cum anxietate, vehementer exinanitum: Quamobrem ſuadet, vt oua, cum piſcis exenteratur, ſtatim eximantur, nec vnâ cum piſce comedantur. Rondeletius & Saluianus eſſe aiunt, qui credant, non per ſe ipſa Barbi oua hac malefica vi prædita eſſe, propterea quòd nõ ſemper eorum eſum ea ſymptomata ſequantur, cùm conſtet nonnullos innoxiè veſci, ſed eo maximè
D tempore malefica fieri, cùm ſalicum (qui ad fluuiorum ripas ſunt,) floribus in aquam decidentibus veſcuntur. Cæterùm cùm eadem vis, neque ſalicum floribus, neque alijs ipſorum Barborum partibus, quæ ex ijſdem aluntur, inſit; Rondeletius id idioſyncraſiæ potius tribuendum putat, quàm manifeſtæ cuipiam qualitati: cui facilè ſubſcribo: Vtcumque tamen eſt, præſtiterit omnino ouis ijs abſtinere, cùm ſciri nequeat, nunquid Barbi appoſiti vel ederint eos flores, vel ab eis abſtinuerint.

*Apparatus.*

*Oua an venenata.*

*Sympto mata ex eſu ouorum.*

*Oua an ſemper venenata.*

DE

# DE CAPITONE AVSONII SIVE SQVALO VETERVM. Cap. XVII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Cauedano. Capidon*

VEMADMODVM omnium penè locorum piſcis eſt, quo de hic ſermo inſtituitur, ita quoque vbique diuerſis appellatur nomenclaturis. Noſtri piſcatores Cauedanum dicunt: Ferrarienſes alijque Padi accolæ Capidonem quaſi Capitonem: Placentini ijſq; finitimi Cauezalem; circa Larium lacum Cauedum, Caueden, Coueanum, vel potius Caueanum. Quæ omnia nomina à capite facta puto, quandoquidem id cum reliquo corpore collatum, grandiuſculum ei contigit: vnde & Gallis plerique vn Teſtard appellatur, & Auſonio inter Moſellæ piſces Capito. Romæ & ſinus Adriatici accolis antiquo nomine Squaglio, aut Squalo, Venetijs etiam, vt Geſnerus ſcribit, Squadro, quòd tamen nomen ad Squatinam pertinere exiſtimo: Tridenti Squaio, & ætate minor Squalloto, Romæ, vt Bellonius annotauit Caueto. Galli præterea vocant vn Munier, à moletrinis, vt Rondeletius ait, quod circa eas plurimus ſit. Sed Bellonius Lugdunenſibus vn Mulnier dici ſcribit, quod nomen alias Gobio fluuiatili altero tribuit. Geſnerus inquirendum proponit, an à Mugile potiùs deductum ſit, cuius (inquit) ſpecies eſt; Alicubi item in Gallia, & vt Bellonius ait, prouiſoribus aulicis, vn Vilain, quaſi turpis ac fœdus, à victus nimirum ratione, cuia ſtercore, cœno, ſordibuſque alijs delectatur: alicubi denique Calliaſtro, Cenomanis & Andegauenſibus vn Chouan, Anglis ſimiliter Chieuen vt Bellonius ſcribit, vel vt Geſnerus Cheuijn vel Cheui, item Pelards ſi palmum non excedat, ſi paulò maior, Chius. Carolus Figulus referente Geſnero Germanos ad Moſellam Monne vocare ait, nomine (vt apparet,) a Gallorum Mnnier, vel (vt Figulus ſcribit) Monnier deducto. Alij Mone (inquit Geſnerus) ſcribunt ſimpliciter. In regione Vueſterica & alibi ein Myn, vel Minvuc. Coloniæ, ſi bene meminit, ein Menechen, in eſt Monachus, quare conijcit Alberto qui Coloniæ vixit, Monachũ vocari. Argentinæ eodem teſte nominatur vn Fum aut Forn: quòd nomen (inquit) alij, (vt piſcatores circa Acronium lacum) diuerſo pisci attribuunt, quem noſtri (Heluetij) vocant vn Schvual, nos ſupra Leucdi ſeu Mugilis fluuiatilis ſpeciem fecimus inter Albos piſces: ſic illos. Ego ſic Trutam alicubi appellari oſtendi. Heluetij Alet vocant, Bauari Allt. Quis modò ſit hic apud veteres piſcis, alij aliter ſentiunt. Bellonius ab Auſonio Thedonem vocari conijcit, non alio fultus argumento, quàm quod ea vox nonnihil accedat ad Gallorum Teſtard. Auſonius verò nihil aliud de Thedone præter hunc verſum reliquit ſcriptum;

*Monachus piſcis.*

*Quis ſit apud veteres.*

*Et nullo ſpina nocituras acumine Thedo.*

*Thedo Auſonij.*

Ex quo facilè de quo piſce ſentiat, conijcere non licet. Ego Rondeletij ſententiam probo qui noſtrũ hunc piſcem eidem Auſonio Capitonem vocari exiſtimat; cæterùm cùm & marinus ſit Capito ſiue Cephalus, ad hunc Capitonis nomen apud Auſonium referri non poſſe, vel hinc colligas, (inquit Rõdeletius) quòd ariſtis Capitonem abundare ſcribat; id quod fluuiatili, non marino conuenit. Idem Rondeletius eorum ſententiam improbat, qui veterum Squalum eſſe volunt, quoniam Squali nomẽ, vt putat, ſolis Galeis conuenit, à ſqualore & cutis aſperitate. Equidem [a] Plinius cùm cartilagineos planos piſces aliquot recenſuiſſet: *Hoc in numero* (inquit, cartilagineorum ſcilicet) *ſunt Squali quoque, quammaxime non plani.* verùm eo loco alij pro Squali legunt Galei, ex Ariſtotele, ex quo id Plinius tranſtulit. neque Rondeletius ſe alio [b] Plinij loco, in quo Squalum circa æquinoctium parere ſcribit, defendere poteſt, quandequidem & hic ex Ariſtotele tranſcriptus eſt, apud quem Squato tribuitur is partus: quare & hic Plinius ex Ariſtotele reſtituendus eſt, eoq; maximè cùm in catalogo ſuo piſcium ruem ordine conſcripſit alphabetico Galeum nominarit ſuo loco, Squali nulla facta mentione, & Rhinam ibidem Squatum interpretetur. Apparetque Squali nomen Capitoni marino æquè ac fluuiatili conuenire: nam cùm ab Ouidio Squalus accenſeatur piſcibus in herboſa arena degẽtibus hoc verſu:

*Squali vetervm.*

[a] *L. 9. c. 24.*

[b] *L. 9. c. 51.*

*Et Squalus & tenui ſuffuſus ſanguine Mullus,*

hoc de marino potius quàm de fluuiatili dixiſſe exiſtimo. Cùm itaque piſcis noſter Romæ & alicubi in Italia, vt oſtendimus, hodieque Squalus vocetur, eique ex aſſe conueniant, quæ veteres ſuo Squalo attribuunt, quid impedire poſſit, quo minus pro vero ac genuino Squalo oſtendere liceat, non video. Eiuſdem quoque ſententiæ fuit Saluianus, qui item conijcit ab Auſonio Alburnum vocari inter vi-

*Alburnus Auſonij.*

liores

A liores Moſellæ ſuæ piſces: ſed Capitonem eiuſdem eſſe, vt cum Rondeletio ſtatuimus, inox patebit. Idem denique Galeni Leuciſcum eſſe tradit, qua in re nec aſſentior, neque etiam omnino diſſentior, cùm rectè inter alios albos piſces recenſeri queat. *Alburnus Auſonij. Leuciſcus Galeni.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

FLuuiatilis noſter Capito marino Capitoni Mugilibuſque alijs corporis figura ſimilis eſt, quod Saluiano occaſionem præbuit, vt Galeni Leuciſcum eſſe crederet: dorſo tamen minus lato eſt, & compreſsiore corpore. In dorſo item vnicam duntaxat pinnam habet, Mugilum verò genus duas, vnam videlicet in eius medio, alteram inferiùs ad caudam. Mugiles denique lineas quaſdam habent ſubobſcuras à branchijs ad caudam productas, quibus carere omnino Squalum Saluianus ſcribit: Vnam tamen ei lineam eſſe Geſnerus profitetur, ſed quæ leuiter appareat. Idem Saluianus caput ait habere paruum, Rondeletius contrà craſſum & magnum: id quod pleræque etiam vulgares nomenclaturæ indicant. Rurſus vterque dentes habere negat, Rondeletius os tantùm aſperum eſſe ait: Geſnerus verò dentes eius latere in faucibus aſſerit, in maxilla ferè ſemicirculari, ſupernè leuiter aduncos, ordine duplici, exterius quinos, interius binos. Dentes etiam ei tribuit Albertus his verbis: Piſcium omnium dentes valdè acuti ſunt, exceptis perpaucis, qui in lateribus gutturis mandibulas habent, vt piſces fluuiatiles magnis veſtiti ſquamis, Barbellus (at huic ſquamæ ſunt exiguæ) Monachus, & alij quidam. Hi enim habent dentes latos aliquantulum magis ad conterendum cibum, quàm ad diuidendum idoneos: quamobrem etiam omnes æquales ſunt: & ideo natura abſcondit eos in gutture, vt clauſo ore aqua non ſuffocet mandentes hos piſces. Tales autem dentes maximè habet Carpo (Cyprinus) piſcis, hæc ille. Labra ſunt ſatis craſſa. Oculi nigri, in circuitu aureoli; tempora ſubflaua, os rubicundum, branchiæ vtrimque quaternæ, geminæ. Colore totus eſt argenteo: dorſum tamen minus quàm venter & latera pellucent. Squamæ ſplẽdidæ ſunt, albicantes, angulo ſæ, latæ, cute vltra medium obductæ, minimis variante punctis. Ariſtis in carne multis abundat, quarum etiam in Capitone meminit Auſonius, qui item à ſquamarum magnitudine ſquameum cognominauit, dum canit: *Vt à Mugilibus differat. Caput. Dentes.*

*Squameus herboſas Capito interlucet arenas, Viſcere pratenero ſartim congeſtus ariſtis.*

Geſnerus cùm circa Octobris calendas vnum ouis grauidum, magnum item & præpinguem inſpiceret, nullas in eo apparuiſſe ariſtas teſtatur, quare vel non omni tempore, vel non omni ætate in ijs reperiri credendum eſt. Ventriculum paruum habet, inteſtina parua, hepar ex albo rubeſcens, fel in medio viride, veſicam geminam aëre plenam, peritonæum nigricans. Circiter libram plerumque implet, aliquando tres & quatuor, aliquando ſed rariſsimè octo aut nouem. *Partes interiores.*

Capito fluuiatilis ſimpliciter dictus.



# LOCVS. NATVRA. MORES.

ETſi non ſolùm in fluminibus & degat & naſcatur Squalus ſiue Capito, recta tamen ratione fluuiatilibus tanquam fluuiatilem Moſellæ ſuæ piſcibus eum accenſuit Auſonius. Etenim neque in omnibus lacubus, neq; etiam in pleriſque, ſed in paucis tantùm reperitur. Geſnerus præterea maiorem ſuo in fluuio quàm in lacu eſſe refert: & in Rheno quoque magnum eſſe: capi item in Lario lacu: in Conſtantienſi nullum neque inferiore, neque ſuperiore. Bellonius alicubi Cephalum inter Strymonis fluuij piſces nominat: cæterùm marinumne an hunc intelligat, incertum eſt. Clauſtra quoque patienter fert, id quod non ſolùm experientia oſtendit, (dulci enim- *Fluuiatilem potius quàm lacuſtrẽ eſſe.*

*Lib. 3. de re ruſt. cap. Vinacias.* piſcina incluſus creſcit, pinguescit, & prolem propagat,) ſed & M. Varro his verbis teſtatum reliquit: *In tertia parte quis habebat piſcinam, niſi dulcem? & in ea duntaxat Squalos & Mugiles piſces?* Seruari diu quoque in pura aqua poteſt: ſed aqua ſæpius mutari debet, & vas ad ſummum vſque non implendum, neque mica panis, nec quicquam aliud in aquam injiciendum: alioqui ſuffocatos mori Rondeletius tradit. *Cibus.* Veſcitur cœno & aqua, carne verò abſtinet, vt ex frequenti diſſectione & ventriculi inſpectione idem Rondel. didicit. Geſnerus quoque carnem & piſces attingere negat, ſed ſcarabæis & quibuſdam animalculis, quæ in aquæ ſuperficiè viderit, ſaltu mordicus apprehenſis paſci: quamobrem eum circa Argentinam ab aliquibus perperam appellari ait ein Muſeſſer, quaſi muriuorum: *Vt capiatur.* non enim mures ſed muſcas (inquit) captat, & cantharos quibus etiam ineſcatur. Piſcatores hamo inſerunt, vel gryllum campeſtrem, vel acinum etiam vuæ, vel muſcæ genus, quod propterea Aletmuggen Heluetij dicunt. Muſca eſt magna, oblonga, nigricans, per hyemem in fluuijs latens, alia ſpecie apparens. Cerebro etiam bubulo delectari ait, eiuſque particulam à piſcatoribus hamo ſubtiliter *Vbi & quãdo pariat.* alligari. In locis littoribus proximis, in fine vêris & ſub æſtatis initium parit. Geſnerus eſſe ait, qui dicunt, Maio menſe parere ab vno latere, ab altero verò poſtea, cùm ceraſa, quæ Amarella noſtri vocant, iam matura ſunt. Piſcis eſt gregalis, minimè ſoliuagus.

E

F

# VSVS IN CIBVS.

** Lib. 7. cap. 16. Vilis eſt. Columella correctus.* VIlis vbique & plebeus piſcis eſt, ſemperq; Squalus fuit, vt ex Columella clariſſimè innoteſcit, apud quem tamen Scarus perperam pro Squalus ſcriptum eſt. *Harum ſtudia rerum,* (inquit) *maiores noſtri celebrauerunt, adeo quidem vt etiam in dulcibus aquis marinos clauderent piſces, atque eadem cura Mugilem Scarumq; nutrierunt, qua nunc Murena & Lupus educantur.* Scarum autem mendosè hic legi, Squalumq; reſtituendum eſſe, ex multis (inquit Saluianus) intelligi poteſt. Primùm enim Columella veterum frugalitatem cum perdito ſui temporis luxu comparans, vti Mugilem ac Scarum eadem cura maiores nutriuiſſe, qua poſtea Muræna & Lupus educarentur, ait: ſic hic illos viliores fuiſſe innuit: quod quidem ſicuti de Mugile verè, ſic nullo pacto de Scaro dici poteſt: cùm communi ſcriptorum omnium conſenſu, nobiliſſimus piſcis cenſeatur: vnde Squalum quippe quem vilem eſſe conſtat, reſtituere oportet. Deinde ſi hanc Columellæ ſententiam cum hoc M. Varronis loco, (*Quis habebat piſcinam niſi dulcem? & in ea duntaxat Squalos ac Mugiles piſces?*) in quo veterum laudat parſimoniam, vt qui dulces tantùm piſcinas, & in eis duntaxat Squalos ac Mugiles piſces haberent, diligenter conferamus: quemadmodum ex Varrone ſententiam illam ſuam Columellam tranſcripſiſſe, manifeſtiſſimè cognoſcemus, ita in hoc, vti in illo, Squalum, non Scarum, legendum eſſe, proculdubiò iudicabimus. Carne quidem eſt candida, ſed inſipida ac molli, & quæ mox *Caro qualis.* extra aquam facceſſit, plurimis abundans ariſtis; Vtrumque tetigit Auſonius dum canit.

G

*Viſcere pratenero fartim congeſtus ariſtis,*
*Nec duraturus poſt bina trihoria menſis.*

Improbantur præ cęteris, qui in lacubus, & in magnis cænoſisq; fluminibus capiuntur; quamobrem *Qui & vbi meliores, & quo tempore.* Romæ, quòd vel ex proximis lacubus, vel ex Tyberi afferatur, parui fit, cùm aloqui Tyberinus in ligneis vaſis diu viuus conſeruetur. Contrà in limpidis, paruisq; ac ſaxoſis fluuijs torrentibuſq; captus haud omnino aſpernari debet, maximè vbi adoleuit. Maior enim factus minus mollis eſt, vt hic etiã, ſicut de Barbo diximus ex Auſonio in ſenecta præferendus videatur. Cõmendantur apud nos verno potiſsimùm tempore, cùm prægnãtes ſunt: Alij tradunt per totam hyemẽ admitti menſis poſſe, & vêre etiã vſq; ad initium Maij: æſtate non probari. Geſnerus apud ſuos commendari ſcribit menſe Decembri, placereq́ue etiam circa Calendas Octobris, quo tempore vnum ouis grauidum (inquit) reperi: magnus is & præpinguis erat: oua quoque ſapiebant palato: nec vllæ apparebant ſpinæ. Idem caput in eo præferri aſſerit. Comeſtur aſſus, fricTus, & elixus. Aſſus plerumque magis laudatur. Cùm *Apparatus.* aſſatur, ex fœniculi vmbella, aut ramuſculo ſaluiæ, aceto oleoq; crebro irrorari debet: cùm frigitur acido aliquo ſucco excipi. Si elixari placeat, Geſnerus ſuadet, vt vino frigido imponatur, & cum iam propè eſt, vt ſatis coctus ſit, butyro calidò perfundatur. Idem ait eſſe qui hunc piſcem maiuſculum, in tres diſſectum tomos, ad quadrageſimale ieiunium reponant. Rondeletius verò ſale conditum meliorem effici profitetur, & à marino Capitone ſalito vix diſtingui.

H

DE

A

# DE CAPITONE FLVVIATILI SIVE SQVALO MINORE. Cap. XVIII.

FRequens in fluuijs eſt, (inquit Geſnerus) vulgò nominatus ein Haſzle, in lacu iuxta Tugium Ganghaſzle, vel communiori nomine Vuyſzfiſch, quaſi albus piſcis: circa Argentoratum Schnotfiſch, quaſi turpis piſcis; item alio nomine Meifiſch, à menſe Maio, quo præferuntur, quod nomen Alauſis, quoque attribui putat. Italicum huius piſcis nomen niſi Stretta ſit (à corpore longiuſculo fortè, & ſtricto, id eſt, minimè lato) in Lario lacu, & in Verbano Giauetta, aliud ſe neſcire profitetur. Hæc verò cùm ſcripſiſſet, piſcator Lucarnenſis in Verbano vocari ei aſſeruit, Letta vel Aletta. Conijcitque eundem fortè eſſe qui Papiæ Cabacello dicitur. Germanicum Haſzle videtur lepuſculum ſignificare, fortè quòd agilitate ac celeritate natandi lepores repræſentent. Ipſe Cephalos aut Mugiles fluuiatiles minores vocat, quòd fluuiatilem Cephalum ſiue Squalum magis quàm Leuciſcos referat, adeo vt icone opus eſſe neget. Piſciculi (inquit) ſunt molles, duos aut tres palmos longi, albicantes, per dorſum in viridi nigricantes, cauda & pinna dorſi glaucis; cæteris rubicundis: minimè lati. Squamulis tenuibus, argenteis, branchijs ternis. Caro eorum ariſtis referta eſt, vt & Mugilum fluuiatilium maiorum. Ex his qui in fluuio apud nos capiuntur, oculis rubere audio, qui in lacu non item. Obſeruaui poſtea lacuſtres ſuperna oculorum parte flauere. Dentes in faucibus vtrinque conditos habet, vt Capito fluuiatilis, in mandibula curua, exteriore ordine quinque maiuſculos, interius binos minores, omnes ferè in ſummo leuiter aduncos. Parere incipiunt medio Aprili, vel paullò antè. Suo tempore (Maio & Aprili præcipuè, deinde Iunio & Iulio: à Maio quidem menſe etiam Meifiſch alicubi nominantur,) ſatis grati in cibo, & ſalubres habentur. Aliquando verò vermes eis innaſcuntur, (Ligulas noſtri vocant, Neſtel,) & omnino inſalubres fiunt. Hyeme macri ſunt, ac minimè placent. Fluuiatiles etiam lacuſtribus præferuntur. Elixari debent in vino feruido. Circa initium Nouembris oua in hoc piſce reperi, quę magis quàm piſcis placebant. Hæc ferè ille.

*Stretta. Giauetta. Letta.*

*Deſcriptio.*

*Partus.*

*Vſus in cibis*

# DE CAPITONE FLVVIATILI CÆRVLEO. Cap. XIX.

C IDem Geſnerus Capitonem fl. Cæruleum cognominat differentiæ cauſa, quem Germani, Saxones potiſſimùm Ieſen appellant. Quidam Alauſam interpretantur, ſed malè, quoniam è mari fluuios non aſcendit. Capitur in Albi, & in Danubio quoque, vbi Ientling vocatur. Cùm Capitone fluuiatili ſimilitudinem habet, ſed colore eſt in dorſo & in aliquibus capitis partibus cæruleo. Præfertur aſſus. Germani ad Viadrum Ieſitz appellant, Marchici ad Viadrum Ieſe ſcribunt: alicubi Bradtfiſch dicunt, hoc eſt piſcem aſſari ſolitum, per excellentiam. Poloni Iaiz vel Ieſien. Hungari Czompo. Non eſt in magno pretio: neutiquam ſalubris, quòd pinguiuſculus ſit, & non ſaxatilium modo friabilis: ſuauis tamen ſatis, quātum ad guſtum. Eſtur frigidus, aſſus potiſſimùm, quamuis & elixus, & alijs modis. Longitudo eius cubitum non excedit, nec latitudo tres aut quatuor digitos. Poſt Paſcha potiſſimùm capitur.

*Alauſam non eſſe.*

*Suauem ſed nō ſalubrem eſſe.*

Capito fluuiatilis cæruleus Geſner.

D



# DE CAPITONE FLVVIATILI RAPACE EIVSDEM. Cap. XX.

*Corum.* HOc genus Capitonis Miſeni Rappe vocant, id eſt Corum, vt Kentmannus Geſnero cõmunicata icone ſignificauit, quòd eius volucris inſtar vorax & rapax ſit, quamobrem Geſnerus rapacem cognominauit. Piſcis (inquit Kentmannus) eſt candidus, argentei ſplendoris, dorſo tamen fuſco & ſubcæruleo. Squamis tegitur latiuſculis, tenuibus, & perſpicuis, quibus pellicula tenuis argentei nitoris ſubſternitur, quæ per ſquamas tranſlucẽs, piſcem veluti argento illitum oſtẽdit, quales etiam cæteri piſces, quos communi nomine albos cognominamus (Vveyſiſch) apparent. Piſcis eſt longus, craſſus & carnoſus: caro ariſtis plena. Longitudo ad latitudinem quintupla. Dentes ei non in ore, ſed in faucibus ſunt, (vt alijs quoque huius generis) longiuſculi, vtrinque ſepteni è mandibulis prognati. Ventriculus & inteſtina ſimul, piſcis longitudinem non æquant. Reuolutio eorum triplex eſt, ita vt in ſummo ventriculus ſit, inde tenuius inteſtinum incipiens reuolui, duas ſub eo hélicas efficiat. Tegit hæc dextro latere iecur, (in quo veſica fellis longa conſpicitur:) altero lien. Veſica in eo aëre plena, oblonga eſt, vt in Lucio, Cyprino, &c. Maximi qui apud Miſenos capiuntur, ad ſex aut ſeptem libras (XVI. vnciarum) accedunt. Addit Geſnerus ſeſe audiuiſſe branchias molles eſſe, vt in Salmone: pinnas coloris è fuſco punicei. Nomen à rapacitate tulit. Eſt enim veluti prædo vehemens in aquis: nec minus ferè quam Silurus (Glanis) & Lucius, aut etiam amplius, damnoſus eſt vorandis piſcibus: quos dum perſequitur, in ripam aliquando expellit & ſimul etiam ipſe interdum impetu in ſiccum elatus relinquitur. Hic piſcis in Albi naſcitur, non aliũde ſubit, & toto ferè anno (ſed rariùs & per interualla quædam) capitur. A partu valdè augetur & pingueſcit. Parit autem circa annunciationem Diuæ Virginis: quo tempore a ſtationibus ſuis cateruatim procedunt, magni & parui: duobus aut tribus diebus ante aut poſt illum diem: idq; ita fore certum eſt. Quòd ſi nihil impediat, ſexaginta, plus, minus, vno retis tractu interdum capiuntur. Piſcis eſt callidus & extra hoc tempus, quo propter partum gregatim natat, difficilis captu; niſi vel nimij ventorum flatus, quo minus piſcatores & retia trahenda audiat, efficiat: vel aqua perturbata viſum eius impediat: alias enim inter ſcamna, quæ arenæ accumulant, manet nec facilè retibus includitur. Cæterùm extra pariendi tempus hamo ferè capitur, hoc modo. Quoniam vorax eſt piſcis, Phoximus aliuſvè piſciculus hamo infigitur, & ſic linea per aquam vltrò citroq; agitur, eo in loco, vbi huius generis piſces degere coniectura eſt: hi cum piſciculo pariter hamum deuorant & capiuntur. Piſcis eſt admodum laudatus & boni ſaporis, tum aſſus, tum elixus. A pleriſq; tamen parui æſtimatur, quòd idoneum coquendi modum neſciant. nam niſi ritè coquatur, ſiue aſſes ſiue elixes, in partes aliquot dilabitur: quòd ſi integrum ſeruare velis, non in feruidam, vt alios pleroſq; piſces ſolemus aquã, ſed ab initio ſtatim in frigidam præparatũ immittes, vt pariter cum aqua concalfiat: eum continues, ſalieſq; & ad iuris ferè conſumptionem coques. Aſſandum verò, deſquamabis, exenterabiſq; ſimiliter: deinde ſale diligenter conſperges, & perfricabis, & per duas horas in ſale relictum, tandem aſſabis: ita bonus & grati ſaporis piſcis erit. Sunt qui piſces aſſari ſolitos, ſimpliciter aſſent, ouis (aut lactibus) ſolùm non exemptis, & ſaluia infercta. Alij oua ſeu lactes, cum hepate & liene exempta minutatim concidunt; adduntque multum piperis ac caryophyllorum, ſalem, vuas paſſas minores, vitellum oui. hanc impenſam in piſcem infarciunt, & aſſant, putantq; ita ſalubriores fieri. Hæc Kentmannus ad Geſnerum.

*Descriptio.*

*Partes interna.*

*Magnitudo*

*Voracitas.*

*Quando pariat.*

*Natura.*

*Vt capiatur.*

*Optimum et ſuauiſſimum eſſe.*

*Apparatus.*

Capito fluuiatilis rapax.



A

# DE ORFO GERMANORVM, CAPITONE FLVVIATILI SVBRVBRO EIVSDEM. Cap. XXI.

ORFVM Germani vulgò ein Orff, genus hoc Capitonis vocant (inquit idem Geſnerus) quod mihi videre nondum contigit, præterquam Auguſtæ Vindelicorum olim in piſcina quadam, vbi mihi intuenti Cyprini coloré præ ſe ferre videbatur, aqua forte viſum meum mutãte. Ibidem depictam iconem clariſſimus medicus Achiles Pyrminius Gaſſarus mihi communicauit. Dorſo eſt rubicundo, ventre albicante, ſquamis (vt apparet) magnis & latis. Aſſi laudantur, præcipuè Aprili, & Maio mẽſibus. Linea à brachijs ad caudam, an probè adeò recta (præter plerorumq; piſcium morem) expreſſa ſit inquirendum. Germanicus liber qui Bauaricas conſtitutiones continet, eadem forma piſcem hunc delineatum proponit, digitos 12. *vel* 13. lõgum, qua longitudine inferiorem capi non liceat: cùm vulgarem Auſonij Capitonem vel nouem digitos longum capere conceſſum ſit: vnde hunc (Orſum dico, qui tamen ab Orpho marino piſce toto genere differt) ad molem multò maiorem excreſcere coniecerim. In diuerſis Germaniæ partibus aliter, atq; aliter (proximis tamen inter ſe vocabulis) nominatur, Orff, Erſle, Norfling, VVürfling: alicubi etiam Elſt, idem ni fallor. (Apud Hollandos Elſt eſt Aloſa). Intempeſtiuè captum, ſpinulis ſeu ariſtis redundare aiunt. Duorum generum eſſe hunc piſcem audio: aliatos alios carne alba eſſe, qui Auguſtæ vulgò VVeiſſiſch appellẽtur: alios rubicunda vel flaueſcente, Truttæ Salmonatæ inſtar. Piſcem Norimbergæ quoq; in Begniza fluuio frequẽtem eſſe aiunt; præferri genus illud, cuius caro rubeat: in ſuperficie diſcrimẽ non apparere: ſquamas paullò latiores eſſe, quàm in Thymallo: carnem ſiccam & friabilem, ſalubrem, vt vel puerperis concedatur, minus ſuauem quàm Truttarum. Bellonius quoq; viſa apud me huius piſcis effigie, forma ad Squalum, (id eſt, Capitonem fluuiatilem) eum accedere fatebatur. Piſcem audio lautum & in pretio eſſe; muſcis veſci. Cyprino minùs latum eſſe, ſed craſſiorem: nõ in aquis fluentibus, nec in lacubus, ſed in piſcinis fermè reperiri, apud Vindelicos & Norimbergæ & alibi. Sunt qui Pigo Picoué piſci Larij & Verbani lacus, eum comparent: & ſimiliter certo anni tempore è ſquamis ceu clauos quoſdam emittere mihi retulerint. Ad Cyprinoſné igitur magis an Capitones pertineat, iudicandum illis relinquo, quibus in promptu hi piſces ſunt.

*Color.*

B

*Nomina.*

*Genera duo.*

Capito fluuiatilis ſubruber. Orfus Germanorum.



C

*Caro qualis.*

*Nobilitas.*

*Locus.*

# DE LEVCISCO. Cap. XXII. SYNONYMA. ETYMVM.

D

LEuciſci nomen Hiceſio apud Athenæum, omne Mugilum genus comprehendere; Galeno[a] verò piſcem eſſe ſuæ ſpeciei, fluuiatilẽ & lacuſtrẽ, ſuo loco oſtendimus. Pro hoc Galeni Leuciſco Salu. Squalum oſtendit, vt dictũ eſt. *Ex noſtris quidam* (inquit Gal.) *piſces quoſdam in fluuijs genitos λευκίσκους nominant, rati diuerſos eſſe à Mugilum genere; cæterũ quidem animal animali ſimile eſt, niſi quòd Leuciſcus paulò eſt candidior, caputque habet minus, & guſtu eſt acidiore.* Quas notas Squalo optimè conuenire itaq; Salu. arbitratur. Fluuiatilis enim eſt Squalus (inquit) Mugili magis quàm cuiuis piſcium ſimilis, candidior tamen, capiteque minori, & ſapore acidiori. Cæterùm quòd Galenus Leuciſcum ait guſtum habere acidiorem (τὸν γεῦσιν ὀξύτερον,) id mendo non carere Rondeletius probè docteque docet, legendumque eſſe κεφαλὴν ἔχειν μικροτέραν καὶ ὀξυγλωττέραν. Quam germanam eſſe huius loci lectionem, ratio ipſa primùm (inquit) ſuadet. Piſces enim omnes qui in aqua dulci gignuntur & aluntur, ſunt inſipidiores. marinis omnibus ſubeſt ſapor quidam acris, nec ita inſipidus. Id declarãt piſces marini qui

[a] *Lib. 3. de Alim. fac. Leuciſcus Gal. Saluiano qui. Galeni locus correctus.*

*Piſces marini ſapore differunt à piſcibus aquarũ dulcium.*

amnes petunt, qui in aqua dulci nutriti permultum guſtu ab ijs diſcrepant, qui in mari capti ſunt. E
His accedit Athenæi authoritas, qui Mugilem fluuiatilem appellatum fuiſſe ait ὀξύρυγχον, his verbis.
Oxyrinchus. Κεφαλὴ δὶ γίνεται μὲν καὶ θαλαττίος, καὶ ὁ λιμναῖος, καὶ ποταμίος· οὗτος δὶ καλεῖται ὀξύρυγχος, id eſt, *Mugil quidem eſt marinus & lacuſtris & fluuiatilis, hic autem vocatur Oxyrynchus.* Saluian. certè Squalo fluuiatili acidiorem ſaporem, quàm lacuſtri tribuit, qualem tamen in neutro reperias. Quamobrem cum Rondelet. & Bellonio Leuciſcos nominabo alios quoſdam albos piſces, quorum alterum, vul-
Leucorinus. gus Græcorum hodieque Leucorinum vocat, teſtante Bellonio, quanquam haud certò ſtatui poſſe putem, hicné an prior Rondeletij Leuciſcus, reuera Leuciſcus Galeni ſit dicendus, cùm quæ de
Albicilla. Leuciſco ſcribit, non paucis albis piſcibus attribui poſſint. Leuciſcum Bellonius Latinè Albicillam
Albicula. vel Albiculam dici poſſe putat; Bellonij Leuciſcum præuertam., Is Inſubribus Streiam vocari ſcribit, idemque nomen iconi appoſitæ præfixit: ſed in deſcriptione ipſum piſcem (Leuciſcum) Streia vocato longiorem & anguſtiorem eſſe dicens, alium à Streia eſſe innuit; & alicubi Ferrarienſi-
Alburnus Auſonij. bus Stregiam vocari etiam ait illum piſciculum, qui eruditorum iudicio Alburnus Auſonij cenſetur. Eſt tamen piſcis Italicum nomen (vt Geſnerus annotauit) Strigio, Strilato, & Stria, quo (inquit) circa Tridentum Germanicè etiam loquentes vtuntur; factum fortè à ſtrijs rectis, quibus inter ſquamas
Strigilis. diſtingui videtur, vt ipſe Bellonius ſcribit. Grapaldus Italus Strigilem nominat piſcem, eumque F
inter veteribus ignotos recenſet; ſed quoniam frequenter per hyemes capi tradit, non alium, puto,
Vindoſa. intelligit, quàm quo de h c agitur: Gallis Vandoiſe vocatur; Alberto Vindoſa, Ligeris accolis, vt Santonibus & Pictonibus vn Dard, quaſi iaculum aut ſagitta, quòd ſagittæ modo ſe vibret: Monſpelienſibus teſte Rondeletio Sophio, Lugdunenſibus Suiffe; accolis lacus Biſtonij, cuius aqua partim dulcis, partim ſalſa eſt, Lilinga, Anglis Duces, Illyrijs Auxley: in Germania circa Argentinam ein-
Ex Geſnero. Lauck, Heluetijs diminutiua voce Laugele, quo nomine Gelenius dici coniiciebat (inquit Geſnerus) quaſi λεύκιλλον, id eſt Albiculam, tanquam olim ſic appellaſſent Græci, & ab ijs mutuati eſſent Germani. In quibuſdam Heluetiorum lacubus, vt iuxta Tugium & Bielam Vuinger vocitatur, vt à Sabaudis circa Neocomum Vengeron. Diuerſus tamen ab hoc piſcis eſt Vangeron in Lemano dictus, cui Heluetij a rubore pinnarum nomen poſuerunt. Bielenſes etiam Onhopt, id eſt, acephalos nominant hos piſces: amputatis enim capitibus ſiccatos alibi venales mittunt: Cùm minimi denſis agminibus natant, Heluetijs Seelen, id eſt animæ dicuntur. Acronij lacus accolæ nominibus variant; Graſig Lindauiæ vocant: Vberlingæ Laugele; Conſtantiæ dum parui ſunt, Zienfiſche vel Graſing: adultiores, Agonen, Agonen, Lagenen. Aiunt enim piſciculos eſſe vix longiores palmo, ſquamoſos, quibus multi abſtineant, quòd circa latrinas paſcantur: ſuo tempore tamen commendari. Aeſtate (in- G
quiunt) innaſcuntur eis vermes, quos vulgus ligulas (Neſtel) nominant, quo tempore inſalubres habentur. Oua gerunt vſque ad Iunium, deinde pariunt. Non ſolùm autem inter ſe, ſed cum illis etiam piſcibus latis lacuſtribus, quos Heluetij Rotten vocant, & cum Scardulis ſiue Cyprinis latis coëunt, vnde piſcis genus enaſcitur, inter vtrumque parentem medium, ein Drittfiſch. Sed alius eſt Agonus in lacubus Italiæ, & Germanicum nomen Graſing cauendum ne quis cum diuerſo fluuiatili piſciculo confundat, quem Greſz, Greſzling, vel Krefzling nominant. In Dunenſi Bernenſium Heluetiorum lacu Blavvling, id eſt, cæruleus hoc genus Leuciſci dicitur: noſtri longè aliud lacuſtre tantùm genus ſic vocant. Glyſſen à ſplendore factum, commune eſt piſcibus illis qui vulgò dicuntur Laugelen aut Svvalen. Hæc ferè ex Geſnero.

# FORMA. DESCRIPTIO.

Squama. SSquamis medijs tegitur, quæ lineolis diſtinctæ ſunt. Nonnulli cum priore Rondeletij Leuciſco confundunt, ſed corporis (inquit hic) latitudine differt, roſtroque eſt acutiore, alioqui pinnis, H
earum numero & ſitu ſimilis eſt. Romani piſcatores à Squalo, teſte Bellonio, non diſtinguũt:
Vt à Squalo differat. neque enim adeò exactè piſces fluuiatiles, vt Galli, internoſcunt. Etenim Leuciſcus aſpectu multò hilarior, quam Squalus, minoribuſque ſquamis contegitur. Albo colore nitet, & veluti inter ſquamas ſtrijs rectis interſtinguitur. Caudam bifurcam & pinnas albas profert, neque ita latas, vt Squalus. Hic præterea Leuciſco maior euadit. Alburnus eidem ſimilis eſt Leuciſco; tamen eſt paulo latio
Vt ab Alburno. re corpore, & ſquamis elatioribus, ac labro inferiore meliùs infarecto. Eſt etiam nonnihil diſcriminis in linea, quæ vtrinque corpus interſecat: ſiquidem Leuciſco non tam arcuata eſt, quàm Alburno, & Alburnus rotundiori corporis compage conſtat, ad Cephalum magis accedente. Bellonius nulla ait habere dentium rudimenta., verùm fortaſſis haud diligenter inſpexit; Geſnerus namque in faucibus vtrinque mandibulam curuam quinis armatam denticulis reperit, vt
Magnitudo in Bellonio. Albertus vtrinque mobilem in faucibus mandibulam habere ait. In Pado (vt Geſnerus obſeruauit) dodrantem nunquam excedit; craſſitie ferè æquali per totum corpus, à

capite

A capite ad vſque caudam. Os aperitur in oblongum, nec prominet mandibula ſuperior. Addit item Geſnerus apud ſuos paulò maiores capi in fluuio quàm in lacu; longiuſculos eſſe, non latos, Haſelis non diſſimiles ſpecie, paulò breuiores, ſi bene meminit. Dorſi colore eſſe fuſco, flauo, & viridi ferè permixtum eſſe. Pinnas albicare, vel nimium ruffi admixtum habere, lineam qua terminatur laterum color inſtar iridis reſplendere ex flauo & viridi calore. Rondeletius quoque ex fuſco partim viridem eſſe, partim flauum dicit, vẽtriculumq; habere paruum, hepar magnum, & in hoc fellis veſicam: denique multum pingueſcere. Pro Rondel. icone poſui quam primò expreſſam habebam, & ſi fortaſſis minus exactè, qui exactiorem volet vel ipſum, vel Geſnerum adire poterit. *Color.* *Fellis eſt.*

Leuciſcus ſecundus Rond.



B

C

D

# VSVS IN CIBIS.

PIſcis hic (inquit idem Rondeletius) eiuſdem generis piſcibus, ſcilicet Mugilibus fluuiatilibus non admodum præſtat, neq; ab antiquis etiam ſi verus eorum Leuciſcus eſt, cæteris præfertur. Quare falsò id Galeno attribuit Bellonius, Leuciſcorum magnam copiam condiri ſolere, atque in magno haberi pretio. De Leuciſco enim vnico tantùm loco agit Galenus, ex iis eſſe, inquiens, qui ſale condiuntur, & qui lacuſtris eſt, ita conditum ſeipſo meliorem effici: quicquid enim in ſapore eſt mucoſi, & virus reſipiens, id omne abijcere: meliorem verò eſſe recentem diutius in muria ſeruato. Teſtatur Bellonius huius piſcis nondum prouecti magnum numerum vêris initio capi, modicoq; ſale conſperſum atque exiccatum, Byzantium deferri, vendiq; Maio, Iunio & Iulio mẽſibus. Eorum capturam maiorem fieri ex Epiri lacubus, Venetoſque his maximè vti, ad ſeq; nauibus adferri curare, & eodem vocabulo cum Epirotica lingua, quæ Scouranicos dicit, Scourancas nominare: quæ cùm Leucorinis (inquit) maiores ſint: ambo tamen piſces ſale conſperſi & fumo infecti atque exiccati, ad exteros mitti ve noſtri Harengi ſoreti, conſueuerunt. Sic Bellonius. Geſnerus commendari ſcribit Aprili & Maio mẽſibus, Februarioque non inſuaues inueniſſe, quo tempore lactes in mare plenierant, eodemq; menſe à ſuis laudari. In Italia quidem hyeme in primis capi. Veru toſtos, ſale, aceto, oliuo, pipere & cinnamomo conditos Grapaldus laudat: & Rondeletius denique molli ſuauique carne eſſe tradit, & pinguedinem eius aurium doloribus ſuccurrere, & cum fèlle eiuſdem permiſtam oculorum caliginem abſtergere. *Scouranca.* *Quàm meliores.* *Apparatus.* *Fellis vſus medicus.*

DE

# DE LEVCISCO ALTERO, SEV PRIMO ROND. Cap. XXIII.

## SYNONYMA.

HÆC Leuciſci ſpecies, quàm Rondeletius ſuperiori præpoſuit, in Italia Laſcha, vt ipſe & Bellonius etiam teſtatur, dicitur, quo nomine alij Alauſam intelligunt, ſed quæ Laccia potius nominatur. Circa Larium & Verbanum lacus, Trull, vel Troy dicunt, teſte Geſnero, Placentini Agullam, Mediolanenſes Oladigam, teſte Bellonio, alij Ocradigam, ſiue Oradigam, alibi Doradam, quod in eò tractu huius caput aureo colore fulgeat. Galli Gardon, à verbo Gallico garder, eò quòd ſeruari facile ſit in vaſculis aquatilibus per longum tempus: à Monſpelienſibus fortaſsè Siege, nonnihil enim (inquit Rondeletius) diuerſus eſſe videtur: ab Anglis Roſcies, Heluetijs, ein Svual: circa Acronium lacum, ein Fürn: & à rubro oculorum colore: ein Roteugle, quaſi rubioculus, aut erythrophthalmos, vt Figulus interpretatur: Polonicè Ploczicza. Bellonius Sargum Sargonemúe, Ariſtoteli vocari poſſe contendit his verbis: Cùm Gardonum iſtum (inquit) vbique prouenire & Cephalum Sargoni formam retinere videam, facilè quidem in eam ſententiam inclinaui, vt Gardonum, ſeu Laſcam crederem Sargonem Cephalum ab Ariſtotele vocatum eſſe. Nam cùm duo potiſſimùm ſunt Mugilum marinorum genera, Cephalus & σῆρις, id eſt iciunus, (vt Dorioni placet) reliquæ ſpecies fluuiatiles aut lacuſtres eſſe cenſentur: quo in numero ſunt Sargones Cephali, latiore forma quàm alij præditi: vnde Sargi, vel (vt Theodoro placet) Sargones vocati ſunt. Hæc ille, cuius profectò hanc ſententiam minimè probo; Sargum enim ſiue Sarginum inter marinos Mugiles, qui fluuios ſubeunt, recenſeri ab Ariſtotele, ſuo loco oſtenſum eſt.

*Sargus Ariſtotelis qui Bellonio.*

## FORMA DESCRIPTIO.

*Color.*

CApitoni ſiue Cephalo fluuiatili corporis aſpectu, pinnarum numero, ſitu, figura, ſquamis ſimilis: ſed capite eſt minore, corpore latiore. Dorſo cæruleo, ceruice vireſcente, ventre candido, oculis flaueſcentibus. Dentibus caret. Imo palato oſſa habet. Bellonius ad Cyprini magnitudinem vnquam accedere negat: aitq; corpore quàm Squalus, compreſſiore eſſe, & magis recurto, pinnaſq; habere ſubrubras, paruos item Gardonos pinnam caudæ longiorem exercere quàm Leuciſcum: (ſic vocat piſcem proximè præcedentem,) & antequam in extremum pinnæ (quæ bifurcata eſt) deſinat, rotundari: Latiuſculis ſquamis contegi, ipſoq; capite magis ad Leuciſcum quàm ad Squalum accedere. Oblongius & paulò craſſius habere corpus, quàm Abramis, ac denique tergore eſſe magis quàm Squali nigricante & auri colorem referente. Icon hæc noſtra eſt, minus tamen exactè quam à Rondeletio facta. Eam ſequens pagina dabit.

## LOCVS. NATVRA. VSVS IN CIBIS.

*Valetudinis integræ typus.*

TEſtatur idem Bellonius in Ambra Melignanum alluente numerosè hunc piſcem capi: ſed & Perſinum Italiæ lacum, omnium longè delicatiſſimos proferre. Alacris eſt & viuidus: vnde Galli (inquit Rondeletius) valetudinem integram deſignare volentes, hominem Gardone ſaniorem eſſe dicunt, quod ex piſcis iſtius agilitate & actionibus ſumptum eſt, non ex ſucco.

*Partus.*

Partum aiunt inchoari Aprili, & pergere vſq; ad medium Maij. Scribit Geſnerus, vulgò omnes huius

*Ova.*

generis piſces oua habere, & fœminas eſſe credi. Oua ſolidiuſcula & ruffa habere, eademque multis in cibo grata eſſe: laudari ipſum piſcem antequam pariat, Ianuario, Februario & Martio, & tota etiam

*Apparatus.*

hyeme mediocriter, eſſe qui Aprili quoque & Maio commẽdent: denique haud inſalubrem exiſtimari: ſed elixari debere in vinum feruidum immiſſum. Rondeletio tamen carne eſt molli, fluxili, parum nutriente.

DE

A

Leuciſcus Rondel.



B

C

D

# DE OXYRINCHO RONDELET. Cap. XXIV.

OXYRINCHI nomen perquàm polyſemum eſt. Diphylo apud Athenæum Mugil eſt, fluuiatilis, idem, vt Rondel. inſinuare videtur, cum ſuperiori Gallorum Gardono: Straboni, Aeliano, aliiſque inter Nili piſces recenſetur: eidemque Aeliano rubri maris quoque piſcis eſt, ac denique maris Caſpij, vt in Sturione dictum eſt. A quibus omnibus differt (ni fallor) Oxyrynchus iſte Rondeletij, Antuerpienſibus Hautin vocatus, roſtro longo, tenui & maximè acuto, vnde Oxyrynchum rectè à ſe appellatum fuiſſe putat: niſi mauis (inquit) Sphyrænã fluuiatilem vocare, quia marinæ Sphyrænæ roſtrũ ſimile habet, ſed molle & nigrum. Sqamis mediocribus tegitur. Pinnas in dorſo tres habet, inæquali ſpatio à ſeſe diſtantes: totidem in ventre habet, quot Barbus. Quærendum nunquid idem ſit, qui Friſijs Snepel appellatur, à Scolopace aue, puto, quam Snepam dicunt; Galli verò à roſtri procerita te beccaſſam. Geſn. in Albi fluuio quendam quoque piſcem Sneppelfiſgen vocari tradit, ſed à ſuperiori diuerſum, paruum nempe, & candidũ, Capitoni fluuiatili ſimilem.

*Nominis ratio.*

†

Oxyrinchus Rond.



# DE CORVO NILOTICO. Cap. XXV.

OVAMVIS inter Nili piſces memoratos cùm à Srabone, tùm ab Athenæo, Coruus non recenſeatur, hocq; marino piſci, quo de ſuo loco dictum eſt, debeatur, attamẽ cùm hoc nomine iſtiuſmodi piſcis miſſus ſit, atq; adinſtar auis eiuſdem nominis, ater ſit, nomen immutare nolui. Corporis figura Mugilibus ſimilis eſt, ſed caput pro corporis portione (longum enim dodrantes duos) paruum. Maxilla inferior ſuperiore breuior. Pinnæ ad branchias, vtrimque vna, breues: in tergore vltra medium alia oblonga: in ſupina parte à podice alia: in ventre vna; de Piſce hoc quod præterea dicam, non habeo.

*Deſcriptio.*

# DE NASO ALBERTI MAGNI. Cap. XXVI.

## SYNONYMA. ETYMVM.

APECVLIARI oris figura, ſeu (vt Alberti verbis vtar) à naſo valdè craſſo) Germani hic exprimendum piſcẽ Naſen, Heluetij Naſzen quaſi Naſum appellant, niſi quis Naſonẽ (inquit Geſnerus) aut Naſutum (cum Adamo Lonicero) dicere malit. Et quia labrũ ſeu roſtrum ſuperius craſſum, ſimum obtuſumque habet, Latinè Simum & Græcè Σιμὸν dici poſſe putat, cùm eodem nomine piſcẽ inter Niloos legimus, nempe vt & fluuiatiles quidam Mugiles ſiue Leuciſci à roſtri acumine Oxyrynchi vocantur: ita hunc ab eodem ſimo craſſoque, Simum & Pachyrinchũ, rectè vocari poſſe. Circa Tridentum Saueij vulgò dicitur duabus ſyllabis. Galli & Itali multi (vt putat;) nomina eius cum Capitonis fluuiatilis (cui aliquo modo ſimilis eſt,) confundunt: vt ſunt Villain, Cheuena, Muſiner. Mihi nuſquam in Italia viſus eſt. In Rheno inferius, vt circa Coloniam, Maxrill appellari credit, ſed Adamus Lonicerus de Macrilla & Naſo ſeorſim agens, diſtinguere videtur.

*Naſus. Naſutus.*

*Simus.*

*Pachyrynchus.*

GENVS.

Coruus Niloticus nigerrimus.



# GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

Naſus.



GEnere Squalo ac Leuciſcis fluuiatilibus adſcribendum eſſe, & corporis totius figura indicat, & Albertus quoque atteſtatur, Monacho, hoc eſt, Capitoni fluuiatili ſimilem eſſe inquiens, ſed tenuiorem, naſo valdè craſſo. Et Geſnerus eſſe tradit, qui fluuiatilibus Barbis hunc piſcem comparant, quod ad corporis ſpeciem: aliquos piſcibus Erſien vulgò dictis apud Germanos. Ipſi verò ſpecie, ſquamis & colore Capitonem fluuiatilem referre videtur: ſed ad eam magnitudinem (inquit) non perueniunt, (Lonicerus duorum triumue palmorum magnitudine eſſe ait) & oris formam peculiarem habent. Venter eorum intrinſecus nigerrima membrana ambitur: vnde ioculari nomine Germani hunc piſcem Scribam cognominant. Os modicè deorſum vergit. Lapidem habet in capite teſte Alberto.

*E Leuciſcorum genere eſſe.*

*Magnitudo*

*Scriba cur dictus.*

## LOCVS. NATVRA. VSVS IN CIBIS.

CApiuntur in fluuijs & riuis. libenter enim in riuos aſcendunt, inquit idem Geſnerus, in lacum nō veniunt, niſi ad initium eius tantùm, præſertim vére. Albertus Danubij piſcem eſſe ait, & aquarū in Danubium influentiū. Cœno & ſpurcitijs veſcitur. Caro alba & laxa eſt, ſpinulis referta, vt & Capitonis & aliorum multorum fluuiatilium, præſertim circa caudam. Verno tempore præferuntur & pingueſcunt. Apud Heluetios tamē Nouembri menſe laudantur: ſi modò vnquam laudandi ſunt. Nam caro eorum ſemper laxa & inſipida eſt: quamobrem aſſare eos potius quàm elixare coqui ſolēt. In Rheno præſtantiores habentur. In libello quodam Germanicè vulgato de piſcibus, Februario & Martio & cum ſalices ſtillant, eos præferri legimus. Hæc ferè Geſnerus. Lonicerus Barbatulorum (Barborum fluuiatilium) pœnè guſtu eſſe ſcribit.

*Cibus. Caro qualis*

*Apparatus*

*Quando meliores.*

DE

# DE GOBIO FLVVIATILI Cap. XXVII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

DE Gobijs mariuis ſuo loco dictum eſt. Sunt & fluuiatiles, quorum in primis Dorion apud Athenæum meminit, ac fortaſſis Ariſtoteles, Gobiones in fluuijs pingueſcere, etiam cùm ſcribit: quamuis Bellonius priſcos tam Latinos quàm Græcos fluuiatilis Gobij meminiſſe neget, Ariſtoteliſq; præcitata verba de marinis, non de fluuiatilibus intelligenda eſſe profiteatur. Idem Bellonius vulgus Italicum ad mare poſitum nullum putat agnoſcere Gobionem fluuiatilem ſub nomine Gobij: Mediolanenſibus verò Vairon vocari ait, quod nomen Latinæ originis videri à varietate factum arbitratur Geſnerus, quòd varius & vbique rotundis nigris maculis ſit diſtinctus piſciculus. Romanos denique negat piſciculorum minutorum vllum habere diſcrimen, ſed omnes ſimul commixtos vendere & Morellos vocare aſſerit. Gallis notiſſimus eſt, Goujon dictus, Lugdunenſibus Goiſon, vel (vt Bellonius ſcribit) Goiſor, Germanis Gob teſte Rondeletio, Carolus Figulus ſcribit ein Gobe, Geſnerus verò qui multas recitat Germanicas nomenclaturas, hanc non habet. A noſtris (inquit) vocatur ein Greſzling, ab alijs Kreſzling, Greſz, Kreſſen, Bachkreſſen: à quibuſdam Grundele, quod nomen noſtri Cobitidi barbatulæ Rondeletij attribuunt. Vterque piſcis forſan circa fundum ſeu vadum aquæ degere ſolet, vt ab eo Germanicè Grundele, id eſt Fundulus (ſic & Belgæ vocant) vt recentiores quidam loquuntur, denominetur, in ſuperiore noſtri lacus parte Grundelin, ab accolis Albis fluuij Grundling, aliquibus Lùteſſer, quaſi anthropophagus, quòd cadaueribus, hominibus ſubmerſis veſcatur. Anglis Goiõ, vel, vt alij ſcribunt, Gougeon, Gogion, Gudgione.

*Vairon quaſi varius.*

*Locus. Fundulus.*

*Anthropophagus.*

Gobius fluuiatilis à Geſnero meliùs quàm à Rondel. expreſſus, ſed maior iuſto.



FORMA

A

## FORMA. DESCRIPTIO.

ESingulis labiorum angulis appendix veluti barba perbreuis propendet, vnde Auſonius Barbi iubas æmulari cecinit. *Barba.*

*Tu quoque flumineas inter memorande cohortes*
*Prapingnis, seres, ouipara congestior alno*
*Gobio, non maior geminis sine pollice palmis,*
*Propexiq; tubas imitatus Gobio Barbi.*

Geſnerus exactiſſimè ſic deſcripſit: Gobio noſter (der Greſzling) quem nuper captum in lacu, inſpexi, méſe Ianuario ouis grauidus erat: barbatulus cirris ſingulis in angulis labiorum perbreuibus Pupilla oculorum nigra, ambitu candicante. Maculæ à capite caudam verſus per media vtrinq; latera nigricantes, rotundę, magnæ proportione, circiter decem, ſingulæ deinceps digeruntur: & ſimiliter per medium dorſum. Cauda etiam maculoſa eſt & dorſi pinna. Veſica bifida, magna proportione. Longus eſt plerumq; quinque aut ſex digitos. Fel habet ſubuiride, caudam bifurcam. Os cùm aperitur, rotundum & veluti è præputio ſe exerens, deorſum nutat. Lapilli in cerebro perexigui ſunt. Hæc ille: Squamis tegitur paruis. *Macula.* *Cauda.*

B

## LOCVS. NATVRA. VSVS IN CIBIS.

QVamuis ab Auſonio fluuiatilibus accenſeatur, in lacubus tamen quoque capitur. Degit in fundo & cæno, vnde Fundulos quibuſdam vocari etiam diximus. Velcitur muſco vel alga, item arenulis, & hirudinibus minimis lacuum. Creditur cadauera hominum ſubmerſa depaſci, vnde nõnulli anthropophagũ dicunt: quæ res alijs fortaſſis anſam præbuit, vt ex cerebro equorũ procreari dixerint, quo quidem in aquas abiecto veſci à ratione non eſt alienum, nam & Bellonius teſtatur caluarijs bubulis in aqua proiectis oblectari, eiuſq; gnaros Ligeris accolas, caluarias eas ſtudiosè adſeruare, ijſdemq; in Ligerim immerſis Gobios allicere, vt facilius eos poſtea capiant. Idem teſtatur Rondeletius. Capiuntur autem facilè & magna in copia (inquit Geſnerus) circa ripas lacus noſtri retis genere, quod Stoſzbären appellant. Aliquando bis aut ter anno pariunt. Æſtate vermiculis quibuſdam in ventre vitiari dicuntur, teſte Alberto. Rondeletius carne ait eſſe molli inſipida, vires nonnunquam reſipiente: falliq; medicos qui Gobiones fluuiatiles ægris apponi volunt, his eam ineſſe ſucci bonitatem exiſtimantes quam Galenus in marinis commendat, ab hiſce enim illos hac dote multum ſuperari. Cænum aliquando reſipiunt. Author de natura rerum ſalubriores eſſe ait, vbi aquas arenoſas in nutrimentum habent. Et Geſnerus elixum ſatis ſolidum eſſe teſtatur, nec contemnendum in cibo. *Cibus.* *Cerebro delectari.* *Pastus.* *Caro qualis.*

C

## DE GOBIONE FLVVIATILI ALTERO SIVE CAPITATO. Cap. XXVII.

### SYNONYMA ETYMVM.

D

CAput huic piſciculo pro corporis ratione maximum eſt, vnde Tridenti Capidono, quaſi Capito, & in Gallia Chabot & Teſte daze nuncupatur: vnde & recentiores quidam Capitonem vocarunt, quidam Capitellum, quidam Capitatum, quæ nomina cum & alijs piſcibus conueniant, Geſnerus diſtinctionis gratia & perſpicuitatis, Gobionem fluuiatilem capitatũ nominauit: aitq; in diuerſis Italiæ locis aliter, atq; aliter nominari, Scazon vel Scazion circa Comum, (Bellonius Mediolanenſibus vocari ſcribit vn Scatzot,) Mairon Veronæ, Marzon Vicentiæ: (Michael Sauonarola Marſiones dixit, quamuis codex impreſſus Manſiones habet.) Botto Cremonæ, (Mediolanenſes teſte Bellon. etiam Bot dicunt, hinc Botulũ Crapaldus appellauit,) alibi Iouians quaſi Gobianos, alibi etiam Lagiono, circa Neocomum Sabaudiæ: Chaſso vel Chaſsot, iuxta Tholoſam Cabutlaut, Cenomanis vn Muſnier teſte Bellonio, qui item Romanis Miſoris nomine appellari ſcribit. Germanicè Gropp inter Heluetios, Cop vel Kop in Carinthia, Kaolrapp in Franconia: alicubi Mul, circa Tridentum (qua parte Germanicè loquuntur;) Tholiman. Saxones & Miſeni à capite, quod ferè globi inſtar rotundum habet, ſed compreſſum, varia eimomina fecerunt: Keuling, Kulingk, Kulheit, Kaulheupt. Anglicè à Bulhed, à capite taurino, quaſi Bucephalum dicas, nempe ob magnitudinem, non ſimilitudinem formę. Nam Bul Anglis taurus eſt: niſi forte corruptum hoc nomen eſt à Saxonico Kulheit, hoc eſt Rotunditas. Alibi à Gulle, vel à Myllerſthombe, hoc eſt Molitoris pollex. Illyricè Glauoche, id eſt, Capitatus, Polonis *Capito.* *Capitellus.* *Capitatus.* *Gobio fluuiatilis capitatus.* *Botulus.* *Ex Geſnero.* *Bucephalus*

*Βοῦτος Ariſtot.* Glouuacz. Rondeletius & Bellonius hunc piſcem volunt Ariſtoteli Βοῦτον vocari, (Geſnerus in ſua æditione βοῖτον legi fait, duabus ſyllabis, in codice nuperrimè Aureliæ edito ex bibliotheca Iſaaci Caſtauboni βοῖτος legitur, prout Rõdeletius & Bellonius ſcribunt, Gaza κόττος vel κόττος legiſſe videtur, nam Cottum reddidit.) Cæterùm cùm Philoſophus de hoc piſce tantùm ſcribat, [a] quòd in fluuijs ſub ſaxis ſtabuletur, quod huic ſoli minimè competit, id puto pro affirmato definiri non poteſt. Accedit quidem ad hoc vulgare nomen Bot, quod tamen inde fluxiſſe non puto, ſed ſic vocari vulgò, quòd Butonem qui Botto vulgò nominatur, patulo ac deformi oris rictu referat. E

[a] *Lib. 4. Hiſt. cap. 8.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

*Caput.* PIſciculus eſt Ranæ piſcatrici ſimilis, ſi parua magnis (inquit Rondeletius) conferre licet, corporis figura & colore. Capite enim magno eſt, lato, & depreſſo: oris magno hiatu, ſine dentibus: ſed pro ijs labra inſtar limæ aſpera habet: pinnas binas ad branchias, rotundas & ambitu pulchrè criſtatas: duas alias inferius parnas, longiuſculas, albicantes in medio ſummi ventris: aliam ab ano ad caudam: in dorſo quoq; geminas, non ſingularem, vt Rondeletius ſcribit, qui aliam fortè ſpeciem (inquit Geſnerus) nobis ignotam vidit: nam & cauda quam ſuo attribuit Cotto, proportione multò longior eſt, quàm in noſtro. Ex his dorſi pinnis breuior, quæ capiti propior, altera longior caudam verſus, quam tamen non attingit: idq; in fluuiatili & lacuſtri genere ſimiliter. Oculi ſurſum ſpectant. Branchias quaternas habet, hepar magnum ſine felle. Si corpuſculum ſpectes, ventriculũ magnum. Fœmina ouis immodicè turget, quæ in pectore in globos collecta geminas veluti mamillas præ ſe ferunt, & membrana veſtiuntur nigricante. Lapillos in capite habet. Qui in lacubus degunt, (vt Tigurini lacus exemplo oſtendit Geſnerus) non ſolùm magnitudine inferiores ſunt fluuiatilibus: rarò enim vltra digiti medij longitudinem excreſcũt; ſed ſpecie etiam differũt, etſi vulgus fortè non diſcernat. Nempe colore magis albicant, cùm illi nigriores ſint. (Corpus varium eſt, partimque albicantibus partim futcis punctis, & maculis & iam nigricantibus tranſuerſis diſtinguitur.) Spinulis circa branchias pluribus & acutioribus, breuiſſimis tamen illis, & viſum penè latentibus horrent: quibus digiti etiam, ſi retrò ducas, configuntur. Pupilla oculorum aliqua ex parte pulchrè vireſcit, & gemmæ inſtar reſplendet, præſertim ad ſolem. E lacu in fluuium non migrant: neque fluuiatiles in lacum. Guſtus etiam ſuauitate fluuiatilibus longè ſunt deteriores. Icon quam dedimus Geſneri eſt, diuerſa non nihil ab ea quam Rondeletius exhibuit, pinna dorſi ſingulari & cauda penicilli inſtar longiuſcula: vnde ſuſpicari licet, aliud genus Cotti circa Monſpelium haberi. F *Pinna.* *Oculi* *Branchiæ.* *Magnitudo* G

Cottus Geſner.



H

# LOCVS. NATVRA. MORES.

*Fundula.* FLuuiatiles iſti piſciculi in riuis montanis præcipuè, aut frigidis, & fluuijs quanquam rapidis ac præcipitibus capiuntur. Deliteſcunt libenter teſte Alberto ſub lapidibus & inter ſaxa. Idem piſces quidam (inquit) cauernas ſibi faciunt in arena, alij in luto, & extra eas non emittunt niſi os, vt puram aquam frigidam attrahant, reddantq; per branchias: vt piſcis ſimilis apud nos Anguillæ, quem Quappen vocant, & ſimiliter ferè piſciculi parui, quos Fundulas nominant, & alij quidam parui magnis capitibus. Sic ille pro poſterioribus Capitatos Gobios intelligens. In aquæ fundo non tam natare aiunt, quàm ſubito impetu, teli inſtar ſe vibrare, & quò volunt eiaculari & traijcere, magis quàm vlli alij piſces. *Cibus.* Creduntur carniuori eſſe: nam & à ſe mutuo etiam deuorari eos certum eſt. *Partus.* Parere incipiunt menſe Martio, ferè circa feſtum paſchatis.

CAPIEN-

## CAPIENDI RATIO.

CApiuntur (inquit Geſnerus) naſsis per fluuios præſertim in lacu, longiſſimis retibus, quæ propter vmbras lacuſtres minores fiunt, & ad paſſus circiter quadraginta demittuntur. Fuſcina etiam in fluuiorũ ripis feriũtur à piſcatore, qui ocreatus circumit, & lapidibus cautè leuiterq; motis, eis inſidiatur, nempe interdiu: nam nocte ad lunæ ſplendorem latibula ſua relinquunt, vt facilè feriantur, nec opus ſit lapides dimoueri. In riuis montanis & hi & alij piſces, qui inſunt, nullo negotiq affatim capiuntur, ſi diuertantur, ita vt aluei ſine aqua relinquantur. Idem Geſnerus teſtatur, legibus piſcatorijs licere, eos capi in flumine à Calendis Nouembris vſque ad Paſcha: extra verò illud tempus, nec retibus, nec fuſcina, neque alio modo licere: hamo autem nunquam. Naſſis vti permiſſum eſſe, à die D. Marci vſque ad exitum Maij, non arctiùs tamen contextis, quàm vt Gobij capitati euadere queant. *Leges de Gobijs capiendis.*

## VSVS IN CIBIS.

BAndræas Matthiolus piſciculos eſſe ſcribit non modò coctu facillimos; ſed & ori ſuauiſſimos atque gratiſſimos, præſertim cùm ouis turgent. Hæc enim in his & pinguia & copioſa ſunt, guſtu verò (inquit) ſuauiſſima: ideoq; ſolertiſſimos piſcatores, horum fœturam obſeruantes, non minus expiſcandis ouis operam nauare quàm piſcibus ipſis. Idem Matthiolus iecur etiam eorum maximam cum palato inire gratiam ſcripſit: id quod non Gobijs iſtis ſed Thriſſijs Muſtelarum generis conuenire Geſnerus oſtendit. Sunt autem teſte item Rondeletio carne molli, quamuis dura eſſe Albertus inquiat. Geſnerus à veſcentibus capita reijci tradit, quòd ſpinis tantùm cuteq; ſine pulpa conſtent, apud ſuos quoque in delicijs haberi, propter ſaporis bonitatem, ſed fluuiatiles duntaxat, lacuſtres non item, idq; circa brumã & Ianuario menſe potiſſimùm: eſſeq; qui à Calendis Decembris vſque ad Calendas Aprilis eos cõmendent: alios verò circa Calẽdas Februarij optimos facere & paulò pòſt vſque ad eundem terminum. Elixari debẽt in vinum calidũ impoſiti, non diu & tandem aceto modico affuſo ad eius ferè conſumptionẽ coqui. Placẽt etiam frixi. Alexander Benedictus in curatione inexplebilis auiditatis: Iuuant (inquit) etiam piſciculi recentes (in cibo) fluuiatiles, Gobijs marinis ſimiles, ac præpingues auiculæ. Et in libro de peſte: Saxatiles piſces omnes à noſtris medicis maximè probantur, inter quos à magnitudine capitis Foroiulienſes noſtri Capitones vocant. Verùm hi propriè ſaxatiles non ſunt, quod Michael Sauon. etiã animaduertit, de nutrimento ex piſcibus ſcribens: Medici veteres cùm piſces paruos ſaxatiles laudant, non videntur mihi de Marſionibus (ſic hos piſciculos vocat) ſentire, vt quidam interpretantur. Marſiones.n. carent duabus conditionibus, vnde piſces boni cõmendantur. Nam & mucilaginoſi ſunt, & parũ exercẽtur, cùm in locis petroſis iaceãt ſub lapidibus. *Ova commendantur. Iecur. Caro qualis. Quando meliores. Apparatus. Marſiones.*

## DE ASPERO PISCICVLO, GOBIONI PERSIMILI, RONDEL. Cap. XXVIII.

ROndeletius hunc piſciculum ſuperiori Gobio perſimilem à maxillarum aſperitate, aſperum cognominauit, aitque Lugdunenſibus Apron appellari propter ſquamarum aſperitatem, Rhodanoq; peculiarem, cæterùm non quouis eius loco, verùm in ea ferè parte reperiri, quæ inter Viennam & Lugdunum interiecta eſt. Piſciculus (inquit) eſt capite latiore, quàm Gobio, in acutum deſinente: ore medio, dentibus caret: ſed maxillas aſperas habet, foramina ante oculos. Colore eſt rufo, maculis nigris latis, à dorſo ad ventrem obliquè deſcendentibus variato. Pinnas ad branchias & in ventre ſimiles cum Cottis habet, ſed in dorſo diſſimiles: duæ enim ſunt à ſeſe ſeiunctæ. Vulgus ait piſciculum hunc auro veſci, quia arenam, cum qua nonnunquam auri laminæ ſunt, haurit. Carne eſt ficciore quàm Gobio. Altero loco pictum piſcem è Danubio Iulius Alexandrinus præſtantiſsimus Ferdinandi Auguſti medicus ad Geſnerum dedit, qui ſuſpicatur ferè eundem eſſe cum ſuperiori. Forma quidem tota & ſingulæ fermè corporis partes (inquit) in vtriuſque pictura conuenire videntur, niſi quòd pinna ab ano in noſtra icone nulla eſt, pictoris fortè incuria. Nulli enim piſcium, opinor, hæc pinna deeſt. Rondeletius Lacertum peregrinum ſuum ſine ea pinxit, quam Saluianus eidem addidit. Bellonius in ſola *Nominis ratio. Deſcriptio. Color.*

Aſper piſciculus Rond.



Tænia hanc pinnam ſe non reperiſſe mihi retulit. Piſcis quem exhibemus, Germanicum nomen eſt E
Zindel: vel vt alij ſcribunt, Zinde, Zindel, Zinne, Zingel. Vngari Kelez appellant. Icon ad me miſſa,
*Color.* digitos XII. longa eſt; quam longitudinem in hoc piſce mediocrem eſſe audio. Colore eſt, partim è fuſco rutilescente; partim nigris maculis ſatis magnis per interualla diſtinctas: quarum aliquæ à dorſo ad ventrem (qui cinereus eſt,) obliquè tendunt. Oculis color Indicus: & aliquid ſub eis ruboris. Audio cum ad libræ pondus (id eſt, vnciarum XVI.) accedere: (alij etiam trilibrem fieri retulerunt:) candâ adeò duram habere, vt vix amputari poſſit: pinnas in dorſo aculeatas in capite Percæ inſtar. (Icõ noſtra pinnas molles, non aculeatas, præ ſe ferre videtur.) roſtrum acuminatum; carnem candidiſſimam. Sunt qui forma & colore Cani marino comparent: alij Lucio, præcipuè quidem capite: Abſq; F
ſquamis eſſe aiunt, inſtar Anguillæ. (Rondeletius Aſperum ſuum a ſquamarum aſperitate vulgò Gallicè Apron dictum ait.) Lautiſſimum eſſe addunt ſimul & ſaluberrimum, omnium Danubij piſcium ita vt vel puerperis apponatur, & diuitum duntaxat menſas oneret: quod equidẽ miror, ſi ſquamas nõ
*Locus.* habet: ferè enim omnes qui ſquamis carent, minus ſalubres exiſtimantur. Ferunt eum Danubius & Tibiſcus. In Danubio prope Boſoniam magna eius copia capitur. Viennæ etiam non deeſt; & in Bauariæ fluuijs, vt Iſara, & Loiſaca: hic quidem è lacu Ammelſee fluit in Rachelſee lacum, & inde rurſus in Iſeram fluuium. In piſcinis ſeruari non poteſt. Eiuſdem piſcis effigiem illi quam dedimus ſimilem, coloribus tantùm diuerſam (ventre & pinnis albicantibus) Raphael Scilerus Iuriſconſultus doctiſſimus, comes Palatinus, clariſſimi Auguſtanæ reip. archiatri Geryoni filius, ad me miſit: in qua ſimiliter nulla ab ano pinna, nullæ ſquamæ apparent.

Piſcis Danubianus.

# DE COBITIDE FLVIATILI EIVSDEM. Cap. XXIX. G

*Nominis ratio.* IDEM Rondeletius fluuiatilem hunc piſciculum antiquis, qui de fluuiatilibus parum fuere ſoliciti, indictum, Cobiten (cobitidem) fluuiatilem nuncupauit, quòd marinæ (inquit) perſimilis ſit: cùm alioqui neque ſitu neque numero pinnarum cum marina conueniat; quare ſimilitudo iſthæc ad Cobitidem barbatulam potiùs pertinet: adhæc Cobitis marina læuis eſt, vti & Barbatula; contrà ſquamoſus quo de loquimur, piſciculus eſt, niſi figura exhibita nos fallat, quod quidem ſuſpicari licet. Ipſe enim Gallis Loche franche vocari aſſerit, vel quòd totus læuis ſit & aculeis careat; vel quòd mollior ſit & ſalubrior: quamobrem Cobiten fortè hunc piſciculum (inquit Geſnerus) vocat, quod ad Gobionem fluuiatilem Auſonij accedat, non ad marinam Cobitin. Degit in riuulorum & fluuiorum rĩpis, digitali magnitudine, roſtro ſatis prominente. Corpus flaueſcit, & maculis nigricantibus notatur, ſubrotundum eſt & carnoſum. Pinnæ duæ ſunt ad branchias, duæ in ventre, vnica ab excrementi meatu, vnica in dorſo. Geſnerus cum hoc piſcitio idem putat, vel ſaltem ſimillimum, ſuis Ryſerle nuncupatum; Digiti (inquit) lõgitudinem paruum excedit, colore per dorſum è cæruleo vireſcente, per latera & ventrem candido. In Silo torrente capitur ad Tigurum circa lapides: & ex eo Limagum amnem H
*Locus. Color.* ingreditur, inter lautos piſciculos habitus. Rondeletio ſuus Cobites carne eſt humida & viſcida: ſi in aqua ſordida & cærioſa nutriatur, pingueſcit, ſed multò inſalubrior redditur. Pro Cobite Rondeletij nos aliam iconem dedimus, eiuſdem ni fallor, piſcis.

DE

A

# DE COBITIDE ACVLEATA. Cap. XXX.

## SYNONYMA. ETYMVM.

VARIIS in Italia venit nomenclaturis paruulus iſte piſciculus, quem Cobitidem alteram vocauit Rondeletius. Mediolanenſes enim teſte Bellonio Vſel dicunt (nomine à Muſtella detorto, vt Geſnerus conijcit, ideoque latinè circumloquendo Muſtelam fluuiatilem paruam imberbem nominari poſſe exiſtimans; imberbem autem ad differentiam barbatulæ, de qua mox.) Placentini & Permenſes Gouſangle; Lodenſes Zedole, Ferrarienſes Squaiolam, alij Morellam, Romani Locham: Galli verò non ſolùm Loche, ſed etiam Percè, quòd cùm riuulorum indiginæ oblongo tereti ac lubrico ſunt corpore, petras videantur perforare, (inquit idem Bellonius,) Duos enim habent in branchijs aculeos, vtrinque vnum, ad caudam ſpectantes, dentium ceraſtis longitudine, quibus ſeſe impellunt, vt minima inter lapides foraminula ſubeant: quo ferè ſenſu circa Vincentiam Venetorum in Italia Foragua dicitur: quòd reticuli illud genus, quod vulgò Gua appellatur, ſi includatur, & foras euadat, egredienſq; veluti perforet. A Sabaudis circa Neocomum & Biclam, Mort pierre, ſimiliterq; à Germanis Steinbeyſz aut Steinbyſſer appellatur, hoc eſt, vt Albertus interpretatur, mordens lapidem: qua pariter ſignificatione Græcè non ineptè Dacolithum dixerimus: attamen æquè aptè Cobites oxyrynchos dicetur, à roſtro quàm in præcedente & ſubſequente acutiore.

*Muſtela fl. paruus imberbis.*

*Foragua.*

*Mordens lapidem Dacolithus.*

*Cobites oxyrinchos.*

## FORMA. DESCRIPTIO.

PIſciculus eſt (inquit Albertus) eodem calore quo Fundula. Non eſt autem rotundus, ſed quaſi columnalis compreſſus, & habet ſpinam acutam iuxta os, qua cum recuruato capite vulnerat manum ſe tangentis. Bellonius quoq; & Rondeletius aculeum in operculis branchiarum vtrinque vnum habere tradunt.[a] Albertus branchijs ipſum carere omnino ait; cuius errorem detegit nuper Georg. Fabritius, qui parua foramina circa oculos eis, ſicut in Lampredis ineſſe obſeruauit, teſte Geſnero, qui piſciculum eſſe ait exilem ſeu tenuem, & oblongum, Fundulo (de quo mox) ſimilem, paulò longiorem: nam quatuor aut quinq; digitos æquare ſolere: maculoſum, capite acuto & deorſum vergente. Rondeletius ſpinam internam duram quàm in præcedente rigidiorem eſſe monet, ideoque inter edendum moleſtiorem eſſe: ſæpius verò etiam icthyopolas parum cautis imponere & pro læuibus vendere, cæterùm impoſturam inter edendum facilè deprehendi.

*Color.*

[a] *Lib. 2. de anim. tract. 2. cap. 7.*

Cobites aculeata Rond.



## LOCVS. NATVRA. MORES. VSVS IN CIBIS.

DEgit in aquis fontanis & riuis præcipuè. Ex his verò migrans cùm alios fluuios, tùm Albim maximè ſubit, vt Geſnerus refert, qui & apud ſuos nullum aut certè rariſſimum eſſe ſcribit, circa Argentinam verò frequentem, & ex Georgij Fabritij teſtimonio in Miſena optimos capi in Mulda prope Doblam oppidum: in herbis, algis & cœno degere, atq; inde victitare. Malo menſe cum Fundulis parere; aliquando vel bis vel ter. Roſtro lapidibus mordicùs ſe affligere, & aliquando vaſis etiam, licèt æneis, quibus in foro piſcario à mulieribus (inquit) injiciuntur, ita vt fugere videantur. Eſſe quando complures gregatim hærentes inueniuntur. Retibus angulis (id eſt, quorum peranguſtæ ſunt maculæ) capi cum alijs piſciculis circa ripas fluminum. Bellonius piſciculum eſſe ſcribit admodum viuacem. Eidem delicatiſſimus eſt: contrà inſinuare nobis videtur Rondeletius incautis pro læui Cobitide obtrudi inquiens, fraudemque edendo detegi: & Geſnerus viliſſimos vocat, carne tenaci, Fundulis multò ignobiliores. Aprili menſe & Maio minus improbari: præferri grauidos: frigi debere butyro: Miſenos circa bacchanalia & Martio menſe eos commendare, antequam migrent, quòd tum ouis grauidi ſint: præſtantiores apud eoſdem non in Albi, ſed in Mulda capi.

*Cibus.*

*Parere.*

*Vt capiatur*

*Caro qualis*

*Vbi et quàndo meliores.*

# DE COBITIDE BARBATVLA. Cap. XXXI.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Nominis ratio.*

RONDELETIVS exiguum hunc piſciculum Cobitidem barbatulam vocauit, à cirris tenuibus, è roſtro barbæ modo pendentibus, quemadmodum in Barbo: Bellonius [a] Lochiam pinguem, Albertus Magnus ſecutus vel Italicam vocem Fondola, vel Germanicam Grundlen vel Grundelin, Fundulam, recentiores potius Fundulũ, Carolus Figulus etiam Grundulum, Germanici ſcilicet vocabuli imitatione; à fundo aquæ, vbi degere ſolent. Geſnerus Muſtelam fluuiatilem quoque vocari poſſe exiſtimat, adiecta minimæ differentia. Muſtelam enim marinam (inquit) quodammodo refert, corporis longitudine, læuitate, barbulis. In Heſſia vel alicubi in Germania vocatur eodem Geſnero teſtante ein Moćſz vel Moſz, Brabantis Mulc: Sueuis, cùm adhuc tener eſt, & recens natus. Sengle vel Sengele: Polonis Kielb vel Slyſs, Bohemis Mrzen; Angli Gallicum nomen retinent, à Loche.

[a] *Lib. 7. de animal. trac. 1. c. 8.*

*Fundula. Fundulus. Muſtela fluuiatilis minima.*

## FORMA. DESCRIPTIO. DIFFERENTIÆ.

*Color.*

INdicis digiti craſſitudine eſt (inquit Bellonius) quinque digitos longa (pinguis Lochia) tota punctis ſeu punctis diſtincta: notaſque in tergore & latetibus habet, nunc grandes, nunc paruas ac nigricantes, quibus ipſa etiam quodammodo pulla apparet; ſed ventre eſt candido. Pinnam vtrimque vnam in lateribus gerit: item in ventre duas: in tergore verò ſummo vnam admodum paruam: item ſub cauda ad anum alteram. Pinna caudæ rotunda eſt: reliquæ omnes, obtuſæ & latæ.

*Pinnæ.*

*Barba.*

Cirris quaternis (vtrinque) duobus (Barbi modo) tanquam myſtacibus inſignis eſt. Os habet paruum ſub longo naſo: eiuſque inteſtinum ſtatim à ſtomacho (quem hepar fouet) recta per ventrem ad anum ducitur. Fel dextro hepatis lobo adſutum: Lienem inſignem, & rubrum habet. Cor ſub branchijs, ſuo pericardio obuolutum. Oua ſingulari veſicula, vt alijs piſcib. bicorni folliculo concluſa. Hęc ille. Duo genera eſſe huius piſciculi Geor. Fabritius Geſnerum in epiſtola monuit; vnum commune, quod in delicijs habetur, & inſigni magnitudine apud ſuos (Miſenos) capitur in Flohi amne: alterum & tenuitate corporis, & colore & ſapore diuerſum, quod à ſaxis nomen eſt conſecutum, Steinſmirlin.

Cobites.

*Duo eius genera eſſe.*

## LOCVS. NATVRA. MORES.

*Quo loco gaudeat.*

LImpidis ac ſaxatilibus locis gaudent, vt Adamus Lonicerus teſtatur: Geſnerus verò apud ſuos circa ripas etiam, & in cœno degere ſcribit. Ipſe tamen Fundulum cùm circa ripas ſtagnantes & paluſtres degit, peculiariter ſuis Moſzgrundel, id eſt Fundulum cœnoſum vocari paulò antè dixerat, & Albertus quidem in eiſdem locis verſari ait, non tamen inde nutrimentum capere arbitratur. Piſces quidam (inquiens) cauernas ſibi faciunt in arena; alij in luto, & extra eas non emittunt niſi os, vt puram aquam frigidam attrahant, reddantque per branchias, vt piſcis apud nos ſimilis Anguillæ, quem Quappen vocant: & ſimiliter ferè piſciculi parui, quos Fundulas nominant: & alij quidam parui magnis capitibus. Hinc etiam eſt quòd plurimi capiantur in riuis, è quibus flumina maiora ingrediuntur, Capiuntur autem vęre præcipuè Februario, Martio, Aprili. Geſnerus medio Maij menſis captos, ouis grauidos vidit; aitq; poſt paſcha parere incipere, quamuis non deſint, (inquit) qui vel ſingulis menſibus eos parere aſſerant.

*Quando & vbi capiantur.*

VSVS.

Digitized by Google

A

# VSVS IN CIBIS.

TAm delicatus piſciculus eſt, vt Lonicerus inter omnes ferè primatum tenere ſcripſerit. Teneros tamen præſertim & nuper natos in delicijs haberi, Geſnerus ait, eoſq; cum iure coctos ex eodem (quod mireris) cum pane cochlearibus edi: quas delicias (inquit) aliquando circa ſummum Acronium lacum guſtaui. Salubres vulgò etiam exiſtimantur, ita vt medici etiam ægrotis alicubi eos permittant. Eſſe ſanè ſolidiuſcula carne & odore non piſcoſo, vt alij plerique ſed magis grato, idem Geſnerus aſſerit, & cùm exigui ſint, nec pingues, non multùm replere: præferri a M. ſenis maiores, & qui à ſaxis denominantur: colore ſaporeq; differre, corpore tenuiore, carne duriore, & quæ in elixis tenaciùs ſpinis hæreat: Commendari maximè à natali Domini vſque ad Paſcha, quoniam tum parere incipiant: alios Februario, Martio & Aprili menſibus eos præferre, vſque ad initium Maij. Teneros verò nunquam non laudari, maximè ſi cum apio (petroſelino) edantur. Vino calido inuctos elixari debere, idque breui tempore & ſub finem modico aceto affuſo ad eius ferè conſumptionem

B coquendos, quo modo Gobij capitati etiam parantur.

*Salubritas.*

*Caro qualis.*

*Quid & quando metuendum parere incipiant.*

*Teneros non laudari.*

# DE PHOXINO SQVAMOSO. Cap. XXXII.

PHoxinus, φόξινος (alicubi oxytonum ſcribitur, alicubi etiam penanflexum, vitiato vtrobique, puto, codice.) ab [a] Ariſtotele bis potiſsimùm nominatur, tanquam fluuiatilis piſcis, his verbis: *Pars piſcium maxima conſummatur mare & fœmina. De Rubellione & Hiatula* (Channe) *ambigitur. Omnes enim grauidæ capiuntur. Conſiſtunt ergò ova per coitum in ijs, qui venerem norunt. Sed non coitu tantùm, verùm etiam ſine coitu; quod argumento conſtat nonnullorum fluuiatilium. Nam Phoxini ſtatim* (propè dixerim) *ac nati ſunt, ac admodum parui, ova habent.* Et paulò poſt: *Reliqui ſemel anno ova edunt in ſtagnis fluuiorum & arundineis lacuum* (quæ περιωπάδας vocant,) *vt Phoxini & Perca.* Hæc de Phoxinis Ariſtoteles, nul-

C laque alia à veteribus nota tradita eſt, ex qua certi aliquid de eis ſtatuere poſsimus. Nihilominus Rondeletius hoc nomine duos ſquamoſos piſces, quibus ſemper vterum ouis habere refertum, magis quàm alicui alteri conuenire ait, nobis depinxit, quorum alterum ſæpè obſeruauit in Picardia, vbi Roſiere vocatur: dimidiati pedis longitudinem nunquam ſuperat: corpore lato & compreſſo, oculis magnis pro corporis ratione: Bramis minimis corporis ſpecie ſimilimus, colore eſt luteo. Quamlibet parui capiantur, ſemper ouis grauidi ſunt, adeo vt periti piſcatores cum ouis naſci affirment. Cum hoc Geſnerus eundem conijcit, qui ſuis Bambela nuncupatur, licet apud ſuos lutea non ſit; reliqua verò ſpecies naturaq; (inquit) conuenit, & circa Auguſtam Vindelicorum luteola capitur. Piſciculus (inquit) eſt tres aut quatuor digitos longus: ſex quidem digitis longiorem non vidi. Caput ei craſsiuſculum pro ſua magnitudine nigricans, iris oculorum crocea: qui color etiam ad pinnarum initia omnia ſpectatur, in pinnæ dorſi quoq; initio in maioribus & adultis. Pinnarum ad branchias articulus veluti caruncùlam quandam habet, in alijs parum, in alijs valde croceam, (in alijs ſi bene memini, rubentem,) pro ætatis nimirum & ſexus differentia, fortaſsis & aquarum & regionum, in quibus degunt. Squamas habet albicantes. Linea fuſca obliquè à capite ad caudam fertur. Pinna in dorſo medio vnica eſt, binæ ad branchias, totidem in medio ventre, alia poſt anum. In principio caudæ macula atra notatur, & alijs minoribus ſingulis ad initia pinnarum vtrinque. Dorſum & latera nonnihil flaueſcunt. Sapor in cibo ſubamarus. Reperiuntur in fluentibus ſolùm aquis, vt audio: non etiam in lacubus & cœno, vt læues, quos è riuis lacus & flumina maiora ingredi diximus: vnde eos (læues) noſtri à riuis Bachbammele nominant. Iidem in Glatto flumine apud nos (Heluetios) paruo ac cœnoſo, ab ijs qui cancros captant, ſubinde inueniuntur & abijciuntur. A bacchinalium vel quadrageſimæ initio vſque ad Calendas Maij naſſas non anguſtiùs contextas, quàm vt Gobij capitati & Bambelæ ex eis euadere poſſint, in flumen immittere piſcatoribus noſtris licet. Bambelam noſtram Itali quidam, vt audio, eodem quo Gobium fluuiatilem nomine appellant, Varon. Verbani verò accolæ circa Lucarnum Stornazzo vel ſterniculo. Hæc itaque Geſnerus, cuius item ſententiâ eadem vel cognata eſt Bellonij Bubulca, de qua tamen agens, Auſonij Alburno ſibi cognatum videri piſcicu-

D Phoxinus primus.



[a] *Li. 6. Hiſt. cap. 13. & 14.*

*Fluuiatilem eſſe.*

*Phoxini Rondeletij.*

*Roſiere.*

*Color.*

*Bambela eiuſq; deſcriptio.*

*Locus.*

*Bubulca Bellonij eiuſque deſcriptio.*

piſciculum tradidit. Sordidus (inquit Bellonius nulla propoſita icone) admodum & vilis piſciculus Gallico vulgo è re ipſa Bouuiera nuncupatur: alijs Peteuſe, etymologia à bombis obſcœnis tracta. Piſcis eſt Sequanæ alumnus, non tamen vſquequaq; frequens, vt qui non ſemper appareat. Nam quo modo Verones piſciculi nuſquam Auguſto, Septembri & Octobri tibi, aut ſaltem rarò apparebũt: ſic Bubulca ſerò in conſpectum venit. Plurima vêre capitur. Bremmam aut Caſtagnolam marinam toto habitu æmularetur, niſi corpore eſſet minimo. Planus enim & latus eſt: ſed & argenteo nitore refulget, atque orbicularem magis habet formam, quàm in longitudinem protenſam. Trium digitorum longitudinem non excedit, neque ſeſquidigitalem latitudinem. Soli obiecta, nigri nihil habere comperitur, quàm in linea quæ ſpinam comitatur ad caudam. Paruam in tergore gerit pinnulam, oculorum pupillam, omnem nigredinẽ ſuperantem. Squamis tegitur magnis & latis. Carnęum quiddam, vt Cyprinus (quatenus paruum magno licet conferre) in fornice palati oſtẽdit, branchias vtrimque quaternas ſimplices, ac ſub ventre totidem, caudam biſurcam. Ore eſt paruo, dentibus vacuo. Piſciculos iſtos reſpui credo propter fellis magnitudinem, quòd vix poſſint exenterari, quin eorum fellis veſica diſrumpatur: quo per totum corpus diffuſo, plurimum amari in veſcendo ſentiuntur: id autem ſub hepatis lobo dextro coloris Smaragdini, magnitudine piſi continetur. Folliculum vento plenum in vtero geſtat geniculo interceptum: lienem ſtomacho inhærentem, rubrum atque orbicularem. Huius etiam inteſtina multis in gyrum reuolutionibus & anfractibus circumuoluta ſunt. Hactenus Bellonius. Alter modo Phoxinus Rondeletij & nomine & figura ſuperiori non multum abſimilis eſt. Roſe (inquit) vocatur à rubore caudæ: reliquo corpore cæruleo eſt, paulò maior, minus lato corpore, ouis ſemper plenus eſt, etiam minimus. Hic quoque nobis ignotus eſt, id quod & Geſnerus profitetur; niſi (inquit) fortè ſit piſcis ille quem idem Rondeletius inter lacuſtres Lemano lacui proprios (vt ipſe putabat) Vangeron appellauit. Huic enim cauda & ventris pinnæ rubent: & in Normannia (vt accepi) Roſſe vocatur: neque enim in lacubus tantùm capitur, ſed etiam fluuijs, præſertim tardioribus, in quibus fortè non eandem magnitudinem, quam in lacubus attingit: & fieri poteſt, vt Rondeletius minus adultum viderit. Quod ſi piſcis idem eſt (vt ſuſpicor, & amplius in hiſtoria eius probabo) figura quoque non ſatis probè à Rondeletio expreſſa eſt: in qua etiam obſeruandum, quod ſuo loco non ſit expreſſa, eſt enim prior in ordine, cùm alteram eſſe oportuit, id quod Geſnerus quoque aduertit. Deſcribit autem Rondeletius Vangeronem in libro de lacuſtribus cap. 9. vbi rurſus alterius piſcis Lemani lacus proprij ibique la Farra, vel Ferra vel Pala dicti exprimitur librariorum incuria, & quæ pro Farra pingitur, cap. 18. eiuſdem libri, Vangeronis eſt. Hunc & Bellonius, cùm Geſnerus icones ſuis coloribus ad viuum depictas ei oſtendiſſet, alijque peregrini, cum Roſa Gallorum eundem eſſe pronunciarunt. Ipſe verò Bellonius non Roſam ſed Roſſam vocat: qua amobrem licet lacuſtris magis quàm fluuiatilis piſcis ſit, antequam è manubus elabatur, breuiter ex Geſnero eius hiſtoriam perſtrigam, qui à rubro pinnarum colore Rutilum vel Rubellum fluuiatilẽ vocauit, ad differentiam Eryddhrinieterum, quem Theodorus aliquando Rubellum reddidit. Circa Comum in Lario lacu Piota, vt circa Verbanum quoque dicitur: à Germanis Oceani accolis Roddovu vel Roddau: Sabaudis circa lacum ad Bielam & Neocomum, Vingeron, vel Vengeron, vnde Germanorum Vuingeron, vel contrà, (quo tamen nomine Lucernæ accolæ Leuciſci ſpeciem intelligunt, eam quam Vendoſiam & Dardum Gallis dici indicauimus.) Anglis, Roche, Polonis, Vuſdrenka. Piſcis è foro ad Geſnerum delatus, latus erat ad quatuor digitos, longus duodecim. Pupilla nigerrima, iride aurea, labijs ſubrubris: colore in cauda, pinniſq; in ventre & ab ano ſitis, cinnabarino: nam cæteræ minus rubri habent. Linea à ſummis branchijs caudam verſus obliqua; cauda biſurca: Supercilia & circa branchias locus aureolo colore nitent. Squamæ latæ, ſtriatæ validæ. Dorſum fuſcum, venter pallidus: pinnæ quaternæ: fel viride, veſica gemina: caro ariſtis plena. In faucibus maxillas vtrimque habet, recuruas dentibus munitas quinis, qui ab interiore parte ſinguli ferræ inſtar aſperantur: quod in aliorum piſcium dentibus nondum memini animaduertiſſe. Piſcis hic apud nos (Heluetios) lacuſtris tantùm eſt, ſatis viuax. In noſtro & Acronio lacubus, abundè capitur. Piſcatores Conſtantiæ & circa Acronium aiunt eum aliquando cum Cyprino lato coire: inde Hybridam (ein Halbfiſch) gigni, qui inter vtrumque ambigat, Rutilo maior aliquantò, minor autem Cyprino lato. Parit Iunio menſe. Muſcarum fluuiatilium (ſiue lacuſtrium) genus quoddam eſt magnum, oblongo, terete, varioq; corporis alueo, has infigunt hamis ad ineſcandos Rutilos. Februario Martioq; menſibus apud alios Germanos. Nouembri apud noſtros in cibo præfertur. Maio rurſus deterior fieri, & imminui incipit. Parari iubent peritiores,

*Cur reſpuatur.*

*Phoxinus alter Rondeletij. Color.*

Phoxinus alter.



*Icones in Rondel. libro tranſpoſitæ.*

*Roſſa.*

*Rutilus ſiue Rubellus fluuiatilis. Geſneri.*

*Deſcriptio. Color.*

*Coitus*

*Vt capiatur. Quando melior.*

F

G

H

tiores: inſtar Cyprini; & vino frigido immiſſum elixari. Hactenus ex Geſnero. Vangeron Rondeletij an modò idem ſit cum ſuo Phoxino alterq; & hoc Geſneri Rutilo ex collata vtriuſque deſcriptione non ſatis clarè colligas. Corpore Ballero, (de quo ſuo loco) roſtro Mugilibus ſimilem eſſe ait, roſtro tamen eſſe longiore. Dentibus carere: pinnas ad branchias duas habere ſubaureas, in medio ventre duas alias croceas; ab excrementi meatu vnicam, in dorſo aliam. Caudam in duas deſinere, haſque à ſquamis initio integi, etiamſi non adhæreant. Cyprino & corporis ſpecie & carnis ſubſtantia ſuccoque affinem eſſe, & vilem haberi.

Rutilus Geſneri, rectius, quàm ab ipſo expreſſus.



# DE PISCIBVS, QVI PRÆTER FLVVIOS alias quoque dulces aquas incolunt: & primùm De Perca Maiore. Cap. XXXIII.

## NOMEN. EIVSQVE RATIO.

Perca fluuiatilis maior.



PERCA (πέρκη) vnde dicatur, in marinæ Percæ hiſtoria dictum eſt. Fluuiatilis ſiue aquarum dulcium Perca, nobis & in pleriſque alijs Italiæ locis peſce Perſico nuncupatur, nõ quòd pomi Perſici ſaporem referat, vt Platina ſomniat, (qui vulgarem nomenclaturam ſecutus Perſicinum nũcupat,) ſed potiùs à Perca latino Græcoque nomine: à quo ſimiliter Berſich Germanis, Belgis corruptius Baers appellatur. Galli & Angli proximiùs ad Græcum nomen accedentes Perche vocant. Nomen Polonicum eſt Oxun, Bohemicum Okaun. Hetruſci teſte Bellonio Perſegam dicunt, Romanum vulgus Cernam.

*Perſico cur dicatur Perca.*

*Perſicinus.*

## FORMA. DESCRIPTIO.

*Roſtrum.*

*Os.*

*Dentes.*

*Squamæ.*

*Color.*

*Pinnæ.*

*Branchiæ.*

*Magnitudo.*

*Partes internæ.*

CORporis figura lata ac compreſſa eſt: roſtro prominenti nõ aliter quam marina, verùm non adeo acutiore etiam vt illa mediocri, imo pro corporis ratione paruo. Dentibus caret, ſed labia habet denticulis horridula, vt Bellonius teſtatur. Squamis tegitur paruis ac aridis, quæ difficillimè à corpore auelluntur, maximeq; ancillis faſtidio eſſe ſolent. Color ei varius, venter nempe; corpus reliquum ferè cineraceum; nigricantibus quibuſdam ac latis maculis à dorſo deſcendentibus (non aliter ac in marina) latera depingentibus. Pinnæ & cauda rubeſcunt. In fœmina verò nihil, vel parum falleſ. Pinnæ in tergore duæ, quarum quæ capiti proxima, maior eſt: & aculeata, poſterior minor ſine aculeis: totidem ad branchias, quas Rondeletius altiores eſſe putat, quam in reliquis fluuiatilibus: totidem item in ventre: quæ verò ab excrementorum eſt orificio aculeo crenato vallatur. Branchias habet vtrimque quaternas, eaſq; duplices, id quod Ariſtoteles quoque vidit. Cauda bifurcatim diuiditur. Ad maiorem magnitudinem excreſcit, quàm marina; nam & trilibris aliquando capi ſolet, inquit Saluianus: in Lario lacu ad pedalem etiam teſte Iouio magnitudinem creſcunt. In Suerinenſi verò lacu vlnam id eſt cubitum æquare Geſnerus intellexit. Ventriculũ habent mediocrem; inteſtina pauca & tenuia; hepar ſubpallidum, à cuius maiori lobo veſica pendet, in qua fel eſt tenue & aqueum. Lien ſubruber. Lapillos habet in cerebro.

LOCVS.

A

# LOCVS.

PLinius [a] in piſcium catalogo Percam prius amni marique communem faciens, moxque eandē maris peculiaribus piſcibus annumerans, ipſemet oſcitantiæ ſuæ teſtis eſt. Lapſus autem duplex eſt. Non enim rectè quis Percam aut marinam, aut fluuiatilem ſimpliciter dicat, cùm ſint ſpecie diſtinctæ duæ. Secundò Percam amni marique communem eſſe falſum eſt. Marina enim nūquam fluuios, fluuiatilis nunquam mare ingreditur. Hanc enim in dulci duntaxat aqua & gigni & viuere, non vſu tantùm, ſed [b] Ariſtotelis, Auſonijque poëtæ quoque teſtimonio comprobatur. Ille nempe eam nominat cum Cyprino, Chalcide, Phoxino, Glanide, qui fluuiatiles, aut lacuſtres piſces ſunt: hic cum cæteris amnicis Moſellæ ſuæ piſcibus. Aelianus item in Danubio capi ſcribit. In nullo non lacu aut fluuio capitur in Germania. Rhenus noſter tamen eum non habet, fortè quòd altiores aquas amet. Platina præcipuum in Verbano lacu, & Pado flumine produci tradit. Fama eſt Larij lacus Percecos fuiſſe aduectitios & inquilinos, tralatis ſcilicet ſeminibus è lacu Eupyli, qui Lambrum emittit amnem, vt meminit Benedictus Iouius frater in Larianis lutibus.

[a] L. 32. c. 11. *Plinij lapſus*

[b] L. 6 Hiſt. cap. 14.

*Au in lario gigni.*

B

*Eupylis exigua ſum Percecus artus in vnda  Meque peregrinum Larius inde tulit.*

Sed Eupylis (inquit Geſnerus) multò minores quàm Larius Percecos producit; quoniam magna ex parte, vel influentium aquarum defectu, vel occultiore aliquo hiatu terræ hauſtus, multis antè annis exaruit, abijtque in tres minores lacus, aquis in depreſſiora loca ſubſidentibus: qui à Licino foro vetere oppido, quod & ipſum interijt, plebis Licini lacus hodiè nuncupantur.

# NATVRA. MORES. PARTVS.

CEterrimum dicuntur exercere natatum; deuorare cùm alios piſces, tùm ſui generis ſobolem. Gregorius Mangoldus citante Geſnero ſcribit, in omnibus iecur grandine affectum eſſe, ſed vix aliunde quàm iecoris vitio laborare. Quod verò Lonicerus credit Percæ naturalem cum Lucio amicitiam eſſe: Luciumque læſum ab alio piſce difficulter ſanari: proinde quærere Percam; hic verò vbi læſum viderit, lenire vulnus eius, & ſic ſanari, ridiculum puto, nam vt in dulcibus aquis piſcē

*Natatus.*
*Cibus.*
*Morbus.*
*An cum Lucio amicitiā colat.*

C eſſe non puto, qui Lucio audeat congredi, ita apud alios lego Lucium Percis minimè parcere velle, ſed cogi, quod viſo ipſo pinnis horreant: præterea quid in Percis ſit quo ſe oblinat Lucius, non video; ſimile quid de Tinca lubrico ac viſcido piſce ſuo loco dicetur. Piſcatores in lacu Lemano, vt narrat Geſnerus, obſeruarunt Percas hyeme emittere per os veſiculam quandam rubram ex ore pendentem; quæ vel inuitas (inquit) ſupernatare cogit: coniectant autem id ab eis fieri præ iracundia quòd in retia inciderint: hoc enim tùm maximè pati, cùm retia trahunt piſcatores: ſed mirum eſſe, quòd hyeme tantùm id ipſis accidat. Parit circa litora & frutices, vt Ariſtoteles ſcriptum reliquit his verbis: *Reliqui piſces ſemel anno edunt ova in ſtagnis fluuiorum & arundinetis lacuum, vt Phoxini & Percæ. Siluri* (Glanides) *& Percæ continentem emittunt fœtum, vt Ranæ: adeò enim fœtus ipſi continuo ſibi cohærent, vt Percæ quidem fœtum quoniam latior eſt, piſcatores in lacu arundine glomerent.* Geſnerus ſcribit in ſuo lacu parere Percas verno tempore, in profundo, præſertim Martio & Aprili menſibus.

*Iracundia.*
*Vbi pariat & quando.*

# VSVS IN CIBIS.

D PErca marina (inquit Rondeletius) molli eſt carne, tenera & friabili, concoctu facili, boni ſuci: fluuiatilis his omnibus ferè dotibus caret. Quare abſurdè faciunt, qui ea quæ de Perca marina dicta ſunt à Galeno, [a] ad fluuiatilem accommodant. Sic enim ſcribit: *Præſtantiſſimus inter ſaxatiles voluptatis cauſa Scarus eſſe creditur: poſt hunc Merula, Turdi; deinde Iulides, Phycides & Percæ &c.* At fluuiatilis dura eſt carne, glutinoſa, difficili concoctu, nec commendanda, niſi ijs, quibus duræ carnis piſces probantur. Hanc Rondeletij ſententiam approbat Geſnerus, ſed hoc diſtinguendi gratia (inquit) addiderim: Percas noſtras quæ in fluuijs & lacubus maioribus purioribuſque verſantur, longè præferendas eſſe alijs, quæ in minoribus minuſq; puris aquis degunt: accedit in fluminibus noſtris, etiam velocior curſus; cuius ratione magis exercentur: Itaque è Rheno magno citoque flumine ſaluberrimæ putantur, prouerbio etiã inde facto, Perca Rhenana ſanior aut ſalubrior. Medici etiam atque chirurgi vulgò ægrotis illis, quibus piſces alios interdicunt, puerperis, vulneratis, Percas concedunt. Xenocrates citante Vuottono Rhenanam Percam marinis piſcibus ſucci probitate æqualem in eſſe tradit. Iouius quoque in Gallia Percas ſummam ſcribit obtinere dignitatem alendis febricitantibus:

[a] L. 1. *Alimenti.*

*Quæ meliores.*

*Perca Rhenana ſanior, prouerbium.*

tantibus: in Italiam autem laudatiſſimos eſſe in Lario lacu: in eo quidem ad pedalem creſcere magnitudinem & matureſcentibus præſertim vuis, ab ipſo pingui & prætenerisinteraneis magnoperè commendari. Medicos ferè omnes Galliæ Ciſalpinæ Percas ægris robuſtioribus apponere non dubitare, præſertim ſi crudarum vuarum ſucco, quem agreſtam vocant, diligentiſſimè condiantur. Arnoldus denique in regimine Salermitano Percam & Lucium mediocris magnitudinis, dummodo ſint pingues, primum bonitatis gradum obtinere arbitratur. Item Anguillam prouectiorem ætate ſalubriorem minore eſſe ex quorundam ſententia iudicat: Lucios verò & Percas, contrà. In Germania quouis anni tempore teſte Geſnero laudantur, præterquam Martio & Aprili menſibus, quibus parit. Platina ſuauem quidem hunc piſcem haberi ait, & Auſonius in pretio habitam fuiſſe teſtatur, in omnibus tamen eius codicibus impreſſis inertē ei guſtum tribuit, manifeſta equidem cōtradictione, quamobrem Geſnerus apud Poetam hoc modo legit: E

*Que ſalubriores.*

*Quando maiores.*

*Nec te delicias menſarum Perca filebo, Ammigenas inter piſces dignande marinis,*
*Solue puniceis facilis contendere Mullis: Nam neque guſtu iners, ſolidoq; in corpore partes*
*Segmentis coeunt, ſed diſſociantur ariſtis.*

*Apparatus.* Platina Perſicinum maiorem exenteratum, nec exſquamatum, ex aqua aceto ſuffuſa coqui iubet, coctum ac mundum, conuiuis apponi: Paruum exenteratum & exſquamatum, in oleo, aut in craticula cum ſalimola coqui. Vterque iſte apparatus nobis & fortaſſis toti Italiæ familiaris eſt, niſi quòd in ſimplici aqua elixant, ſuccoque mali aurantij acidi ſuffundant. Hollandi more ſuo butyro & aceto innatantes inferunt. Tenella adhuc minimaq; earum ſoboles gratiſſima (inquit Geſnerus) cibo eſt, & propter paruitatem plurimæ ſimul vna buccea ingeruntur: Sunt qui vnà cum pane cocto conditoq; è iure apponant, circa Acronium lacum alicubi: apud nos enim tantillas capi lex vetat. Percas minimas quas Hornas cognominant, coqui peritiores vino calido immerſas elixant: maiuſculas frigido. Maiuſculæ propter ſpinas & aculeos pinnarum dorſi, veſcētibus moleſtæ ſunt: in minimis propter teneritudinem non curantur. Paruulæ etiam butyro frigi ſolent, frequentiùs quàm vlli alij piſces. Circa Verbanum lacum Percas modicè apertas, verubus lignis tranſuerſas inſerunt & aſſant: ſemiaſſas butyro illinunt. Ibidem omne genus piſciculorum ad ſolem inueterant, maximè verò Perculas. Vulnus aculei pinnarum dorſi inflictum, non facilè ſanatur. F

*Perca bonæ.*

*Vulneris ex Perca veneno ſitus.*

# HIEROGLYPHICVM. G

*Conſtantiæ in periculis typus.* SAxones Orientales referente eodem Geſnero ex Georg. Fabritio, aliquando coluerunt Saturnum dextra tenentem vrceum rotis refertum, ſiniſtra rotam: nudis verò inſiſtentem pedibus Percæ, quò ſignificare voluerunt, vt in ipſorum Chronicis explicatur, Saxonem eſſe debere in perferendis ſuſtinendiſque periculis ſtabilem atque conſtantem. Habet enim ille piſcis ſquamas duras & tergum veluti ſpinulis aculeatum. Meminit huius ſymboli quoque Gyraldus his verbis: Saturnum Saxones effingebant, ſenen in pilce ſtantem, qui rotam vnamq; tenebat: quod ſymbolum apud ipſos arcanum vt in eorum hiſtorijs legimus.

# DE PERCA FLVVIATILI MINORE. Cap. XXXIV.

## SYNONYMA. ETYMVM. H

*Cernua Bellonij.* QVi hunc Hollandiæ, Friſiæque ac Cimbris notiſsimum piſciculum Percam fluuiatilem minorem vocant, ijs ego libenter aſſentior, cùm & corporis forma maiori ſimilis ſit, & dorſi ſpinis etiam ſimiliter rigeat. Bellonius Cernuam vocat, quo nomine Orphum piſcem marinum Theodorus apud Ariſtotelem conuertit, Siculos ſecutus qui eundem (Orphum) Cernam dicunt. Bellonius verò ſcribit, cùm aliquando Exocœtum ſuum Romanis piſcatoribus oſtenderet, vt vulgare eius nomen ab ijs ſuſcitaretur? Cernam vocaſſe, idem tamen vocabulum ad Percam fluuiatilem (maiorem) transferre ſolere. Haud tamen ob hoc Cernulam hunc piſcem vocaſſe videtur, ſed recentiorum Cernuam eſſe ait, cùm alioqui hanc nomenclaturam neque apud veteres, neque apud recentiores inuenias, licet Rondeletius & Maſſarius eius mentionem eſſe dicant apud Auſonium. Idem Bellonius hunc piſcem Plinio medico Acerinam dici iudicat, fortè propter nominis cum Cernua ſimilitudinem, verùm hic piſcis

*Acerina Plinij medici.*

Italiæ

A Italiæ ignotus eſt, verendumque Acerinæ nomen ab Atherina corruptum eſſe. Strabo, cùm Nili piſces recenſet, Crocodilos ait abſtinere à Portis (τῶν χοίρων) qui cùm rotundi ſint, & ſpinas ad caput habeant, periculum beluis afferunt. Geſnerus Niloos iſtos Porcos conijcit, noſtras haſce minores Percas eſſe, cui lubens accenſeo, quandoquidem deſcriptio ea ex aſſe eis quadrat. Porcum enim mentiũtur, continente ſpinarum ſerie, ad modum ſetarum, capite & cauda eidem animali non diſſimiles: & quemadmodum à Nilois Crocodili, ita à noſtratibus abſtinere coguntur Lucij, alioqui in nullos non piſces graſſantes. Accedit vulgare apud Friſios nomen Porces à Latino Porcus haud dubio detortũ. Hollandi corrupto vocabulo Poſt dicunt, Colonienſes ſimiliter Poſch. Hinc & recentiores nonnulli Porcellionem vocârunt, Iunius Porculum & Porcellum. Alicubi in Germania propter corporis rotunditatem dicitur ein Kaulparſs, alicubi Kutt, aut Kautt, alicubi Goldfiſch, quaſi aureus piſcis, à colore, nam extra aquam eductus (inquit Bellonius) ac ſuo humore deterſus, aureo fulgore in cæruleum abeunte inſignis eſt, vnde Hieronymus Tragus in epiſtola ad Geſnerum Auratam fluuiatilem vocauit. Sed alius eſt Goldfiſch, quem in lacu Suerinenſi capi Geſnerus refert, & alio nomine Zieg vocari, Sturionis è mari flumina ſubeuntis comes. Porculi nomen apud Anglos Ruffe vel Ruchl, ab aſperitate, niſi fortè Rochl ſcribendum ſit, nam Roch Belgis Raia quæ ab aſperitate Græcis βάτος appella-

B tur, ſed & Ruch Germanis aſperum eſt. Eſt enim toto corpore aſper, vnde Ioan. Caius Anglus Aſpredinem Latinè nuncupauit, & Geor. Pictorius Aſpratilem, ni fallor. Qui gulam (inquit) magis quam ſanitatem curant, ſæpius etiam Aſpratili neglecta, Mugiles, Oculatas, Fundulos, & quos Mornas nominant, ſaturatim deuorant. Alij verò ſunt qui in Danubio Ruff vocantur, de quibus [a] Albertus; Piſces magni (inquit) non poſſunt intrare in cauernas, itaq; dormiẽtes in arena percutiuntur tridente: & ſic piſcatores venãtur in Danubio Ruffos, Huſones & Sturiones. A Polonis Ieſch appellatur, vel Iadz.

*Perca Nilotis.*

*Aſpredo piſcis Aſpratilis.*

[a] *Lib. 4. de Animalibus tract. 2. c. 3.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

DE corporis forma nonnihil dictum eſt. Paruus eſt piſcis (inquit Hieron. Tragus) non ignobilis, ſpithamæ longitudine. (In Hollandia ad tantam longitudinem nunquam accedunt.) Eius pinnæ ac caput, & branchiæ, aureo quaſi colore fulgent. Hunc ſi aureus color non diſcerneret, diceres omnino eſſe Percam. Paullò exactiùs eundem hunc piſciculum deſcribit Ioan. Caius Anglus in epiſtola ad Geſnerum his verbis. Aſpredo fluuialis piſcis eſt, toto corpore aſper, pin-

C nis ſpinoſus, Percæ forma & magnitudine, colore per ſumma fuſcus, per ima cum pallore flauus; duplici per maxillas ſemicirculorum ordine notatus: oculo ex dimidio ſuperiori fuſcus, ex inferiori ſubaureus, pupilla niger. Linea per dorſi longitudinem porrecta, & veluti filo tranſuerſo corpori affixa, ſingularis: notis per caudam atque pinnas nigris maculoſus: quæ (pinnæ) cùm ira ſubeſt, inhorreſcũt: cùm animi conquieſcunt, reſidunt. Bellonius ſcribit nullum alium Channam exanimem meliùs exprimere: mortuum enim hiare & oris rictum apertum tenere. Idem ait recens captũ hilari quadam ac ſubuirenti opacitate ceu pauonis torques, refulgere: imo verò extra aquam eductum, ac ſuo humore deterſum, aureo fulgore in cæruleum abeunte inſignem eſſe. Percam plurimùm æmulari, niſi tranſuerſis lineamentis (quæ Percæ inſunt) careret, oreque eſſet magis recurto. Hoc potiſſimùm ſigno dignoſci, quòd ſpineum branchiarum tegumentum, crenatum vt in Lupo & ſua rima luxatum habet. Vbi autem linea quæ piſcium latera ſecat, ad branchias incipit, ibi aculeum ad caudam ſpectantem vt in Dracone marino videri. Sed & hoc à Perca diſſidere, quòd Perca duas in tergore pinnas habeat, Cernua (ſic vocat) vnicam tantùm: nulliſque dentibus, ſed neque lingua manifeſta prędictam eſſe, ſquamaſque habere quadrangulas, robuſtas, crenulis tenuibus in gyrum inciſis, quæ piſcem ſcabrum admodum efficiant. Radijs denique ſolaribus obiectam, maculis nigris per dorſum

D diſtingui percipi: at totam ſub ventre candicare. Cæterùm non aduertit Bellonius extremis branchijs, id eſt, branchiarum margini alterum paulò inferius aculeum adiunctum eſſe, quod obſeruauit Geſnerus, qui tamen neutrum in duabus quas dedit, iconibus expreſſit. Sunt enim (inquit) pereziles: vt in medijs etiam branchijs denticulatæ aliquot ſpinulæ crenatim (vt ita dicam) apparentes, ſi de proximo intuearis: ſuperiùs minores & frequentiores: inferiùs maiores, paucæ & maioribus interuallis. Sunt autem illæ (inquit) digeſtæ in margine portionis cuiuſdã branchiarũ, quæ à parte ſubiecta deduci & eleuari poteſt. Eſt & ſupra branchias ſpinea pars obliqua, vtrinq; verſus occipitiũ ſe colligens tantillis ferrata denticulis, vt tactui magis quàm viſui pateãt. Itẽ alia pars ſupina triãgularis ſuperinnata, à branchiarum ſciſſura, ſtatim ſupra pinnas ibidem, retrorſum ſpectat, & in breuiſſimum ſed acutum ſpiculũ deſinit. Idem Geſnerus ſquamas rotundas eſſe negat, ſed rotundas eſſe ferè vt in alijs ait piſcibus. Pinnã etiam dorſi vnã eſſe oblongã & continuã, vt Bellon. dixit, & Caius in cõmunicata icone probè repręſentauit: differre tamen partibus: nã anteriorẽ aculeis conſtare quatuordecim; quorum primi duo breuiores & propiùs iuncti ſint, medij longiores, lõgitudine paulatim ad vltimum

*Magnitudo*

*Color.*

*Vt à Perca differat.*

*Squamæ.*

Perçæ minoris ſiue Cernuæ icones duæ, quarum alteram accuratiùs factam eſſe Geſnerus ait.



Cernua fluuiat. ſeu Perca minor ab auctore obſeruata.



vſque decreſcente: partem poſteriorem, molliorem eſſe, fibris non aculeis diſtinctam, breuiorem & ab anteriore interuallo quodam inchoato diſcerni. Iam verò tres eſſe pinnas in ſupina parte, vnam poſt anum, & binas in ſummo ventre quæ nigris lituris, vt cæteræ omnes non diſtinguuntur. Pictor nullas expreſſit. Georgius Agricola binos tradit in huius piſcis capite reperiri lapillos, candidos, oblongos, planos, altera parte quodammodo in denticulos diuiſos. Addita eſt & alia icon, ſimiliter pro Perca minore olim communicata, à ſuperioribus in eo differens, quòd nigris punctis dorſi pinnam reſperſam habeat. Piſcis ipſe totus flaueſceret; niſi ventrem haberet argenteum.

LOCVS.

Digitized by Google

A

## LOCVS. NATVRA. VSVS IN CIBIS ET MEDICINA.

FErunt amare torrentia. In Hollandia tamen copiosè in ſtagnantibus aquis capi ſolet: nec ſemper nec in quouis flumine inuenitur. Bellonius rarum eſſe ſcribit ad Tameſim, plurimum verò in Ranello quod Oxonium præterfluit. Idem etiam ſaxatilem vocat, ſed admodum impropriè, cùm ſaxatiles tantùm marini ſint: & piſcis iſte non ſolùm in ſaxoſis fluminibus, ſed & in ſtagnis, paludibuſque degere ſoleat. Capitur tantùm æſtate, latet enim per totam hyemem. Cardanus, qui Angliæ peculiarem piſcem eſſe credidit, cùm natat, Gobij & Bottæ more, vniuerſas pinnas mouere tradit. In viuaria coniectus, piſces cæteros exurere dicitur, fortè quòd aculeis ſuis moleſtus eis ſit, quos videlicet & Lucius horret. Percis maioribus & ſuauiores & ſalubriores eſſe omnes vno ore fa- *Salubritas, carniſq; bonitas.*
B tentur. Elixi, frigiq́ue placent. Circa bacchanalia & in quadrageſima potiſſimùm commendantur. Lapillos quos in cerebro gerere diximus, in quibuſdam Germaniæ locis, pharmacopolæ referente Geſnero, ſeruare & vendere ſolent, aduerſus calculos renum, & quæ in coſtis alibiue ſentiuntur dolores pungentes. *Quando capiatur.*

## DE SCROLLO DANVBIANO PISCE Cap. XXXV.

C ISiuſmodi piſcem, quem Schroll vel Schrollen, Danubij accolæ dicunt, ſuperioribus omnino adiungendum eſſe cenſuimus, quoniam & Geſnerus quærendum proponit, an vel idem, vel cognatus ſit Percæ fluuiatili minori. Etſi enim (inquit) colores differre videntur, ætati aut regioni id imputari poteſt; vt aliqua formæ differentia, pictoribus. Quod ſi hic alius, quàm Perca fluuiatilis minor eſt, genus hoc Percę in Danubio non reperiri putàrim. Color in icone (quam nobiliſſimo I. C. Raphaeli Seilero, comiti Palatino refert) dorſo fuſcus eſt, lateribus ſubuiridis, plurimis punctis fuſcis interuenientibus: quales etiam in pinna dorſi (cuius aculei albicant) conſpiciuntur. *Color. Magnitudo.* Venter candidus eſt. Initium pinnarum ad branchias rubet, &c. Rarò longior fit, quàm figura oſtendit. Quoquo modo paratus, in cibo optimus eſt.

Danubij incola piſcis Schrollus.



D



Digitized by Google

# DE PVNGITIO PISCE ALBERTI, ACVLEATO RONDELET. Cap. XXXVI.

*Nominis ratio. Spinachia.*

ABaculeis quibus horet, ſequé aduerſus aliorum piſcium iniuria uetur, Albertus Pungitium, Rondeletius aculeatum, author de natura rerum Spinachiam, Germani Stachelfiſch vel Stichling, Itali alicubi Strazzariglam nũcuparunt. Piſciculus eſt (inquit Albertus) minimus, qui lanceolas (aculeos) binas habet in radicibus pinnarum ventris. Mas ſub gutture rubet, fœmina rubore caret. Squamas non habẽt. Piſcatores hoc genus piſcium ſponte generari aiunt, & ex ipſis alios omnes, hac obſeruatione inducti, quòd in lacunis nouis primo ſtatim anno inueniuntur & poſtea ſequentibus annis piſces alij diuerſi, quanquam nulli fuerint immiſſi. Rondeletius duo eius genera obſeruauit, maius, ſcilicet quod ex Alberto retulimus, & minus. Ait tamen ipſe tres eſſe in ventre aculeos coniunctos, quales cernuntur in ſemine Spinachij vulgò dicti. Aculeos eſſe acutiſſimos & firmos: quibus demptis Percas referre, ſed à ſquamis nudos eſſe. Fluuios & lacus quoſdam tanta interdum horum piſciculorum copia abundare, vt putent nõnulli ſeminarium eſſe reliquorum piſcium vel certè prædam. Exhauſtis etiam vel exiccatis ſtagnis quamplurimos relinqui, præuperibus colligendos. Alterum genus eſſe eorũ qui ſenos aculeos rigidos in dorſo habent, in lateribus ſingulos. Hoc genus piſciculorũ ſe in Nare obſeruaſſe & ex eo Tiberim ſubire. Accolaleis veſci.

*Genus duplex.*

Pungitius piſcis Alberti.



# DE ALBVRNO AVSONII. Cap. XXXVII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Piſces candidi qui Plinio.*

ETSI Plinio ſquamoſi omnes, candidi vocari videantur his verbis: *Piſces candidi dicti omnes ova pariunt, &c.* Et Ælianus inquiens: *Galeos tum varios, tum Centrinas piſcandi ratio hec eſt: album piſcem illecebram ad eos capiendos demittunt, &c.* Album piſcem quemlibet, qui albo colore ſit, ita vocare potuerit: Auſonius tamen in ſua Moſella inter alios albos vnum priuatim ab eodem albo colore Alburnum nuncupauit. Hunc Pet. Gillius, eumque puto ſecuti Bellonius & Rondeletius eum eſſe conijciunt, qui hic ſubinde depingetur, Able vel Ablette dictus. Bellonius circa Vercellas in amne Lagogna Ticinum influente Scauardinum à piſcatoribus appellari tradit: Geſnerus Coloniæ capi in Rheno & vulgo Albenn vel Alffen nominari, pro quo nomine Rondeletius ſcribit Ablem, verùm haud ſatis Germanicè: Adamus Lonicerus Alblen rectiſſimè ſcribit, item Zvvibelfiſchlin (à cepis, inquit Geſnerus, quòd cum ijs fortè à vulgo coquatur.) pro qua voce idem Rondeletius Zumbelfiſchlin exarauit. Dicitur & alicubi in Germania Vveiſzfiſchlin quaſi candidus piſciculus: circa Acronium lacum ab oculis rubicundis Roteugle, id eſt, ἐρυθρόφθαλμος: quod tamen alijs etiam debetur, & à vilitate Snederfiſchle, quaſi Sartoribus condignus, alicubi Bliegg, Bliecat, Bliegle, quæ nomina cum Anglorum Bleis aptè conueniunt. Belgis verò vel ſaltem Hollandis Bleye dictus, Rondeletij Ballerus eſt, ni fallor Bellonius quibuſdam Agullam dici ait, Ferrarienſibus verò non alia venire appellatione quam Paſquerel vel Stregia: cùm tamen Stregia (inquit) alibi ſit idem quod Leuciſcus.) Placentinis & Mediolanenſibus Arborinum vel Arbolinum.

*Alburnus.*

*Scauerdinus.*

*Arborinus.*

## LOCVS. FORMA. DESCRIPTIO.

*Color.*

PIſcis non ſolũ fluuiatilis ſed lacuſtris quoq; ſicuti ex ſynonymis p̃citatis facilè liquet. Alphyis albis ſimilis eſt, oculis magnis, rubeſcẽtib. dorſo vireſcẽte, vẽtre cãdido. Bell. lineã vtrimq; eſſe ait arcuatã q̃ eius latera diuidat. Sed Rond. duab. diſtingui lineis p̃fitetur, altera à brãchijs ad caudã ducta

A

Alburnus Rondel.



ducta medium corpus dirimi: alteram minus euidentem à radice pinnæ branchiarum orta deficere, priuſquam ad caudam perducta ſit. Nare eſt parum reſima. Pinnas eaſdem habet quas Gobio. capite eſt paruo: corpore latiuſculo, ſed depreſſo, vixq; ad duorum digitorum latitudinem extenditur. Felle caret. Argenteis tegitur ſquamis ac tenuibus. Carne eſt molli & parum pingui. Vorax eſt piſcis, quam ob cauſam hamo facilè capitur; vnde Auſonius prædam puerilibus hamis, rectè dixit. Obſeruaui Alburni duas alias ſpecies, quarum prior tergore ferè ad caſtaneæ colorem vergit; altera ad cæruleum. Vtriuſq; pinnæ & cauda etiam ad caſtaneum vergunt. Cætera argenteo colore reſplendent. *Forma.* *Voracitas.*

B

C

Alburni duo alij, ab authore obſeruati.



# DE EPELANO FLVVIATILI. Cap. XXXVIII.

D EPELANVS FLVVIATILIS rectè dicetur, vt à marino, quo de ſuo loco dictum eſt, diſtinguatur. Bellonius Sequanicum cognominat a Galliæ fluuio, vbi abundat, additq; ſic vocari quaſi excellanum à præſtantia, qua cæteros ſui generis piſciculos excedit. Ferrarienſes Borbolum vocant, Alburno ſimillimum atque hoc tantùm ab eo diſſidentem, quòd ruffas radices pinnarum Gardonis & Veronis modo habet, ac lineam quę latera eius ſecat, verſus caudam admodum inflexam & velut arcuatam. Quinq; digitorum longitudinem, pollicis latitudinem interdum exuperat. Piſciculus eſt odoratus, de bonitate & principatu cum alijs omnibus contendens. Rothomagenſes Ouellam eo argumento nominant, quòd ſemper ouis prægnans ſit. Epelanum ſi ſuas ſquamas habentem conſpicias præ nimia albedinis terſitudine tibi refulgere videbitur. Squamis autem exutus tergus oſtendit varijs coloribus emicans in iridis aut arcus cęleſtis morem. Marino craſſior eſt & breuior. Hactenus Bellonius. *Nominis ratio.* *Bonus piſcis eſt.*

Epelanus Sequani Bellon.



# DE LVCIO Cap. XXXIX.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*An priſcis memoratus.*

LVCVS noſtro æuo nulli non notiſſimum piſcem Auſonio Lucium vocari nemo eſt qui ambigit, nomine, vt Rondeletius opinatur, παρὰ τῦ Λύκυ, id eſt, à Lupo deducto: quanquam ſint qui à lucendo dici velint, quòd noctu luceat. Cæterùm ſitne Græcis, ac Auſonio antiquioribus memoratus, haud ſatis inter doctos nuperos conuenit. Saluianus apud veteres Græcos mentionem eius reperiri negat, & veterum Lupum non eſſe aduerſus Franciſ. Philelphum probè docet, id quod & ante eum præſtitit Maſſa-

*Lupum non eſſe.*

rius, hic & aduerſus Simonem Genuenſem: & nos quoq; id oſtendimus in Lupi hiſtoria, quare hîc rationes non repetimus, ſuffeceritq; nunc cum Iouio dicere Luciſi vbiq; in ſtagnis & lacubus frequentiſſimè reperiri, nuſquam in mari, hacque vnica ratione, qui antiquitùs Lupum eſſe exiſtimant, manifeſtè conuinci. Bellonius in libro de aquatilibus, an ſit Oxyrynchus Strabonis, quem Niliaci piſca- G

*Oxyrynchus Strabonis.*

tores ſacrum habent, id ſibi controuerſum eſſe ſcribit: at in Singularibus Lucium in Nilo frequentem eſſe ait, eundemq; videri veterum Oxyrynchum. Veteres quidem Oxyrynchum carniuorum faciunt: ſed Plutarchus etiam marinum, tanquam è mari Nilum intret. Geſneri coniecturam de Eſoce Plinij, quem ſemel tantùm nominat his verbis. *Præcipua magnitudine Thunni ſunt, &c. Sunt & in quibuſdam amnibus haud minores Silurus in Nilo, Eſox in Rheno.* à me probari ſuprà etiam ſcripſi contra

*Eſox Plinij Lucius eſt.*

Rondeletium, qui pro Eſox legit Exos & piſcem Antaceum intelligit, qui ſine oſſibus eſt, ſiquidem hunc in Rheno non reperias. Apparet autem Eſocis vocabulum à Belgarum Snoec detortum eſſe ſi e literam proponamus, ſeu potius een Belgico more, vt & nos Galliq; vn dictionibus præponere ſolemus. Accedit Lucij magnitudo qui ſi alicubi, in Rheno maximo fluuio magnitudine excellit. Apud nos Latinum ferè nomen retinuit: & Burdigalenſes in Gallia quoque Lucz appellant: Angli item Lutz dicunt, vbi prouecta ſunt ætate, minores enim Pixe vocare Bellonius tradit. Sed Geſnerus medios ita nominari ait, minimos Piereles. Galli quoque nomina pro ætate variant, vt Rondeletius notauit, inquiens: Aulici noſtri Lucium pede vno minorem Brocheton vocant: maiorem Lanceron, qui pedum duorum triumue eſt magnitudine, Brochet. Bellonius verò Lanceron vel Lanzon Gallis dici profitetur, propterea quòd in conſpectam prædam protinus ſeſe emittat, atque eiaculetur: Brochet quòd oblongo ſit corpore, vt véru: Alijs item ab ore prægrandi Becquet aut Bechet appellari, quia bec Gallis (imo & nobis & Belgis) os ſit, vterque tradit. Noſtri (inquit Geſnerus) Hecht (ita & tota Germania) & differentiam à locis faciunt: eorum enim qui in lacu degunt, alios qui circa arundines verſantur, Rorhecht vocitant: alios qui in altiori gurgite, Seehecht. In Albi, alij à Martio menſe Meertzenhecht vocantur, alij poſt Paſcha, groſſe Hecht, id eſt, magni Lucij. Polonicum eius nomen Szczuka vel Szuka, Bohemicum Sſcika. H

FORMA

Digitized by Google

A

# FORMA. DESCRIPTIO.

CORporis figura oblonga eſt, eademq; ideo oblongior videtur, quoniam piſcis latera modicè dilatantur. Dorſum latum eſt, & ferè quadratum, perpetuoq; equale, donec ad poſtremas pinnas ventum ſit: & cùm reliquis ferè ſquamoſis piſcipus dorſum ipſum magis aut ſaltem æquè atque venter extuberare ſoleat: huic vni venter, quàm dorſum magis extuberat, potiſſimùm vbi pinguior ſit factus, quod tamen aliquando ichthyopolarum impoſtura etiam fieri Romæ obſeruauit Rondeletius, piſcium quorundam ventres infarcire tradens vilibus herbis, atq; ita ceu pinguiores cariùs vendere. Caput habet macrum, oſſeumque ac quadratum. Oſſium ſeu ſpinarum in capite formas diuerſas reperiri aiunt: vnam vulgò cruci comparant, aliam laneæ, tres alias clauis ſeu paxillis, paſſionis Dominicæ inſtrumentis. Author obſcurus de natura rerum ſcribit Lucium in cerebro lapidem cryſtallo ſimilem gerere, ſed hoc cùm ævum in longum duxerit. Geſnerus verò teſtatur ſeſe in capite Lucij etiam parui lapillos geminos candidos reperiſſe. Roſtrum habet longum & rictum maximum, Anſerino roſtro comparat Rondeletius. Maxilla inferior ſuperiore longior eſt, & cochlearis modo excauata. Dentes in eo plurimi, haudq; vno modo diſpoſiti, & vt Albertus ait, diuerſarum aciei rum; nam in maxillæ inferioris anteriore parte dentes parui ſunt, in os recurui: in ſuperiore maxillas nulli ſunt, quia cùm ea latior ſit, dentes extra os prominentes, & inferioribus non occurrentes inutiles forent. Horum igitur loco natura (inquit Rondeletius) duos dentium ordines palato infixit. Oculi coloris aurei ſunt æmuli, ante quos duo ſunt foramina in vnicâ cauitatem coeuntia. Corpus ſquamis tegitur paruis tenuibuſque adeo, vt ijs carere videatur, & cùm ijs coquatur, & inter edendum, ſi parnus ſit piſcis, negligantur, ſin maior duriores & euidentiores abijciuntur. Venter albicat, dorſum verò ex ſubflauo nigreſcit, à quo lineæ plurimæ latæ, non rectæ ſed multipliciter inflexæ, obliquæ potiùs quàm tranſuerſæ, in aliquibus magis, in aliquibus verò minus & flauæ & conſpicuæ deducuntur, totumq; piſcem pulcherrimè pinguut. Pinnis natat quatuor, duo ſunt ad branchiarum ima: qui pinnarum ſitus eſt fluuiatilibus piſcibus communis, vt faciliùs in aqua ſuſpendantur & efferantur: contrà altiùs ſitæ ſunt eædem pinnæ in marinis, quia dulcis aqua tenuior eſt & liquidior, marina craſſior & ſpiſſior: ob id hæc pondus magis ſuſtinet, illa minus. Inferiore ventris loco duæ aliæ ſunt magnæ & validæ. In dorſo nulla eſt, ſed non procul à cauda duæ ſunt, vna ſuperior, altera inferior; ſuperior aurea eſt nigris maculis notata. Cauda breuis, in duas pinnas deſinit ſimiliter pictas. Linea medium corpus dirimens vix cernitur, quia ex minutis punctis conſtat. Ventriculum ita gutturi continuatum habere Albertus ſcribit, vt aliquando eum reijciat auiditate glutiendi piſcem. Rondeletius permultas eius ait eſſe appendices, in quibus chylus confectus ſeruetur, ne ob gulæ laxitatem facilè reijciatur. Vidi ego magnitudine inſigni Lucium, qui alium, & ipſum inſigniter grandem ventre contineret, & hic rurſus murem aquaticum, vt latiſſimum habere ventrem neceſſe ſit, hoc genus piſcium. Inteſtina tribus longis conuolutionibus conſtant. Hepar ventriculum amplectitur, in quo veſica eſt felle viridi diſtenta. Nullæ pulpis earum ſpinulæ intercurſant, vt aliis fluuiatilium pleriſque.

*Forma.* *Dorſum.* *Venter.* *Caput.* *Roſtrum.* *Dentes.* *Oculi.* *Squamæ.* *Color.* *Pinnæ.* *Caudæ.* *Ventriculus.* *Inteſtina.*

B

C

# LOCVS.

IN mari nuſquam Lucium viſum eſſe diximus, nec niſi rarò ipſis etiam fluuiorum oſtijs reperitur, niſi aut vndarum vi, aut ſuo impetu illuc feratur. Quas ob cauſas aliquando in oſtijs Rhodani, vel in ſtagnis marinis capi Rondeletius tradit, ſed prorſus exuccum & inſuauem, ac veluti tabidum, non alimenti quidem penuria, nam ibidem per multi piſces commodè degunt & pingueſcunt, ſed quòd in alienum locum & à natiuo diuerſum vltrò compulſus ſit. In lacubus verò ac ſtagnis ferè vbique ac frequentiſſimè reperiuntur. Naſcuntur præterea deguntque in fluminibus quoque nonnullis, vt non ſolùm piſcatores, verùm etiam teſtatur Auſonius, vt qui eum inter fluuiatiles ſuæ Moſellæ piſces recenſet. Verùm in Italia ſicuti in lacubus ferè omnibus frequentiſsimi, ſic in fluminibus haud multis, & in eiſdem etiam rari habentur. Qui verò in Tyberi capiuntur, non ſolùm perraros eſſe teſtatur Saluianus, & vix quotannis denos capi, ſed à lacuſtribus facilè etiam internoſci. Arctiori enim eſſe corpore, totos argenteos, ac flauis illis lineis carere, palatoque gratiores eſſe. In cœnoſis locis omnes libenter degunt, quod Auſonius quoque teſtatur inquiens:

*Lucius obſcuras vlua cænoſq; lacunas*
*Obſidet.*

D

*In oſtijs marinis cur macilentus.* *Rari in fluuijs Italicis.*

NATVRA

# NATVRA. MORES.

LVcios gregatim degere Saluianus ſcribit, quod mihi veriſimile non videtur, cùm præ nimia voracitate ne à proprio ſuo genere abſtineat, vnde eſt quod ancillæ coquunt Lucios exenterates, alios in ventre ſæpe reperiant. Eſtque audaciſſimus etiam, adeo vt non ſolùm in piſces ſed & ranas & quicquid ranarum more ſerpit, & in animalia alia etiam graſſari non vereatur; cuius rei exemplum alicubi profert Rondeletius; Narrauit mihi (inquit) vir fide digniſſimus, vidiſſe ſe mulæ, quam iter faciens in Rhodanum potatum duxerat, labrum inferius a Lucio dentibus apprehenſum, cuius demorſu cruciatam & territam inde fugiſſe, & crebra capitis quaſſatione Lucium in terram deiecisse, quem ille palpitantem & in aquam redire conantem cepit, domumque tulit. Certum equidem eſt feles paruos & canes in viuaria Luciorum coniectos ab ijs deuorari. Scribit & Geſnerus Cracouienſem quendam Polonum ſibi narraſſe, Anſeris pullos duos in ventre Lucij ſide viſos, & huius generis piſcem aliquando pedem ancillæ in piſcina apprehendiſſe. apud ſuos denique etiam fulicam in ventriculo Lucij repertam eſſe. Huc pertinet quod modò dicebam de aquatico mure. Sic & Albertus tradit aliquando paullò ſeipſo breuiorem piſcem gluſſire: & tunc capite interius verſo, ac aliquanta parte extra os dependente, ſicque digerere, attrahereque partes piſcium ſecundum longitudinem, donec totum digeſſerit. Tam auidè verò piſces perſequitur, vt præ nimio celeritatis impetu (celerrimè enim natat,) ita aliquando ſupra aquam efferantur, vt vel in ſcaphas interdum incidant. Percam minorem, ſiue Porculum rariùs inuadit; cùm verò inuaſit, tunc apprehenſo capite eam deuorat, quoniam ſi per caudam arriperet, tùm ob ſquamas, tùm ob ſpinas aduerſas deglutire non poſſet. Albertus tamen deuorari hunc piſciculum viuum ab eo negat, aſſerens ſeſe obſeruaſſe, quòd, vbi cepit, dentibus primùm conterat, ac mox mortuum in ventrem propellat. Cùm verò rariùs Percæ hoc genus inuadat Lucius, non dubito, qui eam Lucij ſociam eſſe exiſtimarint, ex eo id ſuſpicati, quòd illæſa circa eum plerumque degat. Sicut itaque voraciſſimus eſt, rapaciſſimuſq; & vt ex incerto verſificatore citat Arnoldus, *rex atque tyrannus aquarum*, ita etiam eſt viuaciſſimus, quod vel ex eo innoteſcit, quòd Britanni Lucios ligneis viuarijs innatantes vendentes, ventres illis vltrò cultris aperiant, vt Iouius tradit, ad oſtentandam eorum pinguedinem, quæ plagis exprimitur, vt emptores aſpectu ſuminis allicjantur; neq; refutati propterea commoriantur. Coëunt enim protinus patentia vulnera Tincarum contactu; quòd earum tenaci colluuie, veluti glutinoſo medicamine ſolidentur. Meminit huius rei etiam Cardanus his verbis. Mirum eſt illud quod à tot audiui viris, vt impudentius fuerit tot teſtibus mendacium non credere, quam veritatem aduerſus eorum authoritatem tueri: Lucium ſciſſo ventre oſtendendi lactes cauſa; inde conſuto atque inter Tincas in viuarijs repoſito, ſanare humore earum, dum ſe illis Lucius ventre affricat. Hoc tamen cauſam habet manifeſtam, cùm viſcera non ſint oblæſa, & humor ipſe glutinoſus ſit, atque ad corruptionem minimè paratus, nec ſcio, an in Italia experienti hoc ſit ſucceſſurum. Teſtatur & Geſnerus ſe audiuiſſe ab oculato teſte, fieri hoc ſolere apud Anglos, ventrem Lucij dico ad duos & amplius digitos reſcindi; & ſi emptorem non inueniat, piſcem vulnere conſuto, reddi viuario, in quo Tincæ inſint. Sunt qui id amicitiæ tribuunt, quæ Lucijs eſt cum Tincis. Ego licet amicos inuicem eſſe facilè credo (Tincam enim a Lucio deuorari necdum obſeruaui) illud tamen lento quo obſepitur Tinca, humori potius adſcripſerim, vtpote quo vulnus facilè conſolidari poſſit, exemplo conſolidæ maioris, ſimiliumq; medicamentorum, quibus ſimiliter vtimur. Vita ei longiſſima id quod ex Lucio Friderici ſecundi Imperatoris cognoſci poteſt, quem in ſtagno quodam vixiſſe CCLXVII. ex annuli ærei, quem cùm ſtagno cum imperator inderet, in branchijs ſub cute abdiderat, inſcriptione Græca colligitur. quæ talis eſt: Ἐγὼ ἐκεῖνος ἰχθὺς πάντων λίμνῃ πασῶν πρῶτος ἐνετέθην διὰ τὲ χεῖρας τῦ τῆς οἰκουμένης βασιλέως Φριδερίκου τὰς χεῖρας ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῦ Ὀκτωβρίου. id eſt. Ego ſum ille piſcis huic ſtagno omnium primus impoſitus per mundi rectoris Federici ſecūdi manus, die quinto Octob. Fuit enim inuentus iſte annulus in capto eo Lucio anno Salutis M.CCCC.XCVII. vteſtatur Conradus Celtis referente Geſnero in ſua epiſtola nuncupatoria.

*Voracitas et audacia.*

*Vt piſces per ſequantur.*

*Vt Percam minorē deuoret.*

*Vitacitas.*

*Lucius vulneratus non perit.*

*Tinca cum Lucio amicitia.*

*Ætas.*

# PARTVS. ORTVS.

MArtio Aprilique menſibus ouis turgent & pariunt, perguntque ad Iunium ferè vſq;. Cardanus Lucios è Tincarum ſemine generari creditum eſſe tradit, ideoque etiam amicitiam inter illos intercedere. Cæterùm verius puto dixit, certum eſſe Lucios in piſcinis ex alieno ſemine generari, propterea quòd neque ſoli, neque ſati, ſponte procreentur in eis. Et veriùs etiam aliàs Tincæ & Lucij & abſque ſemine & ex ſemine generantur: nam in piſcinis non ſati inueniuntur.

*Quando pariant, & vt procreentur.*

Sunt

A Sunt qui Luciorum oua viuarijs immiſſa facilè prouenire ex eo iudicant, quòd ab Ardea deuorata, & de arbore in piſcinam aliquam excreta copiosè mutentur in piſces. Ego ab Ardea oua Luciorum deuorari non puto, & ſi deuorentur, tam dura eſſe non credo, quin alterentur aliquantum in eius ealidiſſimæ auis ventriculo. Nugas etiam nugari arbitror Chriſtophorum Encelium, dum credit, Lucios, vt primùm ex ouo editi ſunt, à quibuſdam piſcibus ſuſcipi, atque intra branchias earum foueri: idcoque ne malam nutricibus ſuis referant gratiam, nunquam deuorare lædereque eos. *Encelij nuga.*

# CAPIENDI RATIO.

CApitur hamis, naſſis, retibuſque. Refert Geſnerus, eſſe qui lineæ hamos quatuor acutos annectant, & linea raptim ſurſum attracta Lucij quem ſtantem, id eſt, in loco manẽtem obſeruarint, (manere autem per horam (inquit) ferè ſolent,) ventrem configant, capiantque. Eſſe item qui Gobiones fluuiatiles hamis inſerant ad inescandos hos piſces. Apud Anglos capi ranis & piſciculis quos Blecas nominant, hamo affixis. Similiter etiam Hollandi eos capiunt. Hamus is du- *In Anglia & Hollandia capiatur*
B plex eſt, hoc eſt, duplicem habet vncum, vtrobique nimirum vnum. In medio plumbo veſtitur, glandis ferè figura, tùm vt quando in aquam à piſcatore demittitur, quod fit continuò iteratis vicibus ab initio aquæ ad exitum ſæpè vſque, vel donec tandem in Lucium aliquem inciderit, rumore propter pondus excitato viuam quodammodo ex terra in aquam ſalientem ranam æmuletur, Luciumque inhiantem ad prædam excitet; tùm vt rana ipſa hamum faciliùs amplectatur: Inditur is ranæ per rictus hiatum in imum ventrem vſque, mox hiatus conſuitur, pedibuſque lineæ annectitur extremo quod ex metallo eſt, ne Lucius acutiſſimis dentibus inſtructus, dum ranam mordicùs in ventrem propellit, eam ſi è loro eſſet, amputet. Linea longiſsima eſt, propterea quòd Lucius, vbi ranam deuorat, quam citiſſimo pede fugit, nunquamque quiſcit, niſi ſe ab hamo excruciari ſenſerit, vnde eſt quod niſi iam quiſcente defatigatoque piſce piſcator lineam colligens & in glomum torquens, ex aqua eum extrahat, & præda potiatur. Hoc modò maximi etiam capiuntur, ſed ob corporis animique robur, difficillimè ex aqua extrahuntur. Obſcurus quidam author ſcribit: Lucium, ſi quando naſſa, cui incluſus fuerit, ex aqua leuata lucem diei viderit, nunquam vel ſaltem rariſſimè remanere, ſed quæſita ſibi via euadere.

# VSVS IN CIBIS.

C LVcij (inquit Iouius) inter obſonia plebeia cenſentur; ita vt nunquam, niſi in ſumma marinorum penuria, ſicut aliquando accidit, piſcatione tempeſtatibus ſublata, in menſam veniat; & id tum etiam ad honeſtandum potius patinam, quàm ad cõuiuas eo edulio conciliandos. Dicebat Pogius (huius viri aulici exquiſitiſſimum palatum aliquoties celebrat.) Lucio etiam ex Cymino lacu, & ei quidem præpingui, nullam vnquam ineſſe gratiam, niſi cùm ſolus in maxima conuiuarum inedia prandijs apponeretur. Poſt Thraſymenum lacum, qui huius generis piſces eodem Iouio teſte longè maximos atque optimos nutrit, Cyminus (qui hodiè Ruſilloni lacus dicitur. Fuit is vicus antiquitùs rus Syllanum) laudatiores Romæ ſubminiſtrat. Nam quos præbet Braceiani lacus, qui olim Sabatinus fuit, & ſapore & magnitudine ſunt inferiores. Ignobilem quoque & nullo in pretio Auſonij tempore fuiſſe Lucium diſcimus ex his eius verſibus:

——*Hic nullos menſarum lectus ad vſus,* *Fernet fumoſis olida nidore popinis.*

Aſſerit idem Iouius noſtrates Lucios cùm Gallicis dignitate minimè eſſe comparandos, ideoque obſonatores Gallos, quòd agreſtem eorum ſaporem incompertum habeant, & ſola proceritatis ſpecie *Lucij Gallici optimi.*
D ducantur, ſæpenumerò falli, inſulſoſque pro delicatis piſcibus Lucios conuiuis apponere. Neque mirum eſſe debet, quod in Gallia iucundiſſimè ſapiat, noſter verò inſipidus ſit, cùm idem quoque in alijs piſcibus euenire videamus, * Varroniſque authoritate comprobetur, dicentis. *Non enim ſi Murenæ optimæ ſunt in Sicilia, & Elops ad Rhodon, continuò hi piſces in omni mari ſimiles naſcuntur.* Cæterùm ſi tam ignobiles noſtrates ſunt Lucij, cur eſt quod noſtris in piſcatorijs foris cæteris aquarum dulcium piſcibus præferri ſoleant? ſalubritas puto, quæ tanta eſſe prædicatur, vt Adamus Lonicerus ſcripſerit, eius eſum puerperis, cùm reliquorum ſit interdictus, concedi. Piſcium inſtitores quo ſunt maiores, maioris quoque æſtimant; medici contra minores, aut potius qui media ſunt ætate. Arnoldus: *Anguilla ætate prouectior, ſalubrior* (inquit) *eſt minore, vt quidam volunt; Lucij & Percæ contrà.* Et rurſus: *Inter piſces dulcis aquæ conſideratis prædictis conditionibus, Perca & Lucius mediocris, primum gradum bonitatis obtinent, modò ſint pingues, deinde Vendoſia, tertiò Lopia.* Et *quamuis Carpa ſit ſquamoſior prædictis, carnem non adeo albam, friabilem & ſubtilem habet, ſicut Lucius & Perca, & ſæpius reperitur in ſtagnis.* Eſt tamen eidem Arnoldo duræ carnis. Albertus quoque Lucios, Truttas & Thymallos, pinguiores *Lucij cur apud nos in pretio.* * *Lib. 3. de re ruſt. c. 6.*

& ſa-

& ſaniores (ſalubriores) autumat. Iulio menſe optimi exiſtimantur: alicubi etiam Octobri, peiores verò cùm ſemina ſua ſpargunt. Sunt qui caudam & partem poſteriorem præferri in hoc piſce volunt.[b] Platina Lucium ætatis prouectioris exenteratum elixari iubet; cocto ſquamam cum pelle auferri, ac ex leucophago aut alliato, aut ſinapio comedi: paruum verò aſſari: id quod apud nos quotidiè fieri videmus. Geſnerus ex libello Germanico Gregorij Mangoldi, laudari Lucium ait, elixũ, aſſum & frixum. Cùm exenteratur & ad elixandum præparatur, felle eius ſuperficiem totam oblini debere: vt ſanguine ſuo Cyprinus; vel cum reliquis inteſtinis coquendum eſſe fel. Elixandum aquæ feruidæ immitti oportere, & ſalem affatim adijciendum: non amplius enim ſibi ſalis attrahere, quàm conueniat. Quod ſi ita elixare libuerit, vt cæruleus in eo color eniteat, ſic fieri: Concides in tomos & ſanguinem diligenter ablues; deinde per horæ dimidium aut amplius in acetum acre infuſos fines. Tum aquam (quæ ſit dupla ad acetum) in cacabo calefacies, benè ſalies: & cùm iam ſatis feruet, piſcem vna cum aceto aquæ feruenti infundes & dequoques quantum ſatis eſt. Ita piſcem planè cæruleum, pulchrum & boni ſaporis habebis. Idem Geſnerus Lucium paruum ritè paratum, caudã in os immiſſa, butyro (inquit) in ſartagine frigitur; & in iure menſis infertur, itaque paratus hodiè in delicijs habetur. Ius autem hoc modo fit: Acetum, aqua, vinum, ſaccharum, modicè miſcentur, cum polline aromatico ex caryophyllis ferè, cinnamomo ac pipere, aut Zinzibere, hæc omnium miſtura piſci frixo, butyri parte cum eo relicto, ſuperinfunditur: & tantum adhuc temporis coquitur, quantum elixando duo ſufficeret. Gelu optimum ex Platina: Gelu ex aqua, vino & aceto fit, & quò diutius ſeruetur, multa aromata indi oportebit. Ex iure Mænæ (Tincam ipſe Mænam vocat) aut Lucij præpinguis, exenterati tantùm, nec exſquamati, optimum fieri gelu. Sed is piſcis lento igne, & in tãta aqua, vt vix tegatur, coquendus eſt. Cocti & exempti pellem rurſum in cacabum pones, ac ebulliat aliquandiu ſines. Reliqua deinde quæ in gelu carnium facienda diximus, obſeruabis. Congelari ac conſtringi & reliqui piſces, elixi præſertim, tam marini quàm fluuiales, hac conditura poterunt. Oua Luciorum piſcatores circa Argentinam tanquam medicata abijciunt. Videntur enim (inquit Geſnerus) æque noxia, vt Barbi oua, ſimiliterque cholericam affectionem inducere. Sunt qui arida trita purgandi aluum cauſa exhibeant. Noſtræ mulierculæ ſimul cum capite elixa & petroſelino, aromateque aliquo condita, vel item frixa apponunt, noxia verò eſſe nunquam intellexi.

*Quando meliores.*

*b L. 10. cap. 39. & 62. Apparatus*

*Vt colõ fiat cæruleus.*

*Gelu ex Lucio.*

*Oua q abijciant.*

# VSVS IN MEDICINA.

*Oſſa maxillarum.*

OSſa maxillarum Lucij à quibuſdam in medicamentis vſurpari vſta ſcribit Rondeletius in cinerem & in puluerem redacta, Drachmæ pondere ad calculos renum comminuendos valere credi, non alia (vt opinatur) ratione, quàm calculum in meatibus vrinæ morantem, deorſum pellendo, vel pituitam qua calculus retinetur, abſumendo (Iouius vtrobique calculum franger e dixerat.) Itaque (inquit) ad veſicæ calculum nihil prodeſt. Alij eodem referente, ex iiſdem maxillis cinerem mentulæ vlceribus aſpergunt ad exſiccandum, quod efficacius præſtant ſaliti Lucij oſſa, vt ſpodij vice eſſe poſſint, quemadmodum & Siluri ſaliti oſſa. Idem cinis ex vino potus vrinam ciet efficaciſſimè, vt tradit Alex. Benedictus. Farinam de iiſdem maxillis egregiè ſiccari Geſnerus ait, quare & inueteratis vlceribus inſpergi. Ad ſicos ani: ex libro Germanico manuſcripto:

Maxillas Luciorum inferiores, & quæ in capite gerit oſſicula peculiaribus diſtincta figuris, pariter cremabis ſuper teſta vitrea: inde læuigatum puluerem mariſcis inſperges, & linamenta vulſa inde, ſic biduo ſanabis. Aliqui oſſa faucium Lucij aduſta compoſita ad alba mulierum profluuia medicamentis addunt: alij dentes eius tritos per ſe exhibent. Ad pleuritin vel puncturam laterum remedium experimento conſtans, ex incerto authore: Oſſa de ſolo capite Lucij & folia ilicis aquifoliæ trita mixtaque dabis. Ad ſecundas pellendas:

Maxillarum Lucij, ſacchari ana vnciam vnam, lapidis ſpecularis, macis, ana vnciam ſemis: trita miſce & propina, proderit. Idem Geſnerus ex libro Germanico modus exhibendi non exprimitur.

Videntur autem ſufficere (inquit) drachmæ binæ.

*Dentes.*

DE

A

Lucius ponendus fol. 631.

B

C

D

# DE CYPRINO Cap. XL.

## SYNONYMA. ETYMVM.

NOMEN huius piſcis diuerſimodè apud Græcos ſcribitur. Varinus & Heſychius primam acuunt, Oppianus mediam circumflectit, atq; producit: Ariſtoteles quoque alijq; mediam pariter circumflectũt. Idem Oppianus κυπριανὸν quoque vocauit, aliquando quatuor ſyllabis vltimam acuens. Latini Græcam nomenclaturam retinuerunt, atque ita Ætolos adhuc vocare Bellonius tradit, Græcos verò, qui Turcis inſeruiunt, corruptè Saſan, Strimonis amnis accolas Grinadi. Cur verò Cyprinus hoc genus piſcis appelletur, qui rationem reddat, reperio neminem. Solus Geſnerus nomen ei à Cypride factum videri conijcit, id eſt, à Venere, tanquam fœcundiſſimo piſci: quinquies enim aut ſexies anno parit: & adeps eius, ſi verum Kiranides dicit, ad fœcunditatem facit. Dorion apud Athenæum λεπιδωτὸν manifeſtè vocat his verbis: λεπιδωτὸν, ὃν καλοῦσί τινες κυπριανὸν. Rondeletius & Bellonius id nominis accepiſſe volunt a ſquamis, cæterùm illeq; quòd ſquamas habeat maximas & latiſſimas, (Vix enim reperias qui validiores & latiores habet.) hic verò, quòd earũdem ſerie tam firmiter valletur, vt lapidum ictus facilè repellant. In Italia pro locorum diuerſitate nomen huius piſcis quoque variat. Romani teſte Bellonio Burbarum, Mantuani teſte Platina Bulbarum, circa Larium lacum etiam Burbaro, aut Bulbers, Benedictus Iouius in Larij deſcriptione Bulbulum dixit; Placentini Carpanum, Ferratienſes (vt & multi accolæ Padi) Carpenam, Veneti & Bononienſes Rainam, fortè quaſi Reginam: nam & [a] Braſauolus Reginã vocat, apparetq; ita vocari ob magnitudinem, qua inter fluuiatiles & lacuſtres facilè excellit, vel quod a ganeonibus pinguiores eius partes præcipuè expetantur. Hiſpanis Cárpa, Gallis Carpa dicitur, Germanis inferioribus Carper (Flandris Carpel, Hollandis Corper,) ſuperioribus Karpff, Alberto Carperen, Anglis à Carpe, Bohemis Capr, Polonis Karp. Carpæ autem nomenclatura ſatis antiqua eſt, & à Caſſiodoro etiam vſurpata in epiſtolis his verbis.[b] *Deſtinet Carpam Danubius, à Rheno veniat Ancharagus.* Quamobrem cùm ſit alius qui Carpio vocatur, lacuſtris piſcis, cauendum ne duo diſſimiles piſces inuicem confundantur, eoque maximè cùm Carolus Figulus Carpas, aliquibus Carpones & Carpiones vocari inquiat. Habent præterea Padi accolæ ad Comaſcum, piſcem marinum Cyprino perſimilem, quem piſcem Scarpam vocant teſte Bellonio, qui & hanc quoque æquiuocationem vitandam eſſe monuit.

*Cyprianus.*

*Etymologia*

*Lepidotus.*

*Bulbulus.*

*Regina.*

[a] *Lib. de purgant. med.*

*Carpa.*

[b] *lib. 12. Epiſt. 4.*

*Scarpa.*

## FORMA. DESCRIPTIO.

ALbertus ait hos piſces, ſi proportio obſeruetur, craſſiores quàm longiores eſſe. Nulli piſcium magis quàm Tincæ ſimilis eſt. Superius enim labrum rotundum eſt ac croceum, ex quo vtrimque (Tincæ inſtar) gemina barba pender, longior vna, mollis flaueſcens, in acutum deficiens. Μύσακας (inquit Rondeletius) poſſis appellare; breuior altera & ideo minus euidens, nigricans.

*Forma.*

*Barba.*

*Caput.*

gricans. Capite eſt breui pro corporis ratione, Tincis hac etiam parte ſimilis. Ore medio, labris adi- E
poſis, carnoſiſque, lingua caret: ſed eius loco palatum carnoſum dedit natura saporum percipiendo-
*Lingua ca-tera.* rum cauſa: quod cuuſſum linguæ formam adeò referre Saluianus & Rondeletius aiunt, vt non ſo-
lùm vulgus, ſed etiam viri docti (Albertus linguam ſapidiſſimam eſſe dixit, impropriè itaque) lin-
guam vocent, & linguam veram eſſe perfectè defendant. Adeò difficile eſt (inquit Rondeletius)
opinionem euellere, quæ in animis hominum penitus inſedit. At qui in os viuorum Cyprinorum di-
gitos immiſerit, qui viuos mortuosúe diſſecuerit, cernet ſuperiori oris parti ſiue palato carnoſam
ſubſtantiam affixam, inferiori nullo modo hærentem, nec vllo pacto ſolutam aut liberam, vt lingua
dici non debeat, niſi imperfecta incertaque. Itaq; non iam falſæ & mucteratæ opinioni nemo fidem
[a] *Lib. 4. Hiſt. 8.* adhibeat, ſed τῇ ἀνατομῇ, [a] Ariſtoteliq; ſic ſcribenti: *Aquatilium generi, quos piſces vocamus, data quidem eſt lingua, ſed imperfecta incertaq́, oſſea enim, nec abſoluta, ſed palatum nonnullis carnoſum pro lin-
gua eſt, veluti inter fluuiatiles Cyprino, ita vt niſi diligenter inſpexeris, lingua id eſſe videatur.* [b] Et ali-
[b] *Lib. 2. de partib. cap. 17.* bi rurſus: *Palatum piſcium etiam complures carnoſum habent, & quidem inter fluuiatiles, nonnulli ad-
modum carnoſum & molle, vt Cyprini nomine, adeò vt ſi parum diligenter aduertas, lingua id eſſe videa-
tur.* Repetit eandem Philoſophi ſententiam Athenæus: cæterùm cùm nunc apud eum legatur,
*Athenæi locus corrigitur.* τὴν δὲ γλῶτταν οὐχ ὑπὸ τῷ στόματι, ἀλλ' ὑπὸ τὸ στόμα κεῖσθαι, deprauatum hunc locum eſſe vel inde F
conuincitur, quòd nullum habere ſenſum, manifeſtum ſit. Quid enim eſt dicere lingua ei nō ſub ore,
ſed ſub os eſt. Sic & Natalis reddidit. Geſnerus legi poſſe putat: τὴν δὲ γλῶτταν ὑ κάτω ἐν τῷ στόματι,
ἀλλ' ὑπερ τὸ στόμα κεῖσθαι: hoc eſt: linguā non inferiore parte oris, ſed ſuperiore habet. Attamen
Geſnerus atteſtatur ſeſe linguam (vt vocant) ſeparatam a palato, in parua etiam Carpa duos digitos
latam vidiſſe, linguæ in quadrupedibus propriè dictæ figura: ſubſtantia quoque & guſtu ſaporeſe ſi-
mili. Vſum quoque eius & facultatem guſtandi, ſimilem eſſe (inquit, dixerim Quare linguam ap-
pellare, nihil prohibere putat, quoniam vt lingua ſit, vel dicatur, neque locus aut ſitus facit, cum aliæ
etiam partes ſitu diuerſo nomen idem retineant. Dentibus carere hoc genus piſcis Rondeletius aſſe-
*Dentes.* rit, horumq; vice os palati medio infixum planum habere, læue, triangulare: ex aduerſo, in parte in-
feriore oſſa duo inciſa, in gulam recurua. Bellonius verò Cyprinum dentes quidem in ore non habe-
re ait, ſed tantùm in ingreſſu faucium: & Geſnerus intra fauces eius dentes latere aſſerit, ſed neq; vel
oculis diducto ore, neque tactui immiſſo digito apparere. Eſſe autem in maxillæ recuruæ medio den-
tes quinos ferè accumulatos, cæradum inſtar, ſitu & magnitudine inæquales, tres maiuſculos, duos
exiguos præduros, cauos, ſuperficie ſumma lata ſiue plana, obtuſa, ſed lineis quibuſdam exaſperata,
vnum tantùm & candidiorem cæteris & ſuperficie læui in mucronem breuiſſimum faſtigiata. Idem G
*Lapilli in capite.* Geſnerus lapillum in capite habere tradit iuxta linguam, candidum, dutum, ad minimi numiſmatis
magnitudinem, interdùm paulò maiorem. Habere & in medio capitis ſubſtantiam quandam maiuſ-
culam, craſſam, cordis fere figura, duram ſed tenacem & flexilem, dum recens eſt, ſub dentibus mor-
dentis, tanquā in acetabulo quodam repoſitam, ſimiliter vt Leuciſcus fluuiatilis, quem Gardonū vo-
cant Galli. De hac fortè ſenſit (inquit) Encelius, & impropriè lapidis nomine appellauit, his verbis: In
Carpæ faucibus reperitur gemma ſeu lapis, forma triangulari, magnitudine proportione piſcis, coloris
candidi extrà, intus flaui, Oculis eſt medijs, ante quos ſunt foramina. Pinnis natat latis. Duæ ſitæ ſunt
*Oculi. Pinnæ.* ad branchias magnæ, in medio ventre duæ: inter quas & caudam alia eſt vnica, quæ ſerrato aculeo
& valido innititur: inter hanc & præcedentes eſt excrementi meatus. Ex medio dorſo vnica erigitur,
*Cauda.* ad caudam ferè continua, robuſto etiam inciſoque aculeo fulta. Cauda lata eſt ex nigro rubeſcens, vt
& poſtrema pinna. Ipſe verò colore eſt flaueſcente, maximè cùm ſenuit. Iunior enim colore magis
eſt ad fuſcum inclinante. Branchias vtrimq; quaternas, duplici ordine, nouiſſima excepta habere
*Color. Branchiæ.* Cyprinum teſtatur Ariſtoteles. [c] Geſnerus verò quaternas in ea ſe reperiſſe tradit, ſed omnes dupli-
[c] *lib. 2 Hiſt. cap. 13.* ces. Squamis magnis, validiſq; tegi ante meminimus, ideoque Lepidotum Dorioni vocari. Eas etſi
ἀργυφέας, id eſt, argenteas vocauerit Orpheus, docti haud neceſse propterea eſſe putant, albas eſſe H
*Squamæ.* ſtatuendum, cum de coloribus Poetæ ſæpè loquantur impropriè, & epithetis aliquando abutantur:
creditque Geſnerus commune hoc ſquamarum epitheton eſſe, quod vt facilè credo, ita hic
*Sanguis.* ἀργυφέας, ſi quis ſplendentes vertat, eum peccaturum non puto. Ipſæ autem ad aureum in-
clinant. Sunt qui hunc piſcem pro ſua magnitudine, plus ſanguinis habere dicunt, quàm cæteri pi-
*Partes in-ternæ.* ſces, ideoq; minus frigidi temperamenti eſſe probabile videri. Ventriculum mediocrē habet; Hepar
ſubrubrum, cui ſubnigra fellis veſica hæret, & inteſtina admodum pinguia, ſplenem magnum.
Crebro quinq; & ſex librarum pondere reperitur, aliquando etiam viginti: Iouio verò teſte in Lario
lacu ducentarum quoque. Maximum etiam aiunt, qui in eo naſcuntur piſcium. Vnde dicebat Be-
nedictus Iouius in eiuſdem lacus deſcriptione.

*Balbulus; anſæ alios immani corpore piſces.*

LOCVS

Cyprini icon ex Geſnero.



# LOCVS.

DE loco Cyprini haud benè inter veteres conuenit. Alij enim dulcis, alij ſalſæ aquę piſcem faciunt. Ex his inter Latinos eſt Plinius, inquiens: *Hoc & in mari accidere Cyprino putant.* Idem in ſuo piſciũ catalogo, inter peculiarès maris piſces eundem connumerat. Ex ijſdem eſt Oppianus, cui litoralis eſt, hoc verſu: [a]lib 9. cap. 16.

Σκόμβροι, κυπρῖνοίτε, καὶ οἱ φίλοι ἁγιαλοῖσι.

Et aliquantò pòſt de partu marinorum piſcium loquens:

Πάντι δὲ κυπρῖνοισι γόνος μύνοισιν ἔασι.

Athenæus item Ariſtotelem citans, à marinis non diſtinxit, Cyprianum inquiens ex carniuoris eſſe & gregalibus piſcibus. E cõtrario [b] Ariſtoteles, in ijs quæ nũc extãt, abſque vlla controuerſia, non vno in loco Cyprinos fluuiatiles fecit, vt vbi nonnullis piſcibus palatum carnoſum pro lingua eſſe oſtendit: item [c] vbi de fluuiatilibus & lacuſtribus agẽs, vt Glanim, ita Cyprinum magno tonitruo ſopiri teſtatur, ſed læuius: rurſus deniq; vbi de partu lacuſtrium & fluuiatilium agit. [d] Ariſtoteli experientia ſubſcribit; & quãtum ad Athenæi locum, reſpõderi poterit, integrum non eſſe. Falſum enim Cyprinum Ariſtoteli carniuorum eſſe, cùm herbis, muco, luto veſcatur. Sed Oppianus non Cyprinum ſolùm, verùm etiam alios omnes, quorum mentio apud Ariſtotelem, inter maris piſces recenſet. Apud Plinium deniq; in priori loco, pro *hoc & in mari accidere Cyprino putant*, fortaſſis legi poſſit, hoc & immani, &c. hoc eſt, inter fluuiatiles, lacuſtresue in magnam molem excreſcenti. In catalogo verò maris peculiariũ piſcium Cyprino Chalcidem coniungit, quæ neque ipſa marina eſt, ſed inter fluuiatiles lacuſtreſq; ab Ariſtotele annumerata. Cyprinos Ælianus quoq; in Danubio capi ſcribit. Dorion quoq; eodem Athenæo citante inter fluuiatiles & lacuſtres collocat. In Lario lacu admirãdæ magnitudinis Cyprinos capi diximus; de quibus ſic Iouius: Larius lacus ob longitudinem à Virgilio maximus nuncupatus, piſces longè omnium maximos gignit. Troctas (Trutas) centum aliquando librarum pondere, & Bulbaros ducentarum; ſed Bulbari illi ingentes videri potius liquidis ac perſpicuis in vndis quàm capi retibus poſſunt, cùm ea impotenti impetu plerumque dilacerent. Subeunt ſolſtitij diebus vmbroſos ſpecus in rupibus Licinianis, quæ ſunt in aduerſa Larij ripa contra inſulam, Euripumque illum gemmeum à Cæcilio Plinio celebratum. Eos induſtrius quidam ſacerdos ſagittis arcubaliſta emiſſis, cùm in profundo quieſcentes fuſcinis atque tridentibus attingi non poſſent, vulnerare conabatur, neque tamen ſagittæ longo alligatæ funiculo, niſi auerſi officiebant, cùm illa ſquamarum ſerie thoracati earum ictus facilè repellerent. In lacubus Allobrogum maximi quoque proueniunt.

[a] *lib 9. cap. 16.*

[b] *lib 4. Hiſt cap. 8.*

[c] *lib. 8. Hiſt. cap. 20.*

[d] *lib. 6. Hiſt. cap. 14.*

*Plinius correctus.*

*vbi maximi*

ueniunt. Alicubi in piſcinis & viuarijs includuntur, alicubi in paludes & ſtagna conijciuntur, in quibus plurimum proficiunt. Vt vero ſcribit Albertus: *Hic piſcis in aliquibus aquis generat, & in aliquibus graſſatur & crescit; ſed optimè valet in fundo argilloſo, tritico primò ſeminato, & poſtea argilla deſuper ſperſa & poſtea aqua ſuperfuſa.* E

# PARTVS.

*a lib. 6. Hiſt. cap 14.*

*Quoties pariant.*

DE Cyprinorum partu, & quæ circa ipſum eueniunt, iſthæc ferè prodidit [a] Ariſtoteles. *Cyprini quinquies aut ſexies anno pariũt, partumq; ſyderum potiſſimùm ratione faciũt.* (Oppianus quoque ſolos quinquies anno parere ait, Plinius ſexies.) *Vadis intrudunt ſeſe, cùm pariunt, & ſæpenumero ſingulas fœminas mares tredecim aut quatuordecim ſequuntur, mox fœmina oua procedendo emittit, mares ſectantes ſemen ſuum ouis reſpergunt: verùm plurima pereunt, quòd enim fœmina non ſtabili, ſed mutans continuè parit, diſſipari oua neceſſe eſt, videlicet ea, quæ non materiam inciderint aliquam, ſed excepta abunda ferantur. Neque eſt enim qui ſua oua cuſtodiat, excepta Glani & Cyprino, ſed Cyprinus tunc ea cuſtodit, cùm congeſta reperit.* Cùm itaque Cyprinus oua ſua cuſtodiat, vt ille teſtatur, & experientia piſcatorum in Carpa noſtra obſeruatum affirmat: mireris Plinium ſcribere, Silurum (Glanim dicere debuit) ſolum omnium ædita cuſtodire oua. Cumq; toties anno pariat Cyprinus quid mirum, ſi ouis ſemper ventrem diſtentum habeat. Illud verè notandum eſſe monet Rondeletius, non ſolùm maris & fœminæ commiſtione Cyprinos naſci, ſed etiam ſpõte ſine vllo maris & fœminæ ſemine, id quod experientia mihi (inquit) confirmauit. Vidi enim in aquis in caua loca & montibus ſepta receptis & collectis ſponte generatos Cyprinos, in quæ loca nec riuus, nec ſtagnum, nec palus, nec lacus, nec fluuius vllus, nulla deniq; aqua prꝛter cæleſtem influxiſſet. Cardanus quoq; certũ eſſe aſſerit, Cyprinos, Tincas, Anguillas, Apuas è putredine, ſeu abſq; ſemine generari. Nec nõ & Geſnerus andiuit in piſcinis ſeu viuarijs quibuſdam hos piſces reperiri, in quibus neutrum ſexum agnoſcas; quæritq; an hæ ſint, quæ abſque ſemine procreantur. Author de natura rerum fœminam parituram à mare adiuuari tradidit hoc nimirum modo. Cùm illa paritura eſt, tunc illum lac loco ſeminis emittere, quod fœmina ſuſcipiens ore, ſtatim oua pariat in ſobolem profutura. Hincque piſci Carperꝛ nomen eſſe, quòd carpens videlicet maſculi ſemen pariat. Quam opinionem refellit Albertus his verbis: De Carpa fertur quòd cùm fœmina eius grauidam ſe ſentit & tempus pariendi inſtat, motu oris maſculum excitet, vt lac ſpargat, & ita demum eam parere. Eſt autem lac (genitura) huius piſcis valde ſpiſſum. Quod autem quidam dicunt fœminam lac ore ſuſcipere, & inde ſemen concipere oua, omnino falſum, & alibi à nobis improbatum eſt.

*Ouã cuſtodit.*

*Sponte etiã naſci.*

*An mas fœminam pariturã adiuuet.*

*Semen Cyprini quale.*

F

G

# NATVRA. MORES.

ATheneus authoritate Ariſtotelis, carniuorum & gregalem eſſe Cyprinum teſtatur. Quod vti apud [a] Ariſtotelem non legitur, ita integrum Athenæi locum eſſe negauimus. Teſtatur verò Ariſtoteles Glanim canis exortu potiſſimùm (quòd ſublimis innatet) ſiderari, & tonitruo ſopiri magno, idq; & Cyprino euenire ſed leuiùs. [b] Plinius quidem hoc ex Ariſtotele repetit, inquiens: *Fluuiatilium Silurus* (Glanis dicere debuit) *canicule exortu ſideratur, & alius fulgure ſopitur. Hoc & in mari accidere Cyprino putant*, cæterùm mirantur docti, cur id in mari accidere Cyprino ſcribat, cùm Ariſtoteles in fluminibus vel lacubus Glanidem (Silurum ille reddit) & Cyprinum ſiderari atque ſopiri teſtatum reliquerit. Ego dixi paullò antè pro in mari fortaſſis immani legi poſſe. Herbis, luto, mucoq; veſci quoque dictum eſt, herbas autem depaſci Plinius ſcribit, cùm fluuij aucti alueos excedunt. Aſtu valere plurimum, & vt reti capiendus euadat, varia machinari Albertus atque author de natura rerum tradunt: primùm enim circumeuntem, foramen quærere: hoc non reperto tranſilire conari, vibrato in aerem corpore: aliquando ſub reti, ſuffodiendo ſcilicet in fundo, effugium quærere: aliàs herbam aliquam ore tenere, atque ita retinere ſeſe, ne trahatur à reti: aliàs caput fundo infigere, haud ignarum rete, dum niſi caudam tangit, elidi. Refert Geſnerus ſe cognouiſſe ex homine fide digno, in Palatina regione Germaniæ, in loco cui nomen à Michaele & campo vel agro, in foſſa circa arcem Carpam eſſe, quæ centeſimum vitæ annum attigerit, vnde longæuum piſcem eſſe conijcere poſſumus.

*a lib. 8. Hiſt. cap. 20.*

*b lib. 9. cap. 16.*

H

*Cibus.*

*Aſtus.*

A

## VSVS IN CIBIS.

VNiuersè quidem carne ſunt molliore, humida, parum glutinoſa, ſatis inſipida, ſed pro locorum, in quibus proueniunt, & nutriuntur differentia, magis minuſue ſalubres vel inſalubres ſunt. Qui in fluuijs magnis vrbibus vicinis, earumq; ſordes excipientibus degunt, malli ſunt ſucci, à quibuſdam tamen cupediarum amatoribus valdè probantur, quòd pingues ſint & prægrandes: magis probandi qui in rapidis & puris aquis naſcuntur & viuunt; qui in paluſtribus & ſtagnantibus aquis, lutum olent. Albertus pinguem, dulcem, & mollis carnis piſcem, ſed non ſanum (ſalubrem) eſſe dixit: at Iouius humidiores ipſum carnes habere, ſed tamen innoxias, propterea quòd non tenaci ſed aqueo potius humore abundent. Quamobrem etiam Saluianus cum qui in flumine, alioúe haud ſordido cœnoſoue loco captus fuerit, etſi ſalubrioribus & optimis piſcibus annumerari nõ debeat, noxijs tamen & improbis piſcibus annumerandum minimè exiſtimat. Commendari aiunt circa Martium menſem præcipuè: Maio verò & Iunio, cùm genituram emittũt, aut recens emiſerunt, improbari, præſtare marem fœminæ, vt etiam inter cœteros plerosque; maiuſculum etiam minori præferri, id quod in alijs quoque molli carne præditis piſcibus obſeruari ſolet: minus item laudari, quorum corpus flaueſcit: Caput à ganeonibus in primis expeti, linguæ maximè gratia, quam prædulcem eſſe, præſertim ſi aſſetur, Albertus annotauit. Platina Carpanos groſsos (obeſos) & herbas, vbi flumina ob increſcentiam ex alueis exeunt, depaſtos, non inſuaues haberi ait cum leucophago aut alliato, paruos verò frigi. Cùm verò hoc genus piſcis præ cæteris piſcibus ſanguine abundet, itaque exenterata intrinſecus diligenti eget ablutione. Sunt qui vino illo abluant, in quo ſit elixandus, ab initio ſtatim frigida immiſſa, non vt alij molles feruida. Quod ſi gelu in patina facere libuerit, (inquit Geſnerus) ſquamæ eius linteolo illigatæ ſimul cum piſce coquantur, vt ius reddatur craſſius. Licet verò quouis modo coqui poſſit, crebriùs tamen ferè vbiq; in aqua & aceto elixus, comedi ſolet. Conficitur ex huius piſcis ouis cauiarium rubrum, quod Iudæis dicatum eſt, qui nigro, quod ex Sturionum ouis fit, tanquam ex læui cute præditis piſcibus, quorum eſum lex eorum vetat, confecto abſtinent. Quapropter qui ad Capham vrbem ad Tanaim ſiti ſunt, magnum ex hoc rubro cauiario lucrum faciunt.

*Caro quali.*

*Qui meliores & quando.*

B

*Caput cur commendetur.*

*Apparatus.*

*Gelu ex Cyprino.*

*Cauiarium rubrum.*

## VSVS IN MEDICINA.

C

ORpheus in opalij gemmæ mentione, tradit Lepidotum neruorum affectionibus mederi: ſed integerne ne piſcis, aut partium aliqua id præſtat, non explicat. Geſnerus conijcit de adipe inungendo fortè intelligendum, ad ſedandos dolores, præſertim in affectibus calidis— *καὶ νεύρων ἀλγήματα παύει λιπιδωτὸς ἐμίνα.* Eundem adipem Kiranides ad Venerem excitandam vſurpans: hoc liquato (iuquit) ſi quis in balneo ſexum ſe (fortè, pudenda ſibi) inunxerit, colorem (calorem, Geſnerus) bonum & poſt concubitum ſtatim conceptionem parit. Idem Kiranides fel huius piſcis oculis inunctum, omnem obſcuritatem ſanare promittit. Iouio verò teſte lingua Cyprini vim augendæ Veneris habet, ſicuti in Tincarum & Anatum linguis quoque experimur. Quod quidem de carnoſo piſcis palato intelligi debet. Denique lapillus de capite eiuſdem ad remedia quædam vſurpatur: quem extractum de piſce crudo efficaciorem putant. Rondeletius ægris in graui febris æſtu alleuamentum aliquod adferre tradi ait, quòd ſitim ſedet ac refrigeret. Eodem ſanguine è naribus fluxiones cohiberi, ſi ore contineatur, eſſe qui affirment.

*Adeps.*

*Lingua.*

*Lapilli capitis.*

D

## DE CYPRINIS MONSTROSIS. Cap. XLI.

MIRAM hanc piſcis ſpeciem Lugduni in foro piſcario vitam aliquando venditam, nullus fuit, (inquit Rondeletius) qui non demptis capite & roſtro Cyprinum eſſe iudicarit. Nam ſquamarum figura & colore, pinnis, earundem ſitu, cauda idem planè eſt cum Cyprino. Pinna dorſi initio aculeum inciſum habet, vt in Cyprino. Eundem aculeũ habet alia pinna quę excrementorum meatũ ſequitur, quæ rubeſcit, item caudæ pars ei reſpondens. Tota cauda lata eſt, vt in Cyprino. Duas alias pinnas habet ad branchias, ſimiliter duas in ventre. Caput habet non protenſum vt Cyprinus, ſed Delphini capiti ſimile, roſtrum ſatis longũ ſed obtuſum, quale, reuera pictura repræſentat. Ex ſuperiore roſtri parte

*Deſcriptio.*

iuxta oris ſciſſuram appendix carnoſa vtrimq; vna dependet, vt in Cyprino, hac ſuperior eſt alia breuis & vix apparens, niſi propiùs inſpicias vtrimq; etiam vnica. Hęc Rondeletius. Similem huic monſtroſo Cyprino, ſed barbulis inſignem, quas in ſuo Rõdeletius non expreſſit, Golbertum Cognatum Nozerenum ad ſe miſiſſe teſtatur Geſnerus, in Nozerethano ſtagno repertum, anno Saluris M.D.LIV. In Cognati viuario nouem tantùm diebus vixiſſe. Verùm longè pulcherrimum fuiſſe, nec ſpecie ſed coloribus rarum & admirandum Cyprinum illum, qui anno Domini M. D. XLVI. Omburgi in ditione Comitis Palatini Marchionis Ioachimi Brãdenburgenſis captus & Auguſtam miſſus eſt ad Carolum V. Cæſarem in comitijs illic agentem, qui eum ſorori Mariæ donauit. Coctum etiam colores retinuiſſe. Picturam eius ſibi communicaſſe Ioan. Thannmyllerum iuniorem chirurgum Auguſtanum peritiſſimum, in qua longitudo (inquit) apparet trium dodrantum: latitudo digitorum nouem, quæ eſt in medio dorſo ad ventrem medium. Pinnę dorſi initium partim aureo, partim rubro colore eſt, deinceps verò pulcherrimè cærulea: reliquis pinnis omnibus color aureolus, vt capiti etiam magna ex parte ac ventri, ſed paſſim etiam rubedo interuenit, quæ barbulas quoque quaternas tingit. Dorſum ex viridi cæruleum, latera ſuperiùs viridia, inferiùs aurea, &c. In ſumma ſuauiſſimis floridiſſimiſque coloribus vndiquaq; adeo elegantèr pictus atq; diſtinctus eſt, vt vel cum rubri maris elegantiſſimis quibuſdam maximeque varijs piſcibus certare poſſet. Narrat item captum eſſe aliquando apud ſuos Cyprinum hermaphroditum, in quo vtriuſque ſexus notæ (hoc eſt & genituræ & ouorum vaſa) comparuerunt. In piſcinis verò contrarium quandoque reperiri, nempe neutrius ſexus Cyprinos, nec mares, nec fœminas, & hos fortè eſſe, quos ſponte naſci Rondeletius author eſt. Idem Geſnerus hac quoque ſorma Cyprinum alium captum eſſe teſtatur in Acronio ſiue Conſtantienſi lacu, prope Retz, duos ferè dodrantes longum in præſentia illuſtris & generoſi viri comitis Vvolfi de Schamburg, anno ſalutis M.D. XLV. idibus Nouembris. Picturam ad ſe miſiſſe Archillem Pyrminium Gaſſarum medicum eo tempore præſtantiſſimum. Pronam partem nigro colore pictam fuiſſe, latera fuſco, ſupinam luteo. Spectabilem in eo præcipuè faciem, æmulam humanæ latitudine ſua, nec non oculis, ore, naſo, buccis ac mento. Hæc ſcripſerat, cùm eundẽ piſcem Raphael Scilerus iuuenis Auguſtanus clariſſimi mediçi Geryonis filius, cùm omnimoda eruditione, tùm iuris ſciẽtia & comitis Palatini dignitate nobilis, pictum ad eum dedit, cum deſcriptione huiuſmodi. Piſcem hunc omnino qualem depictum mitto, fuiſſe captum in flumine Auſtriç (quod vocant die Eirs) in ditione comitis Iulij de Hardegg prope vrbem Retz, anno 1545. mẽſe Octobri, viri quidam eruditi & graues, mihi veluti teſtes oculati confirmauerũt. Faciem non auerſam, prout reliqui, vel obtuſam ſed repreſſam, ab obliquo in planum aſpectu tendente, cum temporibus vtrimq; latis, oculis binis, naribus, ore, mandibula, omnia effigie humana habuit. Pinnis, ſquamis, cauda, totoque corpore poſteriore, ipſaque adeò magnitudine atq; colore, Carpam præ ſe tulit. Rete captus eſt ſolus, & ob raritatem ac maximè quod ſenibus etiam ignotus eſſet, diu conſeruatus; & veluti miraculum quoddam paſſim aſportatus.

*Cyprinus monſtroſus alter.*

*Cyprinus hermaphroditus.*

*Cyprinus monſtroſus alius.*

*Color.*

Cyprinus monſtroſus.



DE CY-

A

# DE CYPRINO LATO RONDEL. Cap. XLII.

## SYNONYMA.

RELERISQVE Italiæ locis Scardam siue Scardulam Placentinis Arbolicam, Venetis Russatam teste Bellonio, Gallis atque Anglis Brasme, Belgis Brasem, Saxonibus Prasem, circa Coloniam Aggrippinam Brylem, alibi Presem, vt circa Confluentiam, Tridenti Scarlen, appellatum hunc piscem Rondeletius non ineptè ob similitudinem cum vero Cyprino, huic cognatum piscem facit, cùm sit squamis, corporis specie, & vita similis, sed quia corpore est quàm hic latiore & compresso, Cyprinum latum defferentiæ gratia nuncupauit. Bellonius veterum Abramidem esse arbitratus est, sed cùm opi- *Scardula.*

B nionis suæ nullum firmum habeat argumentum, imò planè nullum præter nudam nominis cum Brasme affinitatem, haud ab re à Rondeletio refellitur. Oppianus enim (inquit hic) & Athenæus, qui Abramidis meminerunt, Thrissis semper cõiunxerunt, vt suspicari necesse sit, Abramides Thrissis similes esse, vel eiusdem generis, atque marinas, quæ statis temporibus fluuios subeant, quæ de Brama dici non possunt. *Abramis veterum.*

## FORMA. DESCRIPTIO. LOCVS.

PIscis est maximus & latissimus, capite paruo pro corporis magnitudine, dorso repando & cultellato, corpore cumpresso, squamis magnis tecto. Linea a branchijs ad caudam ducta curua est. Ad branchias pinnæ duæ sunt, in medio vẽtre duæ aliæ, ab excrementi meatu alia ad caudam continua. Huiusmodi pisces in lacubus maximis nascuntur. Vidit Rondeletius in Aruerniæ lacu quodam istiusmodi pisces, qui binûm cubitorum, pedum totidem latitudinem æquarent. Nostro *Caput.* *Pinnæ.*

C in foro copiosissimè prostant, minores Scardas, maiores propter dorsum insigniter repandum Gobbos quasi gibbosos nuncupant, suntque pedales plerunque, bipedales rarissimi. Scribit Gesnerus vadum amare argillosum, vel albicanti argillæ simile: ideoque in lacu Tigurino non passim, sed superiore eius parte capi. Stagnantibus autem aquis præcipuè delectantur, illicque muco, luto, herbisque vescuntur, quare in ijs tantùm capiuntur fluuijs, qui tardiùs fluunt, turbidaque sunt, & crassiore aqua, qualis est Araris, multi item in Gallia Belgica: nec in his ad eãdem vnquam magnitudinem accrescunt, ad quam in lacubus & stagnis. Mirum quod narrat idem Gesnerus, nimirum quendam in Polonia permultos horum piscium coniecisse in piscinam quæ mox superueniente hyeme tota congelata esset: & cùm parandi conuiuij causa remoto gelu pisces capere vellet, ne vnum quidem inuenire potuisse: sequenti autem vêre rursus omes apparuisse. Ad hosce latos Cyprinos referri debet piscis huiusmodi è Polonia missus, vbi Klesse z dicitur, totus ex subcæruleo ad violaceum vergens, exceptis pinnis & cauda quæ albicant. Pinna quæ ab ano est longiorem & in exortu latiorem quàm pars est, à pictore putò, expressa est. Vtraq; icon sequentibus paginis dabitur. *Locus.* *Cibus.*

## VSVS IN CIBIS.

D

QVouis modo coquantur (inquit Platina) insipidi pisces sunt, & plus molestiæ ob minutissimas spinas inter edendum, quàm voluptatis afferunt. A nonnullis tamen habentur in pretio, vt in Aruernia, vbi in lacu quodam magni & pingues capiuntur, & vulgò Gallicum hoc diuerbium teste Gesnero vsurpatur: Qui ha brasme, peut bien brasmer ses amis: hoc est ad lautum conuiuium, in quo opulentiam suam ostentet, vocare amicos potest, qui Bramas habet. Cupediarum periti, vt Lucij caudam, Cyprini caput, sic Scardulæ partem mediam expetunt. In craticula assatur, vel farina benè subacta & pista includitur aromatis condita; sed suauior est, quàm salubrior. *Insipidi sunt & viles.* *Vbi commendentur.* *Apparatus.*



Digitized by Google

## Cyprinus latus.



Cyprino lato congener, Polonis Kleſſez.



# DE CYPRINO LATO ALIO
## Cap. XLIII.

*Color. Magnitudo*

GESNERVS ex relatione Kentmani, tria huiusmodi piscis genera in Albi reperiri tradit. Primi generis pisces esse paruos, tenues, latos, colore subaureo, cui circa dorsum fuscus admiscetur. Dupla eis ad latitudinem longitudo, caput paruum. Pinna dorsi & cauda fusci coloris sunt: reliquæ verò quinq; pinnæ, è fusco punicei. Squamę vt in Cyprino. Genus hoc Miseni parcum cognominant, Klein Karass, vel à colore Giblichen. Viuaces sunt admodum. E piscinis & stagnantibus aquis in Albim veniunt. Rarò octo digitos longitudine excedunt. Vescuntur gramine & argilla, vt & reliqui huius generis pisces: quamobrem magis amant piscinas, quàm fluentes & lapidosas aquas, propter vadum herbosum & argillosum. Itaque rariùs in Albi reperiuntur. In piscinis quidem eos multiplicari non patiuntur domini, impediunt enim incrementa & laginationes Cyprinorum, quos à pabulo depellunt. Alterius verò generis Karas, aliquanto crassiores & longiores sunt. Squamas similiter vt prædicti, vel vt Cyprini, è giluo seu flauo nigricantes habent. Vocantur autem Halbkarass, id est dimidij Carasi, quoniam è Carasso & Carpa velut compositi videntur. Hi quoque vt primi generis Carassi, è piscinis aut stagnantibus aquis Albim ingressi, pariunt in eo & crescunt. Vtrisque caro est subflaua, & in cibo viscosa, quomodocunque parata. Quò diutius verò in Albi immorantur, eò sapidioris solidioriśque carnis euadunt. Tertij demum generis Carasi tenuiores & latiores sunt quàm dimidij nunc dicti, similes primis sed maiores & pulchri, candoris argentei, habentque pinnas parte supina rubentes, superior verò pinna cum cauda obscuriùs è fusco pumicea est. Hi pisces in Albi nascuntur, non aliundè (vt prædicti) ingrediuntur. Pariunt primùm Iunio mense, secundò Ianuario, sicut & superiores, quibus temporibus etiam præcipuè capiuntur. Mediocriter augentur, vt sesquilibres aliquando aut bilibres capiantur. Assari solent, & in pretio habentur. Fœminæ ouis grauidæ, elixæ etiam in aqua ad iuris ferè consumptionem, vel copioso butyro ad ius sub finem adiecto, non displicuerint. Hucusque Kentmanus. Idem Gesnerus ex epistola Stephani Laurei. Caraus piscem ad viuum depictum mitto, in quo totus venter inferior subfului quodammodo coloris est, talis enim reperitur in lacubus & aquis stagnantibus, in recentibus verò & fluentibus aquis, ea pars est albi coloris. Et rursus ex epistola Gul. Turneri Cyprinum cum Bellonio Carpam vulgarem esse faterer, si vspiam tam fœcundi reperirentur, qui sexies aut quinquies in anno parerent. Verùm de tam frequenti partu Carpæ dubito. Est piscis in Prussia Orientali, quem Carutz appellant, Carpa minor multis partibus, tergo magis arcuato, vt ita dicam & gibboso, cætera illi similis, quem omnes qui ipsum in viuarijs seruant, constanter affirmant sexies in anno parere. Quare si Carpa, Cyprinus non sit: hic meritò esse potest. Sed nihil definio.

*Locus. Cibus.*

*Alterum Karasi genus. Color. Caro.*

*Tertium genus. Color.*

*Apparatus.*

*Partus.*

Cyprinus Latus alius. Carassus Gesner.



DE BAL-

# DE BALLERO ARIST. Cap. XLIV.

ARISTOTELES Ballerum inter fluuiatiles & lacuſtres bis meminit. *Ballerus* (inquit) *& Cyprinus & cæteri ferè omnes, cùm pariunt, vadis ſe intrudũt.* Et alibi: *Ballerus & Tillonis lumbricus canis exortu innaſcitur, qui debilitat, cogitq; ad ſumma ſtagni efferri, quà æſtu intereunt.* Hunc Rondeletius eum eſſe coniicit, qui a Lugdunenſibus, & lacuum qui in Allobrogibus ſunt, accolis Bordeliere nominatur, quòd littora ſemper ſectetur & quærat. bord enim litus ſignificat. Cæterùm cur Ballerum faciat, nullum adducit argumentum, niſi quòd vita & moribus à Cyprino, quocum nominatur ab Ariſtotele, non differat. Vilis eſt piſcis. Strymonis amnis accolæ vulgò Pleſtyam teſte Bellonio vocant, in Macedonia ad Piſchiacum lacum, vbi plurimus eſt, modò Platanes, modò Pleſtyam, modò Platagi[illegible] Hollandi, apud quos cùm ob copiam, tùm quòd per ſe inſipidus ſit, viliſſimus habetur, ceu Brevi. Bra[illegible] mæ (inquit Rondeletius) tam ſimilis eſt, vt parum cautis pro Bramis ſæpè vendatur, ſed [illegible] tudine corporis & ſquamarum differt & pinnarum & caudæ colore. Eſt igitur Ballerus [illegible] ore paruo, ſine dentibus, ſed horum loco oſſa habet aſpera: ſine lingua, ſed palato car[illegible] Pinnas duas habet ad branchias, duas alias in medio ventre, ab excrementi meatu vnicam ad [illegible] in dorſo aliam. Poſteriores pinnæ cum cauda rubro colore perfuſæ ſunt, vt in Percis [illegible] dere eſt: quæ in dorſo eſt, nigricat. Linea à branchijs ad caudam curua producta eſt. Branchias [illegible] ternas habet, os in medio palato, ex aduerſo ſita ſunt oſſa duo loco inferiore, altera parte ſerrata, ja[illegible]

Ballerus Rondel.



bus contrario occurſu cum palati oſſe herbæ atterũntur. Ventriculum paruum habet, inteſtina pinguedine oblita, hepar ex albo rubeſcens, in quo fel virdẽ ſplenem rubrũ. Hæc illemultis ſpinis abundat. Tegentes ſquamas habet, rotũdas & tenues. Tergus eius nigricat, venter cãdicat. Oculorum pupillam Bellon. non vt in alijs nigram, ſed veluti cryſtallinam eſſe aſſerit, itidem verò albiſſimam, ac tredecim ſquamarum ordines vtrinq; in lateribus habere.

*Partes interiores.*

# DE TINCA Cap. XLV.

## SYNONYMA. ETYMVM.

SITNE' veteribus memoratus, vulgatiſſimus vbique terrarum iſtiuſmodi piſcis, vulgò in Italia Tenca, Auſonio in ſuo Moſella Tinca appellatus, dubitari poteſt. Iouius nullo in pretio apud antiquos fuiſſe exiſtimat, & propterea nullis litterarum monumentis fuiſſe celebratum: ipſumq; plurimùm mouit Auſonius, qui Tincas & Lucios ignobiliſſimis piſcibus adnumerauit. In eadem ſentẽtia eſt Saluianus, veteres authores pretioſos potiùs quàm viles piſces ſcriptis conſeraſſe inquiens authoritate Columellę dicentis: *Viles piſces ne captare quidem, ne dum alere conducit.* E contrario Bellon. Tincam putat eſſe Ariſtotelis φύλλινα, quem Fullonem reddidit Gaza, Dorioni verò apud Athenæum γναφεὺν, id eſt Fullonem, non aliam puto ob cauſam, quàm quod decocto Tincæ maculę eluantur, quod de Fullone ſuo tradit Dorion. Cæterùm cùm id quoq; aliorũ glutinoſorũ piſcium decoctum, puta Ichthyocollæ, Anguillæ & cõſimilium aliorum præſtare queat, haud ſatis tuta fuerit hæc opinio. Adhęc Fullo Ariſt. teſte littora petit trãquilliora, marinus nimirũ piſcis, & Dorion marinos tãtùm memorat. Non immerito a Iouio Platina reprehẽditur, qui Tincas antiquitùs Mænas fuiſſe arbitratus eſt, cùm & hę maringuntur æ memorentur. Quid ſi verò Romanã vocem eſſe dicamus, à qua ſentẽtia idem Ioui⁹ non videtur declinaſſe. Celebratur apud Ciceron. quidã facetus orator Placentin⁹ cognomine Tinca, fortaſſis (inquit) ab hoc piſce cognominatus, quemadmodũ Florentiæ Laurenti⁹ Medices ſenior, vti erat perurbanus, cuidã celebris familiæ ciui, ſe domi Tincã ingentẽ exquiſita arte coctã falſsò iactãti, Tincę cognomen, quod illi poſtea fuit æternũ, indidit. Quemadmodũ Merula ob ſimilitudinẽ cum Tinca, iuẽ Callarias noſtri, Tinca marina vocari meruerũt, quid vetabit, ſi Tincã etiam Merulam paluſtrẽ dixerimus? Hoc ſanè nomine vſus eſt doctiſsim⁹ Scaliger his verbis: *Auſonius ſui temporis ſecutus plebẽ, vſitatis nominibus, pulcherrimum poema nõ eſt veritus inficere potiùs, quàm aut ipſe in ambigno verſari, aut iactare autorem in obſcuro: ſic Aloſam pro Clupea ſine Thriſſa, Tincam pro Merula fluuiatili poſuit.*

*An à veteribus facta ſit eius mẽtio.*

*Fullo Ariſtotelis & Dorionis.*

*Mænam nõ eſſe.*

*Merula paluſtris.*

In ple-

Tinca.



In pleriſq; inferioris Germaniæ prouincijs vocatur een Seelde vel Zeelde: in ſuperiori Germania ein Schley, à lubricitate, vt Geſnerus teſtatur, vel potiùs muco, quem noſtri (inquit) Schleijm appellãt, vt Græcè Myxonem, Latine Muconem interpretari liceret, niſi Mugilum cuidam formæ iam prius hoc nomen deberetur. Idem teſtatur quendam virum doctum, Tincam vt vim eiuſdem Germanicæ nomenclaturæ exprimeret, vocaſſe Limariam: ſed quoniam & hoc quoq; nomine Græcorũ potius Pelamys indicatur, (πηλὸς enim limus eſt) ſuadet vt homonymiæ cauſa, hoc quoq; abſtineamus. Hollandi quoq; nonnunquã Schoemaecker dicunt, quaſi ſutorem, ob cutis puto craſſitiem. Angli Gallica quodammodo voce Tenche dicunt; Poloni Lin vel Lijn, Bohemi Linie, & Sſvvecz quaſi ſutorem.

*Muco.*

*Limaria.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

*Quibus cũ Cyprino cõueniat, & quibus ab eo differat.*

HAbet quibuſcum Cyprino ſimilis eſt, habet item quibuſcum plurimùm ab eo diſcrepat. Corporis enim ſpecie, pinnis, earũque ſitu, & palato carnoſo cum eo conuenit: ſquamis verò non item. Hæ Cyprino maiuſculæ, Tincæ vero perquam exiguæ tenueſque & muco ſemper obductę: adhæc Tinca iuxta oculos circulum habet rubrum, qui in Cyprino flaueſcit. Color omnib. haud idem; aliquæ enim ſubalbidæ ſunt; plurimæ ex albo flaueſcentes, nonnullæ virides, quæ verò in meris degunt paludibus, vt in multis Hollandiæ locis, ſubnigræ ſunt. Auſonius viridem dixit, cùm plerunque flaueſcat potiùs. Roſtrum habet breue, ac retuſum: os ferè rotundum, ad ventrem inclinans, planè edentulum, at pro dentibus ſerrata oſſa. Ex vtroque oris latere, vbi infetius labrum ſuperiori committitur, appendix pendet, vt in Cyprino, cutacea, rotunda, breuis, mollis, ac lubrica adeò, vt nunquam explicetur, conſpicuaué fiat, ni digitis comprehenſa extendatur. Oculi ſunt magni & aurei. Pinnæ binæ ſunt ad branchias, totidem aliæ in ventre; à podice vna, in dorſo alia breuis ſine aculeo. Cauda in latam pinnam definit. Branchias habet quaternas duplices, lapillos in capite Auratæ & reliquorum marinorum more, binos, exiguos.

*Colore differre.*

*Roſtrum.*

*Barba.*

*Oculi.*

*Pinnæ.*

*Cauda.*

LOCVS.

A

# LOCVS. NATVRA. MORES.

STagnantes potiùs quàm currentes aquas amat, ideoque in ſtagnis lacubus ac paludibus quàm in fluminibus frequentior,& inter arundines vluaſq; plerumque victitat,omniq; anni tempore hiſce in locis capitur. E riuis autem flumina maiora quandoque intrat,ſed degunt maximè,vbi vadoſa ſunt, vadumq; ipſum limoſum. Gregalis eſt,putreſcentis limi ſordibus veſcitur, carne nequaquam. De amicitia eius cum Lucio ſuprà dictum eſt,quibus ſi lubet,adde quod cùm Lucius in cæteros tyrannidem exerceat, à Tinca quaſi beneficij memor,prorſus abſtinet. Cùm occiditur, diù ſuperuiuere fertur.

*Quæ aquas amet*

*Cibus.*

*Amicitia cũ Lucio.*

# VSVS IN CIBIS.

B TIncarum caro haud inſuauis eſt,ſed impurum damnantumq; præbet alimentum, & niſi piſcis à ſordibus ac immunditie optimè repurgatus fuerit, ſæpè etiam noxium: quin medici omnibus vim quandam ineſſe ad progignendam febrim exiſtimant, quoniam maximè in cœnoſis degant,& putreſcentis limi ſordibus veſcantur. Eſtq; velut commune apud noſtras mulierculas diuerbium: Neſſuno mangia Tenca, che febre non ſente. Sunt verò diebus caniculatibus præcipuè noxiæ. Falli itaque eum,iure dixerimus,qui Tincæ poſt Truttas primas attribuit hoc diſticho:

*Carnis qualitas.*

*Quãdo maximè noxiæ.*

*Tincæ vocor, quare? maculoſum reſpice tergus.*
*Coctaq; poſt Tructam, gloria prima feror.*

Rectiùs verò aptiuſq; vulgi ſolatia appellauit Auſonius: ſunt nunc quoque viles planè ac plebei piſces,licet tamen nonnunquam lautorum quoque menſas honorent, ſicuti Romæ referente Iouio Marſicana è Fucino lacu qui nunc Celanus dicitur. Habent hæ peculiarem notam, qua à vulgaribus interſtinguũtur, labrum videlicet inferius tritum: quippe quæ plurimum ſaxoſo eius in lacus vado voluentur. Fert & laudatiſsimas paruus ille lacus quartodecimo ab vrbe lapide apud Bacanam ſyluam,quibus non modo plebeis ſed ſplendidos etiam optimates veſci idem Iouius tradit, addens nobilem illum inter aulæ proceres longè omnium ætatis noſtræ popinalem lautitiæ ſtudioſiſſimũ, Tincas Bacanianas autumno captas, allio laridoq; contritis, additiſq; odoratis oleribus & multo aromate,in teganis ad vaporem tepidioris fumi fœliciſſimè percoxiſſe. Fert & Tincas, quanquam minores,ſapore tamen minimè contemnendo ſanctæ Praxedis lacus,in Latij Sabinorumque finibus,quo Regillus antiquitùs fuit: ſed ea cum Raijs & Squatinis cæteriſq; viliſſimis piſcibus, apud Pantheon ignobili foro infimis hominibus venundantur. Laudatur denique Traſymena Tinca, de qua idem Iouius: Cùm in cæna Leonis X. Pontif. diſcumbentes, pelagios piſces vario iudicio certatim atque impenſiùs laudarent,nobilis quidam Florentinus Tincis fortaſſis ſolùm aſſuetus, extollatis (inquit) conuiuæ,vt lubet marinos piſces: ego certè Traſymenam Tincam conditam leucophago,his veſtris Triglis,Spigolis & Rhombis prætulero, quo ſuo inſulſo dicto lachrymas omnibus præ riſu excuſſit. Porrò non ſolùm ægrè concoquuntur,ſed etiam mali, vt diximus ſunt ſuccj,ideoque ritè apparandæ. Si groſſa erit (inquit Platina) eam benè exquamatam,ac per mediam ſpinam inciſam,ita inuertes,vt quod foris erat, intus demum fiat,infractis etiam coſtis ac conciſis interaneis, inditoque rurſum cum ouis ſex,petroſelini conciſi,piperis tunſi,allij diffracti,croci modico. Sunt qui Damaſcenas aut ceraſia acria, aut paſſulas cum pineis mundis cum ouo diſfracto indant. Coquenda lento igne in craticula eſt, coctam ſalimola ex aceto, oleo, croco, ſapa ſuffundes. Aliter: Si groſſa erit, & elixam voles,ex agreſta,aromatibus,petroſelino minutim conciſo, conditam comedes. Aliter,ſi parua erit, eo modo ſcindes quo ſuperiorem & conſperſam farina, oleo friges: frictam aut agreſta, aut ſucco malarancij ſuffundes. Hoc etiam quouis modo cocto,nihil peius. Quidam allio,laridoque contritis,additiſque ſuauè olentibus herbis, multoque aromate Tincas condiunt, vti ſuprà ex Iouio recitauimus. Sunt qui allij laridique vice (inquit Saluianus) oleum cœpamq; conciſam,ac vuam quam paſſulam dicunt, injciant,ac eodem modo coquant. Alij in eam,primùm (vt par eſt) purgatam,ac interaneis exemptis, paſſulas,mentam,petroſelinum, allium atque ſal conciſa & in ſimul mixta, per ſectionem quà prius interanea exemerant,infarciunt,conſutaq; ſectione aut veru infixam aut craticulæ impoſitam torrefaciunt,oleo ac aceto cum ſaluiæ ramuſculo aut feniculi vmbella,aſſiduè dum torretur,conſpergentes. Plebei verò eam oleo in ſartagine frictam, ac arancij mali ſucco conſperſam comedere ſolent. Nonnulli hunc piſcem in gelu, vt vulgò appellant, commendant. A noſtris mulieribus præſertim pellis in delicijs habetur,& carni longè præfertur.

*De Traſymena Tinca hiſtoriola.*

*Mali ſuccj ſunt.*

*Apparatus.*

*Pellis carni præfertur.*

VSVS

## VSVS IN MEDICINA.

*Ad capitis dolores.* VEteres medici (inquit medicus quidam apud Geſnerum) ad ſopiendos capitis & artuum dolores, Torpedines admouebant, quarum loco à mediteraneis Tincæ forſan vſurpari poterunt. Sunt qui non febriẽtium modò ęſtus Tincis pedibus ſubditis, ſeu alligatis viuis, temperari, ſed idem remedium aduerſus arquatum etiam morbum proficere putent. Iouius quoque ſciſſas per dorſi longitudinem, pedum & manuum plantis applicatas, ardentis febris ardoribus plurimùm aduerſari quoſdam tradit putare ex ſecta Iudæorum, qui quanquam ſordidè admodũ (inquit) & ridentibus alijs talia experirentur, aliquando tamen ipſis æſtuantibus exoptata blandimenta feliciter attuliſſe comperti ſunt. Monet verò Rondeletius, vt id oportinè fiat, quòd alioqui non modò nihil profuerit, ſed contrà maximè obfuerit, frigiditate ſiquidem intrò repellente ac magis conſtringente augeri incendium. Alij ictericorum iecori aut vmbilico viuam imponunt. Ictericis aliqui Tincam vinentem alligant vmbilico, donec immoriatur, poſtridie rurſus aliam alligant, idque etiam tertio die repetunt. Tinca immortua intus ac foris veluti croco tincta redditur, & plerique hoc remedio reſtituuntur. De felle hoc ex libro Germanico manuſcripto habet Geſnerus: Fel de Anguilla, Thymallo, Tinca & porcello lactente miſce ad aurium remedia. Hoc enim infuſo, pelliculas rumpes, fluxiones curabis, vermes aurium occides.

*Ad aſtus febrium.*

*Ad ictera.*

*Fellis vſus*

## DE LOTA GALLORVM. Cap. XLVI.

*Muſtela lacuſtris, aut fluuiatilis.*

LVGDVNENSES (inquit Rondeletius) piſcem qui in Arari inuenitur, Lotam vocant, qui à Gebennenſibus Motella quaſi Muſtella nominatur. Si quis Muſtellam lacuſtrem vel fluuiatilem appellauerit, non ineptè mea quidem ſententia fecerit, modò non eam accipiat, quæ ex mari fluuios petit, qualis eſt Muſtella Auſonij, qui Muſtellę nomine Lampetram noſtram deſcribere videtur. Lota piſcis eſt fluuiatilis & lacuſtris, Muſtellę marinę vulgari, de qua alibi diximus, ſimilis admodum, niſi eſſet corpere rotundiore & ſpiſſiore. Ex maxillę interioris extremo pilus vnicus veluti ex mento barba propendet, nullus in ſuperiore eminet, vt in marina. (Geſnerus tamen in ſuis putat etiam ſuprà duos pilos eſſe, ſed in mortuis ferè latere, vt in maxima obſeruauit.) Pinnis quatuor natat, duę ſunt ad branchias ſitæ, duæ in ventre, ab ano vnicam continuam habet ad caudam, huic æqualem & ſimilem in dorſo, quam præcedit alia pinnula. Cauda mucroni gladij figura ſimilis eſt. Paruulis ſquamis corpus tegitur, quod è ruſſo fuſcum eſt & maculis nigris vndulatim diſpoſitis cõſperſum. Dentes paruulos & tenues habet. Muco oblita & lubrica Lota eſt, vt Anguilla. Ventriculũ paruum habet cum multis appendicibus, inteſtina conuoluta; hepar albicans, in quo fellis veſica, quæ ex viridi flaueſcit, ſplenem rubrum, veſicam oblongam aëre plenam, branchias quaternas & duplices. Naſcitur in lacubus & fluuijs leniter fluentibus, vt in Arari. Hepar pro corporis ratione magnum eſt, & delicatum habetur. Oua noxia, quemadmodum oua Barbi, quæ ventriculum lædunt & aluum turbant. Caro tota à Lugdunenſibus habetur in pretio.

*Barba.*

*Pinnæ.*

*Cauda. Squamæ. Dentes. Partes interna. Hepatis delicia. Oua noxia ſunt. Caro laudata.*

Lota Rondel.



DE LA-

Digitized by Google

A

# DE LACVSTRIBVS, ET PRIMVM DE VMBLA VVLGO DICTA Cap. XLVII.

## NOMEN.

CIRCA Lemanum lacum Vmble dictus, à quibuſdam vulgi hanc appellationem ſequentibus Vmbilicus dicitur, cùm ſit verò ſimilius Vmblam dici quaſi vmbram. Eſſe enim cum Vmbra fluuiatili non exiguam ſimilitudinem ex eo liquet, quòd Bellonius Vmbræ fluuiatilis iconem ſe omiſiſſe dicat, quandoquidem ad Vmblam proximè accedat. Quamobrem ſeriò etiam monendus eſt lector, ne nominis affinitate deceptus, Vmblam cum Vmbra ſiue fluuiatili ſiue marina confundat. Rondeletius

B Salmonem Lemani lacus vocat, quod corporis ſpecie, pinnarum numero ſituq; & partibus quoque internis Salmonibus potiſſimùm ſimilis ſit: capitur tamen alijs etiam lacubus, vt modò patebit, & à Salmonum natura longius abeſt. Heluetij à colore circa ventrem rubicundo Rotele dicunt, nomine æquiuoco, cùm ſit apud eoſdem Heluetios Rottele quem ex Geſnero Rutilum vocauimus. Nonnulli ab eadem rubedine piſces iſtos Rubeculos vocare voluerunt.

*Vmbilicus. Nominis ratio.*

*Salmo Lemani lacus.*

*Rubeculus.*

## GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA. DESCRIPTIO.

DVo Vmblæ genera eſſe, magnitudine maximè differentia in Lucernenſi lacu Geſnerus tradit. Majorem circa Bielam Rott, alicubi Roote appellari: à Sabaudis Routte, circa Lemanum verò Vmble: minorem diminutiuo nomine Rotele priuatim dici (Eſt & alius in Suenia & circa Auguſtam Rotele dictus, ſed fluuiatilis, non lacuſtris piſcis, Truttis quoque affinis, Ger-

C manis cæteris ferè Huch nuncupatus, quo de ſuo loco diximus.) Sabaudicè circa Bielam Ronſon, vel Bondelle, illo nomine colorem indicari, hoc fortè bonitatem. Denique piſcem qui in lacu Bauariæ Ammerſee vocatur Germanicè ein Pitzling, non alium quàm Vmblam minorem videri: conferri enim Salmoni paruo, & à dorſo vſque ad media latera coloris lutei eſſe dici, adeoque tenerum, vt ſtatim extra aquam exſpiret, nec in alio vllo eius regionis lacu inueniri. Vmbla maior corporis forma, partibuſq; omnibus Salmonibus & Truttis ſimilis eſt. Os habet magnum, dentes verò non ſolùm in maxillis, ſed etiam ſex magnos in lingua. Caput liueſcit, branchiarum opercula argentei ſunt coloris in extremo aurei. Magis albicat, quàm minor. Nullis ſuggillatur lituris, Vnicam eſſe paruam tergoris pinnam Bellonius ſcribit: Rondeletius tamen non longe à caudæ exortu aliam ſed admodum exiguam depingere videtur, & ipſe Bellonius eandem in icone exprimit, & mox puto apophyſim carnoſam vocat. Idem Bellonius iuxta ventrem pinnam (in impreſſis codicibus branchia legitur ſine ſenſu,) vtrinque vnam eſſe ait, ſed quam nec ipſe, nec Rondeletius quoque pingit: duas ſub ventre huic oppoſitas, omnes ſine aculeis: poſtremas piſcem in duas æquales partes interſecare, ſed par-

D tem quæ ad caput eſt, paullò longiorem eſſe. Cutim adeò glabram eſſe, vt ſquamis carere videatur. Tergus præ multo liuore opacum apparere: ventrem præ albedine vti argentum micare: apophyſim carnoſam habere ſupra caudam, Vmbræ, Truttarum, &c. more. Quaternis præditam eſſe dentium ordinibus in palato ſerpentium more, linguam oſtendere aduncis in gyrum dentibus, crenatis, exertis & hamatis ſenis, vel eò pluribus communitam, præter hos maxillam etiam inferiorem paruulis alijs exertis & parum falcatis in ambitum vallari, branchias habere vtrimq; quatuor: latera eius virgula recta ſecari vtrinq; per medium corpus, parum repanda verſus ventrem. Tres aut quatuor dodrantes plerumq; longa eſt. In Lucernenſi lacu brachij ferè longitudine excreſcere Geſnerus teſtatur, & Rondeletius duos aliquando cubitos longas à Lemano lacu Lugdunum aduehi. Minor Vmbla (vt idem Geſnerus refert) dodrantalis plerumque aut breuior, pedem rarò excedit, aut ſi amplius increſcat, (vidi enim, inquit, aliquando palmos quinque longam, Octobri menſe in lacu noſtro captam corpore latiuſculo,) nunquam tamen Vmblæ maioris magnitudinem attingit. Ventre turgidulo aliquando ſpectatur, propter veſicam nimium inflatam. Eſt autem veſica ei oblonga,

*Vmbla maior. Vmbla minor.*

*Maioris deſcriptio Os. Caput.*

*Pinna.*

*Squamæ.*

*Dentes.*

*Branchiæ. Magnitudo*

*Minoris deſcriptio.*

Vmbla minor prior Geſneri.



Vmbla minor alia eiuſdem.



*Color.*

vt Albulis, non diſtincta per medium. Dorſum totum cum dimidia laterum parte ſubroſeum: inferiora latera albicant. Venter albiſſimus eſt: caudæ color idem qui dorſi pinnulam mollem & paruam, vt Truttæ, dorſo extremo gerit. Maxillis eſt dentatis. Spinas etiam ceu dentes in lingua habet. Pinnæ omnes partim ſubalbent, partim crocei coloris ſunt. Brāchiæ quaternæ. Lapillos in cerebro habet. Mares ventre, pinnis & cauda magis rubent, fæminæ candicant: eædem capite ſuperiùs & dorſo magis virent. Hæc ferè Geſnerus qui binas eius haſce icones exhibuit, vt à diuerſis pictoribus non eodem tempore delineatas atq; ſulptas. Maioris iconem data opera omiſi, quod hinc facilè mente concipi poſſet.

*Sexus diſtinctio.*

LOCVS.

Digitized by Google

## LOCVS. NATVRA. MORES.

QVamuis Rondeletius Vmblam, Salmonem lacus Lemani vocet, capi tamen alijs in lacubus ſuprà in nominibus oſtenſum eſt, eſt autem lacuſtris tantùm. Velcitur piſciculis. Debilem tamen & infirmum piſcem eſſe aiunt, nam ſi vel parum lædatur, aut morſu ab alijs piſcibus faucietur, mox veluti moribundum ſupernatare. Bellonius quoq; carniuorum eſſe ait, piſciculiſq; caridibus, phryganijs, quiſquilijs, & iſtiuſmodi ſpurcitijs veſci. Capti quàm primùm reliquerit aquas, expirare traditur. *Cibus. Debilitas.*

## VSVS IN CIBIS.

VMbla carne eſt ſuaui, ſicca, & cùm ſenuerit dura, & quæ multorũ iudicio Aſellis, imo ſaxatilibus ſuccedere queat. Pinguis potiſſimum apud Allobroges capitur tantiq; fit (inquit Bellonius) quanti ditiorum burſa æſtimare poteſt. Commendatur ab Heluetiis Nouembri menſe, & aliàs circa initium Decembris: quo tempore Geſnerus oua habere ait bona & ſolida, tardiùs verò caro eius inſulſa, pinguiuſcula & flaccida apparet & oua dilutiora ſunt. Tempore partus menſis inepta eſt. Cùm elixatur, vino prius feruido injicitur, ne nimis mollis reddatur. Apud Allobroges paſtitijs includi Bellonius refert. *Caro eius qualis. Oua melior. Apparatus.*

## DE VMBLA ALTERA RONDEL. Cap. XLVIII.

PISCES valdè inter ſe ſimiles (inquit Rondeletius, qui ſolus puto, huius piſcis meminit) non ſolùm tractatione, ſed etiam nomine coniunguntur, vt Thriſſæ, Thrichides & Thrichię: hic ſimilis ſuperiori Vmblę hic quem exhibemus, Vmbla etiam vocatur, ſed diſcriminis cauſa cognomen additum fuit. Appellant enim Lemani lacus accolæ Vmble cheualier, fortaſsè ob magnitudinem, præſtantiam & robur. Neque verò à ſuperiore ſolùm differt vel ſexu, vel ætate, vt ex ſequenti deſcriptione perſpicuum fiet. Eſt igitur hic piſcis Salmonibus & Truttis, quæ vulgò Salmonatæ dicuntur, ſimilis, roſtro recuruo, quo à ſuperiore differt, id enim longius habet & acutius. Maxillæ inferioris extremum incurui in maxillam ſuperiorem, eius rei gratia excauatam recipitur, vt in Salmonibus videre eſt. Maxillæ lineis multis diſtinctæ ſunt. Dorſum ex cæruleo nigricat. Venter aureo colore eſt. Hepar flaueſcit, in eo felisplen nigricat. Vētriculus gulæ ſubiectus eſt, longus, ſpiſſus, cuius innumerabiles ſunt appendices, quemadmodum in ſuperiore. In inſignem magnitudinem excreſcit. Carne eſt ſiccæ & dura: in aſſulas diuiditur, quæ caryophyllis confixæ in craticula aſſantur, & oleo ſiue butyro irrigantur. Paratur etiam hic piſcis Truttæ modo. Caput maximè commendatur, vt Salmonis. *Nominis ratio. Deſcriptio. Caro qualis & eius apparatus.*

Vmbla altera, Rondel.



# DE TRVTTA LACVSTRI. Cap. XLIX.

## NOMEN.

*Nominis ratio.*

TRVTTAM. lacuſtrem manifeſtiſſimis notis à fluuiatili, & Vmbris differentem, vt modò patebit, cum Salmone verò communia multa habentem Galli Truite Saulmonnee, id eſt Truttam Salmonatam vocant, Rondeletius etiam Salmonem lacuſtrem. Cumq; Truttis vulgaribus grandior ſit, Salmone autem minor, hoc eſt, inter vtrumq; mediæ magnitudinis, Bellonius, idemque Rondeletius Sarionem (Farionem) Auſonio nuncupari exiſtimant, dicenti:

*Sario ſive Fario.*

*Teque inter geminas ſpecies neutrumq; & vtrumq;*
*Qui nullum Salmo, nec iam Salar, ambiguuſq;*
*Amborum medio Sario interrupta ſub ævo.*

Quam opinionem ſuo loco refutauimus. Neque ſatis diſtincte Truttam Salmonatam vocari Geſnerus autumat, propterea quòd in fluuijs etiam inuenire ſit Truttas cæteris fluuiatilibus maiores, carne ſimiliter, vt in lacuſtribus rubente, quas Germani (inquit) ſimiliter compoſito ab vtroq; piſce nomine, Lachſzforen quaſi Salmonatas Truttas vocant, nec eſt quod iſtiuſmodi Truttas lacuſtres, non fluuiatiles eſſe dicamus, quamuis ipſe Geſnerus lacuſtres è lacubus ad fluuios aſcendere profiteatur: nam lacuſtres cùm fluuios intrârunt Linlancken eis vocari teſtatur. Idem cõijcit hanc lacuſtrem Truttam Caſſiodoro Anchoraginem vocari, quoniam & inter alios fluuios, Rhenum quoq; ſubit, ſed cùm Anchoraginem ceu delicatiſsimum piſcem Caſsiodorus è Rheno peti cupit. Trutta verò niſi pariendi tempore, fluuios ingrediatur, ego à ſententia mea, quam in Salmone recenſui, non recedo.

*Anchorago Caſſiodori.*

## GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA. DESCRIPTIO.

EX Truttarum genere eſſe, Salmoniq; ſimilem cùm ex corporis forma, partiumq; externarum & internarum ſimilitudine, tùm ex nomenclatura Gallica notum eſt. Differt à Salmone magnitudine & maculis. Minor enim, & maculas in lateribus purpureas, multò quam Salmo copioſiores habet. Truttæ item quæ in fluuijs rapidis & limpidis inueniuntur, non ſunt adeò maculoſæ, magnitudineq;, ſucco, carnis colore & ſubſtantia multò inferiores. Vmbla verò nullis, vt dictum eſt, lituris ſuggillatur. Geſnerus hunc piſcem diligenter intuitus, his verbis deſcribebat: Squamulis tegitur minimis, benè dentatus eſt, & lingua etiam vtrimque dentibus munitur. Caput colore nigro, cæruleoq; mixto, dorſum partim glauco, partim ſubnigro, partim cæruleo, partim ſubuiridi. In lateribus puncta nigra. Pinna in medio dorſo multis nigris maculis variatur, reliquæ albent. Habet & vltimam illam dorſi mollem pinnulam, vt reliquæ Truttæ: branchias quaternas. Appendices non toto circuitu inteſtini, ſed ab vna tantùm parte magnas, oblongas, bipartitas, vtrinq; circiter octodecim habet, & alias ſex ſeparatim ex oppoſito, ventriculum ſeu maius inteſtinum verſus. Hæc ille. Ad duûmtriumſe cubitorum magnitudinem accreſcit, in Lario lacu ad quinquaginta, quinimo Iouio authore, ad centum etiam libras. Initio æſtatis caro eius rubere incipit, duratq; is color vſque ad Auguſtum, vel ſaltem ad diui Iacobi diem, quo tempore partu iam abſoluto, colorem rubicundum amittit. Geſnerus loco differre inuicem iſtiuſmodi lacuſtres teſtatur: alias enim in vado ipſius aquæ degere, præſertim argilloſo, haſque magis pingueſcere, & palato ſapidiores eſſe, alias circa ſummas aquas, vbi muſcas appetunt, minus pingues & vilioris pretij: illas apud ſuos Grundforinen, has Schvvabforinen appellari. Duo item genera capi in montanis lacubus quos Atheſis facit, quorum vnum ab aureo colore Goldforinen, alterum à nigridine Schvvartzforinen appelletur. Quæ hîc exhibetur Trutta, lacus Benaci eſt: pinnis & cauda colore fermè caſtaneæ. Linea quæ corpus diuidit, crocea eſt. Prono corpore ferè cæruleo eſt, ſupino albicante. Oſſa branchiarum ad amethiſtinum vergunt.

*Vt à Salmone differat & à Truttis, & ab Vmbla.*

*Deſcriptio exacta.*

*Color.*

*Magnitudo.*

*Caro quando rubra.*

*Differentiæ a loco.*

LOCVS





Digitized by Google

# LOCVS. NATVRA. MORES. PARTVS. CAPTVRA.

*Fluuios ſubit.*

LAcuſtris piſcis eſt, ſed qui ex lacubus fluuios quandoque ſubit certo tempore, inſtante nempe partu. E Lemano in Rhodanum aſcendere aiunt vêre (inquit Geſnerus) vt & circa Sedunum capi: at in Tigurino & Acronio lacubus neque tam procul, neque eodem tempore migrare putat. Acronij lacus incola paritura ad Rheni influẽtis oſtium aſcendit, vbi cùm pepererit, rurſus deſcendit. Conferri aiunt hunc piſcem iunipero, nam ſicut hæc tertio demum anno fructum perficit, ita etiam eius fœtus ad tertium vſque annum creſcens perficitur: parere plerumque Iulio & Auguſto, aliàs citiùs tardiuſue, prout cælum magis minuſue calidum fuerit. Iam verò magno licet ſit corpore, ſua tamen natura agilis quoque eſt aliarum Truttarum more. Tradit Iouius ſeſe audiuiſſe maiores iſtas Truttas in Larij lacus ripis, laſciuo excurſu extremos arenæ margines aliquando iuſti paſſus longitudine proſulcaſſe. Cùm è lacubus fluuios petit, capitur miris ſagenis, quę in angulis riparum arte factis collocantur, nam eum per flumina maximè ſi ſunt rapidiſſima, quærunt diuerticulum aliquod quietius, vbi reſpirent; quare piſcatores ad ripam id arte faciunt. Infigunt enim palos aliquot ex alno, & ſpatia lapidibus explent. In huius valli aut veluti promontorij quietiore loco ſagenam pandunt, tantam vt longitudine non excedat ipſum vallum lapideum. Sagenæ adhærent ligella ſupernatantia, quæ ſtatim, vt irretitus eſt piſcis, deprimuntur, vel demerguntur infra aquam, parum: vnde conſtat piſcem eſſe captum.

*Iunipero cui conferatur.*

*Capiendi ratio.*

F

## VSVS IN CIBIS.

*Nobilitas.*

OMnium qui dulcibus in aquis generantur, hic piſcis longè nobiliſſimus æquali cunctarũ gentium iudicio cenſetur, inquit Iouius, ſimpliciter quidem de Trutta: apparet autem de lacuſtri præcipuè ſentire. Et quidem omni alio (inquit idem) vel marino etiam piſce ſapidior, præſertim ſi Maio menſe & in Breſciæ torrentis oſtio capiatur. Soleo ego plerumq; mirari quoſdam, qui vt ſapientiores videantur, Benacinum Carpionem, Padanum Silurum (Sturionem) & è mari plures piſces Larianis Truttis vel anteponere vel exęquare ſolent, & item Soranæ Truttæ in eo genere principatum attribuunt, cùm maximè fallantur. Hæc Iouius: Geſnerus verò à ſuis Februario commendari ait, ab alijs ſimpliciter æſtate, dum pulpæ earum rubent, eum enim colorem amittere diximus, cùm flumina ſubeuntes pariunt, declinante Iunio, ſimulque ſpeciem & ſaporem: itaq; autumno & hyeme non laudari. In Veneto lacu, id eſt, inferiore Acronij parte capeas, prę ferri ijs quæ in ſuperiore parte capiuntur: item quę circa fundum paſcuntur ijs quę circa ſummam aquam, vtpote pinguiores. Caro harum Truttarum ſolida eſt, rubicunda, ſaporis optimi, & quę ad Carpionis Benaci naturam accedat: aliquando tamen præ nimia pinguedine, nonnihil faſtidij mouet, vt & Salmonum, quamobrem modicè ſumenda, qui ſanitati ſuæ conſultum volet. Iouius author eſt, mortuum hunc piſcem pauciſſimis horis ſummam illam ſaporis gratiam amittere, quoniam ob pinguem illam teneritudinem quàm ſæpiſſimè computreſcit. Qui delicias quærunt, pinnas eius & ventriculum ſeu inteſtinum ſuperius prę cipuè appetunt. Idem author iſtiuſmodi Truttas pinguiores, vt ſunt Larianę, multo ſucco replere ait corpora genitalemq; humorem copioſè ſuggerere dici, ægris tamen euidentiſsimè nocere, vtpote tardè laborioſeq; in ſtomachis atteri & ſecerni: contrà fluuiales Truttas medicos blandiores ægris non dubitare apponere. Coqui autem conciſas in tabellas in lebetibus lapideis, ſimplici in aqua ſale indito, aliaq; ſubinde accerſita condimenta penitus aſpernari. Muſco enim quodam pruinę ſimili paulò pòſt ſponte emiſso rubentes pulpas protinus effloreſcere, ita vt cùm refrixerint, multò gratiores eſſe videantur. Morum tamen nobilem paraſitum, Truttam cubitalem in præpinguis capi iure coquendam cenſuiſſe. Mangoldus referente Geſnero Truttæ elixandæ fruſta macerari iubet prius per dimidium horæ in frigida fontana aqua: deinde in feruens vinum æquali aqua dilutum iniectas coqui. Spinam dorſi & caudam aſsas, vel principum menſis inferri.

*Quando ſapidiores.*

*Caro qualis.*

*Cur facile putreſcat.*

*Infalubrius.*

*Apparatus.*

G

H

DE CAR

Digitized by Google

A

# DE CARPIONE Cap. L.

## SYNONYMA. ETYMVM.

HIC quoque qui ſit apud veteres, ignoratur. Circa lacum Benacum, in quo ſolummodò reperiri eum aiunt, Carpione appellatur, à carpendo auro, vt nonnulli volunt. Aiunt enim auro veſci. Sic inter Pierij Valeriani poëmata in argumẽto in Carpionis fabulam, in qua fingit Catulli poetæ per Benacum nauigantis poëmata intidiſſe in aquam, legimus; *Nominis ratio.*

*Membrana namque piſcium id genus paris.*
*Rament a in auri transferuntur litera:*
*Cognata quæ eſſe conſcij piſces ſibi,*
B *Sola illa deinceps deſtinarunt carpere,*
*Vnde hæc ſecuta Carpionum nomina.*

Cæterùm aurum è loculis eorum qui veſcuntur his piſcibus, conſumi veriùs dixerimus, nam vt palato ſuo gratificentur, nec auro, nec ſumptibus parcunt: ſuntq; qui ablata priori ſyllaba Pione vocatum fuiſſe inquiant, ac tandem Carpione, propterea quòd quidam cum piſcem ediſſet, carẽque ſupputanti ſoluiſſet, carè ſe Pione ediſſe diceret. Fracaſtorius verò in ſuo Carpione aliam adfert etymologiam, à Carpo nauta, à Saturno Benacum traiecturo, quòd aurum ipſi extorquere vi conaretur auxiliantibus ſocijs, in Carpionem cum eis immutato.

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

LAcuſtri potiſſimùm Truttæ congener ſtatui poteſt, nam & corporis figura, partium numero & carnis ſubſtantia ei ſimilis eſt: punctiſque ſimiliter nigris notatur, ac denique pinnulam dorſi poſteriorem mollem, vt illa habet, quam pictor in noſtro reliquit. Euidentibus tamen *Vt Trutta lacuſtri ſimilis & diſſimilis.*
C ab ea interſtinguitur notis. Prominentiori enim roſtro, maioribus oculis, candidiore & turgidiore ventre, ac nigricantiore dorſo eſt: magnitudo Truttæ lacuſtri duorum triumue plerumque cubitorum, cum Carpio pedem excedere nunquam viſus ſit. Dentes habet non in maxillis ſolùm, ſed etiam in palato & lingua. Squamis tegitur tenuibus. Ventrem habet candidum atque argenteum, dorſum ſubnigrum. Qui à nobis exprimitur, lateribus ferè eſt rubicundis, intenſiùs verò rubet linea corpus diuidens. Ventre pinniſq; candicat, Tergus ad cæruleum inclinat. *Dentes. Squamæ. Color.*

## LOCVS. NATVRA.

SOlus Benaci lacus alumnum eſſe omnes aiunt; negatq; Petrus [a] Bembus alibi capi, hunc quepiſcem capere atque cognoſcere Friderico Imperatori voluptati fuiſſe. Atqui Saluianus reuera reperiri naſciq; aſſerit in paruo & limpido lacu, haud procul ab Aluito Campaniæ oppido exoriente (vulgò il lago della poſta appellato) ex quo Fibrenus fluuius exoritur: eſſe tamen Benacinis minores, & vix libram vnam implere. Profundiora aquæ loca amat. Piſciculis veſcitur & quibuſdam lacus recrementis. Bellonius phryganij edacem eſſe tradit. Auro veſci paullò antè negauimus. *[a] lib. 1. Hiſt. Venet.* *Cibus*

D

## VSVS IN CIBIS.

TAnti faciunt (inquit Rõdelet.) piſcem hunc Itali, vt vix vllum alium vel marinum, vel fluuiatilem cùm eo conferendũ putent. Et eſt reuera piſcis bonus, carne duriuſcula, ſiccaq; minimè glutinoſa, rubeſcente, denique omnino Truttis vel Salmonibus ſimili. Quę cùm ita ſint, iure omni meritò inter ſalubriores etiam connumerabitur ſiue aſsus, ſiue frixus, ſiue elixus fuerit, delicatiſſimus ſemper eſt. Verùm plus æquo ſeruatos cõtabeſcere & deteriores fieri aiunt, id quod & multis alijs piſcibus accidit, maximè ijs qui delicatiore & friabili ſunt carne: quamobrem Benaçi accolæ, in ſartagine frixum, foliis inuolutum, aceto in quo aromata prius ebullierint, irrigatum per proximas vrbes circumferre, quem condiendi modum vulgus ab hoc piſce acarpionare, alij amarinare nuncupat. Platina ſpinam in capite gerere ſcribit pernitioſam, eamq; inter edendum cauendam: cuius tamen apud alios nulla mentio eſt. *Nobilitas.* *Apparatus.* *Ne citò putreſcat.* *Spina pernitioſa in capite.*

DE LA-

Digitized by Google



Digitized by Google

A

# DE LAVARETO ALLOBROGVM.

## Cap. LI.

## NOMEN. ETYMVM.

EST apud Græcos Sium inter aquæ familiares herbis παρὰ τὸ σείειν dictum, id eſt, à concutiendo, quia quatitur, vacillandoque perpetuò concutitur prætenabentibus vndis, atque ſemper abluentibus, Laueris inde etiam apud Latinos nomen obtinens. Haud ſimiliter huic piſci nomen inditum, ablui enim ab aquis, omnibus commune, ſed quòd nunquam ſordidus ſit, ſed bene ablutus, ob munditiem & candorem hoc nomen habere videtur, inquit Rondeletius.

*Sium ſiue Lauer.*

*Nominis ratio*

B

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

BEllonius ex Truttarum genere eſſe ait, at Rondeletius, Salmonum, Truttarumq; generi adiungendum eſſe ſuaderet (inquit) pinnula illa dorſi poſterior adipoſa Salmonum & Truttarum generi propria, niſi multa alia reclamarent, vt oris conſtitutio Thriſſis quàm Salmonibus ſimilior. Os ſine dentibus, caput compreſſum, corpus maculis carens, caro mollis & candida. Quamobrem Lauaretum inter Salmones (Truttaſque) & Aloſas ambigere iudicat: Bellonius exactiſſimè delineauit his verbis: Piſcis Lugduni ſatis cognitus, Vmbræ ſimilimus, niſi ſimus eſſet, dentibuſque omnino careret: Biſulam (Bezolam) tamen vulgarem magis refert: ſed Lauaretus nunquam pedem excedit, neque craſſior eſt eo quod pollex & index capere poſſunt. Capite eſt oblongo, ſquamis tenuibus, albis, atque vt in Trutta paruis. Exiguam in tergore gerit pinnulam, duas ad ventris latera vtrimq; circa branchias, ac totidem ſub ventre ei oppoſitas, quæ tergoris faſtigium occupat: aliam quoq; paruam in eo interſtitio, quod eſt inter caudam & anum, quæ omnes nigricantes apparent. Linea à ſupercilio ſubrubra per latera ad caudam protenſa inſignis eſt: cauda bifurca, pinnaſque ad extrema nigris, fimbriatis ac laciniatis. Ventre ex laxo & prægrandi, vt Trutta. Hoc item à cæteris piſcibus differt, quòd nare eſt recurta, atque (vt in Harengis ac Lochijs) officulis quibuſdam prominentibus inſigni, labris nullum dentium rudimentum oſtendentibus, appendice glabra ac carnoſa caudæ inſidenti, in Vmbræ modum. Neque tamen dentibus caret: officula enim ad eius fauces atque œſophagi ingreſſum vtrinque conſpiciuntur, ſenis hinc inde denticulis, vt in Themolo, communita. Branchiæ illi ſunt vtrinque quaternæ ac ſimpliciſſimæ, quarum extrema, quæ capiti inhæret, reliquis fanè minor eſt, nullis in lateribus maculis eſt inſignitus, totumq; huius piſcis corpus dempto tergore argenteum eſt. Verumtamen ſi ad eius internas partes aduertas, coſtas quinque & triginta vtrinque connumerabis, carneſq; cor illi eſſe pallidum ac trigonum, pericardio incluſum: hepar album, vnius tantùm lobi, vt in Exocœto & Delphino, in cuius latere dextro fellis veſicula adfuta eſt. Lien à ſiniſtris apophyſibus & ſtomacho incumbit. Inteſtina nullas habent reuolutiones. Nam gula vſque ad ventriculi fundum deducitur, qui per piſcis longitudinem delatus, ac ſurſum quidem reflexus, duodenum parit adenibus ſuffultum, in cuius gibbo innumeræ apophyſes ſpectantur: ex quibus vena oritur, per quam ſanguis defertur ad hepar. A pyloro ſequitur aliud inteſtinum, quod nullis anfractibus circumductum, rectà ad anum tendit. Vuluam vtrinq; bicornem habet, tenuibus ouis conſpicuam. Cætera in congeneribus piſcibus deſcribentur. Hæc Bellonius, qui & alibi Lauaronum piſcem vulgò Romæ dictum, magnum habere ſcribit cum Lauareto fluuiatili (lacuſtri dicere oportuit) affinitatem.

*Inter Truttas & Salmones medium eſſe.*

*Vt à Vmbra differat*

*Caput.*

*Squama.*

*Pinna.*

*Cauda.*

*Venter.*

C

*Dentes.*

*Branchiæ.*

*Color.*

*Partes internæ*

D

Lauaretus Rond.



LOCVS

## LOCVS. PARTVS.

LAcuum Allabrogum (inquit Rondeletius) proprius eſt, vt Burgetij & Aequebeletij: nec vllus eſt, qui in Italia, Germania, Gallia, aut alibi vſpiam viderit. Atqui Bellonius non ſolùm ex ijs lacubus, verùm ex Lemano præterea ad ſuos adferri tradit. Autumno parit Rondeletio teſte.

## VSVS IN CIBIS.

*Nobilitas.* QVemadmodum nulli non piſcium anteponunt Itali ſuum Carpionem, ita quoq; hunc piſcem Allobroges, Galliæ principibus teſte Bellonio in magnis delicijs habitum, adeò vt regiorum œconomorum chartæ frequentem (inquit) Lauaretum deſcriptum habeant. Caro ei

*Caro qualis.* candida, mollis, ſuauis, minimè glutinoſa, boni ſucci, mediperuer nutriens.

Bezola ex Geſnero.



*Biſula.*

*Mugil lacuſtris.*

*Deſcriptio.*

*Caro qualis.*

## DE BEZOLA Cap. LII.

BEZOLAE nomine Sabaudis qui Lemanum accolunt vſitato, vſus eſt Rondeletius, inquit Geſnerus) Bellonius Biſulam ſcribere maluit. Vulgus circa Lauſannam Biſſole profert, vnde diminutiuum Biſſolete. Etymologiam neſcio. Si Bezolam ſcribas, accedit ad Germanicum Butz, quo ſpecies vna huius generis nominatur. Latinum aut Græcum nomen nullum inuenio, vt neque Italicum. Cephalum vel Mugilem lacuſtrem vel potiùs Leuciſcum Albulamúe lacuſtrẽ appellare licebit. Nam & noſtri ſpeciem vnam vulgò Albelen à colore vocant. Hæc nomina generis, ſi admittantur, ſpecies pro magnitudine diſtinguentur, magnæ, mediocris, aut paruæ differentia Albulæ adiecta: vel coloris vel præſtantiæ, vel nobilitatis. Hæc ille. Bellonius ſemel tantùm huius piſcis meminit, Lauaretum Biſulam magis quàm Vmbram referre inquiens. Sed Rondeletius exactiùs, vt Lauaretum (inquit) lacus Burgetius & Aequelebetius ferunt, ita Lemanus Bezolam vulgò dictam, non admodum diſſimilem, niſi quòd colore minus eſt cãdido ad cæruleum inclinante: roſtro acutiore, capite minore, ventre latiore & prominentiore. Nullum piſcem reperias, cum quo meliùs comparari poſſit, quàm cum Harengo, quem in marinis depinximus. Carne eſt molliore quàm Lauaretus, & ab eo ſaporis ſuauitate & ſucci bonitate, multum ſuperatur, nec in pretio habetur. Proprius eſt Lemani lacus. Pro icone quam Rõdeletius huic capiti præfixerat, non ſatis proba Bezolę piſcis, ex Geſnero repoſuimus aliam piſcis apud ſuos à cęruleo colore dicti, quòd eum à Bezola Lemani lacus nihil differre diceret. Admonet autem Geſnerus, pinnam, quæ à podice exit, in hac icone abundare.

DE FAR-

# DE ALBVLA PARVA VEL SIMPLICITER DICTA GESNERI. Cap. LIII.

## NOMEN.

Albula parua.



TOTI omnes lacuſtres piſces albos (inquit Geſnerus) communi nomine Albulas nominare nobis vſum ſit: hunc tamen priuatim Tigurini mei Albulam indigetant, in Albele, quare nos etiam vel ſimpliciter ſic vocabimus, vel paruæ diſcrimen adijciemus. De minima quidem proximè dicetur. Sigiſmundus Gelenius aliquando ad me ſcripſit Albulam (ſic appellans, haud ſcio an diuerſum piſcem) Illyricè dici Bila ryba. Nondum adultæ vt Bezolæ quoque, communi nomine Migling dicuntur. Alius eſt piſcis Albur in lacu Lario, & qui apud Sabaudos Able dicitur. Alburnum Auſonij Gallis Able vocari, piſciculum minimum, de quo ſuprà ſcripſimus, Rondeletius & Bellonius authores ſunt. *Nominis ratio.*

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

SVnt qui putant Albulam noſtram non ſui generis piſcem eſſe, ſed Albulam ſiue Bezolam cæruleam ſecundo tertioué ſuę ætatis anno ita vocari, quibus piſcatores noſtri contradicunt: quòd cęruleos obſeruarint ſecundo etiam ac tertio anno forma coloreque à genere Albularum (de quibus hîc loquimur) differre. Cognatus eſt hic piſcis cæteris lacuſtribus albis. Nam & ſpecies & ſapor ferè omniũ non diſſimilis eſt. Albula magis quàm Bezola albicat: cauda tamen & reliquæ pinnæ, præter eas quæ iuxta branchias ſunt, nigricant in extremitatibus. Dorſo color glaucus: alicubi tamen purpurei quiddam & cærulei mixtum videtur. Caput ex glauco cæruleum. Inter caput & dorſum color viridis, ceu gemma relucet. Branchię ei quaternæ. Hyeme aliquando memini videre me hunc piſcem ſquamis per latera exaſperatum, eminentibus per ſingulas ſquamas veluti tuberculis. Aiebant hoc indicium eſſe recentium & viuarum. *An piſcis ſui generis.* *Color.* *Squamæ.*

LOCVS.

Digitized by Google

# LOCVS. MORES. VSVS IN CIBIS.

*Quando & vbi capiantur.*

CApiuntur Albulæ in ſumma parte Tigurini lacus, iuxta locum quem Buchberg vocant, diebus ferè quatuordecim poſt diem diui Martini, & ad oppidum Rapperſuillam circa ipſum diui Martini diem. A partu in lacum noſtrum deſcendunt (ſed non tam procul vt cæteræ Albulæ) vſq; ad ver: deinde rurſus aſcendunt tota æſtate vſque ad diui Martini diem. Capiuntur etiam in Gryphio agri Tigurini, multò maiores quàm in noſtro, & in Haluillenſi & Bernenſi agri. Auguſto & Septembri menſibus præcipuè laudantur, quòd ſuauiores eo tempore ſolidioreſq; ſint. Poſtea cuim pariunt, & mollior earum caro fit, & ſuccus in fœturam conſumitur. Hæc omnia Geſnerus.

*Quãdo melliores.*

Albula minima Geſneri.

# DE ALBVLA MINIMA EIVSDEM. Cap. LIV.

## NOMEN.

*Halecula.*

ALBVLAM minimam hunc piſcem voco (inquit idem Geſnerus) quem noſtri Hagele vel Hagling, quaſi Halecculam appellant. Friburgi Heluetiorum (vt audio) Pfarren, Lucernæ Nachtfiſch, quòd noctu ferè irretiatur, vt quidam putant. Sed mihi piſcator Lucernenſis affirmauit, Nachtfiſch vocari Albulam cæruleam anno primo, cùm circa diem diui Ioannis æſtate iam ad digiti longitudinem excreuit.

## FORMA. DESCRIPTIO.

ALbula minima, tota ſpecie accedit ad illam quam proximè Albulam paruam nominaui, ſed plerunq; minor eſt, & in capite minus viridis. Si piſcem erectum inſpicias per dorſum, aliquid coloris purpuraſcentis in lateribus apparebit. Branchiæ ei quaternæ ſunt, pinnulæ albent. Ore aperto ſuperioris mandibulæ extremitas deorſum tendit. Os habet longiuſculum, dentes nullos.

*Color.*



F G H



Digitized by Google

# LOCVS. NATVRA. CAPIENDI RATIO.

IVſio coeunt. Noctu tantùm capiuntur retibus ad paſsus quadraginta aut quinquaginta demiſſis. Cùm cœlum ſerenum eſt, altiùs deſcendunt, cùm nubilum, aſcendũt. Denſiſſimis gregibus præ cæteris Albulis capiuntur, non paſſim in lacu noſtro, ſed maximè à pago Vædeſuilla, vſque ad inſulam & verſus alteram ripam à loco Surenbach vſq; ad arborem longam. Diebus quatuordecim ferè à natali Domini capi incipiunt & immixtæ eis Albulæ cæruleæ aliquot, & mox expirant.

# VSVS IN CIBIS.

B CVm capta mox expirent, vt recentes habeantur, matutino tempore potius ad prandium coemuntur, & aſſi in craticula quàm calidiſſimi à gulonibus deuorantur, qui eam ob cauſam non vniuerſos, ſed paulatim alios aſsari iubent, vt ſtatim aſsumptis prioribus, feruidi poſteriores menſis afferantur. Embamma additur exaceto, ſapa, pipere ſale & porri aut cepæ folijs conciſis. Placet item recens in iure albo frigido, apio copioſè inſperſo, maximè per menſem Decembrem. Sale item conditus infumatuſq; commendatur. *Apparatus.*

# DE ALBO SALVIANI VEL CAPITONE LACVSTRI GESNERI. Cap. LV.

## NOMEN.

C SVM hic piſcis locis pleriſq; (inquit Saluianus) Alba vulgò vocetur, à Pet. Gyllio Auſonij Galli Alburnus creditur. (Atqui P. Gillius Alburnos non quos Itali, ſed quos Galli vulgò Ablos vocitant, eſſe iudicat. Verùm Auſonij Alburnus fluuiatilis eſt, cùm Moſellæ tantùm fluminis piſces ab eo deſcribantur: hic verò noſter, lacuſtris. Quod ſi aliquis alicubi in fluminibus etiam eundem reperiri obijciat: ſicut id fieri non poſſe, non contendimus: ſic cùm in Moſella (vt a quamplurimis illorum locorum accolis accepimus) non reperiatur, Alburnus eſſe non poterit. (Poſt hæc coniecturas ſuas profert, Alburnum Auſonij eum eſſe piſcem quem Galenus Leuciſcum vocarit, eundemq; Squalum eſſe, quam opinionem ſuprà refutauimus. Et mox ſubiungit.) Hunc igitur piſcem noſtrum, vulgò loquentium more Album, & non Alburnum, vocandum cenſemus, etſi ſub piſcis icone inciſoris incuria Alburnus nomen excuſum legatur. (Atqui idem error in tabulis eius piſcatorijs legitur.) eiuſque antiquorum Græcorum, Latinorumue neminem, mentionem feciſſe ſcimus.

# FORMA. DESCRIPTIO.

D ALbus quamuis Squalo Alburnoue appellato piſci perſimilis ſit, ab eo tamen cuidẽtibus quibuſdam notis facilè internoſci poteſt. Primùm enim etſi vterq; latitudinis ratione oblongus appareat, eâdem nihilominus vtriuſque exiſtente latitudine, Albus paullò longior Alburno conſpicitur. Deinde roſtro acutiore, oculis maioribus ac dorſo magis repando Albus eſt. Namcum Alburni ſenſim atque modicè, Albi repentè ac plurimum à capite extuberat dorſum. Pinnarum autem tum in lateribus, tum in dorſo ac in imo vẽtre exiſtentium, ſitu ac numero ei cum Alburno conueniente, earundem colore ab inuicem diſcrepant: ſubnigras enim Albus: ſubrufas verò Alburnus eas habet. Poſtremò amplioribus ſquamis Albus tegitur: ventreq; atque lateribus, æquè atque Alburnus candidus atque argenteus eſt: capite verò ac dorſo magis quàm ille ſubuiridis. Magnitudine non differunt. Vti enim Alburnus, ſic & Albus pedalis, frequens: bipedalis verò aliquando tantùm reperitur. *Vt à Squalo differat.* *Magnitudo*

# LOCVS.

LAcuſtris piſcis eſt Albus, non tamen in lacubus omnibus, aut eorum quàm plurimis, vt Tinca Lucius, Squalus ac Barbus, ſed eorum nonnullis ſolùm reperitur. In Traſymeno enim lacu, vbi etiam Albo vulgo vocatur, frequens ſatis in fine veris capitur. In fluminibus eum reperiri huc vſque non obſeruauimus: eſtque aduertendum, ne quiſpiam eum in fluminibus etiam reperiri contendens, Squalum pro Albo nobis oſtendat. In mari nec naſcitur, neque ex lacubus fluminibuſue ad id deſcendit.

*Non vbique reperiri.*

# VSVS IN CIBIS.

DVram carnem habet Albus, & propterea ægrè coquitur. Inſipidus adeò eſt, vt piſcium ferè omnium iure viliſſimus cenſeatur. Nec enim vlla condiendi ratione ſapidus effici poteſt. Torrefactus tamen paulò minus ingratus eſt palato, ſolumque in aliorum piſcium penuria eo veſci ſolemus. Hucuſque Saluianus.

*Apparatus.*





DE TAR-

# DE FARRA, VEL PALA VVLGO DICTO. Cap. LVI.

Farra vel ferra vel Pala.



EST & piſcis Lemani lacus proprius (inquit Rondetius) qui ab accolis la Farra, vel Ferra, vel Pala dicitur: Lauaretos vel Thriſsas referens, magnitudine cubitali, ore paruo, ſine dentibus, vt in Thriſſis, colore cinereo, corpore depreſso & lato, ſquamis, pinnarum ſitu & numero Lauaretis ſimilis, linea à branchijs ad caudam recta & candida ducta eſt. Pinnulam dorſi mollem pinguemque habet, caudam latiſſimam. Carne eſt candida & ſuaui, quæ Lauaretorum Truttarumque carni non cedit. Æſtate & autumno capitur, hyeme in altis gurgitibus latet. Sale conditur, & ſeruatur in hyemem. Sicille. Cæterùm monendus eſt lector in Rondeletij codicibus diuerſum piſcem, quem in Lemano Vangeronem vocant, huic capti haud rectè per librariorum incunam præfigi. Ego pro Rondeletij icone hanc è Lemano lacu acceptam dedi. Tincæ ſpeciem diceres, niſi color obſtaret, qui ferè fulcus eſt.

*Deſcriptio.*

*Caro qualis.*



Digitized by Google

# DE PIGO. Cap. LVII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

*Nominis ratio.*

PRÆTER Plinium, ex veteribus neminem huius quoque piſcis mentionem facere & Saluianus & Rondeletius aiunt, Pliniumq; ipſum, cuius verba mox recitabuntur, nullum tamen proprium nomen impoſuiſſe. Circa Verbanum Lariumq; lacum Pic, alijs Pigo, alijs Picquo nominatur, quòd clauis ſiue aculeis, vt conijcit Geſnerus, ſuis pungat, quaſi Picum. Nam & aui pico à roſtro pungenti (inquit) nomen eſſe factum arbitror, Rondeletius & Saluianus vulgarem nomenclaturam expreſſuri Pigum nominarunt: ille item Cyprinum clauatum, tùm quod ex Cyprinorum genere eſſe videatur, tùm quòd clauos habeat è medio ſquamarum eminentes: Albertus citante Geſnero Vergiliades hos piſces dixit, quoniam, vt modò dicetur ex Plinio, Vergiliarum ortu apparent. F

*Cyprinus clauatus.*

*Vergiliades.*

## GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

*Similem eſſe Cyprino.*

*Deſcriptio ex Saluiano.*

RONdeletius ex Cyprinorum genere eſſe oſtendit, inquiés: Cyprino ita ſimilis eſt, vt demptis aculeis Cyprinum eſſe affirmes. Eſt enim eodem corporis habitu, pinnas totidem eodem in loco ſitas, os, oculos, palatũ eodem modo camoſum, interna omnia ſimilia habet. Vita item, moribus, ſapore, ſucco Cyprino ſimilis, niſi quòd paullò melior eſt. Saluianus diligenter ſic deſcripſit, Pigus piſcis capite eſt rotundo: roſtro obtuſo, nec admodum extento, ore mediocri & edentulo. Branchias habet vtrinq; quaternas, & iuxta eas, pinnas binas, vtrinq; vnam: aliaſq; duas in imo ventre, caudæ magis quàm capiti vicinas. In dorſo ferè medio vna haud magna, nullis aculeis armata reperitur: Imo ventri prope caudam alia vna etiam minor hæret. Cauda ipſa in falcatam pinnam deſinit. Totius figura ni paululo longior eſſet, ouata cenſeri poſſet. Squamis magnis tegitur, ex quarum medio albi & pyramidati aculei, in fine veris & ineunte æſtate, enaſcuntur. Quibus cùm primis quadraginta æſtiuis diebus horreat, æſtate procedente imminuuntur primùm, demumq; prorſus delitescunt. Quapropter primis illis æſtiuis diebus demptis, reliquo anni tempore prædictis pyramidatis aculeis omnino caret: vnde cùm * Plinius ſcribat: *Duo lacus Italiæ in radicibus alpium Larius & Verbanus appellantur, in quibus piſcis omnibus annis virgiliarum ortu exiſtunt ſquamis conſpicui crebris atq; præacutis clauorum caligarium effigie, nec amplius quàm circa eum menſem viſuntur.* Dubio procul Pigum piſcem, etſi innominatum eum relinquat, deſcribit, cùm is (vt infrà monſtrabimus) Larij & Verbani lacus alumnus ſit, & (vti diximus) in prima æſtate (quo quidem tempore vergiliæ exoriuntur) eius ſquamæ parte media, clauorum caligarium inſtar, præacutæ fiant. Habent enim caligares claui, qui à caligis militaribus, quibus ſuffigebantur, dicti ſunt, pyramidata capita. Eiuſmodi autem aculeos, ſicuti Maio & Iunio tantùm menſibus, in dorſoq; ſolùm & lateribus, & non in ventre, Pigo enaſci aſſeuerant omnes, ſic non fœminas, ſed mares tantùm inhorreſcere, teſtantur nonnulli. Venter ex albo languidè rubet: tergus ex cæruleo nigricat. Quod ad interanea attinet, nil habet præ cæteris piſcibus peculiare atque animaduerſione dignum. Cùm maximè excreuerit, quinas aut ſenas libras non excedit. Hæc ille. G

** lib 9. cap. 18. Plinium Pigi meminiſſe*

*Claui caligares.*

*Color.*

*Magnitudo*

## LOCVS. H

PIgus (inquit idem Saluianus) ſolius Larij atque Verbani lacus accola eſt. Nemo enim in alio lacu flumineue eum reperiri hucuſque (quod ſciam) animaduertit. Et licet frequentiores in prima æſtate, cùm clauis illis caligaribus inſigniti apparent, in ijs lacubus capi ſoleant, reliquis etiam omnibus ferè anni temporibus, in eiſdem etſi non æquè crebrò, capiuntur. Nec ob hoc, Pigos, eos piſces non eſſe, quorum Plinius ſuprà citato loco meminit, ſuſpicandum, propterea quòd ſcripſerit Plinius, eos in illis lacubus, omnibus annis Vergiliarum ortu exiſtere, nec amplius quàm circa eum menſem videri: quando his poſtremis verbis, non ſimpliciter & abſolutè, ſed ſolùm ſquamis illis crebris atque præacutis, clauorum caligarium effigie conſpicuos, non amplius quàm circa eum menſem videri eos piſces teſtari credendus ſit Plinius. Quod ſi alicui magis quàm par ſit, verborum obſeruatori hæc noſtra expoſitio haud quaquam Plinianis verbis aptari poſſe videatur: dicemus Plinium

*Plinius explicatus.*

Digitized by Google



nium (ea ratione deceptum, quòd alijs temporibus rariùs atque absque illis clauatis squamis hi capiantur pisces) non ampliùs quàm circa eum mensem, eos videri, falso testatum reliquisse.

## NATVRA. MORES. PARTVS.

VIta, moribusque Cyprino similem esse paullo antè ex Rondeletio dicebamus. Saluianus Maio mense parere ait, circa lacus litora.

## VSVS IN CIBIS.

SApore etiam, & succo Cyprino quidem similem idem Rondeletius esse ait, paullò tamen meliorem. Saluianus verò carnem ei tribuit teneram atque sapidissimam, ideoque cum optimis quibuscunque dulcis aquæ piscibus conferri posse & maximè in æstatis principio captum; hoc enim tempore nulli piscium esse secundum, & quouis denique modo conditum, probè semper sapere. *Caro qualis.*

## DE SARACHO. Cap. LVIII.

## SYNONYMA ETYMVM.

SARACHVS vulgò Græcè, (potissimùm apud Epirotas quos vulgus nunc Albanenses vocat,) nostris ichthyopolis Sarachinus, ab Insubribus Acone & Aquone nuncupatur. Qui sit apud antiquos, cùm difficile sit iudicare, recentiores ex vulgari Italico Latinum nomen confinxerunt, Bellonius Agonum, Paulus Iouius & Saluianus Aconem, Fracastorius & Benedictus Iouius in erudito suo carmine quo Larij siue Comensis lacus pisces descripsit, Aquonem, addita etiam nomenclaturę ratione, hoc versu: *Aquo cur dicatur.*

*Mollis Aquo vitam qui solùs ducit ab vndis.*

Quasi ab aqua nomen habeat, quod illa ad vitam adeò necessaria sit, vt ab ea semotus celerrimè omnium extinguatur: quæ tamẽ etymologia quibusdam improbatur: conijciq; Gesnerus nomen illud potius assecutum ab ossi-

culis illis acutis,quæ aſperam ſpinoſamque in ventre eius lineam conſtituunt, & veluti acus quidam E
(inquit) ſunt:nec propterea referre exiſtimat Aconè an Aquo ſcribatur,cùm & aquifolia ilex ab acutis folijs, aquila ab acumine vnguium roſtrique aut viſus dicantur, & coquus aliter cocus ſcribatur
*Chalcis ſiue Aerica Ariſt.* Rondeletius Chalcidem, quem Theodorus Aericam reddit, Ariſtoteli vocari autumat, cæterùm opinionis ſuæ rationem nullam affert, ſolumq; oſtendit Chalcidem lacuſtrem vel ſaltem dulcis aquę piſcem eſse, non marinum vt Oppiano. Apparet autem ita ſenſiſse Rondeletium ob maximam huius piſciculi cum Gallorum Celerinis quos Chalcides eſse Bellonius voluit,ſimilitudinem, vnde etiam Aco noſter Lugduni & alicubi etiam Celerin nuncupatur. Nec alius eſt qui alicubi in Italia Sardanella vocatur a maxima cum Sardinis ſimilitudine.
*Sardanella.*

# GENVS. DIFFERENTIÆ. LOCVS. FORMA. DESCRIPTIO.

*Magnitudine differre* IN quibus lacubus capiantur,quotque ſpecies ſint horum piſcium,indicauit Bellonius inquiens: F
Tres ſunt apud Inſubres lacus,in quibus piſcem vulgari Mediolanenſium idiomate Agonũ nominatum capiunt, varium quidem eum: Larius enim lacus, qui hodie Comenſis cognominatur, Agonos educat exiguos ac magis populares, Sardis ſimiles, dempto quòd ventre ſunt latiore: neque aliò quàm Mediolanum tranſferuntur,aut ſaltem rarò Mantuam prætergrediuntur. Eos dolijs muria conditos adſeruant, quanquam etiam mediocriter ſicci ſine muria comperiantur. Verbanus lacus, quem lacum maiorem cognominant,multò maiores Agonos quàm Larius educat. Indiginæ vrbium,quæ ad eius litus ſitæ ſunt,Aronan, Palencza, Cornobio, Locarna & Eugudre vocatos piſciculos magno prouentu capiunt, media magnitudine inter Larios & eos ex lacu Luganæ, quos Indiginæ vrbium nominant Campignon & Buiſson. Benacus autem lacus magnitudine inſignes Agonos profert. Sed nec Verbani aut Benaci Agoni muria condiri ſolent, vt minores. Hæc ille,
*Sarachi differentia.* & mox rurſus de Saracho, duæ (inquit) treſue lacus ſunt in Epiro, in quibus Sarachi capiuntur, quos vbi ſale condierint, exiccauerint, & fumo infecerint, Venetias, Anconam & aliò nauigijs tranſuehunt. Quorum eos maximè in pretio habere ſolent, quos de la Boiane huius nominis flumine ac lacu cognominant. Horum verò duo comperiuntur genera, alterum minus, alterum autem Clupeæ ferè magnitũdinis. Minores Sarachi quadrante longiores non ſunt, maiores pedalem implent G
longitudinem. Ambo eadem linea ſub ventre præditi ſunt,qua Clupea inſignita eſt. Cæterùm Agoni omnes (inquit idem Bellonius) ſquamas habent leui contactu decidentes, tenues, latas & tranſparentes: corpora argenteo colore nitentia, ſed parum nigricant in tergo. Deſquamati ſuper argentum terſiſſimum refulgent. Oris rictum habent grandiuſculum ſine dentibus: pinnam in tergo ſimplicem, paruam, duas in lateribus ſub branchijs, quarum omnium exterius tegumentum ſpineum
*Color.* in medio crenatum eſt. Oculos valdè grandes proferunt, caudam in penicilli modum diſciſsam. Vtrinq; nonnunquam lituris duabus,rotundis,ac nigris,interdum pluribus ſuggillatur in tergo. Lineam ſub ventre habent ſerratam,ad anum deſinentem, quam ſi digito in aduerſum confrices, cultri modo acutam percipias. Branchias habent vtrinq; quatuor,interna parte veluti fimbriatas,quod etiam Harengis,Celerinis & id genus piſcibus accidit. Cor vt ſemen cicerculæ trigonum inter anteriores pinnas ſub branchijs occultatum. Hepar ſubrubrum ſiniſtro ſtomachi lateri & œſophago incu-
*Partes interne.* bans, ipſumq; pylorum amplectens. Stomachi figura in conum turbinatur, à cuius ſuperiore parte pylorus exit, multis apophyſibus cæcis ac longis circundatus. Lien dextræ ſtomachi parti, inhæret ru- H
ber, à pyloro inteſtinum non reflectitur,ſed rectà ad anum tendit. Triginta ſub ventre officula acuta,aſperam in hoc piſce lineam conſtituentia, connumerare potes. Hæc omnia itaque Bellonius, quibus addi poteſt hoſce piſces ita pingueſcere referen-

Chalcis Rondel. Aquo vulgò.



*Multum pingueſcere. Liparis.* te Rondeletio, vt cùm in craticula aſsantur, pinguitudo veluti oleum deſtillet, adeo vt ab hac pinguedine, ſint qui Liparim appellent.

PARTVS

B

## PARTVS. NATVRA. MORES.

SAluianus Acones fœminas ouis grauidas, maribus ſemine refertis conſequentibus ad ſaxoſa litora Maio menſe aduatare tradit,ibique illas parere ſua oua,hos ſuo ſemine fœcundare,moxque puſillos inde procreari piſciculos, qui intra paucos dies ad digiti augeantur magnitudinem,tuncq; vulgò Anteſitos vocari. Idem etiã piſces ait eſſe timidos,ideoq; vel à quauis leui atq; tremula vmbra perterritos, trepidos aufugere: ſimplices etiam eſſe atque omni aſtutia carere, atque adeò temerè in retia incidere: gregatim viuere,& non niſi denſo agmine natare, quaſi ita tutiores ab iniuria & violentia maiorum piſcium reddantur. Cyprinos enim, Lucios & præ cæteris Truttas,eos tanto impetu inſectari, vt aliquando plura eorum millia inſequentem inimicum per lacum longo tractu pauidè fugientia,iucundum intuentibus ſpectaculum,lucroſam verò piſcatoribus occaſionem præbeant. Nam non ſolùm eo tempore innumeros ita perterritos Acones, ſed vnà aliquas etiam maximas Truttas capere. Ait item ipſos Acones carniuoros eſſe, pulicesq; aquaticos venari. Piſces minimè viuaces eſſe, atque aqua exemptos mox emori, id quod nos quoque ſuprà ex Benedicto Iouio quem & ipſe citat,diximus, piſci tamen inde nomen eſſe negauimus.

*Anteſiti.*

*Quando copiosè capiãtur.*

*Viuacitas.*

## VSVS IN CIBIS.

PAulus Iouius Laccijs id eſt Aloſis ſapore perſimiles eſſe ait,vêre quidẽ graciles, autumno autem quàm optimos. Saluiano quoq; haud ignobiles piſces ſunt, & præſertim Iulio, Auguſto, Septembri & Octobri menſibus:hocq; tempore teneriores & pinguiores factos,multò etiam ſuauiores eſſe tradit: haud facilè concoqui,craſſiuſculum ſuccum gignere,& mediocriter nutrire: recentes variè apparari, in ſartagine enim oleo optimo frixos, minoreſq; aurantij mali ſucco, maiores verò aut ſapa, aceto,oleo,vino, aromatibuſque aut omphacio,cui commiſtum ouum ſit conſperſos, comedi ſolere. Nonnullos paullò adhuc grandiores,(vti ij [inquit] ſunt quos vulgò Agoni de Rozoli appellãt, propterea quòd quodam retis genere,vulgò Rozoli vocato, in medio lacu capiantur.) tum in aqua,oleo,olentibus herbis atq; aromatibus iectis,elixos:tum aſsos crebroq; dum aſsantur,oleo & aceto cum ſaluiæ ramuſculo irroratos,parare. Verùm eorum præſtantiorem condiendi rationem, eam profectò eſse,quæ vulgò acarpionare ſiue amarinare dicitur, ita enim conditos non ſolùm ſapidiſſimos fieri, ſed in aliquot etiam dies conſeruari poſse. Ad nos Bononienſes niſi ſale macerati afferuntur, plebis ſolatia potiùs quàm ditiorum. Aiunt cùm ſaliendi cauſa exenterantur,ex interaneis oleum ad lucernarum vſum colligi.

*Quãdo meliores.*

*Apparatus.*

*Olei vſus.*

## DE SCHILO SIVE NAGEMVLO GERMANORVM Cap. LIX.

ICONEM hanc Iulius Alexand. præſtantiſſimus Ferdinandi Auguſti Medicus,è Praga Bohemiæ Geſnero miſit, neſcio ex quo flumine aut lacu, nomine Germanico Schill vel Schilln adſcripto: & aliam eidem per omnia ſimilem Achilles Pyrmius Gaſserus [illegible] medicus clariſſimus,è lacu quodam Bauariæ, Nagmaul nomine adſcripto. Nagmaul (inquit Gaſserus) piſcis eſt in Ambronis lacu Bauariæ, qui rarò capitur, quoniam rarò altiùs natando euehitur. Longiſſimus vlnam æquat. Forma non diſſimilis eſt Lucio, niſi quòd in aqua ſubuiridis, extrà aquam verò dilutior appareat: oculis albicantibus, ore retrò iuxta maxillas minus lato. Squamarum magnitudine,ordine & aſperitate Percam refert. Pinnæ dorſi erectæ, aculeis tres ferrè digitis rigent. Præter dorſi ſpinam paucas alias & paruas habet. Parit Martio. In cibo quidem optimus eſt Maio & Iunio. Elixari, aſſari & fruſtatim conciſus etiam frigi ſolet. Pinguis eſt admodum, & carnem etiam coctus albiſſimam ſeruat. Hæc ille.

*Locus.*

*Deſcriptio.*

*Partus.*

Schillus

by Google

Schillus vel Negemulus Germanis dictus, ex Geſnero.



Finis Libri Quinti.

# VLYSSIS ALDROVANDI PATRITII BONONIENSIS. DE CETIS LIBER VNVS.

## ET PRIMVM DE IIS IN GENERE. Cap. I.

ANIMANTIVM sanguineorum, quæ reuera aquatilia sunt, alia Aristoteli pisces, alia cetos nuncupari, in exordio huius operis dictum est. De piscibus hactenus: ab iis ceti non mole duntaxat, siue corporis magnitudine differunt: nam sunt & pisces grandissimi (& cetis aliquot multò maiores,) ideoq; cetacei (κητώδεις ἰχθῦς) appellati: verùm quia propriè dicatum respirationi organum habent, pulmonem inquam, arteriamq; & collum, multasque partes alias cum terrenis quadrupedibus communes, quibus piscium propriè dictorum genus omne caret, renes videlicet, vesicam, testes, penem, mammas, ossa. Haud me latet interim ceti vocabulum cùm apud Græcos, tùm apud Latinos pro quouis cetaceo siue magnæ molis pisce vsurpari: [a] Homerus:

*Pi à piscibus differãt.*

*Cete dicuntur magni pisces.*

Δελφῖνας τε κύνας τε καὶ εἰροπόδα μεγάθοντα ἔλλοπα Κῆτος

[a] *Odyss M.*

Sic [b] Plautus cetum cum Trygone, Scombro, & molli casco nominans, peculiarem aliquem magnum piscem, ac potissim ùm Thunnum, quem cùm ad summum peruenit incrementum, cetum appellari, suprà ex Athenæo scripsimus, intellexerit potiùs quàm cetum aliquem propriè dictum. Apud Aratum quotiescunq; nominatur κῆτος, M. Tullius semper reddidit Pistrix, quo vocabulo indicari tradunt Grammatici marinã immensę magnitudinis beluam, cuiusmodi nempe Hesione & Andromeda expositæ dicuntur. Est etiam vbi κῆτος appud Oppianum pro specie peculiari κατ' ἐξοχὴν accipitur, Balæna fortè, nam & Festus, *Balænam* (inquit) *beluam marinam, ipsam dicunt esse Pistricem, ipsam esse & cetum.* Latini etiam sæpè beluas marinas dicunt, ab immanitate & magna cum terrestribus beluis similitudine, vt Rondeletius retur. Plinius quidem beluam simpliciter pro ceto dixit, Festus beluam marinam, Horatius beluam ponti, Ouidius feram; putauerim tamen ita potissimùm vocari ea cete, quæ homini sunt noxia, quemadmodum & Græci θῆρας & θηρία dicunt, cùm istiusmodi noxios siue cetos siue pisces, tùm & quadrupedes & serpentes. Vulgus nostrum Balænas, Hispani Valenas vocant, speciei nomine pro genere accepto; similiterque vtraque Germania atque Anglia Vvalvisch nuncupat.

[b] *Cetus quid Plauto.*

*Pistrix.*

*Cetus pro Balæna.*

*Cur beluæ marinæ dicantur.*

*Balæna.*

FORMA

# FORMA. DESCRIPTIO.

*Pelle.* CEtos omnes corio duntaxat integi Plinius tradit. Inuenio tamen apud Ariſtanum de rebus Indicis, Macedonibus dum è Meſambria Tocam nauigarent, Nearchum authorem eſſe, viſum cetum in litus eiectum cubitorum quinquaginta, corio ſquamoſo tam craſſo, vt cubitum aquaret, innatis ei oſtreis, patellis & algis multis. Dicendum itaque hunc cetum monſtruoſum fuiſſe, *Corij robur.* nam corio alioqui pleraq; cete integi certum eſt. Corium iſtiuſmodi robuſtiſſimum eſt, authorq; eſt Albertus lora ex eo fieri validiſſima, & quibus maxima pondera ſubijciuntur per cochleas: Colonię *Nerui.* autem ſemper venalia haberi. Simili duritie neruos eſſe ex hiſce quoq; Aeliani verbis manifeſtatur. *Circa Cytheram inſulam* (inquit) *cete predicant maiori granditate generari, eorumque neruos accommodatos eſſe ad conficiendas non ſolùm pſalteriorum & muſicorum aliorum organorum fidiculas, ſed ad bellica inſtrumenta ex his confecta chorda* (arcuum addit Gillius) *cenſentur optima.* Branchijs carere ſuprà *Fiſtula.* dictum eſt, earumq; loco pulmonem accepiſſe. Pulmonis cauda fiſtulam habent, (inquit Ariſtoteles) qua humorem quem in ore acceperint, reſpuunt: nam & humorem admitti neceſſe eſt, cum cibum in aqua ſubmerſum capiant & admiſſum emitti neceſſe eſt: nam branchiæ ijs quæ ſpirant, incommodæ ſunt, haud enim fieri poteſt, vt idem & branchias habeat, & ſpiret; ſed enim ijs ad reſpuendam aquam fiſtula data eſt, ne poſtpoſita id interciperetur à ſpina. Cauſa verò cur pulmonem hæc ha- *Cur pulmonem habeāt.* beant & ſpirent, quòd maiora animalia plus caloris ſibi requirunt, vt poſint moueri: quapropter pulmo ijs inditus eſt plenus caloris ſanguinei. Fiſtulam verò etiam ad reſpirationem datam eſſe, vel indè conſtat, quòd multò citiùs moriuntur ea obturata, quàm ſi os obturetur, id quòd in Delphino obſeruauit Rondeletius, ideoq; ichthyopolas cùm longiùs exportare volunt Delphinos & viuos ſeruare, in fiſtulam vinum inſtillare ſcribit: hoc enim fiſtulam non obſtruere, ſed per eam in os & ventriculum penetrare & diutius ſpiritus conſeruare. Plinius quoq; idem innuere videtur, cùm obturata fiſtula ocyus mori ſcribit. Vnde & Ouidius nares pro fiſtula dixit, loquens de Delphinis: *Et acceptum* [a] *lib. 9. cap. 6.* *paruis mare naribus efflans*. Nec aliam ob cauſam Plinius aliquando ora vocauit, [b] Cardanus oſcula. Eſt autem huiuſmodi fiſtula meatus ſiue ductus ab ima palati parte ad extimam perforatus, duplex, ſeptoq; diſtinctus, nariumque noſtrarum foraminibus ad palatum deductis quodammodo proportione reſpondens. In extima parte vnicum foramen apparet, figura C. literæ, in quo operculum eſt ex carne pingui fiſtulis impoſitum, quod eas aperit & operit. Non omnes verò ceti fiſtulas ha- *Fiſtulis qui careant.* bent, caret enim ijs Vitulus marinus, qui earum vice narium rimas habet. Ariſtotele [c] Plinioq; au- *Oris ſitus.* thoribus os ſubter eſt, ideoque omne reſupinati corripiunt eſcas, hoc eſt, minores piſces. Rationem [b] *lib. 9. hiſt. cap. 2. & 4. de part. cap. 13.* inquiunt eſſe, vt dum reſupinantur hæ beluæ, piſcibus quos captant, interea euadendi tempus detur quandoquidem pauci admodum alioqui ſeruarentur. Quamuis verò os ita ſitum non habeant ſed in promptu, ita tamen cibos corripere verum eſſe Rondeletius credit, tùm propter cauſas quas reddit Ariſtoteles, tùm propter longam oris ſciſſuram, & multùm infrà deſcendentem, ob quam ſi proni veſcerentur, cibos vix benè corriperent, ſed hinc & inde deffluerent, nec rectà in oris fundum, ac inde in œſophagum deferri poſſent. Dentibus quædam carent, quædam habent, quod Albertus *Dentes.* quoque meminit, eſtq; in ijs haud exigua diuerſitas, in quibuſdam enim ſerrati ſunt, in alijs plani, humanis quodammodò ſimiles, (quales inter alia rariora in muſæo ſtudioſis oſtendere ſoleo) in alijs *Pectines ex dentibus quales.* longi, atque vt in apro exerti, vt in ſuis quibuſq; locis manifeſtabitur. Cardanus tradit adinſtar eboris candidos eſſe, ſed in opere longè firmiores, vnde fit quòd pectines ſimiliaque inſtrumenta, eburneorum æmula, & candoris ſui in multam ætatem tenaciora, ex ijſdem præcipuè commendantur, tùm ob hoc, tùm verò maximè, quòd & leuiora ſint, exq; halitu hominis ſudorem minus concipiant, & ſi terræ allidantur, minus fracturæ ſint obnoxia. Moſcouitæ referente Matthia à Michou ex ijſdem dentibus (Morſs appellant) manubria & tenacula enſium, framearum, & cultellorum conficiunt, [c] *lib de Moſcouit. cap. 37.* ſicuti & Turcæ & Tartari, vt impetuoſiores ictus grauitate adiuuante impellant. [c] Idem Cardanus anteriores dentes latos eſſe ait, poſteriores verò acutos, redditque rationem, ne ſi anteriores acuti eſſent, hæreret cibus: in minoribus autem acutos eſſe propter imbecillitatem, ne videlicet effugiat præda, cetacea namque adeò robuſta eſſe, vt hoc periculo careant, rurſus poſteriores acutos eſſe, vt carnes promptiùs diuidant, quandoquidem magnis, atq; ideo duris piſcibus veſcuntur. Fœminæ *Mamma.* mammas habent, & lac, vt Ariſtoteles ſcribit: Meminit Rondeletius, in litore Aquitanico duos lactis cados è Balænę mammis eſſe detractos. Cur verò mammas genitaliaque habeant, caliditati eorum refert Cardanus præcitato loco. In ſumma ſi pedes haberent & aures (nam & hiſce teſte Ariſtotele *Auditus organum.* carent) nihil à quadrupedibus different. Audire autem cetos omnes certiſſimum. Huius tamen ſenſus organum nullum manifeſtum reperiri poteſt, ne in Delphino quidem, vt putat [d] Ariſtoteles. **At audire ſine meatu vllo parteq; huic rei deſtinata cùm nullum animal poſſit, per quam ſoni voceſque**

[d] *lib 4. Hiſt. ap. 8.*

ad ce-

A ad cerebrum perferantur, Rondeletius hac ratione impulsus cùm Delphini cranium diligentissimè contemplatus esset, manifestissimum audiendi meatum, qui ad cerebrum vsque patet, inuenit: è regione verò in viui Delphini capite foramen tam exiguum vt ferè oculorum aciem fugiat, statim post oculum: qui situs in causa (inquit) est, cur difficiliùs reperiatur. Sunt enim oculi & foramina illa in eadem ferè linea cum oris scissura. Idem Rondeletius odoratus instrumenta esse negat, foramina illa quæ ante oculos sunt narium loco, quoniam ad cerebrum vsque non permeant, sed partim obsepta & cœca mox desinunt, partim ad branchias feruntur: per hos tamen odori ad cerebrum aditus patere putat (licet sint cœci,) vt qui tenuioris essentiæ sit quàm humor. Pingui abundant plurimo, quod tamen nunquam concrescit, vt reliquorum piscium, sed vt oleum manet liquidum, quamobrem vsus eius in lucernis est: non concrescit autem, quoniam nimis dilutum est, ob multitudinem, alimentumque & locum, in quo degunt. Tantopere pingue scere, qui piscium carne aluntur, minus mirum videri potest, sed de ijs, qui aqua tantùm & spuma maris & alga nutriuntur, quique dentibus carent, non temerè miretur aliquis. Cæterùm si hic secum animo cogitarit (inquit idem Rondeletius,) vitam ociosam, corij densitatem, alimenti copiam, temperamentum, mirari desinet. Etenim animalia inertia pinguescere certum est, quod quotidie

B experimur in ijs, quæ eam ob causam angustis locis concludimus, vt in suibus & capis, & in his quæ hyeme latent, vt in gliribus & taſſis. Omnes autem ceti tardissimè ferè mouentur, ob corporis molem, & id modicum, quod tardo motu digeri posset, corij densitate præpeditur. Sic & in hominibus cutis constipatio, corporis constitutionem plethoræ similem efficit. Iam cùm voraci animali alimentum semper in promptu est, id ad saginandum corpus multùm confert. Exemplo sunt luxui & crapulæ dediti, qui obesi esse solent. His adde temperamentum calidum, quo quæ præditæ fuerint beluæ, atque adeò animantes omnes, pinguissimæ redduntur: quòd ad sanguinis copiam generandam sit accommodatissimum. Iam partes internas ex eodem Rondeletio referamus. Sub peritonæo partes quæ ad nutritionem & generationem conformatæ sunt ad quadrupedum terrestrium magis quàm ad piscium partes accedunt. Nam epiploum habent, sed minus pingue, quo ventriculus & intestina incalescunt & fouentur. Ventriculum magnum, cùm ad iustam magnitudinem accreuerint: in recens natis exiguus est, & geminus videtur. Eius fundo pancreas hæret, desinit in intestina, quæ in multos gyros conuoluuntur, eâdem ferè vbique crassitudine, præterquam in extremis, quæ medijs, paulò sunt latiora. Mesenterium vertebris annectitur, glandulas nigras, venas arteriasque intertextas gerens. Renes venæ magnæ trun-

C co, arteriæque magnæ per emulgentes annectuntur, sunt inter hepar & testes siti. Vrina per vreteras in vesicam percolatur: quæ terrestrium animalium vesicis similis sita est inferiore ventris parte. In ijs qui vtero adhuc gestantur, in vrachum desinit, per quem vrinam deponit in allantoidem tunicam ad diem vsque partus. Editi in lucem per pudendum vrinam sicuti terrestria emittunt, & per musculum sphincterem retinent. Vracho arteriæ vmbilicales adhærent, arteriæ magnæ inferioribus ramis insertæ. Vtrinque sunt testes oblongi, quibus præparantia vasa præposita sunt, infiniti scilicet venarum arteriarumque è magna vena & arteria ortarum ramuli, qui post varios & multiplices anfractus in epididymin inseruntur. Cùm enim magna sanguinis copia multo semini generando necessaria sit, quæ longo vasorum ductu ob spatij breuitatem transmutari & elaborari non potest, solerter admodum natura gyros illos vasorum constituit, vt illis, id quod longitudini deest, penetretur, & quibus singuli meatus capreoli intorti dependent, & in glandulosa corpora radici pudendi adnata desinunt, ex quibus meatu vrinario, neruo cauo genitale constat humano simile, cuius extremum foris propendet, in glandem tenuem linguis auium similem desinens, quæ præputio non omnino integitur, intus replicatum latet, ad Veneris vsum exeritur. Venas suas, neruos, arterias idem pudendum habet, ossi innititur, quod ossi pubis proportione respondet. Thorax costis veris ac mendosis, sterno, vertebris, musculis constat, cuius capacitatem

D pulmones magni complent, densiore substantia quàm in terrestribus: crassitudine & colore hepar quadrupedum referunt, tum ne aqua in rariorem substantiam altiùs penetrans eiici non posset, tum ne in magnis expirationibus, quibus in aquis ferè semper vti coguntur, tenuior substantia facilè disrumperetur. Hi in duas partes diuulsi sunt, parte inferiore adeò gracilescunt, vt membranam esse affirmes, vndiq; cor complectuntur pericardio conclusum, in medio thorace locatum, nulla in re porcorum cordi absimile: duos sinus, totidem auriculas, denique similia omnia habet. Ad hæc asperam arteriam, œsophagum, musculos & quæcunq; in terrestribus corporibus sunt, clauicula exempta reperire est. Caput cum vertebris articulatur. Cerebri dispositio diuersa. Nam in anterius & posterius diuisum est, non in dextrum & sinistrum, vt in homine. Neruorũ coniugationes ex eo nascũtur, plexus χοροειδὴς; in eo, rete mirabile, meninges duæ pro integumento. Vulua in fœminis ceruicẽ palmum vnũ longam habet: ea deinde in ramos duos distribuitur, veluti in quadrupedibus terrenis videre est, testes ad vteri cornua positi, pudendum inter vmbilicum & podicem. De enormi modò cetorum magni-

*Odoratus.*
*Pinguedo.*
*Cur tantopere pinguescant.*
*Plethoræ causa.*
*Partes internæ.*
*Intestina.*
*Renes.*
*Vesica.*
*Testes.*
*Pudendum.*
*Thorax.*
*Pulmo.*
*Cor.*
*Caput.*
*Cerebrum.*
*Vulua.*

magnitudine multa congerere possim, sed de singulorum mole singulis dicetur historijs. Rationem magnitudinis reddidit * Cardanus, inquiens: ob humidum & calorem & alimentum vbique fermè præsens, tum quia absque pedibus sustinentur, & grandia superant maris spatia absque labore, ideo maximi sunt pisces terrestrium animalium comparatione, auium autem longè magis. Nam finge vastum animal, & elephanto quadruplo maius, si esse potest in terra, nonne plurimo cibo indigebit, quo absumpto cogetur magnum illud pondus maximo incommodo alias quærere terras? Itaque facilè contracto morbo peribit, aut inedia, si sensim & lentè ex vna regione in aliam transierit: deinde etiam si tutò transeat, & absque labore, quis modus erit, ne hominum insidijs capiatur? Horum nullum est periculum aut incommodum in mari: nam neque cibus deesse piscibus nec transitus ex vna regione in aliam cum labore est, nec vllis hominum insidijs medio mari, etiam si monarcha imperet, subijci poterunt. Ob id igitur pisces maximi inter animalia, aues minimæ: terrestria magnitudine sunt mediocria.

*Magnitudo*
* *Lib. 10. de subtil.*

F

## LOCVS.

CEti ob maximam corporis molem, latissimis aquis indigent: quamobrem in fluuijs, stagnisq;, lacubus & paludibus nusquam, quin ne in omni mari reperiũtur: nullos enim dat Euxinum præter paruos Delphinos, vt præter Oppianum, alij quoque prodiderunt. In exteriore mari longè sunt maiores (vt & pisces omnes) quàm in interiore, vt apud Arrianum refert Nearchus. Pracipua verò æ immobili penè magnitudine adolescere eos scribit Plinius iuxta Cadaram rubri maris peninsulam ob loci quietem præcipuam. Vastum autem peninsulæ eius obiectu effici sinum, duodecim dierum & noctium remigio enauigatum Ptolomæo regi, quando nullius auræ recipit flatum. Ad litora aut minimè profunda loca aut breuia haud appropinquant, sed in alto versantur.

*Pili maiores*

## NATVRA. MORES. PARTVS.

CIrca solstitia maximè visuntur, inquit idem Plinius, addita ratione, quòd tunc illic ruant turbines, tunc imbres, tunc deiectæ montium iugis procellæ ab imo vertant maria, pulsataſque ex profundo beluas cum fluctibus voluant. Aliàs in fundo maris degunt ferè molis suæ pondere. Intra se generant, perfectumque animal pariunt; mammas (vt diximus) habent & lac, quibus catulos, interdum binos nutriunt. Hi teneri adhuc sequuntur matrem, quod visum esse à piscatoribus in diuersis maribus, Germanico, Anglico, Flandrico, Illyrico, atque alijs Albertus tradit. De partu ex [a] Plinio obijci potest, sic enim scribit: *Quæ pilis vestiuntur, animal pariunt, vt Prisles, Balæna, Vitulus*. Et [b] mox ibidem: *Pilo carentium duo omnino animal pariunt, Delphinus & Vipera*: quasi nulla ex ijs quæ pilo carent, pariant animal, præter Delphinum & viperam. Cæterùm cùm Mysticetus, Turſiones, Orcæ, Physeteres, pilo carentes animal pariant ex semine, non ex ouo, sintque plures alij pisces, vt cartilaginei, Galei, sine vllis pilis ex ouo animal procreantes, etiam ipso Plinio authore, eodem modo quo vipera (nam hæc Delphini modo animal non gignit, sed ex ouo prius conceptum, Delphinus verò ex semine, sine ouo) Rondeletius vtrumque Plinij locum, vt in excusis codicibus legitur, falsum & inemendatum esse ostendit, & ex [c] Aristotele restituendum, ex quo vtrunque, vt & alia multa desumpsit. *Procreant animal* (inquit hic) *homo, equus, Vitulus marinus, & reliqua quæ pilis integuntur, atque in genere aquatili, quæ cete appellamus, vt Delphini, & quæ cartilaginea appellantur, quorum alijs fistula data est, branchia desunt vt Delphinis & Balænis*. Vides hic Balænam ab eorum quæ pilis integuntur, genere seiunctam, & eadem sententia cum Delphinis & cartilagineis comprehensam, quæ sine controuersia pilis carent, vt sortassis apud Plinium sic legendum sit: *Animal pariunt Prisles, Balæna, & quæ pilis integuntur, vt Vitulus*. Motus natatioue plerisque tardior, propter corporis nimirum niniam grauitatem, & cum ventris eorum vorago sit maxima, nunquam non sunt famelici: quamobrem teste Oppiano seipsos sæpenumerò conficiunt. Apparet autem inter alios pisces Harengis potissimùm inhiare. Refert enim Albertus frequentes capi, cùm nimia auiditate persequendi illos in litus vadosius breuiusque prius impingant, quàm inde recipere in altum se queant: suisque temporibus beluam in litus Frisiæ impegisse, & cùm incolæ, ne cũ maris refluxu euaderet, funibus quotquot offendere licuit, palis altùm in terram adactis, proximisque scopulis atq; ædificijs alligassent, refluxu maris adiutum perrupisse omnia, vnaq; cum funibus euasisse in altum mare: cæterùm cùm famelicum suum ventrem non abundè exsaturasset, tertiaque dein die Harengos rursus insequeretur, eodem quo prius loco hærentem inuentum esse vnà cum funibus, atque ita ceu capturæ idoneorem interceptum fuisse atque interemptum. Nauium recens picatarum odore adeò oblectantur, vt proximè accedentes sese naui affricent. Nautæ de nauis subuersione timidi, picata dolia eis obijciunt; vt

*Pi generent.*

*Plinius corrigitur.*

[a] *Lib. 9. c. 15.*
[b] *Cap. 14.*
[c] *Lib. 5. Hist. cap. 5.*

*Motus & natatus. Voracitas.*

*Harengis delectari.*

*Odore picis delectari.*

G

H

nauim

A nauim relinquant. Ludunt ceti cum dolijs,& aquam per fiſtulam capitis emiſſam in ſublime eructant. Cùm ventus lenior clementiorq; flat,præſertim Auſter, ludentes dorſi partem & caput ſuper aquam erigunt, modoq; eminent capite, modò eodem deprimuntur, ita vt dorſum paulatim totum appareat: quod quidem ſuauis auræ aſpirantis oblectatione facere creduntur. Strepitus contrà quam maximè auerſantur, authoremq; habeo Arrianum, qui res geſtas Alexandri Magni condidit, beluas in Indico mari clamore ac turbarum ſonitu exterritas fuiſſe ſcribentem,& Diodorus Siculus, *Macedones inquit narrabant in multa & in incredibilis magnitudinis cete ſe incidiſſe, vnde conſternati omnẽ ſpem vitæ abiecerint, quippe qui arbitrarentur viros omnes vnà cum nauibus ab illis ſubitò abſumptum iri: ſed poſtea animis reſumptis clamorem magnum omnes ſe pariter edidiſſe, ſimulq; armis collisis & perſonantibus tubis tantum ſtrepitus feciſſe, vt perterrita belua ſubter aquam ſe dimiſerint.* [d] Philoſtratus quoque in Arabico mari naues tradit tutelæ cauſa tintinnabula quædam, tam à prora, quam a pupi deferre, eorumque ſonitu terrefactas beluas nauibus non appropinquare. Viſus auditusq; pleriſque hebetior; quod incommodum reſarcitura ſagaciſſima rerum natura piſciculum quendam itineris comitem, imò ducem dedit, de quo ſuo loco dictum eſt. Hic ſingula illis oſtendit ſeu prædandum ſit, ſeu periculum aliquod immineat, ſeu breuia ſcopuliquæ euitandi. Huic ad ſolam caudæ motationem parent, per

B hunc audiunt & vident, neque tantoperè vaſtis beluis vires proſunt, quam aſtutia parui piſciculi. Quamobrem piſcatores qui beluas captant, varia & multiplici eſcarum illecebra, hunc primùm capiunt, nullo deinceps labore eas deprehenſuri: quandoquidem duce ſuo orbæ, nec maris amplius vias vident, nec proximum iam periculum ſentiunt, ſed veluti pondera quædam temerè vagantur, ignaræ prorſus, quonam fluctibus deferantur.

*Strepitus odiſſe.*

[d] *lib. 3. de vita Apoll.*

*Viſus & auditus.*

# CAPIENDI RATIO.

QVomodo cete capiantur, docet Oppianus, cuius verſus periphraſticè ſic reddidit Gillius. Cùm duce priuata ſunt, (hunc piſcatores ingenio è prius capiunt, vt dictum eſt,) aſpectus eorum propter carneam molem in oculos eminentem, tenebris circumfunditur, ipſa verò ad ſcopulos & litora offendunt, piſcatoribuſq; ad inſidiandum occaſionem præbent. Lineam ex frequentibus funiculis contortam faciunt, craſſitudine rudentis nauis mediocris, longitudine quæ ſufficere videatur. Huic addunt catenam ferream, quam hamo inſerunt, ne den-

C tibus beluæ laceretur. Hamum magnum faciunt, quantus faucibus beluæ comprehendi commodè poſſit, adeò validum, vt ne ſaxo quidem cadat. In media catena orbes quidam frequentes ſunt, qui furioſos beluæ motus cohibeant, ne ferrum perfringat contorquendo. Cedunt enim illi in gyrum, vnde fit, vt catena loco non maneat. Eſca eſt iecur aut ſcapula tauri. Multi autem ſunt piſcatorum ſocij & opiferi, qui in promptu habent ſpicula, harpas ſeu falces, ſecures, & alia huiſmodi fabrorum arte incudibus confecta. Tum tacitè remigantes, nutu ſi quid opus eſt ſignificant & ſummoperè cauent, ne vllo ſono percepto belua in profundum refugiat. Vbi verò iam propè ſunt, eſcam è prora demiſſam beluæ offerunt. Hęc vt eſcam videt, nulla cunctatione interpoſita, effreni auiditate eam appetit, atque ſtatim ferro guttur eius transfigitur, cuius dolore incitata, catenam exedere & conficere conatur: quod ipſum poſtquam diu multumq; conata eſt, acerrimis doloribus affecta, in pelagi profundum demergitur. Tum omnem funem ei laxant, quòd nullis viribus humani retrahi poſſit, & facilè exagitata fera nauem cum remigibus in profundum detraheret, ſimul & amplos vtres venti plenos ex funibus belua mare ſubeunte appendunt. Illa vulneris dolore ſtimulata, vtres contemnit & reluctantes & ſummam aquam ſemper appetentes, in altitudinem maris deprimit. Cùm autem peruenit ad imam maris ſedem, defatigata quieſcit, ingentes fluctus anhelans: etenim quieſ-

D cere cupientem vtres non permittunt, ſeſe in ſublime efferentes. Itaque contra hos renouat atque inſtaurat pugnam, & veluti animalia ſibi in feſta perſequitur, vlciſcendi animo, & iterum ac ſæpiùs fruſtrà vtres detrahit: Hi ſurſum verſus ſubuolant: illa verò grauiter dolens, rurſus profundum petit, & modò alieno impulſu, modò ſponte trahitur, & tantùm non perit furit, & aquarum procellas anhelando commouet, vt exiſtimes ſub fluctibus Boream ſtabulari. Tum piſcatorum aliquis illicò ad litus remigans, lineam ſaxo alicui alligat, & in mare redit. Tandem defeſſa & viribus exhauſta belua, vter aliquis victoriæ nuncius effertur ſublimis, mox etiam conſpicuus, & cum ijs cetus vel inuitus attrahitur. Mox piſcatores ſuis nauigijs congregantur, & cohortatione mutua tanquam in prælio, magnis animis, magno tumultu, feram aggrediuntur: alij haſtis ſeu iaculis, alij tridentibus, alij ſecuribus, falcibus, alijue inſtrumentis armati cedunt vtcunq; renitentem ſtatuq; cientem procellas, & vulneribus, quibus inflictis mare rubeſcit, putridam ſentinam infundunt, acrem & ignis inſtar mordacem. Expugnatam denique in litus trahunt, atque eijciunt. Vbi illa nequicquam iam moribunda palpitat, pinnaſq; mouetat, & grauè ſpirat. Et hoc quidem modo cete grandia capiuntur, minorum verò vt facilior

*Cur viſu ſint hebeti.*

*Eſca.*

eſt captura,ſic inſtrumenta,vt par eſt,minora : hamus, inquam) eſca & linea, & pro vtribus captoris E cucurbitæ aridę adhibentur. Hæc itaque Oppianus. Albertus binos quibus in ſuis maribus capiuntur, modos recenſet : primus ( inquit ) eſt,cùm tres piſcatores paruis nauiculis vehuntur ad locum,in quo

*Vt in Oceano capiãtur.*

beluas eſſe ſciunt aut ſuſpicantur, ex illis duo remigant , tertius in naui ſtat paratus ad feriendum. Habet autem inſtrumentum ,cuius haſtile eſt de ligno abiegno,leuitatis cauſa. In eius extremo qua comprehenditur manu,foramen eſt ; cui inſeritur funis validus , longiſſimuſque , qui in orbem complicatus in naui iacet,ita aptè vt nullo impedimento ſtatim emiſſum haſtile ſequatur. Cuſpis inferius triangula eſt ſagittæ inſtar , mucrone perquam acuto politiſſimoq;, vt facillimè penetret. Duæ autem lineæ quæ ad medium mucronem vtrinque tendunt , non minus quàm vel acutiſſima nouacula incîdunt. Superficies tota tenuis (læuis) eſt & optimè polita. In medio lateris quod opponitur angulo inferiori acuto, erigitur perpendiculariter ferrum illi lateri continuatum,ad cubiti altitudinem, vel paullò plus, & ibi habetur foramen,cui infigitur haſtile. Porrò cùm iam cetus apparet, is qui haſtile manu extenſum tenet,alios quotquot poteſt ſimiliter inſtructos aduocat. Tum natantem in ſuperficie aquæ cetum,dum piſces ex alto perſequitur,quàm poſſunt profundiſſimè feriunt,& mox relictis in vulnere inſtrumentis recedũt, quod ſi cetus percuſſus ſtatim in mare abeat , funes abſcindunt, & oleum atque operam ſe perdidiſſe conqueruntur. Sin ſtatim in fundum deſcendat, vtpote valdè lę- F
ſus vulneribus fundo ſe affricat propter ſalſedinem vulneribus ſe inſinuantem: atq; ita magis magiſq; cuſpidẽ ſibi in corpus adigit altiùs , & mox laborẽ piſcis è profundo ebulliens ſanguis prodit. Ipſe debilitatus paulatim fundi ſolũ ſequens appropinquat litori,donec apparere incipiat : & tunc ab incolis turmatim collectis multitudine nauiũ & ſpiculorum circundatus occiditur. Huic alter venãdi modus ſimilis eſt,niſi quod ſpiculum non verbere (manu) ſed ictu validiſſimæ baliſtæ ceto infigitur,& in hoc quoq; funis immittitur,ſicut diximus. Huc vſq; ille. In Aquitanico litore ,maximè ad oppida illa quæ lingua vernacula Biarris & Cipreton & S. Iuen de Lus nominãtur , frequenter teſte Rondeletio capitur Balæna vulgi,quo modo circa Scyllæum tractum capi ſolitos olim Xiphias narrat Strabo. Manentibus in ſtatione multis biremibus ſcaphulis, binorum in ſingulis, alter remigat,alter in prora ſtat haſtam tenens,ſignificante autem ſpeculatore Xiphiã ſuperuenire (nam beluæ tertia pars è mari prominet & propinquante ſcapha,ille è manu coniecto ferro haſtile extra hit: ferrum enim hami figura factũ eſt,& leuiter haſtili aptatũ de induſtria. Ex eo appenſus eſt funiculus longus,quem vulneratæ beluæ laxãt , dum diſcrutiata & effugiens mortua fuerit . Tum vel in litus trahunt , vel in ſcapham recipiunt , niſi omnino grandis fuerit piſcis. Nautæ & piſcatores eorum quæ antè dixi , oppidorum in capiendis Balænis admodum ſolertes & expediti , ſimili in harum piſcatu ratione vtuntur,niſi G
quòd pluribus cymbis opus ſit & celeriùs actis , atque vel ad fugiendum , vel ad inſequendum habilioribus. Illi igitur è turribus ſpeculati , ſi quas Balænas viderint , tympanorum ſonitu omnes conuocant , quo ſigno dato omnes tanquam ad vrbis excidium accurrunt , telis & omnibus , quæ neceſſaria ſunt inſtructiſſimi. In ſingulis igitur cymbis deni collocantur robuſti remiges,alij multa tela longa, cuſpide hamata , in beluam conijciunt , quibus infixis & altiùs inhærentibus funes longiſſimos telis annexos relaxant , vſque dum vitam cum ſanguine fuderit , tunc vnà cum funibus Balænam in litus retrahunt , adiuti maris vndis , prædam partiuntur , cuius pars vnicuique cedit pro telorum coniectorum copia , quæ proprijs notis & inſculptis internoſcuntur . Mares difficiliùs capiuntur , fœminæ faciliùs , maximè ſi fœtus ſequantur : cùm enim in his protegendis immorantur , fugiendi occaſio perit. Eadem ratione Orcæ , Phyſetéres , omneſq; ſimiles beluæ capiuntur, ideoq; hæc ſemel expoſita alij locis non repetimus : ſuperuacaneum id enim foret.

*Balæna vulgi vt capiatur.*

*Fœminæ cur facilius quàm mares capiantur.*

# VSVS IN CIBIS. H

*Caro qualis.*

CEterorum omnium carnem duram eſſe & concoctioni reſiſtentem , excrementitiamq; ac praui denique ſucci , medici omnes profitentur. Quamobrem * Galenus Philotimum reprehendens : *Poſt hæc autem* (inquit) *Canem adſcribit, quem in cetaceorum genere numerare oportebat , vt qui carnem duram & excrementitiam habeat . Quapropter in partes ſecto atque ſalito vulgares homines vtuntur , ingrati enim ſaporis ac mucoſus , ideoque cum ſinapi & ex oleo atque acri alio condimentis eum manducant . Ex hoc genere ſunt Balæna , Delphini & Vituli marini , ad quos proximè magni Thunni accedunt .* Item alio in loco : *Diximus quidem iam antè de cetaceis animalibus, quæ marina ſunt , in quo numero ſunt Phocæ , Balænæ , Delphini , Lebetes , ac grandiores Thunni , & præter illa Canes , quæque his ſimilia ſunt . Nunc autem de ipſis in ſumma dicendum eſt , quòd omnia huiuſmodi duram & praui ſucci atque excrementiam habens carnem. Quapropter ſale potiùs condientes , ipſis vt plurimum*

* *lib. de Alim.*

A *plurimùm vruntur, alimentum quod ex ipſis in corporibus diſtribuitur, ea ſalitura tenuius facientes, eoq; coctioni & ſanguini faciendo commodius. Nam recens eorum caro ni valdè probè coquatur, crudorum ſuccorum copiam magnam in venis congerit.* His addendum, eorum carnem, præterquam quòd durasit ac difficilis concoctu, etiam pinguem eſſe, quo fit vt ventriculum relaxet, & nauſeam moueat. Olim ex cetis panem factũ fuiſſe ab Ichthyophagis populis Alexandri Magni temporibus, qui huius res geſtas memoriæ prodiderunt, authores ſunt. Gedroſi (inquit Maſſarius cùm fores è maxillis beluarum marinarum in domibus fieri, & tecta contignari præfecto claſſium Alexandri Magni retuliſſent: non à Gedroſis ipſis hæc fieri, ſed ab Ichthyophagis populis, qui circa Gedroſos habitant, non procul ab eis, ex Diodoro, Arriano, Straboneq; videntur prodidiſſe. Libro enim decimoquinto, Ichthyophagorum regio, inquit, ſecus mare eſt, & magna ex parte arboribus caret. Raritas in ea pẽmarum, acanthi, myricæ, aquarum & domeſtici cibi maxima eſt. Veſcuntur piſcibus tum ipſi, tum etiam eorum pecora, & aquas pluuiales foſſileſque potant, pecoribus carnes piſcium præbent: domicilia ex oſſibus cetorum ſcilicet, (vt Arrianus tradit) Balænarum & Oſtreorum conchis, magna ex parte faciunt. Nam trabium & fulcrorum vſum præbent, portarum maxillæ, vertebris fiunt mortaria, in quibus piſces ſubiguntur, ad ſolem aſſantur: poſtea ex his panem conficiunt, frumenti paululum admiſcentes, quos ſubactos Alexander Magnus iuſſit à piſcibus abſtinere, vt Plinius meminit libro ſexto, cùm antea ſolis piſcibus alerentur, à quibus nomen habent. Nunc de præparatione dicendum, cuius vniuersè duo ſunt potiſſimùm genera, vnum quo cibi vitium aliquod corrigitur, veluti cùm ſalitur, vt craſſus humor ſalis vi extenuetur, & generando ſanguini accondatior fiat: vel cùm cibus decoquitur veterum more, cepa, porro, apio, anetho, atque alijs huiuſmodi coctioni additis ad craſſi humoris attenuationem, quæ præparatione meliora redduntur omnia, quæ craſſum glutinoſumq; ſuccum gignunt. Alterum eſt præparationis genus, quo ſæpius vtimur, voluptatis potiùs quàm valetudinis rationem habentes: cùm condimentis ea permiſcemus, quæ ad gulam irritandam titillandumque palatum faciunt. Sic cetorum carnes præparatas, in veru toſtas, quemadmodum & ſuillam recentem & mali aurantij ſucco intinctam quidam edunt, vel ex condimento, quod aceto, ſaccharo, & cinamomo conſtat: alij in craticula aſſant: alij farina benè ſubacta concludunt caryophilis, pipere, zinzibere, nuce moſchata condientes, quibus odor ille ingratus euincatur. Elixa magis quam aſſa probanda eſt, modò in aceto & vino coquatur, iniectis apio, hyſſopo, origano.

*Panis ex cetis.*

*Oſſium & coctarum vſus.*

*Apparatus.*

# C DE BALÆNA. Cap. II.

## ORDO. SYNONYMA. ETYMVM.

CETORVM omnium maxima & veluti cæterorum rex & princeps Balæna ab omnibus memoratur. Cur non itaque cæteris præferetur? Balænę enim nomen pro peculiari ſpecie Ceti cum veteribus accipio, quod nunc vulgus, atque piſcatores velut pro genere vſurpant, noſq; vulgò rem aliquam grauem difficilemque exaggeraturi Balęnæ aſſimulare ſolemus. Græci φάλαιναν dicunt, vnde Balænam apud Latinos fluxiſſe Feſtus author eſt, antiqua conſuetudine, qua (inquit) πυῤῥὸν burrhum, πύξον buxum dicebant, quam etymologiam magis probo, quàm Iſidori qui Balænam dictum eſſe voluit παρὰ τὸ βάλλειν, quod eſt emittere, quòd nimirum maris aquas per fiſtulas emittat: cæteris enim beſtijs maris (inquit) altiùs iacit vndas. Apparet tamen Græcis φάλαιναι dici ab ijſdem fiſtulis: nam & in galeis militaribus φάλον Græci vocant meatum cui plumas inſerebant: niſi cum Calepino ſic dictam velimus, quaſi conſpicuam beluam, propter corporis nempe molem, non autem propter albas maculas, vt Geſnerus conijcit, nam Germanorum paroceanitarum Brunfiſch, qui ijs reſplendet, Phocęna potius eſt quàm vera Balęna. Haud me latet interim Muſcam lucernis noctu aduolantem quam Phalænam quoque vocant à ſplendore nomen accepiſſe, vtpote παρὰ τὸ εἰς φῶς ἅλλεσθαι, quòd ad lucem aduolet: * & Ioannes Tzetzes non modò hanc muſcam inde nomen ſortitam eſſe dicit, ſed etiam Balænam, eademque ratione, quòd è mari egreſſa in luce Solis apricari gaudeat.

*Phalæna.*

*Balæna vnde dicta.*

*Muſca phalæna.*

* *Variorum chiliad. 9.*

E

# FORMA. DESCRIPTIO.

*Magnitudo.* NOtas ſpecificas quibus exactè Balæna cognoſci queat, apud veteres non inuenio, vnde factum eſt, quòd alij alios Cetos pro Balænis oſtendant. Magnitudo potiſſimùm earum celebratur, Plinius. *Maximum animal in Indico mari Priſtis & Balæna eſt.* Et rurſus. *Plurima & maxima in Indico mari animalia, è quibus Balena quaternum, ingerum Priſtes ducentorum cubitorum.* Maſsarius quatuor iugera interpretatur nongentorum ſexaginta pedum longitudinem. Nearchus verò viginti trium paſsuum Balænarum magnitudinem conſtare tradidit, qui ex inſulis ante Euphratem Cetum mari eiectum centum & quinquaginta cubitorum ſe vidiſſe refert. [a] Sunt & prægrandes in mari Britannico, Iuuenalis:

[a] Sat. 10.

*Quantum Delphinis, Balena Britannica maior.*

*Fiſtulam habent pro branchijs.* Addit aliàs notas Plinius: *Branchia non ſunt Balænis, nec Delphinis: Hæc duo genera fiſtulis ſpirant: quæ ad pulmonem pertinent, Balænis à fronte, Delphinis à dorſo.* Quibus quidem verbis Balænas a Delphinis diſtinguit manifeſtiſſimè, cæterùm nunquid & alia Cete vel à fronte, vel a dorſo fiſtulas habeant, F vel eæ notæ Balænæ & Delphino ſint propriæ, dicendum eſset, ſi ex ijs vterque cognoſcendus fuerit. Per hunc tamen locum alius apud eundem Plinium alioqui perobſcurus à Maſsario exponitur. *Ora* (inquit Plinius) *Balena habent in frontibus, ideoque ſumma aqua natantes in ſublime nimbos efflant.* Ora enim exponit fiſtulas, quas Balænæ vti retulimus, habent à fronte, quod & ſequentia (inquit) indicant: non autem ora quibus deuorant: ea namque non à fronte, ſed ſubter habent, vt ex [b] Ariſtotele ſuprà dictum eſt. Idem Plinius Balænas & Priſtes enumerat inter pilo intecta & animal gignentia. Aelianus colore, quo ſit, docet, proprium tamen eſse non ait. *Balena* (inquit) *quemadmodum Delphinus lac habet, colore quanquam nigro non eſt, maximè tamen cyaneo, qui medium inter nigrum & viridem locum tenet, conſpicitur.* Quamuis itaque propriæ a veteribus notæ traditæ non extent, Balænæ tamen nomine Cetum vnum Bellonius, Rondeletius duos, vnum ex mente vulgi, alterum ex propria ſententia propoſuerunt. Bellonius ſuam Balænam per inſignem denominationem Cete quibuſdam dici tradit, vulgo Italorum Capidolium quòd eius adeps velut oleum minimè concreſcat. Maximæ molis (inquit) eſt piſcis, viuiparus, roſtratus, pulmone præditus: branchiarum loco prægrandem fiſtulam in fronte gerens, haud exertam tamen, vt vulgò depingi ſolet, per quam humorem, quem ore exceperat, magno impetu effundit ac reijcit, vt eo vel onerarias interdum naues ſubmergere dicatur. Pinnas habet vtrinq; vnam, ac præter ha tertiam in dorſo velut alam, qua totum corpus dirigit, caudamque lunatam qua temonis vice huc atque illuc corpus inflectit. Corio glabro ac ſpiſſo integitur, nigro, duro, firmo ac ſolido, ſquamis ac villis carente, cui pinguedo nonnunquam pedis altitudine ſubeſt, noſtratibus præſertim vero ieiunio, tale condita, edulijs apta, laridum quadrageſimale appellant. Quin etiã Balænæ lingua multarum eſt librarum pondo, nobis in maximis delicijs haberi ſolita, reliquas eius piſcis carnes, etiam bubularum inſtar ſalitas, audio vel numeroſum exercitum integrum diem alere poſse. Prætenturas ante oculos habet, ob id appellatas, quòd his ſibi prætẽd it iter. Sunt autẽ tenues quædam aſsulæ, quaternis vlnis longæ, ac ſexquipedẽ latæ, ac extrema in faſtigiũ acuminatæ, lõgiſſimis villis ad latera prædutæ (ſetas aut barbã appelles per me licet) vulgus falsò interdum

*Laridum quadrageſimale.*

*Os Balenæ quid.*

[b] lib. 8. Hiſt. anim. Plin. Color.

*Balæna Bellonij.*

Balæna Bellonij.



caudam

Balæna vera Rondel.



caudam, interdum coſtam Balenæ nominat: cuius perpolitis ac bene exiccatis fruſtulis, politiores mulierculæ ſua pectoralia (quæ buſta vocant) communire, veſtiumque fibras rigidiores ac rotũdiores continere, atque apparitores publici, virgularum ac facium loco geſtare ſolent. Cætera quæ ad interiorem tam ingentis animalis ſtructuram pertinent, puto æquè ad Orcam & Delphinum referri poſſe, cùm hoc viuiparum Cetacei genus exteriore forma illis reſpondeat, & ab ijs incredibili tantùm mole diſcrepet. Huius rei teſtes ſunt oſſa tam vaſta, tamque numeroſa in pleriſque regionibus conſpici ſolita, vt ijs ruſtici apud Britannos, Armoricos ac Scotos (quorum mare magna horum piſcium copia abundat) tanquam palis ſuos hortos prædiaque obſepire conſueuerint. Hactenus Belonius, qui poſtmodum fatetur ſe neq; huius piſcis, neq; ſimilium aliorum quos pingit, formam exactè exhibuiſſe, quoniam non tanta eius ipſi copia facta fuit, vt per opportunitatem ad viuum delineare potuerit, ſed ab antiqua quadam effigie deſumptam propoſuiſſe, proximè ad naturalem ipſius piſcis figuram accedere iudicans. *Oſſium magnitudo, vſus.*

Rondeletius veram Balænam eſſe arbitratur Ceti genus quod Santonibus beluarum piſcatoribus Gibbar, à gibbero dorſo, id eſt, in tumorem eleuato nuncupatur. Balænis vulgò dictis (de quibus in Muſculo dicetur) minor (inquit) non eſt, ſed minus ſpiſſa, minuſque obeſa, longiore & acutiore roſtro, ob id fiſtulam habet. Pinnæ in ventre breuiores & minores: lingua quoque minor, vtpote quæ quatuor duntaxat, vel quinque ſalſamentaria vaſa impleat. Minore pinguedinis ſaburra premitur; ideo celeriùs cæteris mouetur & natat. Frequens eſt in India & nouo orbe. In fronte fiſtulam habet, fœmina mammas, vterum: viuos parit, lacteque nutrit, & paruulos pinnis ſuis regit ac tuetur. *Balæna Rondel.*

Geſnerus verò genuinam Balænam arbitratur Cetum quem Germani ſuperiores Oceani accolæ Braunfiſch quaſi nigrum piſcem nominant, ſed hic potiùs Phocæna eſt, niſi diuerſum à Friſiorum Hollandorumque Bruijnfiſch ita vocent, id quod apparet ex deſcriptione. Ait enim eius generis vnum captum eſſe anno 1545. longum ſupra viginti quatuor pedes: ad quam magnitudinem Phocæna, ni fallor, minimè accedit. In eius ventriculo (inquit) reperta eſt ingens copia piſcium non concoctorum adhuc & inter alios Salmo viuus vlnæ longitudine: ita vt tria dolia (quæ tonnas nominant) inde repleta ſint. Galli & Hiſpani Tinet appellant, Angli Hore. Eius imago ferè talis eſt, qualem Rondeletius pinxit, ſed dentes oſtendit inter ſe contiguos & latos tanquam hominis: caudam magnam & reliquo etiam corpore latiorem, ſuprà infraq; æqualem, & per margines eleganter criſtæ inſtar inciſam: in medio cauam & reductam. Pelle nigra vndique tegitur; niſi quòd maculæ duæ magnæ candidæ vtrinq; ſupra medium oculi incipiunt & retrò tendunt. maxilla etiam inferior tota candida eſt, & pars quædam ſub ventre. Hæc vt icon miſſa præ ſe fert. Aliqui tria huius nominis piſcium genera eſſe retulerunt. Squamas (vt audio, Pelles malim) habent duriſſimas, quæ ferro penetrari vix queant. Pars eis in ventre ſub collo (vel pectore) albicat, mari etiam altera ad pudenda. Caudæ ſimilis eſt caudæ Hirundinis. Nimia pinguitudo earum faſtidiũ parit. Rarò capiuntur in Germania inferiore, vt prodigij inſtar habeatur, ſi quando capi contigerit: circa Friſiam verò & in mari Baltico multi. Caro pinguis eſt, odore graui & vitulinam quodãmodo refert. Lardum habet in dorſo. Sunt qui barbam habere negent: genitale verò vlnæ ſeu brachij longitudine, craſſitudine femoris viri corpulenti ei tribuant. Hæc belua Anglis, (vt dixi) Hore vocatur, & alio nomine Horlepoole, & VVirlepoole etiam, ni fallor, earum nimirum omnium ſignificatione, quòd impetu ſuo & flatu vorticoſas in mari tanquam palude procellas excitet. Oleum ex ea colligi aiunt. *Balæna Geſneri.*

Idem Geſnerus trium Germanici Oceani beluarum effigies aliquando ſibi à Valentino Gra-

nio, viro clariſſimo, decimario & ſenatore Friburgenſi, cui librum de quadrupedibus ouiparis nuncupauit, de ſe & communibus literarum ſtudijs optimè merito miſſas ſcribit, ſed haud ſatis accuratè expreſſas, & ad ſceletos fortè capitum duntaxat, vt ſuſpicatur, factas, quod in duabus rimæ poſt oculos tanquam branchiæ apparerent, quibus Ceti carent; cætera propemodum inter ſe ſimiles fuiſſe, ideoque vnam tantùm ex tribus delineaſſe, quam ex eo dedimus. Caudam non probè expreſſam opinatur, magiſq; ad Delphinorum caudam debere accedere. Dentes omnibus planos fuiſſe, ſicuti in homine; maxillam inferiorem in duabus multò breuiorem ſuperiore, in tertia ferè parem. Pinnam in dorſo vnicam, capitis extremo quàm caudæ aliquanto propiorem: alias duas eo ferè loco quo branchiæ in piſcibus. Huius qui pingitur longitudinem fuiſſe pedes trigintaſex cum triente, altitudinem pedes nouem. Ex reliquis duobus vnum longum fuiſſe pedes tringintaquatuor cum dimidio, altum ſeptenos, alterum verò longum pedes vigintiſeptem, altum octonos. Balæna noſtra prior colore ferè ſubcæruleo, tota maculis nigricantibus conſperſa, ventre candido. E ſuperiori maxilla binæ vtrinq; apophyſes tanquam in Barbo dependent. Dentibus, ſi rectè pictor expreſſit, caret. Altera quam Bufalinam vocant vulgò, tota nigricat. Habes hîc item monſtroſæ Balænæ in Scaldi flumine captæ iconem quàm lector Paræo acceptam referes, qui ſic de ea ſcribit. In Scaldi fluuio decem ab Antuerpia miliaribus anno Dom. 1577. die 2. Iulij capta eſt Balæna hæc: Colore erat ex cæruleo nigricante; fiſtulam in vertice habebat, qua aquam eructabat magna vi. Longitudo eius erat pedum octo & quinquaginta, altitudo autem ſexdecim. Cauda quatuordecim pedes lata, ab oculo ad extremum roſtrum interuallum ſexdecim peduin. Maxilla inferior ſenum in ſingulis lateribus pedum erat, vigintiquinque dentibus armata, qui totidem foraminibus, in ſuperiore, dentibus omnino carente, excauatis, recondi poterant: quo vel vno nomine monſtroſa hæc Balæna cenſeri debebat, quòd Balænæ natura dentes negauerit & quod in animalibus minimè cornutis ita ſit natura comparatum, vt cùm dentes ſubſunt in ore inferiori eorum ordini ſuperior ex oppoſito ad conterendos intercurrentes cibos reſpondeat. Tot dentium longiſſimus, ſex pollices non excedebat. Habes & pinnam depictam Balænæ ducem cum virgula equiſonis ex ea facta, Nec non & omoplatam longitudine pedum circiter ſexdecim, latitudine paulò plus vnius; alteriuſq; coſtam cum vertebra eiuſdem & ex hac cyphum. Præterea omoplatam incredibilis magnitudinis, quamque vix robuſtus homo humo ſubleuare poteſt. Denique & dentem alterius Ceti marini quem vulgò Mors dicunt,

*Balænæ ſpecies.*

*Balæna monſtroſa.*

# LOCVS. NATVRA. MORES.

MAris loca amant Balænæ longè à terra remota. In Taprobanæ inſulæ mari permultas eſſe aiunt, teſte Aeliano Delphinis inſidiantes. Plinius in Gaditano Oceano non ante brumam conſpici eas tradi ait, condi autem ſtatis temporibus in quodam ſinu placido & ca-

*Vt dormiant*

paci, mirè gaudentes ibi parere. Dormiunt æditа per ſumma æquoris fiſtula, teſte Ariſtotele, Plinius & ſtertentes audiri aſſerit. Oppianus & Aelianus in ſiccum exire tradunt, vt à Solis radijs ca-

*Quot pariat.*

leſcant. Viuos excludit eorum more quæ pilo veſtiuntur, binos vberibus nutrit, aliquando tamen vnum tantùm, vt Ariſtoteles teſtatur, parit. Sunt qui comedere negent eo modo quo alij piſces ſolent, maſticando nempe, cibumq; dentibus comminuendo, ſed tantummodò quos venatur, piſces deglutire integros, hoſq; niſi paruos, propter internam gutturis membranam, quæ nihil magnum ingredi ventrem ſinat. Alius autor obſcurus de natura rerum, Balænam ſcribit fœtus ſuos etiamnum inualidos humeris ferre, & ſi parui ſint, in metu ore ſuſcipere, idque imminente quoque tempeſtate facere, poſtea illos euomere. Sed hoc etiam apud nullum veterum lego, præterquam apud

*Amor in ſobolem.*

*[a] lib. 2. de vita Apoll.*

[a] Philoſtratum, qui faucibus ab ea filios abſcondi prodidit, ſi quando maiorem beluam fugere contigerit. Idem author de rerum natura aſſerit matrem, quando propter aquæ defectum fœtus natare impediuntur, terræq; affixi hærent, aquam ore ſuo receptam inſtar fluuij ſuper eos eiaculari, ſicq; inhærentes terræ liberare, denique adultos longo tempore comitari. Cur verò Balenæ iter prætendat paruus piſciculus, antea à nobis dictum eſt. Delphino, Thunnis, atq; Orcę immicam eſſe aiunt. Nos in Orcæ hiſtoria Balenam dabimus, quę ab inſequente Orca infeſtatur. Gladium inſuper tanquam hoſtem capitalem metuere quidam arbitrantur. Nos verò ex Oppiani paraphraſte Gladium ſcripſimus, vbi Balenam conſpicatur, vſque adeò metu conſterni, vt gladium ſuum in terram aut ſaxum, aut obuium alium quemcunq; fundi locum impingat, atque ita infixo capite ſe continere, donec Balęna cęcutiens, truncum aut aliud quippiam eſſe putans, negligens prętermaret. Contra pericula nauium à Balenis, ne ſubmergãtur. Iacobus [b] Zieglerus remedium nauigantibus eſſe refert caſtoreum aqua dilutum & in mare effuſum, hoc enim tanquam aconito quodam totum Balenarum gregem repente diſſipari & in profundum terri: Periclitantur autem (inquit) naues, quæ vel in

*Balæna hoſtes qui.*

*An gladium timeat.*

*Ne Balæna noceat.*

*[b] in Schõdia*

earum

Balænæ ſpecies alia ex Geſnero.



Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Cyphus ex Balænæ vertebra à Passarotto acceptus.





Digitized by Google





Digitized by Google

earum corpora, vel in vortices aquarum (quos hæ faciunt inſtar charybdis agitatione ſua) delatę fuerint, Non paruum quoque ex vndis quas eſſant, Phyſeteres prætertim, periculum eſſe putandum eſt. E

# VSVS IN CIBIS.

Scribit Cardanus viſcera quorundam animalium, quia pinguia, grata eſſe, & non ſolùm ſapore, ſed & odore quaſi violæ commendari, inter quę Balænas quoq; & Delphinos recenſet. [a] Galenus ingratum mucoſumq; ſaporem eis tribuit: alicubi [b] etiam talſas earum carnes humores melancholicos procreare tradit. Sunt qui cubitis ſexaginta breuiores conditi in cetarijs inquiunt, maiores in cibis inutiles eſſe, propter non domabilem aſperitatem.

[a] lib. 5. Alim.
[b] l. 3. de loc. affect.

# DE BALÆNA. VVLGI. Cap. III.

## NOMEN.

F

*Balænam veram non eſſe.*

GALLICVM vulgus iſtiuſmodi immenſam beluam quæ in maris Aquitanici litore & in India multoties capitur, Balænam nuncupat, impropriè, vt Rondeletius probè oſtendit, cùm Balænę veteres fiſtulam tribuant, qua hæc belua caret, id quod ipſi omni aſſeueratione affirmarunt, qui quotannis his belluis inſidiantur, & captas in partes ſecant. Quamobrem cùm reuera veterum Balæna non ſit, ipſe Rondeletius ex vnica nota, propria quidem & quæ nulli cum hoc communis ſit, μυσίκητον [a] Ariſtoteli eſſe colligit, quem Gaza Plinium ſecutus Muſculum latinè appellat. Ἔστι δὲ καὶ μυσίκητος ὀδόντας ἐν τῷ στόματι οὐκ ἔχων, τρίχας δὲ ὁμοίας ὑείας. Gaza: Muſculus etiam piſcis pilos in ore intus habet vice dentium, quibus omnino caret, ſuillis ſimiles. [b] Plinius: *Muſculus marinus qui Balænam antecedit, dentes nullos habet, ſed pro ijs ſetis intus os hirtum.* Alio in loco [c] Plinius inter beluas marinas Muſculum numerat. *Vt à beluis ordiamur, Arbores, Phyſeteres, Balæna, Priſtes, Tritones, Nereides, Elephanti, Arteres, Muſculi, &c.* Quare cùm corneæ illæ laminæ in pilos ſuillis ita ſimiles deſinant, vt ſi inde auulſos ſcorſum cuipiam oſtendas, aliundè quàm ex porci dorſo auulſos eſſe neget, quibus pilis belua iſta os hirtum habet, quam notam nullis alijs tribui a veteribus comperias: cùm etiam belua ſit à piſcium formia aliena, non eſt quod dubitem (inquit) Ariſtotelis μυσίκητον, ſiue quod idem eſt, Plinij Muſculum appellare. Quam Rondeletij ſententiam facile libenterq; approbo, cæterùm quòd exiſtimat hunc Muſculum eundem eſſe cum eiuſdem Plinij Muſculo quem Cetorum ducem facit, improbo, Cetum enim Ceto ducem eſſe quis ſibi perſuadeat? Nonne id cæcum à cæco duci eſſet? Plinius certè Muſculum cetum cum Muſculo cetorum duce confundit, quòd Rondeletio impoſuit. Ego Muſculum Cetorum ducem paruum piſcem eſſe oſtendi.

[a] lib 3. Hiſt cap. 12. *Myſticetus. Muſculus.*
[b] lib 11. cap 37.
[c] lib 32. cap. 11.

*Muſculi nomine non bonè ratione belluam indicari.*

# FORMA. DESCRIPTIO.

*Rondeletius.*

BElua hæc plurimùm triginta ſex cubitos longa eſt, octo alta, Oris ſciſſura ad duodeuiginti pedes porrigitur, dentes in eo nulli ſed horum loco in vtraque maxilla corneæ ſunt laminæ nigræ, ſenſim in pilos ſuillis ſimiles deſinentes, quæ in anteriore & poſteriore ſiue interiore oris parte breuiores ſunt, in media longiores. Ab interioribus lingua intus continetur & coercetur, inde educta vel abſciſſa ita diffunditur, vt in eundem locum recipi poſtea non poſſit: maxima enim eſt, laxa admodum ſubſtantia. Sale conditur, & à plurimis in maximis habetur delicijs. Eſt enim omnium corporis partium tenerrima, ex ea vigintitria vaſa implentur, cuiuſmodi ſunt ea quibus in Gallia ſalſamenta conduntur, vt huc & illuc conuehantur. Oculi quatuor vlnarum ſpacio à ſe diſtant, foris paruſ apparent, intus capitis humani magnitudinem ſuperant. Quamobrem falluntur ij qui bubulis maiores eſſe negant. Pinnas duas maximas in lateribus habet, quibus natat & catulos in metu occultat. In dorſo nullam habet. Cauda ſitu caudis Delphinorum ſimilis eſt, figurâ non multum abſimilis, quam cùm mouet, ita mare agitat, vt nauiculas ſubmergat, vel ſi cymbam attingit, euertat. Roſtro eſt breui, fiſtula caret. Corio duro, nigro, integitur, ſine pilis, cui lepades & oſtrea hærentia aliquando reperiuntur. Internæ partes veluti in Delphino, pulmones, renes, veſica, teſtes, pudendum. In huius beluæ ventriculo, mucus, ſpuma, aqua, alga fœtida ineueniuntur, ſine vllis piſcium fruſtis: vt inde appareat carniuoram non eſſe. In quarundam ventriculo ambra viſa eſt.

*Dentes.*

*Lingua.*

*Oculi.*

*Pinnæ.*

*Cauda.*

*Pellis.*

*Cibus.*

A eſt. Viuos catulos parit, id quod ex diſſectione certiſſimum eſt. Illud verò non ſine cauſa quis miretur, quòd belua iſta pulmonibus ſpirans fiſtula careat, quam habeat Balæna vera, Phyſeter, Orca, quæ fiſtula cùm non ſolùm ad reijciendam aquam ſed ad reſpirandum data ſit, huius vice Muſculus rimas ſeu foramina habet, quòd roſtro ſit non oblongo ſed obtuſiore quàm cæteræ beluæ, quemadmodum teſtitudines & Vituli marini. Hæc Rondeletius. Geſnerus cum hac belua eandem exiſtimat Britannicum quendam Cetum, cuius effigies publicata eſt in charta typis excuſa, Londini primùm, deinde in Italia, cui duo in capite erant foramina, per quæ veluti per fiſtulas aquam putabatur plurimam eiectaſſe. Caro nullo eſt in pretio, lingua ſola commendatur. *Cur fiſtula careat.*

# DE PHYSETERE. Cap. IV.

## ÆQVIVOCATIO. SYNONYMA. ETYMVM.

B PHYSETER (φυστὴρ) [a] Ariſtoteli fiſtula eſt, qua (vt ſuo loco diximus) aquam cete reijciunt: item Heſychio & Varino, à quibus per duplex σ. φυσσστὴρ, neſcio quàm benè ſcribitur. Accipitur tamen præterea pro fiſtula Mollium, vt Polypi. Hæc enim more cetorum mare admiſſum, dum cibum capiunt, obiter reddunt. Dicuntur item polypi ab Ariſtotele & Athenæo τῷ φυστῆρι qui meatus (inquiunt) eſt in corpore, parere. Alijs Græcis φυστὴρ peculiarem ſignificat cetum, qui præ cæteris copioſiorem aquarum alluuiem efflando emittere dicitur, aut vt Iouij verbis vtar, frequenti reflatu prælatas vndas euomere, vt plerumque etiam alueos nauigantium opprimat. Geſnerus alio nomine Phyſalum nuncupari conijcit, quoniam & nomen & origo eius, παρὰ τὸ φυσᾶν, quod eſt flare, conueniunt. Vnde vtrumque rectè flatorem conuertas. In qua ſententia & Gillium fuiſſe apparet, qui apud [b] Aelianum pro Phyſalo Phyſeterem conuertit. In Oppiani codicibus φύσσαλος haud rectè ſcribitur. Notandum verò ab hoc Phyſalo, toto cælo differre Phyſalum maris rubri memoratum ab Aeliano ex Leonide Byzantio, magnitudine adulti Gobionis, ſine oculis, ſine ore, cùm branchias tamen habeat, pernitioſum ei qui guſtauerit, mox enim intumeſcere, tandemque ventrem cum extrema vitæ internetione abundè profluere. Idem Geſnerus Priſtin quoque eandem vel prorſus cognatam Phyſeteri beluam eſſe, tùm à nomine, tùm ab ipſorum animalium natura petitis veriſimilibus argumentis aſſerere conatus eſt: monetque, cùm varijs modis ſcribatur hæc vox apud Græcos, videlicet πρίστις, πρίσις, & πρῆσις, apud Latinos Priſtes, Priſtis, vel Piſtris vel Piſtrix, quòd optimè Græcis πρῆσις, latinè Preſtis vocari poſſit, propterea quòd deduci hoc nomen appareat παρὰ τὸ πρῆθειν vel πρῆσαι, quòd non ſolùm vrere, ſed etiam flare & ſpirare, ſicut φυσᾶν, ſignificat, vt inde factum verbale nomen πρῆσις & πρηστὴρ, idem quod φυστὴρ ſonet: quamobrem & fulminis non igniti omnino genus (inquit) πρηστῆρα phyſiologi Græci nuncupant, quod ventum [a] *Lib. Hiſt. cap. 12.* *Phyſalus.* [b] *Lib. 9. cap. 49.* *Phyſalus maris rubri.* *Preſtis. Priſtis.*

Phyſéter.





Digitized by Google

ſemper, & præcedere & comitari, & ſequi Olympiodorus docet. Videntur & animantes præſtare non profulmine aliquo, ſed turbine & vento vehementiore ſurpare. Dicit Nearchus apud Arrianum de cetis loquens *φάλαιναι γὰρ ἄνω ἀναφυσῶσιν ἐκ τῆς θαλάσσης, οἷα παρ' ἐκπνεόντων βίᾳ ἀναφερόμενον*, id eſt, quam è mari in ſublime eſtari ſam vi magna tanquam turbine quodam emiſſam: & ſimiliter Aelianus: *Ὡς πολλάκις, ὅταν ἀναφυσῶσι τοῖς ἐκπνεύμασιν, ἐς ὕψος τοσοῦτον ἀναρριπίζει τῆς θαλάσσης τὸ κλυδώνιον, ὡς δοκεῖν τοῖς ἀπαρτίας πλεούσαις τὰς κεραίας ἅπτεσθαι.* Quibus verbis (ſimque de Phyſetere bu- loquens, & verbo *ἀναφυσᾶν* vtens, & nomine *πρίστις*, quod animo ſimuit eandem beluam, eademq; nominis ratione & Preſtin & Phyſeterem dici) ſi quis verò hæc minus probet, propterea quòd non *πρῆστις*, ſed *πρίστις* potiùs vel *πρῖστις* probè ſcribatur, & ſic Plinius quoq; legiſſe videatur, qui tranſtu- *Serra* lerit Serram, huic licet magna ex parte per ea quę iam recitata ſunt, ſatisfactum iri exiſtimet, attamen reſpondet: maiorem eſſe Græcorum authoritatem, quàm Plinij aut aliorum Latinorum, in ijs quidem quæ hi ab illis tranſtulerunt. Aut igitur arbitratur Plinium Serræ nomen a Græcis non tranſtuliſſe, & aliud quodpiam marinum animal non Preſtin Priſtin ſe intellexiſſe, (in qua ſententia, inquit, Hermolaus fuit;) &, vt conijcit, Gaza quoq;, qui Græcum Priſtes relinquere voluit, non Serram conuertere. Quanquam vero [inquit Hermolaus] Priſtis Græcè Serrani ſignificat, aliud tamen genus piſcis eſt Serra quam Priſtis) aut ſi animal idem putauit, Græcè fortitan, vel non rectè ſcriptum hoc nomen legiſſe, *πρίστις*: vel rectè quidem *πρῆστις*, ſed vim vocabuli non intellexiſſe. At diuerſa potiùs *lib 9. c. 2.* animalia Plinium nominibus iſtis diuerſis proximè inter ſe ſurpatis accepiſſe credit. De rerum enim in mari varietate loquens: *Ferùm quidem* (inquit) *non ſolùm animalium ſimulacra* (in mari) *eſſe, licet intelligere inuentibus Vnam, Gladium, Serras.* Mox autem ſequenti capite: *Plurima & maxima in Indico mari animalia, è quibus Balena quaternum iugerum, triſtes ducenum cubitorum.* Ne verò quis in Oppiani verſibus erratum librariorum errore ſuſpicetur, quòd ſcribitur *πρῆστις*; admonet epitheton *ἀφρονὴ*, id eſt cruenta vel ſanguinaria, genere fœminino appoſitum, cùm maſculinum eſſe oporteret, ſi *πρίστις*, vt apud Ariſtotelem, ſcriberetur: —— *ἐν δὲ ἀφρονὴ*

*Πρῖστις, ἀταρβὴς τε δυσαντία χασμᾶται λαίμης.*

Vbi carminis etiam ratione (inquit) *πρῆστις* duabus longis admitti non poſſet, cùm *πρίστις* cum iota in vtraq; ſyllaba poſſit, vtpotè trochaicum & fœmininum nomen. Sed quorſum mutemus, cùm Aelianus quoq; & Suidas ita legerint? & ſimiliter Euſtathius ex Athenæo, vbi tamen *πρῆστις* leguntur. Iam verò cùm Phyſeter pro animali apud Ariſtotelem nunquam, ſed Priſtes nominatur: ab Oppiano, Aeliano & Suida Phyſali, Phyſeteres, inquit, interpretor, & Preſtides ſimul inter cete nominentur, & pro diuerſis ceteris habuiſſe has beluas, obijci ei poſſit, nondum tamen prorſus euerſam ſententiam ſuam arbitratur, qua Phyſeterem Preſtidi vel eandem, vel omnino cognatam eſſe beluam ciuit: propterea quòd Suidę nulla authoritas his in rebus, qui nimirum huiuſmodi ferè ex Aeliano alijſque tranſcripſit: Aelianus & hîc & alibi plerumq; in his quæ ad piſcium ferè hiſtoriam pertinent, Oppianum ſequitur: itaq; tres illi oppoſiti authores ad vnum redigentur Oppianum; cui non inuitus concedit de parte ſententiæ ſuæ; partem retinet, cognatum duntaxat eſſe Preſtidi Phyſeterem; & fortè plus quàm cognatum (inquit) vt Phyſeter in Gallico Oceano non alius quàm in Indico Preſtis ſit: quod & Plinius ferè innuit his verbis: *Maximum animal in Indico mari Triſtis & Balena eſt, in Gallico Oceano Physeter*, &c. E Balænarum quidem genere Phyſeteras eſſe Rondeletius aſſentitur; quibus ſi Priſtis etiam, vt ipſi (Geſnero) videtur, affinis eſt, non erit cetus vel piſcis ille, quem roſtro oblongo ſerratoq; longè diſſimilem. Balænis pro Priſtide pingit. Rondeletius verò pro Priſti beluam exhibuit roſtro ſerra inſigni: ſed Priſtin cùm tale habere vel roſtrum, vel partem aliam ſerræ ſimilem, nullus au- *Serra Plinij.* thorum ſcripſerit; deq; Serra Plinij, neq; an cetus ſit conſtet: neq; an corpore toto, an parte duntaxat aliqua ſerram referat, idem Geſnerus Rondeletij Scolopacem, cui radius quidam iuxta caudam planè ſerram refert, Serram potiùs Plinij quam beluam illam a Rondeletio pictam eſſe conijcit. Equidem Serra in Scolopace aculeus eſt longus, durus, præacutus, altera tantùm parte ſerratus, denticulis planè ſerram referentibus, vtpotè contiguis baſibus, quæ latiuſculæ ſunt; cùm in roſtro quod Rondeletius pingit, maiora ſint quam ſerræ conueniat, interualla, & latus vtrunq; denticulatum. Bellonius quoq; eundem cetum Serram facit, ſed Priſtin ab eo diſtinguit, hanc eum volens quem Galli Calderonum vocant, quod anteriorem capitis partem fundo cacabi perſimilem habeat, Priſtimque Græcis dici contendit, quòd quemadmodum Priſtes dicitur ſerpens omnium ſui generis ſerpentium teretior ac pro lõgitudine corporis craſſior, ſic & hic Calderonus inter cæteros ſui generis piſces talis eſſe conſpiciatur. Ego Geſnero partim ſubſcribo, partim etiam aduerſor. Vt enim Preſtin (*πρῆστιν* facilè cum Phyſitere eandem conceſſero, & *παρὰ τὸ πρήθω* deduci, ita contra *πρίστιν* cum Rondeletio lexicographiſq; *παρὰ τὸ πρίων*, id eſt a ſecando deriuo, & cum Oppiano à Phyſalo ſiue Phyſetére diſtinguo, nam & ſcientiſſimus Poëta nauem eiuſdem nominis, quamq; item piſtrin nominat, à ſecando denominari innuit, inquiens: ——*Sic ipſa fuga ſecat æquora Priſtis.*

quo loco ſecare nihil aliud eſt, quàm perniciter velociterque properare, vnde aliàs velocem cognominauit.

A minauit; *Velocem Muestens agit aeri remige pistrim:* Sumpta est translatio ab auibus, quæ aërem inter volandum diuidunt. Quamobrem meo iudicio Pristim (Cetum) non rectè Serram interpretabimur, sed optimè sectorem, quoniam quod serra secatur, tardè secatur: neque etiam rectè cum Bellonio Cetum esse arbitrabimur, amplo & obtuso capite, talem enim fluctus, vt & nauem obtusior prora, remorabitur.

# FORMA. DESCRIPTIO. NATVRA.

QVis modò veterum Physeter siue Physalus, siue Prestis sit, nemo (puto) tuto certoq; affirmârit, cùm nullam peculiarem de eo nobis reliquerint notam. Plinius quidem; *Maximū* (inquit) *animal in Indico mari Pristis & Balæna est, in Gallico Oceano Physeter, ingentis columnæ modo se attollens, altiorque* (sic & Solinum legisse apparet, Rondeletius aliorem q;) B Addit Solinus *super antennas se nauium attollere, nauium velis diuitem quandam eructans.* Sed nec hoc ipsi peculiare, nam [b] Strabo alijs etiam cetis commune facit his verbis: *In mari extero cete & plura & maiora sunt; circa Turditaniam verò in primis, vt Orcyes, Balænæ & Physeteres: quibus reflantibus nebulosa cuiusdam columnæ visio longè cernentibus apparet.* [c] Alias tamen ait Nearchum cum socijs in sinu Persico nauigantem, Physiterum turbasse magnitudines, fluctum maximum & cumulatum & caliginem tantam reflationibus excitantes, vt quæ ante pedes erant, conspici non possent. Quamobrem de Physetere alij aliter si sentiant, mirum non est. Gulielmus Turnerus in epistola ad Gesnerum Physetêrem ab Anglis scribit à VVorpoul vocari: cetum esse portentosæ magnitudinis, ad Balænæ tamen magnitudinem nunquam accedere: singulos se eorum tantum aquæ è fistulis, quas (inquit) in capitibus habent, eiaculantes vidisse, vt singuli singulas naues aquarum copia in profundum submergerent. Gillius quoque ab eadem aquarum effilatione eum esse coijcit, qui vulgò Calderonus appellatur, quem Bellonius Pristim facit, rectiùs Prestim dicturus. Secundum (inquit Bellonius) locum a Balæna obtinet. Duo postremis annis allati sunt Lutetiam, quorum alter nongentas libras grauis, populo Parisino vænijt: alter Francisco regi oblatus, atque ab ipso sui corporis custodibus Heluetijs dispersus, permultos in summam admirationem adduxit. Huius C piscis cùm talis sit cutis, caro, lingua, pulmones, eiusdemque ad esum & victum naturæ, vt Balænam ementiatur, nihil prætereà subiungere possum, quod non in Balæna dictum fuerit, atque in Orca & Delphino rursus explicaturi simus. Hoc à Balæna differt, quòd nullas prætenturas habeat, neque tam vasta corporis mole, figuraque sit magis teretі. Itaque ex superiore pictura nouam aliquam apud te confingere poteris, quam tibi proponas. Hæc Bellonius, cuius de Pristi opinionem suprà refutauimus. Rondelio Physeter est belua admirandæ magnitudinis ex Balenarum (vt asserit) genere: ore maximo, dentibus acutis, serratis, quemadmodum (inquit) Orca: lingua intus magna & carnosa: fistula longè ampliore quàm habent reliquæ beluæ; quam ob causam multò plus aquæ (inquit) reijcit & effiat, vnde illi nomen φυσητῆρος. Ab Orca differt, quòd multò longior sit, & dorsi pinna careat. Pinguedine multa abundat, veluti Balæna & beluæ reliquæ. A suis Peis Mular, à Santonibus Sedenette vocari ait; ab Italis Capidolio: Iouio verò Capidolio Orca est, Gillio potius Balena, ego nomen cetis maioribus commune esse puto. Rondeletius quin verum Physeterem pinxerit, non dubitat, quòd ei fistula sit multò amplior, quàm in cæteris, qua veluti nimbos aquarum effiat: eamque notam & totius bèluæ figuram, ex ijs qui beluas venantur, magnumque ex his quæstum faciunt, didicisse se profitetur; suamque hac etiam in re operam præstitisse sibi Capellarum medicum doctissimum, qui non procul à Baiona habitat, quo in sinu quotannis beluæ capiuntur. Iconem iam dedimus. Cæterùm sim genuinus Physeter, non satis affirmauerim.

[b] Lib. 1. de Geogr.

[c] Lib. 15.

*De Physetere Turneri & aliorū sententia.*

*Caldaronus.*

*Physeter Rondel.*

# DE PRISTI. Cap. V.

PRISTIN à Phyſalo quem Phyſeteri & Preſti eundem eſſe oſtendimus, Oppianus & ex eo Aelianus diſtinguunt, & Plinius inter Latinos, Phyſalum, Phyſeterem & Preſtin a flando ſeu efflando hoc eſt aquam eructando nomen inueniſſe, Priſtin verò à ſecando, etiam diximus, quòd videlicet alijs cetis comparatus anteriori corporis parte aquam ſecet, id eſt præ cæteris perniciſſimè natatum exerceat, non aliter ac naues, quarum prora magis acuminata eſt, priſtes & piſtres etiam inde nuncupatæ Virgilio ad naturam feræ & nauis ſimul velocitatem reſpicienti, quare & iſtiuſmodi nauem velocem dixit, & immani corpore, aliaſque ad etymum alludens ait:

*Priſtin velocem eſſe.*

*Priſtis nauis.*

—— *Sic ipſa fuga ſecat æquora Priſtis.*

Et Seruius priori loco: *Priſtis* (inquit *à ſectione undarum dicta eſt: Scindit enim mirum in modum fluctus propter tenuitatem.* De Bellonij Priſte dictum eſt, Phyſeterem ob capitis vaſtitatem (qua nimirum maximam aquæ molem reddere poſſit) ac rotunditatem, qua fundum cácabi refert, vnde Calderonum vocant, dicendum potius quàm Priſtim, cùm maris ſectio obtuſo capite piſci, vt ratio ſuadet, conuenire non poſſit. Adhæc magnitudo Calderono non tanta eſſe videtur, quanta in Priſte requiritur, & Calderonus Gallico mari haud infrequens eſt, cùm teſtante Plinio Priſtis in Indico mari maximum ſit animal, in Gallico Oceano Phyſéter. Falliturq; omnino Bellonius, dum Priſtim Græcis dici exiſtimat, quòd quemadmodum ſerpens (eius verba ſunt) qui Priſtes dicitur, omnium ſui generis ſerpentium teretior, ac pro longitudine corporis ſit craſſior. Apud neminem enim veterum Priſten ſerpentem reperias, ſed preſterem apud omnes, de quo Deo dante ſuo loco dicemus fuſiùs. Rondeletij opinionem quoque refutauimus, qui videns Priſtim dici ἀπὸ τοῦ πρίειν, id eſt ſecare, Priſtimque & ſectorem, & ſerram, & cetaceum piſcem ſignificare, Cetum pro eo ac pro Plinij Serra pinxit, quem Indi, vt ipſe tradit, Viuellam appellant, & carne inſuaui & cibo inutilem eſſe dicunt. Mirabili (inquit) forma eſt, maximè ob roſtrum quòd valdè longum eſt, oſſeum, vtrinque aculeatum, roſtri modo figuraque. Eius aculei validi ſunt, & Delphinorum dentibus ſimiles, ſed longiores. Os cui infixi ſunt, latum, tenue, cute aſpera, cinerea. Quæ quidem deſcriptio Oſſi quod priori loco hic exprimitur, exactè quadrat, ipſe verò id ita pinxit, vt ad coniecturam finxiſſe videatur. Noſtrum, quòd in muſeo inter alia rariora peregrè acceptum reſeruo, tres circiter digitos latum eſt, vno latere albicans, altera cinereo, quatuor & amplius dodrantes longum, vtrinque dentatum inſigniter, dentibus viginti duobus. Altero loco exhibitum minus quidem latum eſt, ſed dentes habet plures, ſeptem nimirum & viginti ab vtroque latere, color huic eſt ferrugineus. Apparet itaque dentium numero, coloreque variare. Geſnerus enim hoc idem os Francfordiæ obſeruatum triginta inſtructum dentibus fuiſſe aſſerit, ſed in icone triginta quatuor pinxit. Bellonius quoque noſtro priori ſimile pinxit, aitque Serram vt Xiphiam & Gladium appellari antiquis cetaceum & cartilagineum piſcem, quòd protectò vt eſt falſiſſimum, ita cetaceum eſſe & cartilagineum, planè contrarium eſt. Ex eo tamen hoc poſtremum repetiſſe Cardanum apparet, qui iſtiuſmodi os cartilagineum facit. Inutilis (inquit) eſt piſcis quem Viuellam vocant, quamuis magnus: nam caro eius haud iucunda eſt, forma tamen mirabilis eſt hic piſcis, vt qui enſis imagine cartilagineum quoddam in fronte ferat, palmorum quatuor longitudine, aut etiam ampliùs, ab imo vſq; ad ſupremum dentatum acutis robuſtiſq; dentibus. Aloyſius[a] Cadamuſtus puto Serram aquaticam vocat, inquiens in Madera inſula noui orbis aquaticas Serras eſſe, ipſque in aſſamenta ſecari ligna. Scribit Bellonius eſſe qui vulgari quodam errore linguam ſerpentis vocant, & Geſnerus Louanij in domo publica ſerpentem pendere audiuit, tali inſignem lingua, arte nimirum ſceleto inſerta. Hic item tradit Luſitanũ quendam visâ apud ipſum icone, peſce Serra appellaſſe, ſed ſpinam dorſi eſſe, quod (inquit Geſnerus) non crediderim. Ego ſuprà Canis genas ſimilis ſerra in dorſo depictum dedi: & Ambroſius Paræus alium ſiue cetum, ſiue piſcem pinxit, qui eam in vertice gerit capitis, vt icon appoſita, oſtendit, Vtilif (inquit) vocant, patria lingua. Citat autem Theuetum, qui (inquit) ſibi vi tempeſtatis per Oceanum Atlanticum vecti, viſum ſcribit hunc piſcem velut Serram in fronte habentem longitudine tripedali, & quatuor digitos latam, ſpiculis inde acutis munitam. Sed reuertar ad piſcem Rondeletij. Carolus Cluſius[b] in huius piſcis nomenclatura, lubens Rondeletij opinionem amplectitur, in piſcis autem figura exprimenda, quum ipſe (inquit) piſcem rariſſimè in Europam adferri ſolitum, nunquam conſpexerit, ſed eius duntaxat, vt ipſemet fatetur, roſtrum, deceptum fuiſſe aſſerit,

*Priſtin Bellonij potius Phyſeterem eſſe.*

*Preſter ſerpens.*

*Viuella.*

*Cap. 6. ſua nauigat. Serra aquatica*

*Linguæ de ſerpente.*

[a] *Cap. 6. ſua nauigat.*

[b] *Lib. 6. Exoticor. c. 19. Ex Galeis eſſe.*



Digitized by Google

Pristis Rond. rostrum colore cinereo. Aliud colore ferrugineo.



Digitized by Google



Digitized by Google

aſſerit, nobiſq; qualem apud ornatiſſimum virum Iacobum Plateau, qui muſeum omni rerum exo- E
ticarum copia inſtructiſſimum habet, integrum vidit, & depictum inſuper ab eo accepit, & deſcriptum & depictum exhibuit. Quanquam autem negare (inquit) non poſſum, hunc piſcem in ingentem magnitudinem creſcere, vt ex pleriſque roſtris coniecturam facere licet, ipſius tamen formæ ratione inter Galeorum aut Canicularum potiùs genera referendus eſſe videtur, quam inter cetaceos, cum quibus nullam corporis ſimilitudinem habet, quemadmodum non tantùm ex icone accepta, ſed ex integro piſce reſiccato obſeruabam, quem Amſtelredami conſpiciebam apud ornatiſſimum & humaniſſimum virum Henricum ab Os, ſic vt ex illo coniecturam facerem, in ea pictura ad me miſſa, nimiam corporis craſſitudinem fuiſſe expreſſam. Erat porrò hic piſcis corporis forma & colore Galeorum generibus aut Caniculæ Ariſtotelis valde ſimilis: nullis tamen maculis, vt illa, conſperſum cutim habens, perinde tamen rudem, & inſtar Zygænæ cutis aſperam, fuſci in dorſo coloris (quem videbam cineracei erat) in ventre candicantis, & ſex pinnas habebat, in lateribus, medio videlicet pænè corpore binnas (quibus in illo quidem quem conſpiciebam, vicinæ erant quinæ vtrinque anguſtæ oblongiuſculæque branchiæ, icon autem accepta nullas expreſſas habebat) ſub podice binas, ſupra caudæ initium, extremo ſcilicet dorſo, quintam, ſextam verò, in quam extrema cauda deſinebat, caput in longum & anguſtum, planum & firmum roſtrum porrigebatur, vtrinq; multis F
dentibus ſiue oſſeis firmiſq; & rectis ſpinis ex aduerſo ſitis ſerræ inſtar munitum, viginti vel etiam pluribus: certè piſcis illius quem conſpiciebam roſtrum, licet ſeptem vncias duntaxat longum eſſet, totus verò piſcis binos pedes cum triente, ſiue octo & viginti vncias non ſuperaret, duodetriginta oſſeis ſpinis valdè acutis in vtroque latere erat munitum. Quanta autem eſſet eius piſcis, cuius pictura ad me miſſa, longitudo, ignoro, ſed in roſtro numerus ſpinarum, qui in ſingulis lateribus erat expreſſus, vigeſimum non ſuperabat: binos verò oculos in prona capitis parte habebat, binas nares in ſupina & infra illas oris ſciſſuram, vt Zygæna ferè tranſuerſam, in qua nulli dentes expreſſi, nec in eius quem conſpiciebam, oris ſciſſura, tametſi diligenter requirerem, vllos obſeruare poteram. Reperitur hic piſcis, vt plurimùm, in Oceano occiduo: certè quotquot mihi videre licuit roſtra variæ magnitudinis, ingentia, mediocria, & exigua, inde relata dicebantur. Hæc itaque Cluſius: cuius quidem piſcis ex Galeorum numero quin ſit, nemini dubium eſſe debet, nec propterea à me expreſſum cetorum figura, fictitium eſſe nolim quis ſibi perſuadeat: fieri enim poteſt, vt duo ſint feræ, vna ex piſcibus, altera ex cetis, quibus talis promuſcis eſt ſiue mucro, cùm bipedalis tantùm aut paulò longior illius piſcis ſit, à quo tantæ longitudinis, ponderiſque mucronem, qualem depinximus, commodè ferri non putem. G

*Ex Galeis eſſe.*

*Forma.*

*Pinnæ.*

*Caput.*

Serra ſiue Priſtis Cluſij.



DE OR-

A

# DE ORCA. Cap. VI.

## SYNONYMA. ETYMVM.

HAVIVS ceti Græcam nomenclaturam non inuenio, nisi fortè ὄρυξ sit apud Strabonem, pro qua voce apud [a] Hesychium & [b] Varinum haud rectè ὄρυγξ scribitur. *In mari extero* (inquit Strabo) *cete plura & maiora fiunt: circa Turditaniam verò in primis, vbi fluxus & refluxus augentur, quæ causa nimirum & multitudinis & magnitudinis est, vt Oryges* (in Græco est genitiuus pluralis ὀρύγων) *Balenæ & Physeteres.* Calepinus pro Orca habet ὄρκη, sine, puto, vlla authoritate. Ὄρυξ verò fossorem significat, quod huic tamen ceto, nisi per antinomasiam sic vocari velimus, non conuenit, vt qui Latinis Orca dictus est à vasis olearij aut vinarij similitudine, quod præ cæteris Festus tradidit his verbis: *Orca teretes* (rotundi) *sunt atque vniformes, vnde & vasa vinaria* (in multis codicibus ficaria) *dicta.* Hermolaus in hoc [c] Plinij loco: *Cerussa vsta casu reperta est incendio Pirai, cerussa in oreis cremata,* Orcam (inquit) Probus in illo Persei versu: *Angusto colle non fallier orca,* interpretatur amphoræ speciem. Omnino veteribus & vinarium & olearium vas erat orca: item salgamarium, vt in quo fici quoque, vt Plinius inquit, asseruabantur. Alij in eodem Persei loco orcam exponunt vas aleatorium, quo coniecti agitatiq; tali emittuntur in tabulam aleatoriam. Alij item vas interpretantur fictile, lata aluo, angusto ore ac fundo, longiori collo, in quam inter ludentes pueros qui nucem iniecissent, victor erat. Bellonius Orcam Oppiano Orcynum vocari putat, cùm sit hîc Thunni genus maximum.

[a] lib. 3. Geogr. [b] Oryx.

*Orca vnde dicta.*

[c] lib. 35. cap. 6.

## FORMA. DESCRIPTIO.

CVm itaq; Orca à vasis olearij aut vinarij similitudine nomen inuenerit, Rondeletius pro Orca ostendit marinam beluam toto corpore valdè crasso & rotundo, extremis non valdè prominentibus & tenuioribus. Santones Espaulars (inquit) vocant, ab humerorum seu potius scapularum latitudine & crassitudine. Aitque rostro & fistula, pinnis & cauda Delphino similem esse, corpore vigesies crassiore, potissimùm circa ventrem: dentes habere valdè latos in acutum desinentes, serratos. Eandem quidem Orcam ostendit & describit Bellonius, sed in Rondeletij icone latitudo ferè dimidia est ad longitudinem. Bellonij Orca longior, Delphino similior, & rostro resimo est. Crassa admodum corporis compage est, inquit Bellonius, reliqua quæ ad nos perueniunt, cetacea, præter Balænam facilè excedens: vt alteram (quæ minor erat) octingentarum librarum pondus, alteram verò plus mille libras excedere aliquando viderimus, maiorem pedes amplius quàm octodecim longam, crassam autem per medium decem & amplius: alteram porrò duodecim tantùm pedes longam, crassam autem pedes sex. Ambæ Delphino ita ac Tursioni similes, vt non solùm Marsuini nomen sibi vulgò vindicent, sed & pro Marsione publicè exponantur. Orca cute quasi corio integitur, admodum glabra ac politissima, ad dorsum liuente, ad ventrem albicante. Pinnas habet vtrinque vnam, pusillas quidem, si cum corporis magnitudine conferantur, quem admodum oculos etiam paruos: tertiam gerit alam (aliam fortè) in dorso erectariam, Delphini ac Tursionis more, caudam lunatam, ac multum latam, vt mediam vlnam distenta excedat. Rostro est simo, sursum repando: cuius labri inferioris tanta est crassitudo, vt à superiore seiungatur, dum piscis pronus est, idque quadraginta truculentis dentibus armauit natura: quorum anteriores obtusi & graciles, posteriores acuti & crassi sunt. Cæterò Delphino similis est, masculusque pudendum in medio ventre reconditum gerit: quòd si vnguibus primùm, deinde digitis exeras, duorum pedum longitudinem excedere comperies, in mucronem attenuatum. Fœmina pars verenda, ano vicina, mulieribus respondet, ad quam vtrinque ad duorum digitorum interuallum (quemadmodum Delphino ac Tursioni) quædam sunt foramina, in quibus mammarum papillæ delitescunt. Cæterùm de interna huius piscis anatome multa persequerer, nisi ea ad Delphinum & Tursionem accederet, dempto liene tamen, qui contra ipsorum formam, vnico orbiculari globo in placentæ formam effictus, neque vllo pacto distinctus similis est. Hactenus Bellonius. Ego Bellonij & Rondeletij iconem reliqui, hanc sufficere lectori ratus cui pinnis quæ iuxta caudam sunt, & caudæ ipsius figura ab ijs differat. Toto tergore atra est, ventre ex albo roseo, ad latera ferè cærulea, cætera icon ipsa ostendit.

*Magnitudo.*

*Cutis. Color.*

*Pinnæ. Oculi. Cauda. Rostrum.*

*Pudendum.*

*Partes interiores.*

A

# NATVRA. MORES.

BEllonius Orcam (ſuam puto) ſcribit retibus captam nihilo valentiorem eſſe quouis alio exiguo piſce, præſertim ſi cauda eius (inquit) impediatur. Pinnas enim habere nimis paruas comparatione ſuæ molis: itaque cùm iuuare ſeipſum & corpus ſuum aliqua vi impellere, aut eiaculari nequeat, remanere infirmam, & ſi diutius reti detineatur, ſub aqua ſuffocari, vt & alia, propriè dicta cete, quæ pulmones habent & reſpirant. Contrà Rondeletius dentibus tradit Balænam perſequi, hancq; cum mordet, veluti mugitum tauri à canibus comprehenſi cogere edere: itaque nautas qui piſcatus cauſa in nouum orbem nauigant, barbaros rogare, vel ſi liceat, imperare, ne Orcas lædant aut venentur, quoniam harum opera Balænas, Phocas aliaſq; beluas capiunt. Orcas enim truculentis dentibus beluas alias impetentes, maris gurgites cogere relinquere, & ad litora confugere, illicq; ſagittis teliſque alijs interficere. Ex quo (inquit) colligere licet, verum id eſſe, quòd de Balænarum & Orcarum pugna [a] Plinius literis mandauit his verbis: *Balenæ & in noſtra maria penetrant. In Gaditano Oceano non ante brumam conſpici eas tradunt: condi autem æſtatis temporibus in quodam ſinu placido & capaci, mirè gaudẽtes ibi parere. Hoc ſcire Orcas infeſtã his beluam, & cuius imago nulla repræſentatione exprimi poſſit alia, quàm carnis immenſæ, dentibus truculẽtæ. Irrumpũt ergò in ſecreta, ac vitulos earum & fœtas vel etiamnum grauidas lancinant morſu, incuſſæque ceu Liburnicarum roſtris fodiunt. Illæ ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, & pondere ſuo oneratæ, tunc quidem & vtero graues, pariendique pœnis inualidæ, ſolum auxilium nouere in altum profugere, & ſe toto defendere Oceano. Contrà Orcæ occurrere laborant, ſeſeq; opponere, & cautium anguſtijs trucidare, in vada vrgere, ſaxis illidere. Spectantur ea prælia ceu mari ipſo ſibi irato, nullis in ſinu ventis, fluctibus verò ad anhelitus ictuſq; quantos nulli turbines volunt.* Olaus Magnus in regionum Septentrionalium deſcriptione inter alia diuerſa marina monſtra hanc quoque exhibet picturam pro Orca Balænam oppugnante, quam etſi ex pictoris potius arbitrio, quàm ex authoris ſententia depictam ex aliorum ſimilium piſcium picturis conijcio, minimè mihi prætermittendam exiſtimaui, vt ſcilicet & Olaum oſtenderem in ea fuiſſe ſententia, quòd Orca Balænam præ cæteris cetis inſequatur. Cæterùm Orcam per fiſtulas plurimum quoque aquæ effundere, ex hiſce Plinij verbis clariſſimè licet colligere. *Orca in portu Oſtienſi viſa eſt oppugnata à Claudio principe. Venerat tunc exedificante eo portum, innitata naufragijs tergorum aduectorum è Gallia, ſatiansque ſe per complures dies, alueum in vado ſulcauerat, accumulata fluctibus in tantum, vt circumagi nullo modo poſſet, & dum ſaginam perſequitur, in litus fluctibus propulſa, eminente* (alias emineret) *dorſo multum ſuper aquas carinæ vice innerſe. Prætendi inſtit Cæſar plagas multiplices inter ea portum profectuſq; ipſe cum prætorianis cohortibus populo Rom. ſpectaculum præbuit, lanceas iaculante milite è nauigijs aſſultantibus, quorum vnum mergi vidimus reſtauſa belua oppletum, vnda,*

[a] lib. 9. cap. 6.

Orca & Balæna pugna.

Virium robur.

Aquam multam effundere. Orca à Claud o Cæſare oppugnata.



Digitized by Google



A

# DE DELPHINO Cap. VII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

DELPHINVS cùm in omne propemodum piſcium genus dominetur, & non modò robore præſtet, ſed & formæ pulchritudine & celeritate excellat, ac denique mãſuetudine amoreq; in omni marino genere reliqua facilè ſuperet, iure omni optimè merito principem locum inter cetos ſibi vendicabat, nec aliam ob cauſam nos Balænam prætulimus quàm quòd vulgus ittiuſmodi ingentis molis aquatilia Balænas nuncupare ſolet. Apud Græcos nomen hodieque retinet, a vulgo enim δέλφινας effertur, ab antiquis δελφὶς vel δελφὶν, Latini Delphinem etiam dicunt, & Delphinum ſi adultus eſt, ſin minus, Delphinulum, quem Græci δελφίσκον. Negat Bellonius in Gallico ſuo libro, quem de Delphino alijſque diuerſis maris piſcibus edidit, in Oceano vllum pilcem hoc nomine a piſcatoribus agnoſci, quamuis apud cæteras pleraſque Europæ gentes Delphini nomen audiatur: & Adrianus Iunius Delphinum Belgicè exponit Meerſvuyn, hoc eſt, Porcum marinum, quo nomine & à Gallis Oceani accolis vocari Rondeletius teſtatur, cùm ab accolis maris Mediterranei Delphin vel Dauphin appelletur, & à mediterraneis populis Becdoye, quòd prominentiore ſit roſtro, quaſi anſerino roſtro piſcem. Britanni quoque & Armorici ſeu Britones in Gallia Morhouch, idem quod Marſoum, id eſt Porcum marinum ſignificante vocabulo dicunt. Anglorum Porpoſe ex porco & piſce compoſitum etiam nomen eſſe Geſnerus arbitratur: alij Purpoſe ſcribunt. Poloni Morſka Svuinia eodem, vt putat, ſenſu nuncupant. Equidem appoſitè à pleriſq; gentibus marinus porcus appellabitur, cùm ſit animal pinguiſſimũ, terreſtrique porco pinguedine lardoque non cedat, eidemq; interiora ſimilia habeat, coſtas, iecur, inteſtina, & reliqua pleraque, Bellonius verò Marſouinum reuera Phocænam ſiue Turſionem eſſe teſtatur. Apud nos antiquum nomen retinetur, vti & apud Hiſpanos, quibus vnica etiam immutata litera Golfin vocatur. Albertus à nonnullis Berellos nominari ait, eò quòd ante naues aquam euomant. Nos vulgò Berillos dicimus lignea vaſa, quibus iumenta vinum ferunt, vt ab his potius Berilli dicantur.

*Ordinis ratio.*

*Delphis. Delphin.*

*Porcus marinus.*

*Berellus.*

C

## GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA. DECRIPTIO.

EX cetorum genere Delphinum eſſe inter alios Ariſtoteles quoque teſtatur inquiens: *Delphinus inter cete numeratur, branchys enim caret: arteriam & pulmonem habet, itemque fiſtulam à dorſo, ſtatim animal generat.* Et aliàs: *Natura omnium maximo animalium ſuperflua peculiariſque Delphino, & ſi quid aliud tale in cetaceo genere vel reliquo aquatili ſit, vt Balena & quæcunque fiſtulam gerunt: nam & terreſtrium natura participant recipiendo aere & aquatilium quòd aquam recipiant, (in aqua degant.)* Duo eius genera circa Propontidem cognoſci author eſt Bellonius citante Geſnero, maiores ſcilicet & minores: Et in Oceano Indico maiores apparere, quàm in mediterraneo teſtatur ex antiquis [a] Arrianus. Phocænæ, hoc eſt Turſioni ſimilis eſt, vt [b] Ariſtoteles tradit, ſed maior, & à compluribus illa Delphini genus eſſe exiſtimatur: vt minus miremur Albertum qui Phocænam nobis pro Delphino deſcripſit, his verbis. Delphinorum in mari multa ſunt genera: Hoc autem quod

D frequentiùs videtur in mari, animal eſt nigræ pellis, caput habens breue, & dentes in ore continuos ſicut ſunt molares porci. Caput enim breue Phocænæ, non Delphino conuenit. Bellonius alias notas recitat, quibus inuicem differant, nimirum quòd Delphini lien compactus non eſt, ſed in multos globulos diſtinctus, felliſq; folliculo, ac cæco inteſtino caret. quòd Delphini inteſtina multò graciliora ſint, itemque epiglottis, quæ in palati foramen inferitur, triploq; minore ſit pudendo, maiore corde, liene, hepate, pulmone, ac ventriculo, lingua quoq; multò longiore ob roſtri prominentiam: præterea Delphini dentes in inferiore maxilla ſemipedem longa, ſerratos & acutos, vtrinque quadraginta, ſuperioribus minores conſpicies. Turſionis verò obtuſiores in latum ſe diffundunt, vt in pecudum anterioribus inciſorijs cernere eſt. Cauda etiam lunata Delphinis apparet, Turſionibus laciniata, magiſque quadrangula. Denique Delphinus vt plurimùm gracilior eſt, magis tamen carnoſus, ac minus pinguis. Quod modò ad formam & deſcriptionem Delphini attinet, Rondeletius diligentiſſimè cùm internas, tùm externas partes enumerauit ac deſcripſit, ſed cùm multæ earumq;

*Ex cetis eſſe*

*Magnitudine differunt.*

*[a] lib. 2.*

*[b] lib. 6. Hiſt cap. 12.*

*Caput. Delphini & differentia.*

*Cauda.*

*Non eſſe incurua corpora vt pingi ſolent.*

vſus cæteris quoque cetis ſint communes, nos in deſcriptione cetorum in genere de ijs egimus. Bellonius falli ait, qui tales eſſe putant Delphinos, quales in antiquis marmoribus & numiſmatis quale- E
h c depingitur, depictos vident, hoc eſt, repando dorſo incuruos atque inflexos: id enim (inquit) ſtatuariorum ac pictorum libido effecit potiùs, quàm vt aliqua nos ad id credendum ratio adducere poſſet. Verum quidem eſt, ingruente tempeſtate, dum ſaltantes Delphini atque ab undis exilientes, in mare præcipites ferri conſpiciantur, noſtros oculos fallere ſolere, atque incuruum quiddam præ

Delphini duo incurui dorſo repando ex antiquiſſimo numiſmate, Geſner.



F

ſe ferre: ſed ea ratio geometrica, qua oculus ob motus celeritatem plerumque decipitur, quemadmodum ſi rectum lignum in obliquum præceps trudas. Quamobrem ſtatuarijs ac pictoribus hoc concedendum eſt, quibus Gallica etiam lilia longe ab ipſa natura diuerſa primùm confingere placuit. Hoc tamen in antiquorum marmorum ac numiſmatum Delphinis placidiùs ferendum eſt, quòd dempta incuruata figura, reliquum totius corporis naturam probè imitetur. Hæc Bellonius, ſed Geſnerus reuera incuruare corpus eos putat, cùm ſaltu alioue impetu ſe vibrant, nam cùm pinnas ad natandum binas tantùm habeant, vi & contentione corporis neruorum ac muſculorum ſeſe quàm celerrimè promouent, cumq; in perpetuo ferè motu & agilitate ſint, ſiue per laſciuiam ludentes & ſalientes, ſiue piſces inſequentes venando, ſiue nauigia comitantes, plerunque tales apparere arbitratur, præſertim cùm capite prominente (ſæpius autem emergit & effert caput neceſſitate reſpirationis, aut etiam admiratione circumſpiciendi audiendiue aliquid) mox eo rurſus in gurgitem fertur pronus, vrinatori ſe demergenti ſimilis. Vnde & ξυβιστητῆρα cum Oppiano cognominati, & δυτηρῆα apud Homerum, alios vrinatorem, alios Delphinum interpretari. Partim igitur hanc Delphini vrinantis agilitatem & geſtum, partim quia viuacior elegantiorque huiuſmodi eius figura, quàm ſimplex & recta videbatur, curuum hoc animal pictores & ſtatuarios expreſſiſſe. Quamobrem & [b] Poetas pictorum exemplo curuos Delphinos dixiſſe putandum eſt. Ouidius: ——*Nec ſe ſuper æquora curui Tollere conſuetas audent Delphines in auras.*

*Quãdo curua corpora effingere videantur.* G

[b] *Metam. 1.*

*Roſtrum.* Plinius tamen repandum etiam ei dorſum tribuit: & antiquiſſimus author Pacuuius animalia hæc *incurnicernicumpecus* appellauit. Roſtrum eis ſimum, vnde & Simonis nomine gaudere Plinius tradit. Hinc Vlyſſem à Lycophone πλαγιόσημον dictum vulunt nonnulli, quòd (vt Philoſtratus ſcribit) ſubſimus fuerit. Quanquam alij ſic dictum interpretentur, quòd in parma & annulo, (& enſe, Pierius Valerianus,) Delphinum inſigne habuerit, in memoriam Telemachi, quem puerum mari illapſum à Delphinis ſeruatum ferunt. Oris ſciſſura longa eſt, vt in Thunno, vt mirari ſubeat, cur Ariſtoteles & Plinius Delphino os parte ſupina tribuant. Rictus latus eſt, quod & Ouidius meminit, inquiens

*Os.*

H

*Carpore & preſſo ſpina curuamine flecti Incipit, & lati rictus ſunt.*

*Lingua. Dentes. Fiſtula ſimi.*

Lingua mobilis, breuis & lata, vt ex Plinio paulò infrà, vbi de voce loquemur, dicetur, canoſa, exerta, in ambitu parum ſerrata, ſuillæ non abſimilis. Dentes habet paruos & acutos, pectinatim coeuntes: Oculos magnos, ſed cute adeo tectos, vt pupilla ſolùm appareat, non longè ab oris ſciſſura, quin in eadem propemodum linea ſitos. Fiſtulam à dorſo eſſe Ariſtoteles ſcribit, Rondeletius ante cerebrum, Bellonius inter oculos. Plinius Ariſtoteli ſubſcribit, Vuottonus prope cerebrum habere eam putat, & apud Ariſtotelem πρὸς τ ἐγκέφαλον, quàm πρὸ τοῦ ἐγκεφάλου legere mauult: cæterùm præſtiterit cum viris doctis & oculatis teſtibus quos nominaui, ante cerebrum inter oculos habere credere. Rondeletius ideo à veteribus in dorſo dici putat, quia magis ad partem poſteriorem ſpectat quam in Balæna, in qua magis (inquit) ad anteriora vergit.

*Pinnæ.*

Pinnis natat duabus validis, quæ veluti hominis brachia cum omoplatis articulis iunguntur. Earum muſculi quatuor robuſti



Digitized by Google

Delphinus alter.



Digitized by Google

A busti dorso pectorique annectuntur. Hæ in ventre sunt, ita sitæ vt non solùm natatum, sed etiam vt motum, quo sursum sese effert respirandi causa, adiuuent. In dorso vna tantùm. Hanc veterum nonnulli aculeatam faciunt, Appion, Plinius, & Pausanias, dum inquiunt Delphinum, vt puerum à se adamatum dorso reciperet, pinnæ aculeos veluti vagina condidisse, ne dilectum sibi corpus laceraret. Verùm falsum id esse sensus ipse conuincit, quandoquidem nullas omnino spinas, neque aculeos in vlla corporis parte Delphin habet: nisi dicamus aculeatam ideo hanc pinnam vocasse propter duritiam, qua puerum lædere potuisset, nam rigidam satis esse Rondeletius attestatur. Aliæ duæ pinnæ sunt in cauda, quarum etiam magnus est vsus, & diuersus ac in alijs situs. Non ex recto spinæ dorsi ductu oriuntur, vt altera sursum, altera dorsum spectet, sed ex caudæ lateribus, altera dextram, altera sinistram partem versus, ita vt cauda sua latitudine aquam verberet. Vis eius atq; robur in prouerbium abijt, quod suo loco referetur. Lunata est, vnde Ouidius:

*Pinnæ de-* *non esse aculeatum.*

*Cauda.*

—— *Falcata nouissima cauda est* *Qualia dimidia finuantur cornua Lunæ.*

Icon tamen nostra altero loco exhibita caudam ostendit, qualis Galeorum esse solet. Ego vtramque iconem parum accuratè expressam arbitror. Quòd ad sexus differentiam attinet, masculo tamen quoddam apparet in medio ventre, è quo pudendum exerit quadrupedibus ferè simile: *Sexus distinctio.*

B fœminæ pudendi orificium ano vicinum est, etiam ad terrestria animalia accedens. Maris pudendum perinde quasi hominum arrigitur: non tamen semper patet, sed occultatur; cùm autem ad coitum inflammâtur, extrà eminentem proferunt: atque ita fortè Aristoteles genitale foris esse dixit, testes intus ad aluum necti: nam alias etiam inquit, *Delphino meatus genitales ad spinæ locum adhærent, testes veri sub aluo latent. Testes intus habet vltima conditos aluo: nec meatus, sed penem pertendentem habet, vt boues.* Sunt autem testes teste Plinio prælongi. Fœminę teste eodem binas in ima aluo papillas tantùm gerunt, nec euidentes, & paullò in obliquum porrectas. Sed Aristoteles, cùm mammas suas non parte superiore, sed prope genitale dixisset continere, papillas quadrupedum modo conspicuas habere negat, sed velut alueolos quosdam humoris duos esse ait, vtroque de latere singularem, è quibus lac (inquit) fluit, quod ore catulorum sectantium parentem excipitur, idque iam à nonnullis perspectum est. Vulua ceruicem palmum vnum longam habet, ea deinde in ramos duos distribuitur, veluti in quadrupedibus terrenis videre est: testes ad vteri cornua positi, pudendum inter vmbilicum & pudicem. Felle caret, idque solus inter ea quæ pulmonem habent, & mare excipiunt. Testantur id Aristoteles & Plinius.

*Partes genitales.*

*Mamma*

*Vulua.*

C

# LOCVS.

OPpianus Delphinos & circa saxosa litora & in alto pelago degere scribit, & nusquam mare sine Delphinis esse. Apparetque omnino omnium marium piscem esse, nam & in Ponto, vbi nullum animal nec est, nec intrat piscibus maleficum, Delphini sunt, vt testatur Aristoteles, inquiens: οὐδὲν ἔστιν ἐν τῷ Πόντῳ θηρίον ἔξω δελφῖνος καὶ φωκαίνης, hoc est, in Ponto nulla fera est præter Delphinos & Phocænas: quamuis Plinium aliter sensisse vel legisse appareat, vt pote qui vertit: *In Pontum nulla intrat bestia piscibus maleficæ præter Vitulos & parvos Delphinos.* Vbi rursus pro paruos paucos reponerem ex Ammiano, qui quoque tradit nullam beluam immeare Ponto inimicam piscibus, extrà quàm paucos (inquit) Delphinos, quamuis Hermolaus Ammianum potiùs ex Plinio restituendum censeat, verùm & Oppianus de Ponto Euxino scribens παύρους Delphines ibi degere ait, id est paucos, & faciles numeratu, vt lexicographi exponunt, sed hunc Plinij locum aliàs ventilabimus. In Adriatico mari non nisi rarissimè etiam capi Bellonius obseruauit. Idem aliquando aquas dulces intrare tradit, ibiq; aliquandiu piscibus pasci, non multum tamen temporis immorari, & Aristobulus apud Strabonem author est nullum piscem ex mari in Nilum ascendere, *Omnium marium piscem esse.*

*Vbi mari:* *Aquas dulces intrare.*

D præter Mugilem, Thrissam & Delphinum, crocodilorum metu: Delphinos quia præstantiores sunt, Mugiles, quia à Porcis piscibus (á quibus crocodili propter spinas abstinent, ob naturæ quendam consensum secus terram ducuntur. Cæterùm vti hìc reuera Delphinos propriè dictos intelligi non dubito, ita de alijs loqui Solinum etiam arbitror: *Delphinum (inquit) genus est in Nilo, quorum dorsa serratas habent criſtas: Hi Delphines crocodilos studio eliciunt ad natandum, demersiq; astu fraudulento, tenera ventrium subternatantes fecant & interimunt.* Nam & Marcellinus non Delphinos sed Delphinis similes vocat, inquiens: *Crocod iliquidam in Nilo disrumpuntur fossis aluis mollibus certis ferarum dorsualibus cruſtis quas Delphinis similes nutrit fluuius.* Gesnerus Sturiones esse conijcit, quod tamen mihi minimè videtur, vt in Strurione expositi. Loca immutare, nec in eodem semper mari hærere vero non est dissimile, scribitq; Bellonius sese à Græcis, qui circa Propontidem habitant, accepisse, Delphinos etiam instar aliorum (quorundam) piscium migrare, è mari mediteraneo videlicet Septentrionem versus, Helespontum & Propontidem emetiri, & Euxinum ingressos certo tempore immorari, tum denuò loca prius relicta repetere.

*Delphinorũ in Nilo duo genera.*

*Migrare.*

NATVRA.

# NATVRA. MORES.

*Delphini comites.*

DElphinus teſte Philoſopho tantùm carnivorus eſt. In minores piſces cùm cibum inquirit, quàm maximè & crudeliter graſſatur, eorumq; longam & latam fugam facit, omneſque maris meatus timore implet: nimirum optimum quemq; diripit & prædatur. Habetq; quę ceu adulatrices venationem comitantur Cephos aues, quæ ab illis occiſorum piſcium ſanguine paſcunur, vt Oppianus ſcribit. Impetum eius in piſces, piſciumque timorem elegantiſſimè tetigit Papinianus nono Thebaidos, his verſibus:

*Delphini impetus in piſces.*

*Qualis cæruleis tumido ſub gurgite terror*
*Piſcibus; arcani quoties diuexa profundi*
*Scrutantẽ Delphina vident, fugit omnis in imos*
*Turba lacus, virideſq; metu ſtipantur in algas*
*Nec prius emerſi* (emergunt fortè) *quàm ſummaper æquora flexus*
*Emicet, & viſis malit certare carinis.*

Ad eundem impetum ac graſſationem quoque reſpexit [a] Silius, inquiens:

[a] *Lib. 15.*

*—— rabidi cum belua ponti.*
*Per longum ſtereli ad paſtus iactata profundo*
*Cum procul in fluctu piſcem malè ſaucia vidit,*
*Aeſtuat, & luſtrans nantem ſub gurgite prædam,*
*Abſorbet latè permixtum piſcibus æquor.*

*Viſu valere.*

Viſus enim ipſi acutiſſimus, ita vt piſcem etiam ſub lapide, vel in cauerna aliqua latitantem ab eo videri Oppianus referat. Cùm itaque in piſcium nationes ita dominetur, vt ne intueri ipſum, ne dum appropinquare ad ipſum audeant, Ariſtoteles τὸ θηρίον, Plinius maleficam beſtiam nominarunt.

*Velocitas.*

Idem velocitate omnia animalia ſuperare teſtantur. *Velociſſimum omnium animalium* (inquit Plinius) *non ſolùm marinorum, Delphinus eſt, ocyor volucre, ocyor telo: Nam cùm fame concitati fugientem in vada ima piſcem, diutius ſpiritum continuere, vt arcu emiſſi ad reſpirandum emicant: tantaq; vi exiliunt, vt plerunque vela nauium tranſuolent ſalta.* Idem ex [b] Ariſtotele recitat Aelianus, additq; & cauſam conari adferre huiuſmodi: Quemadmodum enim vrinatores animam continent, ſic illum primùm ſpiritum comprimere, deinde corpus ſicut ſagittam neruo expulſam iaculari: nam ſpiritus (ait) intus compreſſus, & illum & vrinatores compellit ac iaculatur. [c] Philoſophi verba ſunt: *Omnium tum aquatilium tum terreſtrium animalium velociſſimi mihi videntur eſſe Delphini: Superſiliunt enim nauigiorum magnorum malos: quod maximè faciunt, cum piſcem quempiam cibi cauſa perſequuntur: tunc enim ſi is fugit, ad fundum vſque fama vrgente inſequuntur: quòd ſi longior fuerit reuerſio ſpiritum continent, quaſi ſpatium apud ſe reputantes, & conuerſi ſagittæ modo feruntur, celerrimè itineris longitudinem emetiri volentes reſpirandi cauſa, quo impetu nauigiorum, quæ fortè illic fuerint, malos ſuperant. Hoc idem vrinatores faciunt, cùm ſe in profundum demiſerunt: pro viribus enim conuerſi, cnixiùs efferuntur vt ſpirent.* Oppianus quoque admirabilem hanc velocitatem, velociſſimis animalibus aſſimilat, inquiens equis Iberis velociſſimis ſolam fortè Aquilam aut Circum in aëre volantem, aut in aquis natantem Delphinum contendere poſſe. Eandemque Bellonius ſeipſum in mari obſeruaſſe ſcribit, & nauem pleno velo & ventis ſecundis ocyſſimè inuectam, Delphinos celeritate vincentes animaduerriſſe tradit. Hic verò velocitatis cauſam eſſe exiſtimat non pinnas, quæ (inquit) ad tanti corporis molem exiguæ ſunt, ſed corporis duntaxat pondus, nam ſi pinnarum (inquit) magnitudo promoueret velocitatum, Hirundinem piſcem paruum, cuius pinnæ tamen nihilo quàm Delphini minores ſunt, celeriorem eſſe oporteret: cæterùm rectiùs vires & corporis robur, agilitatemque tam celeris natatus cauſam ſtatuiſſet: coniunxi autem robori agilitatem, quoniam illud per ſe ſufficere non videtur, niſi accedat agilitas, quæ ſimul cum robore in tendinibus & neruis maximè poſita eſt. Sicuti verò tam citus veloxq; natatus ad piſces perſequendos ipſis eſt vtiliſſimus, ita contrà nonnunquam pernitiem eis adfert, id quòd potiſſimùm accidit, cùm velociores piſces, vt Mugiles perſequuntur: cùm enim citatum curſum inhibere non poſſunt, in terram vſque ſæpenumerò impelluntur, & præda hominum fiunt. Ariſtoteles & Plinius interdum incerta de cauſa in terram efferri ſcribunt. Sunt qui id ſepulturæ deſiderio facere eos credunt, quaſi nefas eſſe Delphini putent, maris regem inſepultum putreſcere aut piſcium eſcam fieri. Cæterùm vel aſilo infeſtati id faciunt, id quod Rondeletius obſeruauit in vno qui in litore iacebat, vel cùm nimio ſtrepitu piſcatorum eis inſidiantium grauantur, vt Ariſteles ſcribit. [d] Plinius tellure tactus mori ait, apparetque veterum pleroſque ita cenſuiſſe, nam & Ouidius inquit:

[b] *lib. 12. cap. 12.*

[c] *lib. 9. Hiſt. cap. 48.*

*Velocitas eiuſque cauſa.*

*In terram ferri, & quare.*

[d] *lib. 9. cap. 8.*

*An tacta terra moriantur.*

*Quam poſtquam bibulis inuitis fluctus arenis,*
*Vnda ſimul miſerum vitaq; deſtituit.*

Et Pierius Valerianus hinc Horatium credit dixiſſe, *Delphinum ſyluis appingit.* Sed hoc falſum eſſe oſtendit Ariſtoteles qui Delphinum teſtatur extrà aquam diu viuere poſſe mutientem & anhelantem, modo cæterorum ſpirantium. Ariſtoteli ſubſcribit experientia. Dummodo enim aere fruantur diutius extra aquam, quàm intra aquam, ſi prohibeantur reſpirare (nam & retibus incluſi aliquando

A quandò ſuffocantur) non pauci obſeruarunt. Geſnerus Arimini captum tres dies in terra vixiſſe affirmat, & Rondeletius viuos a ſuis (Monſpelienſibus) Lugdunum vſque aliquando deportatos eſſe. Adhæc maiorem ferè ipſis aëris quàm aquæ neceſſitatem eſſe ex ſomno quoq; eorundem docemur. *Delphinus dormiens* (inquit [d] Plutarchus) *a ſummo per altum dimittitur, tantiſper dum in vadum impingat, ſolumq; ſentiat: Hic extuſſo ſomno, ſonchoque edito ad ſummum rurſus meat, rurſuſq; demittitur, ac pronus fertur, motu quodam mirabiliter compoſito quietem captans.* Sed clariùs Ariſtoteles, *Edita per ſumma aquoris fiſtula, reſpirationis cauſa, dormiunt: & iam Delphinum ſtertentem etiam nonnulli audiere.* Idem coniugatim mares cum fœminis degere ſcripſit. Apud Plinium cùm ait: *agunt verè coniugia*, quidam ferè legunt, eamque lectionem probat Geſnerus, ego nihil mutauerim, nam & Soli-
nus qui pleraque ex Plinio tranſcripſit, quoquo eant, coniuges euagari tradit. Haud tamen inde colligere licet, niſi bimatim natare, nam & aliàs gregatim natant, nunquam verò ſolitarij. Cùm gregatim natant, mirum ordinem ſeruare dicuntur, & in eo incredibilem in ſuum genus, maximè verò in fœtus ſuos amorem. Ex ætatum ratione diſpoſiti, gregatim (inquit [e] Aelianus) natant: etenim perparuuli etiamnum ex ætate infirmi in primo ordine locantur, hos natatione proximi ſequuntur, qui ſunt confimata ætate. Nam Delphinus cùm catulorum ſuorum amantiſſimum animal eſt, tum
B de ijs vehementer metuens, diligenti cuſtodia eos conſeruat: ac nimirum ſic natant, vt tanquam in militari cuneo alij in prima acie, alij ſecunda, alij tertia conſtituantur: natu minimi antè prænatant, poſt verò hos fœminæ ſequuntur, deinde mares extremum agmen ducentes, filiorum & vxorum natationem inſpiciunt, atque obſeruant. Quid ad hos Neſtor bone Homere? quem ais ad inſtruendas acies principum ſuæ ætatis præſtantiſſimum fuiſſe? Hæc ille. Oppianus quoque non ſolùm gregatim natare ſcribit, minoreſq; præcedere & maiores ſubſequi, ſed neque recedere ab eis, non magis quàm à teneris agnis paſtores. Teſtantur & Ariſtoteles & Plinius magnam erga gnatos charitatem eſſe: nam & lacte prius nutrire eos, & geſtare infantia infirmos. Solinus addit teneros in faucibus recipere, ſed hoc verum eſſe aut fieri poſſe Rondeletius negat, propter roſtri & gulæ Delphinorum anguſtiam & catulorum magnitudinem. Id tamen etiam teſtatur Oppianus, & Geſnerus authoritate Ariſtotelis admitti poſſe putat, ſi catulos ore tantùm ab eis geſtari interdum, non penitus includi intelligamus. Quod ſi ex natis aliquem vel capi vel occidi contingat, illum vbique miſera & mœſta mater ſequitur, vt idem Oppianus refert, nec vſquam deſerit: alterum interim adhuc incolumem, à ſe propellere & vt fuga ſibi conſulat, hortari videtur: ſaucio verò adeò adhæret, vt nullo modo abſterreri, ne ictibus quidem, aut diuelli ab eo queat: itaq; ſimul cum filio capitur &
C occiditur. Hinc longè maiorem Delphini in ſobolem amorem quam mulierum [f] Aelianus oſtendit, quandoquidem illi mortuo nato ſuperuiuere nolunt, hæ verò, licet liberorum ſuorum ſtudioſæ ſint, mox mitigata triſtitia, in doloris obliuionem veniunt. Non minorem erga parentes pietatem eſſe aiunt: Tradit Ioan. Tzetzes eos ſenio confectos alere, & natationem ipſorum corporis ſui niſu promouere. Quin totam ſuam nationem miro proſequuntur amore, cuius Thraciæ vrbs, cui nomen Aenos eſt; præclarum teſtimonium dare idem [g] Aelianus refert, nam cùm fortè euenſſet, Delphinus vt vulnere accepto, non mortifero quidem, ſed ſanguinem mittenti caperetur, reliquos non comprehenſos, id ipſum vt ſenſerunt, maximis ſaltibus ad portum gregatim profectos, probè ſtudium ſuum captiuo nauaſſe tradit: piſcatores igitur de ſuis periculis pertimeſcentes, captiuum deſeruiſſe. Itaque Delphinos natu maiores, tanquam ſocium quendam homines genere ſe contingentem, ſic triſtes perrexiſſe illum comitari & magno ſtudio ſubleuare, cùm vel homines ipſi cum intimis & neceſſarijs infelicibus ſuis ſtudium & curam (inquit) perraro communicare ſoliti ſint. Simile quid etiam recitat [h] Ariſtoteles inquiens: *Ferunt etiam Delphino apud Cariam capto atque ſaucio, ingentem reliquorum multitudinem conueniſſe ad portum, immoratamque donec piſcator dimiſerit eum quem ceperat, tum omnes ſimul recepto captiuo reduſſe.* Alicubi conſpectum quoque eſſe ſcribit Delphinorum gre-
D gem, maiorum & minorum promiſcuum, poſt quem duo quidam paullò poſt viderentur Delphinulum defunctum labentem in imum ſubire, & in ſumma pelagi dorſo euehere, quaſi miſerantes, ne ab aliqua belua deuoraretur. Aelianus verò eundem [i] Ariſtotelem teſtem citans; Delphnini (inquit) etiam mortuorum memoriam non abijciunt, & eos quibuſcum conſuetudinem viuis habuerant, extinctos quoque non deſerunt. Itaque ſui generis cadauera ſubeuntes, ad ſummam aquam alleuant: tum ad continentem (velut funere) illos efferentes, hominibus ipſos ſepeliendos tradunt: poſt verò ſequitur magna Delphinorum multitudo, tanquam funeri operam dantium, atque in extinctos honorem conferentium, aut certè eos ab impetu aliarum beluarum ne deuorentur, defendentium. Oppianus verò mortem ſuam præſagire eos dicit, & ad littus ſe recipere, vt in terra expirent, & vel ab homine aliquo, vel inducta maris æſtu arena ſepeliantur, ne principem marinorum animantium inſepultum iacere quiſpiam videat. Iam verò vt ſuorum cadauerum curam habent, ita & humana inhumata eſſe non patiuntur. Pluribus enim Plutarchus in conuiuio ſeptem ſapientum tradit Heſiodi à latronibus interempti cadauer, cùm in mare inijcerentur, à Delphinis ſuſceptum & ad

Rhium

*Aeris neceſſitas.*
*Vt dormiat.*
[d] *lib. Vtra animal.*
*Coniugatim ire.*
*Ordo in natatu.*
[e] *lib. 10. cap. 8.*
*Amor in prolem.*
*An fœtus ore accipiat*
[f] *lib. 1. cap. 18.*
*Pietas erga parentes.*
*Amor erga ſuum genus.*
[g] *lib. 5. cap. 6.*
[h] *lib 9 Hiſt. cap. 47.*
[i] *lib. 16. cap 6.*
*Mortuos ſepeliunt.*
*Mortem præſagiunt.*

Rhium & Molycriam exportatum fuiſſe. Quod ſi verum eſt, nec illud mirum eſſe debet, quod Plinius ſcribit, Delphinum hominis amicum animal eſſe, nec hominem expaueſcere vt alienum, obuiam nauigijs venire, alludere exultantem, certare etiam, & quamuis plena præterire vela. Eleganter Ouidius: E

*Hominis, vt homo eſt, amicum eſſe*

*Indiq; dant ſaltus, multaq; aſpergine rorant, Emergunt q; iterum, redeunt q; ſub æquora rurſus: Inq; chori ludunt ſpeciem, laſciuaq; iactant Corpora: & acceptum patulis mare naribus efflant.*

[k] Plutarchus gratam Dijs Delphini humanitatem putat, quòd ſolus hominem hoc quidem ſolùm nomine diligit, quia ſit homo, cùm cæterorum quæ per continentem degunt, vel nullum, vel quæ manſuetiora ſunt tantùm, canis, equus, elephas nutricatores modò & familiares colant ſuos: & Hirundines dum vmbra & opportunitate neceſſaria potiantur, commigrant cohabitantque nobis, per cætera hominem velut beſtiam fugere & auerſari ſoleant. Delphinis verò longè quam cæteris ſecus illa ſummis Philoſophorum tantoperè deſiderata, ſordibus omnibus, omni fraude carens amicitia, ſolis cùm homine natura intercedat. Nam qui haud vllius vlla in re mortalis opus habent opera, benigni omnibus, omnibus amici, etiam opem tulere (inquit) multis. Scribit Bellonius nautis ſonum alicuem, ſibilum, e edentibus, diutiùs circa naues immorari, cumq; ad naues accedunt, ſonitum euidentem ex fiſtulis earum propter reſpirationem multo tempore ſuppreſſam audiri. Eodemque referente, lodieque perſuaſio quædam vulgaris eſt non inter Græcos ſolùm, ſed Italos quoque, præſertim Venetos nautas, ſi quiſquam coorta tempeſtate in naui ipſorum inueniretur, qui aliquando occidiſſet Delphinum, omnes circumquaq; Delphinos collectum iri, vt naui pernitiem moliantur, in vltionem eius qui Delphinum peremiſſet. Itaq; religioſè eis lædendis aut etiam ſi alius interemerit, in cibo ſumendis abſtinent. Contra verò, homines eorum generi innoxios ab ipſis amari putant, ideoque comitari eos naues, præſertim in periculis a tempeſtate, vt ſi opus eſſet, naufragos ſeruarent. Vulgus piſcatorum ait Delphinum Balænæ comitem eſſe & iter præmonſtrare, quod veteres Muſculo tribuerunt. Quam opinionem indè ortam arbitratur Rondeletius, quod vbi Balænæ ſunt, ibi Delphini & Lamiæ (Canes) frequentes ſint, a quibus Balænæ dilacerantur. Quomodo verò Delphini nauigationis duces ſe præbuerint, illuſtres narrantur hiſtoriæ à Plutarcho his verbis: *Dictynna Dianæ & Delphinij Apollinis aræ templaque per Græciam multa paſſim ſunt. Enimuerò quem locum ipſe ſibi deus peculiarem elegit, eum Cretenſium poſteri Delphino duce tenuerunt. Neque enim quod fabulantur quidam, ſumpta Delphini ſpecie deus ipſe, ſed ab ipſo Delphinus miſſus per q; mare curſum dirigens, claſſem perduxit Cyrrham. Iu etiam quibus a Ptolomeo Sotere Sinopi relictis, Serapidis & Dionyſy reuehendi negotium datum fuerat, ventorum vi præter animi ſententiam, ſupra Maleam abrepti & iam à dextra Peloponneſum habentibus, ac ob id perturbatis triſtibuſque, Delphinum ante proram conſpectum narrant, veluti vocantem, ac ducem ſe inſtationem quandam leni curſu præbentem: illos verò de via iam nihil ſolicitos tantiſper prænatantem, viamque monſtratem ſecutos, dum conſtituerentur Cyrrhæ.* Habere item cum piſcatoribus ſocietatem creduntur. Refert Oppianus ex Gillij verſione ſeſe audiuiſſe piſcatores Euboicorum hominum pariter æqualiterque cum Delphinis piſces quos ceperint, communicare: ad huiuſmodi autem piſcationem tempeſtatum quietem opus eſſe: id quod ſi acciderit, tum de prora laternas quaſdam piſcatores ſuſpendere, quæ etſi intra ſe ignem habeant, ſic tamen lucem tranſmittere, vt ignis quidem obtegatur, lumen verò transluceat, piſcibus ſplendor timorem faciat, & moleſtiam afferat, ideoque inſidiarum ignoratione obſtupeſcentes quid ſi velit quod vident, appropinquare aggredi, cauſam tantam ſui timoris cognoſcere ſtudentes. Huius rei conſideratione perterritos, aut ſaxum quoddam ſtare frequentes cum tremore & metu, aut ad litus impulſos exilire, ſic obſtupefactos, vt de cælo tacti eſſe videantur, facileque iam ſit tridente percutere. Delphinos cùm ignem a piſcatoribus incendi animaduertunt, ſeipſos ſtatim ad ſubſidium ijs ferendum comparare. Et illos quidem ſenſim & pedetentim remigare: eos verò formidine exterrentes impellere piſces, eorumq; effugia reprimere, ne elabi queant: Eos igitur & ex Delphinorum natatu & piſcatorum remigatione vndiq; in anguſtias compulſos, quòd ſentiant ſibi nullum ex tantis anguſtijs exitum patere, idcirco ſtare & manere: hinc effici, vt eorum magnus numerus capiatur. At cùm Delphini velut repetentes communis laboris remunerationem ſibi debitam ex illa piſcatione, eò procedunt. Quibus prædæ auxiliatoribus ſi cum fide & grato animo piſcatores æquabilitatem diſtribuant, perſuaſum his haberi, qui in re maritima verſantur, rurſus ad piſcandum, etiamſi minus inuitentur, adiutores fore: ſin autem piſcatores prædam cum his communicare omiſerint, hoſtes experiri, quos antea amicos habuerant. Quomodo & in Mugilibus capiendis in Narbonenſi Gallia hominibus ſeſe ſocios præbeant, ex Plinio in Mugilum hiſtoria recitauimus. Cæterùm quamuis Delphinos piſcatoribus auxilium ferre tanquam de induſtria veriſimile quidem videri poſſit, cùm ingenio intellectuq; carere minimè videantur, vt modo oſtendetur, nihilominus Bellonius fortuitò id euenire exiſtimat, diuerſis in locis & portubus maris hæc obſeruaſſe ſcribens, & cum amico quodam ſuo homine induſtrio ſæpè in diuerſis inſulis Illyriæ aut Græciæ magna cum voluptate ſpectaſſe Delphinos, qui modò gregatim modò

*Cur Delphinus ab hominibus non occidatur.*

*An Balænæ iter præmonſtret*

*[k] lib. vtra animal*

*Nauigationis comites eſſe.*

*Societas cum piſcatoribus.*

*Non ſuapte ingenio ſed fortuito piſcatoribus auxiliari.*

A modò bini,mas & fæmina coniugati venantes, poſtquam minores piſces ex diuerſis partibus maris, vbi liberiùs vagabantur,in anguſtiam aliquam, aut locum minus profundũ complures compulſſent, impetu tandem in eos graſſari,& obuijs quibuſq; promiſcuè paſci Quod ſi in cõfertos Celerinorum aut Sardinarum gregres inciderint,immodica helluatione, capita tantùm expetẽtes,reliquo corpore neglecto,detrimentum ingens populando afferre : Itaq; magnum ſæpè contectorum piſcium numerum in æquore fluitare. Eſſe qui irruentis Delphini impetu conſternati perplexiq; in aërem quantum poſſunt,exiliant,vnde tam denſo agmine in mare relabantur, vt pluuiam repræſentent : itaq; partim ab auibus Laris & alijs qui turmatim Delphinos ſequũtur,deuorari in aere,partim in mari a Delphinis:partim etiam ſi piſcatores adſint,vel manibus vel retibus capi. Sic Delphinos venari manè,vt tentaculum ſibi parent, ſic in meridie,vt prandeant, ſic veſperi, vt cænent, totos ferè dies venando occupatos. Quamobrem non temerè à piſcatoribus amari,quoniam piſces vndequaque in retia ipſorum compellunt. Pro quo beneficio hanc gratiam eis rependere piſcatores,quòd nunquam eos offendũt, & retibus etiam incluſos liberant: in Græcia videlicet,& ijs locis,vbi Delphinis veſci religio eſt. Eundem verò amorẽ quem erga nos ac potiſſimũ pueros habent, diuerſæ veterũ ſiue hiſtoriæ ſiue figmẽta indicant. Hinc ἱερὸς ἰχθὺς & παιδίρραστὸς & φιλάνθρωπος cognominatur,& à multis etiã frater hominis: Nec aliam ob cauſam homines aliquando fuiſſe dicũtur,& à Dionyſio in piſces mutati,vt Oppianus fabulatur. Fit verò etiam quòd inde malè apud aliquos audiant. Socion enim Philoſophus ait, Delphinum adulatorem eſſe, qui nimirum ciborum reliquijs, quæ à nauigantibus affatim in mare proijciuntur,allecti comiterq; accepti ſaturatiq; natantes quamdiù affatim vnda ſubeſt ac ſuppetit, officiosè comitantur, in ſiccum verò littus nunquam excedunt. Sic adulatores quamdiu tranquillitas affulget,permanent, amicos in hoc vitæ curſu dum plana faciliaque & proſpera omnia ſunt, adeunt, deducunt,colunt:cùm verò ſcrupea difficiliaq; acciderint,ſtatim abſcedunt. Scribit Plinius nomen Simonis omnes miro modo agnoſcere,malleq; ſic appellari, quod quidem ipſum non eſſe fabulam Gillius ſe expertum eſſe aſſerit,cùm ad Antipolim vrbem prouinciæ Narbonenſis nauigaret,& Delphinum vel longinquo interuallo cõtenta voce Simonem appellaret : confeſtim enim propè acceſſiſſe,vt manibus (inquit) attingere potuiſſem. Atqui longè maius eſt,quod de intelligendi prudentia eorum Aelianus narrat,videlicet ſimul vt in retia Delphinus incidit, ſtatim primò quidem quietè & liberè manere,neque omninò fugere meminiſſe, ſed & epulari & alios ſecum captos depaſci, & tanquam huic indictum eſſet conuiuium,ex ijs exſaturari. Deinde cùm ſe extrahi,atque ad litus appropinquare intelligit,dentibus,lacerato reti,è ſeruitute liberari. Iam ſi quando piſcatores poſteaquam

C captiui Delphini nares holoſchœno iunco traiecerint:quodam obſequio atq; indulgẽtia eum ex poteſtate idcirco demittãt,ſeruituteq; liberent,vt hac notionis nota inuſta,ſi iterum capiatur, aptiora det indicia,ſe aliàs captum & ſeruatum fuiſſe : eum velut indiciũ & notam priſtinæ captiuitatis veritum, non amplius ad ſagenam appropinquare. Eandem quidem etiam prudentiam recitat [m] Plutarchus, ſed quod ſi fuga euadere primùm capto non datur,periculi tamẽ nihil eſſe ait:iunco quippe circa collum inſito ſignare,dimittereq; rurſus : deprehenſum poſtea verberibus,futuræ cicatricibus agnitum, caſtigare:ſed hoc rarò accidere:nam venia data,vitaq; ſimul reſtituta,pleroſq; omnes in poſterũ continere ſe,ac ab iniuria faceſſere. Cæterùm non tam ob religionem,quòd hominum ſtudioſi ſunt,vt dictum eſt,parcere eis piſcatores conijcio,quàm quòd miſeratione fletus eorum tangantur A captis enim tanti fletus gemituſq; fiunt,vt cùm in naui,vbi permulti Delphini tenebãtur,pernoctarẽ (inquit Gillius) mihi acerbiſſimum dolorem inuſſerint. adeo eos animaduerti humano gemitu & lamentatione & magna lachrymarum vi ſuam conditionem deplorare, vt ego huiuſmodi piſcium miſeri-

D cordia lachrymas tenere non potuerim : vt proximum,quem magis gemere ſentiebam,dormiente piſcatore in mare abiecerim : malui enim lædere piſcatorem, quàm mihi ad pedes ſtratum,quaſi ſupplicantem non ſubleuare, ſed nihil promoui hoc abiecto, reliqui alij magis magiſq; gemitum auxerunt,vt non obſcuris ſignis mihi viderentur petere ſimilem liberationem. Itaq; totam noctem in acerbiſſimo luctu verſatus ſum. Quemadmodũ itaq; capti ploratu omnia miſcent, ita cùm liberi ſunt & ſui iuris cantu mulceri præter Plinium nulli non alij veterum teſtantur, ac potiſſimùm Arionis hiſtoria quam mox ſuo loco recitabimus : extatq; Philippi cuiuſdam carmen Græcum inter epigrammata de luſcinia, quæ boream fugiens,cùm per mare volaret,Delphini dorſo ſuſcepta vectaq; ſit,& illum nantem carminibus ſuis delectarit,vt vel hoc hiſtoriæ Arionis fidem faciat. [n] Plutarchus verò, quia muſicam Delphinus amat,veriſimile eſſe ait charum eſſe Apollini, & hac quidem in re Pindarum conferentem, non Delphinum, (inquit) abditum elici :

*Quem placido ponti pelago Excinit amabile tibia melos.*

Ne vero quis cantu moueri eum putet,ſed poetarum figmenta eſſe, Geſnerus Angli cuiuſdam eximiæ eruditionis viri teſtimonium citat, qui gregem Delphinorum ad buccinam ſe erigentium, aliquando ſibi viſum in ora Angliæ affirmaret.

*Simonis nomen agnoſcere.*

[l] *lib. 11. cap. 12. Prudentia.*

[m] *lib. Vita animal.*

*Fletus miſericordiam mouet.*

*Cantu & muſica oblectari.*

[n] *lib Vita animal.*

# ÆTAS. COITVS. PARTVS.

*Cur multa viuat.*

VIta Delphinis longa. Quidam enim Plinio & Alberto teſtantibus tricenis annis viuunt. id quod ille cognitum fuiſſe tradit, præciſa à piſcatoribus cauda, vt quos ita reddidiſſent mari, captos item cognoſcerent, & ſpacium temporis ſcirent. Huius longæuitatis cauſam Ariſtoteles eſse voluit, quòd ſine felle piſcis eſt. Proles celeriter adoleſcit, quippe quę annis decem ad ſummam perueniat magnitudinem vt idem tradit Ariſtoteles. Coitus eorum humano ſimilis, vt Rondeletius vidit, & Oppianus teſtatur inquiens:

*Fi coeat.*

Δελφῖνες δ' ἀνδρεσσιν ὁμῶς γάμου ἐντυὸν οἴτης.

Quæ periphraſticẽs euertit interpres:

*In faciem verſi dulces celebrant hymenæos  Delphines, ſimiles hominis complexibus hærent.*

Atqui ° Ariſtoteles cæterorum piſcium modo coire Delphinos ſcribit, planis nimirum partibus admotis, nec parum multumq; temporis, ſed mediocre in coitu ipſo conſumere, Delphinorum tamen coitum diuturniorem eſse, piſcium verò celerrimũ, quod Plinius quoq; non præterijt: *Piſces* (inquit) *aſſiduo ventrium coeunt, ſanta celeritate, vt viſum fallant. Delphini & reliqua cete ſimili modo &* (lego at, *paulò diutius.* Reliquorum quoq; cetorum modo ζωοτόκος eſt, hoc eſt animal parit, nec rectè à Plinio ſcriptum eſt, *pilo carentium duo omnino animal pariunt, Delphinus & vipera*, nam omnes cetos viuiparos eſse certo certius eſt, idq; vel ipſe aliàs teſtatur: neq; etiam rectè partus Delphini cum viperę partu comparatur, hæc enim ex ouo intus cõcepto animal excludit, idq; cum cartilagineis pleriſq; cõmune habet, cùm Delphinus, cetiq; omnes, fœtum ex ſemine conceptum abſq; ouo perfectum in lucem edant. Geſtat vtero decem menſibus, vt ᵖ Ariſtoteles teſtatur, ſingulos vno partu, interdum & binos edit. Parit æſtate, nec vllo alio tempore, vt rectè ſcripſit Philoſophus, vnde hunc Plinij locum: *Agunt vere coniugia, pariunt catulos decimo menſe, æſtiuo tempore*, Rondeletius corrumptum eſse aſſerit: nam ſi vêre Delphini (inquit) cum fœminis commiſceantur gerantq; vterum decem menſibus, qui fieri poteſt, vt æſtate pariant? Cùm itaq; fœtum aliquando vêre extraxiſset, rurſusq; fœminam Delphinum alteram Octobri mẽſe diſsecuiſset & in huius vtero tum primùm formari fœtus cœptos inueniſset, hinc effici putat, eum quem ferè perfectum vêre compererat proximæ æſtatis initio in lucem edi oportuiſse: alterum initio autumni conceptum decem menſibus pòſt, nimirum æſtate, gignendũ fore, ideoq; Plinij locum mendoſum eſse exiſtimat: neq; ipſum intellexiſse Delphinos vêris tempore coire, cùm mox ſubiungat decimo menſe catulos parere, æſtiuo tempore: legẽdumq; Agũt vera cõiugia. Ego ſuprà verè legi, nec bene puto Rondel. id Plinium pro anni tempore id vocabulũ poſuiſſe putat. Iam verò in omnibus ferè Plinij codicibus legitur ferè. Chorio, amnio, allantoide tunicis fœtus in vtero inuoluitur, ſanguine nutritur per venas vmbilicales, ſpiritũ per arterias eaſdem trahit.

*° lib. 5. Hiſt. cap. 5. & lib 3. de generat. cap. 5.*

*Viuos parere.*

*ᵖ lib. 6. Hiſt. cap 13.*

*Quando & quot pariat.*

# VOX.

DElphinus (inquit Plinius) *pro voce gemitus eſt, humano ſimilis.* Nos quantoperè capti gemant, ſuprà ex Gillio diximus. Rondeletius ſtridorem edere ſcribit, vociſq; nonnihil, quia aſperã arteriam & pulmones habet, & linguam mobilem, quod vt intelligerent ſtudioſi, exertam in pictura expreſſit. Quod ſi verò reclamet aliquis ex Ariſtotele vnaque cum Plinio ipſum errare, de Delphini lingua hæc ſcribente: *lingua eſt his contra naturam aquatilium mobilis, brevis atq; lata, haud differens ſuille:* Ariſtoteleſq; diſſentire videatur his verbis: *Delphinus ſtridet ac mutit, efferens ſe in aerem, ſed non quemadmodum ea quæ ſuperius enumerauí*, (non vt piſces illi qui vocales exiſtimantur, vt Cuculus, Chromis, Lyra, &c.) *hic enim vocem & pulmonem & arteriam habet, ſed linguam non ſolutam, neque labra, vt articulatam vocem poſſit edere*: reſpondet, eum qui Ariſtotelis contextum propiùs inſpexerit, hunc ſibi Plinioq; minimè aduerſari intellecturum facilè. Etenim Ariſtoteles inquit) eo capite oſtenſurus, quæ animalia vocem, quæ locutionem, quæ ſonum aliquem ſiue ſtrepitũ edunt, ſubtiliter hęc omnia diſtinxit: vt vox à pharynge & pulmonibus pendeat, vt quibus pulmo deſit, ijs nulla vocis emittendæ ſit facultas, locutio verò non niſi vocis per linguam explanatio ſit: quamobrem quæ linguam non habent, aut ἀπολελυμένην, id eſt, non liberam & ſolutam, ea neq; vocem emittunt, neq; loquuntur, at ſonos edere vel alijs partibus poſſunt. Lyra igitur & Chromis ſonos ſtridoreſq; mouẽt, quia neque pulmonem, neq; arteriam habent, & Pectines quoties per ſumma humoris nitibundi feruntur, quod volitare dicunt, ſtridere ſentiuntur, atque etiam marinæ Hirundines quæ ſublimes volitant, mare non attingentes. Delphinus verò non eodem modo ſtridet ac mutit, quo hæc omnia, quia vocem habet ob pulmonem & arteriam: præterea mobilem ac liberam ſed non ita liberã & ſolutam, vt voci articulatæ & locutioni efferendæ ſatis eſſe poſſit. Quare non negat Ariſtoteles Delphinum linguam

*Lingua qualis.*

*Piſces voce carentes & qui non.*

A linguam mobilem habere, ſed non ita mobilem & ſolutam, vt vocem articulatam efferre poſſit, eſt enim breuis, vt ait Plinius. Atq; hunc eſſe germanum Ariſtotelis ſenſum confirmat ex ipſiuſmet teſtimonio, cuius paullò pòſt hæc ſunt verba: *Pueri vt cætera ſua membra continere ac regere nequeunt, ſic etiam linguæ ſunt impotentes, & quidem imperfectis, & ſerò lingua abſoluuntur. itaq; magna ex parte balbutiunt, sorriq; ſunt lingua.* Pueris igitur lingua nõ deeſt, neq; adhæres eſt, ſed mobilis & lata, quæq; exeri poteſt: ſed nondum ita libera, vt vocem diſtinctè articulateq; enunciare poſſint. Ita Delphinis lingua eſt lata, mobilis, quæ modò exeri, modò condi poſſit, non hærens palato, neque oſſea, non ita tamen ſoluta, vt vocem explanatè efferre queant. Porrò neque labra neq; palatum camerarum habet, quæ locutioni conferunt. Hæc ille: *Delphinorum vox cum pueris comparata.*

## SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

HAbet Delphinus quibuſcum diſſidet, habet quibuſcum amicitiam quandam in mari gerit. Balænæ inimicum eſſe legimus apud Philen, & apud Aelianũ in Gillij interpretatione, ſed in noſtris Græcis codicibus, non de Delphino, ſed de Thunno id ſcribitur, nimirum circa

B Taprobanen permultas Balænas Thunnis inſidiari: & fortè haud temerè Delphinos quoq; Thunnis inimicos eſſe dicemus, id enim de Pompilo qui ex Thunnorum genere, vel ſaltem cõſimilis piſcis eſt, tradit [q] Athenæus ex Pancrate, nec non idem [r] Aelianus his verbis: *Pompilum hoſtili odio Delphini perſequuntur, neq; hoc ipſum tamen impunè faciunt. Cùm enim hunc guſtauerunt, diſcrutiantur & cõuelluntur continuò: & quòd furore inflammati conſiſtere non queunt: idcirco in litora expelluntur atq; fluctu eiecti, à cornicibus marinis quàm celerrimè exeduntur & conficiuntur.* De Amiarum cum Delphino atroci pugna ſuo loco dictum eſt. Idem [s] Aelianus retuſam quandam communitatem atque affinitatem Delphino eſſe putat cum Leone, idq; non ex ea parte ſolùm quòd vterq; imperat, hic quidem terrenis beſtijs, ille verò aquatilibus, ſed etiam quòd ſiue ſenectute, ſiue morbo infirmis ambobus ſimia medetur, huic terreſtris, illi marina. Alias [t] etiam ſcripſit, eſſe & in piſcium genere paraſitos, vt Pediculũ appellatum, qui ex ſuperfluis & intercidentibus à Delphino comedente victitat, itaq; ex eius præda tanquam ex locupleti menſa refectum pingueſcere. Eo nimirum Delphinũ tantopere delectari, vt cum ipſo libenter quæcõprehenderit, communicet. Cæterùm nolo te latere lector Pediculum hunc non eum eſſe quo de inter inſecta egimus, ſed reuerà piſcem eſſe, id quod [u] Ariſtotelis verba, quibus eiuſdem amicitiæ meminit, indicant. *Maris quod à Cyrena in Aegyptum pandatur, piſcis, Pediculus nomine circa Del-*

C *phinum eſt, qui omnium pinguiſſimus fit pabuli copia, qua Delphini opera ſuppeditatur.*

*Inimicitia cum Balænis.*

*Cum Pompilo.*

[q] Lib. 7.
[r] Lib. 15. cap. 23.

*Cum Amia* [s] Lib. 15. cap. 17.

*Amicitia cum leone* [t] Lib. 9. *H. A.* cap. 7.

*Cum Pediculo.*

[u] lib. 5. *H. A.* cap. 31.

## CAPIENDI RATIO.

CApiuntur Delphini diuerſimodè. Retibus capti, breui tempore ſtrangulantur, inquit Ariſtoteles, nimirum cùm in vado retenti reſpirare non poſſunt: nam alioqui capturam eam facilè ferunt, & vbi ad litora ventum eſt, laceratis retibus euadunt, vt Philes alijq; tradunt. Capiuntur & hoc modo, ex eodem Ariſtotele, Piſcatores repentè alueis vniuerſum circundãt Delphinorum gregem, indeq; obſtrepentes in mare, efficiunt vt territi erumpant vniuerſi in litora, capianturq; tentato grauatoq; capite, præ ſtrepitus inflicti nimietate. Atque hoc fortaſſis Plinius dicere voluit, dum ait: *Capiuntur attoniti ſono.* Quomodo verò tridente percutiantur à Thracibus qui circa Byzantium habitant, barbari & immanes, docet his verbis Oppianus. Tridentem ſiue iaculum biſulcum parant, longiſſimo funi annexum, & matrem alicubi cum geminis catulis oberrantem obſeruant, eiſq; adnauigant. Delphini ſine metu vllaue ſuſpitione loco manent, donec alter ex catulis iaculo feriatur. Per-

D cuſſum piſcatores non attrahunt, neq; enim poſſent, ſed funem laxãt, & remigando celeriter ſequuntur, donec ille tandem viribus exhauſtus in ſummam effertur aquam: illum vbique miſera ſequitur mater & non ſolùm non deſerit, ſed occidendam ſe vnaq; capiendam præbet, vt ſupra dictum eſt.

*Retibus non capi.*

*Vt feriatur tridente.*

## PRÆSAGIA.

BEllonius ſe non aſſentiri ait, qui Delphinos ſalientes tempeſtatem præſagire ſcripſerunt, quòd pluries & diuerſis in locis diligenter per mare obſeruaret, eos non minus ſequi ventum, quàm contraire, nec minus turbato mari, quàm trãquillo placidoque apparere: ſubinde enim per æquoris ſumma ſe oſtendere reſpirationis cauſa, qua vt ſemper, ita & ante & poſt tempeſtates indigent: Sed aliud eſt apparere, (inquit Geſnerus) aliud ludere & laſciuire. Hoc autem certiſſimum tempeſtatis prognoſticum eſſe Rondeletius quoq; aſſerit: eiuſq; rei cauſam D. Thomã hanc reddere.

*Vt ſalientes tempeſtatem præſagiant.*



jitized by Google

[a] L.8.c.35. *Hyemali* (inquit) *procella ingruente, ab imo maris conſurgunt exhalationes, quæ hyemi fomenta ſuggerũt, E tuncque calor excitatur in Delphinis: quoniam verò calidi propria agitatio, unde contingit, id animal crebrius erumpere, ac ſeſe oſtentare.* Ex quo illud eſt [a] Plinij: *Delphini tranquillo mari laſciuientes, flatus ex qua veniunt parte præſagiunt: item ſpargentes aquam, item turbantes* (alias: item ſpargentes aquam turbato [ſcilicet mari] tranquillitatem) *tranquillitatem:* Id verum eſſe affirmant piſcatores quoque & nautæ. Iam verò cùm non ſolùm Delphini ſed & alia quoque animalia, de quibus alicubi idem [b] Plinius ſcribit, tempeſtatem præſentiant, Rondeletius arbitratur piſces in aqua aëris agitatione mutationeq; affici, non aliter, quàm imbecilli ſolent & valetudinarij ob auſtrinos inſtantes flatus, dolorem in capite & articulis ſentire, quòd euenit ijs qui cum Neapolitano morbo diu conflictati ſunt, vel arthriticis. Sic laterum vel thoracis doloribus obnoxij Septentrionales ventos pronunciant. Leues autem immutationes facilè ferunt, qui proſpera ſunt valetudine, magiſque externis cauſis morborum reſiſtunt.

[b] Lib. 18. cap. 35.

## VSVS IN CIBIS.

*Vbi comeditur et qui eo abſtinent.*

A B Italis (inquit Albertus) Delphinus non comeditur, nec eum piſcatores venantur. in noſtro autem mari Germaniæ adiacenti capitur & comeditur, & ideo fugit homines. Quàm verò delicatus & pretioſus ſit apud Gallos Oceani accolas, & quàm opiparè ſoleat apparari, quæque gentes eo veſcantur, quæque abſtineant, prolixè narrat Bellonius operis Gallici de piſcibus lib. 1. capitibus 4. 5. 6. 7. 8. & 9. & Rondeletius in menſas principum venire, magnoque in pretio eſſe in eorundem aulis ſe vidiſſe tradit, & ſæpè ſe id miratum eſſe; cùm ferinus ille odor (inquit) omnem cibi gratiam, ſi qua ſit, ingratiſſimam reddat: ideoque foſſores atque infimam plebem omnino apud ſuos ab eis abſtinere, vtpote maris accolas, vbi piſcium copia eſt, & ad eos mitti, qui longiùs à mari abſunt, vt ad Aucnionenſes & Lugdunenſes, quia extra mare diutiùs viuit, longiùſque exportari poteſt citra putrefactionem, quoniam dura eſt carne & corruptu non ita facili. Qualem autem ſuccum generet, & quomodo apparetur, in antiballomenis dictum eſt. Partes quæ magi commendantur in hoc ceto, ſunt hepar & lingua. Hepar tenera quidem eſt ſubſtantia, ſed malum ſuccum gignit. Lingua autem tenerior & pinguior, atque hepati præferenda. Cardanus viſcera non ſolùm ſapore, ſed & odore quaſi violæ commendari ſcribit.

*Partes quæ commendata.*

## VSVS IN MEDICINA.

[a] L. 32. c. 7. *Cinis. Iecur.*

[b] L. 32. cap. 10.

*Adeps.*

*Venter.*

C Inis [a] Delphini inter medicamenta quæ lichenas & lepras tollunt, enumeratur à Plinio, ſi ex aqua illinatur: ſed exulcerationem (inquit) ſequi debet curatio, quæ perducit ad cicatricem. Kiranides iecur huius ceti aſſum & in cibo ſumptum tertianam, quartanamque & omnem nocturnum typum integrè ſanare aſſerit. Plinius [b] verò febrium circuitus tolli ait, ſi iecur Delphini ante acceſſiones deguſtetur. Quidam id in fictili torrent, donec pinguedo ſimilitudine olei fluat, quo ſe perungunt. Idem adeps medetur hydropicis liquatus & cum vino potus. Præterea eodẽ teſte linamenta accenſa excitant vuluæ ſtrangulatu oppreſſas. Infantium quoque gingiuis dentitionibuſque multùm confert Delphini cum melle dentium cinis, & ſi ipſo dente gingiuæ tangantur; alligatuſque idem pauores repentinos tollit. Venter eius ficcus & tritus in potu ſpleneticos teſte Kiranide ſanat.

## MYSTICA.

[a] Lib. 7. *Cur ſacri pi ſces dicti.*

QVi Telchiniacam hiſtoriam compoſuit, (inquit [a] Athenæus) ſiue Cretenſis Epimenides fuerit (vt Maſſarius credit) ſiue alius quiſpiam, ſacros piſces vocari docet Delphinas & Pompilos. Hæcille, rationem cur ſacri haberentur Delphini, nullam reddens. Oppianus verò Delphinum capere nefas & impium fuiſſe tradit; & quiſquis ceperit, eum vtpote impurum neque ad deos accedere ſupplicem, neque aram attingere piè riteq; licuiſſe, & ſuos quoque contubernales polluiſſe; nec minus infeſtum dijs habitum fuiſſe, quàm homicidam aliquem. Addit rationem Oppianus, quoniam ſenſus & ingenium hominis habeant iſtiuſmodi cete; hominemque ideo amore proſequantur. Quamobrem ipſe Thraces qui ab eorum captura minimè abſtinebant, barbaros & immanes vocat, impietatemque grauiſſimis verſibus inſectatur. Narrat [b] Athenæus Ceranum quendam Mileſium cùm fortè in piſcatores publici ritus, quo capti dimittebantur, Delphini, incidiſſet, qui captum Delphinum erant in fruſta diſſecturi, pecunia ſua vitam illius & libertatem redemiſſe. Erat verò in primis Neptuno ſacer Delphinus, & vt idem Oppianus ait quàm maximè charus, eò quòd Amphitriten aliquando connubium eius fugientem, & in ædibus Oceani latitantem ipſi prodiderit: vbi rapta ab eo Amphitrite coniux eius & maris regina

[b] Lib. 13. *Cur Neptuno ſacer.*

A regina ſit facta, & eam ob cauſam ſummus in aquatilium genere honor Delphinis decretus: Eratoſthenes verò Delphina hominem fuiſſe ait, vt inquit Hyginus, & à Neptuno inter ſydera relatum quòd quo tempore Amphitritem vxorem ducere vellet, hæc verò cupiens conſeruare virginitatem ad Atlanta fugiſſet plures eam quæſitum dimiſiſſet, ſolus Delphin poſt multas peruagatas inſulas, eam inuenerit, perſuaſeritque vt Neptuno nuberet. Eleganter itaque Delphinos Oppianus Ζηνὸς ἁλιγδήπους προπόλους, hoc eſt, Iouis marini, ſiue Neptuni miniſtros vocat: tales enim qui nimirum cętera marina animalia celeritate vincit, & rex maris iure optimo habetur, Neptuni maris domini, miniſtros eſſe decuit: quamobrem qui Neptuno ſimulacra faciunt, Delphinum aut in manu, aut ſub pede eius conſtituere videmus, & Neptunum legimus ſub Delphinis imagine multis in locis acpotiſſimum Sunij cultum fuiſſe, vbi ἐφαις & precibus inuocabatur, & Poëtæ Deum ipſum in Delphinum aliquoties ſe immutaſſe, id quod exemplo..... oſtendit Ouidius, inquiens: *Neptunus in Delphinum.*

*Es te* (Neptunum) *flaua comes frugum matriſſima mater*
*Senſit equum, te ſenſit equum crinita celubris* *Mater equi volucris, ſenſit Delphina.....*

Cæterùm & Baccho appingitur Delphinus, non ſolùm ob Tyrrhenos in Delphinos ab eo conuerſos, quam metamorphoſim modò reſencebimus, verùm etiam ob occultam vini cum marina aqua *Cur Baccho ſacer.*
B amicitiam, cùm vinum aqua marina mixtum faciliùs conſeruetur, vt Columella ſcribit ſe ab agricola patruo didiciſſe, nec aliam ob cauſam Dionyſius ad mare fugiſſe fingitur, vt apud Athenæum habemus. Cur verò aqua maris vino adeò conferat, rationem & Plinius & Dioſcorides & alij tradidere. Atqui non ſolùm Neptuno & Baccho, verùm etiam Apollini Delphini dedicabantur, multaſque eius aras apud Græcos Delphinis inſculptas fuiſſe Plutarchus atteſtatur. Adhæc nonnulli addunt, Apollinem Delphini ſpecie adnaſſe ad Delphos, apud quos præcipuè colebatur: (quanquam & Delphi fuerant antea Neptuno ſacri.) Cretenſium hoc commentum aiunt, qui Apollinem totius ſalutis authorem celebrarunt, neque vllum infortunium euadere quenquam arbitrabantur, niſi Apollinis ope ſoſpitaretur. Aliqui verò dicunt Apollinem ſub forma Delphini ingreſſum eſſe nauim Caſtalij è Creta ducentis Coloniam, & in eo loco, vbi Delphi ab eo vocati ſunt & Delphinius Apollo, in mare exilijſſe: Itaque Caſtalium illic occupata regione & Delphos à Delphino nominaſſe & Delphinij Apollinis templum extruxiſſe. Fuit & Delphinij Apollinis templum Athenis, vt Pauſanias meminit in Atticis.

# HIEROGLYPHICA.

C

PEruulgatum ſignum illud eſt (inquit Pierius Valerianus) quod maturè agendum ſignificat, ſi Delphinus anchoræ vel alligetur, vel vt veteres fecerunt, obuoluatur, vno contationem, altero celeritatem ſignificante: quæ ſimul iũcta, inuicemque temperata, maturitatem faciunt: *Contatio celeritati coniuncta.*
& quod Horatiu ait: *& properare loco & ceſſare* indicant. Sunt qui hieroglyphici huius inuentum Auguſto tribuant, quod & adagium & ſignum huiuſmodi ſolitus ſit identidem repetere. Habetur ea ſpecies, qua Delphinus anchoræ ſe circumuoluit, in Titi Veſpaſiani nummis. Sed fortè non diſpliceat in huiuſmodi ſignificatum trahere, quod in numo quodam æreo apud Maffæos inſpexi Romæ, bouem humana facie perſonatum, ſupra quem Delphinus imminet: per hunc enim celeritatem, per bouem tarditatem intelligimus, quæ illius animalis propria eſt. Actionem verò ex humana facie colligimus: quod hominum proprium in primis ſit res gerere. Hæc ille: & rurſus in anchora: Animaduertendum anchoram quæ in numo Titi habetur, extrema dentium in vomeris *Bos tarditatis typus.*
ſpecieu dilatare: cuiuſmodi figuram Aldus noſter imitatus eſt in omnibus quos impreſſit libris. alia verò forma eſſe, dentibus quippe in acutum recto ductu mucronatis, quam in numo veteri apud eruditiſſimum virum Romulũ Amaſæum vidimus. Auguſtus verò, vt id obiter addamus, ſigno
D huic hieroglyphico hanc addebat ſententiam σπεῦδε βραδέως, id eſt *feſtina lentè*, quæ adeò ei arriſit *Auguſti dictum.*
vt non in ſermonibus modò quotidianis, verùm etiam in epiſtolis ſuis frequenter inſereret: admonens his duabus vocibus, vt ad rem agendam adhiberetur ſimul & induſtriæ celeritas & diligentiæ tarditas. Eadem ſententia ſignificanter admodum exprimetur, ſi papilionem cancri brachijs interceptum pinxerimus. Non temerè frænatus Delphinus, (inquit idem Valerianus) pictus incolumitatis inditium fuit: quod dubio procul ob multos ab vndis eius opera ſeruatos factum opinamur. In Neptuni ſiquidem templo, quod apud Iſthmon erat, viſebatur Palæmon puer ſuper Del- *Incolumitas.*
phine ex auro & ebore confectus, quem Herodes Athenienſis dicauerat. Nam & Palæmoni nautæ pro incolumi nauigatione vota faciunt. Idem enim & Melicerta & Portunus eſt, cui vt apud Virgilium habentur:

*Seruati vetum ſoluunt in litore nauta,*

Vt Glauco & Panopææ. Pulcherrimus in hoc ſenſu extat nummus, cuius inſcriptio eſt NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. P. M. TRI. P. IMP. PP. vbi Neptunum *Numus Neronis.*

ipſum videas in portu ſedentem, id enim quietis indicium: dextera temonem terræ adprimentem, E
quòd ſignum nauigationis eſt in portum tendentem, læua verò Delphinum amplectentem, quod maris
*Numus Agrippæ.* blanditias & tranquillitatem oſtendit. Eſt & in numo M. Agrippæ L.F. COS.III. Neptuno reduci ſignum S.C. cultum, in quo Neptunus læua tridenti altè innititur, dextera verò Delphinum exporrigit. In Q. Naſidij nummo nauis eſt cum ſtella & velo pleno, ab altera parte caput, tridente ab occipitio poſito, infra Delphinus eſt, inſcriptio, Neptuni, quòd tutam Q. Naſidij nauigationem Neptuni beneficio peractam indicat. Ex eodem Valeriano: qui & apud noſtros vulgò etiam
*Tutus receptus.* Delphinum tuti receptus indicium habere ait, quippe qui quotiens futuram tempeſtatem præſentit, in portus accurrere, deque vndis exilire cernitur, quaſi velit reliquos inuitare, vt in ſtationes propere ſe recipiant, neque nauigia alto credant. Ita verò Delphinus (inquit idem) maris regem ſignificat, vt pro aqua mariq; ipſo paſſim in numis excudatur: Neptuno verò aquarum domino nullo non in ſigno eius adſculpatur. Ad huius hieroglyphici explicationem extat epigramma Græcum, cur Cupidinis ſignum vna manu Delphinum, altera flores contineat:

Οὐδὲ μάτην παλάμαις κατέχει δελφῖνα καὶ ἄνθος
Τῇ γὰρ μὲν γαῖαν, τῇ δὲ θάλασσαν ἔχει.

Non temerè quippe illum vna manu Delphinum, altera flores continere, vtpote qui ſit hinc terræ F
dominus, inde maris. Alciatus id epigramma periphraſticῶς quodammodo expreſſit hoc emblemate de potentia amoris.

*Nudus amor viden ve videt, placidumq; tuetur? Nec faculas; nec quæ cornua flectat, habet.*
*Altera ſed manuum flores gerit, altera piſcem Scilicet vt terra iura det atque mari.*

Pictores etiam amorem, formoſum adoleſcentem pingunt, (vt notauit Ioan. [a] Tzetzes) ſagittarium
*Amoris ſimulacrum.* igniferum, alatum, qui manu altera Delphinum, altera herbam teneat: alis eum aëri dominari
*[a] In Variis § 11.* indicantes, herba terræ: Delphino mari. Quamobrem Phigalenſium ſimulacrum, cætera mulieri perſimile præter caput, quòd cum coma erat equinum, adnexis draconum & ferarum id genus item iconibus, Delphin manu ſuſtinebatur, columba verò altera, Pierius Veneris potiùs quam Cereris (vt Cælius Rhodoginus voluit) eſſe conijcit: propterea quòd Delphinum amoris ſimulacrum eſſe, tam ex hiſtoria, quàm ex tot Veneris ſignis, quibus id genus piſcis admouetur, conſtet: aitque ſeſe inueniſſe, ex Delphini ſimulacro etiam amorem in ſimpliciorem ætatem ſignificari, quem pueriles ætatis amaſium non vno exploratum eſt exemplo, vt non immeritò tot in nummis (inquit) Delphinum cernere ſit ab alato Cupidine frænatum. Et Veneris ſtatuas pleraſque vidimus, quibus adſculptus eſt Cupido, qui vel Delphino inſideat, vel alio quoquo modo regat eum apprehenſum. G

# ICONES.

IN Olympicorum carcerum embolo, id eſt, roſtro Delphinus æreus in canone erectus viſebatur, teſte [a] Pauſania, & in medio ara, quæ aquilam ex ære alis longè extentis ſuſtinebat: fuit autem machina huiuſmodi, vt ea commota Delphinus in terram caderet, aquila ſurſum proſiliret. Ait & in Iſthmo templum eſſe Neptuni, vbi inter alia ſimulacra puer viſitur Palæmon Delphino inſidens. Et [b] rurſus: In via quæ rectà ad Lecheæum ducit, ſimulacrũ Neptuni eſſe & Leucotheæ, & ſuper Delphinum Palæmonis. Idem circa forum Corinthi fontem fuiſſe conſtructum ſcribit, & ſuper eo Neptunũ æreum, cuius ſub pedib. Delphinus aquã emitteret: ad cuiús puto imitationem factus eſt, qui in hoc noſtro foro peregrinis ob operis elegantiam admirationi eſt. Tarentini iuxta Phalanthi Lacedæmonij ſtatuam, quam Delphis dedicarunt, Delphinum effinxere, in beneficij memoriam, quoniam nimirum Phalanthum, cùm in mari naufragium feciſſet, in terram exportaſſet. H
Similiter Vlyſſem aiunt teſte [b] Plutarcho in parma & annulo (& enſe, vt addit Valerianus) inſigne Delphinum habuiſſe in memoriam Telemachi, quem puerum mari illapſum à Delphinis ſeruatum narrant. Cur verò [c] Heſiodus in ſcuto Herculis argenteos Delphinos cælatos fuiſſe canit, alia ratio eſt. Author eſt idem Pauſanias Tarentinos conſecraſſe quaſdã de barbaris Peucetijs decimas: inter alia eſſe etiam Calynthi opera ſtatuas, tùm peditum, tùm equitum: Regem item Iapygum Opin, qui ſocijs Peucetijs venerat ſuppetias, ita eſſe effictum, ac ſi in acie cecidiſſet: Imminere ei heroem Taranta & Phalanthum Lacedæmonium & non procul à Phalantho Delphinum. Prius quàm enim
*Galli cur in inſignibus Delphinum habuerint.* in Italiam appulit, facto in mari Criſæo naufragio, in terram (inquit) aiunt exportatum Phalanthum à Delphino. Gallorum quoque reges Delphinum tanquam regem marinorum animalium in ſuis inſignibus habent, ita vt ſecundus ei poſt lilia locus attribuatur: quamobrem in numis diuerſis ex auro, argento, ære, picturis inſignium & vexillis eius effigiem repræſentant, quanquam falſam ferè ac monſtruoſam. In quanta autem exiſtimatione Delphini pictura in inſigni olim etiam fuerit, Bellonius ex eo colligit, quòd Athenæus (apud quem nihil tale legi puto) & Valturnus [d] ſcribunt

Cæſarem

*[a] In Eliacis.*
*[b] In Corinthiacis.*
*[b] lib. Vita animal.*
*[c] In Phocicis.*
*[d] In cõm. de rebus Britãnum.*

A Cæſarem principi Delphinatus regionis Delphinum donaſſe, vt eo vteretur inſigni, quòd ad debellandos Gallos ſuppetias ei tuliſſet. Vt verò Delphin regioni nomen fecit in Gallia, (Delphinatum vocant) ſic filio regis primogenito: nam hunc etiam Galli Delphinum cognominare ſolent. In diuerſis item nummis Auguſti, Rufi, Tiberij, Domitiani & Vitellij repræſentantur Delphini, nec non & in Græcis quibuſdam, in quibus multò diligentiùs expreſſi ſunt. Scribit idem Bellonius ſeſe vidiſſe numos Claudij Cæſaris, in quibus exprimitur Neptunus cum tridente inſidens piſci Delphini ſimili. Sed Geſnerus rectiùs Orcæ effigiem eſſe coniicit, in memoriam illius, quam Claudium in portu Oſtiæ expugnaſſe ſuo loco diximus ex Plinio, & ſpectandam populo Romano exhibuiſſe. Sunt & alia numiſmata, in quibus Delphini figura conſpicitur, quos breuitatis cauſa prætereo, aliorumque iam inter hieroglyphica meminimus.

# METAMORPHOSIS.

B AGlaoſthenes (vt inquit Higinus, qui Naxica cõſcripſit, de Tyrrhenis à Bacchо in Delphinos conuerſis, ait ipſos quòſdam fuiſſe nauicularios, qui puerum etiamnum Liberum patrem receptum, vt Naxum cum ſuis comitibus tranſuectum redderent nutricibus nymphis ſpe prædæ inducti nauem auertere voluerunt, quod Liber ſuſpicatus, comites ſuos iuſſit ſymphoniam canere, quo ſonitu inaudito Tyrrheni, cùm vique adeò delectarentur, vt etiam in ſaltationibus eſſent occupati, cupiditate ſaltandi ſe in mare ipſi proiecerunt, & ibi Delphines ſunt facti: quorum cõgitationem cùm Liber memoriæ hominum tradere vellet, vnius effigiem inter ſidera collocauit. Hæc ille, Delphinum muſicum ſignum in cælo faciens, quæ opinio inde fluxit, quia Delphini ſignum nomen ſtellis ſit inſignitus, vt Arati interpres ait; ſunt tamen qui decem in eo ſtellas recenſent. Alij autem dicunt hunc eſſe Delphina qui Arionа citharædum ex Siculo mari Tœnarum tranuexit. Oppianus verò, vt Delphinorum ingenium, ſolertiamque extolleret, ſcribit eos prius homines fuiſſe, & à Libero patre Delphinos factos. *Tyrrheni in Delphinos mutati.* *Delphinus muſicum ſignum & quare.*

*Nõ ego Delphinis ſolertius eſſe creatum* *Quicquam crediderim, liceat ſi vera referre.*
*Hi fuerant homines, atq; oppida celſa colebant* *Inter mortales, diuino numine Bacchi*
*Delphinis in formam verſi ſaluere per æquor;* *Nunc etiam humanam ſeruant ſub pectore mentem.*
*Ingenio celeres factis humana ſequuntur* *Conſilia, &c.*

C Eſt item de Neptuno in Delphinum immutato fabula hæc. Melantho Protei ſenis filia depoſitis veſtibus ſæpè dorſo Delphini inſidens per mare vagabatur: quæ re cognita Neptunus ſe in Delphinum transformauit, illamque blandiendo illexit, vt dorſo ſuo inſideret, tranſuectæque in aduerſum litus ſtuprum obtulit. Meminit Ouidius. *Melanthus fabula.*

*Et te* (Neptunum) *flaua comas fragum mitiſſima mater*
*Senſit equum, te ſenſit equum crinita colubris* *Mater equi volucris, ſenſit Delphina Melantho.*

# HISTORICA.

D Elphinos Venereos & amaſios eſſe (inquit * Aulus Gellius) non modò hiſtoriæ veteres, ſed recentes quoque memoriæ declarant. Nam & ſub Cæſaribus in Puteolano mari, vt Appion ſcriptum reliquit, & aliquot ſæculis antè apud Naupactum, vt Thophraſtus tradidit, amatores flagrantiſſimi Delphinorum quidam cogniti compertique ſunt. Neque ij amauerunt quod ſunt i ſi genus: ſed pueros forma liberali, in nauiculis fortè aut in vadis litorum conſpectos, miris & humanis modis arſernut. Verba Appionis ſubſcripſi eruditi viri ex Aegyptiacorum libro quinto, quibus & Delphini amantis & pueri non abhorrentis conſuetudines, luſus, geſtationes, aurigationes refert: eaque omnia ſeipſum, multoſque alios vidiſſe dicit: *καὶ αὐτὸς δ' ἂν εἶδον παρὰ Διικαιαρχίαν δελφῖνα ἐρῶντα παιδὸς, καὶ πρὸς παιδιὰν ἐπτοημένον φανὴν· ἀνὴρ δὲ καὶ προσηχόμενος ὁ ἰχθὺς, ἀνεδίχετο τὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων, καὶ τὰς ἀκάνθας περιεῖλλεν, ἵνα μὴ τὸν τοιοῦτον χρῶτα ἀμύσσῃ, καὶ ἱππηδὸν περιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀπῆγε σταδίων. Ἐξῆχθη δ' ἄρα ἡ Ῥώμη καὶ πᾶσα ἡ Ἰταλία θέαν ἰχθὺν ἠχούμενον ὑπ' ἔρωτος*, id eſt: *Et mes quidem vidimus apud Puteolos Delphinum amantem mirè puerum, inclamatum à puero acciri. Quinetiam adnatanti dorſo puerum admittebat, ita vt pinna aculeos velut vagina conderet, ne dilectum ſibi corpus lacerares; receptumq; equitis modo inſidentem per magnum æquor, per triginta ferè paſſuum millia deferret. Roma igitur tota, omniſq; Italia conſluebat, vt piſcem amoris cauſa vectorem pueri ſpectarent.* Ad hæc adijcit rem non minus mirandam. *Poſtea*, inquit, *idem ille puer Delphino amatus, morbo affectus obijt ſuum diem: at ille amans, vbi ſæpè ad locum ſolitum annauit, & puer, qui in primo vado aduentum eius operiri conſueue-* *lib 7. cap. 8. Delphinos amaſios eſſe.*

*Delphinus in amati pueri ſepulchro ſepultus.*

*conſueuerat, nuſquam fuit, deſiderio tabuit, exanimatuſq; eſt, & in litore iacens inuentus ab ijs qui rem cognouerant, in ſui pueri ſepulchro humatus eſt.* Sic ferè Gellius. Plinius rem paulò aliter narrat. *Diuo Auguſto principe Delphinus Lucrinum lacum innectus, pauperis cuiuſdam puerum ex Baiano Puteolis in ludum literarium itantem, cùm meridiano immorans appellatum eum Simonis nomine ſæpius fragmentis panis, quem ob id ferebat, allexiſſet, miro amore dilexit. Pigeret refere, ni res Mecenatis & Flauiani & Flauij Alfi, multorumque eſſet literis mandata. Quocunque diei tempore inclamatus à puero, quamuis occultus atque abditus ex imo adnolabat, paſtuſq; è manu prebebat aſcenſuro dorſum, pinna aculeos velut vagina condens, receptumque Puteolos per magnum æquor in ludum ferebat. Simili modo reuehens pluribus annis, donec morbo extincto puero ſubinde ad conſuetum lacum ventitans, triſtis, & mœrenti ſimilis, ipſe quoque (quod nemo dubitares) deſiderio expirauit. Alius intra hos annos in Africo litore* (verba ſunt eiuſdem Plinij) *Hipponis Diarrhyti ſimili modo ex hominis manu veſcens, prebenſque ſe tractandum & alludens natantibus, impoſitoſq; portans, unguento perunctus à Flauiano Proconſule Africæ, & ſopitus (vt apparuit) edoris nouitate, fluctuatuſque ſimilis exanimi, carnis hominum conſuetudine, vt iniuria fugatus, per aliquot menſes, mox in eodem miraculo fuit. Iniuria poteſtatum in hoſpitales,* (aliàs in hoſpites, Dalechampius legit in hoſpitales, hoc eſt (inquit) Hipponenſes, qui magiſtratus magno ſumptu excipiebant) *ad viſendum venientium, Hipponenſes in necem compulerunt. Ante hæc ſimilia de puero in Iaſſo vrbe memorantur, cuius amore ſpectatus longo tempore, dum abeuntem in litus auidè ſequitur, in arenam inuectus expirauit. Puerum Alexander Magnus Babylone Neptuni ſacerdotio præfecit.* Hæc

*Vngenta fugit.*

[a] *Lib. 13.*

[b] Plinius, ſed hanc poſteriorem hiſtoriã aliter recenſet Athenæus his verbis: Delphinũ certè in Iaſo & fama eſt, & Duris ſcripſit libro nono, puerum amore proſecutum fuiſſe. De Alexandro author is ſequitur ad hunc modum. Ex Iaſo puerum acciuit. Etenim in ea ciuitate Dionyſius puer è paleſtra (ludo, in quo corpus exercebant, præcipuè lucta, Dalechampius) rediens ad littus cum vrinaret, Delphinus mari accedens & obuius, tergo geſtabat, longiſſimè natans, in terramq; poſt reuehebat. In eadem vrbe Iaſo (inquit Plinius) Egeſidemus ſcribit, & alium puerum Hermiam nomine, ſimiliter maria perequitãtem, cùm repentinæ procellæ fluctibus exanimatus eſſet, relatum, Delphinumq; cauſam lethi fatentem non reuerſum in maria, atque in ſicco expiraſſe. Refert hanc eandem hiſtoriam [c] Plutarchus, & poſt reliqua: Sed enim (inquit) oborta iam aliquando tempeſtate, nymboq; & grandine validis incumbentibus, delapſus puer ſub vndis extinctus eſt. Delphinus re animaduerſa & cadauer quocunq; iactaretur, ſecutus in continentem impete ſe tandem vnà eiecit, nec antè diuulſus eſt, quàm in ſicco expiraſſet. Monumentum calamitatis Iaſenſium monetæ etiamnum inſculptum, puer Delphinum inequitans eſt. [d] Aelianus verò de Delphino Iaſenſis pueri ſiue ſuperioris ſiue huius nouiſſimi amatore longè aliter ſcribit, & fortaſſis cum Puteolani pueri Delphino implicat. Ad Iaſum vrbem (inquit) Delphini amores iam dudum decantati erga formoſum puerum non ſine mea commemoratione & literarum memoria relinquendi videntur. Itaque cùm Iaſium gymnaſium vbi pubes Iaſia exerceri ſolita eſſet, mari adiaceret, vbi pueri, qui nondum ex ephebis exceſſiſſent, poſt exercitationes in curriculo ad mare venientes, antiquo more lauarentur, ex ijs natantibus ad vnum aliquem formæ pulchritudine præſtantem Delphinus quem ardentiſſimè amaret proximè profectus, primò exterruit puerum, pòſt verò conſuetudine vterque in alterius ſe amorem inſinuans, beneuolentia coniuncti fuerunt, atque inter ſe firmam amicitiam fecerunt, ac iam inuicem ludere cœperunt, modò adnantes inter ſe certabant, modò puer tanquam pullum equiſo, ſic in Delphinum ſubnatantem aſcendens & audaciùs exultans, in amaſio ſedebat: quod quidem facinus ſummam Iaſenſium & hoſpitum admirationem habebat. Enimuerò Delphinus puerum amores ac delicias vehens longiſſimè in mari procedebat, atque adeò tam longè, quàm puero inſidenti placeret, progrediebatur. Deinde ex alto reuertens, eundem illum litori reddebat, atque mutua dimiſſione vterque ab altero, hic quidem in maris altitudinem, ille verò domum ſuam diſcedebat. Iam porrò ad tempus cùm gymnaſia dimittebantur, ad excipiendum puerum Delphinus præſto erat. Puer autem cùm ex amaſij expectatione & eius colluſione voluptate afficiebatur, tùm ſupra humanam conditionem formoſus circumſpiciebatur, qui ſanè non modò hominibus, ſed belluis quoque ratione carentibus formoſiſſimus, & ſi non certè diù, videretur: ſiquidem fato quodam ſuccubuit. Nimium enim exercitatus & feſſus aliquando puer, cùm toto ventre in vectorum ſuum Delphinum temerè ſe iniecciſſet, non animaduertens aculeatam ſpinam dorſi erectam eſſe, atque horrentem, acuminibus eius vmbilicum ſibi exulcerauit: exq; eo factum eſt, vt & venæ quædam abrumperentur, & permultus ſanguis efflueret, ibique puer extremum ſpiritum effunderet. Id Delphinus partim ex pondere ſentiens: non enim iam vt conſueuerat, tam leuis & expeditus inſidebat, nempè qui ſpiritibus ſeſe non ſubleuaret: partim ſanguine mare imbutum cernens, id quod res erat vt intellexit, amoribus ſuis ſuperſtes viuere noluit. Quamobrem multo robore, quemadmodum Rhodia nauis plenis velis propulſa, ſic ſimul cum defuncto in litus ſe eiecit: amboque, hic iam mortuus, ille animi defectione expirans, humi ſtrati iacuerunt. Iaſenſes ciues, vt eorum vehementem amorem cum honoris gloria compenſa-

[c] *Vtra animal.*

*Iaſiorſium monetæ.*

[d] *lib. 6. cap. 15.*

*Delphinus mortuo puero ſponte moritur.*

A compensarent, sepulchri monumentum commune amborum, & formosi pueri & Delphini amatoris, constituerunt: & statuam quæ forma eximia puerum in Delphini dorso sedentem haberet, excitarũt: atque etiam numismata ex argento atque ære fecerunt, & eorum imaginibus signauerunt. Hactenus Aelianus, ex quo eadem repetijt [c] Ioan. Tzetzes. Sed & in Alexandria vrbe Ptolomæo secundo regnante Aelianus Delphinum amore simili flagrasse scribit. Eademque Amphiloch. & Tarentini, quæ lasentes, de pueris Delphinisque narrant, teste Plinio: *quæ faciunt* inquit) *vt credatur Arionem quoque citharœdicæ artis interficere nautis in mari parantibus, ad intercipiendos eius quæstus* (vt pecuniam auferrent, quam is arte sua quæsierat *ebiandisum, vt prius caneret cithara, congregatis cantu Delphinis cum se iecisset in mare, exceptum ab vno Tænarum in litus pernectum*. Sed cætera erũt hæc, si Herodotum de ijs dicentem audiamus. Hunc itaque Arionem ferunt, cùm per multum temporis triuisset apud Periandrum, concupijsse in Italiam Siciliamque nauigare: ursus parta ingenti pecunia voluisse Corynthum reuerti, & cùm profecturus e Tarento esset, quia nullis magis quam Corynthijs fideret, nauigium virorum Corynthiorum conduxisse. Cùm altum tenerent, istos Arioni insidiatos, vt eo deturbato pecunia potirentur: hoc illum intelligentem oblata eis pecunia, mortem tantùm fuisse deprecatum. Non persuadenti nautas iussisse, vt aut sibi manus inferret, vt sepulturam in
B terra nasceretur, aut ilicò in mare desiliret: Arionem ad hanc necessitatem redactum obsecrasse, vt, quandoquidem ipsi ita placitum esset, cemerent se omni suo ornatu coopertum, stantemque super foros audirent cantantem, & cùm decantasset, sibi se manus illaturum, atque istos permittentes (inuaserat enim eos libido audiendi præstantissimum inter homines modulatorem) e puppe in mediam nauem concessisse. Illum inducto sibi ornatu ac sumpta citharæ super foros inchoasse carmen quod dicitur Orthium, eoque decantato, sese vt erat ornatus, in mare iecisse. Et hos quidem cursum tenuisse in Corinthum, illum verò aiunt à Delphino exceptum in Tænarum fuisse transuectum. Et cùm Delphino descendisset, Corinthum eodem habitu perrexisse. Et vbi peruenit, quicquid contigerat enarrasse: & Periandrum (quia non crederet) tenuisse hominem in custodia, ne quo prodiret: cæterùm curauisse vt nautas haberet: eos accitos, vbi adfuerunt, percontatum si quid de Arione memorarent. & referentibus illum sospitem circa Italiam agere, fortunatumque Tarenti se reliquisse, Arionem apparuisse eodem quo desiliisset habitu: istos terrefactos nihil amplius habuisse quòd conuicti inficiarentur. Hæc Corinthij & Lesbij aiunt: extatq; in Tænaro ingens Arionis ex ære donarium super Delphinum sedens. Hucusque [f] Herodotus. Eadem eccinit Oppianus. Plutarchus ex Lesbio Myrtilo Enalum Aeolium, cùm Phenei filiam quam amauerat, Amphitrites oraculo monitæ præficæ in mare mortuam abiecissent eodem loci dici scribit desiliisse & hinc à Delphinis Lesbum incolumen deportatum. Eandem historiam in conuiuio septem sapientum paulò aliter recitat: vbi quoque Hesiodi à latronibus interempti cadauer, cùm in mare inijceretur, à Delphinis susceptum ad Rhium & Molyceriam exportatum fuisse refert: & Nemeum quendam cùm fluctibus exanimis iactaretur, à Delphinis exceptum, & mira eorundem alacritate ad Rhyum expositũ fuisse, vt iugulatũ ostenderent. Nec non & Telemachum Vlyssis filium adhuc pueruluin, cùm fortè in mare quod iuxta vorticosum erat, per ludicra decidisset, excipientibus Delphinis ab imoque reuehentibus eum fisse. Ino Athamantis cùm mariti iracundiam fugiens in mare seipsam & Melicertem filium de rupe Molunde abiecisset, Delphinus puerum in Corynthiorum Isthmum deportauit, quem mutato nomine Palæmonem dicunt, author est Pausanias in Atticis. Iam verò alias recitemus historias, ex
quibus non tam amor Delphini erga genus humanum, sed & gratitudo beneficijq; accepti memoria celebratur. Ad referendam gratiam Delphini hominibus (inquit [g] Aelianus) sublimiores sunt, cùm tamen lege Persarum (quam laudibus tollit Xenophon) minime teneantur. Cæranus sic nuncupatus, natione Parius, a piscatoribus Delphinos ad Byzantium captos argento redemit, & liberos dimisit: ex ea liberalitatis largitione hanc collegit gratiam, vt naue actuaria quinquaginta remorum
D (sicut in sermonem hominum venit) Milesijs vectoribus plena, in qua & ipse vehebatur, in freto Parij maris funditus euersa, & vectoribus naufragio perditis, illum ipsum Delphini in hoc periculo seruarint, eiq; ad parem gratiam cum beneficio quod priores ab ipso accepissent, persoluendam satisfecerint, quod quidem ipsum promontorium nomine Cæranium, quo ipsum exposuerunt, vbi & spelunca, in saxo visitur, facilè ostendit. Itaque postea Cæranum mortuum secundum mare illud cognatione ei proximi sepultura affecerunt: quod quidem ipsum, vt Delphini senserunt, frequentes tanquam ad iusta funeri persoluenda ad litus conuenerunt: & quoad pyra arderet, tamdiu sicut amicis fidi amici permanserunt: deinde restincto rogo discessserunt. Non item certè homines, sed potiùs viuos colunt, & eos quidem diuitijs diffluentes & opibus: contrà verò ab ijs defunctis, vel aliquo infortunio pressis, se totos auertunt, vt nè gratiam pro beneficijs, quibus ab eis, dum viuerent, affecti fuerunt, persoluant. [h] Athenæus huius historiæ authorem citat [i] Phylarchum, & refert eandem quoque Plutarchus. [k] Idem Aelianus aliam recitat historiam ex Leonide Byzantio, in qua non minor gratitudo Delphini erga altorẽ suum celebratur. Leonides Byzantius (inquit) in vrbe Pleroseleno

[c] *Chil. 3. c. 117.*
*Arionis historia.*
[f] *Lib. 1. Vrania circa finem.*
*Enalij historia.*
*De Delphini erga homines gratitudine.*
[g] *L. 8. c. 5.*
[h] *Lib. 13.*
[i] *Lib. vtra animal.*
[k] *L. 2. c. 6.*

nun-

nuncupata,ſe cùm Aeolida nauigando præteriueheretur, Delphinum in illius vrbis portu habitãtem, E ciuibus huius tanquam hoſpitibus ſuis vtentem,vidiſſe confirmat. Idemque affert hunc Delphinum de manu aniculę cuiuſpiam,eiuſque mariti educari ſolitum fuiſſe,plenoſque inuitamentis cibos illi ab eiſdem ſuppeditatos,neque tamen puer cùm eis eſſet infans pariter alendus,illum alere deſtitiſſe, ſed ambos educaſſe, ex quo conuictu Delphinus puerque mutuum inter ſe amorem conciliarunt. Delphinus vrbem quam dixi,veluti patriam ſuam flagranti ſtudio amplexabatur, portumque tanquam domum ſuam amanter incolebat: & ſuis nutritijs gratiam educationis ſic perſoluebat, vt cùm ætate grandis factus eſſet,deque manu educantium cibum capere non haberet neceſſe, iam longiùs progrediens,ex prædis quas capiebat partim ſibi ad prandium haberet, partim ſuis educatoribus adferret: quod illi cùm ſcirent, hoc ceu vectigal libentiſſimè expectabant: nomen quoque ſimiliter Delphino vt puero impoſuerant. Puer ex illa viuendi cum Delphino conſuetudine hanc collegerat fiduciam,vt ex crepidine lociſque è mari eminentibus illum auderet appellare, facileque ad ſe leni appellatione euocaret. Ac ſiue ille cum alicuius nauis remigatione contenderet, ſiue cum alijs gregatim errantibus luderet,& varijs in aſſultibus geſtiret, ſiue multa fame preſſus venaretur, ad puerum tamen tanta celeritate redibat, vt vehementi impetu more nauis pleniſſimis velis impulſæ ferretur, atque ad ſuos amores appropinquans luderet & adſiliret, nunc circum illum adnans, nunc illum ipſum velut prouocans,ad certamen ſecum amaſium ſuum alliciebat. Et, quod magis mireris, vt honore ei cederet,ſeque vinci in gratiam ipſius ſimularet, ſubmittere ſe illi natando aliquando viſus eſt. Hæc ſuo tempore celebrata, inquit Leonides, tum peregrinis admirationi inter cætera vrbis ſpectacula,tum puero ſimul cum parentibus lucro fuiſſe.

# PROVERBIA.

*Delphinum natare doces.* Ἐλφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις, id eſt, *Delphinum natare doces*, in eos (inquit adagiorum author) qui monere quempiam conantur in ea re, in qua cùm ſit ipſe exercitatiſſimus, nihil eget doctore. *Delphini in terra vis.* Δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία. *Delphinis in terra vis.* Memoratur adagium à Plutarcho,de ijs (inquit Rondeletius) qui id in quo minus valeant,toto conatu petunt, quòd Delphinus tam ſtupendæ agilitatis animal terræ contactum non patiatur. Cæterùm videtur Geſnero hoc prouerbium rectiùs conuenire in eum, qui alicubi quidem excellat,in diuerſo autem genere nihil poſſit: ſicut Delphinus in mari velociſſimus,nihil poteſt in terra:quod quidem vere dici arbitror: (inquit) non tamen inde conficitur eum in terra ſtatim expirare. Plenius quidem prouerbium ſic efferri poſſe videtur, Δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία ἀδημία. Ergo qui rem,in qua nihil poteſt,aggreditur,vires ſuas ignorat,& Delphinus in terra dici poterit. Author prouerbiorum huius prouerbij non meminit. Simile ferè eſt illud Horatij. *Delphinum ſylvis appingit,fluctibus aprum, Qui variare cupit rem prodigialiter vnam.* Siquidem indocti poëtæ ſtultitiam taxat, (inquit adagiorum author) qui multa non ſuo loco neque tempeſtiuiter deſcribit,perinde quaſi pictor Delphinum piſcem,iuxta Callimachi dictum, in nemoribus pingeret,rurſus aprum in vndis. Theocritus hoc adagium ſic expreſſit:

Οὔθ' ἁλιοι δελφῖνες ἐπὶ χθονὸς, οὔτε ταῦροι Ἐν πόντῳ εἴχυσι, id eſt
*Neq; marini Delphini in terra, neq; tauri In mari eunt.*

[L.14.c.25] *Delphino & boni nihil eſſe commune* Aelianus[L] & Suidas conſimili ferè prouerbio dixerunt.

Δελφῖνα πρὸς τὸ ἴραιον δεῖς, *Delphinum cauda ligas vel alligas.* Suidas dici ait ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων, in eos nimirum, vt author Adagiorum ait, qui quippiam incaſsùm conantur: vel qui ea via quempiam aggrediuntur,qua nequaquam poſſit ſuperari.

Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων etiam à Marone in diris dictum eſt:

*Antè Lupos rapient hœdi, Vituli antè Leones, Delphini fugient piſces, Aquila antè Columbas.* H

Αὐχὴν δελφῖνα οὐ χωρεῖ. Delphina peluis non capit. Vtimur (inquit Cælius Rhodog.) inuentes re pretioſa quem videri indignum, ſicuti apud Seleuciam ſuperbè pronunciauit rhetor Amphicrates, cùm amplius rogaretur,aris ſuæ documenta inibi promeret.

DE

Digitized by Google

A

# DE PHOCÆNA SIVE TVRSIONE.
## Cap. VIII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

PHocænam (φώκαιναν) Delphini ſpeciem eſse ſuprà ex Ariſtotele diximus: apud quem Theodorus Gaza Turſionem (alij Torſionem, alij Tyrſionem ſcribunt,) reddidit; motus, vt Hermolaus & Rondeletius arbitrantur, [b] Plinij verbis, quibus Turſiones Delphinorum ſimilitudinem habere ſcripſit, ex eodem, vt videtur, Ariſtotele, cui nimirum Phocæna paruo Delphino ſimilis eſt. Cæterùm cùm & alia ſint aquatilia Delphinis ſimilia, vt Plataniſta authore eodem [c] Plinio, in Gange Indiæ roſtro & cauda Delphini, B magnitudine verò quinque cubitorum, ideoque ea ſimilitudinis nota non ſufficere videatur, Rondeletius Theodori verſionem non probat, ſeparatiſque capitibus de Phocæna & Turſione tanquam de diuerſis piſcibus agit. Iouio contrà ac Bellonio Phocæna & Turſio vnius eiuſdemque piſcis nomina ſunt. Hos ſequitur Geſnerus; & reuera Phocænam Turſioni eandem eſſe vero eſt ſimillimum, cùm vtrumque animal aſſimiletur Delphino, Phocæna ab Ariſtotele, Turſio à Plinio. Ipſe etiam Rondeletius quem pro Phocæna nobis oſtendat, nullum habet: conuenitque in eo cum nobis, quòd pro Turſione & deſcribit & depingit eum, quem Belgæ vulgò Bruyniuiſch, quaſi atrum piſcem, Galli nomine à Germanis accepto Marſuinum hoc eſt maris ſuem appellant, quanquam eodem nomine Delphinum quoque intelligant. In eadem ſententia eſt doctiſſimus Scaliger pater: *E Medulia & Baonenſi prætura* (inquit) *venum huc aliquando afferuntur Delphini: Marſupas minores vocant: alios Marſuinos, quaſi marinos ſues, Duo genera: alteri roſtrum porrectius: alterum minus, ſimum: quos Turſiones Plinij, Phocænas Ariſtotelis arbitramur.* Hæcille. Cæterùm aliud eſt Thurſio (θυρσίων) apud Athenæum, nimirum tomus Thurianus, de quò ſuprà in Gladio diximus. Rurſus eorum ſententiam, qui nominis ſimilitudine Turſionem Sturionem interpretantur, in Sturione refutauimus.

[b] *L. 6. Hiſt. cap. 12. Turſio.*
[b] *L. 9. c. 9.*
*Plataniſta.*
[c] *L. 9. c. 15.*
*Turſionem Phocænæ eũdem eſſe.*
*Piſcis ater.*
*Sus maris.*
*Thurſio.*

C

## FORMA. DESCRIPTIO.

DElphinorum ſimilitudinem habent (inquit Plinius) *qui vocantur Turſiones. Diſtant & triſtitiæ quidem aſpectus: abeſt enim illa laſciuia, maximè tamen roſtris, Caniculanum maleficentia* aliàs maleficentia) *aſſimilati.* Quæ verba Iouius & Rondeletius accipiunt, ac ſi roſtrum Turſionis, Caniculæ roſtro ſimile eſſe dixiſſet: ſed falſus eſt vterq; malè diſtinctis Plinij verbis: nam ſi roſtrum Turſionis ſimile eſt Caniculæ, Gallorum Marſuinus neutiquam Turſio fuerit, quod tamen profitetur Rondeletius. Vbi quoque notandum Caniculæ nomine à Plinio intelligi Canem Carchariam, cuius quidem roſtrum longè meliùs aſſimilari poſſit roſtro Marſuini, quam Canis Galei, aliorumque Galeorum, qui id in promptu minimè habent: attamen Plinius ſimilitudinem roſtrorum non facit in Turſione cum Canicula, ſed Turſiones roſtris dicit differre à Delphinis, quibus nimirum id procerum eſt, cùm ſit Turſionibus breue, ſimumque: Caniculæ verò dicit aſſimilari maleficẽtia, quare ſi poſt roſtris deſtinguatur, ſicuti nos diſtinximus, ſenſus erit clariſſimus. Quæ Delphino & Phocænæ ſiue Turſioni eadem ſint, item quæ diuerſa, ſuprà in Delphino ex Bellonio potiſſimùm oſtendi-
D mus [d]. Idem in libro Gallico de piſcibus ſobolem Phocænæ deſcribit: ipſamque etiam adultam Phocænam. Phocæna (inquit) circa Oceanum Gallicum frequentiùs capitur, quàm Delphinus: communi tamen cum eo nomine Marſouin dicitur: quamuis id nomen Phocænæ magis conueniat, (vt pote pinguiori. Delphino quidem roſtrum longius eſſe & porcino ſimile Rondeletius author eſt.) Naſum (roſtrum) tam ſimum habet, vt cum capite fermè rotundetur. Pinna dorſi quæ vnica eſt, binæ ad latera, & cauda colore nigricant, ſicut & in Delphino: in ſumma, ſuperficies eius tota cum Delphino conuenit. Quæcunque etiam de Delphini vtroque ſexu ſcripta ſunt; Phocænæ ſimiliter conueniunt: & niſi Phocæna roſtrum breuius haberet, Delphino ferè vndiquaque ſimilis foret. In libro denique latinè impreſſo, eſt igitur (inquit) Phocæna Delphini magnitudine, breuiori tamen, ſed craſſiori corpore, cuius tergoris color ex cæruleo in obſcurum liuet: ſub vẽtre autem albicat, pinnaſq; Delphini in morem gerit: caudam creſcentis Lunæ figura: caput obtuſum, non ita longum, neq; porcinum roſtrum referens: cuius meatus auditorios admodum obſcuros, vt aliquãdo reperias, ab oculi maiore cantho ſex digitorum interuallo caudam verſus accuratè diſquirere, illucq; gracilem culmum

*Roſtrum.*
*Caniculæ Plinij.*
[d] *L. 1. c. 11.*
*Pinna.*
*Color.*
*Color.*

inſerere

Rhium & Molycriam exportatum fuiſſe. Quod ſi verum eſt, nec illud mirum eſſe debet, quod Plinius ſcribit, Delphinum hominis amicum animal eſſe, nec hominem expaueſcere vt alienum, obuiam nauigijs venire, alludere exultantem, certare etiam; & quamuis plena præterire vela. Eleganter Ouidius: E

*Vndiq; dant ſaltus, multaq; aſpergine rorant, Emerguntq; iterum, redeuntq; ſub æquora rurſus: Inq; chori ludunt ſpeciem, laſciuaq; iactant Corpora: & acceptum patulis mare naribus efflant.*

*Eleminit, vt homo eſt, amicum eſſe*

[k] Plutarchus gratam Dijs Delphini humanitatem putat, quòd ſolus hominem hoc quidem ſolùm nomine diligit, quia ſit homo, cùm cæterorum quæ per continentem degunt, vel nullum, vel quæ manſuetiora ſunt tantùm, canis, equus, elephas nutricatores modò & familiares colant ſuos: & Hirundines dum vmbra & opportunitate neceſſaria potiantur, commigrant cohabitantque nobis, per cætera hominem velut beſtiam fugere & auerſari ſoleant. Delphinis verò longè quam cæteris ſecus illa ſummis Philoſophorum tantoperè deſiderata, ſordibus omnibus, omni fraude carens amicitia, ſolis cùm homine naturâ intercedat. Nam qui haud vllius vlla in re mortalis opus habent opera, benigni omnibus, omnibus amici, etiam opem tulere (inquit) multis. Scribit Bellonius nautis ſonum alicuem, ſibilumue edentibus, diutiùs circa naues immorari, cumq; ad naues accedunt, ſonitum euidentem ex hſtulis earum propter reſpirationem multo tempore ſuppreſſam audiri. Eodemque referente hodieque perſuaſio quædam vulgaris eſt non inter Græcos ſolùm, ſed Italos quoque, præſertim Venetos nautas, ſi quiſquam coorta tempeſtate in naui ipſorum inueniretur, qui aliquando occidiſſet Delphinum, omnes circumquaq; Delphinos collectum iri, vt naui pernitiem moliantur, in vltionem eius qui Delphinum peremiſſet. Itaq; religioſè eis lædendis aut etiam ſi alius interemerit, in cibo ſumendis abſtinent. Contra verò, homines eorum generi innoxios ab ipſis amari putant, ideoque comitari eos naues, præſertim in periculis a tempeſtate, vt ſi opus eſſet, naufragos ſeruarent. Vulgus piſcatorum ait Delphinum Balænæ comitem eſſe & iter præmonſtrare, quod veteres Muſculo tribuerunt. Quam opinionem indè ortam arbitratur Rondeletius, quod vbi Balænæ ſunt, ibi Delphini & Lamiæ (Canes) frequentes ſint, à quibus Balænæ dilacerantur. Quomodo verò Delphini nauigationis duces ſe præbuerint, illuſtres narrantur hiſtoriæ à Plutarcho his verbis: *Dictynna Dianæ & Delphinij Apollinis aræ templaque per Græciam multa paſſim ſunt. Enimuerò quem locum ipſe ſibi deus peculiarem elegit, eum Cretenſium poſteri Delphino duce tenuerunt. Neque enim quod fabulantur quidam, ſumpta Delphini ſpecie deus ipſe, ſed ab ipſo Delphinus miſſus perq; mare curſum dirigens, claſſem perduxit Cyrrham. Iis etiam quibus à Ptolomeo Sotere Sinopi relictis, Serapidis & Dionyſij reuehendi negotium datum fuerat, ventorum vi præter animi ſententiam, ſupra Maleam abreptis & iam à dextra Peloponneſum habentibus, ac ob id perturbatis triſtibuſque, Delphinum ante proram conſpectum narrant, veluti vocantem, ac ducem ſe inflationem quandam leni curſu præbentem: illos verò de via iam nihil ſolicitos tantiſper prænatantem, viamque monſtratem ſecutos, dum conſiſterent Cyrrhæ.* Habere item cum piſcatoribus ſocietatem creduntur. Refert Oppianus ex Gillij verſione ſeſe audiuiſſe piſcatores Euboicorum hominum pariter æqualiterque cum Delphinis piſces quos ceperint, communicare: ad huiuſmodi autem piſcationem tempeſtatum quietem opus eſſe: id quod ſi acciderit, tum de prora laternas qualdam piſcatores ſuſpendere, quæ etſi intra ſe ignem habeant, ſic tamen lucem tranſmittere, vt ignis quidem obtegatur, lumen verò transluceat, piſcibus ſplendor timorem faciat, & moleſtiam afferat, ideoque inſidiarum ignoratione obſtupeſcentes quid ſi velit quod vident, appropinquare aggredi, cauſam tantam ſui timoris cognoſcere ſtudentes. Huius rei conſideratione perterritos, aut ſaxum quoddam ſtare frequentes cum tremore & metu, aut ad litus impulſos exilire, ſic obſtupefactos, vt de cælo tacti eſſe videantur, facileque iam ſit tridente percutere. Delphinos cùm ignem a piſcatoribus incendi animaduertunt, ſeipſos ſtatim ad ſubſidium ijs ferendum comparare. Et illos quidem ſenſim & pedetentim remigare: eos verò formidine exterrentes impellere piſces, eorumq; effugia reprimere, ne elabi queant: Eos igitur & ex Delphinorum natatu & piſcatorum remigatione vndiq; in anguſtias compulſos, quòd ſentiant ſibi nullum ex tantis anguſtijs exitum patere, idcirco ſtare & manere: hinc effici, vt eorum magnus numerus capiatur. At cùm Delphini velut repetentes communis laboris remunerationem ſibi debitam ex illa piſcatione, eò procedunt. Quibus prædæ auxiliatoribus ſi cum fide & grato animo piſcatores æquabilitatem diſtribuant, perſuaſum his haberi, qui in re maritima verſantur, rurſus ad piſcandum, etiamſi minus inuitentur, adiutores fore: ſin autem piſcatores prædam cum his communicare omiſerint, hoſtes experiri, quos antea amicos habuerant. Quomodo & in Mugilibus capiendis in Narbonenſi Gallia hominibus ſeſe ſocios præbeant, ex Plinio in Mugilum hiſtoria recitauimus. Cæterùm quamuis Delphinos piſcatoribus auxilium ferre tanquam de induſtria veriſimile quidem videri poſſit, cùm ingenio intellectuq; carere minimè videantur, vt modo oſtendetur, nihilominus Bellonius fortuitò id euenire exiſtimat, diuerſis in locis & portubus maris hæc obſeruaſſe ſcribens, & cum amico quodam ſuo homine induſtrio ſæpè in diuerſis inſulis Illyriæ aut Græciæ magna cum voluptate ſpectaſſe Delphinos, qui modò gregatim modò

*k lib. vtra animal.*

*Cur Delphinus ab hominibus non occidatur.*

*An Balænæ iter præmonſtret*

*l lib. vtra animal Nauigationis comites eſſe.*

*Societas cum piſcatoribus.*

*Non ſuopte ingenio ſed fortuito piſcatoribus auxiliari.*

A modò bini,mas & fœmina coniugati venantes, poſtquam minores piſces ex diuerſis partibus maris, vbi liberiùs vagabantur,in anguſtiam aliquam, aut locum minus profundũ complures compulſſent, impetu tandem in eos graſſari,& obuijs quibuſq; promiſcuè paſci Quod ſi in cõfertos Celerinorum aut Sardinarum gregres inciderint,immodica helluatione, capita tantùm expetẽtes,reliquo corpore neglecto,detrimentum ingens populando afferre : Itaq; magnum ſæpè confectorum piſcium numerum in æquore fluitare. Eſſe qui irruentis Delphini impetu conſternati perplexiq; in aerem quantum poſſunt,exiliant,vnde tam denſo agmine in mare relabantur, vt pluuiam repræſentent : itaq; partim ab auibus Laris & alijs qui turmatim Delphinos ſequũtur,deuorari in aere,partim in mari a Delphinis:partim etiam ſi piſcatores adſint,vel manibus vel retibus capi.Sic Delphinos venari mane,vt tentaculum ſibi parent, ſic in meridie,vt prandeant, ſic veſperi, vt cænent, totos fere dies venando occupatos.Quamobrem non temerè à piſcatoribus amari,quoniam piſces vndequaque in retia ipſorum compellunt.Pro quo beneficio hanc gratiam eis rependere piſcatores,quòd nunquam eos offendut, & retibus etiam incluſos liberant: in Græcia videlicet,& ijs locis,vbi Delphinis veteri religio eſt.Eandem verò amorẽ quem erga nos ac potiſſimũ pueros habent, diuerſæ veterũ ſiue hiſtoriæ ſiue ingenia indicant. Hinc ἱερὸς ἰχθὺς & παιδίφιλος & φιλάνθρωπος cognominatur,& à multis etiã frater hom-
B nis:Nec aliam ob cauſam homines aliquando fuiſſe dicũtur,& a Dionyſio in piſces mutati,vt Oppianus fabulatur. Fit verò etiam quòd inde male apud aliquos audiant. Socion enim Philoſophus ait, Delphinum adulatorem eſſe, qui nimirum ciborum reliquijs, quæ a nauigantibus affatim in mare proijciuntur,allecti comiterq; accepti ſaturatiq; natantes quamdiù affatim vnda ſubeſt ac ſuppetit, officiosè comitantur, in ſiccum verò littus nunquam excedunt. Sic adulatores quamdiu tranquillitas affluiget,permanent, amicos in hoc vitæ curſu dum plana faciliaque & proſpera omnia ſunt, adeunt, deducunt,colunt:cùm verò ſcrupea difficiliaq; acciderint,ſtatim abſcedunt. Scribit Plinius nomen Simonis omnes miro modo agnoſcere,malleq; ſic appellari, quod quidem ipſum non eſſe fabulum Gillius ſe expertum eſſe aſſerit,cùm ad Antipolim vrbem prouinciæ Narbonenſis nauigaret,& Delphinum vel longinquo interuallo cõtenta voce Simonem appellaret : conteſtum enim prope acceſſiſſe,vt manibus (inquit) attingere potuiſſem. Atqui longe maius eſt,quod de intelligendi prudentia eorum Aelianus narrat,videlicet ſimul vt in retia Delphinus incidit, ſtatim primò quidem quiete & liberè manere,neque omninò fugere meminiſſe, ſed & epulari & alios ſecum capto, depaſci, & tanquam huic indictum eſſet conuiuium,ex ijs exſaturari. Deinde cùm ſe extrahi,atque ad litus appropinquare intelligit,dentibus,lacerato reti,e ſeruitute liberari. Iam ſi quando piſcatores poſteaquam
C captiui Delphini nares holoſchœno iunco traiecerint:quodam obſequio atq; indulgẽtia eum ex poteſtate idcirco demittãt,ſeruituteq; liberent,vt hac notionis nota inuſta,ſi iterum capiatur, aptiora det indicia,ſe aliàs captum & ſeruatum fuiſſe : eum velut indiciũ & notam priſtinæ captiuitatis veritum, non amplius ad ſagenam appropinquare.Eandem quidem etiam prudentiam recitat [m] Plutarchus, ſed quod ſi fuga euadere primùm capto non datur,periculi tamẽ nihil eſſe ait:iunco quippe circa collum infito ſignare,dimittereq; rurſus : deprehenſum poſtea verberibus,futuræ cicatricibus agnitum, caſtigare:ſed hoc rarò accidere:nam venia data,vitaq; ſimul reſtituta,pleroſq; omnes in poſterũ continere ſe,ac ab iniuria taceſſere. Cęterùm non tam ob religionem,quòd hominum ſtudioſi ſunt,vt dictum eſt,parcere eis piſcatores conijcio,quàm quod miſeratione fletus eorum tangantur A captis enim tanti fletus gemituſq; fiunt,vt cùm in naui,vbi permulti Delphini tenebãtur,pernoctarẽ inquit Gillius ),mihi acerbiſſimum dolorem inſſerint. adeo eos animaduerti humano gemitu & lamentatione & magna lachrymarum vi ſuam conditionem deplorare, vt ego huiuſmodi piſcium miſericordia lachrymas tenere non potuerim : vt proximum,quem magis gemere ſentiebam,dormiente piſcatore in mare abiecerim : malui enim lædere piſcatorem, quam mihi ad pedes ſtratum,quaſi ſupplicantem non ſubleuare, ſed nihil promoui hoc abiecto, reliqui alij magis magiſq; gemitum auxerunt,vt non obſcuris ſignis mihi viderentur petere ſimilem liberationem. Itaq; totam noctem in
D acerbiſſimo luctu verſatus ſum.Quemadmodũ itaq; capti ploratu omnia miſcent, ita cùm liberi ſunt & ſui iuris cantu mulceri præter Plinium nulli non alij veterum teſtantur, ac potiſſimùm Arionis hiſtoria quam mox ſuo loco recitabimus : extatq; Philippi cuiuſdam carmen Græcum inter epigrammata de luſcinia, quæ boream fugiens,cùm per mare volaret,Delphini dorſo ſuſcepta vectaq; ſit,& illum nantem carminibus ſuis delectarit,vt vel hoc hiſtoriæ Arionis fidem faciat. [n] Plutarchus vero, quia muſicam Delphinus amat, veriſimile eſſe ait charum eſſe Apollini, & hac quidem in re Pindarum conferentem, non Delphinum, (inquit) abditum elici :

*Quem placido ponti pelago Excinit amabile tibia melos.*

Ne vero quis cantu moueri eum putet,ſed poetarum figmenta eſſe, Geſnerus Angli cuiuſdam eximiæ eruditionis viri teſtimonium citat, qui gregem Delphinorum ad buccinam ſe erigentium, aliquando ſibi viſum in ora Angliæ affirmaret.

*Simonis nomen ſignificare*

[l] *lib. 11. cap. 12. Prudentia.*

[m] *lib. Vtra animal.*

*Fletus miſericordiam mouet.*

*Cantu & muſica obtectari.*

[n] *lib. Vtra animal.*

A linguam mobilem habere, ſed non ita mobilem & ſolutam, vt vocem articulatam efferre poſſit, eſt enim breuis, vt ait Plinius. Atq; hunc eſſe germanum Ariſtotelis ſenſum confirmat ex ipſiuſmet teſtimonio, cuius paullò pòſt hæc ſunt verba: *Pueri vt cætera ſua membra continere ac regere nequeunt, ſic etiam linguæ ſunt impotentes, & quidem imperfecti, & ſerò lingua abſoluuntur. itaq; magna ex parte balbutiunt, tortiq; ſunt lingua.* Pueris igitur lingua nõ deeſt, neq; adhæriẽs eſt, ſed mobilis & lata, quæq; exeri poteſt: ſed nondum ita libera, vt vocem diſtinctè articulateq; enunciare poſſint. Ita Delphinis lingua eſt lata, mobilis, quæ modò exeri, modò condi poſſit, non hærens palato, neque oſſea, non ita tamen ſoluta, vt vocem explanatè efferre queant. Porrò neque labra neq; palatum cameratum habet, quæ locutioni conferunt. Hæc ille: *Delphinorum vox cum pueris comparata.*

# SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

HAbet Delphinus quibuſcum diſſidet, habet quibuſcum amicitiam quandam in mari gerit. Balænæ inimicum eſſe legimus apud Philen, & apud Aelianũ in Gilly interpretatione, ſed in noſtris Græcis codicibus, non de Delphino, ſed de Thunno id ſcribitur, nimirum circa B Taprobanen permultas Balænas Thunnis inſidiari: & fortè haud temerè Delphinos quoq; Thunnis inimicos eſſe dicemus, id enim de Pompilo qui ex Thunnorum genere, vel ſaltem cõſimilis piſcis eſt, tradit [q] Athenæus ex Pancrate, nec non idem [r] Aelianus his verbis: *Pompilum hoſtili odio Delphini perſequuntur, neq; hoc ipſum tamen impunè faciunt. Cùm enim hunc guſtauerunt, diſcrutiantur & cõuelluntur continuò: & quòd furore inflammati conſiſtere non queunt: idcirco in litora expelluntur atq; fluctu eiecti, à cornicibus marinis grauiſſimè exeduntur & conficiuntur.* De Amiarum cum Delphino atroci pugna ſuo loco dictum eſt. Idem [s] Aelianus retruſam quandam communitatem atque affinitatem Delphino eſſe putat cum Leone, idq; non ex ea parte ſolùm quòd vterq; imperat, hic quidem terrenis beſtijs, ille verò aquatilibus, ſed etiam quòd ſiue ſenectute, ſiue morbo infirmis ambobus ſimia medetur, huic terreſtris, illi marina. Alias [t] etiam ſcripſit, eſſe & in piſcium genere paraſitos, vt Pediculũ appellatum, qui ex ſuperfluis & intercidentibus à Delphino comedente victitat, itaq; ex eius præda tanquam ex-locu pleti menſa refectum pingueſcere. Eo nimirum Delphinũ tantopere delectari, vt cum ipſo libenter quæ cõprehenderit, communicet. Cæterùm nolo te latere lector Pediculum hunc non eum eſſe quo de inter inſecta egimus, ſed reuerà piſcem eſſe, id quod [u] Ariſtotelis verba, quibus eiuſdem amicitiæ meminit, indicant. *Maris quod à Cyrena in Aegyptum panditur, piſcis, Pediculus nomine circa Del-* C *phinum eſt, qui omnium pinguiſſimus fit pabuli copia, qua Delphini opera ſuppeditatur.*

*Inimicitia cum Balæna.*

*Cum Pompilo.*

[q] Lib. 5.
[r] Lib. 15. cap. 23.

*Cum Amia*

[s] Lib. 15. cap. 17.

*Amicitia cum leone*

[t] Lib. 9. Hist. cap. 7.

*Cum Pediculo.*

[u] lib. 5. Hist. cap. 31.

# CAPIENDI RATIO.

CApiuntur Delphini diuerſimodè. Retibus capti, breui tempore ſtrangulantur, inquit Ariſtoteles, nimirum cùm in vado retenti reſpirare non poſſunt: nam alioqui capturam eam facilè ferunt, & vbi ad litora ventum eſt, laceratis retibus euadunt, vt Philes alijq; tradunt. Capiuntur & hoc modo, ex eodem Ariſtotele, Piſcatores repentè alueis vniuerſum circundãt Delphinorum gregem, indeq; obſtrepentes in mare, efficiunt vt territi erumpant vniuerſi in litora, capianturq; tentato grauatoq; capite, præ ſtrepitus inflicti nimietate. Atque hoc fortaſſis Plinius dicere voluit, dum ait: *Capiuntur attoniti ſono.* Quomodo verò tridente percutiantur à Thracibus qui circa Byzantium habitant, barbari & immanes, docet his verbis Oppianus. Tridentem ſiue iaculum biſulcum parant, longiſſimo funi annexum, & matrem alicubi cum geminis catulis oberrantem obſeruant, eiſq; adnauigant. Delphini ſine metu vllaue ſuſpitione loco manent, donec alter ex catulis iaculo feriatur. Per-D cuſſum piſcatores non attrahunt, neq; enim poſſent, ſed funem laxãt, & remigando celeriter ſequuntur, donec ille tandem viribus exhauſtus in ſummam effertur aquam: illum vbique miſera ſequitur mater & non ſolùm non deſerit, ſed occidendam ſe vnaq; capiendam præbet, vt ſupra dictum eſt.

*Retibus non capi.*

*Vt feriãtur tridente.*

# PRÆSAGIA.

BEllonius ſe non aſſentiri ait, qui Delphinos ſalientes tempeſtatem præſagire ſcripſerunt, quòd pluries & diuerſis in locis diligenter per mare obſeruaret, eos non minus ſequi ventum, quàm contraire, nec minus turbato mari, quàm trãquillo placidoque apparere: ſubinde enim per æquoris ſumma ſe oſtendere reſpirationis cauſa, qua vt ſemper, ita & ante & poſt tempeſtates indigent: Sed aliud eſt apparere, (inquit Geſnerus) aliud ludere & laſciuire. Hoc autem certiſſimum tempeſtatis prognoſticum eſſe Rondeletius quoq; aſſerit: eiuſq; rei cauſam D. Thomã hanc reddere.

*An ſalientes tempeſtatem præſagiant.*

[a] L.8.c.35. *Hyemali* (inquit) *procella ingruente, ab imo maris conſurgunt exhalationes, quæ hyemi fomenta ſuggerũt, tuncque calor excitatur in Delphinis: quoniam verò calidi propria agitatio, unde contingit, id animal crebrius erumpere, ac ſeſe oſtentare.* Ex quo illud eſt [a] Plinij: *Delphini tranquillo mari laſciuientes, flatus ex qua veniunt parte præſagiunt: item ſpargentes aquam, item turbantes* (alias: item ſpargentes aquam turbato [ſcilicet mari] tranquillitatem, *tranquillitatem*: Id verum eſſe affirmant piſcatores quoque & nautæ. Iam verò cùm non ſolùm Delphini ſed & alia quoque animalia, de quibus alicubi idem [b] Plinius ſcribit, tempeſtatem præſentiant, Rondeletius arbitratur piſces in aqua aëris agitatione mutationeq; affici, non aliter, quàm imbecilli ſolent & valetudinarij ob auſtrinos inſtantes flatus, dolorem in capite & articulis ſentire, quòd euenit ijs qui cum Neapolitano morbo diu conflictati ſunt, vel arthriticis. Sic laterum vel thoracis doloribus obnoxij Septentrionales ventos pronunciant. Leues autem immutationes facilè ferunt, qui proſpera ſunt valetudine, magiſque externis cauſis morborum reliſtunt.

[b] Lib. 18. cap. 35.

## VSVS IN CIBIS.

*Vbi comeditur et qui eo abſtinent.*

APud Italis (inquit Albertus) Delphinus non comeditur, nec eum piſcatores venantur. in noſtro autem mari Germaniæ adiacenti capitur & comeditur, & ideo fugit homines. Quàm verò delicatus & pretioſus ſit apud Gallos Oceani accolas, & quàm opiparè ſoleat apparari, quæque gentes eo veſcantur, quæque abſtineant, prolixè narrat Bellonius operis Gallici de piſcibus lib. 1. capitibus 4. 5. 6. 7. 8. & 9. & Rondeletius in menſas principum venire, magnoque in pretio eſſe in eorundem aulis ſe vidiſſe tradit, & ſæpè ſe id miratum eſſe; cùm ferinus ille odor (inquit) omnem cibi gratiam, ſi qua ſit, ingratiſſimam reddat: ideoque foſſores atque infimam plebem omnino apud ſuos ab eis abſtinere, vtpote maris accolas, vbi piſcium copia eſt, & ad eos mitti, qui longiùs à mari abſunt, vt ad Auenionenſes & Lugdunenſes, quia extra mare diutiùs viuit, longiùſque exportari poteſt citra putrefactionem, quoniam dura eſt carne & corruptu non ita facili. Qualem autem ſuccum gignat, & quomodo apparetur, in antiballomenis dictum eſt. Partes quæ magi commendantur in hoc ceto, ſunt hepar & lingua. Hepar tenera quidem eſt ſubſtantia, ſed malum ſuccum gignit. Lingua autem tenerior & pinguior, atque hepati præferenda. Cardanus viſcera non ſolùm ſapore, ſed & odore quaſi violæ commendari ſcribit.

*Partes quæ commendantur.*

## VSVS IN MEDICINA.

[a] L. 32. c. 7. *Cinis. Iecur.*

CInis [a] Delphini inter medicamenta quæ lichenas & lepras tollunt, enumeratur à Plinio, ſi ex aqua illinatur: ſed exulcerationem (inquit) ſequi debet curatio, quæ perducit ad cicatricem. Kiranides iecur huius ceti aſſum & in cibo ſumptum tertianam, quartanamque & omnem nocturnum typum integrè ſanare aſſerit. Plinius [b] verò febrium circuitus tolli ait, ſi iecur Delphini ante acceſſiones deguſtetur. Quidam id in fictili torrent, donec pinguedo ſimilitudine olei fluat, quo ſe perungunt. Idem adeps medetur hydropicis liquatus & cum vino potus. Præterea eodẽ teſte lineamenta accenſa excitant vuluæ ſtrangulatu oppreſſas. Infantium quoque gingiuis dentitionibuſque multùm confert Delphini cum melle dentium cinis, & ſi ipſo dente gingiuæ tangantur; alligatuſque idem pauores repentinos tollit. Venter eius ficcus & tritus in potu ſpleneticos teſte Kiranide ſanat.

[b] L. 32. cap. 10.

*Adeps.*

*Venter.*

## MYSTICA.

[a] *Lib. 7. Cur ſacri pi ſces dicti.*

QVi Telchiniacam hiſtoriam compoſuit, (inquit [a] Athenæus) ſiue Cretenſis Epimenides fuerit (vt Maſſarius credit) ſiue alius quiſpiam, ſacros piſces vocari docet Delphinas & Pompilos. Hæcille, rationem cur ſacri haberentur Delphini, nullam reddens. Oppianus verò Delphinum capere nefas & impium fuiſſe tradit; & quiſquis ceperit, eum vtpote impurum neque ad deos accedere ſupplicem, neque aram attingere piè ritèq; licuiſſe, & ſuos quoque contubernales polluiſſe; nec minus infeſtum dijs habitum fuiſſe, quàm homicidam aliquem. Addit rationem Oppianus, quoniam ſenſus & ingenium hominis habeant iſtiuſmodi cete; hominemque ideo amore proſequantur. Quamobrem ipſe Thraces qui ab eorum captura minimè abſtinebant, barbaros & immanes vocat, impietatemque grauiſſimis verſibus inſectatur. Narrat [b] Athenæus Ceranum quendam Mileſium cùm fortè in piſcatores publici ritus, quo capti dimittebantur, Delphini, incidiſſet, qui captum Delphinum erant in fruſta diſſecturi, pecunia ſua vitam illius & libertatem redemiſſe. Erat verò in primis Neptuno ſacer Delphinus, & vt idem Oppianus ait quam maximè charus, eò quòd Amphitriten aliquando connubium eius fugientem, & in ædibus Oceani latitantem ipſi prodiderit: vbi rapta ab eo Amphitrite coniux eius & maris regina

[b] *Lib 13 Cur Neptuno ſacer.*

A regina ſit facta, & eam ob cauſam ſummus in aquatilium genere honor Delphinis decretus: Eratoſthenes verò Delphina hominem fuiſſe ait, vt inquit Hyginus, & à Neptuno inter ſydera relatum quòd quo tempore Amphitritem vxorem ducere vellet, hæc verò cupiens conſeruare virginitatem ad Atlanta fugiſſet plures eam quæſitum dimiſiſſet, ſolus Delphin poſt multas peruagatas inſulas, eam inuenerit, perſuaſeritque vt Neptuno nuberet. Eleganter itaque Delphinos Oppianus Ζωὰ ἁλυδάπαιο πρυτόλας, hoc eſt, Iouis marini, ſiue Neptuni miniſtros vocat: tales enim qui nimirum cętera marina animalia celeritate vincit, & rex maris iure optimo habetur, Neptuni maris domini miniſtros eſſe decuit: quamobrem qui Neptuno ſimulacra faciunt, Delphinum aut in manu, aut ſub pede eius conſtituere videmus, & Neptunum legimus ſub Delphinis imagine multis in locis ac potiſſimum Sunij cultum fuiſſe, vbi ἐφαις & precibus inuocabatur, & Poëtæ Deum ipſum in Delphinum aliquoties ſe immutaſſe, id quod exemplo.....oſtendit Ouidius, inquiens: *Neptunus in Delphinum.*

*Et te* (Neptunum) *flana comes frugum mutiſſima mater*
*Senſit equum, te ſenſit equum crinita celubris* *Mater equi volucris, ſenſit Delphina.....*

Cæterùm & Baccho appingitur Delphinus, non ſolùm ob Tyrrhenos in Delphinos ab eo conuerſos, quam metamorphoſim modò reſencebimus, verùm etiam ob occultam vini cum marina aqua *Cur Baccho ſacer.*
B amicitiam, cùm vinum aqua marina mixtum faciliùs conſeruetur, vt Columella ſcribit ſe ab agricola patruo didiciſſe, nec aliam ob cauſam Dionyſius ad mare fugiſſe fingitur, vt apud Athenæum habemus. Cur verò aqua maris vino adeò conferat, rationem & Plinius & Dioſcorides & alij tradidere. Atqui non ſolùm Neptuno & Baccho, verùm etiam Apollini Delphini dedicabantur, multaſque eius aras apud Græcos Delphinis inſculptas fuiſſe Plutarchus atteſtatur. Adhæc nonnulli addunt, Apollinem Delphini ſpecie adnaſſe ad Delphos, apud quos præcipuè colebatur: (quanquam & Delphi fuerant antea Neptuno ſacri.) Cretenſium hoc commentum aiunt, qui Apollinem totius ſalutis authorem celebrarunt, neque vllum infortunium euadere quenquam arbitrabantur, niſi Apollinis ope ſoſpitaretur. Aliqui verò dicunt Apollinem ſub forma Delphini ingreſſum eſſe nauim Caſtalij è Creta ducentis Coloniam, & in eo loco, vbi Delphi ab eo vocati ſunt & Delphinius Apollo, in mare exilijſſe: Itaque Caſtalium illic occupata regione & Delphos à Delphino nominaſſe & Delphinij Apollinis templum extruxiſſe. Fuit & Delphinij Apollinis templum Athenis, vt Pauſanias meminit in Atticis.

# HIEROGLYPHICA.

PEruulgatum ſignum illud eſt (inquit Pierius Valerianus) quod maturè agendum ſignificat, ſi Delphinus anchoræ vel alligetur, vel vt veteres fecerunt, obuoluatur, vno contationem, altero celeritatem ſignificante: quæ ſimul iũcta, inuicemque temperata, maturitatem faciunt: *Contatio celeritati coniuncta.*
& quod Horatius ait: *& properare loco & ceſſare* indicant. Sunt qui hieroglyphici huius inuentum Auguſto tribuant, quod & adagium & ſignum huiuſmodi ſolitus ſit identidem repetere. Habetur ea ſpecies, qua Delphinus anchoræ ſe circumuoluit, in Titi Veſpaſiani nummis. Sed fortè non diſpliceat in huiuſmodi ſignificatum trahere, quod in numo quodam æreo apud Maffæos inſpexi Romæ, bouem humana facie perſonatum, ſupra quem Delphinus imminet: per hunc enim celeritatem, per bouem tarditatem intelligimus, quæ illius animalis propria eſt. Actionem verò ex humana facie colligimus: quod hominum proprium in primis ſit res gerere. Hæc ille: & rurſus in anchora: Animaduertendum anchoram quæ in numo Titi habetur, extrema dentium in vomeris ſpeciem dilatare: cuiuſmodi figuram Aldus noſter imitatus eſt in omnibus quos impreſſit libris. alia verò forma eſſe, dentibus quippe in acutum recto ductu mucronatis, quam in numo veteri apud eruditiſſimum virum Romulũ Amaſæum vidimus. Auguſtus verò, vt id obiter addamus, ſigno *Bos tarditatis typus.*
D huic hieroglyphico hanc addebat ſententiam σπεῦδε βραδέως, id eſt *feſtina lentè*, quæ adeò ei arriſit *Auguſti dictum.*
vt non in ſermonibus modò quotidianis, verùm etiam in epiſtolis ſuis frequenter inſereret: admonens his duabus vocibus, vt ad rem agendam adhiberetur ſimul & induſtriæ celeritas & diligentiæ tarditas. Eadem ſententia ſignificanter admodum exprimetur, ſi papilionem cancri brachijs interceptum pinxerimus. Non temerè frænatus Delphinus, (inquit idem Valerianus) pictus incolumitatis inditium fuit: quod dubio procul ob multos ab vndis eius opera ſeruatos factum opinamur. In Neptuni ſiquidem templo, quod apud Iſthmon erat, viſebatur Palæmon puer ſuper Del- *Incolumitas.*
phine ex auro & ebore confectus, quem Herodes Athenienſis dicauerat. Nam & Palæmoni nautæ pro incolumi nauigatione vota faciunt. Idem enim & Melicerta & Portunus eſt, cui vt apud Virgilium habentur:

*Seruati votum ſoluunt in litore nauta,*

Vt Glauco & Panopææ. Pulcherrimus in hoc ſenſu extat nummus, cuius inſcriptio eſt NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. P. M. TRI. P. IMP. PP. vbi Neptunum *Numus Neronis.*

ipſum videas in portu ſedentem, id enim quietis indicium: dextera temonem terræ adprimentem, E
quod ſignum nauigationis eſt in portum ſedentem, læua verò Delphinum amplectentem, quod maris
*Numus A.* blanditias & tranquillitatem oſtendit. Eſt & in numo M. Agrippæ L.F. COS. III. Neptuno re-
*Agrippæ.* duci ſignum S.C. cuſum, in quo Neptunus læua trideti alte innititur, dextera verò Delphinum
exporrigit. In Q. Naſidij nummo nauis eſt cum ſtella & velo pleno, ab altera parte caput, triden-
te ab occipitio poſito, infra Delphinus eſt, inſcriptio, Neptuni, quòd tutam Q. Naſidij nauigatio-
nem Neptuni beneficio peractam indicat. Ex eodem Valeriano: qui & apud noſtros vulgò etiam
*Tutus recep-* Delphinum tuti receptus indicium habere ait, quippe qui quoties futuram tempeſtatem præſen-
*tus.* tit, in portus accurrere, deque vndis exilire cernitur, quaſi velit reliquos inuitare, vt in ſtationes pro-
perè ſe recipiant, neque nauigia alto credant. Ita verò Delphinus (inquit idem) maris regem ſi-
gnificat, vt pro aqua mariq; ipſo paſſim in numis excudatur: Neptuno verò aquarum domino nullo
non in ſigno eius adſculpatur. Ad huius hieroglyphici explicationem extat epigramma Græcum, cur
Cupidinis ſignum vna manu Delphinum, altera flores contineat:

Οὐδὲ μάτην παλάμαις κατέχει δελφῖνα καὶ ἄνθος
Τῷ γὰρ μὲν γαῖαν, τῷ δὲ θάλασσαν ἔχει.

Non temerè quippe illum vna manu Delphinum, altera flores continere, vtpote qui ſit hinc terræ F
dominus, inde maris. Alciatus id epigramma periphraſticῶς quodammodo expreſſit hoc emblema-
te de potentia amoris.

*Nudus amor videri vt ridet, placidumq; tuetur?* *Nec faculas; nec qua cornua flectat, habet.*
*Altera ſed manuum flores gerit, altera piſcem* *Scilicet vt terræ iura det atque mari.*

Pictores etiam amorem, formoſum adoleſcentem pingunt, (vt notauit Ioan. [a] Tzetzes) ſagittarium
*Amoris ſimulacrum.* igniferum, alatum, qui manu altera Delphinum, altera herbam teneat: alis eum aëri dominari
*[a] In Variis l. 11.* indicantes, herba terræ: Delphino mari. Quamobrem Phigalenſium ſimulacrum, cætera mulieri
perſimile præter caput, quod cum coma erat equinum, adnexis draconum & ferarum id genus item
iconibus, Delphin manu ſuſtinebatur, columba verò altera, Pierius Veneris potiùs quam Cereris
(vt Cælius Rhodoginus voluit) eſſe conijcit: propterea quòd Delphinum amoris ſimulacrum eſſe,
tam ex hiſtoria, quam ex tot Veneris ſignis, quibus id genus piſcis admouetur, conſtet: aitque ſe-
ſe inueniſſe, ex Delphini ſimulacro etiam amorem in ſimpliciorem ætatem ſignificari, quem pueri-
lis ætatis amaſium non vno exploratum eſt exemplo, vt non immeritò tot in nummis (inquit) Del-
phinum cernere ſit ab alato Cupidine frænatum. Et Veneris ſtatuas pleraſque vidimus, quibus ad-
ſculptus eſt Cupido, qui vel Delphino inſideat, vel alio quoquo modo regat eum apprehenſum. G

# ICONES.

*[a] In Eliacis.* IN Olympicorum carcerum embolo, id eſt, roſtro Delphinus æreus in canone erectus viſeba-
tur, teſte [a] Pauſania, & in medio ara, quæ aquilam ex ære alis longè extenſis ſuſtinebat: fuit
autem machina huiuſmodi, vt ea commota Delphinus in terram caderet, aquila ſurſum proſi-
liret. Ait & in Iſthmo templum eſſe Neptuni, vbi inter alia ſimulacra puer viſitur Palæmon Delphi-
*[b] In Corin-* no inſidens. Et [b] rurſus: In via quæ recta ad Lechæum ducit, ſimulacrũ Neptuni eſſe & Leucotheæ,
*thiacis.* & ſuper Delphinum Palæmonis. Idem circa forum Corinthi fontem fuiſſe conſtructum ſcribit, &
ſuper eo Neptunũ æreum, cuius ſub pedib. Delphinus aquã emitteret: ad cuiús puto imitationem fa-
ctus eſt, qui in hoc noſtro foro peregrinis ob operis elegantiam admirationi eſt. Tarentini iuxta
Phalanthi Lacedæmonij ſtatuam, quam Delphis dedicarunt, Delphinum effinxere, in beneficij me-
moriam, quoniam nimirum Phalanthum, cùm in mari naufragium feciſſet, in terram exportaſſet.
*[b] lib. Hiſt. animal.* Similiter Vlyſſem aiunt teſte [b] Plutarcho in parma & annulo (& enſe, vt addit Valerianus) inſigne H
Delphinum habuiſſe in memoriam Telemachi, quem puerum mari illapſum à Delphinis ſeruatum
*[c] In Phoci-* narrant. Cur verò [c] Heſiodus in ſcuto Herculis argenteos Delphinos cælatos fuiſſe canit, alia ratio
*cis.* eſt. Author eſt idem Pauſanias Tarentinos conſecraſſe quaſdã de barbaris Peucetijs decimas: inter
alia eſſe etiam Calynthi opera ſtatuas, tùm peditum, tùm equitum: Regem item Iapygum Opin,
qui ſocijs Peucetijs venerat ſuppetias, ita eſſe effictum, ac ſi in acie cecidiſſet: Imminere ei heroem
Tarantã & Phalanthum Lacedæmonium & non procul à Phalantho Delphinum. Prius quàm enim
*Galli cur in* in Italiam appulit, facto in mari Criſæo naufragio, in terram (inquit) alunt exportatum Phalan-
*inſignibus* thum à Delphino. Gallorum quoque reges Delphinum tanquam regem marinorum animalium in
*Delphinum* ſuis inſignibus habent, ita vt ſecundus ei poſt lilia locus attribuatur: quamobrem in numis diuerſis
*habuerint.* ex auro, argento, ære, picturis inſignium & vexillis eius effigiem repræſentant, quanquam falſam
*[d] In cõm. de* ferè ac monſtruoſam. In quanta autem exiſtimatione Delphini pictura in inſigni olim etiam fuerit,
*rebus Britã-* Bellonius ex eo colligit, quòd Athenæus (apud quem nihil tale legi puto) & Valturnus [d] ſcribunt
*nam.*

Cæſarem

A Cæsarem principi Delphinatus regionis Delphinum donasse, vt eo vteretur insigni, quòd ad debellandos Gallos suppetias ei tulisset. Vt verò Delphin regioni nomen fecit in Gallia, (Delphinatum vocant) sic filio regis primogenito: nam hunc etiam Galli Delphinum cognominare solent. In diuersis item nummis Augusti, Rufi, Tiberij, Domitiani & Vitellij repræsentantur Delphini, nec non & in Græcis quibusdam, in quibus multò diligentiùs expressi sunt. Scribit idem Bellonius sese vidisse numos Claudij Cæsaris, in quibus exprimitur Neptunus cum tridente insidens pisci Delphini simili. Sed Gesnerus rectiùs Orcæ effigiem esse coniicit, in memoriam illius, quam Claudium in portu Ostiæ expugnasse suo loco diximus ex Plinio, & spectandam populo Romano exhibuisse. Sunt & alia numismata, in quibus Delphini figura conspicitur, quas brevitatis causa prætereo, aliorumque iam inter hieroglyphica memnimus.

# METAMORPHOSIS.

B AGlaosthenes (vt inquit Higinus,) qui Naxica cõscripsit, de Tyrrhenis à Baccho in Delphinos conuersis, ait ipsos quosdam fuisse nauicularios, qui puerum etiamnum Liberum patrem receptum, vt Naxum cum suis comitibus transuectum redderent nutricibus nymphis spe prædæ inducti nauem auertere voluerunt, quod Liber suspicatus, comites suos iussit symphoniam canere, quo sonitu inaudito Tyrrheni, cùm vsque adeò delectarentur, vt etiam in saltationibus essent occupati, cupiditate saltandi se in mare ipsi proiecerunt, & ibi Delphines sunt facti: quorum cogitationem cùm Liber memoriæ hominum tradere vellet, vnius effigiem inter sidera collocauit. Hæc ille. Delphinum musicum signum in cælo faciens, quæ opinio inde fluxit, quia Delphini signum nomen stellis sit insignitus, vt Arati interpres ait; fuut tamen qui decem in eo stellas recensent. Alij autem dicunt hunc esse Delphina qui Arionem citharædum ex Siculo mari Tœnarum tranuexit. Oppianus verò, vt Delphinorum ingenium, solertiamque extolleret, scribit eos prius homines fuisse, & à Libero patre Delphinos factos.

*Tyrrheni in Delphinos mutati.*

*Delphinus musicum signum & quare.*

*Non ego Delphinis solertius esse creatum* *Quicquam crediderim, liceat si vera referre.*
*Hi fuerant homines, atq; oppida celsa colebant* *Inter mortales, diuino numine Bacchi*
*Delphini in formam versi saliere per æquor;* *Nunc etiam humanam seruant sub pectore mentem,*
*Ingenio celeres factis humana sequuntur* *Consilia, &c.*

C Est item de Neptuno in Delphinum immutato fabula hæc. Melantho Protei senis filia depositis vestibus sæpè dorso Delphini insidens per mare vagabatur: qua re cognita Neptunus se in Delphinum transformauit, illamque blandiendo illexit, vt dorso suo insideret, transuectæque in aduersum litus stuprum obtulit. Meminit Ouidius.

*Melanthus fabula.*

*Et te (Neptunum) flaua comas fragum mitissima mater*
*Sensit equum, te sensit equum crinita colubris* *Mater equi volucris, sensit Delphina Melantho.*

# HISTORICA.

D Elphinos Venereos & amasios esse (inquit * Aulus Gellius) non modò historiæ veteres, sed recentes quoque memoriæ declarant. Nam & sub Cæsaribus in Puteolano mari, vt Appion scriptum reliquit, & aliquot sæculis antè apud Naupactum, vt Thophrastus tradidit, amatores flagrantissimi Delphinorum quidam cogniti compertique sunt. Neque ij amauerunt quod sunt i si genus: sed pueros forma liberali, in nauiculis fortè aut in vadis litorum conb spectos, miris & humanis modis atfernut. Verba Appionis subscripsi eruditi viri ex Aegyptiacorum libro quinto, quibus & Delphini amantis & pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert: eaque omnia seipsum, multosque alios vidisse dicit: καὶ αὐτὸς δ' ἂν εἶδον περὶ Δικαιαρχίαν δελφῖνα ἐρῶντα παιδός, καὶ πρὸς παιδικὰν ἐπτοημένον φορὰν· ἀτὰρ ὅτι καὶ προσηχόμενος ὁ ἰχθὺς, ἀνεδίχετο τὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων, καὶ τὰς ἀκάνθας περιφέλλων, ἵνα μὴ τὸν τοξόωντα χρῶτα ἀμύσσῃ, καὶ ἱππηδὸν περιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀπῆγε σταδίων. Ἐξεχεῖτο δ' ἄρα ἡ Ῥώμη καὶ πᾶσα ἡ Ἰταλία θέαν εἶναι ἰχθὺν ηχόμενον ὑπ' ἔρωτος, id est: *Et nos quidem vidimus apud Puteolos Delphinum amantem mirè puerum, inclamatum à puero acciri. Quinetiam adnatans dorso puerum admittebat, ita vt pinna aculeos velut vagina conderet, ne dilectum sibi corpus lacerares, receptumq; equitis modo insidentem per magnum æquor, per triginta ferè passuum millia deferres. Roma igitur tota, omnisq; Italia confluebat, vt piscem amoris causa vectorem pueri spectarent.* Ad hæc adijcit rem non minus mirandam. *Postea*, inquit, *idem ille puer Delphino amatus, morbo affectus obijt suum diem: at ille amans, vbi sæpè ad locum solitum annauit, & puer, qui in primo vado aduentum eius operiri consueue-*

** lib 7. cap. 8.*

*Delphinos amasios esse.*

*Delphinus in amati pueri ſepulchro ſepultus.*

*conſueuerat, nuſquam fuit, deſiderio tabuit, exanimatuſq; eſt, & in litore iacens inuentus ab iis qui rem* E
*cognouerant, in ſui pueri ſepulchro humatus eſt.* Sic ferè Gellius. Plinius rem paulò aliter narrat. *Diuo Auguſto principe Delphinus Lucrinum lacum innectens, pueri cuiuſdam puerum ex Baiano Puteolos in ludum literarium itantem, cùm meridiano immorans appellatum eum Simonis nomine ſæpius fragmentis panis, quem ab id ferebat, allexiſſet, miro amore dilexit. Pigeret refere, ni res Mecenatii & Flaniani & Flauij Alfi, multorumque eſſet literis mandata. Quocunque diei tempore inclamatus à puero, quamuis oculitus atque abditus ex imo aduolabat, paſtuſq; è manu prebebat aſcenſuro dorſum, pinne aculeos velut vagina condens, receptumque Puteolos per magnum æquor in ludum ferebat. Simili modo renehens pluribus annis, donec morbo extincto puero ſubinde ad conſuetum locum ventitans, triſtis, & merenti ſimilis, ipſe quoque (quod nemo dubitaret) deſiderio expiranit. Alius intra hos annos in Africo litore* (verba ſunt eiuſdem Plinij) *Hipponis Diarrhyti ſimili modo ex hominis manu veſcens, prebenſque ſe tractandum & alludens natantibus, impoſitoſq; portans, vnguento peruncto à Flaniano Proconſule Africæ, & ſæpius* (vt apparuit) *odoris nouitate, fluctuatuſque ſimilis exanimi, carnit hominum conuerſatione, vt iniuria fugatus, per aliquot menſes, mox in eodem miraculo fuit. Iniuria poſtea tum in hoſpitales,* (aliàs in hoſpites, Dalechampius legit in hoſpitales, hoc eſt (inquit) Hipponenſes, qui magiſtratus magno ſumptu excipiebant) *ad viſendum venientium, Hipponenſes in necem compulerunt. Ante hæc ſimilia de puero in Iaſſo vrbe memorantur, cuius amore ſpectatus longo tempore, dum abeuntem in litus anidè ſequitur,* F
*in arenam inuectus expiranit. Puerum Alexander Magnus Babylone Neptuni ſacerdotio præfecit.* Hæc
[b] Lib. 32. [b] Plinius, ſed hanc poſteriorem hiſtoriã aliter recenſet Athenæus his verbis: Delphinũ certè in Iaſo & fama eſt, & Duris ſcripſit libro nono, puerum amore proſecutum fuiſſe. De Alexandro author is ſequitur ad hunc modum. Ex Iaſo puerum acciuit. Etenim in ea ciuitate Dionyſius puer è paleſtra (ludo, in quo corpus exercebant, præcipuè lucta, Dalechampius) rediens ad littus cum vrinaret, Delphinus mari accedens & obuius, tergo geſtabat, longiſſimè natans, in terramq; poſt reuehebat. In eadem vrbe Iaſo (inquit Plinius) Egeſidemus ſcribit, & alium puerum Hermiam nomine, ſimiliter maria perequitãtem, cùm repentinæ procellæ fluctibus exanimatus eſſet, relatum, Delphinumq; cauſam lethi fatentem non reuerſum in maria, atque in ſicco expiraſſe. Refert hanc eandem
[c] Vita animal. hiſtoriam [c] Plutarchus, & poſt reliqua: Sed enim (inquit) oborta iam aliquando tempeſtate, nymboq; & grandine validis incumbentibus, delapſus puer ſub vndis extinctus eſt. Delphinus re animaduerſa & cadauer quocunq; iactaretur, ſecutus in continentem impete ſe tandem vnà eiecit, nec
*Iaſenſium monetæ.* antè diuulſus eſt, quàm in ſicco expiraſſet. Monumentum calamitatis Iaſenſium monetæ etiamnum inſculptum, puer Delphinum inequitans eſt. [d] Aelianus verò de Delphino Iaſenſis pueri ſiue ſuperioris ſiue huius nouiſſimi amatore longè aliter ſcribit, & fortaſſis cum Puteolani pueri Delphino implicat. Ad Iaſum vrbem (inquit) Delphini amores iam dudum decantati erga formoſum puerum non ſine mea commemoratione & literarum memoria relinquendi videntur. Itaque cùm Iaſium gymnaſium vbi pubes Iaſia exerceri ſolita eſſet, mari adiaceret, vbi pueri, qui nondum ex ephebis exceſſiſſent, poſt exercitationes in curriculo ad mare venientes, antiquo more lauarentur, ex iis natantibus ad vnum aliquem formæ pulchritudine præſtantem Delphinus quem ardentiſſimè amaret proximè profectus, primò exterruit puerum, pòſt verò conſuetudine vterque in alterius ſe amorem
[d] lib. 6. cap. 15. inſinuans, beneuolentia coniuncti fuerunt, atque inter ſe firmam amicitiam fecerunt, ac iam inuicem ludere cœperunt, modò adnantes inter ſe certabant, modò puer tanquam pullum equiſo, ſic in Delphinum ſubnatantem aſcendens & audaciùs exultans, in amáſio ſedebat: quod quidem facinus ſummam Iaſenſium & hoſpitum admirationem habebat. Enimuerò Delphinus puerum amores ac delicias vehens longiſſimè in mari procedebat, atque adeò tam longè, quàm puero inſidenti placeret, progrediebatur. Deinde ex alto reuertens, eundem illum litori reddebat, atque mutua dimiſſione vterque ab altero, hic quidem in maris altitudinem, ille verò domum ſuam diſcedebat. Iam porrò ad tempus cùm gymnaſia dimittebantur, ad excipiendum puerum Delphinus præſto erat. Puer autem
cùm ex amatij expectatione & eius colluſione voluptate afficiebatur, tùm ſupra humanam conditionem formoſus circumſpiciebatur, qui ſanè non modò hominibus, ſed belluis quoque ratione carentibus formoſiſſimus, & ſi non certè diù, videretur: ſiquidem fato quodam ſuccubuit. Nimium enim exercitatus & feſſus aliquando puer, cùm toto ventre in vectorum ſuum Delphinum temerè ſe iniecisſet, non animaduertens aculeatam ſpinam dorſi erectam eſſe, atque horrentem, acuminibus eius vmbilicum ſibi exulcerauit: exq; eo factum eſt, vt & venæ quædam abrumperentur, & permultus ſanguis efflueret, ibique puer extremum ſpiritum effunderet. Id Delphinus partim ex pondere ſentiens: non enim iam vt conſueuerat, tam leuis & expeditus inſidebat, nempè qui ſpiritibus ſeſe non ſubleuaret: partim ſanguine mare imbutum cernens, id quod res erat vt intellexit, amoribus ſuis
*Delphinus mortuo puero ſponte moritur.* ſuperſtes viuere noluit. Quamobrem multo robore, quemadmodum Rhodia nauis plenis velis propulſa, ſic ſimul cum defuncto in litus ſe eiecit: amboque, hic iam mortuus, ille animi defectione expirans, humi ſtrati iacuerunt. Iaſenſes ciues, vt eorum vehementem amorem cum honoris gloria

compenſa-

A compensarent, sepulchri monumentum commune amborum, & formosi pueri & Delphini amatoris, constituerunt: & statuam quæ forma eximia puerum in Delphini dorso residentem haberet, excitarũt: atque etiam numismata ex argento atque ære fecerunt, & eorum imaginibus signauerunt. Hactenus Aelianus, ex quo eadem repetijt [c] Ioan. Tzetzes. Sed & in Alexandria vrbe Ptolomæo secundo regnante Aelianus Delphinum amore simili flagrasse se audiuisse scribit. Eademque Amphiloch. & Tarentini, quæ fabulentes, de pueris Delphinisque narrant, teste Plinio: *quæ faciunt* inquit) *vt credatur Arionem quoque citharœdicæ artis interficere nautis in mari parantibus, ad interceptionem eius quæstus* (vt pecuniam auferrent, quam is arte sua quæsierat) *eblanditum, vt prius caneret cithara, congregatis cantu Delphinis: cum se iecisset in mare, exceptum ab vno Tænarum in litus peruectum.* Sed ea fabulosa erũt hæc, si Herodotum de ijs dicentem audiamus. Hunc itaque Arionem ferunt, cùm per multum temporis triuisset apud Periandrum, concupijsse in Italiam Siciliamque nauigare: rursus parta ingenti pecunia voluisse Corynthum reuerti, & cùm profecturus e Tarento esset, quia nullis magis quam Corynthijs fideret, nauigium virorum Corynthiorum conduxisse. Cùm altum tenerent, illos Arioni insidiatos, vt eo deturbato pecunia potirentur: hoc illum intelligentem oblata eis pecunia, mortem tantùm fuisse deprecatum. Non persuadenti nauitas fuisse, vt aut sibi manus inferret, vt sepulturam in
B terra nasceretur, aut ilicò in mare desiliret: Arionem ad hanc necessitatem redactum obsecrasse, vt, quandoquidem ipsi ita placitum esset, cernerent se omni suo ornatu coopertum, stantemque super foros audirent cantantem, & cùm decantasset, sibi se manus illaturum, atque istos permittentes (inuaserat enim eos libido audiendi præstantissimum inter homines modulatorem) è puppe in mediam nauem concessisse. Illum inducto sibi ornatu ac sumpta cithara super foros inchoasse carmen quod dicitur Orthium, eoque decantato, sese vt erat ornatus, in mare iecisse. Et hos quidem cursum tenuisse in Corinthum, illum verò aiunt à Delphino exceptum in Tænarum fuisse transuectum. Et cùm Delphino descendisset, Corinthum eodem habitu perrexisse. Et vbi peruenit, quicquid contigerat enarrasse: & Periandrum (quia non crederet) tenuisse hominem in custodia, neque prodire: cæterùm curauisse vt nautas haberet: eos accitos, vbi adfuerunt, percontatum si quid de Arione memorarent. & referentibus illum sospitem circa Italiam agere, fortunatumque Tarenti se reliquisse, Arionem apparuisse eodem quo desiliisset habitu: istos terrefactos nihil amplius habuisse quòd conuicti inficiarentur. Hæc Corinthij & Lesbij aiunt: extatq; in Tænaro ingens Arionis ex ære donarium super Delphinum sedens. Huc vsque [f] Herodotus. Eadem cecinit Oppianus. Plutarchus ex Lesbio Myrtilo Enalum Aeolium, cùm Phenei filiam quam amauerat, Amphitrites oraculo mo-
C nitæ præficæ in mare mortuam abiecissent eodem loci dici scribit desiliisse & hinc à Delphinis Lesbum incolumen deportatum. Eandem historiam in conuiuio septem sapientum paulò aliter recitat: vbi quoque Hesiodi à latronibus interempti cadauer, cùm in mare injceretur, à Delphinis susceptum ad Rhium & Molycriam exportatum fuisse refert: & Nemeum quendam cùm fluctibus exanimis iactaretur, à Delphinis exceptum, & mira eorundem alacritate ad Rhyum expositũ fuisse, vt jugulatũ ostenderent. Nec non & Telemachum Vlyssis filium adhuc pueruluin, cùm fortè in mare quod iuxta vorticosum erat, per ludicra decidisset, excipientibus Delphinis ab imoque reuehentibus euasisse. Ino Athamantis cùm mariti iracundiam fugiens in mare seipsam & Melicertem filium de rupe Molunde abiecisset, Delphinus puerum in Corynthiorum Isthmum deportauit, quem mutato nomine Palæmonem dicunt, author est Pausanias in Atticis. Iam verò alias recitemus historias, ex quibus non tam amor Delphini erga genus humanum, sed & gratitudo beneficijq; accepti memoria celebratur. Ad referendam gratiam Delphini hominibus (inquit [g] Aelianus) faciliores sunt, cùm tamen lege Persarum (quam laudibus tollit Xenophon) minime teneantur. Cœranus sic nuncupatus, natione Parius, a piscatoribus Delphinos ad Byzantium captos argento redemit, & liberos dimisit: ex ea liberalitatis largitione hanc collegit gratiam, vt naue actuaria quinquaginta remorum
D (sicut in sermonem hominum venit) Milesijs vectoribus plena, in qua & ipse vehebatur, in freto Parij maris funditus euersa, & vectoribus naufragio perditis, illum ipsum Delphini in hoc periculo seruarint, eiq; ad parem gratiam cum beneficio quod priores ab ipso accepissent, persoluendam satisfecerint, quod quidem ipsum promontorium nomine Cœranium, quo ipsum exposuerunt, vbi & spelunca, in saxo visitur, facilè ostendit. Itaque postea Cæranum mortuum secundum mare illud cognatione ei proximi sepultura affecerunt: quod quidem ipsum, vt Delphini senserunt, frequentes tanquam ad iusta funeri persoluenda ad litus conuenerunt: & quoad pyra arderet, tamdiu sicut amicis fidi amici permanserunt: deinde restincto rogo discessserunt. Non item certè homines, sed potiùs viuos colunt, & eos quidem diuitijs diffluentes & opibus: contrà verò ab ijs defunctis, vel aliquo infortunio pressis, se totos auertunt, vt nè gratiam pro beneficijs, quibus ab eis, dum viuerent, affecti fuerunt, persoluant. [h] Athenæus huius historiæ authorem citat [i] Phylarchum, & refert eandem quoque Plutarchus. [k] Idem Aelianus aliam recitat historiam ex Leonide Byzantio, in qua non minor gratitudo Delphini erga altorẽ suum celebratur. Leonides Byzantius (inquit) in vrbe Pleroseleno

[c] *Chil. 3. c. 117.* *Arionis historia.*

[f] *Lib. vitæ animal. &c. Enalij historia.*

*De Delphini erga hominem gratitudine*

[g] *Lib. 8. c. 3.*

[h] *Lib. 13.*

[i] *Lib. vitæ animal.*

[k] *Lib. 2. c. 6.*

nuncupata,ſe cùm Aeolida nauigando præteruecheretur, Delphinum in illius vrbis portu habitãtem, E
ciuibus huius tanquam hoſpitibus ſuis vtentem,vidiſſe confirmat. Idemque affert hunc Delphinum de manu aniculę cuiuſpiam,eiuſque mariti educari ſolitum fuiſſe,plenoſque inuitamentis cibos illi ab eiſdem ſuppeditatos,neque tamen puer cùm eis eſſet infans pariter alendus,illum alere deſtitiſſe, ſed ambos educaſſe, ex quo conuictu Delphinus puerque mutuum inter ſe amorem conciliarunt. Delphinus vrbem quam dixi,veluti patriam ſuam flagranti ſtudio amplexabatur, portumque tanquam domum ſuam amanter incolebat: & ſuis nutritijs gratiam educationis ſic perſoluebat, vt cùm ætate grandis factus eſſet,deque manu educantium cibum capere non haberet neceſſe, iam longiùs progrediens,ex prædis quas capiebat partim ſibi ad prandium haberet, partim ſuis educatoribus adferret: quod illi cùm ſcirent, hoc ceu vectigal libentiſſimè expectabant: nomen quoque ſimiliter Delphino vt puero impoſuerant. Puer ex illa viuendi cum Delphino conſuetudine hanc collegerat fiduciam,vt ex crepidine lociſque è mari eminentibus illum auderet appellare, facileque ad ſe leni appellatione euocaret. Ac ſiue ille cum alicuius nauis remigatione contenderet, ſiue cum alijs gregatim errantibus luderet,& varijs in aſſultibus geſtiret, ſiue multa fame preſſus venaretur, ad puerum tamen tanta celeritate redibat, vt vehementi impetu more nauis pleniſſimis velis impulſæ ferretur, atque ad ſuos amores appropinquans luderet & adſiliret, nunc circum illum adnans, nunc illum ipſum velut prouocans,ad certamen ſecum amaſium ſuum alliciebat. Et, quod magis mireris, vt honore ei cederet,ſeque vinci in gratiam ipſius ſimularet, ſubmittere ſe illi natando aliquando viſus eſt. Hæc ſuo tempore celebrata, inquit Leonides, tum peregrinis admirationi inter cætera vrbis ſpectacula,tum puero ſimul cum parentibus lucro fuiſſe.

# PROVERBIA.

*Delphinum natare doces. Delphini in terra vis.*

Ἐλφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις, id eſt, *Delphinum natare doces*, in eos (inquit adagiorum author) qui monere quempiam conantur in ea re, in qua cùm ſit ipſe exercitatiſſimus, nihil eget doctore. Δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία. *Delphini in terra vis.* Memoratur adagium à Plutarcho,de ijs (inquit Rondeletius) qui id in quo minus valeant,toto conatu petunt, quòd Delphinus tam ſtupendæ agilitatis animal terræ contactum non patiatur. Cæterùm videtur Geſnero hoc prouerbium rectiùs conuenire in eum, qui alicubi quidem excellat,in diuerſo autem genere nihil poſſit: ſicut Delphinus in mari velociſſimus,nihil poteſt in terra:quod quidem vere dici arbitror: (inquit) non tamen inde conficitur eum in terra ſtatim expirare. Plenius quidem prouerbium ſic efferri poſſe videtur, Δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία ἀθυμία. Ergo qui rem,in qua nihil poteſt,aggreditur,vires ſuas ignorat,& Delphinus in terra dici poterit. Author prouerbiorum huius prouerbij non meminit. Simile ferè eſt illud Horatij. *Delphinum ſylvis appingit,fluctibus aprum, Qui variare cupit rem prodigialiter vnam.* Siquidem indocti poëtæ ſtultitiam taxat, (inquit adagiorum author) qui multa non ſuo loco neque tempeſtiuiter deſcribit,perinde quaſi pictor Delphinum piſcem,iuxta Callimachi dictum, in nemoribus pingeret,rurſus aprum in vndis. Theocritus hoc adagium ſic expreſſit:

Οὐδ' ἅλιοι δελφῖνες ἐπὶ χθονὸς, οὐδέ τι ταῦροι Ἐν πόντῳ τρίχυσι, id eſt
*Neq; marini Delphini in terra, neq; tauri In mari cuni.*

[1] L.14.c.15 *Delphino & boui nihil eſſe commune* Aelianus[1] & Suidas conſimili ferè prouerbio dixerunt.
Δελφῖνα πρὸς τὸ ὕφαιον δεῖς, *Delphinum ſanda ligas vel alligas.* Suidas dici ait ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων, in eos nimirum, vt author Adagiorum ait, qui quippiam incaſsùm conantur: vel qui ea via quempiam aggrediuntur,qua nequaquam poſſit ſuperari.
Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων etiam à Marone in diris dictum eſt: H
*Antè Lupos rapient hœdi, Vituli antè Leones, Delphini fugient piſces, Aquile antè Columbas.*
Αὐλὰν δελφὶν οὐ χωρεῖ. Delphina peluis non capit. Vtimur (inquit Cælius Rhodog.) innuentes re pretioſa quem videri indignum, ſicuti apud Seleuciam ſuperbè pronunciauit rhetor Amphicrates, cùm amplius rogaretur,aris ſuæ documenta inibi promeret.

DE

A

# DE PHOCÆNA SIVE TVRSIONE.

## Cap. VIII.

## SYNONYMA. ETYMVM.

PHocænam (φώκαιναν) Delphini ſpeciem eſse ſuprà ex Ariſtotele diximus: apud quem Theodorus Gaza Turſionem (alij Torſionem, alij Tyrſionem ſcribunt,) reddidit; motus, vt Hermolaus & Rondeletius arbitrantur, [b] Plinij verbis, quibus Turſiones Delphinorum ſimilitudinem habere ſcripſit, ex eodem, vt videtur, Ariſtotele, cui nimirum Phocæna paruo Delphino ſimilis eſt. Cæterùm cùm & alia ſint aquatilia Delphinis ſimilia, vt Plataniſta authore eodem [c] Plinio, in Gange Indiæ roſtro & cauda Delphini, magnitudine verò quinque cubitorum, ideoque ea ſimilitudinis nota non ſufficere videatur, Rondeletius Theodori verſionem non probat, ſeparatiſque capitibus de Phocæna & Turſione tanquam de diuerſis piſcibus agit. Iouio contrà ac Bellonio Phocæna & Turſio vnius eiuſdemque piſcis nomina ſunt. Hos ſequitur Geſnerus; & reuera Phocænam Turſioni eandem eſſe vero eſt ſimillimum, cùm vtrumque animal aſſimiletur Delphino, Phocæna ab Ariſtotele, Turſio à Plinio. Ipſe etiam Rondeletius quem pro Phocæna nobis oſtendat, nullum habet: conuenitque in eo cum nobis, quòd pro Turſione & deſcribit & depingit eum, quem Belgæ vulgò Bruynuiſch, quaſi atrum piſcem, Galli nomine à Germanis accepto Marſuinum hoc eſt maris ſuem appellant, quanquam eodem nomine Delphinum quoque intelligant. In eadem ſententia eſt doctiſſimus Scaliger pater: *E' Medulis & Baoneuſi prætura* (inquit) *venum huc aliquando afferuntur Delphini: Marſupas minores vocant: alios Marſuines, quaſi marinos ſues. Duo genera: alteri roſtrum porrectius: alterum minus, ſimum: quos Turſiones Plinij, Phocænas Ariſtotelis arbitramur.* Hæcille. Cæterùm aliud eſt Thurſio (Θυρσίων) apud Athenæum, nimirum tomus Thurianus, de quò ſuprà in Gladio diximus. Rurſus eorum ſententiam, qui nominis ſimilitudine Turſionem Sturionem interpretantur, in Sturione refutauimus.

[b] L. 9. c. 9.

*Plataniſta.*

[c] L. 9. c. 15.

*Turſionem Phocænæ eũdem eſſe.*

*Piſcis ater.*

*Sus maris.*

*Thurſio.*

C

## FORMA. DESCRIPTIO.

DElphinorum ſimilitudinem habent (inquit Plinius) *qui vocantur Turſiones. Diſtant & triſtitiæ quidem aſpectus: abeſt enim illa laſcinia, maximè tamen roſtris, Caniculæ maleficentia* aliàs maleficentia) *aſſimilati.* Quæ verba Iouius & Rondeletia accipiunt, ac ſi roſtrum Turſionis, Caniculæ roſtro ſimile eſſe dixiſſet: ſed falſus eſt vterq; malè diſtinctis Plinij verbis: nam ſi roſtrum Turſionis ſimile eſt Caniculæ, Gallorum Marſuinus neutiquam Turſio fuerit, quod tamen profitetur Rondeletius. Vbi quoque notandum Caniculæ nomine à Plinio intelligi Canem Carchariam, cuius quidem roſtrum longè meliùs aſſimilari poſſit roſtro Marſuini, quam Canis Galei, aliorumque Galeorum, qui id in promptu minimè habent: attamen Plinius ſimilitudinem roſtrorum non facit in Turſione cum Canicula, ſed Turſiones roſtris dicit differre à Delphinis, quibus nimirum id procerum eſt, cùm ſit Turſionibus breue, ſimumque: Caniculæ verò dicit aſſimilari maleficẽtia, quare ſi poſt roſtris deſtinguatur, ſicuti nos diſtinximus, ſenſus erit clariſſimus. Quæ Delphino & Phocænæ ſiue Turſioni eadem ſint, item quæ diuerſa, ſuprà in Delphino ex Bellonio potiſſimùm oſtendimus [d]. Idem in libro Gallico de piſcibus ſobolem Phocænæ deſcribit: ipſamque etiam adultam Phocænam. Phocæna (inquit) circa Oceanum Gallicum frequentiùs capitur, quàm Delphinus: communi tamen cum eo nomine Marſouin dicitur: quamuis id nomen Phocænæ magis conueniat, (vt pote pinguiori. Delphino quidem roſtrum longius eſſe & porcino ſimile Rondeletius author eſt.) Naſum (roſtrum) tam ſimum habet, vt cum capite fermè rotundetur. Pinna dorſi quæ vnica eſt, binæ ad latera, & cauda colore nigricant, ſicut & in Delphino: in ſumma, ſuperficies eius tota cum Delphino conuenit. Quæcunque etiam de Delphini vtroque ſexu ſcripta ſunt; Phocænæ ſimiliter conueniunt: & niſi Phocæna roſtrum breuius haberet, Delphino ferè vndiquaque ſimilis foret. In libro denique latinè impreſſo, eſt igitur (inquit) Phocæna Delphini magnitudine, breuiori tamen, ſed craſſiori corpore, cuius tergoris color ex cæruleo in obſcurum liuet: ſub vẽtre autem albicat, pinnaſq; Delphini in morem gerit: caudam creſcentis Lunæ figura: caput obtuſum, non ita longum, neq; porcinum roſtrum referens: cuius meatus auditorios admodum obſcuros, vt aliquãdo reperias, ab oculi maiore cantho ſex digitorum interuallo caudam verſus accuratè diſquirere, illucq; gracilem culmum

*Roſtrum.*

*Caniculæ Plinij.*

[d] L. 2. c. 11.

*Pinna.*

*Color.*

*Color.*

inſerere

* *in vnijs.* inferere oportebit. Hæc itaque omnia Bellonius. * Cardanus Diepæ in Neuſtria multos ſe Turſiones obſeruaſſe tradit: & vnum captum in ſancto Valerino, qui mille libras ſuperabat. Fuiſſe autem adeò pinguem, vt teres videretur: capite & oculis quaſi ſuillis: in medio fuiſſe fiſtulam per quam aquam effunderet: fuiſſe autem digiti magnitudine. Dentes habuiſſe obtuſos,& humanis molaribus ſimiles: minxiſſe,ore diducto reſpiraſſe & ſuſpiraſſe. Lachrymatum etiam fuiſſe, profluentibus ex oculis guttulis: diuque ſuperuixiſſe, quamuis ſanguis è vulnere non ſecus ac vinum è ſiphunculo flueret. Pinnas habuiſſe ſolidas ac nigras. E

Phocæna.



F

# LOCVS. NATVRA. MORES.

[a] *Lib. 8. Hiſt. cap. 13.*

[b] *Lib. 6. Hiſt. cap. 12.*

TVrſio ſiue Phocæna nullius non maris incola eſt. Apud [a] Ariſtotelem, vbi in vulgaribus exemplaribus legitur: ἔξω γὰρ φαλαίνης καὶ δελφῖνος ἰόντι ἐςὶν ἐν τῷ Πόντῳ, καὶ ὁ δελφὶς μίκρος, Rondeletius pro φαλαίνης legit φωκαίνης, ex eodem Ariſtotele, qui anteà Phocænam ſcripſerat naſci in Ponto. Iam verò priori in loco non φωκαίνης, ſed φώκης legendum eſſe putat, Plinij authoritate motus, qui (vt putat) Ariſtotelis locum ita tranſtulit: *In Pontum nulla intrat beſtia malefica præter Vitulos & parvos Delphinos.* Veriſimile (inquit) non eſt Plinium φωκαίνας Vitulos appellaſſe,cùm φώκας, Vitulos marinos eſſe noſſet: neque Delphinos paruos pro Phocænis accepiſſe, quamuis dixerit Ariſtoteles *Phocænam Delphini ſpeciem eſſe, ſed minorem*: nam in Ponto paruos duntaxat Delphinos eſſe, vbi verò aliquantum proceſſeris magnos haberi affirmat Ariſtoteles: ad quod reſpiciens Plinius,in Ponto nullam beſtiam eſſe dixit, præter Vitulos & paruos Delphinos. Cùm verò hodie in Ponto etiam Vitulos marinos eſſe certiſſimum ſit,vel lectionem Ariſtotelis immutandam eſſe quis exiſtimauerit,vel in ea re Plinium ab Ariſtotele diſſentiſſe. Hactenus Rõdeletius. Maſſarius in Plinio omnino legendum arbitratur,præter Vitulos (id eſt Phocas,) non Phocænas,nam ſi legeretur Phocænas, (inquit) fuiſſet vtique mentitus, cùm Phocæna non intret Pontum, ſed naſcatur in Ponto, ex Ariſt. 6. de hiſtoria, vbi ait: *Idem & Phocæna partus, qui Delphino ſimilis eſt, naſcens in Ponto.* At Plinius non ineſt, ſed nulla intrat beſtia maleſica in Pontum, dixit. Ariſtoteles verò qui non intrare,ſed nihil in Ponto maleficum eſſe dixit, quando Phocæna etiam legi deberet, ſecundum veritatem & ipſe locutus fuiſſet. Item per pauos Delphinos, veros Delphinos paruos Plinius intellexit,non Phocænas,vt Hermolaus ambigere videtur. Nam ſequitur ibidem in Ariſtotele, vnde hæc Plinius mutuatur: *nec Delphinus hic magnus eſt, quanquam extra vbi aliquantum proceſſeris, magni habeantur.* Hucuſque Maſſarius. Cæterùm ſi Plinium concedamus hæc ex Ariſtotelis præcitato loco accepiſſe,cum Ariſtotelis ſenſum inuertiſſe dicendum fuerit,aliud enim eſt in Ponto eſſe & naſci, aliud aliunde intrare: nec propterea quòd ille Vitulos reddidit,Phocas apud Ariſtotelem legendum eſſe, dixerim,cùm fieri potuerit,quòd Plinius nominis vicinitate deceptus, Phocænas Vitulos verterit,cùm Phocænæ nomen factum eſſe videatur à Phoca, vt conijcit Geſnerus, cùm ſimiliter, vt hæc præpinguis ſit,lardoque abundet. Parit teſte Ariſtot. magna ex parte binos,vel ſingulos.

*Plinij locus examinatur*

G

H

# VSVS IN CIBIS.

PHocæna cum Delphino ſit pinguior,etiam carnem habet deteriorem,concoctionique contumaciorem. Bellonius tradit in Gallico libro de piſcibus Lutetiam in forum afferri, præſertim diebus Veneris.

DE



# DE SCOLOPENDRA CETACEA. Cap. IX.

SCOLOPENDRA, à qua ſcolopendria herba dicta eſt, ex genere eſt inſectorum, eſtq; vel terreſtris, vel aquatica. De vtraque in opere de inſectis diximus. Aelianus[c] alterius Scolopendræ meminit, & ex cetis eſſe hiſce verbis oſtendit. *Scolopendræ vim & naturam, quantò equidem maximo potui ſtudio, cùm multùm ac diu perſcrutatus eſſem, quoddam etiam maximum cete marinum eam eſſe audini, quod de mari tempeſtatibus in littus expulſam nemo foret tam audax, qui aſpicere horreret. Ii verò qui res maritimas percallent, eas inquiunt toto capite ſpectari è mari eminentes; & narium pilos magna excelſitate apparere, & eius caudam ſimiliter atque locuſtæ latam perſpici: reliquum etiam corpus aliquando in ſuperficie aquoris ſpectari, idq; conferri poſſe cum triremi iuſtæ magnitudinis, atque permultis pedibus vtrinque ordine ſitis, tanquam ex ſcalmis appenſis, natare. Addunt harum rerum periti ac fideles F digni, ipſos etiam fluctus ea natante leniter ſubſonare.* Hæc ille. Pro hac cetacea Scolopendra mihi aliquando ceti iſtius miſſa est figura ex Hiſpania. Totus ferè colore ad cæruleum vergit: ad latera tamen & in ventre nonnihil ruſſecit. Eundem fortè Rondeletius, ab ijs qui in India vidiſſe ſe affirmant, etiam exſpreſſit, ſed ſi idem eſt cum noſtro, vt puto, infeliciter depinxit, caput potiſſimum & caudam, qua cum Galeis conuenire videtur.

[c] *Lib. 13. cap. 23. Scolopẽdra ceti hoſtis.*

# DE PHOCA, SIVE VITVLO MARINO. Cap. X.

## SYNONYMA. ETYMVM. ORDINIS RATIO.

TAMETSI vel ipſo Ariſtotele teſte, iſtiuſmodi inſolentis figuræ animal, amphibium ſit, hoc eſt, in aquis æquè ac terra degens, nihilominus inter aquatilia rectiùs quàm inter terreſtria de eo dicetur, cùm quòd diutius in aqua immoretur, cibumq; potiſſimùm ex humore petat; tùm quòd diù ab aqua ſeiunctus viuere nequeat. Græci φώκαιναν dicunt, nomine, vt apparet, ex βόαν deducto, ob boatum ſiue mugitum quem edit: vnde Seruius apud Virgilium Phocas marinos Boues interpretatus eſt: Plinius & Theodorus Gaza in Ariſtotele Vitulos marinos, Plinius quandoque Vitulos ſimpliciter, nimirum quando de marinis ſermonem eſſe ex argumento vel adiunctis cõſtat. Cæterùm non tam mugitu ſolùm ſed ex maxilla ſuperiore, & naribus terreſtrem vitulum refert, vt Rondeletius obſeruauit. Feſto Bocas vocatur, vt Geſnerus conijcit: *Bocas* (inquit) *genus piſcis à boando, id eſt, vocem emittendo.* Hermolaus verò ſuſpicatur eſſe piſcem, qui Græcis Box vocatur, Theodoro ad Græcam nomenclaturam reſpicienti Voca: ſed cùm hunc nemo veterum vocalem faciat, Geſneri coniectura probabilior mihi videtur. Genuenſes & Maſſilienſes hodieq; Bouem marinum dicunt. Veteres Bouem inter planos cartilagineos recenſent, vt ſuo loco oſtendimus, quamobrem præſtiterit marinos Vitulos, potius H quàm Boues appellare. Albertus modò Canem, modò Lupum marinum vocat: in illo Belgas quibus Zeehundt, vel Germanos quibus Meerhundt, id eſt, Canis marinus nominatur, in hoc Hiſpanos ſecutus, qui Lobo marino dicunt. Vtrumq; nomen à ſimilitudine cum eius nominis terreſtribus quadrupedibus factum eſt: Dentibus enim, & ſuperiore maxilla eos non malè refert, adhæc rapax eſt & vorax, ſed cùm ſint & alij piſces ſic vocati, homonimiæ cauſa, hæc quoque nomina vitabimus. Rondeletius Italis Vecchio marino dici ſcribit, quaſi Vetulum ſiue ſenem marinum. Nos Vitulum marinum (Vedello marino) dicimus. Angli à Sele vel Seale, vel à Seacaulfe. Εἰνάλιον κῆτος teſte Varino Phoca eſt: & Oppianus quoque θῆρα εἰνάλιον dixit, id eſt, feram marinam, item κήτειον μόθον, pugnam hominum contra Phocas.

*Phocam aquatilem magis quã terreſtrem eſſe.*

*Phoca vnde dicta.*

*Bocas.*

*Box. Voca. Bos marinus.*

*Ænalius Cetus.*

GENVS

A

# GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA. DESCRIPTIO.

VItulus marinus corporis figura cùm ab omni piſcium,tùm cetorum genere plurimùm diſſidet:adeo vt quadrupedem non veritus ſit appellare Ariſtoteles,inquiens: *Vitulus marinus ſolus quadrupedum victum ex mari petit.* Cur vero quadrupedem vocet,[a] alicubi quodammodo rationem reddens ait: *Vitulus marinus tanquam læſa imperfectaq; quadrupes eſt: quippe qui continuò à ſcapulis pedes habeat, manibus ſimiles, modo vrſa: in quinos enim finduntur digitos, qui ſinguli ternis articulis flectantur, & vnguibus muniantur non magnis. Pedes quoque poſteriores quinis diſcretos digitis habet, & curuatura & vnguibus cum primis conuenientes, verum forma proximos piſcium caudis.* Quæ Ariſtotelis verba Bellonium (puto) impulerunt,vt Vitulum marinũ, quatuor cruribus pedibuſque depingeret,caſtoris modo in quinq; digitos diuiſis. Sed aliter ſeſe rem habere autoptia ipſa docet,aliudq; philoſophi poſteriora verba inſinuãt. Cùm enim poſteriores pedes caudis piſcium ſimiles eſſe dicit,exactè in quinos digitos diuidi, manifeſtò negat,cum nulla piſciũ cauda in digitos findatur: immò vero alias tradit, *Vitulos marinos ambigere quidẽ cum aquatilibus & terreſtribus, & ſi vt aquatiles inſpectentur, pedes habere, ſin vt pedeſtres, pinnas, quippe qui poſteriores* (inquit) *pedes piſcibus admodum habeant.* Habent itaq; (vt vtar verbis Rõdeleti) oculati teſtis) veluti brachia ſine cubito, ſine vlna, breuiſſima: Quod ſequitur, carpo noſtro reſpondens ex multis oſſibus conſtat: metacarpiũ verò ex quinq; oſſibus, quæ pelle tantùm cõteguntur: inde tanquam manus indiuiſa, præterquam in extremo, in quo quatuor linearum diſtinctiones tantùm ſpectantur, vngues autem quinq; diſtincti. Cum ergò pedes Vitulorum iſtorum pinnarum vice fungantur, Homerus perquam appoſite φώκας νέποδας cognominauit, quaſi pedibus natantes, à verbo νέω, quod eſt, nato, quanquam Euſtathius népodes interpretetur, non quod nullos, ſed quòd breuiſſimos pedes habeant, ſicut & apodes dicuntur in auium genere. Teguntur corio & pilis, ex Plinio. Corium id perquam durum eſt, & ſolidiſſimum, quamobrem maximè expeti ſolet. Pili ſunt nigricantes & cinerei, in quibuſdam maculæ paruæ, in ventre albicantes Plinius cartilagines, non oſſa habere author eſt, ſed Ariſtoteles carne ſcribit abundare, mollem eſſe, omnibuſque conſtare cartilaginoſis. Dentes teſte eodem ſunt ſerrati atque acuti, lupinis ſimiles,

C vt Rondeletius addit, qui & interiorem maxillam Lupinę ſimillimam eſſe ait, ſuperiorem verò quàm in Lupo latiorem: hacq; & naribus vitulis terreſtribus aſſimem eſſe, oris fiſſuram mediocrem habere, pilos duros, alias albos, alias nigros, longiuſculos in ſuperciliorum loco, & in ſuperiore labro: oculos ſplendere, & ſubinde in mille colores (teſte Plinio, veluti hyænæ oculos tranſire. Lingua vt Ariſtoteles docet, ſeiſſa eſt, id eſt, bifulca, Plinius duplicem vertit: Rondeletius addit, item latam eſſe. Auribus vt & alijs ceti caret: ſed earum loco meatus habet anguſtiſſimos, & admodum exiguos, in viuentibus euidẽtiores, in mortuis inuentu difficiliores. Cur autem auribus careat, diuerſas rationes reddidit Ariſtoteles: alias enim dicebat, non aures, ſed cauernas tantùm habere ad audiendum, quòd manca ſit & læſa quadrupes: alias quod vitam traducat in humore: partem autem aurium meatibus additam eſſe, vt motus a longè delatus, aeris ſeruaretur: itaque nihilo vtiles auriculas fore, immò verò noxias, quod intra ſe copiam reciperent humoris. Caput breue eſt & paruum pro corporis magnitudine: collum longius, quod pro arbitrio extendit & contrahit. Lato eſt pectore. O noplatas enim habet quaternis muſculis connexas ſuperiore vel poſteriore in parte quàm canes terreſtriaq; alia animantia, quæ in lateribus eas habent: ob id anguſto ſunt pectore, Vituli verò latiore ad melius natandum. Negat Ariſtoteles Vitulis marinis fel in hepate haberi: Bellonius ait omnino

D carere. Plinius verò fel ei tribuit, ſed qua corporis parte ſitum ſit non exprimit: ex verbis tamen eius colligi poteſt, id in pectore eſſe: ſic enim ſcribit. *Fel ſerpentibus portione maximè copioſum, & piſcibus. Eſt autem pleriſq; toto inteſtino, ſicut accipitri, milvo: præterea in pectore eſt & cetis omnibus. Vitulus quidem marinus ad multa quoque nobile.* Pulmonis poſtea fiet mentio. Renes habent vitulis terreſtribus, vel Delphinis vel Lutris ſimiles. Sunt autem teſte Ariſtot. omnium firmiſſimi & ſolidiſſimi, cùm reliquorum (inquit) omnium renes magis minuſue caui ſint. Genitale maribus oblongum, fœminis ad terreſtria accedens. Ariſtoteles fœminarum pudendum ſimile Raiæ eſſe ait, omnia verò id genus muliebris ſexus ſimilitudinem referre. Rondeletius duas Vitulorum marinorum ſpecies corporis figura differentes depinxit, vnam ex mare mediteraneo, eandem (ni fallor) cum noſtra, alteram corpore craſſiore, & magis in ſe collecto, ex Oceano, quare diſtinctionis cauſa Phocam ſiue Vitulum maris Oceani nuncupauit.

*Forma.*

[a] *Lib. 2. Hiſt. cap. 1.*

*Mole quatuor pedibus digitatis pingi.*

*Pedes quales.*

*Phocæ nepodes cur dicta.*

*Corium. Pili.*

*Oſſa.*

*Dentes.*

*Lingua.*

*Aures.*

*Caput. Collum. Pectus.*

[b] *Lib. 2. Hiſt. cap. 21. Fel an habeat, & vbi*

*Renes.*

*Pudenda.*

Digitized by Google

A

# LOCVS. NATVRA. MORES.

VItulus marinus (inquit Plinius) *vivit in mari ac terra*: nosque diximus amphibium animal esse, rationemq; dedimus cur aquatilibus potius quam terrestribus accenseri debeat. *Aqua* (inquit Aristoteles) *nec penitus carere potest, nec in ipsa agere secum, nisi per intervalla quædam respiret: parit enim & educat in sicco.* Alicubi etiam ait prolem circa duodecimum diem à partu deducere in mare: cùm alioqui Calphurnius haud ignobilis poeta ceu de rebus impossibilibus canat:

*In aqua & terra vivere*

*Nang, prius siccis Phocæ nascantur in arvis*
*Vestitusq; freto vincet leo: dulcia mella*
*Sudabunt saxi.*

Maxima ex parte per litora divagari aiunt, vicinosq; litoribus agros terrestrium more depopulari: quinetiam vineta ac pomaria, locaq; alia arboribus consita, suis fructibus spoliare, & si quando colliculum ascenderit, indeq; recedere cogitur, iam tum quidem pedibus ac capite in ventrem contractis, ac toto corpore in globum coacto, maximo in mari impetu deuolui, quoniam difficilis illi pedum usus est in terra, id quod Plinius quoq; insinuat, inquiens: *Pinnis quibus in mari vehuntur, humi quoque vice pedum serpunt.* Nec aliam ob causam, quam ob incessus difficultatem à litore nunquã longius recedunt, vel ad id relictũ breui reuertuntur: victumq; ex mari petunt, idq; quadrupedum fere, vt Aristoteles testatur. Carniuori sunt, atq; admodũ voraces. Diodorus Siculus author est Vitulos marinos apud Troglodytas extra sinum Arabicum piscium capturæ velut homines intentos esse: & Albertus refert animalia esse mordacia, & in magnos pisces grassari, gregatimq; venari & multos in vnũ locum cogere: vt vel hinc maleficos dicere Plinius potuerit: *In Pontum* (ait *nulla intrat bestia maleficæ præter Vitulos & parvulos Delphinos*, quanquam apud Aristotelem, ex quo id translatum videtur, pro Phocis id est, Vitulis marinis, Phocæna legatur. Sed & [a] Aelianus similiter, vt Plinius φώκης legit. *Euxinus Pontus* (inquit) *plurimis piscibus abundat, quòd non solitus sit belvas procreare. Sicubi autem Phocam & Delphinos profert, minimè y quidẽ grandes enadunt.* Adhæc testatur Rondeletius se aliquoties vidisse Vitulos marinos, qui cùm in viuaria immissi essent, maxima pernicie in cæteros pisces, vt Lucios, Tineas, Cyprinos debaccharentur. Non sine magno etiam damno in piscatoria retia incidunt, nam non aliter quam Delphini & Gladij vi omnia rumpũt & dilacerant, piscibusq; vnà captis aufugiendi ansam præbent, vt Oppianus testatur. Difficulter interficiuntur, nisi capite elisо: ratio est, quòd corpus totum carnosum est.

*Pedum in terra usus minus idoneus.*

*Cibus.*

*Voracitas.*

[a] *lib. 9. cap. 59.*

*Cur difficulter, & quomodo occidantur.*

C

*Non hami penetrant Phocas, seniq; tridentes,*
*Sic pisces inter nodosa intexta Phocas*
*Distinctos maculis laqueos, non retia densa*
*Retia, & auxilium perituris piscibus adsunt.*
*In terram Phocas compellunt impete vasto.*
*In caput incurvum, & circum tempora pulsant:*
*Nam duro claudunt pellis sub tegmine membra,*
*Prædones claudunt, celeres ad littora verrunt*
*Hos arcere queunt, discerpunt unguibus atris*
*Piscantes multo turbati corda dolore,*
*Hic hastam & fortem clavã, validumq; tridẽtem*
*Nam subita pereunt capitis per vulnera morte.*

Nullum animal grauiore somno premi Plinius author est. Idẽ & diutius protrahitur, vnde Martialis: *Somnus.*

*Dormitis nimium glires, Vitulique marini.*

Et [b] Iuuenalis: [b] *Sat. 3.*

*Eripiunt somnum Druso, Vitulisque marinis.*

Inter dormiendum tam alte stertunt, vt mugitum edere videantur, quod Aristoteles & Plinius quoque meminerunt. Rondeletius huius rei causam esse tradit, pituitosum humorem, qui in aspera arteria sit, inspirando & expirando agitatum. Tales somnos (inquit) dormiendo edunt, qui crasso sunt collo & breui, destillationibus obnoxij: item ij, quibus excidit columella. Dormiunt Vituli extra aquam ad solem, in arena litoris vel super saxa, vt liberiùs respirent, maximè noctu, sed etiam interdiu nonnunquam, vt meminit idem [c] Oppianus.

*Sterter vnde.*

*Cur extra aquam dormiant.*

[c] *Lib. 1.*

D

*Extra undas Phocæ consumunt tempora noctis:*
*Sæpè die fessos artus in litore ponunt,*
*In terra dulces soluentes membra sopore.*

Plinius quoq; spirare & dormire in terra dixit: & aliàs maritimas quoq; cauernas subire. Hoc & Homero non ignotum fuisse Aelianus tradit, qui in Odyssea Menelaum inducit hoc eorum cubile Telemacho & Pisistrato narrantem. Cæterùm cùm pulmo eorum (vt pote exiguus, spumosus, nec sanguineus) causa sit teste Plinio, quare sub aqua ranarum more diu vrinentur, cur non etiam dormire, queant, dubitari potest, cùm ranæ longissimo anni tempore latere sub aqua possint. Naturam mori esque sernos nonnunquam exuunt, & vt Plinius loquitur, miteſcunt, & quod mireris, accipiunt disciplinam, voceq; pariter & visu populum (in spectaculis exhibiti) salutant, incondito fremitu nomine vocati respondẽt. Vidi ego in hac vrbe Vitulũ marinum, sic à circumforaneo, à quo per totam pertrahebatur Europã, institutũ, vt ad nomen cuiusuis principis Christiani ceu gaudio affectus, nescio quid

*Pulmo qualis.*

*Miteſcere & docilis fieri.*

*Amatores hominis eſſe*

voce obſtreperet,& contrà nominato vel Turca vel hæretico aliquo,planè obmuteſceret: quomodo E terreſtres canes etiam ſolêt inſtitui.Sunt item haud aliter ac Delphini φιλάνθρωποι, homineſq; agnoſcũt,cuius rei exemplum ex Eudemo narrat Aelianus his verbis: *Vitulum marinum Eudemus ait,in hominem ſpõgias venari ſolitum,amore flagraſſe,eoq; vbi petra antrum ſuſtinens extra mare progreſſum cum ſpongiatore verſatum eſſe.* Et Rondeletius teſtatur, cum cuius iconem expreſſit, circa Lemnum inſulam captum,& in inſulæ illius xenobio multos dies educatum, nullo metu cum hominibus verſatum fuiſſe,adeo vt gradus etiam aſcenderet. Iam verò quamuis hos piſces ſitus eiuſdem pugnare inuicem dicant teſte Ariſtotele,marem ſcilicet cum mare,fœminam cum fœmina,catulos cum catulis,do-

*Amor erga prolem.*

nec alter ab altero vel occidatur, vel eijciatur, parentum tamen in prolem mirus amor eſt,hominiq; planè imitandus.Primùm in arido fœtus ſuos pariunt,inquit Aelianus, deinde in lucem editos paulatim tum in humidiora loca ſubducunt, atque ad deguſtandum mare eos introducunt: tum in aridum natalem locum reducunt: inde rurſum in mare deducunt, & quàm mox educunt: cumque id

*a lib 9. cap. 7.*

ſæpenumerò fecerunt,aptiſſimos tandem ad natandum efficiunt, partim doctrina inſtitutos,partim natura ad mores & ſedes maternas amandas impulſos. Plutarchus verò id ita crebrò facere tradit, donec addita fiducia fluctibus credere,gaudereque videant. Non ante duodecimum diem deducere eos in mare ex Ariſtotele diximus.Idem & Plinius teſtatur, & ex eo ſubinde aſſuefacere: idem & F Oppianus mox poſt Delphinorum in ſobolem effectum:

*Et curam ſobolis Phoca non forsè minorem*
*Adſunt,ceruleo non edunt pignora ponto,*
*Soles bis ſenas in flana mater arena*
*Tertia poſt decimam roſeo caput obſita peplo*
*Tunc mater madidis catulos complexa ſub vlnis,*
*Et natis iucunda ſuis monſtrare videtur*
*Et veluti mater peregrina enixa decorum*
*Lætitiam immenſam effundit patriamq; domumq;*
*Attentus ſpectat miranda palatia natus*
*Sic proprios catulos depertat Phoca ſub æquor,*
*Succipiunt illis mammæ,lactiſq; liquores,*
*Sed fœtus ſicca genitrix tellure reſoluit.*
*Degit,cum natis caris,& pignora mulcet.*
*Conſurgens aurora polo,lucemq; reducit.*
*Desinet,& liquidas ſubito ſe mergit in vndas,*
*In ponto patriam caram,dulceſq; penates,*
*In terra natum,tenſis complectitur vlnis.*
*Oſtendit puero,quamuis non ſingula norit.*
*Perluſtrans oculis teſtum,moreſq; parentum.*
*Atque ſitus pelagi monſtrat,lymphæq; meatus.*

*b lib. 2. de vita Apoll.*

Damis apud Philoſtratum teſtatur ſe in Agis inſula vidiſſe Phocam a piſcatoribus comprehenſam, filium quem in carcere (ὀνίσχῳ, id eſt, cauea) peperierat, mortuum ita deplorare,vt triduo à cibis abſtinuerit, quanquam omnino belluarum voraciſſima ſit. Et Ioan. Tzetzes Phocam non aliter ac Delphinum vnà cum ſuis catulis capi, commoriquè ait: catuloſque cum ſuis matribus. Idem inſu- G

*Gratitudo.*

per author eſt Vitulos,parentes ſuos ſenio confectos iuuare,eorumque natatum promouere,ſed cùm & hic Phocas ſimul nominet cum Delphinis, fortaſſis hoc loco legendum fuerit Phocæna, quæ nimirum Delphino ſpecie naturaq; cognata eſt, & Phoca in ſuum genus ſæuire ſolet, ſicuti ex Ariſto-

*Vt mingant & coeant.*

tele recitauimus. Leporum & aliorum animalium retrò mingentium ritu mingunt & coeunt, nempe auerſi, & in medio coitu inuiti cohærent, vt vel ideo Belgæ Canes,Hiſpani Lupos marinos nuncupauerint. Pariunt in terra pecudum more. Pariunt nunquam gemi.is plures, vt Plinius ſcribit,

*Partus.*

*c lib 6. Hiſt cap. 12.*

addens eodem loco quem ex Ariſtotele tranſtulit, ſecundo partus initu hoc animal reddere, ſed Ariſtoteles ſic habet: τίκτει ζῶα καὶ χορίον, id eſt,animal parit, & ſecundas emittit, vt rectè tranſtulit Theodorus,ex quo Plinij verba puto, ſunt reſtituenda. Famoſa autem eſt eius inuidia apud priſcos,

*Inuidia.*

*d lib. 3. cap. 19.*

de qua ſic Plinius: *Vitulo marino victus in mari ac terra. Simile fibro & ingenium. Euomit fel ſuum ad multa medicamenta vtile: item coagulum, ad morbos comitiales: ob ea ſe peti prudens.* Quare apud b Aelianum pro ἐκροφεῖ, id eſt deuorat,nempe coagulum ſuum mortalibus inuidens, ne eo comitiales morbi ſanari poſſint, fortaſſis legendum ἐξεμεῖ, id eſt,euomit, quo nempe verbo vtitur Ariſtoteles ſeu Admirandorum conſarcinator: Phocam (inquit) aiũt ἐξεμεῖν id eſt,euomere coagulum cùm capta eſt: id enim medicamentoſum eſt, & comitialibus vtile. H

*Coagulum euomit & cur.*

# SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

*Conſenſus cum mari.*

VItulo marino, etſi alioqui terræ prius quàm aquarum incola eſt, maximus conſenſus eſt cum mari: adeo vt eo mortuo atque excoriato pilos in pelle, vbicunque fuerint,ceu naturali quodam inſtinctu, prout mare ſe habet, ita ſe gerere dicant: nam ſi mare turbatum in fluctus ſurrexerit, & eos ſimiliter erectos exurgere: ſin verò mare pacificatum fuerit, in planum ſterni. Quod cùm non crederetur Plinio, periculo in Indico mari facto circa Hiſpaniolam inſulam, non amplius fabuloſum haberi Cardanus aſſerit. Ego hoc apud Plinium non reperio,ſed pelles eorum etiam detractas corpori,dici ſenſum æquorum retinere,ſemperque æſtu maris recedente inhorreſcere. Scribit item Rondeletius Vitulorum mortuorum corio mutationes ſignificari: auſtrinis enim

A enim ventis insurgentibus pilos in horrescere & surrigi: in boreali constitutione ita desidere, vt nullos planè affirmes, id quòd sæpius (inquit) obseruaui. Iisdem pellibus vim quandam inesse aiunt este Plutarcho fulmina prohibentem, ideoq; summas velorum partes eis obtegi. Eandem vim legimus apud Tranquillum, & Augustum Cæsarem istiusmodi pellem aduersus tonitruum quos perimescebat, impetus secum perpetuò circumferre consueuisse: eandemque ob causam Seuerum Imperatorem lecticam suam tectam ijsdem voluisse: & [a] Plinius deniq; author tabernacula ex ijs subrefacta fuisse, additq; Vitulum marinum solum ex marinis fulmine non percuti. Cælius Rhodiginus rationem reddens, cur ficus de cælo non tangatur, id vtique amaritudini eius acceptum referri oportere ait, quoniam id genus fulmina non attingant, quod inquit) Vitulus comprobat marinus atque hyæna, ac si his animalibus similiter ac ficubus (cuius arboris tota dulcedo in fructum secernitur) amaritudo insit, sed qualis hæc tandem sit, non addit. Grandini creditur quis obuiare, teste Palladio, si vel eandem vel crocodili, vel hyænæ pellem per spatia possessionis circumferat, & in villæ aut cortis suspendat ingressu, cùm malum viderit imminere. Aliàs etiam ait, Vituli marini pellem in medio vinearum loco vni superiectam viticulæ, credi contra imminens malum totius vineæ vestiri. Vrsos terrestres præcipuè timent, & si cum ijs in certamen descendant, vincuntur teste Oppiano. Romanos autem Vrsos eis pugnantes in spectaculis exhibuisse, Lycostas rusticus in Bucolicis Calphurnij testatur, inquiens: —— *Aequoreos ego cum certantibus vrsis Spectani Vitulos.*

*Pellis fulmina arcent.*

[a] *lib. 2. cap. 31.*

*Vrsos timent.*

Fugiunt & Arietes marinos: qua verò ratione ab his in mari comprehendantur, docet Aelianus, inquiens: *Tanto narium robore prædita est huiusmodi belua: spiritum vt vehementer & permultum anheles, & immensum aera respiratione ad se attrahat, eaq; aspiratione marinos Vitulos ad hanc rationem comprehendat. Cùm enim Arietem nouerunt vicinum esse ad moliendas ipsis insidias, in terram celerrimè enatantes, in specu saxorum condunt. Is cognita fuga, insequitur & contra antrum stans, ex corporis odore prædam intus esse percipit, & narium illecebra quadam acri inter se & Vitulos aerem intermedium attrahit. Hi tanquam vel sagittam, vel spiculum, sic sanè spirationis illius appulsum declinant, & refugiunt. Tandem tamen violentissimo anhelitus ductu inuiti, & tanquam loris quibusdam aut funibus constricti, ex latebra extrahuntur, & ab Ariete deuorantur.* Equi contrà horrent Vitulos, id quod equi olim Hippolyti indicarunt, quos, cùm fortè apparuissent è mari Phocæ, territos, currum, quem iuxta mare agitabat, rupisse, Hippolytumque discerpsisse ferunt.

*Arietes marinos timent.*

C

## VSVS IN CIBIS.

CAro Vitulorum marinorum mollis est, spongiosa atque apprimè pinguis, adeò vt liquetur si diutius manibus contractetur: quamobrem ocyùs satiat, nauseamque parit, mali succi est, & ferini odoris, quem facetissimus Comicus in Pace & in Vespis quoque Cleonem traducens, ei, vt-pote coriario tribuit, quo etiam loco Scholiastes, Homeri hunc versum recitat;

*Caro qualis*

*Φωκάων ἁλιοτρεφέων ὀλόσιτος ὀδμή.*

Qua de causa ab infima quoq; plebe negligitur ijs in littoribus, in quibus frequenter capitur: maioris verò fit apud eos qui procul à mari absunt. Gesnerus lardum illud quod Germanis, præsertim Saxonibus Salspeck vocatur, Phocarum potius, quàm Delphinorum, vt vulgò creditur, esse autumat

## VSVS IN MEDICINA.

DVitulus marinus partes aliquot sui corporis cùm internas, tùm externas in medicinæ vsum præbet, carnem nimirum, sanguinemq; & adipem: pinnas, item corium & coagulum, Plinius fel addit, ad multa medicamenta vtile esse inquiens, Aristoteles verò atque alij felle carere hoc animal profitentur. Dextræ pinnæ vim soporiferam inesse, somnosque allicere subditam capiti tradunt, teste Plinio. Isidorus dum id repetit, rationem addit, quòniam nullum animal grauiore somno premitur. Pellis vsus in podagricis, maximè commendatur. *In podagra* inquit idem Plinius) *iubent fibrinis pellibus calciari, item Vituli marini.* Quamobrem apud Marcellum Empiricum, vbi ait: *Vituli marini, aut quod melius est hyænæ pelle facta medicamenta si quis in cotidiano vsu habuerit, efficaciter podagræ morbo carebit,* pro medicamenta lego calciamenta, eoq; maximè cum & [a] Galenus dicat: *Phocæ, leonis, lupi aut vulpis corium si quis elaboret, & calceos gestet, pedes non dolebit.* Eadem pellis lyssodectis vtiliter substernitur, vt Aetius meminit. Caro eius authore Auicenna epilepsiæ confert & profocationi matricis. Alij sanguinem prebent. Cælius Aurelianus verò istiusmodi medicamentum, cùm à nonnullis in epilepsia præberi dixisset, improbat. Adipis vsum in mu-

*Pinna dextra.*

*Pellis.*

[a] *Expar. 3. 248.*

*Caro.*

*Adeps.*

lieribus

liebribus morbis celebratur ab Hippocrate. Ad ſuffocationẽ ex vtero ſuffitum præſcribit graueolentium, inter quæ Phocæ quoque adipem numerat. Iubetq; vt mulier quæ ab vtero ſtrangulatur, adipis huius quantum duobus digitis comprehendi poteſt, bibat. Idem deſcribens vteri ad coxam auerſi, (in quo morbo ventre per aliquot menſes creſcente concepiſſe ſe putant mulieres) curationem, in ollam (inquit) allium ſiccum conijcere oportet, idq; magis communitum quàm ea quæ ſunt contuſa, & aquam affundere, quò ipſum permadeſcat, & aqua quibus digitis ipſum excedat, & Phocæ oleum ſuperfundere, atque ſic calefacere, ac fomentum adhibere per multum tempus, &c. Alias rurſus eodem adipe vtitur pro ſuffitu: Suffitus ad vterum pituitoſum, & conceptui vel legitimę menſium purgationi, vel ſecundis promouendis idoneus. Bitumen & hordei palcas miſceto, additaq; pinguedine Phocæ ſuffito. Alius: Stercoris caprini pululas & leporis pilos, pinguedine Phocæ ſubacta ſuffito. Alius: Coaguli Phocæ pellicalam contuſam ac tritam, & ſpongiam & muſcum arboreum, tria ſimul mixta, atque Phocæ pinguedine excepta ſuffito. Si vterus foras prodierit, in iunioribus (inquit idem Hippocrates) pellículam vteri obliquè inciſam linteo cõfricato, donec inflammetur, & illinito Phocæ oleo ſiue adipe, & molles ſpongias vino reſperſas apponito. Idem adeps authore Plinio lichenas & lepras tollit, & rabidi canis morſu potum expaueſcentibus eo faciem perungunt. Marcellus Empiricus mentagræ imponi vtiliter autumat. Euomere dici hoc animal coagulum ſuum mortalibus inuidens, ne eo comitiales morbi ſanari poſſint, ſuprà recitauimus ex Plinio, qui hanc ei facultatem aliquoties tribuit, diuerſis alijs medicamentis immiſceri docens: *Comitiales* (inquit alibi) *ſanant panacis Heraclea radices potæ cum coagulo Vituli marini: Item peucedanum cum eodem aquis portionibus potum.* (Theophraſtus [b] quartam eius coaguli partem panaci permiſceri ſcribit.) Et rurſus: *Ad comitiales coagulum Vituli marini bibunt, cum lacte equino, aſininone, aut cum punici ſucco: quidam ex aceto mulſo: nec non aliqui per ſe pilulas deuorant.* Cælius Aurelianus verò epilepticis coagulum hoc propinari reprehendit. Alibi rurſus Plinius lethargicos adiuuare ait in vino potum oboli pondere: & alicubi magos tradit vti eodem ad olfactum in vergentibus in lethargum: & alicubi denique cum peucedano æqui partibus anginæ mederi.

Coagulum.

[b] lib. 9. Hiſt. cap. 12.

# DE MANATI INDORVM. Cap. XI.

## NOMEN.

MANATI Occidentalis Indiæ incolæ iſtiuſmodi cetum ob anteriores pedes manibus haud abſimiles Manati appellarunt, quaſi manibus inſtructum piſcem. Rondeletius conijcit, an Bos queat eſſe [a] Ariſtotelis, quem viuos catulos parere tradit, inquiens: *Delphinus, Balena & reliqua cete quæ branchias non habent, animal generant: Additur ijs Priſtes & Bos. Nullum ex ijs enim ova habere cernitur, ſed ſtatim fœtum, ex quo redacto ſtatim animal conſtat, quemadmodum homo & quadrupes quæ animal pariunt.* Gillius quidem etiam cetarium hunc Bouem, à Boue cartilagineo eiuſdem Ariſtotelis, de quo inter planos dictum eſt, diuerſum eſſe iudicauit: Alius Bos eſt, (inquit) inter cetarios numeratus ab Ariſtotele, qui etſi nullis eſt viribus, tamen eum terroribus homines in periculum adducere, Aelianus & Oppianus tradunt. E contrario Geſnerus non alium à cartilagineo faciendum arbitratur, cùm propter magnitudinem, à qua & Bouis nomen (inquit) adeptus eſt, inter cetaceos rectè numerari poteſt, vt Thynnus & alij magni, qui tamen cete propriè non ſunt. Geſnero tamen reſponderi poteſt, Ariſtotelem toto eo capite de eorum tantummodò partu agere, quæ reuera cete ſunt: quamobrem nihil definire audeo, ſuum cuique iudicium relinquens: Manati ſaltem haud incongrue Bos dicetur, cùm quòd capite terreſtrem bouem referat, tum quòd eiuſdem more herbis in terra paſcatur.

*Nominis ratio. Bos Ariſt.*

[a] lib. 6. Hiſt. cap. 11.

## FORMA. DESCRIPTIO.

DEſcribit hoc cete exactè Franciſcus [a] Lopez de Gomara, & ante illum Ferdinandus Ouiedus. Carolus [b] Cluſius vtriuſque deſcriptionem nobis Latinam fecit. Manati (inquit Lopez) piſcis eſt noſtro orbi incognitus, vtri ſimilis, duobus duntaxat pedibus ad humeros præditus rotundis, & quatuor vnguibus inſtar elephantinorum quibus natat, ab vmbilico ad caudam gracilior fit: teterrimo eſt aſpectu, capite bubulino, macilentiore tamen ore & craſſiore mento, oculis admodum exiguis pro coporis mole, quæ interdum ad viginti pedum longitudinem accedit: corio eſt denſo, quibuſdam pilis cirenacei coloris obſito. Fœminæ bina vbera habent, quibus ſuos catulos lactant. Hæcille. Fuſiùs verò Ouiędus, Manati (inquit) ingens piſcis marinus, tametſi in magnis

[a] Hiſt general. cap. 31.
[b] L. 13. Hiſt. cap. 10.

A

Manati Indorum.



B

magnis huius insulæ (Hispaniolæ videlicet) & aliarum prouinciarum fluminibus assiduè capiatur, maioris est longitudinis & amplitudinis Tiburone. Qui plenam acquisiuerunt magnitudinem, fœdissimi sunt aspectus, nec multum absimiles vrsibus illis, in quibus Medinæ del Campo & vicinis locis vehitur multum. Caput habet iste piscis bouis instar, vel etiam maius, oculos exiguos pro corporis magnitudine, & binos crassos pedes tanquam alas brachiorum loco, quibus natat, circa caput sitos. Corio integitur, non squamis. Adeo magnus est, vt iugo boum opus sit, ad vnum vehendum. Nonnunquã quatuordecim aut quindecim pedũ longitudinem superat, octo verò palmorum crassitudinẽ: circa caudam strictior, & quasi præcinctus: à qua strictura deinceps cauda longior & crassior fit. Lapides quosdã siue potiùs ossa habet in cerebro bina, paruæ pilæ palmariæ magnitudine, aut nucis bansiæ (orbiculares enim non sunt) ac interdum maiores, pro piscium magnitudine. Auribus caret, sed earum loco exigua foramina habet, per quæ audit. Eius corium simile vitulati porci corio, digitum densum, cineraceo colore, rarisq; pilis præditum. Cauda a strictiore illa parte, ad extremum

*Caput.*

*Magnitudo*

*Lapides in cerebro.*

*Corium.*

C vsque, tota neruosa est: ex ea in partes concisa, deinde soli per quinque aut plures dies exposita & resiccata, tandem in patella cocta siue veriùs fricta, multa pinguedo elicitur, tota enim in pinguedinem resoluitur. Fœminæ duo sunt vbera in pectore, nam binos catulos parit & lactat. Descripsit denique Manati ipsum, & iconem addidit Carolus Clusius. A Batauis nautis (inquit) qui anno à Christo nato millesimo sexentesimo Amstelredamum è sua profectione redierant, ex Occidentali Oceano aduectus erat cetaceus piscis (imo reuera cetus) ad Phocarum genus haud dubio referendus, sed longe maior, ipsi Vaccam marinam vocabant: vtriusq; autem sexus occiderant, marem & fœminam: maris corium integrum stramine suffarcinatũ de trabe suspensum, cuius dorso catulum (quem etiam ceperant & aduexerant) imposuerant, eodem anno Amstelredami conspiciebam, & præterea aliquot costas fœminæ cum carne adhuc adhærente: eã enim in itinere vicitarant, tanquam bibulã. Catulum porrò, vt proportio commodiùs obseruari posset, in adposita tabella exprimendum curabam, ad eius normam quem Amstelredami videram, quiq; postea in Academici horti porticu suspensus fuit Lugduni Batauorum. Valde autem fœdum & turpe animal fuisse videbatur, capite vitulino sed paullò strictiore, oculis ferè caninis, valdè crassã & dura, breuibusq; & raris pilis ex cineraceo fusci coloris obsitã cute præditum: exuuiæ longitudo (nam dimensus sum) pedum decem & sex cũ semisse erat, crassitudo autẽ septem cum semisse, hoc est, septem pedum cum semisse erat corporis ambitus: bina crura ad humeros habebat non longa, latos, pedes breuibus vnguibus præditos, nullos

** lib. 6. Exot. tic. cap. 18.*

*Vacca marina.*

*Caput.*

*Longitudo & crassitudo.*

*Pedes.*

D in posteriore corporis parte, sed caudam quodammodo informem & latam, cuius motu celeriter natasse ferebatur, ab vmbilico autem ad caudam sensim gracilescebat, deinde cauda paullò latior fiebat: in eius capite lapides repertos fuisse intelligebam.

*Cauda.*

## LOCVS. NATVRA. MORES.

CEtus est nostro orbi incognitus, mari & fluminibus æquè familiaris, quæ aduersa è mari subit, & secundum ripas eorum quas apprehendere potest, herbas depascitur, nec tamen aquas egreditur. Curatur & docilis est canum more, sed iniuriarum memor est, vt ex hac historiola, quam narrat Franc. Lopez, innotescit. Paruulum captum Regulus Caramatexi, in insula Hispaniola XXVI. annorum spacio in lacu Guaynabo dicto aluisse fertur, adeoq; mansuetum euasisse, licet iam grandem, vt veterum Delphino non cederet: nam de manu cibum sumpsis-

*Cibus.*

*Indoles.*

se

se, & inclamato nomine Mato, quod Magnificum eorum lingua sonat, lacum egredi solitum, ad ædes E
cibi sumendi gratia perreptasse, deinde ad lacum reincasse comitibus pueris atque etiam viris, quo-
*Pueros ter-go fert.* rum cantu delectari videretur: cui tergo insidere interdum permittentem, denos simul ex vna la-
cus parte in oppositã, sine vlla difficultate transfuexsse, nec illos mersisse, sic vt illius loci incolis sum-
mam voluptatem adferret. Cæterùm cum Hispanus quidam periculum facere volens, an adeò dura
cute præditus esset, vt terebatur, inclamato & repetito nomine Mato, Mato, in eum iam ex aqua pro-
deuntem hastam vibrasset, adeò indignatum, tametsi non tuisset vulneratus, vt ex aqua deinceps
emergere nollet, quantumlibet eius nomen inclamaretur, si viros veste indutos aut barbatos, Chri-
stianis similes, conspiceret. Valdè porrò intumescente fluuio Haibonico, & in lacum Guaynabo sese
affundente, Mato Manati in mare regressus est, reguloq; Caramatexi & eius subditis magnum sui
desiderium reliquit.

# CAPIENDI RATIO.

QVomodo à Reuerso Indico capiatur istiusmodi fera, in Reuerso dictum est. Solet etiam occi- F
di, dum herbas in fluuiorum ripis nascentes depascitur, sed etiam retibus capitur. In Ameri-
cæ continenti inquit Ouiedus; solent sagittarij ex cymba siue monoxylo huiusmodi pi-
sces & alios plerosq; occidere, quia in summa aqua natant: hamata itaque iacula conji-
ciunt, in quorum summo tenuis sed validus alligatus est funiculus: ictus piscis fugit, funiculum autem
laxat sagittarius, in cuius extremo ligni aut suberis fragmẽtum est adnexum, ne prorsus mergi queat
funiculus, tum etiam vt appareat eius extremitas: piscis verò iam fessus ob profusum sanguinem, &
morti vicinus, ad littus appellit. Tum sagittarius collecto suo funiculo donec supersit duntaxat decem
aut duodecim orgyarum longitudo, cum ad terram trahit cum capto pisce, vel etiam donec vndis
propellentibus terram contingat: sagittarius porrò sociorum auxilio ex aqua educit: adeo autem ma-
gni sunt isti pisces, vt iugo boum opus sit, ad vnum vehendum. Interdum autem cum Manati iam
fatigatus ad terram ab vndis propellitur, e cymba illum crassis lanceolis feriunt, vt citiùs moriatur, quia
mortuus summa aqua fertur.

# VSVS IN CIBIS.

G

*Caro qualis.* MAnati caro (inquit idem Ouiedus) præstantissima est, & quadrupedis carni adeo similis, vt
qui integrum piscem non vidisset, sed eius duntaxat partem aliquam resectam, bubulam
esse sibi persuaderet: imò omnes mortales fallerentur, quia adhuc recens carnem sapit
magis quàm piscem. Quæ autem concisa & resiccata, singularis est & multo tempore incorrupta ser-
uari potest. Anno M. D. XXXI. ex hac ciuitate S. Dominici, in Hispaniam, Aulam vsque, vbi
tunc erat Imperatrix, hanc carnem tuli, & in Castella, ex solo aspectu bubulam Anglicanã optimam
esse censebant, coctam verò, non minus quam Thynni carnem sapere, imò illa præstantiorem esse.
Cauda (vt diximus) tota, vbi coquitur, in pinguedinem resoluitur. Est verò illa pinguedo siue buty-
rum, ad oua in sartagine frigenda aptissimum, quia licet vetustum non fit rancidum, neque mali sa-
poris est.

# VSVS IN MEDICINA.

OSsa (siue lapides) capitis, coli doloribus, & nephritidi valdè vtilia, vt ij (inquit Ouiedus) asse- H
*Lapidis in cerebro vsus* runt, qui in huiusmodi morbis periculum fecerunt. Debent autẽ bene primùm aduri, postea
contemi & per cribrum transmitti, deinde puluis ille cã quantitate, quam Hispanicus regalis
excipere possit, ex generoso vino albo, vno haustu sorberi. Hac enim ratione sumptus mane diebus
aliquot continuis, dolor adimi dicitur, calculusque comminui, & in arenam resolui, quæ cum vrina
reijcitur. Istud a viris fide dignis, qui eius periculum fecerunt, intellexi, multosque conspexi eius re
gratia diligenter hunc lapidem perquirentes. De forma eorum suprà dictum est.

# VSVS ALII.

EX corio quod valdè durum est, commoda cingula & calceorum soleæ fiunt, aliæque res simi-
les. Pinguedo vtilis ad lucernas, nec desunt qui in medico vsu commendent.

Icones

Sy[illegible]gris vel Synodon Rond. de quo vide fol. 161, 162.



Zigæ Albis fluuij Icon ponenda fol. 503.



Gobius fluuiatiles Rond. ponendus fol. 612.



Cobites Rondel. fortè, de quo vide fol. 616.



Digitized by Google

Rubellio ſiue Rutilus fluuiatilis. Geſn. pro quo aliam Iconem dedimus. fol. 621.



Balæna vulgi Rondel. ponenda fol. 688.



Finis Libri de Cetis.

Digitized by

# INDEX
## PISCIVM OMNIVM ET CETORVM,
## aliarumq; rærum memorabilium, de quibus in hoc opere tractatur, copioſiſsimus.

Prior numeras paginam, alter literam marginalem indicat.


A

Aerdanus piſcis 283.c.
Abramis veterum 641.b
Acarne 156.b
Acarnanes deſcriptio 157 a. icon ibid. Rondeletianam cur approbet author. 157. a.b. eius carnis qualitas 157.c
Accipiter piſcis 140.f
Accipitres Perci qui 45.b
Acerina piſcis 217.a
Acerina Plinij medici 624.b
Acicula piſcis 104.e
Acipenſeris nobilitas 529. d. eſſe Sturionem 524.f. veri icon 526.a
Aco 665. d. eius olei vſus 667. c. partus. natura, mores 667.a. quando melior 667. b. quando numerosè capiatur 667.b. eius viuacitas. ibid. eius apparatus ibid. icon 666.
Aconia Numenij 205.b
Aculeus piſcis 104.e
ad Aculeos extrahendos remedium 531.e
Aculeatus Rondelet. 628. e. qui Plinio 104.e
Acus an boni ſuccii 106 g. corij duritiem. 106. e cur ſerpens marinus creditus 205.c. eius ſpecies quot 104.f. ſynonyma & etymum 103.d. quando pariat 106.f. vt pariat 105.a. & 106.
Acus alterius icon ex Geſnero 108.
Acus Ariſtot 345.b. verus Ariſtot. qui Rondeletio 104.f. icon 105. eius ſimilitudo cum typhline 104.f. exacta deſcriptio ibid.
Acus maior Bellonij 104 f
Acus minoris Bellonij deſcript. & icon. 108 g.
Acus Oppiani deſcriptio & icon 107. a. quibus locis degat 107. d. eius caro qualis 108.e. ſtultitia 107. d. Vt ab Ariſt. Acu differat 106.b.
Adonidis hiſto. 76 b Vide Exoccetus.
Adulatores Delphino comparati 709.b
In Adulteros lex Athenienſium 200.e. eorum pœna 504.f
Aelianus emendatus 113 b. 333.c
Aemulatio impar per Sargum & Mullum expreſſa 179.c.
Aequalem cum æquali delectari 164.f.
Aerica Gaza. 666.a
Agonus 665.d
Alabeta 536.g
Alauda cur ſic dicta 113.d
Alauda criſtata deſcriptio 113.d. 114. e. icon ibid.
Alauda non criſtata deſcriptio & icon. 114.a
Alauſa quorundam 603.e. Vide Aloſa.
Albicilla 606.e
Albula quando, & ubi capiantur 660.e
Albula minima hiſtoria & icon. 660. & 661.
Albula parua vel ſimpliciter dicta hiſtoria & icon 659.
Albulus 504.g
Alburnus 504. f. eius deſcriptio. 628. 629 icon ibid. qua loca amet 628. b.
Alburnorum duorum ab authore obſeruatorum icon 629.
Alburnus Auſonij 600.b. 628.g. qui Pet. Gillio 661.e
Albus piſcis facer 85.d
Albi deſcriptio 661. d. icon 662. vtd Squalo differat. 661. d. eius apparatus 662 f. carnis qualitas 662.f. non vbiq; reperiri 661.e
Alec quid 223.a. quid Horatio 223.b. 293 d
Alec & Alecula Gaza 223.a
Alecula Columella qua 233.b
Alex ex Alece 223.b
Alga maris theriaca dicta 41.b
Alimenta ex quibus cibis copioſiora. 127.d. 128.d
ad Alopeciam remedium 475.b
Aloſa carnis qualitas 502.b. apparatus 502.b. cantu delectatur 502.c. eam capiendi ratio 502.f. g. deſcriptio & icon 500. natura, mores. 502. e. non eſſe Lupum 490. b. 499. b. quando gratiores 503. a. quo tempore in fluminibus degas 500. g. tonitrua timet 502.e. Thriſſam eſſe 499. vbi meliores 500.b. vites eſſe 502.b. vt ab Harengis differant 295.b
Alpheſtis hiſtoria 66. b. icones 69. deſcriptiones ibid.
ad Alum emolliendam remedium 100. f. 199 d. 216 b. 423.a
ad Alui profluuia remedium 475.b.
Amantibus vt Scarus ſimilis 12.b
Amia capta, vt ſe liberet 329.b. eius cibus 328. g. deſcriptio 327. b. earum cum beluis pugna 328.g. cum delphinis 328. g. de ea diuerſa ſententia. 327.c. inuicem ſe amant 328. g. apparatus 329. c. magnum piſcem eſſe 327.c. qua loca amet 328. e. eius ſalubritas 329 c. vbi & quando optime 329.c. vbi multæ capiantur 328 f vnde dicta 327.a. vſus in cibis. 329.b
Amiæ Rondel. deſcriptio 327.d
Amiæ Saluiani 302.b
Amiæ veterum an ſit Romanorum Lachia 327.e
Amicitiæ exemplum 341.a
Ammodites ſerpens 252.b
Amoris ſimulacrum 714.f
Amphybia quæ dicenda 1.c
Anchorago qui Caſſiodoro 482.f. 652.f
Ancluda qui piſcis barbaris 214 g
ad Anginam remedium 226.f
Anguilla an ſalubres 551.b. an ſimpliciter ex putredine generetur 547. a. an in mari etiam naſcatur 545.d. an Homerus ex piſcium genere eam excluſerit 548 e eius apparatus 551.a aquam puram amat 547. c. eius caput & cauda cur abſcindantur 551. c. eam cauda tenere quid 550.f. eius cibus 547.c. eius colitioni cur beta addatur 551.c. cur nympha innupta dicta 547.b. cur Iouis filia dicta 546 e cur prophana dicta 550.b. cur Danubius & fluuij in eum influentes ea careant 545.a. cur ſale cõdiatur 551 d. cur praui ſucci 551.e. cur inuicem glomerentur. 546 b. cur non ſuperfluitent mortuæ. 548. f. eius deſcriptio & icon 543.b. 544 demorata vi na reddita 552.b. equis per annum cur indita 548.b. ex equo mortuo generati 547.a. duo genera eſſe 543.b eam folio ficulneo tenere quid 550.g. frigoris impatiens eſt 549.a. ei hoſtes qui 549.b. ingenium 549. b. interdiu quieſcere. 548. e. laudatiſſimum piſcem eſſe 551.a. de ea lex Sybaritarum 551.b. Lubricitatis eius frænum 550. f. marina quæ dicenda 545.d non in omni dulci aqua reperiri 545. a. de ea proverbia. 550. f. quando in piſcinas tranſferenda. 547. d. quando numeroſiùs capientur. 547. d. quibus ſint noxiæ 551. c. quot annis viuant. 549. a. regia qua dicta. 545. b. qua ſacra 549. b. ſeparatim ab alijs piſcib. degunt 548. e ſexu carere 546. ſolum non ferunt 548.b. extra terræ 545.c. ex ijs torta.




Digitized by Google

# INDEX.


552.e.vbi & quando copioſiſſimè capiantur.549.c. eam venari qui dicãtur.550 g vinacitatis eius ratio.549 a.vnde dicta 542 b vſus in medicina 552. f. vt ex inteſtinis terra naſcantur. 546. f. vt tonitru timeant. 549.a. vt generentur 580. b

*Anguilla apyrenos qua* 538.e.f

*Anguilla de Arena.* 252.b

*Anguilla Copaa.* 538.e

*Anguilla marina.* 348.b

*Angues Africani* 343.d

*Animalia vilia eſſe contẽplanda* 206.g.

*Antaceus* 532. b. qui 564. e. vt capiatur 535.a.

*Antaceus Boryſthenis* vt à *Sturione* differat 564 f eius icon ex Rondeletio.564.

*Antaeus Herodoti* 565.c

*Antaei ſtellaris hiſtoria & icon.* 564. 565.

*Anthias* an antiquis omnibus idem. 85. c. vſus in diſſecanda linea 93 d eius cum beluis antipathia 93.c. capiendi ratio 94 e. cur lycus dictus 86.c. cur ſacer piſcis dictus 85.b. dentibus cavere 86. g eius fellis & adipis vſus 95 b. gaudet ſtrepitu 94. e. eius robur. ibid. luget ſuam mortem. 93. d. quæ loca amet. 93. c. quatuor genera eorumque differentiæ 86. g. eius ſynonyma & etymum.85.a.eius in ſuos amor 93 d.94.e.voracitas 93.c.vſus in cibis & medicina 95. a

*Anthias Ariſtotelis eſt tertius Oppiani* 87 b

*Anthiarum authoris deſcriptio* 87.d 93 a *Icones* 88 89 90 91. 92

*Anthiæ Belloniſ.* 302 f.

*Anthias Rondeletij cur improbet author* 86. g. eius prior forte eſt mulli imberbis ſpecies 86 b.alter ſpecies eſt *Aſelli*; tertius *Turdi* 87. a. quartus *ſpari* 87. d

*Anthiæ tertij Rondelet. deſcriptio* 20. f. *icon.* 21.

*de Anthia quarto Rondel iudicium* 87. d.

*Anthias quartus cur Aulops & Eulops dictus* 87.a

*Antipharmaci duo genera* 198. g. b.

*Anthracides piſces qui* 223.

*Anthropophagus.* 612.f

*Aper cur ſic dictus* 297.b. *Vide Caper.*

*Apri Rondel deſcriptio & icon* 297. e.

*Aphyarum carnis qualitas* 210. g. apparatus ibid capiendi ratio 209.c.cibus 208. f. genera earum & vt inuicem differant 208 e cur viles 209 c. earum generalis deſcriptio.208. e.gregales eſſe 208. f. hiſtoriam earum nõ eſſe negligendam 206. g. bonos earũ de quibus dicatur. 210. b.earum imberillitas. 208. f. ex rapis confictæ. 211.e earũ natatus 208 f.omnium originem eſſe ex putredine 209. b.de ijs prouerbia 210. b quæ loca ament 208.f.quibus ſacræ 211. b.vnde dicta 206.b. vſus in cibis 209 c. vt generentur 208. 209

*Aphyæ* verę deſcriptio & icon 211.eius ſynonyma 211.c.

*Aphyæ Cobitis deſcriptio.* 213 d icon 211 ſynonyma 213. b.ortus ibid.

*Aphya cobitis Rondel.* 213.c.

*Aphya cobitis* quę *Bellonio* 213.b.

*Aphya Gobionaria.* 213.b

*Aphya Mænidum* 216. e

*Aphya Phalerica* vnde dicta. 212. e. eius deſcriptio & icon 212 f. g.

*Aphyæ pingues* quę *Græcis* 212. f.

*Aphya Triglitis* 216 e.quę *Bell.* 211.d

*Aplua* vnde dicta 207.b 211.d

*Apua ſalita Saperda dicta.*70.f. *Vide Aphya.*

*Apolectus* quando *Thunnus* dicatur. 308 b

*Apolectti Senatores* 309.a

*Apyrenus fructus* qui 538. c

*Aqua piſcibus propria* 1. d

*Aquatilium ſanguineorum genera* 1.c.

*Aquila putata deſcriptio* 434. b 435. a.& inde.eius caudæ icon 436. *Paſſinacæ ſpeciem eſſe* 434.b.

*Aquilæ aſtus in venatione* 441. a caro eius qualis. 441. b duæ eius ſpecies ſecundum authorem 434 b.

*Aquila antiquorum* 460. g

*Aquila authoris prior* 438.

*Aquila Bellonij* 415.417.

*Aquila duorum radiorum* 439. 440.

*Aquipenſer* 524.b

*Aquo* 220.e.665. d. vnde dictus.ibid.

*Aranea Ariſtoteli* 225.b

*Aranea Iſidori* 255 b

*Araneus piſcis* 255.b

*Araneorũ ab authore obſeruatorũ deſcriptiones* 257.b icones 258. 259.260.

*Arbor piſcis* 153.b

*Arguti typus* 422.f

*Aries qui Bellonio* 288 e

*Aritta. Ariſtula* 218.b.

*Arionis hiſtoria* 717. a

*Ariſtoſus piſcis* 500 e

*Ariſtoteles correctus* 101.b.113.a.125 c 154.d 172.a.178 b 179.a. 220.e 366 f.416.f 444 b.445.a c.446 f. 468 g.473.b. deſectus 442. g.eius locus animaduerſ° 4.g.explicat°.198 e

*Arnoglossi laevis deſcriptio* 236. f. icon. 237.

*ad Arquatum remedium.* 648.e

*ad Articulorum dolores* 404. g.414 b. 423.b 531.c.

*Aſcolopax. Vide Scolopax.*

*Aſelli caro qualis* 283.c. apparatus. ibid.cur ſic dictus 281. d.eius genera & differẽtiæ.282.e. deſcriptio & icõ 282 locus,natura,mores 283 a eius ietcur quale 283.c.eius nominis latitudo 281.c. quomodo inuicẽ differant. 291.d.vnde dictus 283 b.vſus in cibis 283.c.vt piſcib. inſidietur 283.a.

*Aſellus carbonarius* 289.d.

*Aſellus minor. Vide Callaria minoris alterius hiſtoria* 287. e.

*Aſelli nigri hiſtoria* 289.d

*Aſelli varij hiſtoria.* 288.g

*Aſilus cur ſub pinna thunni hæreat.* 320 f eius deſcriptio 329 d

*Aſinus. Vide Aſellus.*

*Aſparagus* 180.181.

*de Aſparagis adagium* 210.b

*Aſpe piſciculus* vnde dictus. 615. e. eius hiſtoria & icon. ibid.

*Aſpratilis piſcis* qui 33 b. 625.b.

*Aſpredo piſcis* 625.b

*Aſterias Bellonij* 391.c

*Athena cur pingues dicta* 209. c

*Athenæi incuria* 103. c. eius locus animadverſus 3.d. 95.b. 103.a. 587.d. correctus 56.60.g.75. d. 152.e.159 c.d.165.b.170.a.180.f.227.c.230 f 282.f.309 c.312.g 328.e.396.g. 507 c.636.e.

ex *Atherinis garum* 217. c. vnde dicta. 216. b. locus. natura. mores. 218.e. quando pariat.218.e. vſus in cibis & medicina 218.f

*Atherina Bell deſcriptio & icon.*217.d

*Atherine Rondel.* carnis qualitas 318 f deſcriptio & icon 217. b

*Atricilla* 62 e

*Attagenus Athenæi* qui 31. d.

*ab Attilo cur inter fluuiatiles exordium* 562.g eius deſcriptio 562. icon 563. non eſſe ſturionem 517. d.in Padotãum eſt. 562.g. ab eo vt differat ichthyocolla 566. e. vt capiatur 563. d. vt a Sturione differat 562 b

*ad Auditus grauitatem remedium* 267. a.596.f.

*Aulopis* captura 94 g. eius cum Thunni pugna 87. b

*Aulopias Oppiani, Aeliani & Ariſtotelis eſſe* non eſſe. 87 b

*Auguſti dictum* 712.d

*Aurata an luminet* 171.c eius apparatus.172.e f.carnis laus 171.d.cibus. 171.c. cur ſacer piſcis dicta 171 d. eius deſcriptio 169 d.icon 171. de ea differiũ 172.c.dulces aquas fert 171 b frigore laditur.171.c. timor eius exitialis 172 b. quæ meliores 172.f.quæ loca incolat. 171. a. ex ea quale nutrimentũ 172 e. quãdo lateat 171.c. ſacer piſcis dicta 65 d. eius timiditas 171.c.vbi melior 172. e. vbi pariat. 171 c vũ dicta 169 vt capiat 172.b

*Auratæ alterius deſcriptio,& icon* 170

*Aurata fluuiatilis* 171.b 625.a

*ad Auriũ vitia remediũ* 274 c. *ad earũ dolores.*552. g.*ad earũ vermes* 596.f

*Auxuma.* 308.e. (648.f

*Azeminum* 324.e

## B

*Bacchus* 282.e.505.b.qui ſit. 506. e.cur ſic dictus 505.d.cur Callarijs præferatur 283.c.

*Balbus* 597.c.

*Balæna an Gladium timeat* 678. b.eius amor in ſobolem 678.b. cur porcus mari-

*marinus dicta* 515.b. *eius carnis qualitas* 688. c. *eius costa & vertebra icon* 624. *descriptio* 676. e. 677. a. *eius hostes qui* 678.b. *cum Orca pugna* 699.b. *pinna & virgula equisonis ex ea facta icon* 683 *qua loca amet* 678. g. *quot pariat* 678. g. *ex eius vertebra cyphi icon.* 685. *eam ipsi met gladius & vt se defendat.* 335. c. *vnde dicta* 675. d. *vbi Thunnis insidietur* 321. b. *vsus in cibis* 688. e. *vt dormiat* 678. g. *vt non noceat* 678. b

**Balænarum** *authoris descriptio.* 678. a *icones* 680. 681.

**Balæna** *Bellon. descriptio & icon* 676.

**Balæna** *Gesneri descriptio* 677. c. *icon.* 679

**Balæna** *monstrosa descriptio* 680. f. *icon* 682

**Balæna** *Rondel. descriptio & icon* 677.

**Balæna** *vulgi historia* 788 f. *vt capiatur* 674. g.

**Balleri** *Arist. historia & icon* 645.

**Bambela** *descriptio* 629. c

**Banchus** 282. f. 505. d

**Barbellus** 597. c

**Barbo** 597. c

**Barbarus.** *ibid.*

**Barbota.** *ibid.*

**Barbota** *Gallorum historia* 575. c. *icon* 576.

**Barbulus** 597 c

**Barbi** *amicitia cum Squalis* 599 a. *apparatus ibid. cibus.* 598 b. *descriptio.* 597. d. *icon* 598, *fluviatilem esse dicendum* 598. b. *vilè piscem esse* 599. b. *frigus timet* 598. b *vt à Mugilibus, et Squalis differat* 597. d. *ova sua custodit* 598. g. *ova eius an venenata* 599. c. *an semper venenata. ibid. ex eorũ esu symptomata* 599. c. *eius partus* 599. a. *qua loca amet* 598. g. *quãdo & vbi meliores* 599. b

**Barbus marinus** 121. b

**Basiliscus** *Oppiani* 115. d

**Batus** *rotundus* 479. e

**Batosa** 116. e

**Belua** *marina qua* 669. d

**Berellus.** 701. b

**Berniclarum** *animum ostus* 546. g.

**Bezolę** *historia & icon.* 658. f

**Bipula.** *Vide Bezola.*

**Blepsias.** 506 b.

**Blenni** *apparatus* 204. g. *carnis qualitas ibid. cineris vis. ibidem descriptio* 203. *icon ibid. locus, natura, mores.* 204. f. *de eo prouerbia* 204. b. *rerus piscis est* 204. f. *victus* 204. g. *vilis est. ibid. vndedictus* 203. a

**Blicca** 513. a

**Boar** 229 d. *cui sacer.* 78. f.

**Bocas** 721. g

**Bogyri** *Bellonij icon* 232.

**Bogyrus** *Ouidij* 230 b.

**Boopis** *carnis qualitas* 230. f. *cur mercurio sacer.* 229 d. *descriptio ex Rõd.* 230. e. *icon* 331. *ex Bellonio* 230. *icon* 231. *laudatos pisces fuisse* 230. f. g. *quot sint genera.* 230. e *vsus in cibis & medicina* 230 f. *vt à Mœna distinguatur* 231. f.

**Boopis** *peregrina descriptio* 230. g. *icon* 231.

**Boopis rara** *Rondel. historia* 280. e

**Bos** *tarditatis typus* 712. e

**Bos** *piscis* 188. e 198. e. *Aristotelis.* 728. g

**Boues** *qui pisces dicantur* 453. d.

**Bouis** *duo genera* 454 g. *eius mira latitudo.* 454. g. *natura & partus* 455 a *planum piscem esse* 454 f. 379. d *quę loca amet* 455. a. *vsus in cibis* 455. b *vt piscatoris manus exudet* 459 b *vt bouinum suffocet.* 455. a

**Bouis** *maioris descriptio* 454 g

**Bos marinus** 722. g

**Bones marini quadrupedes** *vbi* 454. e

**Bos sacer.** 85. d

**Botatrissa.** *Vide Mustela fluviatilis & Lacustris.*

**Botryon** *quid* 275 d

**Botulus** 613. d

**Box** 127 b. 712. g. *vndedicta* 229. d. *Vide Boops*

**Box alba** 227. b

**Branchię** *piscibus proprię* 1. e

**Bremma marina** 186 e

**Bronchus** *piscis* 348. f

**Bubali** *stoliditas* 82. g

**Bubulca** *Bellonij descriptio* 619. d

**Bucephalus** 613 d

**Bulbulus** *piscis* 635. e

**Bulbus** *piscis* 203. d

## C

**C**Acalo *vulgo* 169. c

*Cadaucra cur superfluitans* 548. f.

**Cæcilia** *marina* 104 f

**Cæcilię** *serpentis partus* 105. a

**Cana** *Hecates qua* 129. d

**Cagnza** 694

*ad Calculos terendos remedium* 100. e 204. g 498. f 617. b. 634. g

**Callaria** 282. e *eius carnis qualitas* 287 a. b. *apparatus* 287. b *eius descriptio.* 284. g. *icon* 285. *alterius ab authore obseruati* 286. 287 *cibus* 287. a *quibus locis gaudeat.* 287. a. *vt capiatur. ibid.*

**Callarias** *Bellon qui* 290. e

**Callarias** *Saluiani* 291. b

**Callionymus** 192. f. *aquinocatio* 264 g *cur psammodites dictus* 252. b. *Vide Pranoscopus.*

**Callichthys** *Arist.* 192. g *sui generis piscis est Aristoteli* 86 g

**Callichthys** *Bellon. icon.* 195. *descriptio* 194.

**Calnaria marina** 553. b

**Canadellę** *descriptio* 55. *icon* 56

**Canicula** *Gaza* 379. c

**Canicula** *Plinij* 379. c. 719 e. *Carcharia eandem esse* 379. d. *ei vt Tussio similis dictus* 719. e

**Canicula** *Saxatilis Rondel.* 391. b

*ad Canis rabidi morsum* 324 g

**Canes** *qui dicendi & cur* 373. c

**Canis** *à natandi subeat* 386. e *cur Carcharius dictus.* 380. e. *eius natatus.* 386 g *pugna cum venantibus* 386 f. *qua loca amet* 386. e. *qui sit Aeliano & Oppiano.* 373 a, *vt prædam adoriatur* 366. e

**Canis** *Arist. qui.* 379. a *eius descriptio.* 381. d. *icon* 383.

**Canis** *galeus an gregalis* 389. b. *eius descriptio* 387. d *icon* 388. *eius carnis qualitas & appetitus* 389. c. *ova eius qualia* 389. b. *quæ loca amet* 389 b.

**Canis marinus** *Solini, & Marcellini.* 380 e.

**Canis minor** *Arist. qui* 379. c

**Canis pinguis** 396. e 532. e

**Cantharus** *piscis* 553. b. *eius amor & zelotypia* 187 b *carnis qualitas.* 187 d. *apparatus ibid. capiendi ratio* 187. e. *cibus* 187. b *descriptio* 186. f. *icon. ibid. alia ex Gesnero. ibid. quæ loca amet.* 187. b. *vnde dictus.* 185. d. 186 e *cui sit sacer.* 78. f.

**Cantharus** *Græcorum qui Bell.* 149. c.

**Capri** *caro qualis* 517. b *eius descriptio* 515. d *icon* 516 *natura, mores* 517. a. *vsus in cibis* 517. a. *Porco Nilatico an idem.* 514 f

*ad Capillos augendos* 475. b. *reflituendos* 552. g.

**Capito** *Gazę* 504. b

*Capitonem non esse Orphum* 158 e

**Capitonis** *anadromi historia, & icon.* 513

**Capito** *Ausonij vnde dictus* 600. f *Vide Squalus.*

**Capitonis** *fluviatilis carulei historia & icon* 603

**Capito** *fluviatilis minor. Vide Squalus minor.*

**Capitonis** *fluviatilis subrubri historia & icon* 605.

**Capitonis** *fix. rupacis historia & icon.* 604

**Capito** *lacustris Gesneri. Vide Albus Saluiani.*

**Capito** *quorundam* 613 d

**Capito** *qui Ciceroni & Planto* 504 g

**Caprarum & Sargorum** *amor* 178. e

**Caprus & Capriscus** *Rondeletio sunt diuersi* 297. a

**Captiuitatis** *declinatoris hieroglyphicum.* 10. g

*ad Capitis dolores.* 420. g 423. a 498 f. 648. e

*ad Carbunculos* 95. b. 129. c.

**Carcharia** *carnis qualitas* 386. b. *apparatus* 387. a. *eius descriptio.* 380. b. 381. a *icon.* 383. *altera ad scelerum effigia.* 384. *alia* 385. *alia* 388. *rictus eius icon* 381. *alia* 382. *piscem esse, non cetum.* 380. b




Digitized by Google

# INDEX.


Carcharias Theophrasti qui. 379. f
Carcharus Columella. 380. f
ad Cariem. 226. g
Carpa Cassiodoro qua. 634. d
Carpionis apparatus. 655. d. cibus. 655. e. nobilitas. ibid. spinã habet in capite pernitiosã 655. d. vnde dictus. 655. a
Carpionis ab aliis diuersi icon. 656.
Carpio Trutta lacustri similis. 655. c
Cartilago qua medullam habet & qua non. 372. f
Cartilaginei pisces qui. 233. b. 372. g. cur sic dicti. 372. e. amor eorum in fœtus. 377. a. eorũ branchiæ. 374. e. carnis qualitas. 374. f. coitus. 374. b. cur sæpius coeant & pariant. 374. b. differentia eorum à sexu. 373. d, à loco. 374. g. à partu 375. b. duplex eorum genus. 372. b. esus eorũ quibus vtilis 378. g. motus. 374. e. non omnes esse asperos. 373. d. omnes ex rapto viuere 376. b. oris situs 373. d partus. 233. a. qui fœtus intro recipiunt & qui non 376. b. quando lateant. 376. b sale asservari solent 378. g feminis eorum inopia. 374. b spina eorũ qualis. 373. f. vipera modo pariunt, 375. a. vnius eorum qualis. 374. f
Castus pisc is 264. g.
Catillo cur lupus dictus. 490. f.
Catillones qui. 494. f
Catulorũ carnis qualitas. 391. d. descriptio, ibid. a. ova qualia 375. d. maior & minor vt inuicem differant. 391. b
Catuli maioris & minoris Saluiani icon. 390.
Cetus piscis. 391. a
Cauda muris. 424. b
Cauiarij apparatus. 531. a. duo genera. 531. b. vnde ad nos perferantur. 520. c. rubrum vnde. 639. b
Caulium quid. 44. g
Celerini nomine duo pisces. 120. f
Celtis piscis. 471. d
Centrina carnis qualitas. 404. g. descriptio & icon. 401. partus. 404. e. qua loca amet. 404. e
Centrina quibusdam. 302. b. qui Oppiano & Aeliano. 373. a qui Aeliano. 400. g. raro capitur. 404. c. venenosam esse. ibid. f. vnde dictus. 400. g. vt capiatur. 404. g
Centrina alia. 402. 403.
Centrisci ortus. 580. b
ad Cephalalgiam 95. b
Cephalus qui Archippo. 505. b. quid Galeno. 504. g. quid Aristot. ibid. b. vnde dictus. 504. b
Cephalus lacustris 658. f
Cephalinus. 506 b
Cephi cur Thynnos sequantur, 311. b
Cerastes serpens vt aues venetur. 469. a
Cercyrus Ouidij. 230. b
Cevis Athen. eiusq; vsus & historia. 23. d
Cerua recentiorũ. 217. a. Bellon. qua. 624. b.
Cerua Gaza. 157. d
Cerebis. 77. a
Cerrus Gaza. 227. d
Cestra vnde dicta. 100. b
Cestra piscis. 504. f
Cestreus quid Aristot. & aliis. 504. e. f. g. vnde dictus. ibid. f
Cetorum apparatus. 675. b. in eis auditus organum. 670. b. caro cui similis. 674. b. cur belua marina dicantur, 669. d cur bebeti sint visu. 341. a. 673. c. cur duce egeant. 341. a. cur pulmonẽ habeant. 670 f. cur sint magni. 673. e. cur tantopere pinguescãt. 672. b. descriptio generalis, eorumq; partiũ enumeratio. 670. 671. eorum esca. 673. c. dentis icon. 687. Harẽgis delectari. 672. b mos & natatio. 672 b odore picis delectari. 672. b. essiũ & costarũ vsus. 671. b. eorũ pinguedo. 671. a qua Arist. dicantur. 1. d. 380. b. qui Plauto, 669. c. dicuntur magni pisces. 669. c. quæ loca amant. 672. f. strepitus oderũt. 673. a. vbi maiores. 672 f eorum visus & auditus, 673. a voracitas, 673. b. vt capiantur. 673. a 674. vt generent. 672. g. vt à piscibus differant. 669. c. 1. c. d
Cetorũ ducis descriptio. 341. d. icõ. 342.
Cetaria quid. 323. c
Chalcis. 514. f. non vnius piscis nomen est. 220. e. quoties pariat. 572, a
Chalcis Aristot. 109. b qua Rond. 666. e
Chalcis Bellonij 213. a. 666. e
Channas capiendi ratio. 55. b. descriptio. 52. b 53. icon ibid. omnes sunt fœmina 54. b. saxatiles esse. 53. d. vnde dicta 52 f. vt à Perca differat 52 b. vsus in cibis. 55. c hoc nomine quot pisces intelligantur. 53. e
Channadella descriptio. 55. d icon 56.
Chelidonias cur sic dictus. 309. d qui & quando Thunnus dicatur. 309. b
Chelon. 505, a
Cheluda Cretensis. 159. a
Chondrus quid. 199. b
Chremes. 167. b
Chromidis auditus & vox. 168. b. cur immunda dicta Ouidio. 168. b. eius natura, mores. 168. b qua loca amet. 168. g. vbi melior. 169, a. vnde dictus 167. c. vsus in cibis 168. b
Chromis Bellonij examinata. 80. e. eius descriptio & icon. 168. f
Chromidis Rondel. descriptio. 167. d. icon. 168.
Chrysendetum quid. 119. b
Chrysopleurus. 188. f.
Chysos piscis. 169. b
Ciclas piscis qui. 14. g
ad Cimices pellendos. 566. B
Cinadi caro qualis. 69. d. cur sic dictus. 67. a. eius descriptio ex Bellonio & Rond. 67. c. icon. ibid.
Cinadia gemma. 185. d
Cirrhus color qualis. 67. d
Citharoedus. 240. g.
Citharus Apollini sacer. 185. d. eius cor-
nis qualitas. 241. d. cui sacer 78. f. 241. d non est Lyra. 146 f. icon. 240. vnde dictus. 240. g
Citharus Archestrati. 241. b
Cithari flani & asperi descriptio & icon 241. b c
Cithar' Galeni. 233. c qui. 240. b. 252. g
Citta sive Cissa cui sacra. 78. g. 109. b
Citulum Baccho non esse sacrum. 109. b
Clarias. 282. c
Claria fluuiatilis Bellonij. 574. c
Clani caligares. 664 g
Clidium & cervix vt differant. 218. b
Clupea an Alose eadem. 499 b
Clupea Araris fluuij. 499. b.
Clupea Barbari icon. 501.
Clupea Tyberina icon. 501.
Cobidaria, 96. f.
Cobidia. ibid.
Cobio. 95. d
Cobitidis aculeata descriptio. 617. e. icõ. ibid. quæ loca amet. ibid. d. cibus. partus, vt capiatur, vbi & quando melior, carnis qualitas. ibidem.
Cobitidis Barbatulæ descriptio 618. icõ. ibid. caro eius qualis 619 a. salubritas. 619 a. vnde sic dicta. 618. e. quãdo & vbi capiatur. 618. b. quo loco gaudeat. ibid. vsus in cibis. 619. a
Cobitidis fluuiatilis historia. 616. g. icon. 731.
Cobites oxyrinchos. 617. b
Cocorum pretia 1194
Colias vnde dictus. 274. g. Vide Lacertus.
ad Colicum dolorem. 83. d. 552. g
Colla ex Sturione. 531. c
Collanus 565. c
Color sulphureus. 270 f
Columellæ locus restituitus. 9. c. 602. f
Columba marina. 553. a
Columbus marinus ibid.
in Comedentẽ parum prouerbiũ. 529. a
Concubitus alienigenarum appetentiæ hieroglyphicon. 364 c
ad Condilomata. 324. b
Conger sive Congrus. 348. c amissa cauda nõ moritur. 351. a. apparatus. 352 g. assi laus. 352 f. an in terram exeat. 350. g. an sit gregalis. 350. b aquæ dulci gaudet. 350 f. eius capitis encomium 352. g. carnis qualitas. 353. a cibus. 350. b. coitus. 350 f. cur anguillæ marinæ dictus. 348. b. cur superetur à locusta, 351 a. descriptio. 348. c. icon. 349. duo eius genera. 348. c. eius & Murænæ pugna. 363. d. natura, mores. 350. g. parui vbi in pretio. 354. b. quibus pugnet. 351. a. & inde qua esca facile capiatur. 114. b. qua loca amet. 350. f. quãdo fluuios subeat. 350. f. quando & cur lateat. 350. g. quibus probetur & quibus non. 352. a. vbi maximi. 350. c. vbi optimi. 351 c. vnde dictus. 348. f. eius vsus in cibis. 352. b. vt capiantur. 551. d

# INDEX.


Constantia in periculis typus. 614. g
Cõstationis celeritati cõuenit typ°. 712. e
Copsus. 565. c
Coracini antipathia cum formicis. 76. g. apparat° 76. c. capiẽdi ratio 75. c. et° descriptio. 71. b. c. differẽtiæ & genera 70. b. de eo diuersæ opiniones. 71. c. stultissimi dari 70. b. 71. a. gregalis est. 75. c. lapides in capite eius & vis. 76. f. natura, mores. 75. b. partus. 55. b. quando melior 76. c. vnde dict° 69. d. vsus in cibis 75. d. vsus in medicina. 76. e. vt Alcinuro similis. dictus. 71. c. vt amni & mari communes dicti. 70. b
Coracinus fluuiatilis an solum in Nilo. 71. b. marino in cibis præstat. 75. d
Coracini Gesneri icon. 74.
Coracinorũ Nilacorũ differentiæ 71. a
Coracini Saluiani descriptio 71. d. icon. 72. alterius descriptio. 72. b. icon. 73.
Coralcidia. 70. e
Corax differt à Coracino. 278. g
Coracis Rond. descriptio & icon 278. h
Cordylarum in gramine cibi solitam 311. b
Thunni fœtus est 307. d. in eam assumptus. 324. f. quando Thunnus dicatur. 307. e. vnde dicta. 307. d
Cordyle. 308. e
Cordyla ibi.
Cordylus. 308. e
Cordylus animal lutarium. 196. f
Coris 230. e
Corylus. 111. a
Cornuta Insula. 454. e
Cornus 611. e. eius qualitas. 274. b. vnde dicatur. 134. g. 279. a
Cornus marinus Nilotica 187. c
Corni Nili. descriptio & icon. 610.
Corous Samiorum, est Hirundo auctoris 134. c
Cornulus 69. c
Cornulus Gazæ. 274. f
Cornuli Gesneri icon. 75.
Corytelis 311. a
Cossyphus pro Turdo. 36. b
Cothus qui 95. d
Cottus qui. 203. b
Cottus Gazæ. 614. a
Cremys qui. 167. b
Crudelitatis occulta typus 364. f
Cubio. 95. b
Cuculi carnis qualitas. 139. d. apparatus ibid descriptio 138. b. icon 139. natura, mores. 139. d. vnde dictus. 138. f. ei vt similes Hirundines auctoris. 137. a
Cuculus Bellonij 134. e
Cursores pisces qui. 318. f
Cybia quæ. 312. e. f.
Cybias qui & quando Thunnus dicatur. 310. f
Cyclas piscis qui. 14. g
Cynoglossus Enchrasicholi, cinsq; descriptio 238. f. icon. 237.
Cynosema. 227. c
Cypri ex Balæna vertebra icon. 685.
Cyprini æstus. 638. h. cerotius qualis. 639. a. apparatus. 639. b. eius caput cur cõmendetur. 639. b. cibus. 638. b. descriptio. 634. d. 635. e. icon. 637. longæuũ esse 638. b. mas an fœmina partura adiuuet. 658. g. natura, mores. 638. b. ova sua custodit 638. f. quæ loca amet. 637. a. qui & quando meliores. 639. a. quoties pariat. 678. e. semen eius qualc. 678. g. ipsos etiam nasci 638. f. vbi maximi. 637. d. vnde dictus. 634. b
Cyprinus claustus authoris. 665. Vide Pigus.
Cyprinus latus, 641. b. eius descriptio ib. icon 642. 643. quæ loca amet. 641. c. vsus in cibis. ibid. d
Cyprini lati alterius historia & icõ. 644
Cyprinus marinus. 169. c
Cyprini monstrosi historia. 639. d. 640. e. icon ibid.
Cyrtus cui sacer. 78. f

D

Dacolitbus. 617. b.
Dactyleus. 506. f
Danubiani piscis historia & icon. 616.
Delphinos amasios esse. 715. d. in ætati pueri sepulchro sepultus. 716. a. amicitia cum leone. 711. b. cũ Pediculo. ibid. c. amor erga prolẽ 715. b. an salientes tempestatem significẽt. 711. d. an fœtus ore accipiat. 707. b. an tacta terra moriatur. 706. b. an sit in eorum corpore, vt pingi solet. 702. e. an Balænæ sit comes 715. f. aquas dulces intrat. 705. c. d. cãtu & musica delectari. 709. f. eu cauda ligare quid 718. g. ex cetis esse 701. c. eius comites quæ anes. 706. e. coniugati eunt. 707. c. cur Neptuno sacer. 712. b. cur Bacchо. 713. b. cur in terram feratur. 706. b. cur sacri pisces dicti 712. b. cur multum vivat. 710. e. cur adulator dictus 709. b. cur frater & amicus hominis dictus. 709. b. cur ab hominibus non occidatur. 708. f. cur porcus marinus dictus. 515. b. duo eius esse genera. 701. c. eius fletus misericordiam mouet. 709. c. eius gratitudo exẽplis explicata. 717. c. d. de eo hieroglyphica. 713. c. hominis vt homo est, amicus est. 708. e. eius icõ. 703. alia. 704. eius impetus in pisces. 706. e. inimicitia cum balæna. 711. b. cum amys, ibid. cum Pompilo. ibid. eius linguæ qualitas. 710. g. eum migrare. 705. d. mortem præsagire 707. d. mortuos sepelire. 707. d. nauticum signum est & quare. 715. b. eum natare docere quid. 718. f. nauigationis comes. 708. f. in Nilo duo genera. 705. d. non sponte ingenio sed fortuito piscatoribus auxiliari. 708. b. omnium maximum piscem esse. 705. c. ordo in natando 707. a. eius partes quæ in cibo commendatæ. 712. f. eius partus quid vulgi Græcorũ 136. f. pietas erga parentes. 705. c. præsagia 711. d. 712. e. pugna cum amys. 328. g. Pompilo denato in furori agitur. 320. g. de eo proverbia. 718. f. prudentia. 709. c. quando & quot pariat 710. f. sũ qui habuerint in insignibus. 714. b. a. quibus cõmendetur, & à quibus 710. 711. f. cum vetibus non capi. 711. c. fœtus distinctio 705. b. Simonis nomẽ agnoscunt. 709. b. eius societas cum piscatoribus. 708. g. cum Syrus oppugnet q. 715. g. voi varia 705. c. velocitas eius causa 706. f. g. vsus valet. 706. f. vt gaudia fingit. 716. e. vox 710. g. ea cur pueris comparata 711. a. vsus in medicina 712. g. vt dormiat. 707. c. vt capiatur. 711. e. vt coeat. 710. e. vt feriatur tridente. 711. c. vt à Phoca differat 701. d
Delphin amnicola. 519. a
ne Dentes insaniãt. 324. b. ad eorũ dolores. 179. b. 275. d. 387. b. 433. d
ad Dentitionem puerorum. 385. d. 712. g
in Dentices an erythrini balleãt. 166. c.
Dentis qualitas. 164. g. apparatus. ib. descriptio. 161. a. 162. icon. ibid. cum polypo pugnãt. 164. c. quæ loca amẽt. 162. b. vbi optimi. ibid. vsi pariunt. 164. f. vnde dictus. 160. g. vnde optimi iudicẽtur. 164. g. voracitas 124. f. vt Aurata similis et dijudicatu. 161. c. vt capiatur. 164. f. vt Phagro similis. 161. a
Denticis alterius ab auctore observati descriptio. 162. g. icon. 163.
Diabolus marinus. 464. g
ad Digest. nem promouendam. 498. f
Dioscoridis locus animadu. sus. 198. g
Dipsades quæ viperæ 360. e
in Discedentes publico malo. 550. g
ad Dolorem capitis. 365. d
Dolosi typus. 422. c
Dona artes dolosæ dicta. 13. a
Draconis ex ruta effecti icon 444.
Draco marinus, 354. b. carnis eius qualitas. 262. c. cibus 257. d. cur maris vastator dictus 257. c. eius descriptio 256. icon. ibid. duo eius genera esse. 256. c. cibus eius curatio. 261. 262. ex eius ictu quando pueri ulcerantur 257. d. a. fel eius venenosum est. 261. a Synaptomatis cum serpente marino. 262. natura mores. 257. c. vsus in medicina. 262. c. quæ loci timet 257. c. a serpente marino differat. 355. d. vt capiatur 257. c.
Draco marinus Plinij. 243. c. 255. d
Draco Bellonij & Rondel. examinatur. 256. f
Draco maior Saluiani qui 256. f
Draco minor vt à maiori differat 257. a
Draconis fel lapis 64. b
Draunculus Hunc secedi histrione diuersus 256. c. aut species 264.
Draunculi Rondel. descriptio & icon. 262. g. carnis qualitas. 264. c

# INDEX.


*Dromades pisces qui.* 318.*f*
*Dulcia non adstringunt.* 152.*g*
*Dyce.* 153.*a*
*ad Dysenterias.* 190.*f.* 226.*g.* 531.*g*

E

*E Chineis. Vide Remora.*
*Echinus in mugilum capite quid.* 507.*d. vnde dictus.* 355.*b*
*Elacata.* 310 *f*
*Elacathena.* 274.*f.* 310.*g. vnde dicta.* 310.*f*
*Elephas.* 198.*g*
*Ellops.* 192.*f. sic dici omnes pisces, vel saltem squamosos.* 524 *b*
*Empetrum* 113.*d*
*Empiri pisces* 587.*d*
*Enalius cetus.* 722.*g*
*Encrasicholi apparatus.* 215 *g. vt saliantur. ibid. descriptio & icon.* 214. *b ingenium.* 215.*a. qua loca amet.* 215.*a, quando capiatur. & quomodo.* 215.*d. vnde dictus* 214.*e vsus in cibis.* 215.*c. vt generentur. ibid.*
*Encraulus qui Theodoro.* 214.*f*
*Engraulis* 214.*f*
*Epsis piscis.* 369.*b*
*Epelani fluuiatilis historia* 629. *icon.* 630.
*Eperlani Rond. descriptio & icon.* 536. *vnde dictus.* 535.*d*
*Equorum Iberorum velocitas.* 706 *g*
*Equiselis Gaza.* 305.*b. Vide Hippurus.*
*Erithmus.* 220 *f.*
*Erythrinus.* 146 *f.* 152 *b. an in Dentisem abeat.* 156.*e. an etiam fluuiatilis,* 153.*d. carnis qualitas* 156.*e. apparatus ibid f.g. cibus.* 155.*g. cur æstate capiatur.* 154.*g cur edi noluerit Pythagoras.* 156. *g, descriptio.* 153.*c. icon.* 154. *eorum esus quibus prosit.* 156.*f. qua loca amet.* 153.*d. quando pariat,* 156.*e quãdo & quomodo sapidior.* 156 *f quibus similis.* 153.*c. sexus, partus.* 355.*a, omnes fœminas esse. ibid.*
*Esarum incipiẽ Isidorus vocauit Scarum.* 4.*e*
*Eschurus.* 136. *e*
*Esox.* 565.*d, vnde dictus.* 482 *f* 630 *g. qui Agricolæ, & qui Gesnero.* 483. *f. Lucius est* 630.*g*
*Eustathij error.* 196.*c, ad Ex. unthemata.* 95.*b*
*Exdorsuare quid* 352 *g*
*Exocœtus cur in sicco viuat.* 98 *f eius descriptio* 77.*b ex Rondel. ibid c. icon ibid vnde dictus* 76.*b eius vsus in sacris.* 78.*f.*
*Exocœtus siue Adonis Bellonij.* 114.*b.* 115.*a. icon ibid.*
*Exormistos.* 538 *f.*
*Exos* 565.*d*
*Exos Cardani* 535.*c.*
*Exox qui Alberto.* 533.*a*


F


*F Aber an sit Citharus.* 109.*c. eius carnis & succi qualitas* 113. *c. apparatus ibid cur sic dictus.* 110 *b. cur Zeus siue Iupiter dicatur.* 110. *b. cur rarum vocet Ouidius.* 110.*g. descriptio.* 111.*b. icon.* 112. *eundem cum Chalceo esse.* 109.*d. nobilem piscem esse.* 113.*c. non esse Chalcidem.* 109.*b non esse Acanthiam. ibid qua loca amet.* 113.*a. quibus piscibus annumerandus.* 109.*a. verum esse qui à nobis pingitur.* 109.*d vbi melior.* 110.*f. vt vocetur antiquis.* 109 *b. vt natet.* 113.*b*
*Fabri lignarij typus.* 475.*c*
*Fager.* 149.*c*
*Falco marinus.* 142.*d.* 434.*g*
*Famem qui diutius tolerent.* 509.*c*
*in Famelicos prouerbium.* 512.*b*
*Fario qui Ausonio.* 481.*d. qui Bellonio & Rondeletio.* 651.*e*
*Farra vel Ferra historia & icon.* 663.
*ad Febrium calores.* 639. *c.* 648.*g. circuitus.* 712.*g*
*Felliceps piscis.* 214 *e*
*Fiatola descriptio ex Rondeletio & Bellon.* 192.*b. icon.* 193. 194. *icones examinatæ* 195.*b* 192 *g*
*Ficus piscis* 287.*c. cur sic dictus* 291 *b*
*Fidicula Gaza.* 240.*g*
*Flascopsarus.* 553.*a*
*Flesus fluuiatilis Bellonij* 242 *g*
*Flute* 181.*a.* 543 *a. cur murena sic dicta.* 354.*a, an Lampetra.* 537.*d*
*ad Fœtus retinendos.* 340. *f.*
*Fluuialis piscis historia.* 579. 580. *ortus & natura.* 580 *e*
*Frugalitas veterum* 364 *g*
*Frugi hominis typus.* 116 *c*
*Fricturæ qui pisces Romæ dicantur.* 267 *c*
*Fuca.* 41. *b*
*Fucus. ibid.*
*Fullo Aristi. & Dorionis.* 645.*d*
*Fundula.* 614 *b*
*Fundula Alberti* 618.*e*
*Fundulus* 612.*f. canosus.* 618 *b. recentiorum.* 618.*e*
*Fusanei pisces qui.* 181.*b.* 318.*f*


G


*G Ados.* 281.*e*
*Gaideropsarus Cretensis.* 390.*g.*
*Galaria* 284 *e*
*Galaxia.* 384.*e.* 373. *d.* 524.*e.* 517.*b*
*Galeni locus declaratur.* 358. *g. correctus* 605.*d*
*Galerita.* 113 *d*
*Galeum an Gladium dixerit Plinius.* 331.*e. dentium eorum vsus & vis.* 387 *b qui Oppiano & Aeliano* 373. *a* 379 *b.*
*Galeus simpliciter dictus.* 387.*d. Aeliano.* 393.*c*
*Galei vnde dicti.* 372.*b*
*Galeus prospecie Galeorum.* 379.*b*
*Galei Glauci amor erga fœtus.* 294 *f eius descriptio, & icon.* 394.
*Galeus Rhodius* 564. *b. eius historia.* 531 *d icon* 532. *Acipenseri similissimus est.* 531. *d. cur Vulpes dictus.* 532 *f*
*Gallarius. Vide Callarias.*
*Gallerida.* 282.*e*
*Gallina marina* 30.*g.* 214.*g*
*Gallus marinus.* 111.*a.* 146 *f* 138.*g.* 553 *a*
*Galli cur Delphinum habeant in insignibus.* 714.*b*
*Garcanis Auerti.* 567.*a*
*Garum quid,* 272 *b* 531.*b*
*Garus hodie qui dictus.* 227. *c*
*Garum qui piscis fuerit ignorat author.* 223.*c*
*Garum vt ex Extrasicholis fiat.* 215.*d, ex quo sale* 272. *a. ex Garo pisce* 223.*b ex Alberinis.* 217.*c. ex Scombris & multa de eo.* 272.*b.* 273.*a. & inde.*
*Garum sociorum cur sic dictum.* 273.*c*
*Gelaty mugiles.* 506 *b*
*Gerres qui.* 227.*c*
*Gibbosi piscis historia & icon.* 480.
*ad Gingivarum dolorem.* 222. *b*
*Gladij audacia & robur.* 333.*c. eum capiendi iucunda sed periculosa ratio.* 334.*f. carnis qualitas.* 334.*b. cur sic dictus.* 330. *c. cur piscatores eum timeant.* 333. *a. cur Strabonis canis vocetur* 330. *f. descriptio* 331.*b. & inde icon* 332. *docilitas.* 333. *d. insequuntur Thunnos.* 321 *c. eius ostentatio.* 333.*b a Maenis vexatur.* 225.*b.* 332. *b. eius mucronis robur.* 334.*a. pelagium esse.* 332 *e pellis eius tenuitas.* 332. *b. ex piscibus esse.* 331 *b. quando ab œstro infestetur.* 333.*d. Thunnis vt similis, vt dissimilis.* 331.*b vbi numerosius capiantur.* 332.*g. vbi melior & quando.* 334 *b. vt capiatur.* 333.*a. vt nudo hamo capiatur.* 334. *c. vt nauibus. ibid. f. vt pisces edat.* 333.*c. vt aduersus balænam se defendat.* 333.*c*
*Glanis* 514.*g. eius amor in prolem* 573. *a.* 574.*c. carnis qualitas.* 575.*a. apparatus* 575 *b canicula ortu sideratur.* 574.*e cibus & voracitas.* 575 *c, coitus & partus.* 572 *b. descriptio.* 567. 568. *in eius dorso vena venenosa* 575.*b de ea hieroglyphica.* 574. *b in homines grassari.* 573.*d. icon.* 569. 570 *alterius.* 571. *ova cur à mare custodiantur.* 573. *a. qua loca amet.* 571.*d. à Siluro differre.* 521.*e suauem piscem esse.* 575.*a. de ea varia sententia.* 567 *b.c. vnde dicta.* 563.*a vt capiatur.* 574 *f.g.*
*Glanides Rondel. & Bellony.* 567.*e*
*Glanius. Glanus. Vide Glanis.*

# INDEX.


Glaucidium 301. d
Glanciſcus qui. 301. d
Glaucus an filios in mortu in os recipiat. 304. f. capitis eius laus. 304. g. carnis qualitas. 305. a. cibus 304. e. deſcriptio. 302. icon. 303. eius eſus quibus vtilis. 305. a. quę loca amet 304. c ex quo piſcium genere. 302. e. quo tempore lateat. 304. f. eius ſimilitudo cum Vmbra 79. c. vnde dictus. 301. e. vſus in cibis. 304. g. in medicina. 305. b. vt capiatur. 304. f
Glaucum Aeliani ex Galeorum genere eſſe 394. f. eius hiſtoria. ibid.
Glauci authoris icon. 303.
Glaucus Bellonij examinatus. 80. g qui 302. eius hiſtoria. 84. e. & inde icon. ibid.
Glauci Rondeletij cur ab authore approbati. 302. f. eorũ deſcriptio. 302. f. & inde.
Glottis Ariſtot. 215. e
Gluten piſcium vnde. 565. d
Gnotidia qui piſces. 70. f.
Gobergi hiſtoria. 288 f
Gobius an ſtimulis armatus. 134. e an venenoſus. 98. c, carnis diſtinctio. 300 e. candidi nigris prætat 100 e colore variant 78. e eius comparatio ad mullum. 99. a. congelatus in patenis vbi reuiuiſcat. 98 b 580 b. ab vs cur Archeſtbon paraſitus abſtineret 99 c eorum differentiæ 96 e. Galenus litoralis facit. 98. g non omnes ſquamoſi unt 96 f olim fuiſſe in pretio 99. b partus. 99 a qua loca amet. 98. g terreſtribus fere annumeratus 98. b. tricubitales vbi 197. a. vbi optimi. 99 b. vſus in cibis 99 a. in medicina. 100 f.
Gobius albus cur ſic dictus 98 f. Bellonio qui 96 f.
Goby albi Rondel icon 77.
Gobio capitatus Vide Gobio fluuiatilis. alter.
Goby fluuiatilis cibus. 613 b caro qualis. ibid. c. icon. 612. deſcriptio. 613. a. locus natura. 613. b.
Gobij fluuiatilis alterius deſcriptio & icon 614 qua loca amet 614 b. vt capiatur. 615. a. vſus in cibis. ibid b
Gobiorum litoralium deſcriptio 78 e
Goby maioris ab authore obſeruati icon. 77.
Gobiorum marinorum deſcriptiones. 96. 97.
Gobius niger qui Rondel. 78 f. icon. 77.
Gongrus 348. e
Gonius. 95. d
Graa ſerpentes. 345 a
Gracculus 69. c
Gracculus Plinij. 274. f.
Gratitudinis typus. 271 d
Grillus piſcis. 357 e
Grundulus 618. e
Gryllus. 348. f
Gula indicium naturæ contrarij. 117. b
Gula voluptatis exitus. 118. e
in Guloſos prouerbium. 512 b
Guttures ſi piſcis hiſtoria & icon. 114. g.
Gyrinus. 464. f

H

Ad Hæmorrhoidas. 639. c. 552. g
Hæreditates captantium cane. 117. b
Halec quid. 293. d
Helecula Bellon. 214. e
Hamio. 327. a
Hamis duobus modis fit piſcatio. 177. d.
Harengi carnis qualitas. 296 e. apparatus. ibid. ab Aloſa vt differat. 295. b eis delectari cetos. 672. b. eius deſcriptio. 293. d 294. e. icon. ibid. gregales ſunt. 295. c. muria conditur. 296 e natura mores. 294. b non eſt Alec. 223. f. non viuit ex ſolo aqua. 295. c. Oceani ſed non ſolius piſcem eſſe. 295 a. qua loca amet. 295. a quando & quomodo capiatur. 295. c. ex eis quem quaſtum faciunt Hollandi. 295. d ex quo piſcium ſint genere. 293 d. ſola aqua viuit. 294 e
Harengus albus. 296. e
Harengus fumo exiccatus. 296 e
Harengi minoris icon. 294.
Hercagus niger. 296. e
Hecata Magnam vocem quid. 227. a
Helacatene 320. e
Helleuonis typus. 574 b
Hemerotactus. 264. g
Ad Hemicraniam. 498. f
Ad Hepatis duritiam. 404. g. 475. b
Hepar piſcis. 56. b
Hepati caro qualis. 61. c. deſcriptio. 56. 57. b. icon 57. 58. 59. 60. eius hepatis & fellis facultas. 61. d. mores. 61. b qua loca incolat. 61. a. ſolitarium eſſe 60. g. vt cito concoquatur. 61. c
Hepatus Aeliani. 60. b. 61 a
Hepſetus. 213. c. ab Apua. cobite differt. 205. b. eius deſcriptio & icon. 216 f
Heropbidia. 104. f
Hiatula piſcis. 52. f.
Hinnulus. 389. d
Hippogloſſi deſcriptio. 536. g. alterius. ibid. icon. 238.
Hippurea 305. e
Hippurus muſea genus. 591. c
Hippurum capienai ratio. 306. g. vbi melior. ibid. f. victus & mores. ibid. vnde dictus. 305. b. vſus in cibis. 306 b
Hippurus Rondel. 302. f. eius deſcriptio. 305. d. icon. 306.
Hirundines maxima pro Lampetris. 537. d.
Hirundo an duos habeat ſtimulos. 134. e. cur & quando volet. 137. d. cur extra aquam viuat. 78. f. marinam ſanctum eſſe. 137. c natus, mores. 137. qua antiquis. 133. c. quo cibo vtatur. 137. c. vſus in cibis 138. e
Hirundo authoris 134 e prioris icon. 135. deſcriptio 137 a alterius. 136. deſcriptio. 137. b. vt Cuculo ſimiles & diſſimiles. 137 a.
Hirundo Bellonij & Saluiani, non eſt Hirundo veterum. 133 d. eſt mugil alatus Rondel. 134.
Hirundo Plinij conſideratur. 140 f. diuerſa eſt ab Hirundine Græcorum. 134. f eius deſcriptio 144 c icon. ibid locus, natura mores. 144 b. vſus in cibis, ibid ſynonyma. 143. d.
Hirundo Rondeletij. 133. c. non eſſe hirundinem veterum. ibid. d
Hirundo veterum examinatur 133. e
Hircus 503. d. 77 b. Athenæi qui Rondeletio 98 f
Ariſtotelis. 225. e
Hiſtrix. 556. b
Horæ quæ. 312. e
Holoſtei Bellonij hiſtoria. 559. icon. 560.
Huſonis deſcriptio 533 b. icon. 534. marinum piſcem eſſe. 534. e. Sturionem timet. 535. d. qui Bellonio. 533 b ſynonyma 533. b. timidum eſſe. 534 e. vbi capiatur 534 e. vino inebriari. 535. c. vſus in cibis. 535. e. vnde dictus. 532. b. vt & quando olim caperetur. 535. a
Hyæna. 400 g. 567. c. 514. g.
Hycca. 153. a. 515. b. ſacer piſcis dictus. 85. d. non eſſe Sturionem. 518 f
Hychra. 518 f
ad Hydropem. 712. g
Hydrus. 343. e
Hydri marini maximi. 345. a. vt à ſerpente marino differat. 347. a
Hyſca. 37. e. 515. b. 518. f

I

Iberus piſcis qui Horatio. 269 c
Ichthycolla carnis qualitas. 566. g. deſcriptio & icon. 566. vnde dicta. 565. b. vſus in medicina. 566 g. vt à Sturione & Attilo differa. 566. e
Ichthyocolla vnde fiat. 289. e
Ictus. 217. a
ad Icterum. 648. e. 14. f
Iecorarius. 56 b
Iecorinus. ibidem.
Ignani typus 422. e f.
Improborum familiaritas per Percam marinam & Melanurum indicata. 51 a
Incolumitatis typus. 712 d
Indorum Holiditas 301. b
ad Inflammationes. 423. b.
Inuidiæ typus. 550. b
Ionas prophetæ in ventre piſcis. 381. a
Iris marina. 369. d
Iſtrianus piſcis. 517. e


Iudaicus

Iudaicus piscis 565.e
Iugulum quid. 311.b
Iula. 37.c
Iulia. 37.b
Iulis. 117.f eius caro qualis. 40.b. descriptio ex diuersis 38.c. natura, mores. 40.e. non esse venenosam. 40.f. in quibus locis reperiatur 39.d. eius species multæ 38.e. synonyma. 37.b. vt capiatur. 40.e. vsus in medicina. 41.a. vt apparetur. 40.b
Iulidis authoris descriptio. 38.b. icon. 39.
Iulus. 41.d. qui 37.b. musca comparatus. 40.f
Iurela 37.c
Ius album vt fiat. 283.e

L

Labeo Gaza. 505.a. cur sic dictus. 507.d
ex Labore alieno diteſcētis. typus. 179.c
Labrus piscis. 62.b. 490.f
ad Lac procreandum. 305.b
Lacertus 14.b. 269.c. apparatus 275.d. carnis qualitas 275.c. descriptio. 274.b locus, natura, mores 275.a.b. eius morsus. 275.d non esse Trachurum 267.b sale condiri solet. 275.c. eius cum Scombro similitudo 274.b Scombro minorem esse. 275.a. vbi melior. 275.b
Lacertus acui similis qui. 108.g
Lacertus Gazæ. 276.c
Lacertus Latinorum. 274.f
Lamiræ carnis qualitas 452.f. eius descriptio. 449.d. 452.c. differentia. 449.d. icon. 450. anatome. 452. synonyma. 449.c
Lagena piscis 553.a
Lageris 448.g
Lamia qua. 379.d. dentes eorumque vsus. 463.c. planum piscem esse. 463.b. vnde dicta. 463.a
Lamia Aristotelis à Lamia Nicandri diuersa. 379.c
Lamiæ venefica. 463.a
Lamna. 463.d
Lampetra an Remora Oppiani. 538.f an Murenæ species 538.b an à lambēdis petris dicta. 536.g. an salubris sit. 542.g. apparatus. 542.f. cibus. 541.c conditas melius sapere 542.c. cur nauis infesta. 538.g. descriptio. 540.a. diuersitas. 540.c. in fluuijs quam in mari minores 485.a in honore fuisse. 451.d. eius ingens pretium ibid. morctum. 542.f. non esse ex Galeorū genere. 538.b. quādo melioras. 541.c & quæ 542.c. quando migrent. 542.b. Salmonibus infesta est 486.g. synonyma. 536.b
Lampetra fluuiatilis historia & icon. 581.
Lampetra maioris & minima icon. 539.
Lampugo Rondeletij. 302.f. Vide Hippurus.
Laridum quadragesimale. 676.g
Latilus piscis. 498.b
Latus qui Rondeletio 498.b: qui Scaligero. 527.b eius historia. 498.g.b
Lauarona herba. 218.b
Lauer sine Sium. 657.a
Lauaretus cur sic dictus. 657.a eius descriptio & icon. 657.
Lauaroni Bellonij descriptio & tota historia. 218.b
Lebieni pisces. 56.g
Lebias, eiusque etymon. 56.g
Lepadis 41.d. 30.g
Lepidotus & cur Cyprinus sic dicatur. 614.b
ad Leprani. 165.d. 412.d 712.g
Lepradis Bellonij historia. 30.f. icon. 31. mores. ibid.
Lepus à Cane marino deuoratus. 387.b. fellis eius vis. 423.d
Lepus marinus 116.c. 204.e. deuoratur a mullo. 12.e
Leuciscī aquinocatio. 601.d. descriptio. 606.b icon 607. vsus in cibo & medicina. 607.c.d. synonyma. 605.d. alterius descriptio. 608.g. icon. 609. quid Galeno. 504.g. quid Hicesio. ibid.
Leuiscus Galeni qui Saluiano. 601.a 605.d
Leucorinus. 606.e
Libella Gazæ. 407.b & cur sic dicta. ibidem. Vide Zygæna.
in Lucris educandis paterna diligentia typus 574.b
Libitinæ pannas dant Sargi. 178.f
ad Lichenas. 712.g
Ligula piscis 222.b. descriptio. 236.g. icon. 237.
Lima pisces. 471.c
Limanda. 242.f
Limaria 307.c. 308.f. Tinca sic dici potest. 646.c
Limosa. 308.f
Lingua serpentina. 463.d
Linguiaca. 235.d
Linum pro reti accipitur. 177.c. pro linea. ibid.d
Liparis æquinocatio. 296.f
Liparis lapis ibid.
Liparis quorundam 666.b
Liparis Rondeletij descriptio & icon. 296.g. carnis qualitas. ibid. vnde dictus. 296.f
Literum varietas. 27.a
Litium quid Gaza 2.b
Locusta cur vincatur à polypo. 363.c.d. vt Muranam vincat. ibid.
in Loquacem prouerbium. 211.a
Lora ex corio cetorum. 670.c
Lota 536.b eius historia & icon 648.
Lucerna nunc vocatus piscis, an idem cum lucerna Plinij. 134.f. vnde dicta 134.g
Lucerna Gesneri. 134.c
de Lucerna Plinij locus emendatus. 133.c
Lucerna veterum quæ authori. 134.g
Lucius an piscis mentoratus ab antiquis. 633.f. eius apparatus 633.e. cur apud nos in pretio. 634.d cur in ostijs marinis inueniatur. 631.d. eius descriptio. 631.a. eius & Tincæ amicitia. 632.g. in Gallia optimi sunt. 633.a. icon 635. ponenda. 631. eius mira cius. 632.g. mira vinacitas. 632.g. vorax lupum. 490.g. eius cura quibusdam 631.f. plebeium esse. 632. Plinio Esox dictum. 482.f. qua loca amet. 631.d. quando pariās & vt procreentur. 632.b. quando meiores 632.c. de eius ipsorio coalescit. 632.f. vnde dictus. 630.f. voracitas & audacia. 632.e. vsus in mensa dictus 633.g. vt capiantur. 633.b vt color fiat cæruleus. 633.c. vt Percam minorem deuoret. 632.f. vt pisces pascantur. 632.f
Lucius marinus 101.a. 490.g
Lumbricus marinus. 537.c
Lumbrina 78.b
Lumbricorum historia & icon. 479.b de eorum consideratio. ibidem. vnde dictus. ibid.
Luna infamiæ causa. 227.a
Luna antiquorum 410.b 411.a
Lupi an duo genera. 491.b. eius affluxus. 185.b. apparatus 497.d. cibus. 494.b in cibis laus. 497.a. cur sic dictus. 490.f. cur lanatus dictus. ibid. cur clarissimè audiat. 495.d. eius descriptio 491.b. icon 491 492. eius dolus. 495.c. inimicitia cum Mugile. 496.f. natura, mores. 494.g non esse fœtarium. 494.b. pugna cum squillis 486.f qua loca amet. 493.d. quæ partes maxis sapiat: in piscio 497.b. quem fœminiores & contra 497.c. vari in fluuijs Italicis. 631.d. solere ne sit in stomachus. 495.a. de eo variæ opiniones 490.g vbi maiores 494.e. vbi pariat. 496.c. voracitas. 490.f. vt capiatur. 496.b. vt è retibus euadat 495.b
Lupus fluuiatilis. 490.g
Lupus lanceus siue lunatus qui. 491.b.d
Lupus Plinij 214.f
Lupus varius qui. 491.b. an sit Trutta. 586.f
Lutaria 308.f
Luxuriæ detestatio. 260.c
Lycos. 292.b
Lyræ carnis qualitas. 149.b. apparatus ibid. cornutam esse. 146.g. eius descriptio. 146 icon. ibid. qua maris loca amet. 149.a. qualem & quando vocē edat. 149.a. quot eius sunt genera. 146.g. sonus qualis. 146.e. vnde dicta. 146.c
Lyræ alterius descriptio. 146. icon. 147. eadem ad scheleton effigiata. 148.
Lyra cornuta Plinij. 146.b

# INDEX.


*Lyra veterum qua 146.g*
*Lyriformes pisces qui 133.b.*

*M*

*Macarellus Alberti. 269.e*
*Maena antipathia & sympathia. 225.b. apparatus. 226.e. carnis qualitas. 225.d. cibus. 225.a. cur Hecatæ sacra. 227.a. descriptio. 223.d. 224.e. differentiæ. 223.b fœcunditas. 235.a. eam Hecata vouere quid 227.a. pro liquamine accipitur. 226.e. mas vt à fœmina differat. 224.b. mas Tragus dicta. 77.d. mas quo tempore fœtet. 225.c. marem non posse esse Tragum siue hircum. 98.f. natura, mores. 225.a. non est Tinca. 645.d. quæ loca amet. 226.a. quando pariat. 225.a. vbi meliores. 225.d. vbi lætæ sunt. 225.c. vsus in cibis. ibid. in medicina. 226.f. in sacris ibid.b*
*Maena alba. 227.b.*
*Maenæ authoris & Bellonij forte icon. 224.g*
*Maena Rondel. icon. 223.d*
*Magnus piscis qui. 565.c*
*Malleolus Gazæ. 100.b*
*Maltha quid Plinio. 395.a. qui fiat piscis. ibid. eius historia. ibid. vnde dicta. ibid.*
*Maltha Rondel. historia & icon. 395.b.c*
*Maltha veterum qua Bellonio. 464.g*
*ad Mammas indurandas. 475.b*
*Manati vt à Reuerso capiatur. 301.a. eius historia. 728. 729. 730. vnde dictus 728.g. descriptio & icon 728. 729. cibus, indoles. 729.d. pueros fergo fert, 730.e. capiendi ratio. ibid. vsus in cibis. 730.g*
*Maquerellus Arnoldi. 269.c*
*Maris fœcunditas. 55.a*
*Mare Hyrcanorum vbi 295.b*
*Maris regulus. 120. per Delphinum exprimitur & cur. 714.e*
*Margotjr. 715.c*
*ad Mariscas 593.f. 634.b*
*Mario Plinij qui. 532.b. 564.f*
*Marsio 613.d. non est Aphya cobitis. 213.c*
*Marsionis Pensionarij icon. 213.c*
*Martialis locus expensus. 225.d*
*Marzapan piscis. 31.d. eius historia & icon. 32.*
*Matricula marina. 376.g*
*Maza quid. 165.b*
*Melanthus fabula. 715.c*
*Melanthinus. 310.c*
*Melampygus pro quo accipiatur. 61.a*
*Melanderini historia. 179. 180. icon. ibid.*
*Melandrya qua. 311.d. cur sic dicta. 312.c*
*Melandrys qui & quando Thynnus sic dicatur 309.d*
*Melanuri astus. 65.a.b. capiendi ratio. 65.d. carnis eius diuersitatis ratio. 66.g. de eius cibo controuersia. 65.a cur gustari noluerit Pythagoras. 66.a. eius descriptio. 63.a. icon. 64. eius cum Perca amicitia. 50.b de eo proverbia. 66.e. quibus locis viuat. 63.c. vbi multi, vbi pauci. ibid. vnde dictus. 62.c. vsus in cibis & medicina. 66.g.b. vt Coracino similis dictus. 63.a. vt Sargo. ibid.*
*Melanurus serpens. 62.c*
*Membradis historia & icon. 213.b. vilem fuisse. 213.a. vt capiatur. ibid.*
*Membras Bellonij. 212.c.*
*Mendacij natura. 66.f.*
*ad Menses promouendos. 199.d*
*Meretrices Aphyæ cur dictæ. 208.c. in earum amatores carmen. 179.c*
*Merlucius. Vide Callarias.*
*Merulam capiendi ratio. 36.f. cibus, natura, mores. 34.b descriptio. 33.ex Bellonio d. ex Saluiano. 34.c ex Gesnero. ibid. quæ loca amet. 34.g à Turdo specie differre. 27.b. vnde dicta. 14.g. 33.a. vsus in cibis. 36.b. vt viridis dicta. 33.c. Zelotypia 34.b*
*Merula authoris & Ouidij descriptio. 34.f. icon. 35.*
*Merula palustris. 645.d*
*Merulus. 33.a*
*Merix 4.g*
*Miles piscis qui Alberto. 331.a*
*Miluago Plinij. 140.f*
*Milium in cibis non probari. 143.c cur templis offeratur. 143.c. cur ratò capiatur ibid.a. cur & quando nolitet. ibid.b eius descriptio. 140.g icon. 141. natura, mores. 143.a. quæ loca amet. 143.a qui authori. 140.c*
*Milnus Plinij qui. 133.d*
*Milui authoris icon. 142. descriptio. 140. 142.*
*Milui Rondel. descriptio & icon. 279.c*
*Milui Saluiani icon. 141.*
*Milui alati seu Lucernæ nomine missi descriptio. 144. icon. 145.*
*Minerua cur glaucopis dicta. 301.c*
*Minion quid. 304.c*
*Mola caro qualis. 414.g. cur grunniat. 411.b. eius descriptio. 411.d. icon. 412. 413. alterius. 413. 414. eius fecur quale. 414.g non esse Lunâ veterum. 410.b. eius pinguedinis vsus. 414.g. vnde dicta. 410.b*
*Molaris piscis. 411.c*
*Molæ maioris historia. 488.g. alterius 489.a. vsus in cibis. ibid.c*
*Monachus piscis. 600.f*
*Monedula Gazæ. 274.f*
*Monocerotis Clusij historia & icon. 199.*
*Mordens lapidem. 617.b*
*Mormur. 184.c*
*Mormyri apparatus. 185.c. carnis qualitas. 185.c. descriptio. 184. icon. ibid. ingenium & astus. 185.b. natura, mores. ibid. quæ loca amet. ibidem. quando pariat. 185.b. vnde dictus 284.c. vt capiatur. 185.b*
*Morona. 517.d. 518.g. 566.g*
*Mors dilicetti dentis icon. 687.*
*Muco Tinca dici potest 646.c.*
*Mugiles an omnes in mari gignantur. 508.c. apparatus. 512.c. auditus. 510.f. capiendi ratio. per fœminam. 510.g cum hamis. ibid. cum Delphinis. ibid. eos carne abstinere. 509.a. celeritas ibid.d. cibus. 509.a cur sic dicti. 504.f. cur falaces. 509.d. cur iusti dicti & clementes. 509.a. descriptio. 507.c. docilitas. 510.f. gulosos esse. 509.c. ingenium. 509.d eis imber noxius. 508.g. laudatum olim fuisse piscem. 511.b. fuisse olim vilem. 9.c. omnes ieiunos dici posse. 505.b. artus & generatio. 510.f. eorum pinguedo homini infensa 511.b. de ijs proverbium. 512.b. qui salubriores. 511.d. quot sint species quibusque differant & conueniant. 507.b. stupiditas. 510.c. vbi & quando meliores. 511.c. vinaria pati. 510.f. vsus in medicina. 512.f*
*Mugilis alati Rondel. descriptio & icon 144.c*
*Mugiles lacus Siphanum vt ab alijs differant. 507.c.*
*Mugil lacustris. 658.f*
*mulio qui. 120.f*
*mullaster & quot eius species. 122.c*
*mullens quid. 120.f*
*in mullis alendis sumptus. 118.g. antipathia cum Torpedine. 126.f. apparatus. 128.c.f. eorum barba pro ob sonio apposita. 119.d. barbati vt imberbibus differant. 121.c. vt imberbibus differant. 121.c. beta delectatur. 125.d. carnis qualitas examinata. 127.d. clausum patiuntur. 124.b. cur quasi molles dicantur. 120.f. cur leprides dicti. 124.b. cur eis primum locum inter litorales det author. 117.c. cur gibbi dicti. 122.g. cur ab eis abstineret Pythagoras. 130.f. cur Dianæ sacri. 129.d descriptio. 122.f. pro donis missos esse. 118.c. edacitas. 125.b. in eo occidendo ceremonia apud Romanos. 118.g. genera eorum vt distinguantur. 121.b. Græcis in deliciis fuisse. 119.b.c. humano cadauere non vesci. 121.c. hepatis eorum præparatio. 128.g. imberbes etiam dari. 121.c. Leporem marinum deuorant. 125.d. maiores cur minoribus præferantur. 127.a. natura, mores. 125.a. nostro etiam tempore pretiosum esse. 120.c. optimi color. 126.b. Orphum interficit. 125.c. partus. 126.c. de eo & pinna ænigma. 130.g. eorum pretia apud Romanos. 117.c. qua carne vescatur. 125.b. quæ loca amet. 124.f. quæ eius partes in pretio. 127.b. quibus noceat. 119.a. quibus sacer. 129.d. quo vase infer-

*inferatur* 129. b *quo tempore meliores.* 127. d *ad ſaliendū inepti.* 128 e *eius ſympathia cum ſpeculis menſtruo infeſtis* 126. f. *vbi peiores, & qui* 127. a *vbi laudatiſſimi* 126. g *Veneri inimicus eſt.* 129. a *vndedictus.* 120. f *vocati aduocant.* 125. a *vſus in cibis.* 126. g. *in medicina.* 129. a *vt ter parere dicatur* 126. e *vt Seneca Saxatilis, Gal. pelagius dictus.* 124. g

*Mullus antiquorum qui,* 122. 124.

*mulli qui mullus minor Saluiani videtur, icon ex Geſnero* 131.

*mulli aſperi à Rondel. diuerſi icon* 132. *deſcriptio* 133.

*mulli imberbis deſcriptio & icon* 131. d *alterius deſcriptio* 131 *icon* 133.

*mullos lutarios quos Plinius vocet* 121. c *ſpecie ab aliis non diſtingui* 125. d

*mulli maioris ex Hiſpania miſſi icon.* 123.

*mulli minoris Saluiani deſcriptio.* 122. b

*murena aceti guſtu in rabiem agitur.* 363. d *an muſica delectetur.* 362. g. *an coeat cum ſerpentibus.* 359. b *eius anima an in cauda.* 362 g *apparatus.* 365. c *aſtus, ingenium* 362. c *audacia* 361. b *capiendi ratio* 366, c *carnis qualitas.* 365. b *cibus.* 361. a *cur extra aquam viuat.* 360. b *deſcriptio.* 335. a *docilitas* 361. d *fœmina icon* 356. *ferula contactu acciditur.* 363. d *humanæ carnis auida eſt.* 361 a *de ea hieroglyphica* 364. c *eius lactus laudatum* 119 b. *in ligno quid* 355. b *maris icon* 357. *morſus venenoſitas eiuſque cura* 361. c. *eius & myri diſcrimen* 360. f *natura, mores.* 260. b *olim in honore fuiſſe* 364. g *in earum piſcinas impenſæ.* 364. b *cum quibus pugnet.* 363. a *pugnat congru* 351. a *quæ loca amet* 358. g *quando pariat* 360. g *quando melior & quæ* 365. a *rabie tentatur.* 361. a. *eius robur. ibid. vbi rarę & meliores.* 358. b. *vinacitas.* 365. b. *vnde dicta.* 354 g. *vſus in medicina.* 365 d. *vt ab hamo ſe liberet.* 362. g. *vt nutriant.* 365. c. *vt rete capta euadat.* 362. f

*murena fluuiatilis.* 284 b. 537. b

*murenulæ quid* 354 g

*murex Gaza* 366. f

*mus piſcis* 297. b. 515. a

*mus alatus* 140 e. 434. g

*mus Ponticus ruminat* 4. g

*muſca phalana* 675. d

*muſculus cur ſic dictus* 341. d. *quid Bellonio* 343. a. *hoc nomine duos piſces à Plinio intelligi* 688. g

*muſculus Gazæ & Plinij* 688. f

*muſtacatus* 597. c

*muſticetus Ariſt qui* 688. f

*muſtela & Muſtelli etymologia.* 537. a. *ab eis hieroglyphica* 378. a

*muſtela Plinij quæ* 536. b. *quæ Auſonij. ibid.*

*muſtela fluuiatilis minima* 618. f

*muſtela fluuiat. parua imberbis.* 617. a

*muſtela fluuiatilis, & lacuſtris carnis qualitas* 578. b. *iecur. ibid. ova noxia eſſe. ibid. eius deſcriptio* 571. 576. *icō* 577. 578, *natura mores.* 578 g. *voracitas. ibid. eius vētriculi vires* 579. a

*muſtela foſſilis carnis qualitas* 580. e. *icon* 579. *hiſtor. tota* 579. 580. 581. *non coit* 580. g. *vt refrigeretur ibid.*

*muſtela marina multiplex* 537. a

*muſtela paluſtris* 648. g

*muſtela vulgares* 184. e

*muſtela vulgares Rondel. deſcriptio, & icon* 190

*muſtela vulgò Genna dictæ hiſt.* 290. e.

*muſtelorum apparatus* 378. g. *an oriantur* 374. g. *carnis qualitas* 378. f *cur ſic dicti* 372. b. *Paſſinacam proſequuntur* 377. e *vt capiantur ibid.*

*muſticus Ariſtotelis ſimpliciter dictus qui* 379 b

*muſtelus binnularis* 389. d

*muſteli lœuis deſcriptio & icon* 392. *vt à Cane galeo & ſtellari differat. ibi. qua loca amet* 393. a *carnivorus eſt. ibid, vnde dictus* 292. e. *vt à Glauco galeo diſtinctus* 392. e

*muſtelli ſpinacis carnis qualitas* 400. e. *deſcriptio & icon* 399. *natura, mores* 400. e *ouorum ſitus & locus* 399. d. *partus* 400. e. *quæ loca amet* 399. d.

*muſtelus Stellaris cur ſic dictus* 393. b. *deſcriptio* 393. d. *icon ibid. carnis qualitas* 794 e.

*mutilatus piſciculus* 214. f

*mylius quid* 70. f

*myrinus* 366. f

*myrus an murena mas ibid. eius deſcriptio ibid* g. *duo genera ibid.* b. *eius & murenæ diſcrimen* 360 f *ſerpens marinus dictus.* 366. f

*myrus alter Dorionis* 367. a

*myri prioris Rondel deſcriptio* 366. b. *alterius* 367. a *icon ibid.*

*myſticetus* 341. d

*myſtus Bellonij* 597. c

*myſtus Miliacus* 598. f

*myttotum* 724. e.

*myxinus* 505. c

*myxon vnde dictus* 116. a

*N*

*Nagemuli Germanorum hiſtoria* 667. d. *icon* 668.

*Narciſſus ignauia typus* 422. f

*Naſi Alberti ſynonyma* 610. g. *apparatus* 611. d. *caro qualis* 611. c. *cur ſcriba dictus* 611. b. *eius deſcriptio & icon* 613. *quæ loca amet* 611. c. *quando melior* 611. d. *ex Leuciſcorum genere eſſe* 611. a

*Naſus Niloticus* 559. b

*Naucrates* 335. a

*ad Nephritim* 76. f. 365. d. 498. f. 501. f

*ad Nervorum affectiones* 639. c. *contractiones* 414. b. *dolores* 552. g

*Neſtes qui Dorioni* 505. a

*Nigri qui dicantur* 66. e

*Niger color infauſtus* 51. a. *quem colorem ſic antiqui vocent* 33. c

*Nigredo pro pernicie* 401. b

*Nigri cauda* 62. e

*Nouacula Plinij Rondel. eius hiſtoria & icon* 205. a. *& inde.*

*O*

*Obſonium Pontieum* 70. a

*Ocitarum* 277. c

*in Otia ſectantem prouerbium* 204. b

*Oculata Gaza* 62. f 366. f

*Oculata veterum* 62. f

*Oculi magni parum cernunt* 289. b

*ad Oculorum vitia* 596. e. *ad maculas* 596. g. *ad ſuffuſiones* 14. f. 143. f. 267. a

*Odegus* 341. e

*Odinolyon cur Remora dicatur* 338. a

*Omotarichum* 311. a

*Oniſcus Dorionis* 524. e. *Euſtathius vocat ſic Scarum Oniam* 4. b

*Oniſcus Oppiani qui* 282. e

*Ophidij carnis qualitas* 354. e. *non eſſe ſerpentem marinum* 353. c

*Ophidij Rondel. deſcriptio & icon* 353

*Ophidion Plinij qui Bellon. & Saluiano* 343 c. *eius hiſtoria* 353. c

*Ophthalmia Plauti* 366 f. *vnde dicta* 62 f

*Obſidianus lapis* 69. b

*Oppiani locus correctus* 9. c. 44. c. 101. b 261. f. 373. c. 474 f

*Orata cur Sergius dictus* 171. d. *Vide Aurata.*

*Orbis* 479. b *eius genera* 553. c. *icon ex Gaſcro* 554. *ſynonyma* 553. a

*Orbibus annumerandorum icones & hiſtoria* 557. 558.

*Orbis echinati ſine muricati hiſtoria.* 556. b *icon ibid.*

*Orbis Plinij* 553 a

*Orbis prioris Rondel. deſcriptio* 553. a

*Orbis ſcutati Rondel. hiſt. & icon* 556.

*Orbis ſtellati deſcriptio* 556 g *icon* 557

*Orca aquam multam effundit.* 699. c. *eius cū Balæna pugna* 699 b. *à Claudio Cæſare oppugnata* 699. c. *eius deſcriptio* 697. e. *icon* 698 *eius effigies in numo Claudij* 715. a. *vires* 699. a. *vnde dicta* 697. b

*Orchis* 553. a. 479. b

*Orcyna* 308. b

*Orcynus* 308. g. *caro qualis* 323. d. *cur in Mœotim non reuertatur* 308 b. *lœtogaudet ibid. eius prudentia* 319. d. *in eo quæ partes laudatæ* 309. a

*Orphus* 146. f. *eius cibus* 159 b. *carnis qualitas* 159, d *de eo diuerſæ ſententiæ* 158. c *eſus eius cur vrinam ciet.* 159. d *fuiſſe in pretio* 159. c. *ſacer piſcis* 160. e. *quæ loca amet.* 159. a *quamdiu viuat* 159. b. *qui piſcis nūc in Gracia ſic vocetur* 158. c. *vbi ad eſcam*


Digitized by

# INDEX.


*eſcam gregatim adnatent* 160.f. *vnde ſunm verum eſſe Rondeletius colligat* 158 g
*Orphi Bellonij deſcrip.* 158.g *icon* 159.
*Orphi Rond deſcriptio* 198 f. *icon ibid.*
*Orphi Germanorum hiſt. & icon.* 605.
*Orphus paluſtris* 158.e
*Orthragoriſcus* 199.c. *non eſt Faber. ibi. Vide Mola.*
*Oſtracionis Geſneri hiſtoria* 559.a. *icon* 560. *alterius deſcrip.* 559.c. *icon* 561
*Ouis cur ſtolida* 204.b
*Ouis marina* 79 b. 288.e
*Oxygarum* 271.d
*Oxyporum quid* 273.d
*Oxyrinchus* 517.c. 616.e. *quibuſdam eſt Sudis* 101.a. *qui piſces ſic dicantur* 609.a
*Oxyrinchus Caſpius* 519.b
*Oxyrinchi Rond. deſcript. & icon* 609.
*Oxyrinchus maior Rondelet. Vide Dos Bellonij.*
*Oxyrinchus Niloticus* 519.a
*Oxyrinchus Strabonis* 630.g

P

*Paganelli ſeu Gobij maioris icon ex Geſnero* 77
*Pagrum capiendi ratio* 152 f *carnis qualitas* 152.g. *cibus* 150. b. *cur hyeme lateat* 152.e *deſcriptio* 149.d. 150.e. f. *icon* 151. *eius cum Erythrino ſimilitudo* 149 d. *vt diſtinguantur* 150.e *partus* 152.e. *quæ loca amet* 150.g. *qui in Aegypto ſacer* 150.h. *vbi optimi ibid vt Cantharo ſimilis* 150 e.
*Pagrus Niloticus* 149.d
*Pagur* 149 c
*Pala Vide Farra.*
*Palmita* 324 e
*Panis ex cetis* 675 d
*Panthera Bellonij* 593.c
*Papauer Gazæ* 505 d
*Papilio piſcis* 140 e
*Papiri raia fœtus vbi dictus* 441. d
*Paraſitus illuſus* 542 e
*Parasalio Bellonij* 593.c
*Parcudicta aues quæ* 77.b
*ad Parotidas* 14 f
*Parricidij pœnas dantis typus* 434.e
*Parſimonia ijs grata* 3.d
*ad Partus promouendos* 423. d. 434. c. *ad eos ſoluendos* 340 f
*Paſſeris apparatus* 246 g. *aſtus ibid.* e. f *carnis qualitas* 246 f *eius differentia à bonitate carnis* 246.g *nomen generis eſt* 233. a. *quæ loca amet* 246. e. *qui Plinio* 233.c. *quomodo capiatur* 246 f. *vnde dictus* 243 b. *vſus in cibis* 246 f
*Paſseris aſperi deſcrip.* 242.g. *icon ibid.*
*Paſseri congener alius* 245.
*Paſserum leuium genera* 243.e
*Paſserina ſpecies diſcus qui* 233.a
*Paſtinaca an edulis* 433.a. *an nolet* 430 b *eius apparatus* 433.c. *aſtus* 430.b *capiendi ratio* 431.a. *carnis qualitas* 443.c. *cibus* 430. b. *coitus & partus* 430.g. *cur fœtus non recipiat* 376.b. *deſcriptio* 425. b. *icon* 426. *gaudet muſica* 431.a *eius ictus ſigna* 432.f. *ad eum remedia* 432.g. *eius natura, mores* 430.b. *quæ loca amet* 430. g. *in ea quid croco ſimile Plinius dixerit* 433 c. *eius ſpinæ in ſaxo à natura inſculptæ icon* 429. *veneni eius vehementia & cura* 431.c. & *inde. vnde dicta* 424.f. *vſus in medic.* 433.d
*Paſtinaca aſpera Bellonij* 425 b. *caudæ icon* 427. 428.
*Paſtinaca marina herba* 424 f
*Paſtinacare quid. ibid.*
*Paſtinum quid ibid.*
*Pauo piſcis* 205 b *qui Gallis* 21.d. 22 e.
*Pauonis Saluiani hiſtoria* 28.f & *inde. deſcriptio* 28 g *icon* 29 *natura, mores* 30.e. *vſus in cibis* 30. e. f. *carnis qualitas ibid.*
*Pauo Philoſtrati, vt à Pauone d. Ambroſij differat* 28.f
*ad Pauores repentinos* 712. g
*Peſtines ex dentibus ceterorum quales* 67c b
*Peſtes Romæ* 245. *eius carnis qualitas* 206. f. *deſcriptio & icon* 205. *locus, natura, mores* 206. e. *quid Alberto* 442 f 243.b
*Peſtes vulgi, & veterum* 205.a
*Pediculus piſcis Delphini affectus, & cur* 712.b
*Pegorella Illyricis qui piſcis* 290.e
*Pelamys* [illegible] *caro qualis* 323. d *quando Thunnus dicatur* 307.c. *vt à Thunno differat* 312.g. *loco diſtinguuntur* 317 b. *vnde dicta* 308 f. *vox eſt generica ibid.*
*Perca fluuiatilis, an in Lario lacu* 623. a *an cum Lucio amicitiam colat.* 623.c. *apparatus* 624.f. *carnis qualitas* 623.d. *maioris deſcript & icon.* 621 *natura, mores* 623. c. *quæ ſalubriores* 624.e *quæ meliores ibid. vbi & quando pariat* 623.c
*Percæ fluuiatiles minoris deſcriptio* 625 c. *icon* 626. *quæ loca amet* 627.a. *eius carnis ſalubritas* 627. b. *vt eam denoret Lucius* 632.f *quando capiatur* 627.a. *vt à maiore differat* 625. c. *an ſit porcus Niloticus* 514.g.
*Perca minor fluuiatilis ab authore obſeruata* 626.
*Perca horna* 624.f
*Perca marina caro qualis* 51 c. *eius deſcriptio* 45.c. *eius & fluuiatilis differentia* 45. c. *eius & Melanuri amicitia* 50 b. *natura mores* 46. b. *de ea prouerbia* 50.b 51.a. *quæ loca amet* 46 g. *vnde dicta* 45. b. *vſus in cibis* 51.b.c *in medicina* 51.c.d.
*Perca marina authoris deſcriptio* 46.f. *icones* 47. 48 49.
*Perca marina Geſneri deſcriptio* 46. e. *icon* 50.
*Percæ marinæ Rondeletij icon* 46.
*Perca Rhenana ſanior, prouerb* 623.d
*Percecus* 623.b
*Perſicinus piſcis* 612.e
*Perdix maris* 121.a. 235.b
*ad Perniones* 531.c
*D. Petri piſcis* 711 a
*Phagrus vnde dictus* 149. c. *Vide Pagrus.*
*Phaſeoli cur à Cretenſibus Scaranotami dicti* 12 f
*Phaſiani ſtoliditas* 81.f
*Phaſianus aquatilis* 252 e
*Phoca cur porcus marinus dicta* 515.b. *Vide Vitulus marinus.*
*Phocæna cur porcus marinus dicta* 515 b. *ab ea, vt differat Delphinus* 701.d *Vide Thunſio.*
*Pholidis deſcriptio, & icon* 116. *caro qualis ibid. etymologia ibid. ab ea bieno; lyphium* 116 c
*Phoxinorum ortus* 154.e
*Phoxinum Ariſt. f uuiatilem eſſe* 619 b
*Phoxinus Bellonij. Vide Phoxinus lauis.*
*Phoxini lauis hiſtoria, & icon* 582. *an omnes fœminæ* 582 b
*Phoxini Rondel. qui* 619 c. *primi deſcriptio, & icon ibid. alterius* 620.
*Phycen* 41.b
*Phyridion ibid.*
*Phycides an eunuchos uocarit Oppianus* 44 e *cibus* 44 f *colorem mutat, & quando* 42 g *nitrum faciat ex alga & cur* 44. e *parum ſi ſemen eſſe* 42. b. *quæ loca amet* 43. d *quotes anno pariat* 44.e *eius ſynonyma* 41.b. *vnde dicta ibid eius vſus in cibis & medicina* 44.g.b. *vt in cibo appare at* 44 b. *vt à Perca differat* 42.f
*Phycis Bellonij* 42 b
*Phycis Rondel.* 42.e
*Phycis veterum Rondel* 291.b
*Phycis Saluiani, & authoris eiuſdem deſcriptio* 42 f g. *icon* 43.
*Phycus quid* 41.b
*Phyſalus vnde dictus* 689 b
*Phyſalus maris rubri* 689.b
*Phyſeteris deſcriptio, & natura* 691. *icon* 689 *de eo recentiorum ſententia* 691.b.c.
*Picus vnde dictus* 664 e
*Pigi caro qualis* 665. b. *eius deſcriptio* 664.f *icon* 665. *eius Plinium meminiſſe* 664. g *in quibus locis reperiatur* 664 b. *vnde dictus* 664.e
*ad Pilos prohibendos* 324.g. 423. d. *ad eorum defluuia* 229. b. *ad eos extirpandos* 469 c
*Piſces & cetus vt differant* 1.c. d. *à colore dicti* 586. g. *congelati in pectinis reuiuiſcentes* 58 .b *cur in Ponto augeſcant in dies* 128 f. *eorum differentia à cute* 551.a *dulces aquas amantium diuiſio* 481.c *hominum deuoratores & dij tutelli* 95.a. 225. d *iacentes, proſtrati, & cubantes qui Columellæ*

# INDEX.


*Iumella* 232.b. *Iani entes praditi pas ci* 113 d. *Iati qui* 232.b *Iati & plani vt differant.* 85. b *litorales eorum & diuersitas* 2.g. *locus eis proprius* 1.d. *marinorum differentia* 2.f. *marini sapore differunt a piscibus aquarum dulcium* 605. d *marinos cur author præferat iis, qui in dulcibus aquis degunt* 2. e. *inter marinos cur à saxatilibus exordiatur* 2. f. *eorū ortus* 573. a. *de pelagicis authoris & aliorum indicium* 2 b. *planorum forma* 232. b. *eorum præcipua differentia* 1. d. *de loco ibidem. qui Aristoteli* 1. d. *plani qui Plinio* 85. c. *sacri qui dicti* 85. b. *qui saliture inepti* 222. b. *saxatilium laus, & differentia* 2. f. *saxatiles cur litorales dixerit Aristoteles* 2. g. *eorum tegumenta varia* 1. d. *ex iis vaticinia* 160. e

*Piscis ater* 719. b

*Pisces candidi* 85. c. *qui Plinio* 628. g

*Piscis capitosus* 284. f

*Pisces carbonarij* 223. b.

*Piscis fustuarius* 283. e

*Piscis Iberus qui Horatio* 269 e

*Piscis Iudaicus* 565. c

*Piscis Istrianus* 517 c

*Pisces lapidosi qui Alberto* 595. a

*Pisces nidum construentes* 42. f

*Pisces psettacei* 233. a. *Vide Psettacei.*

*Piscis Rheni* 283. e

*Piscis sacer* 325. a

*Pisces sexu masculino carentes* 551. a

*Pisces sine spinis* 538 f

*Pisces Sues dicti* 515. b

*Pisces vocales* 78. e. 113. a. 710 b

*Pisciculi minuti qui Terentio* 207.

*Piscator ictus sapit proverb.* 298. f

*Pistris. Pristix* 689. c

*Pistrix quid Ciceroni* 669. c

*Pix ecracina* 76. f

*Plagitius qui Arnoldo* 243. b

*Platessa Ausonij* 243 b

*Platanista* 719 b

*ad Pleuritim* 621. b. 634. b.

*Plinius correctus* 54. b. 67. c. 75. b. 86. g. 133 e. 220. f. 273. d. 308. f. 310. f. 530. g 351. c. 372 b. 445. b. 449. a. 516. b. 537. c. 572. e. 672 g. 720 b *eius error* 78. e 300. g. 255. b. 360. g. 44. 1. 623. a. 304. f

*Plota* 507. a. 543. a

*ad Podagram* 413. b

*Pœcilus. Pœcilia* 78. e

*Pollucis locus emendatus* 14. g

*Polypi natura* 473. d. *cur à Congro vincatur* 351. b

*Pompilus* 325. b

*Pompilus Aurata dictus* 169. b. *ab eo cur Epopeus devoratus* 326. b. *devoratur à Delphino* 326. g *eius fabula* 325. a. *natura, mores* 326 e. *nautis prudentiores sunt* 326. f. *quomodo ex Thunnarum genere* 325. c. *sacer piscis dictus* 85. d. 86. e. *unde dictus* 325 a. *vt capiatur* 325 f. *vt naues eo mitetur* 326. e. *vsus in cibis* 326. g

*Pomp li Rondel. descrip. & icon* 325. d

*Porcus* 348. f. 411. b

*Porcus fluuiatilis Athenæi quis* 514. f.

*Porci fluuiatiles qui dicendi* 518. g

*Porcus marinus* 380. g. *non est Faber* 109. c. *cur Delphinus sit dictus* 701 b. *eius descriptio* 253. a. *icon* 254

*Porcus Niloticus Strabonis qui Gesnero & authori* 625. a. *an idem cum Capro* 514. f

*Porcus venenosus* 515. c

*Porcellio* 514. g 625 a

*Porculus* 514. g. 518. f. 625. a. *quando & vbi Sturio dicitur* 515. b

*Porrum quid Arist.* 290 f

*Potentioribus cedendum esse* 590. g

*Præster serpens* 691. f. *ad eius morsum remedium* 324. g

*Prætextatorum pœna* 552. b

*Premnades* 310. b

*Prickæ descriptio* 541. a. *icon* 540.

*Primada* 310. b

*Pristes sive Pristis* 689 c. *Physteri idem Gesnero ibidem, velocem cetum esse* 692. e

*Pristem Bellonij potius esse Physeterem* 692. f

*Pristis Rondel.* 690 g. *Bellonij ibidem* b

*Pristis sive Serra Rondel. icon* 693.

*Pristis nauis* 692 e

*Pruna cercola cur sic dicta* 77. a

*Prunarij pisces qui* 223. a

*ad Pruritum* 449. a

*Psammodites* 252. b

*Psetta* 233. a *earum affinis* 234. g

*Psettacei pisces* 232. a. *carnis eorum qualitas* 234. b. *differentiæ eorum à loco* 234. f *genera & differentiæ* 233. a b *natura mores* 234. g *natatus* 234. b. *omnes carnivoros esse* 234. g. *omnibus quæ communia* 233. c. *planorum spinosorum duplex genus* 233. b. *quæ loca ament.* 234. f. *quando facilè capiantur* 234. g. *pro eis quomodo fiant piscina* 234. f *eorum sexus* 234. e. *nõ omnes fœminas esse ibid.*

*psettites lapis* 245. a

*psittacus piscis* 22. b.

*psora quid* 30. g

*psorus vnde dictus* 30. g

*psorus Bellony* 180. e. *eius historia* 30. f.

*ptisana marina* 14 g. 27. d

*pueri à Delphinis amati & dorsis eorū insidentes* 715. 716

*pulcher Gaza* 264 f

*pulcher qui Turdus sit dicendus* 22. g.

*pulmonem quæ habeant* 1. e

*punctij historia & icon* 628. e

*ad pustulas pudendorum* 324. g. 475. b.

*pyrausta* 586. b

*pythagorici cur piscibus abstinent.* 12. g.


## Q


*ad Quartanas* 499. b

*Quadratulus* 243. c


## R


*Raia apparatus* 448. b *astus* 446. f *cartilagineum piscem esse* 442. a *cur fœtus non recipiant* 376. b. 448. e *cur tanta earum sit copia* 445. c. *differentiæ* 442. f. *fœcunditatis earum causa* 445 d. *eius genera examinantur* 442 f *iecoris deliciæ* 448. g *natura. mores* 445. b. *ouum quale* 445. c. *quæ loca amet* 445. b. *à quibus laudetur.* 448. g. *quo anni tempore meliores* 448 b. *vnde dicta* 441. d. *vsus in cibis* 448. g *in medicina* 449. a. *vt pariant* 445. c. *vt nutriant* 448. g. *vt coeant* 445. b

*Raiæ asperæ historia* 461. d. *icon* 462

*Raiæ asperrimæ icon & historia ibid.* g

*Raiæ clauatæ vel saltem congeneris icon.* 459. *nominis ratio* 460. e. *iecoris eius deliciæ* 460 f. *vsus in medicina. ibid. Alterius historia* 460 *icon* 461.

*Raia fullonica* 462. e. *icon ibidem.*

*Raiæ exiccatæ ad formam draconis icon.* 443.

*Raia lævis Salviani* 454. b. *Vide Lævis raia.*

*Raiæ oculatæ historia & icon* 453.

*Raia oculata asperæ descriptio & icon.* 458. *caro qualis ibid.* c

*Raia Oxyrinchos maior. Vide Bos* 2

*Raiæ Oxyrinchi minoris historia* 455. d *icon* 456

*Raiæ quæ defendit hominem ab impetu Canicularum marinarum icon ex Gesnero* 447

*Raiæ spinosæ historia* 461. b. *icon ibid.*

*Raiæ stellaris historia & icon* 457. a. *carnis qualitas. ibid* b

*Raia stellaris quorundam* 452 a

*Raiæ stellaris asperrimæ historia* 457. d. *icon* 458.

*Raiæ undulatæ historia* 452. b

*Rana animal lutarium* 296. f

*Rana marina an edulis.* 469. c. *eius astus in venando* 468. g *cibus ibid. cur sic dicta* 464 f. *cur fœtus intra non recipiat.* 468 f *eius descriptio* 464. b 465 a. *icon* 466. *iecoris eius deliciæ* 469. b *natatus* 468. g. *ova eius qualia.* 468. e *ova parit & cur. ibid partus* 375. b. *quæ loca amet.* 468. e *vinacitas.* 469 b

*Ranæ marinæ alterius icon* 467.

*Ranæ marinæ minoris historia* 471. *icon* 470.

*Rana piscatrix cur sic dicta* 464. g. *Vide Rana marina.*

*ad Ranæ rubetæ venenum.* 469. e

*Raphanidosis* 200 f

*Receptus iuris indicium* 714. e

*Remiligio* 335. a

*Remora an occulta, aut manifesta vi naues remoretur* 337. c. *cur auspicalis dicta* 340 f. *descriptio* 335 b. c. 336. e. *de ea emblemata.* 340. b. *marinum piscem esse* 337. b. *hoc nomine tres diuersos*

# INDEX.


diuersos piſces intelligi 335.c. ab ea præſagia 340.f de eius vi diuersa opiniones 339.a b c.338. e

Remora Imperati & authoris icon 336. deſcriptio 337 a

Remora Oppiani diuersa ab Arist. 335. c.an ſit Lampetra 538 f.eius deſcriptio 538.g

Reuersus cur ſic dictus 299. d. ſquamoſi historia 299.d.icon 300.natura,mores 301.a.vt piſces venetur 301.a

Reuersi Anguilli formis historia 367.e. icon 368.

Rex piſcis qui Arnoldo 441.d

Rheni piſces 283.c

Rhombus 514 b.æquinoca 246 b.apparatus 252.g æſtus 254.g carnis qualitas 252 f. cibus 251 b.eius in menſa nobilitas 252.e. Paſſeri prælatum fuiſſe 251. d. quæ loca amet. 251.a. qui ſit Plinio 233.c.quot eius genera, eorum q; differentiæ 247.b.eius ſolertia & æſtus.251.c. vbi lateat 251.b. vbi maiores 247.c. vbi meliores ibid. d.vnde dictus 247.a vſus in medicina 252.g vt à Paſſere differat 247.c. vt capiatur 251. c

Rhombus aculeatus 248.

Rhombus lævis 249. verus 250. carnis eius qualitas 252 g

Rhombites lapis 251

Rhomboides qui Rondeletio eiuſque hiſtoria 242 e

Rhyas vnde dictus 181.a. quid Aeliano 181.b quid Ariſtoteli 180.181.

Rhyades Ariſtot.non eſſe Spatos 181.d

Roſa piſcis 31.d icon 32

Rota Plinij 111.a.421.a

Rubecula 153.a

Rubeculus quorundam 649. b

Rubellio 152.b.Vide Erythrinus.

Rubeo. Rubellus 153.a

Ruber.ibid.

Rubrnus.ibid.

Rubus piſcis 441.d

Ruminalis piſcis 4. g

Rutili Geſneri icon 621. eius deſcriptio. 620 b.icon alia 732.

Ruſcupa 153.a.

S

Sacer piſcis Gaza 85.e

Sacer idem quod magnus 86.e

de Sacro piſce locus Homeri explicatus 86.a

Sacer piſcis qui Homero 269. b

Sacrificulus à Perca ſuffocatus 51. d

Sachetti deſcriptio 55. d. icon 56 57

Sagittarius Aeliani 556. b 298. e

Salacitatis pœna per Scarum indicata. 12.b

Salamandrarum ortus 546 f.contra eas remedium 469.c

Salamandrinus 583.a

Salaux 482 g

Salar Auſonij 585.c.qui ſit 481.d

Salmerini cibus 584. e. deſcriptio 583. icon 584.quando coeat 584.e. quibus locis gaudeat. 583. d. vnde dictus. 583.a

Salmonis apparatus 489.c.cibus 483.d eius in cibo præſtãtia 489.a. cur fluuiatilem Plinius dixeris 484.g.cur altè ſaliat. 486 f.cur in fluminib. pariat 485.b.cur in fluminib. minores 485 a.eius deſcriptio 482.483. icon ibid. eius dux Sturio dictus 519 c.ab hirudinibus infeſtatur & quãdo 486.f. cis eo maximam affinitatem eſſe trutis. 588.b.nidi in quo pariunt,artificium 487.c. ouorum eius eſus 489. c. eius prærogatiua 481.c quãdo pariat 487 c. quando migret 486 f. quando eſui ineptus 485.b.qui meliores 489.a.& vbi b.qui & quando peiores 489 c.robore valẽt 487.a ſaliẽdi modus 486 b.ſexus diſtinctio 483.484.vbi fumo indurẽtur 485.d. vbi meliores & pinguiores 485.c. vbi naſcatur & pariat 484.b vinacitas 488.e vt à Trutta differat 588 b.vt dulcem aquã amet. 485 c.vt præcipitia aſcendant 487 b vt capiantur 488 f.g

Salmo lacuſtris Rondel 652. e

Salmo Lemani lacus Rondel.645.b

Salmonetus qui Hiſpanis 121.b

Salmulus 481.d

Salmunculus. 481.d

Salpa auditus & ingenij 190.g.capiẽdi ratio 190.b.191.carnis qualitas 191 b.cur bos dicta 188. e deſcriptio 188 g.icon 189.natura,mores 190.g. quæ loca amet 190.e.quãdo pariat 190 b qui homo ſic dici poſſit 191.a. vbi & quando melior 191. b. victus 190. e viliſſimam fuiſſe & eſſe 191. b

Salſamentum Goditanum 275 b

Salſamẽta ſardica 219.b.Sexitana 271.c

Sanda Danorum 283.b

Sandalion 235 b

Sandilz Anglorum ſynonyma 252.b deſcriptio 253.a. icon 254. hiſtoria tota 253 b. & inde.

à Sanguine & vindicta abſtinendum eſſe 156.g

Saperda quid 70.f 207.d

Saperdes quid 70 e

Sapphyrus piſcis 6.e

Sarachi hiſtoria 665.d.

Sarda æquinoctio 219. b. cur farciretur et quomodo 222.g deſcriptio 220 g. quæ loca amet 222. f. pro quolibet piſce ſalsurâ idoneo accipitur 219. b à Sardina vt differat 219. b. Thunnus quando ſic dicatur 310. g.

Sardarum viridium icones 222

Sardæ Flandricæ deſcriptio mĩoris & maioris 220 b.icones 221.

Sardæ fumo indurate icon 221. 1.

Sardella lacuſtres 220.e

Sardinus 173.a.505.d

Sardica ſalſamenta quæ 219.b

Sardina an eadem Sardæ 219.b

Sargo Gazæ 505.c

Sargo mugilis ſpecies 173.a

Sargus an litoralis 177.b eius apparatus 179.b.bonum piſcem eſſe ibidem capiendi ratio 178 f eius & caprarum amor. 178 e cibus qualis.177. b cur mulli comes 125.e.cur alius alio melior 176.b.deſcriptio 173.c.de eo hieroglyphicum & emblema 179. c. d. eius ingenium & æſtus 177. b. mariũ pugna vnde 177.d quæ loca amet 176.e.cum Scaro confunditur 173.a ſolis radios amat 176 f.eius cum Sparo ſimilitudo 173.c.cum Aurata ibid. vbi frequẽs,& vbi nullus 177.a. vnde dictus 173.a.vt manibus capiatur. 178 f.vt capiatur apud Cares populos 178.g

Sargus Ariſt.qui Bellonio 608 f

Sargorum authoris deſcriptio 173.d icones 174.175

Sargi alia icon ex Geſnero 176

Sargi alterius hiſtoria 179.d

Sargus mugilis ſpecies 505.c

Sario Auſonij 481.d

Sauri apparatus 278 f carnis qualitas. 278.f.cur ſolitarius capiatur 278.e deſcriptio 276 g.icon 277. non eſt lacertorum lacertus 267 b.276. e. quæ loca amet 278 e qui authori 276. e

Saurus Rondel. 107 a. 108. g

Saurus peregrinus rubri maris eiuſque hiſtoria 276 g. icon 277

Saxatilis 235.c

ad Scabiem 365.d.433.d. 475.b

Scarabæus piſcis 181 d

à Scaro cur abſtineri voluerit Pythagoras 12.g.amantib comparatus 12 b. amor in ſuos 10.e f.an dormiat 10.g. b.an vocalis 11.b.apparatus 13.d caro qualis ibid. cerebrũ ſonie dictus 3. b.cur ruminet 5.b.cur non polluceretur. 3.d.ab eo denominata et cognominata 15.b.eius dentes quales.5 b.epitheta 13.a.etymum 4.e.genus, differentiæ,deſcriptio.4 b. de eo Iſidori ineptiæ 4 e.de eius lingua quadã conſiderata 11.b.noſtris maribus fuiſſe ignotum 6.b.non eſſe carnivorum. 12. e. herbivorũ eſſe ibid.f partus 11.a.prærogatiua 3.b quo æſtu captus ſe liberet 9.f.ruminat 10 e.ſalacitas 11.a. ſaxatilem piſcem eſſe 9 b.ſaxatiliũ præſtantiſſimum eſſe 3. a.ſolitarius ne an gregalis 10.e.vbi abũdet 6.b 9 a.vbi nõ ſit 9.b. vbi ſeminis inſtar ſint ſeminati 3 à. eius ventris mira conſtitutio 5.c.viſcera optima 3.c. vſus in cibis. 13.c.in medicina 14.e.vt capiatur. 12 b.vtrinque dentatum eſſe 5.c

Scari Bellonij deſcriptio 6.g

Scari Cretenſis icon 8

Scari Onia Rondel deſcriptio 5.d.icon.6 vt à Sargo differat ibid. vt à Scaro vario 6.e.vnde dictus 5.a

Scari varij deſcriptio & vt ab Onia differat 6.e.f.icon ibid.

# INDEX.


*Scarites gemma* 13.b
*Scauerdinus* 628.g
*Scaurus* 4.f. *qui & vnde dictus* 13. b
*Scirrhis piſcis* 24.e
*Scepinus piſcis* 31.d
*Schilli Germanorum hiſtoria.* 667.d. *icon* 668
*Schro'li Danubiani piſcis hiſtoria & icon* 627
*Sciæna. Vide Vmbra.*
*Sciathis* 79.b
*Scolopacis Rondel. nominis ratio & hiſtoria* 298.e *deſcriptio & icon* 298. *vſus in cibis ibid* b
*Scolopendra cetacea icon* 721. *deſcriptio* 722 e & *inde*
*Scombri erga alteres gratitudo.* 271.d. *apparatus* 272.g *carnis qualitas ibidem coitus & partus.* 272. e *cur ſaliantur* 272. g. *deſcriptio & icon.* 270.e. *natura, mores* 271 d. *quæ loca amet* 271.a. *ſynonyma* 269. c *temeritas & imprudentia eorum punita.* 272 f. *vbi maiores & meliores* 271 a. *vſus in medicina.* 274.e. *vt capiantur* 272 f. *vt et quando migrent.* 271 d
*Scomber parvus* 274.b.
*Scomber ſpurius* 267.b
*Scõbri in marmore à natura ſculpti.* 271
*Scombraria inſula cur ſic dicta* 27. b
*Scorpanę caſtitas* 202.f. *deſcriptio* 201 b *icon ibid. ſynonyma* 200. b. *vſus in cibis* 202. f. *vt à Scorpio differat.* 196.f
*Scorpæna alterius icon.* 202.
*Scorpæna Athenæi* 196.e
*Scorpidion Pſelli* 201.a
*Scorpioidis deſcriptio & icon* 116. c. *cur ſic dicta ibid.* d. *vt à Scorpio differat* 116.d
*Scorpioides Rondel.* 204.f
*Scorpis an idem cum Scorpio* 195. d. *ſpecie differt* 200.b. *Vide Scorpæna.*
*Scorpij aculeorũ vis & vſus* 197.c *cum capiendi ratio.* 198. e *carnis qualitas* 199. a. *carnis durities vt emendetur* 199 b. *cibus* 197.c. *deſcript.* 196.f. *icõ ibid. duo eius genera* 196. f. *fellis vis & vſus.* 199 a. *ictus eius venenoſitas* 197.d. *natura, mores* 179.c *de eo proverbia* 198 f. *quæ loca amet* 197. b. *ſynonyma* 195.c. *veneni cura* 198 g. *vnde dictus* 195.c. *vbi & quoties pariat.* 198. e *vſus in medicina* 199.d. *vt cartilagineus dictus* 199.b
*Scorpius canoſus* 201.d.
*Scorpius teganodes* 196.f
*ad Scrupbulas* 95 b
*Scylla cur Canis dictus* 380.f
*Securitatis à magnis piſcibus ſignum.* 234.g.
*ad Secundas eliciendas* 199.d. 579. a. 634.b
*ad Sedis procidentiam* 433. a
*Serpens Indicus Cardani* 406.
*Serpens ſacer vocatus* 93.c
*Serpentium ſpina qualis* 372.f
*Serpentem foueæ quid* 461. b
*Serpentis marini deſcriptio* 343. 345. *non eſſe Anglorum Sandilz* 253. c. *pro vero miſſi icon.* 347. *Gillio qui* 104 f. *de eorum magnitudine digreſſio* 343 d. *natura, mores* 347. b *quæ loca amet* 347. a. *ei quid proprium.* 255.d. *eorum & terreſtrium pugna.* 347.c.d *ſynonyma* 343.b *vſus in cibis & medicina* 348 e. *vt ſe occultet.* 347. c. *propriè dicti deſcriptio.* 345. b. & *inde icon* 346.
*Serpentes nigri capite draconis* 345.a.
*Serpentes Norvegiani* 343.d. *icon* 344.
*Serpens rubeſcens* 367 a
*Serpẽs terreſtris mare frequẽtans* 347.d
*Serra inuentio* 471.c.
*Serra aquatica* 692.b
*Serra Cluſij hiſtoria & icon* 696.
*Serra Plinij Geſnero* 690.g. 298.e
*Serra Rondel.* 690 g *eius icon* 693. *roſtri eiuſdem icones* 694.
*Sèrnat vris aliorum in mari typus* 421.d
*Seſerinus veterum* 411.a
*Silluarion* 517.c.
*Silurus an ſit Sturio* 519 c. *eum cum Glanide implicat Aelianus* 567. c. à *Glanide differre* 521. a. *ſale condiri ſolitum* 530.b. *vnde dictus.* 520.b.
*Silurus Gaza.* 567. a *Geſneri* 523. d. 567.b
*Siluri Geſneri tertij deſcriptio.* 568.b. *icon* 571.
*Silurus Matthioli* 523 d.
*Silurus Niloticus Strabonis & Athenæi.* 571 g.
*Simia Bellonij* 396.e
*Simia cur Alauda dici poſſit* 113. d
*Simia piſcis* 369.c
*Simia marina Geſneri* 406.g. *icon* 405. *hiſtoria ibid alterius* 406.
*Simus piſcis* 610 g
*Sium ſive Laver* 657.
*Smaris* 213. d *qui piſcis* 227. c. *carnis eius qualitas* 229. a *cur Leucomenis dicta* 227.b. *eius fœcunditas* 229. a *quæ loca amet* 229 a *ſynonyma* 227. b. *vſus in cibis* 229 b. *in medicina. ibid. vt capiatur* 229 a *vt a Boope differat* 227 d. *vt à Mena ibid.*
*Smaridis peregrina deſcriptio & icon.* 228.f
*Smaridis Bellonij fortè deſcriptio & icõ* 228.f
*Smaridis Rondel. deſcriptio & icon.* 228.e
*Smylla piſcis* 278.f
*Solaris piſcis* 567 a
*ſocrates cur Torpedini aſſimilatus* 422.f
*ſolea carnis qualitas* 240. e. *cur frigus fugiat* 239.d. *eius genera, deſcriptiones & icones.* 235. 236. 237. 238. 239 *natura mores* 239. d. *quæ Aeliano.* 247. b. *Plinio* 233. c. *quæ loca amet.* 239. d. *ſynonyma.* 235.b. *vſus in cibis.* 240. e. *vbi magis pingueſcant.* 239. d. *vnde dictæ.* 235.b
*Solea Geſneri* 244
*Solea latæ authoris* 239.
*Solea oculata deſcriptio.* 235. d. *icon.* 236.
*ſolea rotunda* 242.e
*ſolitarij typus* 550.b
*ſpargus* 181 a
*ſparulus* 180 b
*ſparus an Aeliano Aſpargus vocetur* 181. b. *eius apparatus.* 183. d. *carnis qualitas. ibidem cibus.* 183. b. *deſcriptio & icon.* 182. g. *laudata carnis piſcem eſſe.* 183. c. *litoralem eſſe.* 183. a. *natura, mores. ibidem. ſynonyma.* 180.b. *vnde dictus ibidem vſus in cibis* 183.c. *vt ab Aurata differat* 183 a. *vt a Sargo.* 182.g
*ſpari authoris deſcriptio* 183.a. *icon.* 182.
*ſphæreus mugilum ſpecies* 506 f
*ſphyræna exacta deſcriptio.* 101. c. & *inde longum piſcem eſſe* 101. b. *eius lumbus laudatus.* 103.a. *natura, mores* 102. a. *quæ maris loca amet.* 102.g. *quot eius ſunt ſpecies* 101. c. *vnde dicta.* 100. b. *vſus in cibis.* 103.a
*ſphyræna fluviatilis* 609.b
*ſpina in animantibus diverſitas* 372.f
*ſpinachia* 628.e.
*ſpinax cur fœtus non recipiat.* 376.b. *vt pariat* 375.b
*ſpinula piſcis* 195 b
*ad ſpleneticos* 712.g
*ſpondile Plinij quæ Bellonio* 104.f
*ſpuma piſcis* 211.d
*ſpuria Gaza* 109.b
*ſquali apparatus.* 602.b. *caro qualis.* 602.e *cibus ibid. deſcriptio & icon* 601. *fluviatilem potiùs quam lacuſtrem eſſe* 607. a. *non eſſe Galeum.* 373.a *olim fuiſſe vilem* 9. c. *vbi & quando melior* 602 g *ſynonyma* 600 e *vbi & quando pariat.* 602 e *vilis eſt* 602.f *eius vivacitas* 601. e. *vt capiatur* 602.e. *vt à mugilibus differat* 601.a
*ſquali minoris hiſtoria* 603. a.
*ſqualus veterum* 600.g
*ſquarus* 4.e
*ſquatina æſtus* 473. c. *cur colorem mutet* 474.e. *eius cutis vſus* 475. c. *deſcriptio & icon* 472. *eius eſus quibus proſit* 475.b. *fœtus intus recipit* 474. e. *quæ loca amet.* 473 a. *quale ex ea alimentum* 474 b. *qualis caro.* 474. 475. *ex quo genere ſit* 472.e. *quoties pariat* 473 b. & *quos ibidem* c. *ſynonyma* 471 c. *vbi melior* 475. a *vnde dicta* 471.d. *vt coeat* 473. a.
*ſquatinoraia an detur.* 476.c. *cur rarus piſcis* 476.b. *genuina prone & ſupinè depictæ icon* 477. 478. *deſcriptio* 476. 479.
*ſquatoraia* 475.d

# INDEX.


*Squatraia* 475.d
*Squatrolinus* 476.f
*Squatroraia* 475.d
*Squati* etymologia 471. e. *Vide Squatina*.
*Stirio* 517.e
*ad Strangurians* 200.e
*Strigilis* piſcis 606 e
*Stromateus* 188.g. *eius* hiſtoria 191. d. icon 192.
*ad Strumas* 222. b. 226.g. 434.e. 449. a. 469 c. 498.e
*Stupefactor* 415.b.
*Stupor* piſcis ibidem.
*Sturio* an ſit Silurus 519. c. eius apparatus 530.b. eius capitis prerogatiua, 530.g capiendi ratio 529. b. cibus 528.b. color. 520. f. cur hamis non capiatur 519.b. deſcriptio 527.a. differentia 527. b. duo genera 526. e. eſt Oxyrinchus Caſpius 519. c. eſſe veterum Accipenſerem 524.f. eſſe Silurum 522. b miræ magnitudinis vbi, 528. g natura, mores, ibid. b. nobiliſſimum piſcem fuiſſe 529 d. non eſſe Lupum 490 g. 517. d. non eſſe Attilum ibid non eſſe Oniſcum Dorionis 284 b. oua eius vnde ad nos perferantur 528 g. porcum marinum dici 518. g. 523. d. quæ flumina ſubeat 528. g. qui & quando meliores 530. f robuſtum piſcem eſſe 529. a
*Salmonum dux* dictus 529 c. vbi rariùs capitur 528 g vox eſt non latina, & vnde dicatur 517.c. vt veteribus vocetur 517. d. vt refrigeretur 529. b. ab eo vt differat Ichthyocolla 566 e. vt Galeis ſimilis, & diſſimilis 527. a. vt ab Attilo differat 562 b Zigæna inſequitur. 529. eius ſtoliditas. 82. g.
*Subula* piſcis 454.e.
*Sudes* quid Latinis 101.a.
*Sudis* cur ſic dicta ibid *Vide Sphyræna.*
*Ad Suffuſionum* initia 257 a. 404 a. 460 g. 469 c. 552 g ad earum iuuta diſcutienda 199.d.
*ad Suggillata in oculis diſcutienda.* 324.b.
*Suillus* 517.c.
*Sulmo.* 431.d.
*Sulphureus. Color.* 270.f.
*Sumus Alberti.* 567.b.
*ad Surditatem* 552.g. 596.f.
*Sus marinus* 320.f. 719.b.
*Sues* dicti piſces, & cur. 515.b.
*Syacion.* 514.b.
*Syæna* 79.b.
*Syagris.* 515.a.
*Synagris* a *Synodonte* differt 164 b. quo nomine nunc vocetur. 165 a. eius deſcriptio. 165. c. icon. ibid. vt à *Synodonte* diſtinguatur 165. c. vt capiatur 165. d icon *Rondel.* 721.
*Synodontis* etymon 160. g. b. *Vide Dentex.*
*Synodontes* cur ſic dicti 309.d quando *Thunnus* ſic vocetur 309.b.
*Synodontis lapis.* 162.f.

T

*TAENIA* 233.c. quibus piſcibus coniungenda 369.b. vnde dicta. ibid.
*Tænia Ariſtot.* an *Tænia Epicharmi* eadem. 237.a.
*Tænia Bellonij* 236. b. eius deſcriptio 369.c. icon. 370.
*Tænia falcata Imperati*, & authoris deſcriptio. 369.d. icon 371.
*Tæniæ Rondel.* deſcriptio 369.b. icon. ibid. alterius deſcriptio 369. ità. 370.
*Talparia* 553 b.
*Tarantellum* 311.b.
*Tarditatis* typus. 712.c.
*Teligoni haſtæ* 431. 432.
*Temarus* 593.a.
*Temeritatis* pœna 295. d.
*Teſtudinem* vt *Reuerſus* capiat 301. a
*Thedo Auſonij* 585. c. qui *Bellonio* 600 g.
*Theſmophoria* quid 378 f.
*Thranis* 330.b.
*Thrion.* quid 209.d.
*Thriſſa fluuiatilis* 500 f.
*Thunna.* 107.c.
*Thunnorum abdominis* laus 323. b. apparatus. ibid.d. aſilo quando infeſtetur 319 d eorum cum *Aulopis* pugna 87.b eius caro ſalita cur ſola omotarichus vocetur 311.c cur a Byzantinis. 317. c. cur Calcedonij nullos, vel paucos capiant 317.d cur lubricus dictus 312. d cur timeat 318. a. cur ſteleratus dictus 320 g. cur noctu eant. 319.a. deſcriptio 312 icones 313. 314. 315. 316. dormiunt. 319. b. dulces aquas amant 317.b fuſcinis percutiuntur 322 g impietas, & voracitas 320. g. eorum mira timiditas 322 f. eorum more videre quid 318. b. in natãdo ingenium, & ordo 318.g 319.c. natura, mores 318 f. partium ſale conditarum nomina 320.a. 15 & *Pelamys* loco diſtincti. 317.b. vt differant 312 g. cur eius pinna cur hæreat aſilus. 320.f. plus biẽnio vivit 321.a. quę loca maximè amet 317.a. quàm diu vivat 320.b. eos quando Byzantini maximè capiant 318. c. quando lateant, & dormiant. 319.c. quando meliores 323 a quãdo pingueſcãt. ibid quãdo ſic propriè dicantur 307. d. quando dicatur *Apolectus* 309.a. quando *Chelidonias* ibid quando *Cybias* 310.f quando *Melandrys* 309. d. quando *Orcynus* 308.b quãdo *Synodontis* 309 b. quando *Triton.* 309. b quando *Xanthias.* 310 g cum quibus amicitiam, & inimicitiam habeãt 321 b. quo cibo vtatur 320.f. quo iure ſapidior euadat 324 f eius ſalſamenta recenti carni præferenda 323. c. vbi melior 318.c. vbi notior 317. a. ex eius ventre obſonium nouum 324.c. viſus eius qualis 318. b. vnde dictus 307.b. vſus in cibis 323. a. in medicina 324. g. vt pingueſcant 320 g vt Pontum intrent & exeant 318. g. vt retibus inuoluatur 321. d. vt nunc à Gaditanis capiantur 322. f. vt à Thracibus 321. d.
*Tunni comitantes nauigia*, qui *Plinio* 325.c.
*Tunnaria* quid 321.c.
*Tunnarij* qui 321.c.
*Thunnina ſalſamenta* 311.b.
*Thunnides* qui 320.b.
*Thurſio* 330. quid 719.b. *Vide Turſio.*
*Thymallian* auro veſcantur 595. a. apparatus 596 e. culire capi 595 c. cur flos *Ambroſio* dictus 595 d cur aurinorus dictus 595. b. vnde dictus 593. a. eius deſcriptio 593. c. d. icon. ibid non ex Gobione fluuiatili naſci 592 b quando magis capiantur 595. d. quas aquas ament 594. b. eius ſynonyma 593 a. thymum olere 595. b. ſalabritas 596. e. eius in cibis laus 595. d. vſus in medicina 596. f.
*Thymus* piſcis 593 a.
*Thynnis* quid 307.c.
*Thymus. Vide Thunnus.*
*Tibicen* piſcis qui Gallis dictus 24 f.
*Tincæ amicitia cum Lucio* 647. a. apparatus. 647. d. an à veteribus eius facta ſit mentio 645. c. carnis eius qualitas 647 b cibus 647 a deſcriptio & icon 646. differentia à colore 646. b. eius cum *Lucio* amicitia 632. g mali ſuccieſt 647. d non eſſe *Manã* 645. d. *Orphus* paluſtris dicta 158. e. eius pellis carni prælata 647. d quando maximè noxia 647 b quas aquas amet. 647 a. vſus in medicina. 648. e. vbi ludationes. 647. c.
*Tinca Auſonij* 116. e.
*Tinca marina.* 42. e. 33. a eius carnis qualitas, & apparatus. 293. b. quæ loca amet. 293. b. cur ſic dicta. 291. b. deſcriptio. 293. a. icon 292 ſynonyma. 291. a.
*Tinca fontana an Lampetra.* 537. d.
*Tiſimallus* qui *Alberto* et *Iſidoro.* 593. a
*Tobię* oculi quo felle ſanati. 167 a.
*Thomus Thorianus* quid 330. b
*Torentina.* 585. b. ad *Torminacx* dyſenteria. 552 g.
*Torpæna.* 415 b.
*Torpigo* ibid.
*Torpedinis* apparatus. 422. d aſſus. 419. d 420. e carnis qualitas. 422. g cur ſic dicta 415. b deſcriptio 416. 419 differentia 416. g. de ea diuerſæ opiniones. 416 e ac ea hyeroglyfica. 421. d. mugilem. cap . 10. f. cum ea mulli antipathia 126 f. quæ loca amet 419. b. quæ eius partes meliores. 422 g. quando pariat. 419.

# INDEX.


c. quando melior 422 g. quando, cur & vbi lateat 419. d. ſtupefaciendi vis vnde 420 b. 421. a. ſynonyma. 415. a toti an parti ſtupefaciendi vis inſit. 421. b. eam vim paruam eſſe 420. b. eam vinæ tantum ineſſe 420. b vt capiatur 421. c. vt natet 419. d. vt inſidiatorem vincat. 420 g. vt torpore afficiat 420. f.

Torpedinis maculoſæ icon 417. non maculoſæ 429. a

Torpedo nigra 423. a

Torpedo oculata. 416. 417

Trachuri carnis qualitas 269 b. caudæ eius mira facultas 269. b. deſcriptio. 267. c. icon 268. alterius ab authore obſeruati ibid. non eſſe lacertum 267. b. non eſſe Saurum ibid. qua loca amet 269. a. qui Ionio 255. b. ſynonyma. 267. b. vt capiatur 269. a. vt ſapidior fiat 269. b

Tragus ſiue Hircus piſcis Athenæi qui Rondeletio 98 f

Tragus quorundam 353. c.

Traliam locus correctus 278 f

Tremula 420 b

Trichias quæ Ariſtoteli 219. c

Trichis 449 d. quæ Ariſtoteli 219. c. vnde dicta ibid.

Triglis 120 f. vnde dicta ibid b

Triglitis ibid.

Trigola an Mullus imberbis 121. d. an eadem Cuculo 138. f.

Trillia 120. b.

Tripatinum quid 365. a

Triſius piſcis 506 g.

Triſtiæ Rondelii icon 500.

Triſtis. Vide Muſtela fluu. & lacuſtris.

Triton qui & quando dicatur Thunnus 309. b

Trocta D. Ambroſij 585. c

Trocta vnde dicta 227. b

Troctarum cum Delphinis pugna 329. a

Troglodytica piſcis 124. g

Trutta aduerſis amnibus natat 590. g. an veteribus nota 585 c apparatus 592. e de eis capiendis leges 591. a. cibus. 590. b earum in cibo laus 591. d differentiæ & genera 588 f non eſſe lupum varium 491. b. non omnes aduerſis fluminibus natare. 590. b. quæ ſuaviores 591. d. quomodo antiquis vocetur, ignoratur 519. d. quibus aquis gaudeat. 590. f recentes optimas eſſe 592. e ſale condiri 592. f in Salmonem abire creditur 585 d. cum Salmone maximam ei eſſe affinitatem 588 b. ſynonyma 585. b. tonitrua timet 590. b. vnde dicta. 585. b vt à Salmone differat 589. b. vt manibus & fuſcinis capiantur 591. a vt ineſcentur ibid. vt à Macedonibus capiantur ibid b.

Trutta flani coloris 588. f.

Trutta fluuiatilis noſtræ icon 589.

Trutta fluuiatilis alterius hiſtoria & icon 592. g.

Trutta fluuiatilis Geſneri icon 589

Trutta lacuſtris apparatus. 654. g. carnis qualitas ibid. cur facilè putreſcat. 654 g. cur innipero conferatur 654. e eius inſalubritas 654. g. fluuios ſubit 654. e. eius nobilitas 654. g. vt differat à Truttis, Salmonibus & Vmbla 652. g. vt capiatur 654 f

Trutta lacus Benaci 653.

Trutta Salmonata 588. g non eſt Sario. 585. d eius hiſtoria 652 653.

Tunallus qui Alberto & Iſidoro 593. a

Tunnina 311. c

Turbotus piſcis 247 b

Turcheſiæ mira natura. 339 d

Turdi caro qualis 27 c. cibus 27. b. deſcriptio 15. b. differentia. 15. b. epitheta 15 c. etymum. 14 g à Merula ſpecie differre 27 b. qui Bellonio. 15. a. quomodo colorem mutare dicatur. 15. c. et Saxatilibus eſſe 27. a. ſynonyma 14 g. vbi non ſit 27 b. velocitas 27. b. viuaria ſert ibid. vſus in medicina 27. c. vt appareat ad cibi vſum 28. e vt inter alios piſces diſtinguatur 15. b

Turdorum ab authore obſeruatorum deſcriptio. 15. d. icones 16. 17. 18. 19. 20.

Turdi à Geſnero obſeruati deſcriptio 25. d icon 26.

Turdorum Rondel, deſcriptiones & icones 21. 22. 23. 24 25

Turdi Saluiani maioris deſcriptio 20. g.

Turdus minor eiuſdem 21. a

Turdus viridis Saluiani 20. g

Turpena 423 c.

Turſionis carnis qualitas 720. g. deſcriptio. 719 c. icon 720. locus, natura, mores 720. g. Phocæ eundem eſſe. 719. b. vt Canicula ſimilis dictus. 719. c.

Turſio Plinij 517. d

Turtur 586. e

Turtur piſcis 424 e

Typhle ſiue Typhlina marina 104. f.

Tyrſio. Vide Turſio.

V

Vacca marina cornuta. 454. e.

Valetudinis integræ typus 608. b.

Vangeronis Rondel deſcriptio 621. a

Varius. Vide Phoxinus lanis.

Varij Aeliani qui 587. a

Varius maior 586 f

Varius quorundam 586. e

Varrini locus reſtitutus 220. f

Varolus 491. a

Vedij Pollionis crudelitas 361. b

ad Venena 469. c

Venenum pro dolore dixit Oppian° 96. g

ad Ventriculum exolutum 512. f

Ventriculi procidentia cauſa 54 e

ad Venerem excitandam. 639. c. ad inhibendã 340 f. 421 c. 423. d. ad eam vt quis impotens reddatur. 129. a

Veris indicium. 502. e

ad Verendorum puſtulas. 226. g.

Vergiliades piſces 664. f

Vermis aquatilis 537. c

ad Verrucas tollendas 200. e. 226. g

Veſpæ ad cnas amant. 225. a.

Veſpertilio 140. c

Veſpertilio piſcis 264. g. 434. g.

à Vindicta abſtinendum eſſe 256. g. eius ignauia 61 b

Vindoſa Alberti 606. f

Vini tædium vt Mullus faciat. 229. b. ad id inducendum 552. g

Viola piſcis 535. d

Vipera an cum Aſurana cocat 359. e.

Vipera marina 255 b. 343. e

Virgatus piſcis 188 f

ad Viſus aciem 267. a 498. f ad eius debetudinem 14. f. 498. g

Vita Medica & Perſica qua 34. b

Vitæ Gazæ 369. a

Vitulus marinus nepæ cur dictus 723. b eius deſcriptio ibid. icon 724 in aqua & in terra viuit 725. a. eius pedum vſus in terra minus idoneus ibid b. cibus. ibid voracitas ibid. cur difficulter & quomodo occidatur. 725. c fœminus ibidem. Stertor vnde ibid ſynonyma 722. c. cur extra aquam dormiat 725. d eius pulmo qualis 725. d miteſcere & docilem fieri. ibid. hominis amatores eſſe 726. e eius amor erga prolem. ibid eius gratitudo 726. g vt mingant & cocant. ibid. Coagula euomunt, & cur ibid eius conſenſus cum mari. 726. b. eius pelles fulmina arcent 727 a Vrſos timet ibid b. Arietes marinos ibid. b. eius caro qualis. 727 eius vſus in medicina 727. d

Viuella 694 f

ad Vlcera 324 g. 634 g. capitis 404. b. 475 b. putrida 531. c. ſerpentia 216. f. vetera 324. b

Vlyſſes cur Delphinum haberet in armis 714 b

Vmbilicus piſcis 649. a

Vmbla vulgò dicta etymologia 649. a. carnis qualitas 651. b. locus, natura, mores 651 a. quando melior 651. b

Vmbla maioris deſcriptio 649. c. minoris ibid. c. icon 650.

Vmbra apparatus. 83. b. de eius capite ridiculoſa hiſtoria 82. 83 de carne eius indicium 83. b. c. deſcriptio. 79. 80. icon 81. ab authoribus deſcripta examinantur 79. d. eius cum Glauco ſimilitudo 79. c. ex ea ius album & gelatina 83. b natura, mores 82. f. cibus ibid nobilem piſcem eſſe ibid. g. quæ eius partes meliores 82. b quæ maris loca amet 82. e qui ſic olim dicti. 79. a. quo tempore melior. 82. b. ſimilitudo cum Coracino 78. b. ſynonyma & etymum. 78. b. ſtultitia in celando capite 82. f vnde dicta 78. b. ſanus in cibis 82. g. in medicina 85. d. vt à Coracino & Lato diſtinguatur. 80. f.

# INDEX.


*Fabra Auſonij quæ* 396.b
*Fabra fluuiatilis Rondeletij & Bellonij deſcriptio* 397.a. *icon* 396. *carnis qualitas* 397.b. *vt à Trutta differat* 397.a
*Fabrina* 78.a
*Faicernis piſcis* 299.a
*Falatus piſcium diuerſitas* 134.a
*Fomentis ſymbolum* 398.c
*ad Vomitus ſedandos* 512.f
*Foraces cur per Scarum ſignificati* 111.d
*ad Vocem iuuandam* 531.e
*Vocalia animalia quæ* 11.b
*Vpupa auis* 190.f
*Franeſcopi aſtus* 266.c. *carnis qualitas. ibid.* b. *deſcriptio & icon* 265. *fellis in medicina vſus.* 266.b. *ignauia ibidem* c. *ſynonyma* 264.f. *temperamentum* 266.b. *vinacitas* 266.c, *voracitas ibidem.*
*Vrac qua* 512.f
*ad Vrinam ciendam* 634.g. *ad eius ſtillicidium* 106.g *incõtinentiam* 354.f 348.e
*ad Vteri alba profluuia* 634.b. *ad eius prolapſum* 423.d. 434.c. *ſuffocationem* 274.e. *vitia omnia* 579.a
*Vtilif animal ferram in cervice habens* . 695.
*ad Vuam iacentem* 226.f
*Vulpes* 512.a
*Vulpes Arebeſtrati* 396.a
*Vulpes capta vt ſe liberet* 319.b
*Vulpecula* 114.b. *aſtus* 398.f. *amor in prolem.* 398.g. *carnis qualitas ibid. deſcriptio & icon* 396. *natura, mores* 398.c. *partus* 375.b. *qua loca amet* 398.c. *ſynonyma* 395.d. *vnde dicta* 395.d
*Vulpecula alterius icon* 397.
*Vulpecula Bellonij* 398.c

Z

*Zaphirus Ligurum* 111.a
*Zelotypia mala* 36.g
*Zerta* 513.a
*Zeus piſcis qui* 110.c
*Ziga Albis fluuij hiſtoria* 503.b. *icon* 731.
*Zucca Caffa* 564.b
*Zygæna carnis qualitas* 410.g. *cur Galeis annumeretur* 407.c. *natura, mores,* 410.f. *eius pinna* 396.g *qua loca amet* 410.c. *quibus annumeranda* 407.c. *vnde dicta* 407.a
*Zygæna alterius icon* 409.


# GRÆCA VETERA, ET NOVA.


A

Ἀβληνὴς 104.c.
Ἄγνος 264.f
Ἄδαπις 76.b
Ἄιττος 438.g
Ἀθηρίζειν *quid* 216.b
Ἀθηρίνη 216.b
Ἀκαρτὰν 116.b
Ἀκάρνας 157.a
Ἀλαβὴς 536.b
Ἁλφηστὴς 66.b
Ἁλφηστικὸς *ibidem*
Ἀλίπηξ 395.d
Ἀμία *vnde dicta* 327.a
Ἀνθερίνη 216.b
Ἀνθίας 85.a
Ἀπόλιχθος 309.a
Ἀρὴξ 293.d
Ἀράγνη 255.b
Ἀράγνης 256.b
Ἀρχέναξ 157.a
Ἀρχέτος 156.b. 255.b
Ἀρνευτὴς 305.b
Αὐλαπίας 85.c
Αὐλαπὸς *ibidem*
Αὐξὶς 308.c
Ἀφρῖτις 207.b
Ἀφρὸς *ibidem.* 211.b
Ἀφύαι *ad Hippoc.* 208.c.
Ἀφύη 206.b
Ἀφρύη 207.b. 211.c
Ἀχάρνα 255.b
Ἀχάρνος 156.b
Ἀχίλυ 543.a

B

Βαίονα 203.a
Βάκχος 505.a
Βατὶς 441.c
Βάτος 441.c. *& cur ſic dictus. ibi.*
Βάτραχος 464.c
Βάτραχος ἁλιεὺς *ibidem.*
Βάτραχος θαλάσσιος *ibidem.*
Βιβραλίαι 212.b
Βιβαιφὴν 213.a
Βίλαινος 203.a
Βίλλα 104.c
Βελόνη 103.d
Βελονὶς 106.b
Βεμβράδαι 212.b
Βλάδος 104.c
Βλίννος 203.a
Βλίψιας 506.b
Βλῖτος 203.a
Βόξ 229.c
Βόϊτος *Ariſtot.* 614.c
Βυγλωσσος 235.b
Βὺς 188.c
Βὼξ 229.c

Γ

Γαλιοειδὴς 372.b
Γαλιὸς *ibidem.*
Γαλιὸς ἀκανθίας 398.b
Γαλιὸς ἁλοπιχίας 395.d
Γαλιὸς χίων *Oppiani qui* 387.c
Γαλιωδη 372.b

Γαλιώτη 330.f
Γαλεώνυμος 372.b
Γαλὴ 341.c
Γαλιώται 120.b
Γλάνις 567.a
Γλάνος ibidem.
Γλαυκίσκος 504.g
Γλαῦκος 301.c
Γλῶττα 235.b
Γναφεὺς 645.d
Γναπίδιον 70.e
Γόγγρος 348.f
Γόνος θαλάσσιος 206.e
Γρύλλος 348.f

Δακτύλευς 506.f
Δελφὶς 701.a
Δεράκαινα 255.b
Δρακαινὶς 256.b
Δρακὼν θαλάσσιος 255.b
Δύκη 153.a

E

Ἐγγραύλις 207.c
Ἐνηρασίχολος 214.e
Ἐγχέλυς 542.b
Ἔλλοψ 85.d
Ἔλυψ 524.f.
Ἐρίφιμος 214.g
Ἐρυθρῖνος 152.b
Ἐρυθροφθαλμος 582.f
Ἐρυσικός 153.a
Ἔρυσος 256.e
Ἐτελὶς 169.c
Ἔφηβος 207.b

Z

Ζαὶος 111.a
Ζῆλος 37.c
Ζύγαινα 407.b

H

Ἡγεμὼν 341.d
Ἡγεμὼν 341.d
Ἡμιροχίτης 264.g
Ἡνίοχος 70.e
Ἡπατὸς 56.g
Ἧρπη 140.f

Θάτις 441.c
Θίσσα 499.d
Θηρίον 669.d
Θὶν herba quæ 2.b
Θρᾶττα 499.d
Θρίσσα ibidem.
Θύνη 307.b
Θυννᾶια 311.b
Θυννάξιν 322.g
Θύννιον 311.b
Θυννὶς 307.c
Θυννοθῆραι 321.c
Θύννος 307.b
Θυρηνεὺς 330.b
Θυρσίων 719.c

I

Ἴερακ 140.f
Ἱερὸς ἰχθὺς 169.b.325.b
Ἵππουρος 305.b
Ἰσχιὸς 169.b
Ἴωψ 214.g

K

Καθεῖπε 177.d
Καλλίχθυς 85.d. 192.f
Καλλιώνυμος 85.d 264.f
Καρθαρὶς 185.d
Κάρθαρος ibidem.
Καπρίσκος 297.a 514.e
Κάπρος 297.a.514.e
Καρχαρίας 379.c
Καρχαρίδοντα animalia.380.f
Κεστρεὺς 400.g
Κεστρίνης ibidem
Κέρκις 77.a
Κέστρα 100.b
Κεστρεὺς 504.e
Κεστρὸς 504.f
Κέφαλος 504.g
Κηρὶς 23.d.27.a
Κήτημα 311.c
Κητία 321.e
Κητοθηρία 321.e
Κῆτος 669.c
Κιθαρῳδὸς 240.g.
Κίθαρος 146.f.
Κίρκις 76.b
Κίρκυλος 77.a
Κίττα 78.g
Κιχλη 14.g
Κλυπαῖα.499.b
Κόγγρος 348.f
Κόλιας 267.b
Κόκκυξ 138.f
Κολιὸς 274.f
Κορακεὺς 70.g
Κορακῖνος 69.c
Κόραξ 70.g.278.g
Κορδύλη 308.e
Κορδύλος ibid.
Κόρις 236.e
Κορύφαινα 305.e
Κορυφη ibidem.
Κόσσυφος 33.a
Κόχλη 14.g
Κοχλιας 274.e
Κόψυχες 33.a
Κραιχόλες 214.e
Κυπριανὸς 634.e.
Κυβια 310.f
Κυων 379. qui Aeliano, & Oppiano 373.a
Κυνηγίος 396.e.352.e
Κωβῖτις 213.b
Κωβιὸς 95.e
Κώθος 95.a

Λ

Λάβραξ 490.e
Λάμνη 463.b
Λάπης 498.g
Λάτιλος 498.b
Λάυραξ 491.a
Λιβ.ας 56.g
Λιβρινος 153.a
Λ..οβατος 449.a
Λιλαιπὶς 30.g.41.d
Λιπὰς 124.g
Λιπιδωτος 635.b
Λευκίλλος 606.f
Λευκίσκος 504.f.605.d
Λευκομαινις 227.f
Λῶπος 85.d
Λιπαρὰ 207.c
Λιπαρὶς ibidem
Λύγος 77.a
Λυχνίτης 543.a
Λύκος 86.e
Λυκοσαμος 214.f

M

Μαξον 165.b
Μαινὶς 223.a
Μάλθη 395.a
Μάξιμος 282.e
Μάρις 518.g
Μάρμαρος 184.e
Μαμβρίδια 212.b.
Μῆλα ποντικὰ 311.b
Μηλοπτιον 79.b.
Μήκονες 505.c
Μυῖον 304.e
Μόρμυλος 184.e
Μόρμυρος ibidem
Μόλλος 70.e.f
Μύραινα 354.f
Μυρος 343.c.366.
Μύς 514.e
Μυσίκιτος 688.f


Νάρκη.

Digitized by Google

# INDEX.


N

Νάρκη 415.b
Νεβρίοι γαλεοὶ 399.d
Νῆσις 505.a
Νοτιδανὸς 480.e
Νυκτερίς 264.g

Ξ

Ξυρίγη 517.e
Ξιφίας 330.e
Ξιφίες ibidem.

O

Ὄδηλος 341.c
Οχίπωρον 273.d
Ὀίστιος 281.d.282.e
Ὀιστος Dorienſis 284.e.524.
Ὄϊος 281.d
Ὄρκη 697.b
Ὀρκυνὶς 308.b
Ὄρμια 177.c
Ὄρυξ 697.a
Ορφυρίνης 157.c
Ὄρφος. Ὄρφως ib.
Οσφραίων 569.a
Ὀυρανὸς quid in piſcibus 396.g
Ὀυρανοσκόπος 264.f.396.g
Ὄφις Θαλάσσιος 343.c

Π

Πάγρος 149.c
Πίλτη 70.e
Πειραῖας 505.b
Πίρκη 45.a
Πίρκις ibidem.
Πετρόψαρο 159.a
Πήλαμυς 308.e
Πλατανιστικὸς 70.e
Πλῶται 181.a.354.g.507.a
Πλῶτις 354.b
Ποικίλος 77.d
Πομπίλος 325.d
Πάμφυλος ibid.
Πορκὶς 188.f
Πρημάδις 310.b
Πριτάδις ibidem.
Πρῆμναι ibidem.
Πριμαδίαι ibid.
Πρίστις 689.e
Πρίστις ibidem
Πρόβατον 288.e

P

Ῥαφὶς 103.d
Ῥᾶς 181.a.c
Ῥῖνα quid. 473.d
Ῥῖνη 471.a
Ῥινοβατος 475.d

Σ

Σαλάγξ 482.g
Σάλπη 188.e
Σάλπης ibidem
Σανδάλιον 235.b
Σάνδαλον ibid.
Σαπίρδης 70.e
Σαπιρδῖς ibidem.
Σάρδα 219.a
Σαρδῖνα 219.b
Σαργῖνος 179.a.505.e
Σαργὶς 173.a
Σάργος ibidem 505.c.
Σάρξ 173.a
Σαῦρος 276.e.qui Pancrasi 14.b. non eſt latinarum lacertus 267 b
Σείπυρος 60.b
Σιλάχη 372.g
Σιλάχια 355.a.372.g
Σιλαχώδη 372.g
Σιμὸς 610.g
Σκάρη quid 4.e
Σκαρὶς ibidem.
Σκάταρα 186.e
Σκάρος 514.f
Σκιαδιὺς 79.b
Σκιαδὶς ibidem.
Σκίαινα 78.b
Σκιανὶς 79.a
Σκίας 79.a
Σκινὶς ibidem.
σκλος ibidem.
σκίφιας 330.f.
σκόμβρος 269.c
σκορδύλη 207.d
σκορδύλος 308.a
σκόρπαινα 196.e
σκόρπιος 195.c
σκορπὶς 195.d
σκύλιον 379.c.389
σκύλλα 379.c
σκυλλοψαρο 387.d
σκύμνος 389.c
σμύρος 366.f
σπάρος 180.b
σπάριον 517.c
στραγίον 559.a
στρογλαμπαρτσα 121.b
στρομματεὺς 291.d
στρῦτος Aeliani. 233.c. Ariſtotelis 236.b
στρῶματα 291.d
στράγιον 514.b
συνόδους 160.g
συνόδων ibidem.
σφυρὶς 506.f
σφύραινα 180.b

T

Τάρῑχος 293.c
Τυρπαίνα 415.b
Τραγος 77.d.98.f.225.c
Τράχυρος 267.b
Τρήγλη 120.f
Τριγλὶς ibid.
Τριγλίνις ibid.
Τρυτὼ 309.b
Τρυγὼν 424.e
Τριχᾶνος 219.d
Τώμυγξ 177.d

T

Τάινα 514.g
Τ'αξις 153.a
Τ'αος 153.a
Τ'πειρῶτα 396.g
Τ'ς 514.e
Τ'σκα 518.f
Τ'χρα ibidem.

Φ

Φάλαινα 675.c
Φάγρος 149.c
Φάγωρος 149.d
Φιραῖος 505.c
Φόξινος 619.b
Φρίσσα 499.d
Φυσητὴρ 689.b
Φώκαινα 719.a
Φωλίνων quid 116.e

X

Χαλκιδικὴ 220.f
Χάννη 52.f
Χιλιδὼν 133.c
Χοῖρος 514.e
Χοῖρος ποταμιος ibidem.
Χονδράκανθα 372.g
Χρίμψ 167.b
Χρισόφρυς 111.a
Χρόμις 167.a
Χρυσοφρὺς 169.b
Χυτὸς 181.b

Ψ

Ψαμμοδύτης 264.b
Ψῆττα 247.a.233.c.235.b
Ψύλλα 645.d
Ψόρος 180.e
Ψύρος ibidem.
Ψύγρος 180.e

Ω

Ψατάριχα 497.b.511.b
Ὠραῖα 312.e




Digitized by Google

# INDEX.

## ITALICA, QVIBVS ET SEMIITALICA MISTA.


A

*Acne. Aqueue 665.d*
*Acucella 106.b*
*Acquadello 211.d*
*Acuino 106.b*
*Aden 517.d*
*Adena, Adeno. Adano. 561.g*
*Adilo 517.d*
*Agone di Rozzoli 667.e*
*Agulla 608.e*
*Azufeo 398.b*
*Albo 661.c*
*Albore, Alboro 153.b*
*Alborino 628.b*
*Aletta 603.e*
*Alozi 214.e*
*Angoella 217.d*
*Anguilla 543.a*
*Anguſigula 106.b*
*Antoſiti 667.a*
*Aquilone 434.g*
*Arachia 212.g*
*Arbolica 641.a*
*Aringa 196.e*
*Arzilla 457.d*
*Aterina 217.b,*
*Aſello 284.f*
*Attina 517.d*
*Azio 398.b*

B

*Balena 669.d*
*Baleſtra 401.a.515.g*
*Barbo 597.c*
*Barbon 121.a*
*Baſtonago 424.g*
*Battipotta 415.d*
*Baueca 114.b*
*Bauoſa 449.c*
*Bec in cao 264.b*
*Bianchetto 211.b313.f*
*Biche 302.f*
*Boabas 229.d*
*Boga 229.d*
*Bogue. ibid.*
*Boloſſo 53.g*
*Boratello 542.b*
*Borbolo 629.d*
*Boſtriz 576.f*
*Botarga 512.f*
*Botatriſſia 576.f*
*Botta 576.g*
*Botto 613.d*
*Brnco 424.b*
*Bruſola 67.e*
*Bulbaro 635 e*
*Burbaro ibidem.*

C

*Abacello 603.a*
*Canna 286.g*
*Canoſa 387.d*
*Capaſſon 218.g*
*Capidorio 613.d.600.e*
*Capidolio 676.f.671.e*
*Capone 134. b. 138.f. 146.f. 148.e. 274 g*
*Carlinotto 182.e*
*Carpan 635.c*
*Carpena ibidem*
*Carpione 635.a*
*Caſtagno 167.d*
*Caſtagnola ibid.*
*Caueden 600.e*
*Cauedano ibid.*
*Cauetto ibid. f.*
*Cauezzale 600.g*
*Camaro 535.e*
*Ceppla 203.d*
*Cerna 114.b.157.d.627.f.624.b.*
*Cerre 227.c*
*Cetola 111.a*
*Chergna 157.d*
*Chieppa 499.a*
*Ciambetta 407.b.*
*Cinla 107.b*
*Cocco 138.f*
*Coccon ibidem.*
*Columbo 792 f.424.e*
*Cops 532 f*
*Corbetto 84.e. 302.b*
*Corucuo 71.d*
*Corno ibidem.*
*Corno di fortina ibid.*

D

*Dentale 160 b*
*Donzella 37.d*
*Dorada 608.e*

E

*Echione 214.f*
*Ebreſon 582 f*

F

*Agorio 149.e*
*Fagro ibidem,*
*Falce 369.c*
*Falſauela 449.e*
*Fagaro 84.e.302.e*
*Ferraza 424.g*
*Fetola 193.d*
*Fiatola 191.d*
*Fico 287.c.291.a*
*Figo 194.f*
*Folio 240.e*
*Fondola 618.e*
*Foragin 617.b*
*Forca 148.e*
*Foteriſia 415.d*
*Fragolino 137.c*
*Frangolino ibid.*
*Fregarolo 582.f*

G

*Atto 391.a*
*Gianetta 605.a*
*Giouians 612.d*
*Girella, Girello 37.d*
*Girolla 227.e*
*Gò, Guo. Gono. 95.d98.f*
*Gongro 348.e*
*Gouſangle 617.a*
*Grillo 353.e*
*Guigrene 95.d*
*Gutterofola 114.g*

I

*Mbriago 131.b*
*Imperadòr 331.a*

L

*Accia 499.a.*
*Ladino 517.d*
*Lagiono 613.d*
*Lambena 42.b*
*Lamia 464.g*
*Lamiola 395.b*
*Lampeca 194.e*
*Lampreda 536.b.*
*Laſcha 608.e*
*Laterina 216.b*
*Lauerono 218.g*
*Lechia 302 f.200.g*
*Letta 603.a*
*Lingnata 225.c*
*Locha 617.a*
*Lopida 302.f*
*Louazzo 491.a*
*Luccio marino 101.a*
*Lucerna di pietre 264.b*

M

*Acarel 269.c*
*Maieron 613.d*
*Malarmato 146.e*
*Marmotto 369.c*
*Marſion 213.c*
*Martello 407.a*
*Martin piſcator 464.g*
*Marzon 613.d*
*Meglioramento 543.b*
*Mena Selana 223.d*
*Merlo 33.b.43.a*
*Merluzzo 284.f*
*Merula 15.a*
*Meſſore 203.d*
*Minchia di re 22.f*
*Miſſore 95.d.114.b*
*Mola 410.b*
*Molle 287.c*
*Mormiro 184.e*
*Mormo ibidem.*
*Morella 582.e.617.a*
*Morello 612.e f*
*Morona 533.a*
*Mucoſa 449.e*

N

*Aſello 284.f*
*Nembrella 79.b*
*Nibio 134.f.140.f.*
*Nomate 207.a.232.d*

*Ochia*


Digitized by Google

# INDEX.


O

Ochia 62.g
Ochiata 62.f
Ochiatella 62.g.415.d
Ocradiga 608.e
Oia 62.g
Oladiga 608.e
Ombrella 79.b
Ombrina 79.b
Ora 169.c
Oradiga 608.e
Orata 169.c
Oreol.ibid.
Organo 146.e

P

Pagro 149.c.153.e
Palombo 387. d. 392. f. 398.b. 424.g
Papagallo 21.d.22.e.28.f
Pardella 582.e
Pasquerel 618.b
Passere 243.b
Percis 42.f.45.b
Perosa, ouer Petrosa 460.f.
Persega 612.f.
Persico ibidem.
Pescatore 464.g
Pesce molle 287.c
Pesce nuouo 211.d
pesce organo 138 f
petten 243.d 205.e
pettenorsio 243.d
picquo 664.e
pigo ibidem.
pione 655.b
piota 620.g
porcelletto 517.c
porco 400.b
perga 25.d
preue 264.b

R

Raggia 441 d
Ragno 255.b 491.e
Ragno pageno 256.f
Raina 634.c
Rasa perosa 455.c
Ratto 434.g
Rodouallo 247.b
Rometta 457.d
Rondela 133.c
Rondine 140.c.143.d
Rossetto 211.d
Rossignuolo 130.b
Rospo 434.g
Rotula 111.e
Ruello 130.g
Ruffata 641.e

S

Sachetto 55.d
Sanguineral 581 f.
Sarachino 665.d
Sarba 187.d
Sardanella 666.f
Sardella 214.f.219.e
Sardene 214 f
Sauey 610.b
Scarda, Scardola 641.e
Scarpa 71.c.635.d
Scazzot 613.d
Scazone 398.b.613.d
Scombro 269.c
Scorpena 295.c
Scorzon 301.e
Scrofanello 201.e
Scrofano 295.c
Serrana 52.g
Sfogia 235.c
Sfolia 236.b
Spada 331.e.396.c
Sparlo 182.e
Spare 182.e
Spigaro 227.c
Spigola 491.e
Spin 195.c
Squadro 471.d.600.f
Squaia 471.d
Squaglio. Squalo 600.f
Squaquara 471.d
Squarola 617.e
Stella 302.g
Stornazzo 629.d
Strasina 201.e
Stramazzo 454.e
Strazzarigla 624.c
Stregia 628.b
Streia 606.e
Stretta 603.e
Stria. Strigie 606.e
Strilla 120.b
Strinsio 527.f.
Strinso 576.f
Sturion 517 e
Suuaro 267.b

T

Tanado 186.e
Tarantola 276.e
Tarefranche 424.g
Temalo Temelo, Temero 593 e
Tenca 645.c
Tenca marina 33.b, 291.e
Tordo 21.e
Tragine 255 b
Tremorixa 415.c
Tremulo ibidem.
Triga 120.b
Trigola ibidem
Truellia 195.b

V

Vairon 612.c
Varolo 491.e
Varon 619.d
Verdone 15.c
Volpe 114.b
Vsel 617.e

Z

Zafil 16.e
Zigurella 37.d
Zodole 617.e


## HISPANICA.


A

Aguidas pisçado 106.b
Aguillas ibidem.
Arana 255.b
Azedia 236.b

B

Baruo de la mar 121. b
Bezogo 149.c
Bonita 327.d
Bout 410.b
Budia 28.f
Byza 327.d

C

Cantheno 186.e
Carpa 635.e
Canallo 269.d
Coesso 195.c
Cromgo 548 f

D

Dradilla 169.c
Dorada 169.c

E

Exarocco 464.g.
Enchuga 214.f

G

Gal 111.e
Golfin 701.b
Guanano 299.d

L

Lamprea 536.g
Lampugo 305.d
Limo, Limada 404 b
Linguado 235.c
Luida 449.d
Lupo 491.e

M

Armo 184.e

P

Pagro 153.e
Pampano 195 b
Pesce voladòr 134.b
Picarel.227.c

R

Raia 441.d
Robalo 491.e

S

Saboga 499.e
Salema 188.e
Salmoneta 68.e
Serrana 52.g
Sonalo 499.e
Spargioll.182.f
Suillo 517.c

T

Tinet 677.c
Teilandele 407.b
Tremielga 415.d

V

Valena 669.d
Voladòr.140.e


GAL-

Digitized by Google

# INDEX.

## GALLICA.


A
Ble 628.g. 659.b.
Aguillat 398.b
Aiguille 108.g
Aloſe 499.a
Anguilles fines 543.c
Anchioes 214.f
Apron 615.d.
Arcgne 255.b
Arondelle de mer 645.d
Auriol 4.f.21.c.34.c.269.d.

B
Androy 464.g
Barbaen. 121.a
Barbarin. 121.a.
Barbetz. ibid.
Barnadet 400.b
Beccard. 483.c
Beccaſſe 108.g
Becdoye 701.b
Becquet 630.b
Beluga 134.b.279.c
Bille 24.c.
Biſſole 658 f.
Bogue 229 d
Bogue tenaen 230.g
Bondelle 649.c.
Bordeliere 645.a
Borrugat. 79.c
Botargues 512 f
Boulerot 98.f
Bouuiere 620.c.
Brame de mer. 169.c
Braſme 641.a
Brochet 630.g
Brocheton. ibid.

C
Abaſſan 118.g
Cabote 278.g.
Cabrolle 302.f
Caburlaut 613.d
Cagarel. 223.d.
Cagnola 407 b.
Cagnot 387.d
Calliques 212.b.220.g
Cantena 186.g.
Canus 67.a.
Capellan 282.f
Cardaire 461.b
Carlet 243.c
Carpa 634.c
Caſtilione 131.d
Celerins 212.b. 666.
Cero 22.b.
Chabot 613.d
Chaſſo 613.d
Chatillons 581.a
Chien de mer. 398.b
Chouan 600.f
Chrom 167.c
Cicheraen 267.c
Clauade 460.c
Cocq. 111.a
Coguiol. 274.g
Colier 452.b
Congre 348.c
Coquillade 113.d
Coulac. 499.a
Crapaut de mer 376.g.
Creac. 517.a

D
Au. Daine 79.c
Dame 302.f
Dard. 606.f
Dauphin 701.b
Daurade 169.c
Dente 160.b
Derbio 302.f
Donzelle 353.c
Doree. 111.a
Dormilouſe 415.d
Durdo 16.a 24.c

E
Miſſole 392.f
Ernba. 157.d
Eſpaulars 698.c
Eſturgion. 517.a

F
Ar 665.a
Fielaz 348.a
Filat. ibidem.
Flambo 369.b
Flaslane 454.c
Flaſſade 449.c.
Fletelet. 243.b.
Flez. 242.g.
Fumat 449.c

G
Aguola. 104.f.
Galine 138.f
Gallanga. 464.g
Gardon 608.c
Gaſcon 267.c
Gauet 114.b
Gaideron 284.b
Gian. 24.c
Giaret 227.c
Gibbar 677.c
Gilioro 455.d
Gloieuſe 434.g
Glorin 424.b
Goberge 288.f.
Goiſon 612.f.
Gonion 612.f
Grauan. 103.a
Gran 167.c
Grognaut 146.c
Gronau. ibid.
Guat anghier. 391.a

H
Alachia 499.a
Harengades. 212.b.220.g
Hirundinin. 480.b

I
Au. 111.a
Iouzion 407.b
Iuoil. 216.f.
Iuſcle 223.d

L
Acert 262.f
Lamprillons 581.a
Lamproye. 536.g.
Lampuga 302.f.
Lanceron 630.g.
Landola 140. f.143.d
Laſchetz. 212.b. 220.g.
Lebre de mer. 116. c.204.c
Lentillat. 393 b
Lentillade 455.d
Leopard. 188.g
Limande 242.f
Loche 627.a. 618.c.
Loche franche 616.g
Loches de mer 213.c
Lota 648.g
Lozange 247.b
Lubin 491.a
Lucerna 279.a
Lucz. 630.g
Lupaſſon 491.a.

M
Aigre 79.c
Malarmat 146.c.148.c.
Maqueraen baſtart. 297.b
Marguaigions 543.c.
Marſouin 719.b
Meiane 169.c
Melet 212.c.217.b
Melete. 212.c
Meneſtrier. 24.f.
Merlan. 287.a.
Meriuz. 284.f
Melandre 387.d
Mirallet. 453.b
Moil. 121.a
Molua. 288.g
Morhoub. 701.b.
Morhua 289.a
Morrude. 138.f.
Mortpiere 617.b
Moſchebout 288.g.
Motella 648 g.
Mouſtelle 576.f
Mouſtoile 576.f
Munier 600.f
Muſnier. 603.d.600.f.
Muxio 576.f

N
Adelle 212.c
Nigr'oil 62.b.
Niſſola 391.a

O
Blada 62.a
Oncha. 629.d.

# INDEX.


P

Pagaen Paget. Pagil 149. c.
Pagri ibid.
Pal 387. d.
Pala 663. a.
Palamide 302. g.
Pegouſe 236. e.
Peis de Menage 203. c.
Peis mular 691. c.
Peis rei 79 c. 498. b.
Percè 617. a.
Perciepiere 113. d.
Perche 612. f.
Perche de mer 45. b.
Perlon 138. f. 278. g.
Perpeire 236. g.
Perroquet 22. b.
Pes carpa 71. c.
Peſchetaen. 464. g.
Petenſe 620. e.
Pic 664. e. 243. c.
Plane 143. b.
Plye ibid.
Poignaſtre 256. g.
Pola 236. c.
Porc 400. b.
Portiere 483. c.
Poulle de mer 30. f.

Q

Quarrelet. 253. c

R

Raie boulee 460. e.
Raie eſtelee 457. d.
Ramart 396. e.
Raſaſſa 295. d.
Raſe 449. c.
Raſpecon 264. f.
Raſon 205. a.
Rat 264. b.
Ratte pennade 140. 434. g
Raye 441. d.
Reſait 138. g.
Renart 400 b.
Reſqueſſa 195. d.
Rocau 4. f 15. a. 67 a.
Rochet 146. f.
Rondelle 138 g.
Rondole 140. e.
Ronſe 460. b.
Ronſon 649. e.
Roquan 42 b.
Roquandos 15. a.
Roſe 620. f.
Roſiere 619 c.
Roſſe 30. f. 620. f.
Rouget 121 a. 133. c. 138. g. 153. b.
Rouſettes 391. a.
Routte 649. c.

S

Sarcut 67. a.
Sanclet 217. a.
Sanclez ibid b.
Sanbuens 482. e.
Sauquene 169. e.
Sedanette 691. c.
Sencle 217. d.
Seruantin 236. f.
Siege 608. e.
Sofie 606. f.
Sole 135. b.
Sopi 187. d.
Sorez 296. e.
Sorrat 395. b.
Sot 455. d.
Sparallon 18
Spaſe 369. b.
Spet 102. a.
Sturgion 5171 c.
Subredaurade 169. e.
Suiſſe 606. f.
Surmulet 121. a.

T

Tacons 482. e.
Tapecon 264 f.
Tare franche 434.
Tareronde 424. g.
Teſtard 600. f.
Teſte daze 613. d.
Tinet 677. c.
Torpille 415. d.
Tourd 15. a.
Tremble 415. d.
Trompette 104. g.
Trouite 585. b.
Truie 111. a.
Truotte Salmonnee 652. e
Turbot 247. b.

V

Vadigo 302 g.
Vandoiſe 606 f
Vangeron ibid. 620. f.
Var 491. a
Vengeron 620. f
Vergadelle 288. g. 507. d.
Veron 582. c.
Vielle 14. b. 24 f. 30. f.
Vilain 600. f.
Vine 256. a.
Vmble 649. c.
Vmble Chevalier 651. c.
Vmbre 593. a.
Vmbre 596. b.
Volant 140. e.


## GERMANICA.


Aal 543. e.
Agonen. Agunen 606. f.
Albeien 658. g. 659. a.
Albien 628. g.
Albeenn 628. g.
Alet 600. g.
Alffen 628. g.
Alls 600. g.
Alrup 576. g.
Aſch vel Aeſch 593. b.

B

Bachbammele 619 d.
Bachkreſſen 612 f.
Bambele 619. c.
Barb Barben Barbel 597. c
Beiſecker 179. c.
Beizker 599 c.
Berſich. 622 a.
Blauuling 606. g.
Blieg Blicken Bliegle 628. b
Bougnette 414. b
Bradiſch 603. c.
Braunſiſch 677. c.
Bryſem 641. a.
Buckling 296. e.
Butz 658. f.

C

Carperen 635. a.
Churling 593. b.
Cob 613. d.

D

Dritſiſch 606 g.

E

Elſt 605. b.
Erſle ibidem.

F

Faren 481. d.
Fore. Forhen Forell. 585. b.
Foren 681. d.
Forn. Furn. 600 f. 608. f.

G

Ganghaſzle 603. a.
Giblicken 644 e.
Glyſſen 606. g.
Gob 612. f.
Goldforinen 651. b.
Goldfiſch 503. d. 625. a.
Graſig. 606 f.
Greſz 612. f.
Greſzling 593. b. 612. f.
Groſp 613. d.
Grundele. Grundelin 612. f.
Grundlen. Grundelin 618. e.
Grundforen 652. b.

H

Hagele, Hagling 660. f.
Halbfiſch 620. b.
Haus 532. b.
Hauſenploſen 565. d.
Hauſenrogen 535. e.
Haſzle 603. a.
Hecht 630. e.
Hering 293. c.
Huch 192. g.
Hundfiſch 380. g.
Huſenblater 565. d.

I

Jentling 603. c.
Jeſen 603. c.
Jeſitz ibidem.

Jinlen-

# INDEX:


Finlancken.652.f.
Iſerle.593.b.

K

Kabrapp.613.d.
Karaß 644.e.
Karpff.635.c.
Kaupaers 615.a.
Kaut. Kutt. ibid.
Keuling.613.d.
Knab. 593.b.
Kornling. 593.b.
Kreſſen 612.f.
Kreiſzling. 593 b.612.f.
Kuling. Kulbeit. 613.d.
Kupferlachs. 482.e.

L

Lachs. 482.e.
Lachsforen. 588.f. 652.f.
Lagenen. 606.f.
Lampret. 536.g.
Lanck. 606.f.
Langele. ibid.
Luna. 410.b.
Luteſſer.612.f.

M

Makrill. 610.b.
Menechen. 600.f.
Moeraff. 406.g.
Meerputte. 579.c.
Meerſkatte. 471.d.
Meerſvuyn. 253.a.
Meertzenbecht. 630.b.
Migling. 659.b.
Myn, oder Minvue.600.f.
Mittler. 593.b.
Moetz. Moſz. 618.f.
Monne. 600.f.
Moſzgrundel. 618.b.
Mul. 613.d.

N

Nachtfiſch. 660.f.g.
Nagmaul.667.d.
Naſen. 610.g.
Naſzen. ibid.
Neunaug. 581.a.
Nerfling. 605.b.

O

Oelrappe. 576.g.
Oll. 543.a.
Olrup. 576.g.
Onhopt. 606.f.
Orff. 605.a.

P

Parme. 597.c.
Peiſker ibid.
Pfarren. 660.f.
Pickelhering. 296.e.
Pitzling 649.c.
Platysle. 243.b.
Poſch. 625.a.
Praſem. 641.a.

Q

Quappen. 618.b.

R

Rappe. 604.e.
Raup Rup 576.g.
Rheynfiſch. 283.d.284.g.
Roddau. Rodeun.620.g.
Roſolex. 576.g.
Rorhecht. 630.b.
Rott. Rote. 649.c.
Rotele ibidem.
Roteugle. 608.f. 610.g.
Roſiſch.153.d.icon. 155.
Ruff. 625.b.
Ruffelck. 576.g.
Rugget. 576.g.
Rutte. ibid.
Ryſerle.616.b.

S

Salm. 482.c.
Salut. 567.b.
Saudet oder Zandet.283.a.
Schaden. 567.b.
Schill, oder Schiln. 667.d.
Schley. 646.e.
Schnotfiſch. 603.a.
Schroll. 627.c.
Schwabforen. 651.b.
Seehecht. 630.b.
Seelen. 606.f.
Selmling. 482.e.
Sengle. 628.f.
Snederfiſchle. 628.g.
Stachelfiſch. 628.g.
Steynbeytz. 617.b.
Steinſmirlin. 618.c.
Stichling. 628.e.
Stor. 517.c.

T

Thornbut. 247.b.
Tick 564.b.
Truſch. 576.g.

V

Vueller oder Vueller.567.b.
Vualfiſch. 669.d.
Vueiſzfiſchlin. 628.g.
Vuelſz. 567.b.
Vurfling. 605.b.
Vuinger. 606.f.
Vuyſzfiſch. 603.a.

Z

Ziege. zige. 503.a.
Zert. 513.a.
Zienfiſche. 606.f.
Zindel. 616.e.
Zwibelfiſchlin. 628.g.


## BELGICA.


Aberdhaen.283.c.
Ael. 543.a.
Aelpuyt. 576.g.

B

Barbeel. 597.c.
Bleye. 618.b.645.d.
Bolck. 282.f.
Braſem. 641.a.
Buckin. 296.e.
Bruyviſch. 719.b.

C

Cabliau. 282.f.
Carper. 634.c.
Carutz. 644.g.
Congerael. 348.f.
Corper. 615.c.
Cruycxviſch. 553.g.

E

Eelbut.243.b.
Elft. 499.a.
Eperlan.535.d.

G

Griet. 242.f.

H

Harincx. 293.c.
Hautin. 609.b.
Heilbut. 243.a.
Hoſemont. 264.b.

L

Lampreye. 536.g.

M

Meerſvuijn. 701.b.
Muſe. 618.f.

P

Palincx.543.b.
Peeckelharincx. 296.e.
Pen. 211.d.
Pieterman. 256.e.
Pylſteert. 424.b.
Pladijs. 343.b.
Perces. 514.g.625.c.
Poſt. 514.g.625.a.
Pudde. 576.g.
Puyt. Puytael.571.g.

R

Rech. 441.b.

S

Scarde.242.f.
Schelviſch.284.f.
Schoemaecker 646.f.
Schoerbaye.471.d.
Scholle.243.b.
Seeld.646.e
Snepel.609.b.c.
Snoeck 630.g.
Snotolff. 553.b.558.a
Spirincx.212.a
Sprot.220.g.
Steur.517.c
Stin.xfiſch.212.c.
Stockviſch.191.c.283.g
Syneerviſch.331.a


Talm

Digitized by Google

# INDEX.


T

Tarbut. Tarbot 247.b
Tonge 235.c

V

Voren 481.d.585.b

Z

Zeebraeſſem. 169.c
Zeehaen 111.d.138.g
Zeekoninck 121.b
Zeele 646.e
Zeeſnoeck 491.a

## ANGLICA.

Bate 491.a
Bleis 628.b.
Braſme 641.a
Brut 241.f
Bulhed 613.d
Carpe 634.e
Chieuen 68.f
Chius 600.f
Colfiſchi 289.d
Counger 348.f
Dares 606.f
Doggefiſche 380.g
Eel 543.a
Gyldenpole 134.b.169
Gilteheade 169.c
Grayling 593.b
Gioion 612.f
Gregge 543.a
Gougeon. Gogion ibid.
Gudgione ibid.
Gulle 613.d
Gurnade 138.g
Hepbut 243.a
Hore 677.c
Horlepool 667.d
Kipper 482.f
Lampraye 533.g
Leche 618.f
Lump. 480.e
Lutz 630.g
Morubel 284.a
Mullerſtbembe 613.d
Ombcr 593.b.596.b
Paddel 479
Perche 612.f
Pieteles 630.g
Pixe ibidem.
Phlender 242.g
Plaiſe 243.b
Polardes 600.f
Porpoſe 701.b
Poute 576.g
Quauyuer 256.e
Roche 620.b
Roſchies 608.f
Ruffe Ruchl. 625.a
Sandilz 252.b
Scafling. 542.a
Seſmelt 535.d
Schuneerdefiſche. 331.a
Sceoul 479.c
Skate 471.d
Sole 235.b
Sprat 220.g
Steur 517.c
Tenche 646.f
Thornbacke 441.d
Trute 585.b
Trount 585.b
Viuer 256.e
Vmbra 543.a
Vualfiſh 669.d
Vuerlepoole 677.d
Vuorpaul 691.b

## BOEMICA.

Baers 622.f
Capr. 635.c
Linie 646.f
Lipan 593.f
Mnik 576.g
Mrzen 618.f
Neinok 581.b
Oxaun 622.f
Pſtrub 585.b
Sfuvecz 646.f
Sfeika 630.b
Sum 567.b

## HVNGARICA.

Acchia 567.b
Czompo 603.c
Geczke 517.c
Harcha 567.b
Kolcz 616.c
Tock 532.a.564.b
Tuck ibidem.

## ILLYRICA

Agorz 543.a
Aukley 606.f
Bilaryba 659.a
Chiergner 173.a
Geſeter 517.c
Glanoche 613.d
Knezik 37.d
Loſos 482.f
Polauda 302.f
Rybon 153.b
Sum 567.b
Toporek 597.c
Vuyz 533.a

## POLONICA.

Czetzugo 517.c
Glouuacz 614.e
Iaſch 615.b
Iaiz vel Ieſien. 603.c
Ieſziotr. 517.c
Karp 634.e
Kielb. 618.f
Kleſſez 641.c
Liepen 693.b
Lin vel Lyn 646.f
Mientus 576.g
Morska Svuinia 701.b
Naynok 581.b
Okun 622.f.
Ploczicza 608.f
Pſtrak 585.b
Sczuka 670.b
Slyſi 618.f
Sum 567.b
Vuſdienka 620.b
Vuyzina 533.c

## Menda lector amice ſic emenda.

Fol.11.c.ſimilis,lege,diſſimilis.24.e.quæ l.qua. 37.a.inſulti l.inſulſi. 37.b.iſum l.eſum.44.f. cognominatur l. cognominantur.55.a.Gypemia l.hypenemia.82.h.tempore l.temporis.86. h. Belga l.Belgæ. 87. a ἰσοπὸς l.ἰσωπὸς. 98.f. quem l.quam ille.98.g.πετραίσις.l.πετραίους 100.e.duos l.alios 108.g.laceratus l.lacerna.ibidem.roſtra l.roſtro. 109.ὕαλκτις l.χαλκτὶς.110.ἰτάνυμον.l.ἰτάνυμος,113.aſſeri l.aſſari 117 c. adultor l adulter. 118.f Cæſare l. Cæſarem.119.d.vino l vitro.120.h.quod He aiæ,quæ triformis eſt, dicetur l.quæ triformis eſt,ſacer ſit,dicetur.129. b.comedent l.comedẽt,130.g.Δηπήτηρ l.Δημήτηρ, 152.e.potent l.putent.ibid.ordium l.odium.160.g. hynodonte l.Synodon.165.d.qui l.quo.175.d.rugineum l.ferrugineũ.ibidem linea l.lineas. 177 dele totam primam regulã . ibid.d.Calacitas l.Salacitas.180.e.Sparolos l.Sparulus.185.a.& binas alias l.& binas alias habet.ibid.d. ſit l. ſic 200. cenoſus l.cœnoſus.203.a.dem l.idem.209.b.freturam l.fœturam.212.g.Pollus l.Pollux. 217.a. alium l. aliud. 223.a. Mæla l.Mæna.225.b.Balænæ l.Balæna.226.f.induratã l. induratam. ibid. deſrecatoriam l.deſicatoriam 278. noſa l. nota.233.d.rogoſa l.rugoſa.246.g.dele in cibo ſumptum.149.a.leuis l.læuis.283.d exiccatur l.exiccatus.287.a. modò l.modico.289.a.oculi l.oculos.301.d.vetaſtis l.vetat? 310.e.σκώμρος l.σκόμβρος.449. c.verbo reddito l.verbo verbo reddito.462.e.oppoſito l.appoſito.468.f.legi l.legitur.469.a. Cereſtes l. Ceraſtes. 473.d. Raia l.Rana.497.b. mucoſe l.muccoſi.514.g.καπρίσον.l.καπρίσκον.ibid.h.Capricus l.Capriſcus 526.e. Aello l.Aſello.528.e iugulum l.ingluuiem.531.a.in Italiam l.Italia.537.a.Lamperra l.Lampetram.ibid.etymologiæ l.etymologia. 545. d. in mari. l.in mare 550.e.faces l.fauces.567.c.duæ l.duas (in margine) 579.a.frigidis l.frigidas.581.a.Tholoſam l.Tholoſani. 620.g.Eryddhrini l.Ery.hrini.624 e.in Italiam l.in Italia.628.h.Alphijs l.Aphijs.631.b.maxillas l. maxilla. ibidem Itatia l.Italia 632.g.viviſſe l.annos viviſſe.ibid.ταόδη:l.τάυθη.640 e.Golbertum l.Gilbertum.663.a.turbarum l.tubarum.ibid.pupi l puppi.674.d.dictum l.dictam 677.c.facium l.faſcium.697.d.teſi l.teſi.706.g. minores l.maiores. 713.a.comes l.comas.

# REGISTRVM.

✣✣ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp
Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll
Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr.

Omnes ſunt Terniones, præter ✣✣ quæ ſunt Duernio, & Rrr quæ ſunt Quaternio.

BONONIÆ,
Apud Ioannem Baptiſtam Bellagambam. 1612.
SVPERIORVM PERMISSV:
Sumptibus Hieronymi Tamburini.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google